An qualitas armorum influat ad augendam pœnam in mandante. ibidem. num. 50.
An hæc Bannimentorum diſpoſitio procedat in eo, qui explodit archibuſiatam contra Titium, & occidit Caium. ibid. num. 51. & ſequentibus.
Referuntur Doctores, qui tractant de hac materia. ibidem num. 54.

## Ex Cap. VII. §. XIV.

DE his, qui mortem ſibi inferunt, qui Doctores tractent. 502. num. 1.
Quare occidens ſe ipſum committat grande peccatum. ibidem. num. 1. & ſeqq.
Ex qua cauſa introductum ſit, quod cadauer interficientis ſe ipſum ſuſpendatur. ibidem. num. 4. & ſeqq. Sed an ſit vbique ita practicandum. 503. num. 8. & ſeq. & in quo caſu poſſit practicari. ibidem. Referuntur duo caſus occurſi. ibidem. num. 11. & 12.
Quid ſi ſe occidat ex alia cauſa, quàm ex metu pœnæ. ibidem. num. 14. & ſequentib.
An conſanguinei debeant citari, & audiri, antequam cadauer ſe interficientis ſuſpendatur. 504. num. 17. 18. & 24.
An mortem ſibi inferens ſit habẽdus pro cõfeſſo de crimine ibidem. num. 19. & ſequentibus.
An mortem ſibi inferens debeat in Eccleſia ſepeliri. 505. *verſ. quæro primo*. Quid ſi ex melancolia ſe occidat. ibidem.
An bona mortem ſibi inferentis confiſcentur. ibidem. *verſ. quæro ſecundò*.
Bannimenta punientia ſe vulnerantem, vel vulnerare conantem, quomodo intelligenda. ibidem. num. 25. & ſeqq. de Iure Communi qua pœna puniendus. ibidem. num. 27. & ſeq.
Arbitrium in hoc delicto in Bannimentis reſeruatum, ad quam pœnam extendi poſſit. ibidem. num. 29.
An conatus ſibi mortem inferendi poſſit puniri pœna criminis Reo imputati, ac ſi ſequuta eſſet criminis confeſſio. ibid. num. 33.

Quid ſi ſe vulnerans ſit miles. fol. 506. numer. 33.
Quid in præſtante opem. ibiem. num. 34. & ſequenti.
Quid in mutilante, & vulnerante ad effugiendam pœnam puta triremium. ibidem. num. 36.
Quid in frangente ſibi brachium ad fugiendum torturam, vel in abſcindente ſibi linguam. ibidem. num. 38. & ſeq.
An Statutum loquens de vulnerante alium habeat locum in vulnerante ſe ipſum. ibid. num. 41.
Vulnerans ſe ad defraudandum alium, puta ad fingendum incurſum in latrones, & ſupponendum fuiſſe ab illis ſpoliatum, quomodo ſit puniendus. 507. num. 42. & ſequentibus.
An caſtrare ſe ipſum ſit punibile. ibidem. num. 44.
Qua pœna debeat puniri caſtrans, ſeu caſtrare faciens alium. ibidem. numero 45. & ſequenti.
An Pater caſtrare faciens filium propter muſicam peccet, & quid de filio conſentiente. ibidem. num. 46. *verſ. an Pater.*

## Ex Cap. Octauo §. I.

DE fractura pacis qui Doctores tractent. 509. num. 9.
De differentia inter pacem, & treguam, & verbum *de non offendendo*. ibid. num. 2.
Fractura pacis eſt crimen deteſtabile, & enorme. ibidem. num. 3. & quomodo de Iure communi puniri debeat. ibidem. num. 7. & ſeqq. ſed attendenda eſt diſpoſitio Bannimentorum. ibidem. num. 12.
An ad probandam pacem neceſſaria ſit ſcriptura. ibidem. num. 14. & ſeqq.
Teſtes deponentes de pace inter aliquos inhita debent illam concludere per tactum palmarum, oſcula, &c. 510. num. 19.
Pœna conuentionalis an tollat, & innouet pœnam Iuris Communis. ibid. num. 20. *verſ. iſta clauſula, & ſeq.*
An pactum conuentionale ſit per Iudicem attendendum. ibidem num. 21. & ſequenti.
Pœna pecuniaria ſtipulata in Statu Eccleſiaſtico dicitur ſtipulata Cameræ Apoſtolicæ. fol. 510. num. 24. ſed quid dicendum in Ciuitate Bononiæ. fol. 511. num. 25. & ſequenti.
Pœna infamiæ quæ ſit, & quid mali inferat. ibid. num. 27. & ſequentibus.
Infamia an poſſit per Principem tolli, ibidem. num. 27. & ſequentibus.
An Iudex, ſtante Banno diſponente, quod quis ſit perpetuo infamis, poſſit decrerare contra infamem picturam, hoc eſt, quod pingatur eius effigies in aliquo loco Ciuitatis. ibidem. num. 38.
An ad irrogandam infamiam requiratur ſententia Iudicis. fol. 512. num. 39. ſequentibus.
An Officia, & beneficia Eccleſiaſtica poſſint alijs conferri non expectata ſententia contra Infamem. ibidem. num. 41. quid ſi in ſententia nihil dicatur de priuatione. ibidem. num. 42. & ſeqq.
An pœna triremium ſit infamatoria, & ignominioſa. ibidem. num. 45.
An Beneficiatus condemnatus ad triremes perpetuas, aut carceres perpetuos, ſi fuit ordinatus ad titulum patrimonij, & non habeat vnde viuat, poſſit beneficio priuari. fol. 513. num. 46. quid in Clerico concubinario. ibidem.
Offenſio in perſonam, & offenſio perſonæ an, & in quo differant. ibidem. numero 47.
An, & quando vulneris appellatione veniant vulnuſcula. ibidem. num. 51. & ſequentibus.
An pax rumpatur ex ſolo inſultu, & inuaſione facta in aliquem. fol. 514. num. 58. & ſequentibus. Quid dicendum ex archibuſiata ſine offenſione. ibidem.

## Ex Cap. Octauo §. II.

AN paciſcentes ante ratificationem poſſint ſe offendere abſque ruptura pacis. 514. num. 1. & ſeqq.
An is, qui ante ratificationem pacis offendit comprehenſum in pace teneatur releuare eum, qui pro ipſo promiſit, & pœnam conuentam ſoluit. 515. num. 6. & ſequentib. & refertur caſus occurſus. ibidem.

## Ex Cap. Octauo § III.

BVlla ſan. memor. Pij Quarti, & Beati Pij Quinti prohibent allegationem nouæ cauſæ, & qui Doctores de illis loquantur. 518. num. 1. & ſeqq.
Quid ſi de noua cauſa appareat ex eodem proceſſu, vel dependeat à neceſſaria defenſione. ibid. num. 2. & 3.
Ad incurrendam pœnam fractæ pacis requiritur factum prouocans, & inſimul illicitum, & punibile, ſed ad excuſandum à fractura pacis, ſufficit quælibet cauſa prouocans ad iram. ibidem. num. 5. Dummodò non ſit affectata. ibidem.
An Bannimenta, & Bullæ prædictæ prohibeant alle-

allegationem nouæ cauſæ, quando noua cauſa eſt iuſta, & legitima. 518. & ſequenti. num. 10. & ſeq.
An procurans arreſtari in carceribus eum, quem ſciebat cum Saluoconductu Iudicis acceſſiſſe ad carceres ad faciendam pacem cum germano fratre eius, qui arreſtum procurat, præbeat nouam, & iuſtam cauſam offendendi. 519. num. 12. & ſequentibus. Refertur caſus.
An frangat pacem is, qui offendit aduerſarium, ex quo ſponte accedit ad teſtificandum contra ipſũ, cum quo habebat pacem. ibidem. num. 23. & ſeqq. & fol. 521. n. 43. & 44.
Quid de offendente eum, qui liuore vindictæ accuſat. ibidem. num. 24. & ſequentibus.
An conſenſus conditionalis debeat à Iudice admitti. 522. num. 51. & ſeqq.
Quid in Principe, ibidem. num. 52.
Sed an admiſſus à Iudice talis conſenſus debeat attendi. ibidem. num. 54.
An exilium ad tempus connumeretur inter pœnas corporales. ibidem. num. 58.
An ille, ad cuius fauorem fuit facta pax conditionalis poſſit inſtare pro abolitione querelæ, reiecta conditione tamquam nulliter, & indebitè appoſita. 522. & ſeq. num. 61. & ſequentibus.
An excommunicatus poſſit abſolui ea conditione, vt ſi reſiduum nõ ſoluat ad tale tempus reincidat in excommunicationem. 523. num. 64. 524. num. 74.
An, & quando accuſatio, & actio poſſit reſtaurari. ibidem. num. 67. & 526. nu. 94. remiſſiuè.
Pactum conditionale ſi admittitur à Principe, vel à Iudice de Principis mandato impedit, & retardat expeditionem cauſæ, ſi non fuit obſeruatum, & redditur ratio, ibid. nu. 69. & 70.
Admiſſum à Iudice, Principe inconſulto, impedit, & retardat expeditionem cauſæ, ſi non fuit obſeruatum ſolùm in his, quæ ſunt improbata à lege, & ſunt ſupra, & vltra facultatem ipſius Iudicis. fol. 524. num. 73. & ſequentibus.
Pactum conditionale non receptum adhuc in actis, quæ conſiderare debet Iudex ad effectum, vt illud recipiat, vel reſpuat. ibidem. numero 76. & ſequentibus.
Actus perfectio ex quibus inducatur. fol. 525. num. 76. & ſequentibus, Ponderantur, & expenduntur ad hoc plures leges. ibidem.
An partes, ſi velint, quòd in cautione de non offendendo non apponatur pœna pecuniaria, ne ſtipuletur Cameræ Apoſtolicæ, ſint audiendæ. fol. 526. num. 95. & ſeq.
Verba *vade ſub fide mea, quia non offenderis*, an & quando operentur rupturam pacis in offendente, ibidem, num. 97. & ſequentibus.
Aſſecuratio ſub fide Regia quid importet. ibidem num. 100.
An delictum aliquo alio modo, quàm ſub pace commiſſum dicatur proditorium. ibidem, num. 102. & ſequentibus. Recenſentur tres alij modi à Doctoribus ponderati. ibidem.
An ſola inſidioſa induſtria faciat crimen proditorium. ibidem nu. 103. & an in Tribunalibus attendatur. 527. num. 105.
Quid vbi intercedit amicitia, vel non intercedit inimicitia. ibidem. num. 106. & ſeqq. Refertur caſus occurſus.
An, & quando offenſio facta ab amico reconciliato ſit, & dici poſſit proditoria. fol. 528. num. 112. & ſeqq.
An ſit proditor is, qui vocauit aduerſarium ad pugnandum pro certa die, & loco, & deindè non expectata die, & nec in loco conſtituto dictum aduerſarium offendit. folio 529. num. 135. & ſequentibus. Refertur caſus occurſus.
An famulus licentiatus ab eius Domino cum vrbanitate eidem dicente: quod ſibi prouideat de alio Domino, & quod interim maneat Domi, dicatur proditor, ſi dictum eius Dominum occidit. fol. 529. numero 140. & ſequentibus. Refertur caſus occurſus.
Quomodo conſtare debeat de delicto ad effectũ, vt procedi poſſit pro fractura Pacis, vel cautionis de non offendendo, 530. n. 147. & ſeqq.
Qui modus ſit ſeruandus in procedendo contra fideiuſſores in caſu fractæ cautionis de non offendendo. ibidem. num. 151. & ſeqq. Referuntur quatuor modi. ibidem. & ſeqq.
An ad procedendũ contra exulem, vel fideiuſſorem ſufficiat, quod exul ſit viſus in loco prohibito. fol. 531. nu. 161. & ſequentibus.
An conſtito de contrauentione poſſit procedi ad exactionem pœnæ in fideiuſſione contentę abſque declaratoria Iudicis ſuper contrauentione. fol. 532. num. 164. & ſequentibus. Traditur praxis, quæ debet ſeruari in Statu Eccleſiaſtico. ibidem, num. 166. Sed an fideiuſſori competat aliquod remedium ad retardandam executionem pœnæ. ibidem. num. 167. & ſeq.
An, & quando Princeps poſſit facere gratiam delinquenti abſque pace, ibidem, & ſeq. numer. 169. & ſequentibus.
Quid ſi delinquens fuit punitus. 534. nu. 174. & ſequentibus.
Quid ſi pars requiſita pluries, neget facere pacem. ibidem. *verſ. quæro decimo quinto.*
Quid ſi Pars offenſa non porrexit querelam, 535. ſub num. 182. *verſ. quid ſi pars.*

Quid

Quid ſi offenſus ſit forenſis, & ignoretur vbi ſit. ibidem.
An partes poſſint cogi ad faciendam pacem. 534. num. 176. et ſeqq.
An Iudici liceat abſque pace obſtinatè à parte negata remittere conditionem exilij in gratia à Principe reſeruati. fol. 535. num. 181 & ſeq.
An, & quomodo puniri debeant procurantes pacem per vim, & minando. ibidem. nu. 183. & ſeq.
An Iudex compellendo partes ad faciendam pacem incurrat pœnam Conſtitutionum Apoſtolicarum. ibidem. num. 185. & ſequenti.
Quid dicendum de Parochis, & Patribus Spiritualibus minantibus Sacramentorum denegationem. ibidem. num. 187.
An offenſus in conſcientia teneatur dare pacem in ſcriptis eius inimico remiſſiuè. 536. in fine.

## Ex Cap. Octauo §§. IV. & V.

CRimen vindictæ tranſuerſalis antiquitus iura non cognouerunt, & Iulius Clarus non ſciuit quo nomine illud appellaret. fol. 536. num. 1. eſt crimen enormiſſimum. ibidem. Et quando committatur. ibidem. num. 2. & 3.
Conſtitutiones Apoſtolicæ diſponentes ſuper vindicta tranſuerſali, recenſentur. ibid. num. 4.
An Bannimenta loquentia de vindicta tranſuerſali compræhendant opem præſtantes, & delicto aſſiſtentes. 537. num. 12.
An vindicta tranſuerſalis intelligatur reſpectu primi, an etiam reſpectu ſecundi offenſi. 538. *verſ. quæro ſecundò*.
Doctores, qui tractant de materia vindictæ tranſuerſalis. ibidem. num. 13.
An Bannimenta de vindicta tranſuerſali loquentia compræhendant eos, qui non delinquunt appenſatè. ibidem. num. 16.

## Ex Cap. Nono §§. I. & II.

DE Duello, qui Doctores tractent. 540. num. 1.
Quid ſit Duellum, & ad quid, & à quo inuentum. ibidem num. 2. & ſequenti.
Vſui Duellorum Pontifices ſemper obſtiterunt. 541. num. 6. Recenſentur diuerſæ Bullæ Pontificum. ibidem. & ſequentib.
An Bannimenta, ſtantibus tot Bullis Pontificijs, poſſint dici ſuperflua. 542. *verſ. ex iſtis igitur, & ſeq.*
Pœna homicidij de Iure Canonico quæ ſit. 543. *verſ. etenim*.
Conſtitutio Clementis Octaui loquens de Duello, an diſponat cumulatiuè, an diſcretiuè. ibidem. *verſ. & dubitari poſſit*.
Verba in Conſtitutione Gregor. & Clemen. *Si per ſe ipſos non ſteterit, quo minus pugna committatur*, quomodo intelligenda. ibidem. *verſ. nullus poſſit*.
An excommunicationem indictam in Bulla Gregor. & Clem. incurrant, qui acceptato duello accedunt ad locum pugnæ, ſed impediti non pugnant. ibidem. *verſ. nemo, & verſ. nihilominus*.
Quid dicẽdum quoad pœnas temporales. 544. in princip.
An ad pœnam Duelli requiratur tractatus, & deliberatio. ibidem. num. 10. & ſequentibus, & fol. 546. num. 21. & ſeqq.
An hodie non obſtantibus Bullis Apoſtolicis in aliquo caſu permiſſum ſit duellum. 145. num. 13. & ſeqq.
An in materia Duelli quoad pœnam rigoroſam non vſus deroget Conſtitutionibus, & Bannimentis. ibid. num. 17.
An diſpoſitio loquens de Duello compręhendat eos, qui ſe prouocant ad accedendum ad aliquem locum, & certa die ad diſputandum de ſcientijs. ibid. num. 18.
An Duellantes extra Statum Eccleſiaſticum poſſint, ſi ſint Originarij, vel Domiciliati, puniri in Statu Eccleſiaſtico. ibid. *verſ. quæro quatuor*.
Quibus verbis dicatur acceptatum Duellum. ibidem. num. 19. Referuntur diuerſæ formulæ loquendi in hac materia. ibidem. & & fol. ſeq.
Quando pugna poſſit dici ex condicto commiſſa. 546. num. 25. & ſeq.

## Ex Cap. Nono §§. III. & IV.

AN habens firmum propoſitum duellandi incurrant in excommunicationem. 547. num. 2.
Quid ſi duellare volentes conuenerint ſe non vulnerare, ſed ſimulare Duellum, vt quoad opinionem hominum iniuriatus abluat maculam ſibi inuſtam. fol. 547. numero tertio.
Quid vbi prouocans ad duellum eſt certus,

tus, quod prouocatus non eſt venturus ad actum duellandi. ibid. num. 4.
An aſtantes caſualiter incurrant pœnas. ibid. num. 6.

## Ex Cap. Nono §§. V. VI. & VII.

SVperchiaria quid ſit, & quando committitratur. 548. num. 1. & 2.
An ſuperchiaria offenſus dicatur caricatus, & teneatur progredi ad duellum. ibidem. num. 3.

## Ex Cap. Decimo §§. I. & II.

BAnnimenta prohibentia delationem armorum, de quibus armis intelligantur loqui. 549. num. 1. & ſeqq.
An vulnerans cum armis puniatur pro delatione armorum ſi habeat licentiam deferendi. fol. 549. & 550. num. 5. & ſequentibus.
An Iudicibus liceat faciem hominis delinquentis cicatrizari facere. 550. num. 9. & & ſequenti.
Cicatrix quid ſit, & de qua intelligant Bannimenta. ibid. num. 11. & ſeqq.
An ſit differentia inter cicatricem, & ſignum vittuperabile. 551. num. 21.
An cicatrix ſit damnum æſtimabile. ibidem. num. 22. & ſeqq.
An cicatrix facta cum ligno, vel ſaxo compræhendatur in Bannimentis. ibidem. num. 25. & ſeqq.
An requiratur appenſamentum in illatione cicatricis. ibidem. num. 28.
An cicatrix comptæhendatur in Bannimentis ſi poſſit pileo, vel bireto tegi. ibid. nu. 29. & ſeqq.
Debilitatio membri quando dicatur. 551. num. 29. & ſeqq.
Pœna debilitationis de Iure, quæ, & quanta ſit. ibidem. num. 36. & ſeqq.
Quid veniat appellatione membri. ibidem. num. 38. & ſeqq.
An vulnerans debeat puniri pro pluribus vulneribus vnico ictu inflictis. ibidem. num. 42.
An in caſu ſtatuti imponentis pœnam amputationis manus pro quolibet vulnere, ſint amputandæ ambæ manus, ſi vulnera ſint duplicata. 553. num. 43. & ſeqq.
An vulneris appellatione veniat ſciſſura cutis, ſi egeat medela. ibidem. num. 45. & ſequentibus.
An vulnerans teneatur de vulnere, vel de morte, ſi vulneratus ex inflicto vulnere moriatur. ibidem. num. 49.
An vulnerans cum animo occidendi puniatur pœna Bannimentorum, vel maiori. ibidem. num. 50. & ſeqq.
An vulnerans teneatur etiam ad expenſas, & dama erga vulneratum. ibidem. numero 53.
Quid ſi vulnus ſit caſualiter, vel ad neceſſariam defenſionem inflictum. ibidem.
Quid ſi ſe defendens exceſſit moderamen inculpatæ tutelæ. ibidem. *verſ. difficultas tamen eſt.*
Quid ſi vulneratus ſit in culpa incipiendo rixam, vel verbis prouocando. ibidem. *verſ. ſed quid dicendum.*

## Ex Cap. Decimo §§. III. ad VI.

INſultus, aſſaltus, & aggreſſus an ſint vnum, & idem. fol. 554. num. 1. & quid propriè ſit inſultus.
Inſultatus an poſſit impunè vulnerare, & occidere inſultantem. 556. num. 7. & ſeq.
Quid ſi inſultans poſt factum inſultum poſuit ſe in fuga, ibidem. num. 11.
Quid ſi inſultatus inſequens fugientem, occidat alium, quàm inſultantem. ibidem. num. 12.
Inſultans terribiliter cum armis quomodo debeat puniri. ibidem. num. 13.
An inſultus, & vulnus confundantur. ibid. num. 14.
An inſultus, & delatio armorum confundantur. ibidem. num. 15.
An inſultans, qui poſuit ſe in fuga, & inſultatum inſequentem occidit, debeat pœna ordinaria puniri. ibidem. num 16.
An inſultus factus cum armis, vel ab homine armato ſit idem. ibidem. num. 17.
An, ſtante Statuto punienre inſultum factum ad domum, ſub nomine domus veniant oſtium, porticus, &c. fol. 556. num. 29. & ſeqq.
Iniuria facta cum baculo dicitur atrox. ibidem. num. 24. & ſequentibus, & quę ſit pœna inſultantis, vulnerantis, percutientis cum baculo. ibidem.
Quid de occidente cum baculo. ibidem. num. 30. & ſeqq.
Quid de mandante aliquem baſtonari, ibidē. num. 33.

Quid

Quid de percutiente, & mordente cum dentibus. ibidem. num. 34.
Quomodo conſtabit de corpore delicti in crimine percuſſionibus patrato. fol. 556. numer. 35.

# Ex Cap. Decimo §. VII.

AN pœna pecuniaria indicta in Bannimentis pro percuſſionibus ſit ſemper indifferenter imponenda. 557. num. 1.
Quid ſi ex pugno, ſeu percuſſione manu vacua percuſſus moriatur. ibidem. numero 4.

# Ex Cap. Decimo §. VIII. ad XI.

ECcleſia, vt ei concilietur reuerentia debet teneri munda, & expolita. 559. num. 1. & fol. 560. num. 12. & 13.
Sacroſancta Encharistia debet aſſeruari in loco ſingulari, mundo, & ſignato. fol. 559. num. 2.
Quomodo debet ferri ad infirmos. ibidem. num. 3. & 4.
Quomodo punniatur ſacerdos in hoc negligens. ibidem. num. 6. Refertur caſus occurſus.
Quomodo puniatur Parochus, ſi ex eius culpa moriatur infirmus ſine Sacramentis. 559. num. 9.
Iniuria facta coram Legato, ſeu Prolegato, aliiſque Superioribus, dicitur atrox, & poteſt puniri pœna mortis incluſiuè. 560. num. 14. & ſequentibus, & referuutur caſus occurſi.
Atrox etiam eſt iniuria facta in Aula, & Palatio Principis, & quomodo puniatur. ibidem. num. 17. et ſequentibus. & 561. nu. mer. 28. & ſeqq.
Quare ſeuerè puniri debeant delinquentes in Palatio Principis, vel ante excubias, et ante fortalitia. ibidem. num. 25. & ſeq. et numer. 94. & ſeqq.
Edictum exiſtens Romæ prohibens euaginari arma *à viſta di Caſtello*, quomodo debeat intelligi. fol. 561. num. 44. & ſeqq. Refertur caſus occurſus.
De delictis commiſſis in Palatio, ſeu porticu Principis qui Doctores agant. fol. 562. numer. 54.
Salus, et incolumitas Reipublicæ conſiſtit in reuerentia, et obedientia debita Superioribus, & Magiſtratibus. ibidem. num. 56. & ſeq.
Non licet occidere Principem, nec ad propriam defenſionem. ibidem num. 57. & ſequenti.
An filio licitum ſit occidere Patrem ad propriam defenſionem. 562. num. 59.
Laicus offendens Clericum efficitur ratione delicti de Foro Eccleſiæ. ibidem. numero 60.
Clericus offenſus à laico habet electionem Fori, hoc eſt, poteſt pro offenſa adire Iudicem Sæcularem, vel Eccleſiaſticum ad ſui libitum. ibidem. num. 61. etiam ſi agat contra Viduam, vel aliam perſonam priuilegiatam. ibidem. num. 62. & an poſſit etiam variare. ibidem. num. 63.
Quid ſi offenſa in Clericum ſit caſualis, vel ex facto, & culpa Clerici proceſſerit. 563. num. 64. & ſeq.
Quid ſi agat pro morte Conſanguineorum. ibidem. num. 66. & ſeq.
Percutiens Clericum excommunicatur, & etiam pœna temporali punitur. ibid. nu. 68. & ſeqq.
An occidens Sacerdotem gaudeat immunitate Eccleſiaſtica. ibidem. numer. 73. & ſequenti.
An occidens Sacerdotem gaudeat indultu. ibidem. num. 75.
An Sacerdos poſſit ſine peccato ad ſui defenſionem occidere. ibidem. num. 76.
An Clericus poſſit quærelare in cauſa ſanguinis. ibidem. num. 77. & ſeqq.
Quid ſi non proteſtetur. 564. num. 79. & ſequentib. & 84. & ſeq.
Quid ſi proteſtetur, ſed poſtmodum inſtet ad pœnam ſanguinis. ibidem. num. 86.
Quid ſi habeat ſe potius pro teſte, quam pro accuſatore, vt eſt is, qui dum deponit renunciat intereſſe. ibidem. num. 87. & ſequenti.
Quid ſi faciat proteſtationem coram vno Iudice, ſed auocata cauſa à Superiore coram hoc non repetita, & nec facta alia proteſtatione inſtet. fol. 565. num. 89. *verſ. difficultas tamen eſt*. Refertur caſus occurſus.
An Iudex laicus, coram quo Clericus quærelauit cum proteſtatione citra pœnam ſanguinis, poſſit ex eodem proceſſu pœnam ſanguinis imponere. ibidem. num. 90.

# Ex Cap. Decimo §. XII.

BVlla Alexandirina ab Alexandro VI. edita pro Vrbe fuit extenſa ad totum Statum Eccleſiaſticum. 566. num. 1.
Modus formandi proceſſus in delicto coram Iudice commiſſo. ibidem. num. 3. & 4.
An Iudex incompetens fiat competens ratione delicti coram ipſo commiſſi. ibidem. num. 5.
Homicidium appenſatè commiſſum punitur pœna

pœna mortis 566. num. 6. & ſequenti. Et quomodo puniatur, ſi commiſſum ſit ex cauſa litis. ibid. & fol. 567.
Iniurians, vel minans ex cauſa litis quomodo puniatur. 567. num. 8. & ſeq.
Quid in duobus Aduocatis ſe inuicem ex cauſa litis iniuriantibus. ibidem. num. 10.
Ad incurſum pœnæ Bullæ Alexandrinæ quæ requirantur. ibidem. num. 12. & ſequentibus.
Bulla Alexandrina diſponens,quod offendens Aduerſarium ex cauſa litis ammittat cauſam, quomodo ſit intelligenda. ibidem. num. 20. & ſeq.

## Ex Cap. Decimo §. XIII.

Offenſio Officialium quamuis minimorum non eſt tolleranda, & quare. 568. num. 1. & ſeqq.

## Ex Cap. Decimo §. XIV.

Famulus, qui tenuit manum, vt contra Dominum exploderetur archibuſiata, an ſit damnandus ad mortem,ſi effectus non ſit ſequutus. fol. 568. num. 2. & ſequentibus.
Quomodo puniendus ſi Dominum offendat. ibidem. num. 1. & 4.
Quid ſi propinet Domino venenum. fol. 569. num. 5.

## Ex Cap. Vndecimo §. I.

Libellus famoſus quot modis formetur. 570. num. 3. & ſeqq. Et quæ debeant concurrere ad conſtituendum tale crimen. ibidem.
An libellans exprimens nomen proprium in libello compræhendatur in Edicto de Libello famoſo loquente. fol. 571. num. 7. 8. & ſeq.
Quid ſi non exprimat nomen libellati. ibidem. num. 10. & ſeqq.
An publicatio Libelli ſit neceſſaria, & quomodo contingat fieri. ibidem. num. 13. & ſeqq. & fol. 574. num. 45. & ſeqq.
An requiratur, quod crimen obiectum non ſit verum. 571. num. 14. & ſeqq. Et ſit dolo obiectum. ibidem. num. 18. & fol. 572. num. 26. & fol. 575. num. 51.
Quid dicendum ſi libellus contineat ſolum contumeliam. 572. num. 19. & ſeqq.
An mittens literas alicui in iniuriam, & infamiam alterius cum expreſſione, quod teneantur ſecretè compræhendatur in hoc Edicto. 572. num. 24. & ſeq.
An compræhendatur prouocatus, qui cũ alio Libello reſpondeat. ibidem. numer. 29. & ſeqq.
Libelli Famoſi pœna quæ ſit. 573. num. 36. & ſeqq.

## Ex Cap. XI. §. II.

An inueniens Libellum famoſum, ſi non laceret debeat puniri etiamſi non publicet inueniſſe. fol. 575. num. 1. & ſeq.
Quid ſi retineat, ſed non publicet. fol. 576. num. 3. & ſeqq.
Quomodo conſtabit de corpore delicti ſi inueniens libellum ſtatim laceret, & comburat. ibidem. num. 8. & ſeq.
An inueniens Libellum debeat lacerare, & comburere, ſi coram multis deſigat. ibid. num. 11. ſeqq.
Dictio, *ſubito*, quid importet. ibidem. numer. 12.

## Ex Cap. Vndecimo §. III.

An retorſio iniuriarum, & retaleatio ſit licita. 577. num. 3. & 4.
Verbum, *prætextus*, quid importet.

## Ex Cap. XI. §. Quarto. et V.

Præmium ſtatutum in Bannimentis, vel in iure manifeſtanti libellantes, an debeatur indicanti extraiudicialitèr. 578. num.3.
Eran ſufficiat accuſare, ſeu potiùs debeat etiam probare. 579. num. 4.
An præmium debeatur principali ſe, & ſocios manifeſtanti in iudicio. ibidem *verſ. neceſſaria fuit*.
An præmium ſtatutum in Bannimentis debeatur alijs, quàm delinquentibus. ibidem. *verſ. quæro primò*.
Quare Libelli famoſi dicantur Paſquinatæ? ibidem. num. 5.
Quis ſit Iudex competens criminalis, vel ciuilis in crimine libelli famoſi. ibidem. numer. 6.
An actio iniuriarum inſtituta ad reclamationem, aut veniæ ... ſit criminalis, vel Ciuilis. ibidem. num. 6.
An porrigens Principi, vel Iudici ſuplicem libel-

libellum continentē infamiam, & ignominiam alterius compræhendatur in Bannimentis. ibdem num. 7. & ſeq.
Quid in porrigente memoriale cum inſtantia, quod prouideatur Officialium grauaminibus. ibidem. num. 9. & ſeqq.
An publicans libellum iam ab alio publicatū compræhendatur in Bannimentis. fol. 580. num. 12. & ſeqq.
Quid de conficiente libellum famoſum contra Sacerdotem. ibidem. num. 17.
Quid ſi Sacerdos Libellum famoſum conficiat. ibidem. num. 18. & ſeqq.
Quid de Concionatoribus, qui prædicando non tàm vitia, quàm perſonas notant. 581. num. 28.
An ſit differentia inter iniuriam verbalem, & iniuriam illatam in ſcriptis. ibidem. nu. 29. & ſeqq.
Quomodo puniatur iniuria in ſcriptis prolata. ibidem. num. 38. & ſeq.
An in crimine Libelli famoſi requiratur Partis remiſſio. ibidem, ibidem. *verſ. quæro vndecimo*. num. 40. & 41.
An in hoc crimine requiratur accuſatio, & partis inſtantia, fol. 582. num. 42. & ſequenti.
An Iudex in hoc crimine valeat diſſimulare, & negligere, ibidem numero 45. & ſequentibus.
An in Bannimentis compræhendantur mandantes. ibidem. num. 50.
Quid de illo, qui opponit contra aliquem fuiſſe expoſitum Libellum famoſum. ibid. num. 51. & ſeq.
Quid ſi libellatus inueniat Libellum, & publicet. fol. 693. num. 54. & ſeq.
Quot debeant eſſe audientes, & legentes ad hoc, vt Libellus dicatur eſſe publicatus, ibidem num. 56.
An libellans teneatur ſatisfacere libellato ei honorem reſtituendo. ibidem, num. 57. & ſeqq.
Et an Iudex in hoc ſe interponat. ibidem. Et quomodo ſe continere in hoc debeat. 584. *verſ. aduertendum tamen*.
An minores comprehendantur in Bannimentis. 584. num. 60.
An compræhendantur Bibliopolæ, & Mercatores librorum. ibidem. num. 61.
An pœna aggrauari debeat, ſi affixio Libelli famoſi fiat in Palatio Principis, vel Eccleſia. ibidem, num. 62.

## Ex Cap. Vndecimo §. VI.

POena oſculantis mulierem per vim, quæ ſit. 584. num. 1. & ſeq. & 585. numer 12. & ſeqq.
An requiratur quod vis, & violentia fiat cum armis. fol. 585. numero ſexto.
An pœna ex cauſa veniat minoranda. ibidem. num. 7. & ſeqq.
Quid de oſculante volentem. ibid. num. 11.
Quid de oſculante ad effectum impediendi matrimonium cum alio, ibidem. num. 15. & ſeq.
Quomodo probetur corpus delicti in oſculo violenter dato. ibidem. num. 17.
An, & quando oſculum præſumatur luxurioſum, ibidem, *verſ. quæro ſeptimò*.

## Ex Cap. XI. §. VII.

INiuria mulieri quot modis poſſit inferri. 586. num. 1.
Quomodo probetur corpus delicti in iniurijs verbo illatis. ibidem. num. 2.
An veritas conuicij excuſet. 587. num. 8.
An plures iniuriæ vno impetu illatæ reputentur vnica, vel plures. ibidem. num. 9. & ſequenti.
An in crimine iniuriarum Iudex poſſit ex officio procedere, 588. & ſeqq.
In crimine iniuriarum quomodo taxetur intereſſe remiſſiuè. ibidem. num. 15. & ſeq.
Verba Bannimentorum, *Atti dishoneſti*, quid importent. ibidem. num. 17. & ſeqq.

## Ex Cap. XI. §. VIII. ad XIII.

DE proijciente in aliquē ſtercus: de ſtercorantibus fores: de appendentibus cornua. 590. num. 1. & ſeqq.
De proijcientibus lapides: De facientibus matinatas. ibidem, num. 9. & ſeqq.
Iniuriæ in vitam, honorem, famam, pecuniam, an ſint inter ſe formalitèr diuerſæ. 591. num. 22. Referuntur plures ſpecies iniuriarum. ibidem.
Mentita an, & quando ſit iniuria grauis. 592. ſub num. 31.
Mentita an, & quando admittat excuſationem. ibidem, num. 35. & ſeqq.
Prouocatus an dicatur excedere ſi incōtinenti propulſet. ibidem. num. 45. & ſeqq.
Quid ſi pugno percutiat. ibidem, numer. 47. & ſeq.
Quid ſi retundat verbis diuerſam ſpeciem iniuriæ continentibus. 594. num. 49.
Quomodo exceſſus in hoc crimine puniatur. ibid. num. 52.

## Ex Cap. XI. §. XIV.

DE modeſtia ſeruanda ab Aduocatis. 595. num. 1. & ſeqq.

## Ex Cap. XI. §. XV.

DE ſcribentibus literas in obrobrium alterius. 596. in ſecunda columna.

## Ex Cap. Duodecimo §. I.

TAlea quid, & quotuplex ſit. 597. numer. 1. & ſeq.
An ad incurrendam pęnam Bannimentorum neceſſe ſit, quod imponens taleam habeat in eius poſſe taleatum. ibid. num. 5.
An ſoluens taleam incurrat pœnam Bannimentorum. ibidem. num. 6.
An recaptans compræhendatur in Bannimentis. ibidem. num. 7. & ſeqq.
An ad pœnam Bannimentorum neceſſaria ſit exactio pecuniarum. 598. num. 18.
An pœnitentia in delictis excuſet, & quando. 599. num. 24.
An recaptans puniatur pœna ordinaria etiamſi pecuniam, vel res petitas cum effectu non recipiat. ibidem. num. 26. & ſeqq.
An ſcribens literas minatorias ad requiſitionem facinoroſi compræhendatur in Bannimentis. 600. num. 32. & ſeqq.

## Ex Cap. Duodecimo §. II. ad IV.

PRohibens aliquem teſtari, vel contrahere qua pœna teneatur. 601. nu. 1. & ſeqq.
An violentia, de qua in Bannnimentis debeat fieri cum armis. ibidem. num. 6.
Et an, & quomodo violentia fieri poſſit ſine armis. ibidem. num. 7.
Metus qualis eſſe debeat, vt compræhendatur in Bannimentis. ibidem. num. 8. & ſeqq.
Quomodo debeat probari metus. 602. nu. 16. & ſeqq. & quando excludatur. ibidem. numer. 18. & ſeq.
An ſit differentia inter compellere, concutere, & ſuperchiare, & quænam ſit. ibidem. num. 21. & ſeqq.
Expenduntur ad hoc plures leges, ibidem, vſque in finem.

Finis Indicis Materiarum,
ſeu Argumentorum.

PAN-

# BANNIMENTORVM GENERALIVM CIVITATIS, ET LEGATIONIS BONONIAE,

## Cum Annotationibus IOANNIS DOMINICI RAYNALDI,

## PROOEMIVM.

SE bene per grazia dell'Onnipotente IDDIO, e della Glorioſiſſima ſempre Vergine MARIA, l'Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo Monſignore, il Signore Benedetto del Titolo di Santa Priſca Prete Cardinale Giuſtiniano, di Bologna, ſuo Contado, e Diſtretto Legato de Latere, &c. ſin quì hà conoſciuto, che appreſſo la maggior parte de'Sudditi della Legazione preuale l'oſſeruanza del Superiore al timore delle pene: Nondimeno perche ne i Bandi Generali vltimamente publicati ſi ſono trouate alcune coſe, che forſe richiedeuano chiarezza maggiore, per rimuouere ogni dubitazione à fine, che alcuno per preteſa ambiguità, & oſcurità de i detti Bandi non reſti dalla ſua opinione ingannato; ſi è riſoluto con il conſenſo degl'Illuſtriſſimi, & Eccelſi Signori Anziani, Conſoli, e Confaloniere di Giuſtizia, e degl'altri Signori del Regimento di Bologna di nuouo publicare i Bandi Generali, riformati in alcuni luoghi: i quali Sua Signoria Illuſtriſſima vuole, che, come inuiolabile legge, debbano eſſere oſſeruati, così da ciaſcheduna Perſona di qualſiuoglia ſeſſo, ſtato, grado, qualità, ò condizione, come ancora da tutti i Communi, Collegij, & Vniuerſità in qualſiuoglia modo ſoggetti alla Legazione ſotto le pene corporali, e reſpettiuamente pecuniarie in eſſe contenute.

### Procmij §. Primus,

*SVMMARIVM.*

1 *Deo omnia referenda.*
2 *Deus mundum ſemper rexit.*
3 *Deus curam habet rerum Cæleſtium, & caducarũ.*
4 *Impia eſt opinio dicentium, Deum non curare mundana.*
5 *Formula*, Nos Dei gratia, *quinam inſcribendo vti poſſint.*



Per

Per grazia dell'Onnipotente IDDIO.

1 DEO omnia ſunt refe-
renda, formato enim
Mundo, ſtatim incæ-
pit regere, & conti-
nuò rexit, & vſque ad
cōſumationem ſæculi
reget, vt dicit Foller.
*ad Conſtit. Regni lib. 1.*
*tit. de nouo Fœderici Cod.*
*componendo. cap. poſt Mundi Machinam num. 4.*
vbi ſubdit, quod il'ud *Ioannis 5. Pater meus*
*vſque modo operatur, & ego operor*, intelligi-
tur de opere gubernationis, & regiminis
2 Vniuerſi, & ſic ſemper rexit, & regit; &
citat Alex. de Aleſ. *par. 11. q. 56. §. 3.* Et
hoc idem perhibet Montaluus *Prolog. parti-*
*tarum lit. A. verb. à Dios deue*, & Ioannes
Fernelius *de abditis rer. cauſis lib. 1. cap. 10.*
inquiens *Res caducas in vniuerſum perpetuita-*
*tem præſenti Dei numine conſeruari, atque gu-*
3 *bernari, nec minus caducarum rerum, quàm cæ-*
*leſtium curam illum habere*. Et quidem erro-
4 nea, & impia, ſeù potiùs fatua eſt opinio
eorum, qui dicunt, vt habetur in Pſalmo
93. *Non videbit Dominus, nec intelliget Deus*
*Iacob*; quos redarguit Dauid dicens ibidem:
*Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquan-*
*do ſapite: Qui plantauit aurem non audiet,*
*Aut qui finxit oculum non conſiderat? Qui cor-*
*ripit gentes, non arguet, qui docet hominem*
*ſcientiam? Dominus ſcit cogitationes hominum,*
*quoniam vanæ ſunt*. Et D. Hieronymus *in*
*explicatione dicti Pſalmi 93.* ait: *Deus totus*
*oculus eſt, qui omnia videt, totus manus, qui*
*omnia operatur, totus pes eſt, quia vbique*
*eſt, & quidquid membra noſtra noſtra valent,*
*ipſe operatur*: quibus verbis vſi ſunt etiam
D. Auguſtinus *Pſalm. 120.* & S. Bonauen-
tura *in Pharet. lib. 1. c. 1.* quos refert Solor-
zan *Emplem. 1. num. 6.* Et hoc plures Sancti
Patres, & Theologi, quos allegat idem So-
lorzan. *locò cit. num. 7. & 8.* & maiores, & in-
ſigniores Philoſophi profeſſi ſunt, nempè
Plato *in lib. 34. Dialog. 10. de legib.* Senec.
*epiſt. 83.* Apollonius Tianeus penès Philo-
ſtrat. *lib. 1. in vita eiuſdem circa medium*.
Cicero *lib. 2. de legib. & de natura Deorum*
*lib. 1. in princip.* & Ariſtoteles *12. metaph.*
*cap. 3.* vult Deum per omnes naturas ſuis
ſeminibus in plantas, in animalia, ſiue ſpe-
cies, ſiue genera ſpectes eſſe diuiſum, & hoc
duffuſiùs replicat libro *de Mundo cap. 7. de*
*Deo*, vbi refert ad hoc quoſdā verſus Empe-
doclis, quos imitatus eſt Virgil. 4. *Georgicor.*

*——Deum namque ire per omnes,*
*Terraſque, tractuſq; maris, cælumq; profundum.*
*Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,*
*Quemq; ſibi tenues naſcentem arceſcere vitas.*

Proptereà benè Leonard. Duard. *in Com-*
*ment. in Bulla Cœna Domini lib. 1. cap. 1. q. 2.*
*concluſ. 5. num. 8.* ait, quod Deus per ſuam
immenſitatem eſt vbique præſens, & pro-
indè immediatè concurrit, & immediatè
influit in omnem operationem, non modo
immediatè immediatione virtutis verū etiā
immediatè immediatione ſuppoſiti. Et id
negare erroneum eſſe in fide, ſubdit Duar-
dus ibidem, qui pluribus numeris id oſten-
dit, ad quem lectorem curioſum remitto.
Meritò igitur Eminentiſſimus D. Cardina-
lis Iuſtinianus Omnipotenti Deo refert,
quod Hominum ſuæ Ditionis animis inſita
ſit ratio rectè operandi, & Principi obſe-
quendi potiùs ob amorem, quàm ob ti-
morem.

Nota obiter hic, quòd formulam illam
ſolemnem ſcribendi, *Nos Dei gratia*, adhi-
bent Imperatores, vt habetur *in cap. hac edi-*
*ctali de Pace iuram. firman. cap. 1. in princ. de*
*pace tenenda, & in cap. Imperialem de prohibita*
*feudi alienat. per Federicum*, & eam adhibent
Reges, vt ex Igneo, & Caſſaneo dicit Io:
Franc. Leonardus *in praxi official. cap. 5. n. 6.*
& Principes Chriſtiani dictam formulam
mutuati ſunt à Diuo Paulo *Corinth. 1. cap. 5.*
ibi: *Gratia Dei ſum id, quod ſum*, vt aduertit
Emanuel Aluarez Pegas *ad ordinat. Portugal.*
*tom. 1. in proœm. gloſſ. 4.* & Rebuff. *de concor-*
*dat. in princip. lit. C. verb. gratia*, & meritò quia
Reges Dei gratia, & prouidētia regnant, vt
eſt *tex. in cap. ſi ex bono. de pœnit. diſt. 4. & in l. in-*
*ter claras C. de Trin. & Fid. Cathol.* & vſus dictæ
formulæ ſcribendi non competit, niſi ei,
5 qui præter Deum, ac enſem ſuperiorem
non recognoſcit, Pariſ. de Put. *de Duello*
*lib. 7. §. an Comes num. 3.* Alfar. *de offic. fiſcal.*
*gloſſ. 2. num. 1.* Caſſaneus *in proœmio conſuetud.*
*Burgund. num. 3.* Menoch. *conſ. 2. num. 104.*
*lib. 1.* Add. ad Beſoldum Theſau. *pract. ad-*
*auct. lit. A. §. 124. verb. gratia fol. mihi 63.*
vbi ait, quod *in Gallia nemo abſque reatu*
*criminis læſæ maieſtatis audet ita ſcribere, & quod*
*in Germania Principes vtuntur dicta clauſula,*
*quando ſcribunt Pari in calce ſcripturæ, & quan-*
*do ſcribunt inferiori in capite ſcripturæ, & non*
*vtuntur quando ſcribunt Imperatori*. Et ſubdit
quòd hoc dicti Principes habent ex priuile-
gio, & non iure proprio, & citat Matth.
Steph. *de iuriſdict. par. 7. lib. 2. cap. 7. num. 41.*
& Beſoldum *in polícit. lib. 1. cap. 2. num. 13.*
& Reinx *lib. 1. clauſ. 5. cap. 16. numer. 202.*
Plura de prædicta clauſula ponit Emanuel
Aluarez Pegas *ad ordinat. Regni Portugalliæ*
*loc. cit.* & Camillus Borellus *de præſtantia*
*Regis Catholici cap. 2.* & Salon de Pace *ad le-*
*ges tauri in proœm. num. 29. & ſequentib.* qui
*num. 36.* improbat ſupradictam aſſertionem,
quòd vſus dictæ formulæ competat ſolùm
ſuperiorem non recognoſcenti, quia hoc
non reperitur enumeratum inter Regum
præeminentias, & etiam quia quorumli-
bet Regum poteſtas à Deo eſt D. Paulus *ad*
*Romanos 12.* & quia vidit etiam non Prin-
cipes in ſuis titulis exordiri prædictis verbis,
quibus & inueterata, & immemorialis con-
ſuetudo conſentit, & ex hoc reprehendit
Caſſa-

Caſſaneum loco citato, dicentem, Ducem Burgundiæ prędicta formula vti non poſſe: concedit nihilominus ipſe Salon, quòd ſi aliquis ex Magnatibus Hiſpaniarum dictis verbis vteretur, de facto inhiberetur, tùm quia eam ponere non conſueuerunt, tùm etiam propter regiam pręeminentiam.

## Proęmii ſ II.

*SVMMARIVM.*

1 *Quies Ciuitatis Bononiæ tribuitur protectioni, quam eiuſdem Ciuitatis habet Beatiſſima Virgo.*

2 *Imago B. MARIAE ſemper Virginis à Diuo Luca depicta, tranſlata à Ciuitate Bizantij ad Montem Guardiæ in Territorio Bononiæ.*

3 *Hiſtoria dictæ Tranſlationis penes Fratrem Leandrum de Albertis.*

4 *Excellentia, & Laudes Beatiſſimæ Virginis remiſſiuè.*

5 *D. Lucas Pictor, & Medicus, quidquid dubitent aliqui.*

6 *Pictura non fuit in vſu inter Hebræos, poteſt tamen contrarium deduci ex Sacra Scriptura remiſſiuè.*

### E della Glorioſiſſima ſempre Vergine MARIA.

QVies Ciuitatis Bononiæ meritò tribuitur
etiam Protectioni, quam eiuſdem habet
1 Sacratiſſima Virgo, quæ propter magnam
deuotionem huius Populi, voluit à Ciuita-
te Bizantij transferri eius imaginem à Di-
2 uo Luca depictam ad Montem Guardiæ,
propè Ciuitatem Bononiæ ſitum, vbi mo-
dò ſplendidè, & magnificè aſſeruatur: Hi-
3 ſtoria dictæ Translationis refertur à Fratre
Leandro de Albertis *Hiſtor. Bonon. lib. 7. decad. prim.* & ab Aſcanio Perſio *de Imagine Montis Guardiæ*, & ex eo Laur. Beyerlinch *in Theatro Magno Vitæ Humanæ tom. 5. lit. M. verbo Sancta Maria, §. loca B. Virginis patrocinio celebria, verſ. Mons Guardiæ, fol. 246. & ſequenti.*

4 De Excellentia, & Laudibus Beatiſſimæ Virginis, videndi ſunt Caſſaneus *catalog. glor. Mund. par. 3. conſid. 4.* Alberic. & Gul. de Benedictis *locis relatis per Add. ad Afflict. in prælud. ad Conſtitut. Regni Neapolit. quæſt. 1. lit. F.* vbi Afflict. *num. 6.* dicit quare dicatur Regina, & Mater, & Imperatrix Miſericordiæ, & latiſſimè per plures paginas Laur. Beyerlinch. *loco cit. verbo S. Maria.* De miraculis factis in ſpecie à Sacratiſſima Virgine ſub hac eius Imagine à Diuo Luca depicta, & in Monte Guardiæ poſita, videndus eſt Aſcanius Perſius relatus à Beyerlinch. & à P. Raynaldo in Supplemento ad Baron. Annal. Eccleſ. in Vita Clement. Septimi, & ab eodem poterit haberi notitia; quare in diebus Rogationum Imago prædicta tranſportetur ad Ciuitatem Rononiæ, & ad Eccleſiam S. Matthiæ, S. Mariæ Magdalenæ, & ad Eccleſiam S. Mariæ de Vita, & S. Mariæ de Morte; nempè ob miraculum factum in ſeruando Moniales, ac bona Monaſterij, cum apparitione S. Mariæ Magdalenæ à furore impiorum militum.

Dubitant aliqui, an Diuus Lucas fuerit
Pictor ob duas potiſſimum rationes, pri-
5 ma, quia non Pictor, ſed Medicus à Diuo
Paulo vocatur *ad Coloſſen. 4. verſ. 4.* ſe-
cunda, quia apud Iudæos, qualis erat Di-
uus Lucas, huiuſmodi ars non fuit in vſu,
6 vt *ex lib. 4. Origen. contra Celſum*, & alijs au-
ctoribus argumentatur Beſoldus Theſau. *pract. adauct. lit. M. §. 94. verbo Raphael Vrbinas fol. 662.* Verùm leuia nimis ſunt argumenta, quia potuit didiciſſe pictoriam artem poſt ſuſceptionem Baptiſmatis, & vocari à D. Paulo Medicus omiſſa alia profeſſionis mentione; vlterius non eſt abs re dicere Iudæos calluiſſe artem pictoriam, vt colligitur *3. Regum cap. 6. num. 29.*

## Proęmii ſ. III.

*SVMMARIVM.*

1 *Cardinales dicuntur Eminentiſſimi ex Conſtitutione Vrbani Octaui.*

2 *Titulus Eminentiæ eſt tantæ ſublimitatis, vt omnes alios titulos ſuperat.*

3 *Cardinales Principes debent contentari ſolo titulo Eminentiæ, ex Breue Innocentij Decimi.*

4 *Titulus Eminentiæ, & Eminentiſſimi fuit cognitus noſtris maioribus, & eius in legibus fit mentio.*

5 *Cardinales æquiparantur Regibus.*

6 *Patriarchali, Archiepiſcopali, & Epiſcopali Dignitati præfulget.*

7 *Cardinalatus Ordo inſtitutus eſt ex Sacra Scriptura.*

8 *Exiſtebat tempore B. Petri.*

9 *Cardinalis nomen à D. Sylueſtro ſuis Coadiutoribus fuit datum, & num. 11.*

10 *Cardinales non poſſunt condemnari ſine plurima teſtium multitudine. & num. 18. huius aſſertionis aſſignatur ratio.*

12 *Sunt pars corporis Pontificis.*

13 *Cardinales qui offendunt, incurrunt in crimen læſæ maieſtatis.*

14 *De Origine, & Excellentia Cardinalium remiſſiuè.*

15 *Cardinales ſunt cardines Eccleſiæ.*

16 *Cardinales quãdo ſunt corrigendi in moribus, cautiſſimè eſt procedendum.*

17 *Aſſignatur ratio.*



L'Il-

## L' Illuſtriſsimo, e Reuerendiſsimo Signor Cardinale.

CArdinales prius dicebantur Illuſtriſſi-
mi, vt ex Dec. & alijs ſcribentibus in
*l. 3. ff. de Offic. eius, cui &c.* dicit Gagliardus
*de Iuriſdict. omn. Iudic. num. 5.* Sed à tempo-
1 re Pontificatus ſan. mem. Vrbani Octaui
dicuntur, & decorati ſunt titulo Eminen-
tiſſimi, & eſt titulus tantæ ſublimitatis, vt
3 Cardinales Principes, qui dum ſunt meri
Laici Celſitudinis, & Sereuitatis, ac Alti-
2 tudinis titulo appellantur, ſolo titulo Emi-
nentiæ contentari debent, ex decreto facto
in Sac. Congregatione Rituum, & in for-
ma Breuis confirmato per ſan. mem. Inno-
centium Papam X. Conſtit. 2. in ord.

4 Nota tamen, quòd de titulo Eminentiæ,
& Eminentiſſimi, qui poterit alicui videri
nouus, pluries in iure noſtro fit mentio:
*Auth. de fideiuſſor. §. quæ igitur, & Auth. de
Referend. Plut. §. quæ igitur placuerunt, &
Auth. de inceſt. & nephar. Nupt. §. tua igitur
Eminentia, l. vnica C. de Raptu Virgin. l. fin.
C. de fabricenſ. lib. 12.*

5 Nota iterum quod Cardinales æquipa-
rantur Regibus, ſecundum *gloſſ. in l. 1. ff.
de off. Prætor.* Caſſan. *conſuet. Burg. tit. de
retraict. §. 1. n. 10.* & Patriarchali, Archie-
piſcopali, Epiſcopali, Cathedrali, aliæque
dignitati, quas Romana fundauit Eccleſia
honore præfulgent, vt declarauit Eugen. IV.
*in Conſtit. in ordine* 15. incip. *Non mediocri do-
7 lore*, vbi oſtendit quod Ordo Cardinalium
inſtitutus fuit in Sacra Scriptura *Deuteron.
cap.* 17. ſub nomine fratrum Sacerdotis le-
8 uitici, & quod idem Ordo tempore B. Petri,
& deindè futuris temporibus ſicut hodie
9 extitit, & quod D. Silueſter fuit primus,
qui in Concilio Nicæno hos Coadiutores
ſuos nuncupauit Cardinales, & magno ad-
modum priuilegio inſigniuit, quale nul-
lus Patriarcharum, Archiepiſcoporum, &
Epiſcoporum in Canonibus habere reperi-
tur, vt videlicet ſine plurima teſtium mul-
10 titudine damnari non debeant, & prout
copioſiùs in dicta Bulla habetur, & Cheru-
bin. *in Scholys ad dictam Bullam* aduertit quod
*in cap. Præſul. cauſ. 2. quæſt. 4.* habetur, quod
11 Diuus Silueſter fuit primus, qui Cardina-
lium nomine vſus fuit, & citat. Oldrad.
*conſ. 63.* Tuſc. *verbo Cardinalis concluſ. 95.
num. 1.* & Tholoſ. *Sintagm. iur. lib. 15. par. 2.
cap. 4. num. 9.* Sed Ciacconus in vita Sancti
Higini Pontificis, & ex eo Frater Paulus
Carraria, *de interpretat. Regul. iur. Canon.
quæſt. 4. art. 8. num.* 10. ait, quod nomen
Cardinalis fuit inuentus ab Euariſto, & Hi-
gino Pontificibus, & quod à Diuo Silueſtro
fuit renouatum; & Archidiacon. *in cap.
vbi maius periculum num. 6. de elect. in 6.* ex
Chronica Martini ait, Cardinales initium
habuiſſe tempore Pontiani Papæ, & Mar-
cellini, ſed reijcitur à Ludou. Roman. *conſ.
final.* & eum ſequitur Aluarez Guerrero *in
ſpeculo iuris cap. 24. fol. mihi 66.* vide Choell.
*de notitia Cardinalat. cap. 11. per tot.* qui diffu-
sè de hoc agit, ſubdit Cherubin. *loc. citat.*
Quod Cardinales dicuntur pars Corporis
12 Pontificis, non ſolum ex dicta Bulla Eu-
genij IV. ſed etiam ex decreto Henrici VII.
Imperatoris, quod per extenſum refert ex
Alber. in *Rub. Cod. de ſumma Trinitate*, &
13 ideò offendentes Cardinales, fugantes, in-
ſequentes, vel conſilium, ſeù fauorem id
facientibus præſtantes incurrunt crimen
læſæ Maieſtatis, vt habetur in dicta Bulla
Eugenij IV. *§. 6. & in c. fœlicis de pœniſ. in 6.*
Qui de inſtitutione, origine, munere, ex-
14 cellentia Cardinalium ſe inſtruere cupit,
adeat Barbat. *de præſtant. Cardin.* & Corrad.
*templ. omn. Iudic. lib. 2. cap. 2. de Cardinali-
bus §. 1. §. 2. §. 3.* & Choellium *in tract. de
notitia Cardinalatus*. & adeat Hermoſillam
*ad Lopez prolog. gloſſ. 2.* qui num. 45. agit
*de præcedentia inter Cardinales, & Reges, &
num.* 60. quærit ex Gratian. *deciſ. 29.* an
Epiſcopus det benedictionem Populo, &
deferat mozzettam præſente Cardinale Le-
gato à Latere, & videat Barboſ. *de iurè eccl.
vniu. lib. 1. cap. 4.* qui enumerat priuilegia,
quibus Cardinales fruuntur, & videat De-
xart. *ad cap. Sardiniæ lib. 2. tit. 2. cap. 2. n. 4.*
vbi refert deciſum Cardinales pro totius
Mundi incolis Originarijs, & natiuis haberi.

Nota tertio quod ex quo Cardinales gau-
dent tot prærogatiuis & vt ait ex Henriq.
*lib. 10. de ordin. Sacram. cap. 27.* Moura *de
incantat. & enſalmis opuſcul. prim. ſect. 2. c. 3.
num.* 26. & ego pluribus citatis dicam infra,
15 Cardinales dicuntur, & ſunt Eccleſiæ Car-
dines, à quibus ſicut pendet oſtium ita &
ſuper eis quieſcit oſtium Eccleſiæ clauden-
dum, & aperiendum: & ſicut olim Caba-
liſtæ apud Hæbreos ſeruabant conſilia & ſe-
creta: ità & Cardinales in Eccleſia, vt ſub-
dit Moura *loc. citat.* ideò quando ab ipſis
16 Pontificibus corrigendi ſunt in moribus
cautiſſime agendum eſt, quia vt bene con-
ſiderat Moura ibidem, ex condemnatione
17 alicuius eorum derogaretur in opinione
hominum dignitati Eccleſiæ, & auctoritati,
quod eſt periculoſius, quam in ea tolerare
aliquem peccatorem, niſi ſit valde publi-
cum, & manifeſtum, de quo graue ſcan-
dalum orifetur.

Nota quarto, quod ideo Cardinales non
ſunt condemnandi ſine exceſſiuo numero
18 teſtium, vt dixi ex Bulla Eugenij IV. quia
in Eccleſia Cardiuales tales inſtitui debent
quorum ſanctitati plus credatur quam mul-
tis teſtibus, vt ratiocinatur Moura *loc. cit.*

# Proœmij §. IV.

*SVMMARIVM.*


1 *Benedictus Cardinalis Iuſtinianus vnde ortus, & eius laudes.*
2 *Delegatus præmittit ſuum nomen, & cognomen in literis.*
3 *Repræſentat perſonam delegantis.*
4 *Honorandus ſicut Papa in negotio ſibi commiſſo.*
5 *Principibus licitum eſt inſerere eorum nomen in legibus, & Conſtitutionibus.*
6 *Viris literatis licitum eſt in eorum ſcriptis ponere nomen, & cognomen.*
7 *Redditur ratio.*
8 *Filij literatorum virorum debent Officijs, quatenus ſint ſufficientes, proponi à Principibus.*
9 *Vt plurimum ſunt indocti, & aliquando fatui. Redditur ratio. ibidem.*
10 *Compilatores, & Compoſitores librorum, an habeant aliquod priuilegium.*
11 *Nomen* Benedictus, Ioãnes, Franciſcus, Philippus, Accurſius, *eſt pulchrum nomen.*
12 *Parentes debent imponere filijs pulchrum nomen, etiam ſi illud emere deberent.*
13 *Nomina pulchra fuerunt ſemper magni æſtimata.*


## Benedetto Cardinal Giuſtiniano.

1 Benedictus Iuſtinianus Genuenſis, ex nobili Iuſtinianorum Familia, fuit de anno 1586. xvj. Kal. Ianuarij creatus Cardinalis à Sixto V. & poſt Legationes in Statu Eccleſiaſtico in Piceno, & Aſculano à Gregorio XIV. & Innocentio IX. demandatas incredibili, vt expreſſis verbis loquitur Ciacconus in Vita dicti Pontificis *tom. 4. fol. mihi 168.* probitatis, ſapientiæ, & æquitatis gloria peractas, à Paulo V. qui animi eiuſdem Benedicti robur inſpexit, grauiſſimæ, & non facili huius Ciuitatis Legationi præpoſitus, prudentiſſimas, vtileſque haſce Conſtitutiones ſub nomine Bannimentorum Generalium cũ Ciuitatis, & Legationis beneficio condidit, & promulgauit de anno 1610. quibus etiam hodie Succeſſores ad regimen Legationis cũ maximo gubernij bono vtuntur, vt ſcribit etiam Ciacconus *loco proximè citato.*

Præfatus Dominus Cardinalis rexit per quinquennium hanc Legationem cum charitate, humanitate, probitate, ac conſilio, vt inquit Ciacconus *loc. cit. verſ. floruit fol. mihi 170.* cuius pietatem, benignitatem, comitatem, quibus in regenda hac Legatione emicuit, extollit etiam Iulius Carthar. *crim. deciſ. 89. num. 17.* & ſingularem prudentiam, quam adhibuit in condendis noſtris Conſtitutionibus, ſiuè Bannimentis commendat Bellet. *diſq. Clerical. par. 1. §. 20. num. 21.*

2 Præpoſitum eſt eius nomen, & cognomen, quia conueniens eſt, quod ſciatur à quo condita ſit Lex; & propterea omnes, qui hactenus Leges, Conſtitutiones, Statuta, ſeu Bannimenta condiderunt, nomen, & cognomen proprium in principio inſerere conſueuerunt; ita enim fecerunt Pontifices, vt habetur in Bullis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, & in Proœm. Sexti Decretal. & Clementinarum, & hoc forſan ad exemplum Principum Apoſtolorum Petri, & Pauli, qui vt aduertit etiam Pegas *in Proœm. ad Ordinat. Portugallia gloſ. 3. n. 17. tom. 1.* in in ſuis Epiſtolis nomen proprium præpoſuerunt, & ad exemplum Prophetarum hoc fieri aduertit Io: Franc. de Leonardis *in praxi official. cap. 5. num. 4.* qui refert illud Iſaiæ *cap. 1. ibi Viſio Iſaiæ filij Amos*: & illud Salamonis in prouerbijs *cap. primo*, ibi: *Parabolæ Salamonis filij Dauid*, & Eccleſiaſtes *cap. primo* ibi: *Verba Eccleſiaſtes filij Dauid Regis*, & illud Oſeæ *cap. primo*, ibi: *Verbum Domini, quod factum eſt ad Oſeam filium Beeri*, & ſubdit quòd ſic etiam fecerunt Ioel, Amos, Abdias, Petrus Apoſtolorum Princeps, Paulus Doctor Gentium, Iacobus frater Domini, Ioãnes in Apocalyſi: Ita fecerunt Imperatores, vt apparet ex libris Codicum; ita fecerunt Reges, vt aduertunt Leonardus *loco citato* Foller. *in prax. cenſual. verbo Alphonſus nu. 1.* Afflict. *Conſt. Regni lib. 3. rubr. 56. verbo ad laudem, & gloriam num. 1.* Pegaſ. *loc. cit. n. 17.* & ita fecerunt, & faciunt etiam Delegati Principis, vt dicit Io: Anton. de Nigris, aliàs Campagna *in comment. ad extrauag. Clem. Septimi de vita, & honeſtate Clericor. in princip.*

3 *num. 1.* ob rationem, quam aſſignat, quia repræſentant perſonam Delegantis *cap. prim. 94. diſtinct.* & quoad negotium ſibi commiſ-

4 ſum ſicut Papa, & Princeps ſunt honorandi *cap. fin. 93. diſtinct.* cum alijs Iuribus à Campagna allegatis *ibidem*, & quod ſit li-

5 citum Regibus, Principibus, & Prælatis in Legibus, & Conſtitutionibus inſerere nomen eorum, oſtendit ex Sacra Scriptura, & exemplis plurium Sanctorum Alexand. Roman. *in pragm. Regni Neapolit. pragm. 1. num. 49. tit. de Blaph.* & poſt Io: Andr. Afflict. *loco citato* quærit etiam, an liceat Viris

6 literatis, & Doctoribus in eorum ſcriptis apponere eorum nomen, & cognomen, & diſputat hoc ad partes cum Ioan. Andrea & tandem eum Dominico de Sãcto Georgio concludit affirmatiuè, ſequitur cum Alex. Rom. *loco citat. num. 50.* dummodò non ad oſtentationem, & gloriam vanam, ſed ad laudem, honorem, & gloriam Omnipotentis Dei, quem refert, & ſequitur Io: Franc. Leonardus *de praxi Officialium cap. 5. num. 6.* vide rationes, quas affert Afflict. *loco citat.* quibus poteſt addi alia bona ratio ad concludendum pro affirmatiua, nempè

7 quia Princeps debet eſſe certus de Auctore libri, ad hoc, vt poſſit in contingentijs ſui Dominij vti Opera, & Doctrina Hominis Literati, eumdemque Regimini, & officijs pro-

proponere iuxta Text. *In l. 2. §. poſtea eum Appius ff. de orig. Iur.* & non ſolùm ipſi Compilatores; ſed & filij debent officijs, quatenus ſint ſufficientes, proponi, vt eſt Text. *in l. iubemus, & l. petitionem Cod. de aduoc. diuerſ. Iudic.* Rebuff. *concord. rubr. de elect. derogat. verbo aduocatum priuil.* 17. Pratus ad Paſchal. *de patris poteſt. parte quarta cap.* 3. *verſic. eſt tamen*, ſed certè pauci ſunt, qui poſſunt ad munera adhiberi, cùm non ra-
8 rò filij Literatorum, & Doctorum Virorum ſint indocti, & aliquando farui, & dementes, cui rei aſſignat rationem Belluga *in ſpeculo Princip. rubr.* 11. *numer.* 11. quia Homines Literati habent malum ſtomachum, nam vt dicit Apuleius *in Apologia in principio* literati laboris continuatio omnem gratiam corpore detergit, habitudinem tenuat, ſuccum exorbet, colorem obliterat, & vigorem debilitat; & hoc eſſe verum comprobat exemplis Pratus *loco citato*: aliam rationem adducit Borell. *in addit.* ad Bellug. *loc. citat.* & aliam refert Ioann. Huart. *in eius tract. de examine ingeniorum cap.* 15. §. 2. *in fine*: vide apud eos. Obiter hæc ſint dicta, ſed ſi vis ſcire, an, &
10 quæ habeant priuilegia Compilatores librorum, poteris videre Alber. Brun. in eius Conſilio impreſſo *in princ. tract. eiuſd. de rebus, ſeu diſpoſitionibus dub. in prima impreſſione* Farin. *conſ.* 222. *vol.* 3. Marzar. *conſ.* 73. Rouit. *in pragm.* 2. *num.* 2. *tit. de impreſſ. librorum*, notabilia multa ponit Gonzalez de Salzedo *leg.* 32. *tit.* 7. *lib.* 1. *nouiſ. recopilat.*
11 Obiter etiam dictum volo, quod nomen *Benedictus*, vt inquit probus ad Ioannem Monachum *in præfat.* 6. *Decretal. num.* 44. eſt nomen dulce, & glorioſum, & pluſquam bonum, & hoc nomine ante Pontificatum vocabatur Bonifacius Octauus ex nobili Caietanorum Familia ortus, vt refert Platina, & Frater Io: Rubeus in eius vita, & eodem nomine vocabatur Sanctiſſimus Dominus noſter INNOCENTIVS XI. ex Nobili Familia de Odeſchalchis, qui proprio motu me criminalibus, & ſic tædioſis, ac periculoſis materijs vlterius applicare renuentem ex cauſis, quas referam *infra in cap.* 34. §. 12. *num.* 19. de anno 1681. deputauit Fiſcalem Generalem Sanctæ Romanę, & Vniuerſalis Inquiſitionis, & deindè de anno 1684. ad maiores labores euocando Locumtenentem in Criminalibus Tribunalis Auditoris Cameræ Apoſtolicæ declarauit, & proter admirabilem zelum, cum quo Eccleſiam Dei gubernat, diù incolumem nobis ſeruari precor. Et quidem licèt non ſit valdè curandum de nomine, tamen deſiderabile eſt, habere bonum, & pulchrum nomen, quale pariter eſt *Ioannes*, ſecundùm Pegaſ. *loco ſupra citato num. primo*, & quale eſt nomen *Franciſcus*, ſecundùm Probum ad Monac. *loc. cit. num.* 49. & nomen *Nicolaus*, quod quaſi *Victorem Populi* denotare ait Foller. *in praxi cenſual, verb. Nicolaus in principio fol. mihi* 69. tale etiam eſt nomen *Philippus*, & nomen *Probus*, vt de vtroque dicit Borell. *de præſtant. Regis Catholici cap.* 1. *nu.* 8. & 13. & Prob. ad Monac. *loco cit. num.* 47. & nomen *Accurſius*, vt de ſe ipſo gloriatur Gloſator *in l. ſi in facti §. in danda ff. ad Trebell.* & tale eſt nomen *Alphonſus*, & nomen *Borgia*, vt in exaltationem Caliſti Papæ III., qui Alphonſus nominabatur, & Borgia cognominabatur, inquit Io: Card. de Turrecrem. *in dedicatione Expoſitionum ad librum Decreti Gratiani circa finem*, dicens, quòd *Alphonſus* vulgari interpretatione quaſi *altus fons* dicitur, & Boer. interpretatur, in quo robur, & in quo virtus, & gratia, & quaſi Dominus, vel Dominator, & nomen *Carolus*, pulchrum, & excellens dicit Iacob de Sancto Georgio *de feudis*
12 *verb. Carolus.* Et Parentes debent pulchrum nomen imponere filijs in Baptiſmo, vt dicit Prob. *in loc. cit. num.* 48. etiamſi, vt ità dicam, illud emere deberent pretio cariori, vt dicere ſolebat Domina Milantiana Vxor Io: Andreæ, teſte ipſo Io: Andrea *in cap. cum ſecundùm Apoſtolum in princip. de præbend.* quem referunt Prob. *loco cit. num.* 47. & Pegas. *pariter loco cit. num.* 23. & Borell. *de præſtantia Regis Catholici cap.* 1. honor enim, & decus eſt pulchrum habere nomen, vt inquit Caſſan. *Catalog. Glor. Mundi parte* 11. *conſ.* 23. *& in conſuetud. Burgund. rubr.* 1. *verb. neceſſarijs* §. 6. *num.* 53. & Pegas. *loc. cit. nu.* 4. vbi inſuper ait, quòd inter omnes cuiuſcumque ſtatus laudabiliores ſunt, qui pulchriora habent nomina, & hoc replicat *ibi-*
13 *dem num.* 22. dicens, quod apud omnes nationes pulchra, & bona nomina ſemper in magna fuerunt æſtimatione, ita vt nomen pulchrum habere maxima res æſtimetur, & ad hoc citat Molin. Gratian. & Caſſan, vndè Cardin. & ex eo Probus *loc. citat. n.* 51. dicere ſolebat, quòd non poſſet quodammodo eſſe maior paupertas, quàm de pulchris nominibus facere inopiam.

# Proęmij §. V.

*SVMMARIVM.*

1 *Bononia Ciuitas nobiliſſima.*
2 *Dicitur Ciuitas Eccleſia.*
3 *Eſt antiqua.*
4 *Dicta fuit Felſina ex nomine Aedificantis.*
5 *Deindè Boiona, quia caput Boiorum.*
6 *Romanorum Colonia.*
7 *Opulentiſſima tempore Auguſti.*
8 *Eſt in amenißimo loco ſita.*
9 *Nullius Rei præter frumenti eget.*
10 *Eſt ſituata in confinio diuerſarum Prouinciarum.*
11 *In nulla tamen earum exiſtit.*
12 *Quarè dicitur nobilißima.*

*Nobi-*

13 *Nobilitatis AEtimologia.*
14 *Nobilitas cauſatur ex loco.*
15 *Et melius eſt eſſe popularem Ciuitatis Nobilis, quam Nobilem mediocris Ciuitatis.*
16 *Ciuium tres ordines.*
17 *Senatores Bononiæ ponuntur inter clariſſimos.*
18 *Scientia in Ciuitate Bononiæ tenet Monarchiam.*
19 *Bononia mater eſt ſtudiorum.*
20 *Bononiæ Vniuerſitati Doctorum fuit à Pontifice directus liber ſexti decretalium.*
21 *Bononia Ciuitas Regia, Pontificia, Papalis.*
22 *Eius prærogatiua.*
23 *Bononia, quaſi bona ſuper omnia.*
24 *De Bononia, qui obloquitur eſt fatuus.*

## Di Bologna ſuo Contado, e diſtretto.

1 Ciuitas Bononiæ dicitur eſſe nobiliſſima
2 Ciuitas Eccleſiæ à Marſil. *in tract. de bannitis in princip. ſeù themate tractatus*, & meritò quidem propter antiquitatem, propter ſitum, propter habitatores, propter ſciētias, & propter multas prærogatiuas, quas habet.
Antiquitas Ciuitatis manifeſtè apparet
3 ex ſupplemen. Cronicorum Fratris Iacobi Philippi Bergomen. lib. 6. verbo Bononia, vbi ex Plinio omnium Vrbium, quas Etruſci circà Appenninum habebant, vetuſtiſſimam, & primam fuiſſe ſcribit, & primò
4 Felſina ſumpto nomine à filia eius, qui locum ædificauit iuxtà Fr. Leand. Albert. *in*
5 *hiſtor. Bonon.* deindè Boiona, quia Galliæ Ciſalpinæ, & Boiorum caput fuit, iuxtà Albert. & Bergomen. *locis citatis*, & tandem Bononia nuncupata, & appellata reperitur, & Romani eam pro Colonia elegerunt, & ampliarunt, adeò, vt tempore Auguſti Im-
7 peratoris trium opulentiſſimarum Italię Ciuitatum vnam fuiſſe dicit Bergomen. *loc. cit.*
8 Situs eius in loco plano, & ameniſſimo,
9 nullius rei idoneæ egens, niſi quod aduecto plurimum frumento opus habet, proût de Ciuitate Valentiæ dicit Mattheù *de Regim. Regni Valent. cap. 1. num. 1.* concurrit maximè ad nobilitandam Ciuitatem, nam illa poſitura & ſituatio in loco ameno & fertili, & illa lætiſſima Cæli, ſolique facies reddit locum conſpicuum, & nobilem iuxtà illud Virgilij.

*Eſt locus Italiæ medio ſub Montibus altis Nobilis.*

Præſertim verò quià hæc Cinitas cum
10 ſita ſit in confinio Prouinciæ Lombardiæ, Romandiolæ, Marchiæ Triuiſanæ, & He-
11 truriæ, ex nulla tamen, & in nulla earum Prouinciarum exiſtit, vt ex Geminiano, & Fælino dicit Marſil. *de Bannit. §. Bononia num. 4. & ſing. 238.* quem refert Iacob. Cohell. *ad Bull. bon. Regim. cap. 9. §. primo gloſ. 4. num. 15.* & ideò ſi fiat mentio de habitantibus in Lombardia, in Romandiola, in Marchia Triuiſana, aut in Hetruria non comprǽhenduntur habitantes in Ciuitate Bononiæ, vt aduertùnt præcitati Doctores, ſed ipſa Domina ſui ipſius principium, & finem particularis Regionis ſibi conſtituit in ea parte, per quam Viatores qui ex Gallia, Germania, Hiſpania, Polonia, Romam tendunt, de neceſſe pertranſire ha-
12 bent; vndè dicitur Nobiliſſima ratione ſitus, tùm quià ex ſe facit Prouinciam, tùm quià eſt omnibus nota, & per om-
13 nium ora vulgata, nobilitas enim deriuat à noſco, quaſi noſcibilitas, vt ait Caſſan. *Catalog. glor. mund. par. 8. conſider. 2.*
14 Habitatores inſuper nobilitant Ciuitatem, quia licet Nobilitas cauſetur ex loco, quoniam Ciuis ex Vrbe ſplendida otiundus nobilis eſt *iuxta tex. in cap. nos qui 11. diſt. & cap. illud, & cap. Adam eadem diſt. & l. in Vrbe ff. de ſtat. homin.* cum alijs adductis per Caſſan. *Catalog. glor. Mun. par. 8. conſid. 18. in princip. & part. 11. conſid. 14.* adeò vt me-
15 lius ſit eſſe propularem Ciuitatis Nobilis, quam Nobilem Ciuitatis mediocris, vt ex Bald. *in in l. prima C. de Alexandriæ Primatibus lib. 11.* ſubdit Caſſan. *loc. cit.* & dixit Marſil. *de Bannit. §. mihi patria num. 1.* qui ex hoc infert, quod Ciues Bononienſes ſunt præferendi ciuibus aliarum plurium Ciuitatum, quæ ſunt minus dignæ, quem refert Cohell. *loco cit. num. 16.* nihilominus etiam Ciuitas recipit ſplendorem, ac nobilitatem ab eius Ciuibus, & habitatoribus;
16 nam vt habetur *Machab. lib. 2. cap. 5. verſ. 19. non propter locum gentem, ſed propter gentem, locum Deus elegit*; habitatores in tres ordines diuidit ex Bartol. Cepoll. Caſſan. *catalog. glor. Mund. part. 11. conſid. 2.* nempè maiores, medios, & minores. Maiores ſunt qui ad dignitatem prouecti ſunt, quales Senatores quadraginta virorum, qui inter
17 Clariſſimos ponuntur à Pellegrino, in ſpecie de Senatoribus Ciuitatis Bononiæ loquente, *in conſ. 85. num. 158.* penes Farinac. *lib. 1. conſ. eiuſdem*, & hoc titulo condecorantur à ſan. mem. Gregorio XIII. in Conſtit. 79. §. 2. ibi: *Clariſſimo quadragintauirum Senatu, & Magiſtratibus decorata*; medij ſunt ij Nobiles, qui ſine alia dignitate, honorificè, & ſplendidè viuunt, & iſti ſunt in dicta Ciuitate in magno numero, vt elicitur etiam ex dicta Conſtitutione Pontificia ibi: *aliorum item Illuſtrium Virorum, apud quos & vera Religionis cultus, & ſumma in Rom. Pontif. ipſamque Sedem obſeruantia, & ſtudium ſemper enituit, copia quidem inſignis.* Minores ſunt hi, qui artem exercent, & etiam ab his nobilitata Ciuitas ob exquiſita artificia, & inuentiones nouas, quibus artes perfectionantur, & ob culturam exactam Agrorum, qui arboribus refecti, & ſepibus ex arte inflexis, & conſtipatis, & inuicem æquatis, ſpeciem hortorum, & viridariorum nobilium præſeferunt tranſeuntibus.
18 Scientia in Ciuitate Bononiæ tenet Monarchiam, vt *ex Gloſſ. in rub. C. de ſtud. liber. Vrb. Romæ lib. 11.* inquit Marſil. *loco cit. §. Bononia num. 1.* & ex Horat. Luc. & Cherubin.

rubln. inquit Cohell. *loc. cit. cit. num.* 3. vn-
19 dè meruit appellati Mater Studiorum, vt
dicit *Gloſſ. in l. fin. C. de Teſtam.* Marſil. *loco
cit. num.* 2. & Gregor. XIII. *in d. Conſtit.* 79.
§. 2. ibi: *Studiorum Mater ab omnibus appellata.*
& Ciuitas ex hoc ſculpſit, & hodie ſculpit
in moneta verba: *Mater Studiorum Bononia
docet*, vt etiam refert ex Cherub. Cohell.
20 *loc. cit. nu.* 4. & ob hanc excellentiam Vni-
uerſitati, ſeu Collegio Doctorum, & Sco-
larium dictæ Ciuitatis à Summo Pontifice
liber Dectetalium Sexti, & Clementinatũ
ſuit directus, vt apparet ex proœmio ipſo-
rum, & referunt Marſil. *loc. cit. num.* 2. &
Cohell. pariter *loc. cit. num.* 5. & ob eamdem
excellentiam Viros Dignitatibus Eccleſia-
ſticis claros Epiſcopos, Cardinales, Pontifi-
ceſque de Eccleſia Dei optimè meritos, &
& lumina mundi attulit, & genuit, vt te-
ſtaiur Greg. XIII *in dicta Conſtitutione* 79. §. 2.
& ex Bald. Marſ. & Tuſch. dicit Cohell. *lo-
co cit. num.* 9. & Collegium prædictum ob
ſummam ſcientiam legalem in omnibus
ſchiſmatibus, pattes veri Pontificis perpetuò
ſuſtinere, & defendere potuit, vt habetur
*in d. Conſt.* 79. §. 2.

Prærogatiua demum eſt magna, quia
21 Ciuitas Bononiæ, dicitur Ciuitas Regia *à
gloſſ. in proœm. ff. §. hac autem ſua* verb. *Regijs
Vrbibus*. Ratio autem quare dicarut Regia,
poteſt deſumi ex Muta *ad Capitula Regni Si-
ciliæ tom.* 1. *in proœm. num.* 3. *in fine*, qui ex
Andrea de Iſernia *proęm feudal. num.* 25. di-
cit quod Ciuitates, in quibus ſunt Studia
vocantur Regiæ. Dicitur *Ciuitas Pontifi-
cia, ſeu Papalis* à Cohell. *loc. cit. num.* 14. di-
citur Ciuitas Eccleſiæ à Marſil. *in proęm. ſeu
themate tract. de bannitis*: dicitur *Primogini-
ta Sedis Apoſtolicæ* à Gregor. XIII. *in dicta
Conſtit.* 79. §. 1. qui ibid. ait, quod prædi-
cta Ciuitas fuit iam indè vſque à Theodo-
23 ſio Imperatore ampliſſimis illuſtrata pri-
uilegijs, & à diuerſis Romanis Pontificibus
ad Regum congreſſus, Impetatoris Coro-
nationem, Concilij Oecumenici transla-
tionem, aliaſque maximas res getendas de-
lecta, & §. 1. ait, quòd Bononia S. Petro-
nij Epiſcopi, & Protectoris interceſſioni-
bus, & meritis omni tempore Diuinæ Pie-
tatis abundantia, magnis multiſq; orna-
mentis exculta nõ modo Diœceſis magni-
tudine ſatis in omnem partem patens, ſed
Cleri populique pietate, dignitate, ampli-
tudine florens, Epiſcoporum quoque or-
dine ſuccedentium, quos item multos ab
initio ferè naſcentis Religionis ſæuientibus
adhuc infidelium perſequutionibus Fidei
defenſores, & in Sanctorum conſortio ad-
ſcriptos, habet numero affluens, Sacrarum
prætereà Reliquiarum copia abundans, re-
ligioſiſſimis quoque Templis, Baſilicis,
Monaſtetijs, locis pijs, & alijs quæ ad om-
nem eiuſdem Cleri, populique Bononien-
ſis laudem inſignia ſunt pietatis chriſtianæ
monumentis ornata, valdè per ſe elucet,
& à san. mem. Iulio II. priuilegijs multis
etiam condecorata exiſtit.

Concludendum igitur, quòd hæc nobi-
23 liſſima Ciuitas appellata eſt Bononia, vel
quia bona ſuper omnia, vel quia eſt
bonorum notitia nimis amabilis, & dicit
Gloſſ. *in Clement.* 1. *verbo Bononia de Ma-
giſtr.* Marſil. *de Bannitis §. Bononia numer.* 1.
Cohel. *loco cit. num.* 3. vel vt mihi videtur,
quia bona omnia in ſe, & per ſe habet,
propterea qui obloquitur de hac Ciui-
tate, cuius laudes notoriæ ſunt, & fa-
ma ipſius, ac gloria per totum Orbem
clareſcit, vt dicit Marſil. *loco citato nu-
mer.* 4. videtur carere plenitudine intelle-
24 ctus, vt de Accurſio, qui in aliquibus glo-
ſis de illa obloquitur, reſpondet Marſil. *ibid.
num.* 3. *circa fin.* etenim patet, quòd Bono-
nia Aedificiorum magnificentia, opibus,
fertilitate, Populi magnitudine, egregia
erga exteros hoſpitalitate, ac præcipua er-
ga omnes beneuolentia, & charitate, om-
nique alia virtute illuſtris eſt, & habetur, vt
formalibus verbis dicit Gregor. XIII. *in ſa-
pè cit. Conſtit.* 79. *in* §. 2. *in fin.* Qui plura cu-
pit ſcire de prærogatiuis, excellentijs, lau-
dibus huius Ciuitatis, adeat Marſil. *loco cit.*
& Monterent. *in Præfat. ad Stat. Ciuil. Bonon.*
qui exactè omnia excurrunt.

---

# Proęmii §. VII.

*SVMMARIVM.*

1 *Legati in triplici ſunt differentia, alij nati, alij miſſi, alij à Latere dicuntur.*
2 *Legati à Latere deſumuntur è cœtu Cardinaliũ.*
3 *Quare dicuntur à Latere.*
4 *Habent poteſtatem ampliſſimam.*
5 *Incedunt cum comitatu multorum.*
6 *Habent ſcuta mille pro qualibet Dieta à Camera Apoſtolica.*
7 *Qui exegerint ad rationẽ expenſarũ dumtaxat.*
8 *Miſſi ad regendum Prouincias accedunt expenſis proprijs.*
9 *Iſti æquiparantur Proconſulibus.*
10 *Solent habere commiſſionem publicam.*
11 *Et quandoque inſtructiones ſecretas.*
12 *Tenentur obſeruare dictas inſtructiones.*
13 *Valet tamen, quod contra tenorem illarum factum eſt.*
14 *Non tenentur oſtendere ſubditis inſtructiones, quas habent.*
15 *Nec permittendum ſubditis, vt petant.*
16 *Legati à Latere in Prouincia illis demandata honoribus, & facultatibus, quibus Pontifex frueretur, fruuntur exceptis incommunicabilibus.*
17 *Etiam mortuo Pontifice.*
18 *Si durante Sede vacante expirat triennium, ad quod ſunt conſtituti.*

19 *Lega-*

19. *Legati à Latere poſſunt etiam mortuo Pontifice, à quo fuerunt deputati adire Prouinciam, & poſſeſſionem Legationis accipere.*

20. *Tria regulariter poſſunt iudicare, gratiare,, leges condere.*

21 *Principes habent poteſtatem contentioſam, & politicam. & num. 99.*

22 *Poſſunt enim ex informata conſcientia ſine proceſſu ſuccurrere.*

23 *Ita reſolutum per Theologos.*

24 *Fundatur in intrinſeca natura Supremi Dominij.*

25 *Et fundatur in Iure.*

26 *Sanfelic. reijcitur. & num. 29.*

27 *Poteſtas ordinaria ſufficit ad omnia regulatè agendum.*

28 *Abſoluta ſapit Tirannidem.*

29 *In Principe neceſſaria eſt duplex poteſtas.*

30 *Experientia rerum eſt magiſtra.*

31 *Poteſtate Oeconomica ſublata tollitur, via præueniendi periculis.*

32 *Perfectio conſiſtit in vnitate Principis, & non in vno modo agendi vtilia.*

33 *Poteſtas Oeconomica non eſt abſoluta, quia in Principe exigit conſcientiam informatam.*

34 *Et informationem ad aures talem, qualis neceſſaria eſſet, ſi procederetur iudicialiter.*

35 *Suſpicio tribuit Principi cauſam procedendi via facti.*

36 *Maximè ad auuertendum malum futurum.*

37 *Imò hoc licet etiam Iudici, ſi alia non ſuppetat vià.*

38 *Legati à Latere Proreges habent œconomicam poteſtatem.*

39 *Princeps vtitur poteſtate œcenomica cum maxima diſcretione, moderatione, & feruenti Iuſtitiæ Zelo.*

40 *Plenitudo poteſtatis intelligi debet cum grano ſalis, nempè claue diſcretionis non errante.*

41 *Poteſtatis abſolutæ vſus indiſcretus eſt fugiendus.*

42 *Quæ ſunt ſupra, præter, & contra Ius poſitiuum, & ordinarium, ſunt odioſa, & periculoſa, propter conſcientiam.*

43 *Iudices non debent conſulere Principi vſum poteſtatis abſolutæ.*

44 *Poteſtatis abſolutæ vſus requirit magnam cauſam.*

45 *Ex defectu alterius remedij.*

46 *Et quod periculum ſit in mora.*

47 *Scandali euitandi cauſa multa conceduntur, quæ alias non concederentur.*

48 *Ob bonum publicum multa fiunt.*

49 *Princeps habet Imperium in homines ſuæ ditionis.*

50 *Et in eoſdem omnis vtitur poteſtate Oeconomica.*

51 *Et non ſolùm in rixoſos, & turbidos, ſed ob præſumptum auxilium, etiam in eorum conſanguineos.*

52 *Conſanguinei delinquentium poſſunt eijci à patria, tempore, quo fabricatur proceſſus, dummodò iuſtus timor ſubſit.*

53 *Forenſes ex cauſa poſſunt eijci è Dominio, & edici, ne accedant.*

54 *Eccleſiaſticæ perſonæ, & exempti eijci poſſunt ex cauſa.*

55 *Principes, ſicut Pater, & Dominus, habet poteſtatem Oeconomicam in Clericos.*

56 *Contrarium tenet Diana.*

57 *Reijcitur à Creſpi.*

58 *Et Frances.*

59 *Conciliantur opiniones.*

60 *Sed P. Thomas del Bene abſolutè tenet contrarium, niſi in caſu quo periculum ſit in mora.*

62 *Ceſſant tamen difficultates in Legato à Latere, cum ſit Vicarius Papæ.*

63 *Clerici in prima inſtantia cognoſcuntur ab Ordinario vigore S. Concilij Tridentini* cap. cauſæ omnes ſeſſ. 24. cap. 20. de reformat.

69 *Intellige vt habetur. & num. 66.*

64 *S. Concil. Trid. non eſt neceſſe, quòd in ſpecie derogetur.*

67 *Priuilegiati, qui non poſſunt condemnari abſque tela iudiciaria, adhuc comprehenduntur ſub poteſtate œconomica, & poſſunt ſine proceſſu eijci, & puniri.*

68 *Huiuſmodi priuilegium includit ſolùm cauſas contentioſas. & num. 76.*

69 *Princeps quando concurrit bonum publicum, non tenetur ſequi leges.*

70 *Bonum publicum præfertur vtilitati priuatæ.*

71 *Delicto reſpondere debet punitio.*

72 *Princeps ex poteſtate œconomica procedit ad carcerationem. & num. 100.*

73 *Ad exilium. & num. 100.*

74 *Ad relegationem. & num. 100.*

75 *Ad præceptum pœnatum ne exeat de domo, tranſeat per aliquam contradam.*

78 *Et etiam ad pœnam vltimi ſupplicij. & n. 101.*

76 *Pœna ſpreti præcepti exigitur contra eum, qui habet priuilegium excludens confiſcationem.*

77 *Ponderanda in contrarium dicta Io: Franciſci de Ponte, & Sanfelic.*

79 *Princeps, & etiam Iudex poteſt ex priuata ſcientia quando alia non ſuppetat via, iubere interfici delinquentem.*

80 *Contrarium.*

81 *Legati à Latere vtendo poteſtate œconomica poſſunt, quando aliud non ſuppetat remedium Clericos, & Eccleſiaſticos eijcere è Legatione.*

82 *Non tamen alijs pœnis afficere.*

83 *Et nec ſequeſtratione bonorum eos fructibus priuare.*

84 *Et ante executionem debent tria aduertere poſita.*

85 *Eminentiſſ. D. Cardin. Piccolominei temperamentum in hac materia eiectionis Clericorum à Prouincia.*

86 *Principes ſæculares non poſſunt tranſmittere Eccleſiaſticum ad Superiorem, quia eſt velata, & palliata expulſio.*

87 *Intellige vt in num. 87.*

88 *Legati à Latere habent vtrumque gladium ſæcularem, & Eccleſiaſticum.*

89 *Legati à Latere poſſunt ſubditos delinquentes ex ſuſpicione eijcere.*

90 *Et quando habent plenam informationem extraiudicialem, ſeu dubitent de nouo ſcandalo poſ-*

B ſunt

*ſunt relegare, vel in carcerem iniici facere.*

91 *Conſanguinei delinquentium ob præſumptum auxilium eyciuntur à Prouincia, & quando vicinitas eſt ſuſpecta eijciuntur per tot milliaria, & ex Edicto Cardinalis Aldobrandini.*

93 *Explicari debet tale Edictum, iuxta explicationem Caranitæ.*

94 *Imò carcerantur, & quare.*

95 *Eminentiſſ. D. Card. de Aquauiua factum proficuum Romandiolæ.*

96 *Legati à Latere poſſunt eijcere forenſes, & prohibere ne ingrediantur, non tamen punire niſi contraueniant.*

97 *Vagabundi poſſunt tranſmitti ad triremes.*

98 *Refertur caſus ſingularis ad Iuriſdictionem œconomicam pertinens.*

102 *Inuentor artis nouæ mundo proficuæ, poteſt prohiberi ne è dominio, ſeu ditione Principis exeat.*

103 *Et ſi ars ſit pernicioſa debet retineri in carcere ne poſſit eam alios docere.*

104 *Alexander Papa Tertius priuauit Epiſcopum ſimoniacum, ſui promiſſa impunitate faſſus fuit.*

105 *Impunitas promiſſa in terminis iuris dictionis contentioſæ non attendenda in terminis iuriſdictionis œconomicæ.*

106 *Poteſtas œconomica non ſubiacet regulis, quibus ſubiacet poteſtas contentioſæ iuriſdictionis.*

*Plures adducuntur rationes. ibid. & n. 108.*

107 *Impunitas promiſſa pro homicidio ſimplici non ſuffragatur ſi homicidium ſit qualificatum.*

109 *Fides eſt ſeruanda, quamuis plura dentur exempla de facto in contrarium.*

110 *Inuentores pernicioſi inuenti debent condemnari ad mortem, & referuntur exempla.*

111 *Sed reijci debet modus iſte barbarus, & crudelis.*

112 *Et exilio, & tutiùs carceratione Reipublicæ conſulendum.*

## Legato de Latere.

1 LEgati in triplici differentia noſcuntur eſſe, aliqui dicuntur nati, quibus eſt annexus perpetuus Legationis honor, cum inhæreat dignitati, quæ perpetua eſt, iuxtà Text. *in cap. quoniam*, *Abbas de offic. delegati*, quales ſunt Epiſcopi Cantuarienſis, & Eboracenſis, & Princeps Monarchiæ Siciliæ, vt dicit Fragoſ. *de Regim. Reipub. Chriſtianæ tom. 2. lib. 4. §. 1. num. 1.* & Cohell. *de notitia Cardinal. cap. 16. priuileg. 16. verſ. ſecunda Legatorum ſpecies*, vbi ait, quod Legati nati dicuntur etiam Epiſcopi Rhemenſis, & Piſanus; pro quorum Legatorum officij, poteſtatis, auctoritatis explicatione remittit ſe ad Germonium *de Legat. Princip. lib. 1. cap. 15.* & hos legatos natos enumerat etiam Pueron. *in Bulla Cænæ Domini cap. 11. nu. 56. verſ. alij Legati ſunt*. Qui tamen dum loquitur de Monarchia Siciliæ, non videtur hoc abſolutè firmare, vt apparet ex illis verbis certo modo dubitatiuis ibi, & ex priuilegio, quod dicunt Monarchiæ, idem tribuit Hiſpaniarum Regi in Sicilia Cæſar Campana *in vita Philippi II. par. 3. lib. 3.* videtur enim, licet de eo nullam faciat mentionem, adhærere ijs, quæ lato calamo ſcripſit de hac re Cardinalis Baronius *Annal. Anno Chriſti 1097. in Pontificatu Vrbani II. tom. 11.* vbi cōceſſionem Spiritualium, quam ſupponunt factam ab eodem Pontifice Rogerio, ſuiſq; ob vindicatum ab Agarenorum manibus Regnum Siciliæ omnibus ſtudijs, viribuſq; apocrypham eſſe oſtendit, licet dictam conceſſionem fuiſſe verè, & realiter factam à Pontifice ex Carolo Sigonio *lib. 11. de Regno Italiæ fol. 456.* et ex Otthone Friſingenſe *de rebus geſtis Federici cap. 24. fol. 422.* et ex Cardinali Columna relato à Carillo *in annal. anno 1097. fol. 313.* oſtendit Cutellus *ad leges Siculas Federici cap. 12. nota 23. num. 5. fol. mihi 149. & ad leges Martini c. 35. nota 36. num. 4. fol. mihi 535.* qui id comprobat ex pręſcriptione, ſeu temporis immemorabilis curſu, et approbatione ſan. mem. Clem. VIII. qui, comprobata effectu re, ſolùm Principi Legato aſſeſſorem Virum Eccleſiaſtici ordinis conſtituendum eſſe decreuit. Aliqui dicuntur Legati miſſi, quales ſunt Nuntij, qui reſident apud Reges, vt explicant Pueron. et Fragoſ. *locis citatis*; aliqui demum dicuntur Legati à Latere, et iſti vltimi deſumuntur de neceſſe è cœtu Cardinalium, et non poſſunt deputari tales, niſi priùs Cardinalatus Dignitate ſint inſigniti, vt ex gloſ. Menoch. Germon. et alijs firmat Fragoſ. vbi proximè, et quidquid circa hoc diſputet Gloſ. *in cap. 1. de offic. Legati*, certum eſt, quod ſolis Cardinalibus, et non alijs nomen Legati à Latere appropriatur, vt ſanciuit Eugenius IV. *in eius Conſtit. 15. §. 7.* et ſaltèm de ſtylo, et conſuetudine Romanæ Eccleſiæ non niſi Cardinalibus tribui ſolet, vt per tex. *in cap. volentes de Offic. legati, & cap. 1. eod. tit. in 6. & cap. ad eminentiam de ſent. excommun.* inquit Pueron. *loco cit. num. 56. verſ. Legatorum vltimo loco*, et pluribus citatis Pegaſ. *de competen. p. 1. cap. 32. n. 6.* et dicūtur à Latere, quia Cardinales ſunt pars corporis Papę, vt dicit Eugen. IV. *in dicta conſtit. 15. §. 6.* & Fragos *loc. cit. num. 2.* & cum debeant aſſiſtere Papæ, tamquam capiti Eccleſiæ, quoties aliò mittuntur quaſi à Latere Papæ abſtrahuntur, vt reſpondit Eugen. *in dicto §. 7. & ex* Abbat. *in cap. ad Eminentiam num. 1. de Sent. excom.* dicit Cohell. *de notitia Cardinalium cap. 16. priuil. 16. in princip.* & præ alijs Legatis multa, ac magna per Canones eis attribuuntur priuilegia, vt dicit Eugenius *in dicto §. 7.* & quidem ampliſſimam habent

4 poteſtatem, vt habetur in toto titulo *de offic. Legat.* & oſtendunt Gambar. *in tract. de Legat. à Latere*, Villadiego, & Brunellus *in eodem tractat.* Barbat. *de præſtant. Cardinal.* Pegaſ.

gaſ.

gaſ. remiſſiue *de competen. par. 1. cap. 32. nu.*
13. Fragos. *loc. cit.* §. 2. per totum, & iuxtà
maieſtatem, quam repræſentant poſſunt
ſtatim ac exeunt ab Vrbe Crucem præſefer-
re, Fragoſ. *loc. citat. num.* 2. & vti inſignijs
Apoſtolicæ dignitatis, hoc eſt albo Pala-
fræno, ſeu candido Aſtureone, & fręno,
ac calcaribus deauratis *cap. antiqua de pri-
uilegijs*, vbi ſcribentes Hoſtien. *num.* 12. &
Ant. de Burr. *num.* 10. & Fragos *loc. citat.
num.* 3. qui ex Burr. ait hæc eſſe inſignia
5 Romani Pontificis: & debent cum magni-
ficentia, decore, & comitatu multorum
6 iter facere, & ad hoc ſolent habere ſcuta
mille pro qualibet Dieta à Camera Apoſto-
lica, vt fuiſſe aſſignata, ſed non exacta, niſi
ad rationem expenſarum factarum ab Emi-
nentiſſimo Cardinalij Barberino, reſtatur
Taſſonus *de anteſ. verſ. 2. obſer. 2. n.* 57. & ità
audio fuiſſe practicarũ tempore Pontifica-
tus s. m. Alexandri VII. ab Emin. D-mco D.
Cardinali Chiſio Legato ad Regem Gal-
liarum; ſed hæc procedunt quoad Legatos
à Latere miſſos pro ſeruitio Sanctæ Sedis
extrà ſtatum, nam Legati, qui deſtinantur
ad regendum Prouincias, non erigunt
Crucem, niſi peruenti ad Prouinciam, vt
ait Cohell. *dicto priuilegio 16. verſ. alij verò*,
& nec de publico aluntur, ſed ad Prouin-
cias ſibi demandatas accedunt ſumptibus
proprijs, & non vtuntur albo Palafreno,
nec Calcaribus aureatis, vt ex Manfredo
ait Cohell. *loc. cit. verſic inſignijs verò*. Et iſti
æquiparantur ProConſulibus, vt habetur
in *cap. legatus de offic. Legati in 6.* Oliua *de foro
Eccleſiæ part. 3. quæſt. 6. num.* 12. Fragos *loc.
cit. num.* 5. & Cohell. *dicto cap. 16. priuileg.
16. verſ. & morem hunc* Gratian. *diſcep.* 166.
*num.* 4. & Conciol. *crim. reſol. 9. num. 3. in
fine verb. exilium*, & ad inſtar illorum habent
in Prouincia maius Imperium omnibus
poſt Principem, vt eſt textus *in cap. ſi Ab-
batem de elect. in 6.* ibi: *huiuſmodi verò Legatus
qui maius omnibus poſt Romanum Pontificem in
Prouincia ſibi decreta imperium cenſetur habere*,
nec quidquam eſt, quod non per ipſos ex-
pediatur *l. nec quidquam ff. de offic. Proconſul.*
Felin. *in cap. ſuper quæſtionem §. ſi verò num.* 16.
*de offic. Legati*, Fragos. *loc. cit. num. 5. & ſeq.*
Franch. *cap. cum cauſam num 16. quæſt. 8. de
appellat.* Gratian. *loc. citat. & diſcept. forenſ.*
738. *num.* 9. imò ſecundum Dec. *in l. prim.
num. 18. ff. de offic. eius, cui &c.* Legati à La-
tere in Prouincia eis demandata æquiparan-
tur Pontifici per *text. in cap. antiqua de priui-
leg. & cap. hic qui §. fin. de præbend. in 6.* ſolent
10 tamen habere inſtructionem & commiſſio-
nem publicam, vt apparet in deputatio-
ne facta ab Innocentio VI. *Conſtitutione pri-
ma* & à Paulo III. *Conſtit.* 16. & Clem. VIII.
in *Conſtit.* 53. & in alijs tam antiquis, quam
modernis commiſſionibus à Pontificibus
expeditis, & propterea iſti Cardinales Le-
gati tantum poſſunt, quantum reperitur eis
conceſſum per Pontificem in Breui, quod
explicat, & limitat facultates ampliſſimas
conceſſas per verba Vices, & voces noſtras
vt per *text. in Auth. de Præſide Piſidiæ §. vt au-
tem coll. x.* aduertit Sanfelic. *dec. 62. num. 113.
& ſeq. lib. prim.* & Taſſonus *de anteſ. verſ. 2.
obſer. 2. num.* 10.
11 Et quandoque habent etiam inſtructio-
nes ſecretas, quas diligentiſſimè tenentur
12 obſeruare, vt inquiunt in terminis Prore-
regis, Vicarij, ſeu Locumtenentis Regis,
Ramirez *de lege Regia* §. 11. *num.* 16. Cor-
riada *deciſ. 10. num.* 21. & plurimis alijs re-
latis Raphael de Villoſa *diſſertat. Iuris* 6. §.
4. *num.* 16. Verum ſi illas excedunt, licet
13 ſint repræhenſione digni, factum validum
eſt, & tenet, vt reprobatis Franciſco Roc-
co *de Offic. Regent. Rub. 12. num.* 7. & Taſſo-
no *de anteſato* firmat Raphael de Villoſa
*loc. citat. num.* 17. vbi plures allegat concor-
dantes, & in terminis Legati à Latere, Fra-
gos. *d. §. primo num.* 9. qui inquit, quod ge-
ſta per Cardinalem, qui pro Legato à La-
tere ſe pronunciauit, valent etiam ſi verè
non eſſet Legatus, vel non haberet plenam
Legationem, vel eſſet reuocatus, ex do-
ctrina Lapi *alleg.* 89. & Speculat. *ſpecul. aur.
tit. de Legatis §. ſupereſt*, quià ſatis eſt ali-
quem haberi pro Legato, vt ſuſtineantur
acta per illum, quamvis non ſit *l. Barbarius*,
14 *ff. de offic. Præfect.* Et ſubditi, & Prouincia-
les non poſſunt petere editionem dictarum
inſtructionum, quia Cardinales aſſerentes
ſe Legatos, vel Delegatos ad aliquod par-
ticulare negotium non tenentur oſtendere
literas ſuæ Legationis, ſeù commiſſionis,
vt multis citatis Doctoribus dicit Farinac.
*de teſtib. quæſt. 63. num.* 55. & Fagnan. *in cap.
cum in iure de offic. & poteſt Iud. Delegat. n. 45.
& ſeq.* & nouiſſimè pro pluribus Parexa
*de Inſtrum. edit. p. 1. tit. 2. reſol. 3. num.* 33.
& latius ibid. *reſol. 5. num.* 54. qui limitant
hanc generalem traditionem in commiſ-
ſione in præiudicium tertij emanata iuxtà
*gloſ. in cap. ſicut vt nobis 39. de ſent. excommu-
nic.* & hoc ex Angelo *conſ.* 182. dixit etiam
Fagnan. *d. cap. cum in Iure num.* 49. nec enim
15 tam curioſa prouincialium procacitas eſt
permittenda, vt audeant inſtructionem pe-
tere, vt liqueat an cum illa factum Legati
cohæreat, vt benè conſiderat Ramirez *de
lege Regia* §. 11. *num.* 7. & hoc videtur in-
nuere etiam Parexa *loc. cit. reſol. 5. n.* 92.
Quò tamen ad honorem in Prouincia
16 ſibi demandata, eiſdem honoribus, quibus
Pontifices ipſi, fruuntur; & ſic dicuntur
Principes, & Sedis Apoſtolicæ appellatio-
ne continentur *cap. ſi Abbatem & cap. Statu-
tum de elect. in 6.* Barb. *conſ. 44. num. primo*
Conrad. *templ. omn. Iudic. lib. 2. cap. 3. tit.
de Patriarch. num.* 10. & his relatis *Giurb.
conſ. crim. 19. num.* 14. & ſedent in eodem
Trono, vbi Papa ſederet, ſi eſſet in Ciui-
tate, vt de Proregibus explicant relati à

Cortiada *deciſ. 10. num. 7.* ſed non vtuntur
ſua iuriſdictione, nec hanc habent prærogatiuam,
etiamſi ſint ingreſſi Prouinciam,
ſeu Ciuitatem Metropolitanam, Prouinciæ
caput, niſi poſtquam legationis literas
manifeſtauerint, vt pluribus diſputata re
ad partes concludit Solorzan *de Iure indiar.
lib. 4. cap. 11. num. 22.* & ſequentibus apud
quem notabilia plura habentur de hac re;
comprobant *Reuert. deciſ. 236. num. 4.* de
Marinis *ibid. in additione num. 2.* Vincen. de
Franch. *dec. 393.* & ibid, *de Luca.*

Sed quæro primo an mortuo Pontifice
17 expiret eorum iuriſdictio? negatiuam ex
Text. *in cap. 2. de offic. Legati num. 6.* tuentur
Cherubin. *Scholio primo ad Bullam 16. Pauli 3.*
Fagnan, *in cap. cum olim. de maiorit. & obedient
num. 67.* & Io. Andr. Gemin. Franch.
Gambar. locis relatis à Fagnano ibid. Cohell.
*de notitia Cardinal. cap. 16. priuileg. 16.
verſ. quæ verò.* Io. Brunell. *de poteſt Legat.
concl. 33.* & Taſſonus *de antefato verſ. 2. obſeru.
2. num. 14.* vbi ex Cæſare Coſta *lib. 2.
var. ambig. cap. 13.* ait quod ſine cauſa à cætu
Cardinalium non poteſt abrogari, vel reuocari,
vt ex Cucchio, & Gambar. ait
Fragos. *de Regim. Reipub. Chriſt. p. 2. lib. 4.
§. 5. num. 165.*

Quæro ſecundo, an hoc ſit verum quan-
18 do durante Sede vacante expirat triennium
ad quod tempus limitatum eſt Breue Legationis?
Reſpondeas affirmatiuè, quià cum
habeant iuriſdictionem ordinariam, vt diſponit
Text. *in dicto cap. 2.* & dicunt Doctores,
et Fagnan. loc. proximè citatis, continuant
vſque ad Aduentum noui Succeſſoris,
vt in Prorege exemplificant Belluga
Cerdan. Mattheu. Maſtrill. Giurb. Solorzan.
Vico, de Ponte, Franc. Maſull. ad Capic.
locis relatis à Cortiada *deciſ. 10. num. 27.*
iſte caſus ſucceſſit tempore Sedis vacantis
per obitum san. mem. Clementis X. mei
Benefactoris, qui ex ſua maxima benificentia
protegente Eminẽtiſſimo Domino Cardinali
Palutio Alterio, me deputauit Auditorem
Turroni de anno 1671. et occaſionem,
et otium dedit ad has annotationes
faciendas, quæ iure dedicatæ fuiſſent eidem
Eminentiſſimo Domino, niſi Diuo Petronio
eas à principio deſtinaſſem, nam durante
Sede vacante expirauit triennium ad
quod reſtrictum erat Breue Legationis
Eminentiſſimi D. Cardinalis Bonacurſi
Bonacurſij, qui poſt hæc ſcripta cum magna
diſplicentia Proborum obijt in Ciuitate
Bononiæ, quam attentè, ſerio, prudenter
regendo, per quatriennium, & vltrà
quietam, et à Sicarijs expurgatam ſeruauit,
proptereà aliqui ex illis, qui citiſſimè loqui
ſolent, cœperunt in Populo effutire,
quod Legatio præfati Domini Cardinalis
erat terminata, de quà re certior factus
idem Eminentiſſimus licet continuatio eſſet
de iure indubitabilis, vt euidenter etiam
colligitur, ex pluribus rationibus allatis à
Don. Franc. Vico *ad prag. Sardiniæ tom. prim.
tit. 4. cap. prim. num. 31. 32. & ſeqq.* et
melius ad propoſitum *num. 39.* prudenter
obuians ex tempore inconuenientibus
ex inaduertentia facilè occurſuris, procurauit
per Eminentiſſimos Cardinales
capita ordinum declarari, quod Legatio
durabat.

Quæro tertio an mortuo Pontifice poſſit
19 Legatus nominatus adire Prouinciam, et
Poſſeſſionem Gubernij accipere? Tractat
quæſtionem in terminis Proregis Solorzan.
*de Iure Indiarum lib. 4. cap. 11. num. 34.* et
eum referens Matthæu. *de Regim. Regni Valent.
cap. 2. §. primo num. 51.* et concludunt
quod Rege mortuo electus Prorex abſque
alio titulo, vel confirmatione, admittendus
eſt, et in terminis Legati à Latere diſputat
quæſtionem Gambar. *de poteſtate Legati
à Latere lib. 9. num. 29.* et Fragoſ. *de Regim.
Reipub. Chriſtian. part. 2. lib. 4. §. 5. num.
155.* et concludunt per mortem Pontificis
non expirare officium Legati, et Fragos.
ibidem dicit hoc eſſe verum etiam ſi res ſit
adhuc integra, et licet contrarium, quando
res eſt integra, dicat Iulius Lauor. *de conclaui,
& conclauiſt. tit. 3. cap. 3. num. 42.* quem
refert *Cobell. loc. cit. verſ. quæ verò*, neſcio
tamen videre quomodo poſſit dici res integra,
quando ſequuta, et facta eſt declaratio
ſolemniter in Conciſtorio, vt fieri ſolet;
quod eſt indubitatè verum, ſi deputatio
ſit ad triennium ad beneplacitum Pontificis,
et Sedis Apoſtolicæ, quæ ſemper viuit
mortuo Papa *cap. Legatos de poteſt. Legat.
lib. 6. & Fragos loc. cit. num. 160.* et ad ſuſtinendam
hanc opinionem faciunt adducta
à Solarzano *loc. cit. num. 34.* et ſequenti, et
magis propriè, quæ affert Pueron. *in Bulla
Cænæ Domini cap. 11. num. 58. verſ. cæterum
prædictis* ad probandum, quod Cardinalis
ſtatim poſt electionem, et acceptationem
dicitur Legatus à Latere, & munitur protectione
Canonis xi. Bullæ in Cœna Domini,
nec eſt (ſunt eius verba) cur lædens
non excommunicetur, etiam ſi ille nondum
ab Vrbe exierit, aut cur à Portis Vrbis
Legatio dicatur incipere, & nullo modo
anteà.

Quæro quarto, quænam ſint, quæ Le-
20 gati a Latere poſſunt regulariter in exercicitium
eorum facultatis & Iuriſdictionis
agere? Dic, quod reducuntur ad tria, primo
ad iudicialia *l. prima ff. de offic. eius, & l.
Imperium ff. de Iuriſdict.* ſecundo ad gratioſa
*l. prima ff. ad leg. Iul. de ambit cap. 51. gratioſa
de reſcript.* tertio ad diſpoſitiua, nempè ad
ius condendi leges *l. omnes Populi ff. de Iuſt,
& iur.* vt benè ex Belluga & Maſtrill. dicit
Laur. Mattheu. qui loquens de Prorege,
hæc tria enumerat in tract. *Regim. Regni Valent.
cap. 2. §. 2. num. 1.*

Quæro quintò, an in Iudiciarijs includa-

tur

21 tur poteſtas œconomica? Et quidem apud
ſupremum Principem contentioſam, ac
œconomicam, ſeù politicam reſidere Iuriſ-
dictionem omnes vnanimi conſenſu faten-
tur, nàm vbi delicta nequeunt iudicialiter
puniri ob potentiam delinquentis, timo-
rem teſtium, vel quia in fieri conſiſtunt, &
indè quies publica turbatur, aut turbari ti-
metur, eo caſu neceſſe eſt, vt Princeps,
tamquam Reipublicæ Caput, & Parens ex
22 eius œconomica, & politica auctoritate ſi-
ne proceſſu ex iuſta ſuſpicione, & informa-
ta conſcientia poſſit ſuccurrere, & prout
magis expedit prouidere, vt pluribus ex
modernioribus firmant Giurb. *conſ. crim. 49.
num. 24.* de Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de pro-
uiſ. fier. ſolit. cap. primo* Christophor Creſpi
*obſeruat. 3. per tot.* Didac. Ant. Franceſ. *de
Compet. Iuriſd. inter Cur. quæſt. 40. per tot.* &
ſignanter *num. 32.* Solorzan qui plurimos
allegat concordantes *in tract. de Iur Indiar.
lib. 3. C. 27. num. 51. tom. 2.* & Martheu. *de
Regim. Regni Valent. cap. 2. §. primo num. 61.
& ſeqq.* & nouiſſimè D. Petrus Fraſſo *de Re-
gio patronatu cap. 37. num. 33. & ſeq. & cap.
38. per tot. lib. primo* & plures alij Doctores
relati à Cutello *ad ll. Martini controu. 13. nu. 3.
fol. mihi 456.*

Et hoc ex conſulta, & voto plurimorum
23 Theologorum concluſum aſſerit Creſpi
*dicta obſeruatione 3. num. 79. & ſeqq.*

Et certè abſurdum eſſet aſſerere contra-
rium, vt benè conſiderant Cutellus *ad lege.
Siculas concord. 3. num. 11. fol. mihi* 507. quod
prolixiùs dixerat *in dicta controuerſ. 13. n. 3. &
13.* & Creſpi, qui Cutellum citat. *dicta ob-
ſeruatione 3. num. 5.* & Io: Franc. de Ponte
*loc. cit. tit. primo nu. 4.* & Didac. Ant. Franc.
24 *dicta quæſt. 40. num. 32. & ſeqq.* vbi ſubdit,
quod ex intrinſeca natura ſupremæ pote-
ſtatis Principi tamquam Patri vnico; &
principali Patriæ non debet auferri ſuprema
illa œconomica, & politica poteſtas, quæ
conducit ad quietem publicam, & conſer-
uationem politicam, & æconomicam Pro-
uinciarum, Regnorum, & oppidorum ei-
dem ſubiectorum.

Præſertim, cum hæc praxis videatur fun-
25 data in Iure, nempè *in l. congruit ff. de offic.
Præſid.* ibi. *quod non difficile obtinebit ſi, ſollici-
tè agat, vt malis hominibus Prouincia careat,* &
melius *in l. prima C. de emendat. Propinquorum*
vt aduertunt de Ponte *de poteſt. Proreg. tit.
primo de prouiſion. fieri ſolit. num. 3.* Creſpi *di-
cta obſeru. 3. num. primo 6. & 7.* & Solarzanus
*de Iure Indiarum lib. 3. cap. 27. num. primo
tom. 2.* & Cutellus *ad ll. Martin. Controuerſ.
13. num. 3. fol. mihi 456.* plures adducit tex-
tus, nempè *in l. quicumque C. de Epiſc. &
Cler. & in §. ſi Clericus verſ. ſin autèm de pace
tenenda l. fin. ff. de offic. Procur. Cæſar. & in l.
minimi ff. de Relig. & ſumpt. funer.* & quod
Princeps potiatur poteſtate œconomica,
& poteſtate contentioſa, quæ dicitur Iu-
riſdictionis, habetur plenè apud Fragoſ. *de
Regim. Reipublic. Chriſt. in introductione præ-
mial. à num. 4.* vſque in finem, & apud Oli-
uam *de foro Eccleſiæ par. 3. quæſt. prima num. 2.
& 3.* qui citat Diuum Thomam Molin. Bo-
uadill. & Ceuall. locis per eum relatis, plu-
res citat. Matthæu *dicto cap. 2. §. primo n. 64.
& ſeqq.*

Non obſtat Sanfel. *deciſ. 62. num. 53.* qui
26 ex Couar. & Ariſtol. firmat, quòd ex quò
perfectio in vnitate conſiſtit, vna ſola po-
tentia eſt in Principe conſtituenda, cum
quà poteſt facere omnia ea, quæ ſunt æqua,
27 iuſta, & rationabilia, & quod ad facienda
omnia regulatè, & iuſtificatè ſufficit poten-
28 tia ordinaria, & non eſt opus introducere
potentiam abſolutam, quæ ſapit tiranni-
dem.

Quià obiectum diluitur; primo quià Do-
29 ctores omnes aſſerunt eſſe neceſſariam in
Principe duplicem poteſtatem.

Secundò quià hoc idem monſtrat expe-
30 rientia, quæ eſt rerum magiſtra, etenim
ſublata poteſtate œconomica tolleretur via
31 præueniendi periculis, quod non eſt di-
cendum, ex traditis per Doctores ſuprà ci-
tatos, & ſignanter Creſpi *dicta obſeruat. 3.
per tot.*

Tertiò quia Ariſtoteles ait perfectionem
32 conſiſtere in vnitate, nempè in vno Prin-
cipe, & non dicit perfectionem conſiſtere
in vno modo agendi vtilia pro conſerua
tione ſtatus, & Dominij.

Quartò tandem, quia Sanfel. loquitur de
poteſtate abſoluta, hoc eſt, irregulari, inor-
dinata, ad libitum exercita, ità vt ſtet pro
ratione ſola voluntas, quæ eſt abominabilis,
& debet exterminari à mundo ex rationi-
bus, et auctoritabus adductis à Iul. Cappo-
33 ne *forenſ. diſcept. 289. num. 6.* ſed dicta Po-
teſtas œconomica non dicitur abſoluta,
dum adhuc exigit in Principe conſcientiam
informatam, et tantum reijcit telas, et tra-
mites iudiciales, imò Theologi, de quibus
fuit ſuprà facta mentio, apud Creſpi *obſer. 3.
34 num.* 81. exigunt informationem ad aurem
eiuſdem qualitatis, qualis requireretur,
quandò fieret in ſcriptis, ibi. *en el ſegundo
Punto ſe reſoluio, que con los delinquentes noto-
rios, cuyos delicos no ſe podian probar, reducien-
do la prueba à eſcritas y ſe prouaban teniendola
V. E. ad aurem baſtaua eſta information, y che ſe
podria caſtigar con àquella pena, que ſe les daba
ſi la prueba fueſſe in ſcriptis obrando en eſto con la
prudentia y attention, que de V. E. ſe eſpera, y de
los miniſtros que yran aſſiſtiendo à V. E. de ſuerte,
que por ſer la information ad aurem no ſe diſmi-
nuya la pena, ni tampoco baſte para darſe la me-
nor information que la que baſtaria in ſcriptis.*

In idem reincidit, quod vult Solorzanus
*de Iur. Indiar. lib. 7. cap. 27. num. 73. tom. 2.*
ibi *nec iuſtum eſſe ad dictam expulſionem accede-
re, quin prius certa, cantaque, & infallibili pro-
batione animum ſuum inſtruxerit,* argum. *l. 3. ff.*

de car-

*de carbon. edict. & cap. vbi periculum de elect. in*
*6.* et comprobatur ex dictis à fratre Franc.
de Pitiglianis, qui *in pract. crim. can. tit. de*
*teſtib. cap. 2. in princ. ait*, quod Reſpublica
poteſt Principi ſapienti, et iuſto dare pote-
ſtatem condemnandi ex propria ſcientia,
cum vno teſte, vel etiam ſine teſte, ſubdens,
imò probabile eſt Principem in quibuſdam
caſibus hanc poteſtatem habere, vt non-
nulli tradunt, credo tamen, (ſunt eius for-
formalia verba) Rempublicam non poſſe
dare poteſtatem Principi, vt etiamſi alia
ratione non eſt certus de crimine ex dicto
vnius teſtis condemnare poſſit, quia non
habetur ſufficiens certitudo ex vno teſte.

Minus obſtat, ſi dicatur, quod Princeps
non debet ponere ſe in periculo peccandi,
et ideò tutiùs ſit, quòd ſuſpecti, ſi ſint in-
nocentes, non debeant pati, ſi autem no-
centes per iudiciales tramites puniantur.

Quia Princeps numquam poteſt peccare;
ſi illi, quos punit, ſint nocentes ex ſuſpi-
cione, non tamen eius gradus, vt iuditiali-
ter poſſint puniri; nam huiuſmodi ſuſpitio
ſufficienter cauſam tribuit, vt via facti poſ-
ſit incedi, & imminentibus periculis Rei-
publicæ obuiam iri, cum non agatur prin-
cipaliter de puniendo crimine, ſed de au-
36 uertendo imposterùm malo, vt formali-
bus verbis, ex Trullench. *in opere morali lib.*
*8. cap. 1. dub. 13. num. 8. tom. 2.* quem allegat,
37 vult Creſpi *obſer. 3. num. 75.* imò etiam
Iudici hoc licere, ad auertendum malum
Reipublicę imminens concedit Trullench.
*loco cit.* quia Iudex eo caſu non agit vt Iu-
dex auctoritate puniens, ſed ſe, aut rem ſi-
bi commiſſam, vt priuatus defendens.

Habet igitur Princeps abſque vlla prorſus
difficultate vltra contentioſam, etiam
œconomicam, et politicam poteſtatem,
quæ neceſſaria iudicatur pro conſeruatione
pacis, et quietis publicæ, et eamdem œco-
38 nomicam, ac politicam poteſtatem habe-
re, etiam Legatos à Latere, Proreges, Vi-
carios, et generales Locumtenentes fir-
mant Curell. Creſpi, de Ponte, Franceſ.
Giurb. et alij ſupracitati Doctores, quam
opinionem poſt multos, quos citat tenet
Conciol. *crim. reſol. 9. per tot. verb. exilium*, &
nouiſſimè poſt hæc ſcripta tuetur Hieron.
Calà *de præeminent. M. Curiæ Vic. cap. 6. per*
*tot.* alias deficeret gubernationi prouiden-
tia, nec munus Præſes explere poſſet, vt
conſiderant præfati Doctores.

Quæro ſextò, an ſupradicti vti poſſint di-
cta poteſtate œconomica indiſtinctè, et
omni tempore, et contra quaſcumque per-
ſonas? dic, quod non; ideò exiſtimo ne-
ceſſarium, quod conſiderent, et ſciant quo-
modò, quandò, contra quos, ac vſque ad
quam punitionem poſſint procedere.

Circa primum, puto dicendum, quod
39 Princeps debeat dicta poteſtate vti mode-
ratè, et cum maxima diſcretione, et non
paſſim, et indiſtinctè, vt benè conſiderat
Io: Franc. de Ponte *tract. de Poteſt. Proreg.*
*tit. 1. de prouiſ. fieri ſolit. numer. 14. & 29.* et
Creſpi *d. obſeru. 3. num. 93.* docet cum ma-
gna prudentia, cum maxima moderatione,
cum feruenti Iuſtitiæ zelo rem eſſe geren-
dam, ita vt ſemper illam prudentia regat,
rectitudo dirigat, ac Chriſtiana pietas ad
peccata, damnaque futura pellenda, et eui-
tanda moueat; quæ verba ex Peguer. Can-
cer. et Ramono refert Calà *loco cit. num. 4.*
*in fine.* Et Sanfelic, *deciſ. 62. num. 54. & ſeq.*
ait, quod plenitudo poteſtatis debet intelli-
40 gi cum grano ſalis, nempè claue diſcretio-
nis non errante, et allegat Gloſs. *in cap.*
*quanto in verb. abſolui, extra de iure iur.* et Iaſ.
*conſ. 233. num. 42. vol. 2.* et ex Greg. Lopez
*in lib. 6. tit. 25. part. 4. gloſ. 2. col. 2. in princip.*
ſubdit, quod Princeps nihil debeat facere de
plenitudine poteſtatis, niſi decenter, et ſe-
41 cundùm Ius; et indiſcretum, et ſine tem-
peramento abſolutę poteſtatis vſum eſſe fu-
42 giendum, et eſt ratio, quia quæ ſunt ſuprà,
præter, et contrà Ius poſitiuum, et ordina-
rium ſunt odioſa, et pericoloſa propter con-
ſcientiam, vt ex Diana, Seſſe, Fontanell.
et Solorzan. aduertit Didac. Ant. Franceſ.
*d. quæſt. 40. num. 26. 54.*

Et propterea Andreas de Iſernia *in cap. 1.*
*§. contrahentium inceſtas nuptias num. 42. in 2.*
*additione tit. quæ ſint regalia*, relatus à Io: Franc.
de Ponte *loco citato num. 30.* admonet Iudi-
43 ces, ne conſulant Principi excedere pote-
ſtatem ordinatiam, quia mali, crudeles, cu-
pidi Domini per ſe ſunt vitioſi, ideò non
debent malis exhortationibus excitari, et
accendi *l. 1. §. ſed vtrum ff. de ſeru. corrupt.*

Circa ſecundũ requirunt Doctores cau-
ſam grauem, et vrgentem, et ad hoc, vt
melius intelligatur materia, ponam per
extenſum verba, quibus loquuntur Do-
ctores.

And. de Iſernia *in dicto ca. 1. §. contrahen-*
*tium inceſtas nuptias in 2. additione num. 42. tit.*
*quæ ſint regalia*, ait, ſatis poſſet dici, quod
ex magna cauſa, et enormi, et inconſueto
delicto non deberent prohiberi, quia inſo-
lita inſolitam pœnam, et enormia enormẽ,
ſicut magnum meritum magnam indul-
gentiam exigit *l. fin. ff. de Senator.* inſolita,
et rara important cauſam, vt dicit Leo Pa-
pa *in ſermone infra Octauam Epiphaniæ*, alio-
quin non deberet quis conſulere Principi
44 crudeli, vel cupido excedere poteſtatem
ordinariam.

Io: Franc. de Ponte *in tract. de Proreg. tit.*
*1. de prouiſ. fieri ſolit. num. 14. ait.* Verùm
perpendere, & penſare debere Proreges ad
hæc non paſſim, & indifferenter peruenire,
45 ſed ex maxima, & vrgentiſſima cauſa;
quando alio remedio ſuccurri non poteſt, &
*num. 34.* ait, ſed, vt diximus concurrente
cauſa publica, magna, & neceſſaria ob com-
mune bonum, & vt quieta Reſpublica per-

maneat, & in pace gubernetur, omnia prædicta practicantur.

Io: Baptiſta de Thor. *in add. ad Io: Franc. de Ponte loco cit. num.* 14. ait, licet in dubio non præſumatur, quod Princeps vti vellet plenitudine poteſtatis. *And. Gaill. pract. obſer.* 56. *num.* 13. attamen exiſtente actu requirente vſum plenitudinis poteſtatis, vel cauſa maxima ſubeſſet, ſecus eſſet: quocirca plenitudo poteſtatis non debet exerceri ſine iuſta cauſa, Anna *alleg.* 67. *num.* 35. Alias peccaret, Boſſ. *tit. de Princip. num.* 192.

Chriſtophor. Creſpi *obſer.* 3. *num.* 25. ex Diana *part.* 1. *tract.* 2. *de Imm. Eccleſ. cap.* 17. *& par.* 3. *eod. tract. reſol.* 27. ait, licere Prin-
46 cipi ſæculari facere, ſi periculum eſt in mora, & clara neceſſitas expoſceret, & paulò inferiùs, licere Principi ſæculari facere id, quod recta ratio ad impediendum damnum Reipublicæ imminens neceſſarium eſſe dictauerit. Et ex Vgolino *in Bulla Cœnæ cap.* 11. *par.* 2. §. 1. *num.* 3. quando graue ſcandalum, & periculum timetur, & *n.* 93. idem Creſp. ait, vbi malo via ordinaria mederi non poſſit, ſi hæc ad tutandam ab improbis innocentiam, & ſalutem Reipublicæ, & pacem defendendam prout caſus prudenter, & iuſtè, & per ſuos gradus poſtulauerint, & ſancta intentione, quæ indicis Chriſtiani, & Regis Catholici Miniſtri propria eſt, exequaris, etiamſi fremant venti, & mugiat Pontus, fœlix attingendus portus, & iuſtitia, & veritas contra omnem tempeſtatem tandem victrices ſunt.

Didacus Ant. Frances, Epiſcopus Barbaſtẽſ. *de compet. Iuriſd. inter Cur. quæſt.* 40. *& quæſt.* 41. tractans diffusè de exercitio œconomicæ poteſtatis in fine *quæſt:* 41. inquit. Multa ſunt concedenda ad vitanda ſcandala, quæ alias non concederentur, ſi illa non exiſterent: tùm & etiam quod propter bonum publicum, & quietem publicam multa fiunt, quæ licet alias pro tunc iudicarentur minus legitima, iurique non conſona, attamen neceſſe ſit illa admittere, ac amplecti, vt inconuenientia, & damna maiora euitentur, quo caſu ipſum Ius, quod repugnat, ſuadet, ac vult ita fieri, & allegat ſe ipſum *in tract. de intruſione*, & *in tractatu de Regular.* et Barboſ. *in collect. ad text. in cap. Eccleſia S. Mariæ, de Conſtit. num.* 25.

Et Hieron. Calà *in tract. de præeminentia M. Cur. Vic. cap.* 6. *num.* 4. *circa finem ait*, hæc tamen, vbi malo ordinaria via mederi non poteſt, permiſſa ſunt, ſed rariſſimè et in contingenti caſu ad futura damna euitãda.

Concludendum igitur ex auctoritate ſupradictorum Doctorum, quibus et alij poſſent addi, quod Princeps poteſt vti dicta poteſtate, quandò cauſa, tempus, perſonæ, quies publica, et defectus cuiuſuis alterius remedij ſuadeant.

Circa tertium puto reſpondendum, quòd dicta Oeconomica poteſtas poſſit exerceri in eos, qui ratione originis, vel Domicilij
49 ſubſunt, nam cum Princeps in ditionis ſuę homines habeat Imperium, vt eſt text. *in l.* 3. *ff. de off. Præſid.* ſequitur, quod in eoſdem
50 poteſt vti dicta poteſtate, vt pluribus citatis Doctoribus oſtendit Giurb. *conſil. crim.* 49. *num.* 7. de Ponte *de poteſt. Proreg. d. tit.* 1. *de prouiſ. fieri ſolit. num.* 11. et Creſpi *d. obſ.* 3.
51 *per tot.* et non ſolùm in rixoſos, ſcandaloſos, turbidos, inſolentes, iniurioſos, et vt eos Vocat Nouar. *Vaſſallorum grauam.* 324. *par.* 1. *Smargiaſſi, & Tagliacantoni*, ac eos, qui delinquerunt, ſeu delinquere veriſimiliter poſſunt, vt et dicunt Rebuff. Natta, Caſtill. Maſtrill. Auendan. *locis relatis* à Conciolo *crimin. reſol.* 9. *num.* 1. *&* 8. *verbo exilium, qui num.* 3. *&* 8. loquitur in ſpecie de Cardinali Legato à Latere, ex eo quia in ſua Prouincia dicitur Princeps, & eius poteſtas maior eſt ea, quam obtinet Vicarius Generalis Papæ, ad quod plures allegat Doctores; ſed & in alios etiam bonæ vitæ, & famæ, qui ex delicto conſanguineorum, affinium, ſeu illorum de eadem factione ob pręſumptum auxilium in ſuſpicionem veniunt, vt aduertunt Giurb. *d. conſ.* 59. *num.* 8. & Creſpi *d. obſer.* 4. *num.* 14. *& ſeq.* & poſt hæc ſcripta Hieron. Calà *de præeminentia M. Cur. Vic. c.* 6. *num.* 3. & hoc fundatur *in l. congruit. ff. de off. Præſid.* & *in cap. qui poteſt* 23. *quæſt.* 3. quibus iuribus ſancitur, quòd non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, ſed meliùs vt dicebat Dominus meus Dominus Dionyſius Pignatellus Senenſis, qui nunc reperitur in Romandiola Locumtenẽs criminalis Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini mei D. Cardinalis Dominici Mariæ Curſij Legati à Latere in dicta Prouincia, qui ob rectitudinem, & ſanctam mentem numquã ſatis laudari poterit, vt, inquã, dicebat D. Pignatellus melius fũdatur *in l. iure prouiſum*, & ibi *Bart. C. de Fabricenſib. lib.* 11. quem textum ad hoc allegat Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *pragm. de captiuantibus ad effect. componendi num.* 2. *fol. mihi* 419. & D. Franciſcus Vico *ad pragm. Sardiniæ tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 1. *num.* 43. qui allegat alium textum concordantem *in l. fin. C. de naufr. lib.* 12. ob præſumptum enim auxilium, quod ex coniunctione reſultat, poteſt ratione medicinæ vnus pro altero puniri pœna temporali, donec ſcilicet vixerint conſanguinei delinquentes, ſi vtilitati publicæ conueniat, licet ob rationem pœnæ, prout eſt culpæ correlatiua, non poſſit, vt ex Diuo Thoma, Guttierez, Couar. & Barboſ. adnotauit Creſp. *d. obſer.* 3. *num.* 15. *&* 16. & Giurb. *d. conſ.* 49. *num.* 9. *& ſeq.*

Tractant de materia hac Ballus *dicta pragm. de captiuantibus, ad effectum componendi num.* 2. *& ſeqq.* Rouit. *pragm.* 10. *de exulibus*, Nouar. *eod. tit. de exulibus pragm.* 15. *collect.* 7. Alex. Auguſt. ad Angel. Iaſ. Farinac. *locis relatis*

*relatis* à Conciolo *crim. reſol. 9. num. 7. verb.*
*exilium*, vbi ex Ballo *loco cit. & lib. 3. caſu 9.*
*num.* 14. ait, quod licet de iure hoc non
poſſit practicari in mulieribus ex eo quia in
illis concurrit minor audacia, attamen in
Regno Siciliæ etiam mulieres diſterrantur:
Et de eadem re agunt Vaſquez, Auendan,
A Pōte *locis rel.* à Vico *ad prag. Sardiniæ n.* 43.

Et hoc habet locum etiam quandò fabri-
catur proceſſus contra delinquentes, nam
52 Iudices ſi timent, ne teſtes ſubornentur à
conſanguineis, partialibus, familiaribus
eorumdem delinquentium, vel ſi timent,
ne teſtes illorum præſentia terreantur, ac
dubitent veritatem occultari, poterint eos
eijcere per tempus neceſſarium ab eorum
Patria. Capiblanc. de Baron. *pragm. 5. nu-*
*mer.* 79. Io: Baptiſta Thor. *in addit.* ad Ioann.
de Ponte *de poteſt. Proreg. tit. 1. §. 5. num. 2.*

Idem dicendum de forenſibus, contra
53 quos poteſt ſub pœna edici, vt exeant à
Dominio, non regrediantur amplius, & nec
alij de nouo veniant, vel quia ſunt vaga-
bundi, vel quia animos ſubditorum vale-
rent inficere, vel quia ſunt ſubditi Princi-
pis inimici, vt ex Mantienco, Gerard. Sua-
rez, Lopez, Auendan. et Baldo firmat Va-
lenzol. *conſ. 39. num. 2. vol. 1.* et ex Roland.
Stracca, Surdo, Tolet. Veſſembecc, Valen-
zol. et aliis firmat Giurb. *d. conſ. crim. 49. nu-*
*mer. 13. & ſeqq.* et ex Plutarco *in Vita Solonis,*
*& Licurgi*, et ex Cicerone *lib. 2. de Orator.* in-
quit Ioan. Marquez. *in Gubernatore Chriſtia-*
*no lib. 1. cap. 2. §. 2. fol. mihi* 17. his adde Con-
ciol. *d. reſol. 9. num. 6. in fin.*

Idem aſſerunt multi de perſonis exem-
54 ptis, prout ſunt Clerici, et perſonæ Eccle-
ſiaſticæ, quæ ratione originis, et habitatio-
nis ſubditi ſunt Principi, tamquam Capiti
politico, vt probant poſt alios, quos citant
Giurb. *d. conſ. crim. 49. num. 16. & ſeqq.* et
Creſpi *d. obſer. 3. num. 17. & ſeqq.* et Didac.
Ant. Franc. Epiſcopus Barbaſtreñ *d. quæſt. 40.*
*num. 4. & ſeqq.* qui hoc in omnibus ferè Re-
gnis, et Prouincijs Vniuerſi Orbis practi-
catum, et ſtylatum exiſtere teſtatur, et Do-
ctores de hoc exempla referentes adducit;
idem nouiſſimè tuetur Petrus Fraſſo *de Re-*
*gio patronatu cap. 42. num. 32. & ſeqq:* et c. 23.
*per tot. & alijs capitibus ſubſequentibus lib. 1.*

Probant prædicti Doctores aſſumptum,
dicendo, quod ſicut Paterfamilias, et Do-
minus habent poteſtatem œconomicam in
55 filium, et famulum Clericum, ita, et Prin-
ceps, qui eſt Pater vnicus, et Principalis Pa-
triæ vniuerſalis ſuæ Ditionis, eamdem po-
teſtatem debet habere ad coercēdum œco-
nomicè, et politicè Clericum in ſuo Do-
minio exiſtentem.

Sed Diana *tom. 1. par. 1. tract. 2. de immun.*
56 *Eccl. reſol.* 18. contra ſupradictos Doctores,
et rationem per eoſdem, adductam inſur-
git dicens diſtinctionem inter œconomicā,
et contentioſam iuriſdictionenem eſſe chi-
mericam, et exemplum Patris, et Domini
ad rem non pertinere, quia in tantum Do-
minus, et Paterfamilias poſſunt expellere
filium, ſeu famulum Clericum à Domo, in
quantum non habent Ius illic habitandi, et
abſque cauſa poſſunt indè expelli, quod
non eſt in perſonis Eccleſiaſticis, quibus ius
eſt commorandi iu Regnis.

Verùm Creſpi *d. cita obſeru. 3. nu. 22. & ſeqq.*
reprehendit eumdem, et oſtendit hoc Dia-
57 næ præſidium ruere, quia (ſunt verba præ-
ciſa) Pater nō poteſt filium expellere à Do-
mo, niſi cum cauſa; Paſchal. *de viribus patr.*
*pot. par. 2. cap. 3. nu. 73.* et Eccleſiaſticis non
competit Ius commorandi in Regnis, ſi illa
turbant, iuriſdictionem impediunt, vel
vſurpant, aut alio modo quietem publicam
lædunt, idque, ſubdit Creſpi, naturali ra-
tione fit, cum Principi ius indicendi Bellum
aduerſus Eccleſiaſticos non ſubditos etiam
competat; ergo his facilioribus remedijs
poteſt ea inter ſubditos vitare, aliter enim
inteſtinis bellis poſſet Reſpublica turbari,
ſi hi Eccleſiaſtici poteſtate œconomica
non poſſent arceri.

Et cum Creſpi reſidet Didacus, Anton.
58 Frances *d. quæſt. 40. qui num.* 4. ait, quòd in
hoc nulla irreuerentia, aut indecentia ori-
tur ſtatui vniuerſali, ſeu perſonæ Eccleſia-
ſticæ, ſecundùm Fermoſin. *in cap. 2. quæſt. 14,*
*num. 7. & 8. & quæſt. 17. num. 1. de Iud.* et ideò
videtur dicendum, quòd ſecluſa conten-
tioſa, et externa ſubiectione nullum pullu-
lat inconueniens, quominus propter vtili-
tatem publicam poſſunt Iudices ſæculares
exercere illam politicam, et œconomicam
coercitionem in perſonas Eccleſiaſticas,
præcipuè cum illi nequeant aliundè repri-
mere abuſus, ſeu inobedientias Clericorum
tendentes in turbationem quietis publicæ,
et perniciem totius Reipublicæ, *& num.* 39.
ait, quod *auferri non debet Principibus ſupre-*
*ma illa œconomica, & politica poteſtas, quæ ten-*
*dit ad quietem publicam, & conſeruationem po-*
*liticam, & œconomicam Prouinciarum, Regnorū,*
*& Oppidorum eiſdem ſubiectorum, cum exempti*
*in tali caſu ſubditi, & ſubiecti dici debeant, li-*
*cet non directè, ſaltem indirectè*: et paulò in-
feriùs ſubdit, quòd *hæc punitio, non dicitur*
*propriè punitio, ſed quædam vis, repellens eam-*
*dem vim, quam infert tenacitas Eccleſiaſtici non*
*reſilientis à ſua proteruia in caſu claro*, et hanc
rationem affert etiam Oliua *de Foro Eccleſ.*
*par. 1. quæſt. 21. num. 36.* ibi: *ex vi defenſionis*
*naturalis*, et ibi: *dummodò hoc per viam facti*
*abſque iuriſdictionis exercitio fiat.*

Aduertit tamen Creſpi in ſæpè citata *ob-*
*ſeruat. 3. num. 32.* quod Princeps non debet
59 vti dicta poteſtate in exemptos, niſi quan-
dò vel Iuriſdictio Regia notoriè impeditur,
vel pax publica turbatur, & alio modo non
poteſt mederi, tunc enim (ſunt verba eiuſ-
dem) notoria, & euidens vtilitas publica
id expoſcit, abſit namque aliis in caſibus
ea po-

ea poteſtate vtendum nos affirmare, & hoc
pluribus citatis aduertit etiam Fraſſo *de Re-*
*gio Patronatu cap. 46. num. 30. & 91. & c. 47.*
*num. 1. & ſeqq.* & Oliua *d. quæſt. 21. num. 36.*
*verſ. infertur quartò.*

Et Creſpi *loco citato num.* 18. refert, quod
in Hiſpania priùs Superior Eccleſiaſticus
monetur ſecretè, & extraiudicialitèr, vt
ipſe Clericum detineat, aut expellat, quia
vrbaniùs, & decentiùs fieri hæc videantur
medio Iudicis Eccleſiaſtici, & eo recuſante,
vel negligente, fit cum decentia, & decore
manu Regia per Iudicem ſæcularem, quam
praxim teferunt etiam ex Creſpi, & Solor-
zano, quos allegat Didac. Ant. Franc. *dicta*
*quæſt. 40. num. 44.* & P. Auendanus *in The-*
*ſaur. Indic. tit. 2. cap. 11. §. 1. & 2.* Vndè cau-
tè legendus eſt Iul. Capponus *forenſ. diſcept.*
189. *num. 23. & ſeqq.* qui per exempla, &
Tribunalium obſeruantiam, de quibus *ibid.*
*num. 24.* conſulit Principi ſæculari, vt etiam
auctoritate propria Clericos perturbantes
Iuriſdictionem Principis laici capiat, & re-
cognoſcat; Debet enim intelligi, vt eius
doctrina procedat cum his modificationi-
bus traditis à Creſpi, Solorzano, Frances,
& Auendano.

Sed quidquid ſit de hac opinione, cui
nouiſſimè, neruosè ſe opponit P. Tho-
60 mas del Bene *de Immun. Eccleſ. cap. 9. dubit.*
*9. ſect. 1. num. 4. & ſeqq. lib. 2.* Motus ratio-
ne, quia Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ
conſtituuntur à Papa in Regnis ad ſeruitiũ,
& regimen Eccleſiarum, & ideò non poſ-
ſunt expelli à Principe ſæculari, quia ha-
bent ius commorandi in illius Ditione, non
ſolùm, vt Ciues, ſed etiam vt perſonæ ad
dictum ſeruitium, & regimen Eccleſiæ à
Papa conſtitutæ, & etiam quia fundant di-
ctum Ius habitandi vbicumque voluerint,
in facultate eiſdem tributa à IESV Chriſto
Domino Noſtro, *Marci 16 Euntes in Mun-*
*dum vniuerſum prædicate Euangelium omni crea-*
*turæ,* & ideò, vt ſubdit, del Bene *ibid. num. 8.*
ſicut non poteſt Maritus tanquam Paterfa-
milias expellere de Domo Vxorem inobe-
dientem, & pernicioſam, cum illa ex ma-
trimoniali vinculo habeat ius cohabitandi
vnà cum Marito, ità nec poteſt Rex tan-
quàm Paterfamilias expellere de Regno
Eccleſiaſticos inobedientes, & pernicio-
ſos,, cum ex prædictis habeant ius cohabi-
tandi, & commorandi. Concedunt tamen
61 omnes Principi ſæculari ius expellendi Ec-
cleſiaſticos, quandò periculum eſt in mo-
ra, & clara neceſſitas id expoſcit, vt ex Mo-
lina, Sala, Vgolin. Ceuall. Salzed. ad Diaz,
Diana, Hurtad. Tannero, ait Thomas del
Bene *loco cit. num. 14.* & aduertit Creſpi *dicta*
*obſeru. 3. num. 25: & ſeqq.* & Fraſſo *d. cap. 46.*
*per tot.* Quidquid, inquam, ſit de ſupradicta
opinione, circa quam vide Bullam s. mem.
Clem. Octaui, de qua facit mentionem
Giurba *d. conſ. crimin. 49. in fine* & Conciol.
*crim. reſol. 9. num. 10. in fine verb. exilium.*

Eſt certum, quòd prædicta non habent
62 difficultatem in Legato à Latere, qui cum
ſit Vicarius Papæ, & verè, & realiter ha-
beat poteſtatem in Eccleſiaſticos Regula-
res, & etiam in Eccleſiaſticos Sæculares,
quod nullo modo poteſt inficiari, non tàm
videtur Princeps, vel Gubernator ſæcularis
in huiuſmodi Eccleſiaſticos animaduerte-
re, quàm ipſe Pontifex, qui talem faculta-
tem conceſſit, & per conſequens Eccleſia-
ſticam, non ſæcularem Iuriſdictionem
exercere videtur, vt ex Gloſ. *in cap. 1. 94.*
*diſt.* & Gloſſ. *in cap. Clericum nullus 11. quæſt. 1.*
Abb. Dec. & Menchaca, ac Segura *locis* per
eum *relatis*, inquit in ſimili Solorzan. *de*
*Iure Indiar. lib. 3. cap. 27. num. 57.* & ſequitur
Ant. Lelius *in obſeruat.* ad Solorzan. *loco cit.*
*fol. mihi 66. & ſeqq.* quibus accedunt relati
à Fraſſo *de Regio Patronatu cap. 47. num. 8. li-*
*bro primo.*

Non obſtat, quòd prima inſtantia reſpe-
63 ctu ad Clericos coram Ordinarijs ſit viden-
da ex Sac. Concil. Tridentino *de Reformat.*
*ſeſſ. 24. cap. 20.* quia præterquamquod Le-
gati à Latere prætendunt cognoſcere cau-
ſas eorumdem etiam in prima inſtantia, vi-
gore conſuetudinis, & facultatum ſibi con-
ceſſarum, quæ etiam ſi non faciant explici-
tam mentionem, & derogationem Sacri
64 Concilij Tridentini, benè illi derogant,
quia neceſſariam non eſſe ſpecialem dero-
gationem ex Rota, Roderic. & Gonzal.
inquit Cherubin. *in ſcholio 1. ad Pium IV.*
*conſtit. 73. in ordine.*

Reſpondetur, quòd habet locum, quan-
65 do agitur de Iuriſdictione contentioſa, vt
apparet ex lectura *d. cap. cauſa omnes*, ſecus
igitur in caſu, quo agitur de poteſtate œco-
nomica, & agitur de procedendo per viam
facti, abſque Iuriſdictionis exercitio, iuxta
loquutionem Oliuæ *de for. Eccleſ. par. 1. q. 21.*
*num. 38. verſ. non obſtat*, nam talis modus
procedendi non ſolùm eſt nimis priuilegia-
tus ex traditis per ſupracitatos Doctores, &
tanquam talis non compræhenditur ſub
ſimplici diſpoſitione, vt dicit Creſpi *d. obſer.*
*3. num. 55. & ſeqq.* & facit D. Petrus Fraſſo
*de Regio patronatu cap. 39. num. 23. & ſeqq. lib.*
*primo*, ſed etiam quia Sacrum Concilium
66 Tridentinum *in d. cap. cauſa omnes* non ſub-
ſtulit modos legitimos, quibus quis ex iu-
ris diſpoſitione ſortitur forum, vt pluribus
citatis dicit Barboſ. *in collect. ad d. cap. cauſa*
*omnes num. 40.* & *de poteſt. Epiſcop. alleg. 81.*
*num. 14. par. 3.* & ſic non ſubſtulit cauſas
obligatione camerali vallatas, & nec eas,
quæ ratione celebrati contractus, & com-
miſſi delicti ad alios ſpectant, vt proſequi-
tur Barboſ. *loc. cit. num. 41. & ſeq.* ergò eo
minùs abſtulit modum extraiudicialiter
prouidendi inconuenientibus.

Idem dicendum de illis, qui ex priuilegio
67 aſſerunt, & aſſerere poſſunt, quod abſque

cognitione, non poſſit condemnari, vt ex rationibus,& auctoritatibus pleniſſime probat Chriſtophorus Creſpi *d.obſeru.3.num.55. & ſeq.* qui in hac materia accuratè,& nimis appoſitè loquitur, ità vt nihil prorſus addi poſſit, nam oſtendit huiuſmodi priuilegiũ
68 eſſe intelligendum, vt includat ſolum Iuriſdictionem contentioſam, & aliter intellectum eſſe iniquum, quia ius naturale violaret, dum hac poteſtate in vim iuſtæ defenſionis, ad publicam vtilitatem, & Reipublicæ pacem, Regnique quietem vti prohiberet.

Ergò concludit ipſe *loc. cit. num. 74.* rectè ſequitur non obſtare foros huius publicæ vtilitatis medijs, & quietis, & pacis publicæ conſeruationi, quibus Princeps ſtudet iniurias improborum ab innocentibus arcere, & damna imminentia, ſi alia via non ſuppetat, vitare, quia neque caſus exceptus eſt, nec excipi potuiſſet.

Et hoc idem ante Chriſtophorum Creſpi aſſeruit Io: Franc. de Ponte *de Poteſt.Proreg. tit. 1. de prouiſ. fieri ſolit. num. 14.* ibi: *ſunt hæc contra leges, & contra Capitula particularia noſtræ Ciuitatis, dum ſine maxima, & vrgenti cauſa bonum publicum reſpiciente ad talia proceditur, ſicut è contra cauſis iuſtis exiſtentibus, omnia ſunt permiſſa*, quia vt ſubdit ibidem
69 *num.64.* non tenetur concurrente bono publico Princeps ſequi leges, ſed omnes pœnæ ſunt ei arbitrariæ ſecundùm Bald. Aretin. & Salyc. *in l. fin. C. vbi Senat. vel Cla-*
70 *riſſimi*, fiunt enim hæc ob publicum bonum, quo caſu publica vtilitas præfertur priuatæ, quia etiam priuata includitur in publica.

Circa quartum nempè vſque ad quam pœnam poſſit Princeps vigore Poteſtatis œconomicæ procedere; reperio, quod Didacus Ant. Frances *de compet. Iuriſd. quæſt. 40. num. 41. & ſeq.* ait, hoc regulandum, & temperandum eſſe ad metas qualitatis inobedientiæ, & ipſius negotij, non enim vniformis regula in omnibus controuentioni-
71 bus, & cauſis admittenda eſt, nam iuxta delicti menſuram plagarum modus futurus eſt, *cap. fælicis verſ.cæterum de pœnis in 6. cap. quaſini de his, quæ fiunt à maiori parte capit. & cap. non afferamus in fine 24. quæſt. 1.*

Propterea aliquando poterit deuenire ad
72 carcerationem, vt aiunt Giurb. *conſ. crim. 49. num. 10.* Io:Franc.de Ponte *de poteſt.Proreg. tit. 1. de prouiſ. fieri ſolit. num. 18.* Creſpi *d. obſer. 3. num. 11.* & alij paſſim.

Aliquando poterit in exilium mittere, *ex text. in l. moris ff. de pœnis, & in l. fin. de interd. & releg. l.Præſes in fine, & l. congruit ff. de off. Præſid.* ex Bald. Angel. Natta Capibl. & Auendano firmat Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 3. cap. 4. num.227.* & ex Marc. Ant.Surgen. de Ponte, Caſtill. & alijs firmat Giurb. *dicto conſ. 49. num. 7.* & ex Petro Velleio à Gueuara, Lancellotto, Corrad. Bouadilla, & Franc.Zipæo firmat Solorzan. *de Iure Indiarum lib.3. cap.27. num. 1.* & ex Guilliel.de Benedict. Caſſan. Graſſil. Claro Cutell. Anton. de Ballis, Ceuallo, Oſaſch. Larrea, Salgado, Fetmoſino, Cenedo, Ramirez, Roderic. Amaya, Cabedo, & Pereira firmat loquens de perſonis Eccleſiaſticis eijciendis à Regno Didac. Ant.Frances *de compet. iurid. quæſt. 40. num 7.* & eamdem opinionem auctoritatibus, & rationibus tuetur etiam Creſpi *d. obſer. 3. num.11.*

Aliquando poterit relegare, & ad confi-
74 nia ponere, vt probant ex text. *in l.certa forma C. de Iure Fiſci lib. 10.* Ioan. Franc. à Ponte *d. tit. 1. de prouiſ. fieri ſolit. num. 11.* Ang. *in §. Vnum Auth. de reſtit. & ea, quæ parit in vndecimo menſe*, Auendan. *de exeq.mandat. reg. lib. 2. cap. 6. num. 14.* Creſpi *d.obſer. 3. num. 4. & 11.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 3. cap. 4. num. 227.* & plurimis more ſuo citatis Doctoribus, Giurb. *dicto conſ. crimin. 49. num. 7.*

Aliquando poterit ſub pœna pecuniaria
75 tranſmittere præcepta de non exeundo à domo, de non tranſeundo per certam contradam Ciuitatis, de non offendendo, & huiuſmodi,vt ex Andrea de Barulo, Nicol. de Neapol. & Afflict. aduertit de Ponte *loc. citat. num. 20. & ſeq.* & ſequitur Io: Baptiſta Thor. *in addit. ad eum d. num. 20. & ſeqq.* & hoc exequitur, etiamſi Ciuitas habeat priuilegium excludens quamlibet confiſcationem:quia adhuc poſſunt fieri.prædicta præ-
76 cepta,& exactiones pœnarum in caſu controuentionis ob rationem, quia in dicto priuilegio non cenſetur compræhẽſus vſus œconomicæ Poteſtatis, qua poteſt Princeps vti, etiam ſi expreſsè de ea ſit facta mentio in priuilegio. quia hoc caſu priuilegium diceretur continere rem iniuſtam, & indebitam, & ideò non ſeruandum, vtpluribus probat Creſpi *in d. obſer.3. num. 74.*

Et ità in puncto priuilegiorum conceſſorum Neapolitanis excludentium quamlibet confiſcationem reſponderunt Andr. de Barulo *in l. certa num.7. C. de Iure fiſci lib.10.* Io: Franc. de Ponte *de poteſt. Proreg. tit. primo de de prouiſ. fieri ſolit. nu. 23. & ſequentibus* Taſſonus *de antefato verſ.2. obſer. 2. num. 53.* Io: Baptiſta Thor. *in add. ad eumd. Io: Franc. de Ponte d. tit. primo num. 28.* & in compend. deciſ. Regni *verb.pœna ſprati lib. 1.* vbi dicit, quod de eodem dubio tractat Marc. Ant. Surgen. *in tract. de Neapol. Illuſtrata cap. 15. num. 10. & ſequentibus* & Io. Paulus Balzaran. *in cap. 1. §. bona committentium ſub num. 15.tit. quæ ſint regalia.* Montan. *de regalibus tit. bona contrahentium inceſtas nuptias num. 15.* qui loquitur etiam in terminis præcepti pœnalis facti à Iudice, & ſubdit ibidem de Ponte *num. 28.* quòd Ciuitas anno 1550. de hoc ſpecificè ſupplicauit Cęſaream Maieſtatem, dicendo, quod per indirectum inducebantur confiſcationes, à quibus Ciues Neapolitani

litani ſunt exempti, vt apparet *ex cap. 6. in lib. Capitulorum fol. 62.* & tamen Cæſarea Maieſtas noluit concedere, & paulò poſt ait, quòd Ciuitas aliis habuit recurſum ad Proregem, prætendens vigore ſuorum Capitulorum talem pœnam exigi non poſſe, præſupponendo eſſe ſpeciem confiſcationis, & quod Rege conſulto, fuit reſponſum mandata fieri poſſe & legitimè proceſſum. Vide eumdem Io:Franciſcum de Ponte *conſ. 94. num. 19. vol. primo* & Sanfel. *decis. 135. num. 34. & ſeqq.* & remiſſiuè ad eos Francisc. Mar. Prat. ad Paſchal. *de patria poteſt. part. 4. cap. 7. verſic. ex his non vulgaris*, & Capyclatro *Conſult. prim. n. 119. & ſeqq.*
77 qui ſi non loquuntur in diuerſis terminis, poſſunt in contrarium allegari, ideò tu Bononienſis, qui habes ſimile priuilegium, pondera eorum dicta.

Aliquandò poterit deuenire ad pœnam
78 mortis naturalis, vt expreſsè aduertit Creſpi *dicta obſeru. 3. num. 47.* ibi. At hæc poteſtas œconomica, & politica, quæ non ad crimina punienda, ſed ad futura damna vitanda, & quietem, & pacem publicam tuendam, & defendendam tendit, latius patet adeò, vt interdum, & ad priuandum vita nocentem abſque alio proceſſu, licet rariſſimè, protendatur, & allegat Leſſium *de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 29. dub. 10. num. 98.* Filiuccium *tract. 29. cap. 2. quæſt. 7. num. 30.* Dian. *Reſol. moral. part. 2. tract. 5. Miſcill. reſol. 98.* Maſtrill. *de magiſ. lib. 3. c. 4. n. 46.* Morla. *in Emporio tit. 2. q. 2. & 5.* & Trullench. *in oper. moral. lib. 8. cap. primo dub. 13. num. 8. tom. 2.* Cuius verba refert Creſpi *loc. cit. num. 48.* quæ ſunt: *Dico tertiò, quando non agitur de puniendo crimine, ſed de auertendo imposterum malo Reipublicæ, aut imminente Inno-*
79 *centi, poteſt Iudex ex priuata ſcientia, ſi alia non ſuppetat via, iubere interfici Autorem, nam tunc non agit vt Iudex auctoritate puniens, ſed ſe, aut rem ſibi commiſſam vt priuatus defendens* & ex Couar. & Mantienco ſubdit Creſpi *ibid. num. 49.* delinquentem Principi notiſſimum, licet in Iudicio probatus ſit innocens, poſſe ab eo puniri, ſi id maximè Reipublicæ conueniat, & hanc concluſionem tuetur etiam Conradus *in templo omn. iudic. lib. primo cap. primo de Imperatore* §. 4. *de præſtant. & potentia Imperator. verbo delinquentes num. 3.* cum hoc tamen vt ipſe ſubdit *ibid. nu. 6.* vt Principi, ſeu eius miniſtro conſtare debeat delictum vel per modum notorij, vel aliter, indubiè tamen, & ſufficit quod hoc ei conſtet tanquam, vt homini, licet non vt Iudici.

Verùm quoad hoc vltimum, non poſ-
80 ſum Chriſtophoro Creſpi, nec aliis aſſentiri, prout ab eorum opinione videntur diſſentire etiam Bonaccin. *de contract. diſput. 2. quæſt. vltima sect. prima punct. 7. num. primo*, Molina *de Iuſt. & Iur. tom. 4. tract. 3. diſp. 10. num. primo* & Paſſerin. *in prax. quæſt. 29. art. 2. num. 50.* qui affert duas rationes, primo quià nō poteſt delinquens puniri, niſi conuictus per duos teſtes, iuxtà text. *in cap. Deus 2. quæſt. prima*; Secundò quià delinquens non poteſt damnari niſi citatus, & in ſuis defenſionibus auditus, iuxtà text. *in Clem. Paſtoralis §. cæterum de ſent. & re iudic. & in cap. nullum 30. quæſt. prima & in cap. qualiter, & quandò de probat.* Sed hæ rationes habent locum, quandò per viam Iuridicam, & Miniſtros Iuſtitiæ Reus punitur, non verò quandò, proùt ex Nauar. & Arag. ait Clauis Regia *l. 12. cap. 8. num. 25.* Princeps vſus Epicheia, & œconomica poteſtate veneno, vel alia via delinquentem occidi mandat, quod poſſe fieri à Principe ad euitanda ſcandala, vel aliam iuſtam cauſam, & ad purgandam Rempublicam criminoſis hominibus, probat Clauis Regia *loc. citato*, ideo ad reprobandam dictam opinionem moueor principaliter ex text. à quo deſumpta eſt praxis vtendi poteſtate œconomica *in l. vnica C. de emendat. Propinquorum*, vbi Imperatores Valentinianus, & Valens reſponderunt in hæc verba. *In corrigendis minoribus pro qualitate delicti Senioribus propinquis tribuimus poteſtatem, vt quos ad vitę decora domeſticæ laudis exempla non prouocant, ſaltem correctionis medicina compellat, neque tamen nos in puniendis minorum vitijs poteſtatem in immenſum extendi volumus, ſed Iure patrio auctoritas corrigat propinqui Iuuenis erratum, & priuata animaduerſione compeſcat. Quod ſi atrocitas facti ius domeſticæ emendationis excedat, placet enormis delicti reos dedi iudicium notioni.*

Ecce igitur, quod vbi agitur de delicto enormi, & pœnam atrocem admittente, debet recurri ad telas, ac tramites Iudiciales, & non permittitur vſus poteſtatis œconomicæ pro eiuſmodi delicti punitione adimplēda, & ipſemet Creſpi ad prędicta reſpiciens inquit *dicta obſer. 3. nu. 7.* quod quamuis interdum hæc poteſtas qualem qualem pœnam includat, illa moderata eſt, & non in immenſum extenditur, ſed (ſunt verba eiuſdem) futuram emendationem reſpicit, ità vt Iure patrio autoritas, non iuriſdictio corrigat ſubditorum Errata, & priuata animaduerſione compeſcat. Cęterùm placet diſtinctio, quam facit Paſſerinus *loco citat. num. 51.* dicens, quod ſi delictum poteſt probari in iudicio, nunquam Princeps violato Iure naturæ, poteſt Reum non conuictum, & nec auditum punire; ſi delictum non poteſt probari, vel ſi poteſt probari non probatur ſine imminenti periculo grauis damni Principis, Reipublicæ, vel teſtis, & tunc Princeps pro delicto prætetito non poteſt punire; ſed benè & rectè punit, ſi delictum præteritum habet continuationem, & tractum ſucceſſiuum, cum imminenti periculo damni Reipublicæ, vel tertij innocentis, quià iſto caſu non procedit ex

poteſtate vindicatiua Iudicis, ſed ex Iure priuato defendendi Innocentem: abſolutè tamen negat hoc fieri poſſe quando agitur de pœna mortis naturalis Io: Belitz *proceſſ. crim. quæſito* 11. *fol. mihi* 11. ob rationem quia Reſpublica non habet ius contra vitam Ciuium, niſi adſint teſtes ſufficientes ad reddendam Rempublicam certam de illo delicto; ergo nec Princeps, in quem Reſpublica maius ius transferre non potuit, quam ipſa habet, ſine ſufficiente probatione externa aliquem condemnare poteſt & allegat tex. *in can. conſuluiſti* 2. *quæſt.* 4. & Cardin. de Lugo *de Iuſt. & Iure diſp.* 37. *ſect.* 5. *per tot.*

Epilogando modò quæ ſuperiùs dicta ſunt in hoc quarto puncto, crederem quod Legatus vtendo œconomica poteſtate, ſeù, vt loquar cum Oliua *de foro Eccleſ. part. prim. quæſt.* 21. *num.* 38. defendendo, & expurgando via facti Legationem ſibi commiſſam, quoad Eccleſiaſticos, poſſit, quandò aliud non ſuppetat remedium, eos à Pro-
81 uincia, ſeù Dominio eijcere, non tamen
82 alijs pœnis afficere, vt aduertit Solorzan. *de Iur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 17. *tom.* 2. & quamuis Hiſpani concedant potius occupationem temporalitatum, quam eiectionem, vt videre eſt pœnès Didac. Ant. Franceſ. *dicta quæſt.* 40. *num.* 22. & 48. Nihilo-
83 minus non auderem illorum bona vllatenùs tangere, quia præterquamquòd ſequeſtrare fructus prouentuum, & bonorum, eſt ſpecies enecationis, iuxtà text. *in l. necare, & ibi Bartol. ff. de lib. leg.* & Bertach. *Repert. verb. alimenta ſub nu.* 50. aduerto quod egrediuntur terminos exempli Patris familias, & Medici eijcientis, & abſcindentis membrum putridum, ne totum Corpus corrumpatur, & inficiatur; quam occupationem temporalitatum (alio tamen fundamento, nempè quia in ea facienda Hiſpani procedunt iudicialiter citando) improbat etiam Oliua *de foro Eccleſ. part. prima quæſt.* 21 *num.* 40.

Benè tamèn verum eſt quòd etiam Le-
84 gatus à Latere debet potiſſimum aduertere ad tria, antequam det exfractum prædictis Perſonis. Primùm eſt, quod potius reſpiciat delicta futura, quàm præterita. Secundum eſt, quod delicta commiſſa, & quæ committi poſſe ſuſpicantur, ſint de atrociſſimis, & enormiſſimis, quæ turbenr communem pacem, & quietem publicam, vt benè conſiderat Franceſ. *dicta quæſt.* 40. *n.* 43. Tertium quod potiùs contrà hos, quàm contrà alios, requiritur illa exacta extraiudicialis informatio, de quâ Doctores ſupra relati loquuntur, Addit quartum requiſitum Carol. de Graſſis *Clericat. effect.* 9. *num.* 232. vt de talibus exceſſibus ob eorum potentiam non poſſent puniri, nec aliter compelli ab Eccleſiaſtico ſuperiore: At Oliua *de Foro Eccleſ. par. prima quæſt.* 21. *num.* 51. requirit, quod delictum, ſeu delicta reſpiciant directè pacem, ſeù publicum regimen, vel Rempublicam, & ponit exemplum in eo; qui contrà Patriam, Ciuitatem, vel Regnum, ſeu Principem conſpirat, vel quoquomodo hoſtes fouet, vel Populum, Ciuitatem, ſeù Regnum ad diſcordiam, vel contentionem prouocat, ſeù incitat, vel Miniſtris Iuſtitiam adminiſtrare per quamcumque vim impedit.

Cęterum, & in hoc placeret temperamen-
85 tum, quo vſus fuit Eminentiſs. D. meus Card. Celius Piccolomineus Senenſis, qui cum eſſet Legatus à Latere in Æmilia, videns quod quidam Canonicus fouebat diſſenſiones, & iurgia inter Canonicos, & Magiſtratum Ciuitatis, tranſmiſit illi præceptum de ſe transferendo ad Vrbem, & ſe conſtituendo coram A. C. & certioratus ſan. mem. Alexand. VII. ab eodem Eminentiſſimo de præcepto ſub nomine Sanctitatis ſuæ facto, illud approbauit, & Canonicus fuit in Vrbe detentus cum dicto præcepto vſque quo cauſa pœnitus ceſſauit, ceſſante enim motiuo eiectionis, debet ceſſare hoc remedium violentum, vt in terminis oſtendit Oliua *loco cit. num.* 41.

Siquidem hoc non præſefert ſcandalum, non facit exemplum Magiſtratibus ſæcularibus, & eſt magis tutum pro conſcientia, nam hoc ſecundum me, non cadit ſub Cenſura Thomæ del Bene *de parlamentis tractatu* 6. *titul. de Cauſis effic. parlam. dub.* 23. *num.* 4. *& ſequentibus* vbi contrà Cutellium ad leges Friderici, *cap.* 22. *notat.* 25. *num.* 5. dicit Principi ſæculari
86 non licere tranſmittere Eccleſiaſticum, ad ſuperiorem, quia eſt quædam velata, &
87 palliata expulſio, nam Cutell. & del Bene loquuntur de tranſmiſſione, quæ fit cum cuſtodia, & vlterius nos ſumus in Legato
88 à Latere, quem vtrumque gladium ſæcularem, & Eccleſiaſticum habere diximus ſuprà.

Quoad ſubditos delinquentes, puto, quod Legatus ex ſola iuſta ſuſpicione poſſit eos
89 eijcere à Dominio, & ſi habet plenas informationes extraiudiciales, ſeu timeat de
90 aliquo nouo ſcandalo poſſit eoſdem relegare, ſeù in Carcerem ponere, quia ſic tutius conſuleret Prouinciæ.

Quò verò ad Conſanguineos, & Affines eorumdem, contrà quos, vt diximus, proceditur ex præſumpto auxilio, ſufficit, quod eos eijciat à Prouincia, quando vicinitas non poſſit adhuc eſſe ſuſpecta, quia concur-
91 rente aliquo dubio, poſſet longiùs eos mittere, prout practicatur Neapoli, vbi vigore pragmaticæ, de qua facit mentionem Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 108. & Carauita *de Exulib. pragm. prima num.* 78. Hieronym. Cala *de pręeminentia M. Cur. Vic. cap.* 6. *num.* 3. iſti Conſanguinei iubentur exulari per tot miliaria à Patria, & loco in

quo

quo Conſanguinei delictum commiſerunt, & ſimile huic pragmaticæ extat in ſtatu Ec-
92 cleſiaſtico Edictum publicatum Romæ ſub die 9. Maij 1608. & Bononiæ ſub die 17. eiuſdem menſis Maij 1608. cuius verba ſunt *Si diebiara ancora, e ſi ordina in perpetuo che tutti quelli, che ſoleuano habitare con tal Bandito, ò Banditi, ò con loro ſeguaci, come ſopra in commune, maſchi, e femine, piccoli, e grandi, & altri loro parenti, ò della famiglia loro, ò in altra forma attinenti, ſino al quarto grado, ſecondo il Ius Canonico, ò più oltre ancora ad arbitrio del Preſidente, ò Gouernatore della Prouincia, ſiano tenuti ſotto le dette pene sfrattare da tutta quella Prouincia, e præſentarſi à quel Confino, che dal Preſidente, ò Gouernatore della Prouincia gli ſarà aſſegnato, ò ordinato dentro, ò fuori dello Stato Eccleſiaſtico in euento che frà il termine di due meſi, da cominciare doppo la publicatione del preſente Bando li ſopranominati non haueranno dato viui, ò morti in mano della Corte tali delinquenti, che al preſente ſi trouano dentro lo ſtato Eccleſiaſtico, e che eſſendo già Banditi entraſſero per l'auuenire nello Stato Eccleſiaſtico*, & dę ſimili Edicto publcato à B. Pio V. faciunt mentionem Farinac. *quæſt. 24. num.* 150. & Io: Franc. à Ponte infra citan. & de alio ſimili edicto compræhendente etiam amicos, & familiares ordinato à ſanct. mem. Sixto V. facit mentionem Io: Battiſta Thoro ad Io: Grandem *de bello exulum prædicam. pati quæſt. 2. num.* 2. poſt medium, qui teſtatur etiam ibidem de praxi extante in Regno Neapolitano, & ſubdit Io. Franc. de Ponte *de poteſt. Proregis rub. de prouiſion. fieri ſolitis* §. 5. *num.* 2. multis modis, doctrinis, ac autoritatibus probaſſe, fieri poſſe tale ſtatutum contra conſanguineos & amicos pro bono publico. Vide Thor. *loc. cit. num.* 2. & 6. quia docet modum procedendi contra hos, ſi ſint inobedientes, vide etiam Anton. de Ballis *tract. var. lib. 5. pragm. de captiuantibus ad effectum componendi num. 2. fol. mihi* 419. qui plura affert ad intellectum huiuſmodi edicti, Rouit. *ſuper pragm. de exulibus prag.* 10. Nouar. *ſuper eadem pragm. de exulib. prag. 15. collect.* 7. Conciol. *crim. reſol. 9. num. 7. verbo exilium*, & vide Barbatiam *in cap. cum conſtet num.* 8. *de fideiuſſor.* vbi refert arduam quęſtionem, quę fuit Florentię: *Quidam rebelles occiderunt Ambaſiatores Florentinos Aretij, fuit factum ſtatutum Florentiæ, quod conſanguinei occidentium niſi infra certum tempus occiderent, vel occidi facerent illos occiſores, ipſi occiderentur*, & ex Anchar. *in cap. 1. de conſtit.* ait, *huiuſmodi ſtatutum fieri potuiſſe*.
93 Debet tamen intelligi iſtud Edictum, proût intelligit, & explicat Carauit. videndus *loco citat. num. 82. & ſequentibus*.

Imò ſtante ſuſpicione, ſeù inditio, quod ex vicinitate poſſent adiumento eſſe delin-
94 quentibus, Legatus poſſet facere eos incarcerare, & cuſtodire, vt tædio affecti procurent capturam delinquentium, & illi à delinquendo abſtineant, vt pluribus probant Creſpi *dicta obſer. 3. num.* 15. & Io Franc. de Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſolit.* §. 5. *num. 16. & ſequenti*, qui vltrà alios Doctores allegat *gloſ. in Cap. cum homo 23. q.* 5. dicentem in his non attendi debere Ius, ſed factum, & Conſuetudinem, & Hieronym. Calà *de præeminentia M. Cur. Vic. cap. 6. n.* 3. allegat ad hoc plures concordantes. Et ego
95 memini, quod tempore Legationis Eminentiſs. & Reuerend. D. mei Cardinalis de Aquauiua fuit in Carceribus Rauennæ detentus per multos menſes quidam cognomine Coroncina, ad hoc vt illius filij nuncupati li Tarroni non ingrederentur Legationem, & nec homines Legationis infeſtarent, proût ex hoc illi deterriti abſtinuerunt, quæ praxis benè ſuſtinetur in Iure ex his, quæ lata manu adducta ſunt ab omniſcio. Farinac. *quæſt. 24. num.* 150. & ſequentibus, & præſertim *num. 153. & 154.*

Quò tandem ad Forenſes non poteſt Le-
96 gatus progredi vlteriùs, quam ad eiectionem eorum, qui reperiuntur in Prouincia, & prohibitionem ingreſſus eorum, qui reperiuntur extrà, dummodò non contraueniant, quia ſi poſt promulgationem huiuſmodi Edicti auſi eſſent permanere in Prouincia, aut eam ingredi, tenerentur pœna in Edicto comminata, vt exemplificando
97 in Vagabundis, quos poſſe ex Edicto etiam ad triremes condemnari, inquiunt Sola *ad Conſtit. Saband. in decreto antiq. tit. de Mendic. valid. gloſ. vnic.* Peguer. *crim. deciſ. 178. n.* 3. Ricciul. *de Iur. perſon. quæſtione de Vagabund. cap.* 2. Thor. in addit. *ad Ioan. Grand. de Bello Exulum prædic. pati quæſt. 2. num.* 5. & Scannarol. *de Viſit. Carcer. lib. 2. §. 2. cap. 13. & num.* 22.

Multum poſt hæc ſcripta de anno ſcilicet 1685. euenit caſus ad hanc materiam œconomicæ Iuriſdictionis pertinens. Quidam enim mediante impunitate ei data pro quadam falſitate faſſus fuit habere ſecretum delendi à qualibet carta, & quolibet papiro
98 characteres impreſſos, ita vt nullatenus cognoſci poſſit, quod fuerint impreſſi, & habere modum iterum ſcribendi in eadem carta, & papiro, à qua, ſeu quo fuerunt cum ſecreto prædicto deleti characteres, vt dictum eſt ſupra, & prædicta omnia vera eſſe, facto experimento comprobauit, & ſic faſſus fuit, & facto monſtrauit habere artem damnoſiſſimam, & Reipublicæ pernicioſiſſimam, quam docendo, vel exercendo familias depauperare, & ingentia damna publico, & priuato poteſt ad ſui libitum afferre, & quia expedit ſcire quales debeant eſſe in hoc caſu partes Principis, ſeu Supremi Magiſtratus, opere pretium eſſe duxi aliquid de eadem re ad exornatum noſtrorum Bannimentorum adducere, & vt ordinatè procedam, diuidam articulum iuxta facti contingentiam in tres inſpectiones.

Prima

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Prima eſt, An Princeps, ſeù Supremus Magiſtratus poſſit tuta conſcientia relegare, vel in carcerem mittere, & retinere eum, qui ſit inuentor, ſeu poſſeſſor alicuius artis, ſeu artificij damnoſi, & perniciosi Reipublicæ.

Secunda inſpectio eſt, an poſſit id agere, quando ob delictum iam conſumatum, nō tamen à Principe, ſeu Magiſtratu habitum, aut creditum, ſeu imaginari poſſibile, quod eſſet cum arte. & modo adeò pernicioſo patratum, Reo impunitatem conceſſit.

Tertia inſpectio eſt, An exilium, ſeu relegatio, ſeu potius retentio in carceribus ſit remedium Reipublicę magis proficuum ad præueniendum malo, quod Reus cauſare poteſt exercendo, vel docendo artem, & an aliud ſuppetat, ſeu reperiri poſſit remedium.

Quoad primā inſpectionē videtur res plana pro affirmatiua ex doctrina Ciuiliſtarum, Moraliſtarum, & Politicorum, nam vt di-
99 xi ſupra, duæ reſident in Principe, & in Supremo Magiſtratu poteſtates, ſeu iuriſdictiones, vna contentioſa, alia œconomica, cum prima punit delicta iam commiſſa, cū alia præuenit committenda; vt deducitur *ex text. in l. congruit ff. de Offic. Præſid.* & firmant Doctores ſupracitati, & ſignanter Giurb. *conſ. crim.* 49. *num.* 24. Oliua *de Foro Eccleſ. par.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 1. *&* 2. Mattheū *de Regim. Regni Valent. cap.* 2. §. 1. *num.* 64. *& ſeq.* & hinc inferunt Ciuiliſtæ, quod Princeps, ſeu Supremus Magiſtratus iuſto rimore, ac iuſta, & legitima ſuſpicione mo-
100 tus, poſſit ad obuiandum, & præueniendum, mandare, quod ſuſpectus carceretur, exilietur, ſeu relegetur, & ad hoc plures allegant Doctores Chriſtophor. Creſpi *obſer.* 3. *num.* 4. Giurba *d. conſ.* 49. *num.* 24. *&* 25. & Hieron. Calà, qui extendit hanc facultatem ad Iudices *in tract. de præemin. M. Cur. Vic. cap.* 6. *num.* 1.

Moraliſtæ, & Doctores conſcientiæ inferunt, quod Princeps poſſit in caſibus tamen magis notabilibus mandare etiam, quod
101 Reipublicæ pernicioſus interficiatur, vt videre eſt penes Leſſ. *de Iuſt. & Iure lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 10. *num.* 98. Filiuc. *tract.* 29. *c.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 30. Diana *par.* 3. *tract.* 5. *Miſcellan. reſol.* 98. & Trullench. *moral. lib.* 8. *cap.* 1. *dub.* 13. *numer.* 8. *tom.* 2. qui hoc extendit etiam ad Iudicem: ibi: *Dico tertiò, quando non agitur de puniendo crimine, ſed de auertendo impoſterum malo Reipublicæ, aut imminenti innocenti poteſt Iudex ex priuata ſcientia, ſi alia non ſuppetat via iubere interfici authorem. nam tunc non agit vt Iudex authoritate puniens: ſed ſe, aut rem ſibi commiſſam, vt priuatus defendens*, ſuper quo aſſerto remitto me ad ea, quæ dixi ſupra.

Politici tandem volunt poſſe Principem retinere in Dominio eos, qui inuentores,
102 ſeu poſſeſſores ſunt noui opificij, ne alios illud docere poſſint, vnde Florentiæ, vt refert Sabell. *in praxi vniuerſal. verbo arti, & artieri num.* 14. extat lex prohibens ſub pœna capitis, & confiſcationis bonorum quibuſdam artificibus egredi à Dominio ſine licentia Sereniſſimi Ducis: & ſi concedunt
103 hoc in caſibus Mundo proficuis, multò magis id agerent in caſibus, & terminis caſus, de quo nos loquimur.

Poteſt igitur in hoc primo capite concludi poſſe Principem, ſeu Maiorem Magiſtratum ex Doctrina Ciuiliſtarum, Moraliſtarum, & Politicorum relegare, ſeu in exilium, vel carcerem mittere eum, qui poteſt Reipublicæ eſſe damnoſus.

Quoad ſecundam inſpectionem poteſt dici, quod iſte caſus eſt vnus de illis, propter quos ſequi poſſumus exēplum ſa. me. Alexandri III. qui Epiſcopo ſacramentalitèr confitenti fuiſſe per ſimoniam promotū ad Epiſcopatum, promiſit, quod cum di-
104 ſpenſaret, ſi coram Cardinalibus confiteretur, quo facto, eum depoſuit, vt refert Archidiac. *cap. vtilem num.* 2. 22. *q.* 2. Baſilico *deciſ.* 2. *num.* 20.

Eoque faciliùs, quia impunitas promiſſa
105 eſt in terminis Iuriſdictionis contentioſæ, pro delicto ſcilicet commiſſo, & ideò non ſeruanda in terminis Iuriſdictionis, ſeu poteſtatis œconomicæ, pro delicto ſcilicet, quod poſſe committi timetur, non ſolùm
106 quia poteſtas œconomica non ſubiacet, & nec compręhenſa eſt ſub generalibus diſpoſitionibus, vt probat Chriſtophor. Creſpi *d. obſer,* 5. *num.* 57. & Cutell. *ad leges Martini controu.* 13. *num.* 4. *fol.* 456. *&* 457. ſed etiam quia quatenus eſſet diſſertis verbis compræhenſa, adhuc ſeruanda non eſſet ex pluribus rationibus adductis à Creſpi *loco citato num.* 58. *& ſeqq.* Primò, quia violaret ius naturale, quod docet vim, & iniuriam propulſare. Secundò, quia vt dicit D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 120. *art.* 1. *&* 2. humani actus, de quibus dantur leges, in ſingularibus contingentibus conſiſtunt, qui infinitis modis variari poſſunt: non fuit poſſibile aliquam regulam legis inſtitui, quæ in nullo caſu deficeret. Sed Legislatores attendunt ad id, quod in pluribus accidit ſecundùm hoc legem ferentes, quam tamen in aliquibus ſeruare eſt contra æqualitatem iuſtitiæ, & contra bonum cōmune, quod illa intendit. Vnde ſubdit D. Thom. *in art.* 2. Epicheia eſt ſuperior regula humanorum actuum.

Tertiò, quia Sayrus *in Claui Regia lib.* 12. *cap.* 9. *num.* 4. ait, quando ſeruatis verbis legis ratione loci, temporis, vel perſonæ ſequitur aliqua iniuſtitia, vel iniquitas, tunc non ſolùm Princeps, ſed etiam inferior Iudex non ſecundùm verba, ſed ſecundùm æquitatem, epicheyam, & rectæ rationis dictamen iudicare debet.

Quartò, quia quoties lex, vel à principio,

vel

vel ex poſt facto tendit contra vtilitatem
publicam, vel contra rectam rationem, &
iuſtitiam, iam neque legis eſſentiam habet,
& nec obſeruanda eſt: etenim vt eſt Text.
*in l. ex facto ff. de vulgar.* iniquum incipit fie-
ri beneficium Principis, ſi adhuc id valere
dicamus.

Poterit alicui videri metaphyſica iſta di-
ſtinctio, ſed talis tamen non eſt, quia ſci-
mus, & eſt indubitatum in praxi, quod pro-
107 miſſa impunitate pro homicidio non de-
bet illa ſeruari, ſi impunitus fateatur occi-
diſſe cum qualitate aſſaſſinij, vel proditorij,
vt dicunt Scannarol. *de Viſitat. Carcerat. lib.
2. §. 3. cap. 3. num. 7.* & Giurba *conſ. crimin.
22. num. 15. & ſeqq.* qui in fine teſtatur ita
fuiſſe exequutum, & eſt ratio, quia quali-
tas aſſaſſinij adiecta homicidio, nouam
conſtituit delicti ſpeciem Felin. *in cap, ex
parte, il primo, num. 38. de reſcript.* Farinac.
*conſil. 10. nu. 17. & 27.* & Giurba *ibid. n. 15.*

Propterea ſumus in claris in caſu, de quo
agitur, quia qualitas delicti nouam requirit
indagationem ad obuiandum, & præue-
niendum pro vtilitate, & indemnitate Rei-
publicæ: nam ſi concluſio procedit in de-
lictis iam commiſſis, & ſic in terminis Iu-
riſdictionis contentioſæ, multò magis de-
bet procedere in delictis, quæ poſſunt veri-
ſimiliter timeri in futurum, & ſic in ter-
108 minis Iuriſdictionis œconomicæ, quæ di-
uerſis regulis à contentioſa procedit, vt ad-
uertit Creſpi *loco cit. num. 4. & ſeqq.* ibi: Ali-
qua enim etiam priuatis in viam facti, &
ſimplicis facultatis permitti, quæ in viam
Iuriſdictionis non concederētur varijs exē-
plis propoſitis probat Ramirez *de lege Regia
§. 34. num. 13.* atque ita multò magis ei, qui
Iuriſdictioni præeſt, ſi alia via præueniendi
pericula non ſuppetat, iure, & ratione com-
perit. Aliter enim deficeret gubernationi
prouidentia, nec munus Præſes explere
poſſet Cutell. *ad ll. Siculas concordantia 3. nu-
mer. 11.* itaque quod condemnatione eſſet
iniuſtum, præuentione eſt æquum, imò ne-
ceſſarium.

Quandò tamen Princeps velit, omnem
ſuſpicionem, & vmbram læſionis promiſ-
ſionis, & fidei publicæ auferre, quod con-
109 ſulo, quia fides illibata apud omnes, &
præſertim apud Principem eſſe debet, quā-
uis enim plura dentur exempla non ſerua-
tę ſecuritatis relata à Io: Bapt. Thoro *in add.*
ad Io: Grandem *de bello exulum ſpecial. 24.* &
à Muta *ad pragm. Siciliæ tit. 12. de ſent. bann.
& foriudicat. num. 3.* Thomaſ. *in vita Cæſaris
Borgiæ*, & Scannarol. *de viſit. carcer. lib. 2.
cap. 3. num. 21.*

Nihilominus hæc & alia huiuſmodi e-
xempla ſunt reijcienda, quia fides eſt ſer-
uanda, vt pluribus oſtendit Menoch. *conſ.
100. num. 196. & ſeqq.* quem refert Muta *lo-
co cit.* etiam hoſti belli, & ſubdit quod de
conſuetudine ſaluiconductus fuerunt ſem-
pet ſeruati. Sed benè poterit hìc pro bono
publico practicari modus ſeruari ſolitus in
Sacra Congregatione Immunitatis, nem-
pè quod Reus extractus ab Eccleſia, vel an-
te probationem criminis exceptuati, vel
non ſeruata forma Bullæ s. mem. Gregorij
XIV. reſtituitur Eccleſiæ, & poſtmodum
iuxta præſcriptum Bullæ extrahitur, & Cu-
riæ ſæculari probato delicto exceptuato, tra-
ditur. Siquidem potuit Reus ſuæ priſtinæ
libertati reſtitui, & poſt aliquod temporis
ſpatium recarcerari, ne permanens in li-
bertate noceat.

Quo tandem ad tertiam inſpectionem
modus proprius obuiandi, & præueniendi
futura delicta requireret, vt Reus lingua,
& manibus priuetur.

Nec id eſſet nouum, ſiquidèm plura
extant exempla apud Tholoſanum *Sintagm.
Iur. tom. 3. lib. 39. tit. de extraordinarijs deli-
ctis cap. primo num. 10. & ſeqq.* cuius verba
110 ſunt: *In India lex erat, vt ſi quis aliquid
pernitioſum excogitaſſet, & remedium non ad-
inueniſſet, morte plecteretur, ſi autem adinue-
niſſet, præmio, & honore afficeretur. Sic apud
Græcos Peryllus quidam æris artifex, qui mo-
dum torquendi homines in Boue æneo incluſos
inuenerat, iuſtè à Phalaride, prior pœnam
experiri iuſſus eſt, vt referunt* Plinius, Oro-
ſius, & alij. *Et Hanno Pœnorum clariſſimus
damnatus, quod primus hominum Leonem ma-
nu tractare auſus, & manſuefactum oſtendiſſe
Populo Carthaginenſi traditur: quoniam nihil
non perſuaſurus vir tanti ingenij videbatur,
& malè credi libertas ei, cui etiam ceſſiſſet
ipſa feritas, tamque ſuperbum, ſæuum, & cru-
dele animal: forſan hoc ad inuidiam, quàm
iuſtam pœnam referri poterit, cum ingenium
hominis eſſet admirandum, qui hoc primus
tentauerit, ſed inuidia inimica præſtantioribus.
Sicuti, & præſtantiſſimo artifici meminit acci-
diſſe Dio Caſſius: cum enim is Architectus
porticum maximam in alterum latus inclinan-
tem releuaſſet miro artificio, & laqueis alli-
gatam erexiſſet rectam, inuidit Tyberius Cæ-
ſar artificium Viri, nec nomen in eius Com-
mentarijs adſcribi permiſit, ſed pecunia dona-
tum Vrbe deiecit: atque is rurſum ad Princi-
pem accedens, ſupplexque factus vitreum pocu-
lum conſultò abiecit, fractumque manibus rur-
sùm refecit, ſperans ſe veniam ab eo impe-
traturum; verum necari ob id iuſſus eſt; iuſtiùs
autem animaduerſum eſt à populo in Porche-
rium Trinirentem, à quo Lepidus obrutus eſt,
quod vectigalia noua adinueniſſet, vt ait AEgi-
dius. Sicut & Domitius Corbulo Senator, &
poſtea Conſul damnatus à Claudio Imperatore,
quod inueniſſet rationem conficiendæ pecuniæ
ſub Caio Cæſare, ſi vias exigeret ab ijs omni-
bus, qui ſub Tyberio curandas locauiſſent, re-
ſtitutæque ijs, à quibus per mulctas exactæ
erant hactenus Tholoſanus, qui eadem par. 3.
lib. 36. cap. 18. num. 4.* ex Galeno, quem
citat *lib. de purgant. medicam. facult.* refert
quem

quemdam Veneficum herbarium, cum aliquando iecur Suillinum deferret in Suburbanum in Tractibus Bythiniam incolentibus, vrgente ventre ſuper herba quadam iecur depoſuiſſe, quod cum aliquanto poſt ſuſtuliſſet, & vidiſſet ex vniuerſo iecinore ſanguineos riuulos ad herbam confluere, ex hoc coniectura facta ſanguinem corpori detrahi poſſe putauit, quod expertus multos exanimauit: cuius delatus ante populi Magiſtratum, faſſus eſt, ſe tamen nemini herbam demonſtraſſe profeſſus, eam autem plurimam in his locis naſci, damnatus tandem vinctis oculis ad ſupplicium duci à magiſtratu iuſſus eſt, ne cui inter eundum herbam indicaret.

111 Sed reijciendus modus iſte barbarus, & crudelis, qualis tamen non eſt caſus vltimo loco relatus ex Tholoſano, quia propter tot homicidia meritò mors indicta fuit, & conſulendum Reipublicę cum

112 carceratione, quæ potius, quàm exilium, ſeù relegatio practicari debet iſto caſu: nā exilium proficeret particulari, ſed non vniuerſali, & eſt practicatum à Principe Sæculari, cui ſufficit conſulere ſuis ſubditis, ſed non eſt practicandum à Pontifice, qui ob charitatem paternam non ſolùm Vrbi, ſed & Orbi tenetur conſulere.

Relegatio verò in aliquo Fortalitio, ſeu alio certo loco non aufert Reo modum docendi, & operandi.

Vnde ſola carceratio cum hoc, quod diligēter obſeruetur, poterit eſſe modus moralitèr tutus, & magis proprius.

Poteſt replicari, ergo Iudex, & Notarius, quibus patefactus eſt in examine, & experimento modus operandi, debent recludi, & carcerari.

Sed argumentum non procedit, quia iſti ex neceſſitate officij ad dictam notitiam peruenerunt, & Princeps de eis non debet diſſidere, & nec contra eos poteſt procedere in vim poteſtatis œconomicæ, quia non habet, nec habere poteſt eos pro ſuſpectis, etenim ſine ſuſpicione Princeps non vtitur dicta poteſtate, vt dicunt Doctores in prima inſpectione citati; & ſic videmus in praxi, quod vbi Rei fatentur homines necaſſe cum noua aliqua confectione veneni, & factis neceſſarijs experimentis confectionem venenoſam comprobant Iudex, Notarius, & alij, qui adhibentur ad experimentum faciendum, non habentur pro ſuſpectis, & ſolùm ſigillantur Proceſſus, & ſic ſigillati, & benè clauſi reponuntur in Archiuio, ad effectum ne alij poſſint legere illos, & confectionē diſcere. Benè tamen faciet Princeps, ſi eos obſeruari ſecretò mandet.

Non fuit tamen in caſu iſto ita exequutū, quia compertū fuit, quod ſecretò, quo Reus ille vſus fuerat, & vti poterat, erat iam in quodam libro impreſſo omnibus vulgatū.

# Proęmii §. VII.

## *SVMMARIVM.*

1 *Populus Bononienſis docilis, & obſequentiſſimus eſt.*
2 *Platonicum axioma ad gubernandam Rempublicam neceſſarium in Ciuitate Bononiæ.*
3 *Bononienſes Nobiles laudantur.*
4 *Malitia hominum qui nuncupantur* Brani.
5 *Conſilium DD. Cardin. Serbelloni, & Sanctorum quatuor.*
6 *Ciuitas Bononiæ habet Territorium, & Comitatum fertile, ſed non ſufficiens frumentum re colligit.*
7 *Legatus debet habere curam Annonæ, vt ſcilicet prouiſio Victualium fiat in tempore.*
8 *Sicarij quo ſæpius puniuntur, eò magis erumpunt.*
9 *Seueritas quod maximum habet remedium aſſiduitate ammittit.*
10 *Aſſignatur ratio.*
11 *Diſſenſio olim inter familias orta, radices ad hæredes diſtendit.*
12 *Diuerſitas Dominiorum confinantium inuitat ad delinquendum.*
13 *Bononia eſt Ciuitas pinguis.*
14 *Ciuiles furores ex nimia fertilitate oriuntur.*
15 *Exteri inficiunt ſuis moribus Ciues.*
16 *Gratia de delictis non eſt de facili concedenda.*
*Et cum qua circumſpectione facienda. num. 18. & num. 19.*
17 *Superior vt ametur à ſubditis quid debet ſeruare remiſſiuè ad* Taſſonum.
*Legati à Latere qualitates deſcriptæ & deſignatæ à S. Bernardo eod. num. 17.*
18 *Gratiæ, & compoſitiones pecuniariæ multoties Gubernio conducibiles.*
*Sed non paſſim faciendæ, & redditur ratio ibid.*
19 *Gratia non fit ei, qui reiteratè deliquit.*
*Valet tamen ſi de primo fiat mentio. ibid.*
*Gratia dicitur ſubreptitia ſi non fiat mentio de remiſſione, & gratia alias obtenta. eod. num. 9.*
20 *Fallit hęc concluſio ſeptem modis. Primo ſi reſcriptum Principis ſit geminatum.*
21 *Secundò ſi gratia ſit facta Motu proprio.*
22 *Tertiò. Si gratia ſit generalis.*
23 *Quartò. Si delictum alias remiſſum ſit prorſus diſſimile.*
24 *Contrarium.*
25 *Concorda, dicendo quod eſt conſulendus Princeps.*
26 *Reijcitur hæc antinomia.*
27 *Sed Auctor dicit eſſe conſulendum Principem ſi adhuc viuit, alias eo mortuo, vel non imperante, caſus eſt decidendus iuxtà tramites iuris.*
28 *Et iſto caſu quid ſit dicendum explicatur. ibidem & num. 29.*
30 *Quintò. Si de primo delicto quis non fuiſſet condemnatus. Contrarium dicunt aliqui Doctores. ibidem relati, ibidem Auctor diſtinguit.*
31 *Sextò Si pęna prima delicti non ſit capitalis prout ſecunda.*
32 *Sed Auctori non placet ob rationem ibidem recenſitam.*

Septi-

33 *Septimò. Si in loco extet ſtilus non faciendi talem mentionem primi, & ſecundi delicti.*
34 *Princeps non poteſt facere gratiam de delicto nondum commiſſo.*

## Preuale l'oſſeruanza del Superiore al timore.

1 Populus Bononienſis eſt docilis, & obſeruantiſſimus, & obſequentiſſimus, & poteſt regi, vt vulgò dicitur. *con vn filo di*
2 *ſeta*, ſed oportet, quod Superiores inuigilent, & nihil aliud agant, nam hic potiùs, quàm in alia qualibet benè inſtituta Republica requiritur axioma Planoticum, de quo Marſilius Ficinus *in comm. ad Platonem de legib. lib. 34. dial.* 8. nempè quod ars Reipublicæ Gubernandæ longa exercitatione, multiſque doctrinis indigens, integrum ſibi hominem vindicat.

Nobiles ſunt modeſtiſſimi, & facile pa-
3 rent mandatis, & voluntati Superioris, at
4 illorum famuli, ſequaces, & vt dicitur *Brauii*, euadunt, & fiunt de facili inſolentes, & vt plurimum ponunt eorum Dominos in neceſſitate, vt ſemper eorum opera indigeant, & cautela eſt, vt Nobiles blandè, & ſequaces ſeueriſſimè tractentur, prout
5 conſuluerunt DD. Cardinalis Serbellonus, & Cardinalis Sanctorum Quatuor, ſi credimus Io: Franciſco Perandæ, qui in prima parte ſuarum literarum fol. mihi 143. ità ſcribit Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardin. Caetano Legato Bononiæ: Serbellone *le ricorda, che accarezzi li Nobili, e ne tenga conto, ſaluo però il giuſto, e la Dignità della ſua perſona; che li Nobili della Lombardia, quando il Superiore gli accarezza, obbediſcono più volontieri, e non depongono, come alcuni altri l'habito della modeſtia.* SantiQuattro appreſſo dice, *che i Gentilhuomini le riuſciranno modeſti, ma i lor Cagnotti inſolenti, che di queſti ne ſquarti, e ne impicchi, e che non perdoni nè à galera, nè à corda, che in vniuerſale caſtighi ſeueramente, e ſenza riſpetto chi merita*, & fol. 148. *Ricordo anco à V. S. Illuſtriſſima la ſicurezza della Città da due mali notabili, che ſono i Sicarij, e la fame.*

Et quidem hæc duo mala poſſunt perpetuò Superiorem angere, & turbare, quia
6 reſpectu ad famem, licet Territorium ſit fertiliſſimum, nihilominus non reddit frumentum, quod ſufficiat multitudini inhabitantium, & propterea ſemper aliunde conquiri debet, ne plebs acri annona fatigetur, vt ex Tacito 4. *Annalium* conſuluit Laur. Matthæù *de Regim. Regni Valen. cap.* 2. §. *primo num.* 80. nec Legatus debet deſere-
7 re hanc curam, ex eo quia quolibet anno conſtituitur certus numerus nobilium, vulgò *Aſſunteria*, ad prouidendum, & publicam Annonam, ac Abundantiam, & vbertatem victualium adminiſtrandum, nam ad huc hæc cura, & ſollicitudo remanet penes Superiorem, vt bene aduertit Mattheù *loco cit. num.* 82. *& ſeqq.* & Cutell. *ad leges Iacobi cap.* 8. *nota* 14. *num.* 3. Sæpe enim, vt aſſolet, quæ ſunt communia negliguntur cum magno, & notabili præiudicio Ciuitatis, & Populi, vt ex Bouadilla *polit. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 6. *&* 42. Michaele Palatio *in praxi de contractibus lib.* 2. *cap.* 2. & Villadiego *inſtruct. politica cap.* 5. §. 17. *num.* 54. aduertit Diana *moral par.* 2. *tract.* 15. *& primo Miſcellaneorum reſol.* 66. vbi inſuper ait Senatores, qui negligunt prouiſionem neceſſariam frumenti facere tempore congruo, nempe meſſis, in conſcientia grauatos remanere, quia tenentur vtilia facere: Et vellem, quod illi, qui deputantur, legerent prædictam Dianæ reſolutionem, quia eſſent magis ſolliciti de hac re, & non eſſent adeò deſides prout quidam aliquando fuerunt, ſed etiamſi penes Dianam hoc non legant, ipſi ſciunt quid facere debent, quia vt dicit Ioannes Andreas *cap. cum in tua num.* 7. *de Conſuetudine, Bononienſes, quod rectum eſt, ſciunt, ſed illud facere negligunt*; Vndè debent ipſi Superiores inuigilare, quod prouiſiones neceſſariæ fiant in tempore, & ſi in hoc deficiunt, non debent poſtea affectare auram popularem, faciendo quod frumentum, quod ex incuria emitur carius, panizzetur, & vendatur viliùs, quia nequit hoc fieri, vt pluribus oſtendit Diana *loco citato*; nam taxa eſt imponenda rebus, habito reſpectu ad bonitatem, locum, tempus, ad defectum illarum, & etiam ementium & vendentium vt ex Nauarra ait D. Franc. Vico *ad pragm. Sardiniæ lib. primo tit.* 6. *cap. primo num.* 2. qui ait, quod debet etiam conſiderari, an penuria ſit naturalis, ſeu potius induſtria contrahentium cauſata & allegar Sotum *de Iuſt. & Iur. quæſt.* 2. *num.* 3. Mexiam *de taxa panis concl. prim. num.* 3. *&* 4. & Graff. *aur. deciſ. par. prima lib.* 2. *cap.* 57. *num.* 9. *&* 12. nam prætium ex monopolio, ſeu contrahentium induſtria cauſatum, iniuſtum, & iniquum reputatur vt ex Pinello *de reſcind. vendit.* 3. *parte numer.* 8. 17. *&* 18. & Couarr. ſubdit Vico ibidem vide eum, qui plura notabilia ponit circa apprætiationem tritici, & aliorum victualium; & facultatem, quam habent Principes moderandi prætium, quo vendi debeant.

Reſpectu verò ad Sicarios poſſumus di-
8 cere, quod quo ſæpius puniuntur, eò magis erumpunt, nam ſeueritas, quæ maxi-
9 mum remedium habet, aſſiduitate ammittit auctoritatem, vt ait Seneca *lib. primo de Clemen. cap.* 22. & huius rei cauſam ſicut
10 Mattheù conſiderans fatalitatem ſuæ Patriæ *loco cit. cap.* 8. §. 10. *num.* 10. *& ſeqq.* attribuit complexioni, ſeu temperamento, origi-

*ta Iuſtitia, quorum præſentia grata, quorum memoria in benedictione, qui ſe amabiles præbeant non verbo, ſed opere, reuerendos ſe actu, non faſtu exhibeant.*

Verum tamen eſt, quod multoties gra-
18 tiæ, & compoſitiones pecuniariæ, neceſſariæ, & multoties bono gubernio conducibiles eſſe reperiuntur, ex traditis poſt Gregor. Tholoſan. *Syntagm. iuris par.2. lib. 32. cap.23.* & Felic. à Vega *in cap.4. §. de adulter. num. 76.* ab Eſcalona *in dicto cap. 7. caſ. 4. num. 4.* & ideò non nego aliquando eſſe faciendas, ſed ſolum dico non eſſe ſemper, & indiſtinctè faciendas, ſiquidem iuxtà qualitatem facti, temporis, loci, & perſonarum concedendæ, vel denegandæ ſunt, nam licet Princeps poſſit crimina indulgere; vt habetur *l. prima ff. de conſtit. Princip. l. reſcripta C. de precibus Imperat. offerend.* & in alijs Iuribus adductis a Ioanne de Sacarratis *ad Conſuetudinem Cataloniæ fol. mihi 586. num. 69.* nihilominus cum ipſe Princeps poſitus ſit ad Iuſtitiam, non debet faciliter gratias, & remiſſiones concedere vt per text. *in auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffrag. §. illud*, & ibi Iacob de Bellouis. ſubdit Io: de Sacarratis, *loc. citat. num. 70.* quia impunitas malorum alios tradit morti, vt dicitur, *in auth. de mandat. Princip. §. denique* & facilitas veniæ tribuit alijs incentiuum delinquendi *cap. vt Clericorum mores de vita, & honeſtate Clericorum*, hoc eſt tribuit voluntatem, ſiue affectum, ſeu appetitum delinquendi, vt explicat Io: Andreas *in dicto cap. Clericorum mores*, ſeu vt explicat Ioannes de Sacarratis *dicto num. 70.* tribuit alijs materiam, ſeù occaſionem delinquendi, nam inſolentem pronior indulgentia creat audaciam, vt ait Eſcalona *dicto caſu 4. num. primo* qui ſubdit, quod omne erit venale, ſi delicta nundinentur, & reducantur ad commercium: & *num. 2.* ait quod nullam pęnam delinquens pertimeſcit, ſi illam nummis redimere ſperat, *cap. irrefragabili §. Cæterum* vbi Felin. *num. 5. & 9. de offic. ordinar.* Couar. *var. cap. 9. lib.2.* cum alijs ab Eſcalona citatis ibidem propterea propoſito ſibi aureo dicto Caſſiodori 12. *var.* 6. ibi: *additur etiam quod noſtris temporibus ſcelerata pecunia non valebunt, nec culpam ſuam redemit, qui Reum ſe eſſe cognouit*; hoc inquam ſibi in mente, & corde ſuo propoſito, Princeps ſi velit huiuſmodi remiſſiones facere, ad illas deueniet cum magna maturitate *l. ſi operis C. de pęnis, & l. ita vulneratus ff. ad leg. aquil.* & debet, vt dixi, attendere qualitatem facti, nam ſi homicidium eſt appenſatè, & per inſidias patratum, Princeps non debet illud remittere, vt eſt text. *in Deuteron: 19.* ibi: *ſi quis autem odio habens proximum ſuum inſidiatus fuerit vitæ eius, ſurgenſque percuſſerit illum, & mortuus fuerit, fugeritque ad vnam de ſupradictis Vrbibus, mittent ſeniores Ciuitatis illius, & arripient eum de loco refugij, tradentque in manu proximi, cuius ſanguis effuſus eſt, & morietur, nec miſereberis.* Et Leuit. 24. ibi: *percuſſerit, & occiderit hominem, morte moriatur.* Et Exod. 21. ibi: *qui percuſſerit hominem, volens occidere, morte moriatur*, & ibi: *ſi quis per induſtriã occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur*, per quæ iura ita firmat Io: de Sacarrat. *loc. cit. num. 77.* Si verò homicidium ſit caſu, in rixa, vel culpa commiſſum, tunc Princeps prout duxerit arbitrandum, diſpenſabit, vt per *text. in cap. ſtudeat 50. diſt.* & alia Iura dicit Sacarrat. *loc. cit. num. 80.* Debet attendere qualitatem temporis, & loci, quia ſi propter locum, vel tempus poſſet euenire ſcandalum, vel inconueniens aliquod ex morte interfectoris, vtique Princeps debet deuenire ad gratiam, ſeù remiſſionem; vt eſt Tex. *in leg. qui cædem*, ibi: *niſi fortè tumultus aliter ſedari non poſſit ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* vbi gloſ. marginalis allegat Iura concordantia *in can. de his verò diſt. 50. & in cap. placuit de conſecrat. diſt. prima* & Sacarrat. *loc. cit. num. 79. allegat text. in l. ſi quis filio exheredato ff. de iniuſt. rupt. teſtam. qui n.85.* ſubdit quod aliquoties Principes tollerant crimina, ſicut tollerant Agricolę herbas peſtiferas, quas omninò extirpare non poſſunt ab hortis.

Debet demum attendere qualitatem per-
19 ſonarum, puta ſi ſint infantes, furioſi, ruſtici, mulieres, vt benè aduertit Ioann. de Socaratt. *loc. cit. num.81. & ſeq.* & præſertim debet attendere vitam anteactam delinquentis, & an ſperari poſſit emendatio, & correctio, nam vt conſiderat Sacarrat. *num. 78.* Nabuchodonoſorem pœnituit, & Regnum accepit; Pharao durior effectus perijt, *cap. Nabuchodonoſor 23. quæſt. 4.* & ſic ei, qui reiteratè redit in delictum, nullo modo debet parcere, *l. nemo C. de Epiſc. aud. l. ſeruos C. ad leg. Iul. de vi*, Sacarrat. *loc. cit. num. 89.* valet tamen gratia, & remiſſio, ſi ſit facta expreſſa mentio de remiſſione, & gratia pro alio ſimili delicto obtenta, vt inquit Io: de Sacarrat *loco ſæpè citat. num.94.* licet enim Imperator dicat *in d. l. nemo*, remiſſionem veniæ crimina, niſi ſemel admiſſa non habeant, nec in eos liberalitatis Auguſtæ referatur humanitas, qui impunitatem veteris admiſſi, non emendationi potius, quàm conſuetudini deputauerint, nihilominus dicta verba explicantur, & intelliguntur, vt procedat, ſi, & quatenus non ſit facta mentio de alia gratia, & remiſſione aliàs obtenta, vt ex Bald. Cyn. & Ludouic. aduertit Sacarrat. *ibid. num.95.* dicẽs, quod abſolutio, aut exemptio ſuper pœna vnius Criminis emanans nulla eſt, niſi in libello ſupplicationis expreſſa ſit per ſupplicantem reiteratio delicti, & Andr. Sicul. *in cap. ſuper literis in 34. fol. extra de reſcript.* ait

ſe vidiſſe in hac Ciuitate Bononiæ decapitari quemdam non obſtante gratia,quam habuerat ex eo, quod in ea non fiebat mentio de primo homicidio, & hanc concluſionem firmant Gulielm. de Cun. Felin. Io:de Arnono, Anania, Afflict. Marſil. Medic. & alij multi relati à Farin. *quæſt. 6. num.* 49. *& in addit. ad quæſt. 6. num.* 50. *impreſſ. poſt* 3. *librum conſil.* vbi citat etiam *Cartar. capto bannito cap. fin. num.* 315. *circa fin.* Ant.de Padilla *in l. transigere num.* 69. *C. de tranſact.* Catalan. *de indultu cap.* 30 *num.* 20. *& ſeqq.* & ſequuntur Maſtrill. *de indult. cap.* 28. *num.* 6. Vinc. de Anna *ſing.* 239. & ibi *add.* Ioann. Grand. *de bello exulum* §.*de quantitate quæſt.* 3. *num.* 24. Muta *ſuper conſuetud. Panorm. cap.* 9. *num.* 33. Anton. de Ballis *variar. lib.* 4. *quæſt.* 10. *num.* 4. Donat. Anton. de Marinis *quotid. reſol.* 159. *num.* 1. *&* 5. Azeuedo *recopill. lib.* 4. *tit.* 14. *leg.* 5. *num.* 3. & latius *lib.* 8. *tit.* 25. *leg.* 2. *num.* 13. *& ſeqq.* & eſt ratio, quia Princeps forſan non conceſſiſſet gratiam, ſi ſciuiſſet, quod ſupplicans aliàs fuit de ſimili delicto gratiatus, vt benè aduertunt Farin. *d. quæſt.* 6. *num.* 49. *circa fin.* Maſtrill. *de indult. d. cap.* 28. *num.* 6. & Azeued. *d. l.* 2. *num.* 24. qui ait nēminem dubitare quin Princeps reddatur difficilior, ſi ſciat ſemel indulgentiam illi conceſſiſſe de alio delicto, cum ægreferat quotidiè indulgentiam vnimet concedere, eſſet enim incentiuum delinquendi, & ſubdit Azeuedo *d. num.* 14. quod non ſufficeret de delicto in ſecunda meminiſſe, niſi ſpecificè de indulgentia prima in ſecunda mentio fiat.

Et quamuis hæc ita ſint, nihilominus Princeps antequam faciat gratiam, debet ſe extraiudicialiter informare de vita anteacta ſupplicantis, quia iam firmata concluſio habet plures fallentias, quarum

20 Prima eſt, quandò interuenit Principis reſcriptum geminatum, Iaſ. *in l. nec damnoſa num.* 3. *C. de precib. Imper. offeren.* Ant. de Ballis *var. lib.* 4. *quæſt.* 10. *num.* 6. ſiquidem ex illa geminatione præſumitur Principis voluntas enixa, & pluſquam diſpoſita ad gratificandum impetranti ad Text. *in l. balliſta ff. ad Sen. Conſ. Trebell.* Bart. *in l. cum ſcimus ff. de agricol. & cenſit. lib.* 11. Oldrad. *conſ.* 253. & Bertach. *in repert. verb. geminatio*, & ideò tantum valet, quantum vnum cum clauſula *motu proprio*, vt benè inquit Bald. *in d. l. nec damnoſa*, Felin. *in cap. ſi cautio de fide inſtrum. in vlt. fallent.* Bertach. *loco cit. verbo geminatum reſcriptum*, Roman. *in l. ſi verò* §. *de viro num.* 56. *fallen.* 31. *ff. ſol. matrim.* & *adden. ad Bald. in d. l. nec damnoſa lit. A.* qui ex Roman. vbi proximè ait; hoc dictum Baldi alibi non legiſſe: Explica tamen, & intellige hoc procedere ſolùm, quando ſecundùm reſcriptum facit expreſſam mentionem de primo, aliàs geminatio non haberet iſtum effectum, vt ex Bald. *in l.* 2. *C. de petit. bonor. ſublat. lib.* 10. limitat Iaſ. *in d. l. nec damnoſa num.* 6. *circa finem.*

21 Secunda fallentia eſt, quando gratia eſt facta Motu proprio Principis, & ad nullius prorſus nutum, & petitionem, Bald. & Iaſ. & de Ballis *loc. citatis*. Maſtrill. *d. cap.* 28. *num* 7. qui tamen ex Fabio Anna *in add.* ad Vinc. Anna *ſing.* 239. ait hoc non procedere in caſu, quo habeatur, & extat prouiſio contrarium expreſsè diſponens, quia tunc gratia etiam facta motu proprio diceretur ſubreptitia, & nulla.

22 Tertia fallentia eſt, quando gratia eſt generalis, & ad inſtar indulti, vt ex Vinc. de Anna *d. ſing.* 239. firmat Ant. de Ballis *loco cit. num.* 8. ſed & hæc tertia fallentia ceſſat, extante ſtatuto contrarium diſponente, vt aduertit Maſtrill. *loco proximè citato*.

23 Quarta fallentia eſt, quando delictum, pro quo fuit impetrata gratia, eſt protſus diſſimile à primo, quia gratia non dicitur ſubreptitia, & nec eſt nulla, ſi non fuerit facta mentio de alijs delictis diuerſis ab illo, pro quo eſt petita gratia, vt ex Couar. Alciat. Menoch. Boſſ. Burſatt. & Cartar. dicit Maſtrill. *d. cap.* 28. *num.* 26.

24 Verùm hæc limitatio ſic ſimpliciter ſumpta, non eſt vndequaque vera, quia vt conſiderat Farin. *d. quæſt.* 6. *num.* 50. *verſ. ego autem*, ſemper Princeps ſolito delinquere difficilior erit in concedendo gratiam, ſiue delicta ſint eiuſdem, ſeu alterius ſpeciei, & propterea Doctores admonent Iudicem vt iſto caſu conſulat Principem, qui debet reſcribere, & dicere, an gratia debeat approbari, vel non, vt ex Couar. Alciat. & Menoch. inquit Cartar. *capto bannito cap. fin. num.* 315. *circa fin.* Farin. *d. quæſt.* 6. *num.* 50. *verſ. limita* 4. & Maſtrill. *d. num.* 16.

25 At Farin. ſe declarans *in add. ad d. quæſt.* 6. *num.* 60. exiſtimat Principem eſſe conſulendum ſolùm in caſu, quo delicta ſint ſimilia, & eiuſdem generis, non quando ſunt diſſimilia, & prorſus alterius generis, puta homicidium, & furtum, nam iſto caſu ex taciturnitate delicti diſſimilis, & ſeparati, gratia verè non eſt ſubreptitia.

26 Sed quia ex ſupra firmata concluſione, hæc doctrina Farinaccij redditur multùm dubia, ſiquidem ex taciturnitate eius, quod poteſt Principem retardate ad faciendam gratiam, reſultat euidens, & manifeſta ſubreptio, & ideò reſultat ex taciturnitate delicti diſſimilis, quia Princeps non præſumitur velle facere gratiam ſolito, vel conſueto delinquere, vt dicunt idem Farinacc. *d. num.* 50. *verſ. ego autem* Auendan. *tit. delas iniurias num.* 3, & Azeuedo *lib.* 4. *recopill. tit.* 14. *leg.* 5. *num.* 3. *verſ.* 9. *otro ſi que non vala*, qui ait hoc eſſe verum, tum quia Text. *in cap. cum non ab homine de Iudic.* generaliter, & indiſtinctè loquitur ſecundùm Alciatum ibi; tum quia militat eadem ratio in delicto diſſimili, & delicto ſimili, nempè vt refrenentur maleficia; tum demum, quia difficilius

ſicilius concedit Princeps remiſſionem ſecundi delicti, licet diſſimilis à primo, vt dictum eſt ſupra.

27 Propterea crederem, quòd ſi Princeps, qui fecit gratiam, adhuc viuit, & regit, debeat omninò certiorari, & requiri de eius mente, & voluntate, ſiue gratia ſit de delicto ſimili, ſeu diſſimili, quia ſaltem ratione conuenientiæ, & reuerentiæ, quæ Principi debetur, Iudex debet illum conſulere: ſi verò is, qui fecit gratiam obierit, vel non præſidet Imperio, vt euenit in Legatis à Latere, & Proregibus, & alijs, qui habent Imperium ad tempus, tunc quia mens Principis debet elici, & interpretari ex mente Iuris, Iudex debet conſulere leges, & Doctores de materia obreptionis, & ſubreptionis loquentes, & iuxta Iuris apices cauſam decidere, & iſto caſu non improbarem diſtinctionem Farinaccij *loc. cit.* nempè quod ob ſubreptionem, & nullitatem prouenientem ex taciturnitate delicti diſſimilis, gratiatus debeat reſtitui ſuæ libertati, & obnoxius primæuis præiudicijs dimitti: ob ſubreptionem verò, & nullitatem prouenientem ex taciturnitate delicti ſimilis gratiatus debeat retineri in carceribus, & puniri ad exigentiam eius delicti, iuxta exemplum relatum ab Andr. Sicul. aliàs Barbatia *in d. cap. ſuper literis*, quod omnes Doctores, qui poſtmodum ſcripſerunt, referunt, vt videre eſt penes Io: de Arnono *ſing.* 111. Farin. *d. quæſt. 6. num.* 49. Maſtrill. *d. cap.* 28. *num.* 6. Azeued. *recopill. lib. 4. tit.* 14. *leg.* 5. *num.* 3. & alios paſſim, & iuxta hanc diſtinctionem intelligi, & explicari debet Iuſt. Oldeſop. *obſeru. crimin. tit.* 5. *obſer.* 29. dum dicit, quod vbi delictum, cuius nulliter facta eſt gratia, eſt atrox, vel alia ratione, impunitum facile relinqui non poſſit, nec debeat, tunc cauthela eſt, vt Iudex criminoſum, qui gratiã impetrauit, de eius nullitate commonefaciat, vt ſibi impoſterum caueat, vel aliam gratiam, eamque validam impetret, alioquin ipſum manere punibilem, & pœnæ obnoxium, quam monitionem ſi tunc negligat, poteſt capi, & puniri, & ſubdit, quod hoc conſcientijs Iudicum eſt remediũ tutiſſimum; ſic enim non læditur Reſpublica, cuius intereſt delicta puniri, & nec violatur fides data: vide tamen aliter diſtinguentem circa modum intelligendi, & interpretandi Statuta Legatorum, Gambarũ *de poteſt. Legati à Latere lib.* 8. *rub. de poteſtate Legati in legibus num.* 23. *& 24.*

28 Et hæc diſtinctio poteſt fundari in dolo impetrantis gratiam, nam cum omnia Iura, & omnes Doctores velint ſubreptionem oriri ex taciturnitate delicti ſimilis, impetrans, qui huiuſmodi delictum tacuit, videtur eſſe in dolo, quod non eſt in eo, qui tacuit delictum diſſimile, qui, ſtante inter Doctores controuerſia, an hæc omiſſio, & taciturnitas vitiet, potuit adhærere opinioni negantium; & debet excuſari à pœna, vt benè aduertit, & diſtinguit Campana *ſelect. reſol. crim.* 10. *num.* 7. Capiblanc. *de Baron. cap.* 31. *num.* 28. *tom.* 2. Capiclatro *deciſ.* 105. *num.* 13. *& ſeqq.* Fatin. *conſ.* 53. *num.* 14.

29 Et idem crederem dicendum, quando ſecunda gratia non eſſet conceſſa per primũ concedentem, ſed per alium, tunc enim nullatenus valet dici gratiam non eſſe ſubreptitiam, vt ex Felin. Rota, Neuizan. conſiderat Cartar. *dicto cap. fin. num.* 315. *in fine,* & Azeuedo *loco proximè citato num.* 4. Imò Cartar. ibidem hoc extendit etiam, quando idem Princeps conceſſiſſet primam, & ſecundam gratiam, ſed longum temporis interuallum interceſſiſſet, quia Princeps pluribus implicitus negotijs, nedum aliorum, ſed propriorum etiam immemor præſumitur, *cap. ex parte*, il primo, *de offic. deleg.* & Ripa *reſp.* 174. *num.* 8.

30 Quinta fallentia eſt, quando impetrans gratiam de alijs delictis non extitiſſet condemnatus, nam ſecundùm Andr. Sicul. *in d. cap. Super literis*, Gomez *de delictis cap.* 5. *num.* 9. *verſ. ſed his non obſtantibus*, Bald. *conſ.* 247. *vol.* 5. Baiard. ad Clar. §. *Furtum nu.* 59. requiritur condemnatio, quia de delicto, de quo non extat plena probatio, non debet fieri mentio: contrarium tamen tenent Neuizzan. *in Sylua nupt. lib.* 1. *verb. non eſt nubendum num.* 140. & Azeued. *d. leg.* 5. *num.* 3. qui in ſpecie reprobant Andr. Siculum, Authorem prædictæ ſententiæ.

31 Sed mihi videtur poſſe diſtingui; Aut enim de delicto extant inditia ſufficientia ad torturam, aut extant ſolæ ſuſpiciones; Primo caſu debet fieri mentio de huiuſmodi delicto in ſecunda gratia, vt ait Maſtrill. *dicto cap.* 28. *num.* 15. Secundo verò caſu non debet fieri mentio de primo delicto, niſi pro illo fuiſſet obtenta gratia, vt poſt multos, quos allegat, dicit Farinac. *d. queſt.* 6. *num.* 50. *verſ. limita tertiò*, & eum ſequitur Maſtrill. *loc. cit. num.* 9.

Sexta fallentia eſt, quando pœna delicti
32 non eſt capitalis, prout ſecunda, de qua obtinetur gratia, vt ex Burſatt. *conſ.* 177. *n.* 24. *lib.* 2. ait Ant. de Ballis *d. quæſt.* 10. *numer.* 5. ſed iſte intellectus nullo modo poteſt accommodari Text. *in l. nemo C. de Epiſcop. audien.* qui nimis generaliter loquitur, ibi: *remiſſionem veniæ crimina, niſi ſemel admiſſa non habent.*

33 Septima demum fallentia eſt, quando in loco extat ſtylus, ſeu conſuetudo, ſeu ſolitum omittendi ſpecificationem, & mentionem aliorum delictorum, & aliarum gratiarum per ſupplicantem perpetratorum, & obtentarum reſpectiuè, etenim talis ſtylus facit præſumere, quòd Princeps etiam facta mentione delictorum, aliàs remiſſorum gratiam conceſſiſſet, vt ex Crauett. Felin. Dec. Afflict. Barbat. Soccin. & Lap. firmat Burſatt. *d. conſ.* 177. *num.* 12. *& ſeqq. lib.* 2.

inquiens

*delinquentium, quandò aliud ſuppetat remedium ad obuiandum delictis.*
16 *Periculoſum eſt oſtendere Ciuitati, quod plures ſunt mali, quàm boni.*
17 *Legati à Latere poſſunt augere pœnas iuris communis.*
18 *Poſſunt facere de non delicto delictum maximè vrgente neceſſitate.*
19 *Bannimenta faciunt ceſſare diſpoſitionem Iuris communis, & municipalis, niſi aliud appareat ex mente Statuentis.*
20 *In delictis alteratis non cenſetur mutatus modus procedendi.*
21 *Lex, quæ facit quem Aſſaſſinum, vel proditorem, intelligitur quoad pœnam, non quoad immunitatem.*
22 *Subditi delinquentes extra territorium non tenentur pœnis auctit.*
23 *Contrarium.*
24 *Concilia.*
25 *Defenditur opinio Bartoli.*
26 *Modus procedendi non dicitur mutatus ex eo quia pœna Corporalis effecta ſit pecuniaria per ſtatutum.*
27 *Et ideò poteſt procedi ad torturam.*
28 *Quia adhuc ex natura delicti eſt corporalis.*
29 *Barones feudatarij poſſunt in eorum Baronijs publicare legem Superioris, quæ facit de non delicto delictum.*
*Et aſſignantur plures rationes. ibidem.*
30 *Barones quando directus Dominus facit de non delicto delictum, cognoſcunt contra ſubditum controuenientem.*
31 *Fallit in duobus caſibus relatis.*
32 *Sed cui debeant applicari pœnæ pecuniariæ remiſſiuè.*

## Di nuouo publicare i Bandi Generali.

HÆC Bannimenta poſſunt videri ſu-
1 perflua ex quo vltra ius Diuinum, &
Canonicum, & Ciuile adſunt tot Summorum Pontificum Conſtitutiones, & Bullæ,
vt ad punitionem ſcelerum, & Dominij
tranquillitatē nihil vltra fuiſſet addendum:
2 Verùm quia homines continuò ad vitia
ruunt, & in dies peiores fiunt, ideò neceſſaria fuit dictorum Bannimentorum prouiſio, vt ait Io: Ant. de Nigris *in Comment. ad capit. Regni in prælud. num. 36.* de Ponte *de Poteſt. Proreg. tit. de abundantia Ciuit. §. 5. numer. 12.* & pluribus relatis Giurba *ad Conſuetud Meſſan. in proœm. num. 1. & ſeqq.* vbi plura notabi'ia ad propoſitum affert, prout facit etiam Morla *empor. Iuris par. 1. tit. 1. numer. 9. de legibus,* & etiam Solorzan. *de parricidio lib. 1. cap. 2. col. 2.* qui in fine ait ex Simach, *lib. 2. Epiſt. 2.* tantùm legibus ſeueri-
3 tatis addendum eſſe, quantùm flagitia creuerunt: tantæ enim ſubſequutæ ſunt morū corruptiones, & deformitates, vt pœnæ iam impoſitæ non ſufficiant, nam cum tria
4 ſint vincula, quæ homines à malefaciendo
deterrent, quorum primum eſt Religio
5 Chriſtiana, quæ dum docet humilitatem,
& ſuadet Patientiam, & iniuriarum ſufferentiam, vt perpendit Guilielmus Ferdin. ab Efforen. *in Manuali Politico puncto 12. lib. 2.* multos retrahit à perpetratione delictorum, dicente Apoſtolo 1. *Corinth. 9. Omnia ſuſtinemus, ne aliquod offendiculum demus Euangelio Chriſti.* Secundum eſt pudor, qui à maioribus noſtris habitus fuit pro vinculo ſatis
6 apto, & ſuffienti, adeout *lex Valeria* cum
eum, qui prouocaſſet, virgis cœdi, ſecuriq; necari vetuiſſet, ſi quis aduerſus eam feciſſet, nihil vltra quàm improbè factum ad-
7 iecit: improbè factum adiectum fuit pœnę
loco, vt è contra in quibuſdam legibus, & edictis, quaſi pro pręmio bonum factum adſcribebatur, vt ex Suetonio, & Tertulliano, & Liuio, qui *lib. 10.* inquit id, qui tunc pudor hominum erat viſum credo vinculum ſatis validum, refert Petrus Pithoei *lib. 2. Aduerſariorum Subſecinorum cap. 14.* & Plato *lib. 34. Dialog. 8. de legib.* ſatis appoſitè ait', *præterea metus ille, ne quod minimè fas eſt, committatur, nonne ad idem potiſſimum confert?* Et Seneca Tragicus relatus à Boccalino *in Secretaria Appollinis Epiſtola ad eumdem Senecam fol. mihi 110.* ait, quod non
8 vetant leges, hoc vetat fieri pudor: quam-
uis Boccalinus ibidem ſubdat: *che ſe gl'huomini, e lè femine non haueſſero altro freno che la vergogna, il Mondo ſarebbe ſpacciato.* Ter-
9 tium vinculum eſt pœna, & hoc vltimum,
quod legibus imponitur, firmiùs eſt cæteris duobus, vt ex Hippol. à Collibus *in Aulico Politico propoſit. 135.* annotauit Matthæū *de Regim. Regni Valent. cap. 8. §. 10. num. 27.* propterea pœna in Republica valdè neceſſaria eſt, quia, vt dicit Ripoll. *in addit. ad Pegner. pract. crim. tit. 17. de Proceſſ. Regaliæ num. 5. fol. mihi 444.* non ſolùm tranſgreſſores puniuntur, ſed ex eorum punitione boni lætantur, & mali pœnarum timore timidiores redduntur ad delinquendum, *l. 1. C. ad l. Iul. repetund. & l. ſi pœna ff. de pœniſ,* & licet præmia, & pœna dicantur eſſe media ad Iuris obſeruantiam, *l. 1. ff. de Iuſt. & Iure,* ibi: *bonos non ſolùm metu pœnarum, ſed etiam præmiorum exhortatione efficere cupientes,* nihilominus videmus, quod pręmium vix paucos inducit ad benè viuendum,
10 & ſic ſola pœna hoc operatur, & de-
licta non meliùs fieri prohibentur, quàm ſi facta puniantur, vt ex Text. *in l. 1. & 2. C. de numerar. lib. 12.* & *l. quoniam C. de plagiar.* & *cap. circumcilliones 23. q. 5.* ait Giurb. *conſ. crim. 2. num. 66.* & his noſtris temporibus, vbi hominum malitia excreuit in immenſum, pœnæ pro bono Reipublicæ ſunt
11 augendæ, & exaſperandæ, quia cum ordi-
nariæ leges, ſtatuta, & prouiſiones non ſufficiant ad obuiandum maleficijs, debet Princeps, eiuſque vicem gerens ordinarias leges, & prouiſiones excedere, aliaſq; magis arduas, rigoroſas, & exorbitantes ſtatuere,

tuere, vt per Text. *in l. aut facta §. fin. ff. de pœnis*, ait Carauita *pag. 1. de exulib. num. 4.*
12 Et Princeps non debet vti lenitate, ſed ſe-
ueritate, nam per lenitatem Rex contemni-
13 tur, lex deſpicitur, & grex inficitur: Per
14 ſeueritatem verò Rex honoratur, lex ſer-
uatur, & grex ſaluatur, vt inquiunt Lucas de Penna *in l. 3. ante finem verſ. & breuiter C. de his, qui ex public. collat. illat. ſunt, non vſurpandi lib. 10.* & Caball. *crim. reſol. 99. n.* 102. ſubdentes, quòd ideò iuſtum eſt, vt quem timor Dei à peccato non reuocat, ſaltem coerceat ſeueritas diſciplinæ, iuxta Text. *in cap. cum in cunctis §. Clerici ſanè extra de electìon.* ſiquidem acerbitas vlciſcendi maleficij benè, atque cautè viuendi diſciplina fit, vt ait Sextus Cecilius apud Gellium *noct. Atica lib. 20. cap. 1. circa finem*, quem refert Solorzan. *de parricidio lib. 1. cap. 2. col. 2.* qui ex Ciceron. *epiſt. ad Brutum* ſubdit, quod ſalutaris ſeueritas vincere debet inanem ſpeciem clementiæ, & hoc idem pluribus oſtendit Boccalinus *in eius Secret. Appoll. ep. ad Maſſiminum fol. 259.* & exēplis, & rationibus comprobat Alex. Taſſonus in libro inſcripto *Penſieri diuerſi lib. 8. c. 25.* qui poſtquā ait: *e molte volte ingiuſtamēte vien chiamata tirannide la ſeuerità, che vſa vn Prencipe in tenere à freno vn Popolo ſeditioſo, e pazzo; non vi eſſendo tirannide peggiore, ſecondo Cicerone di quella di vn Popolo inſolente, e sfrenato: il perche s'ingannano fortemente coloro, che vanno lodando, & eſaltando la ſoperchia bontà di vn Prencipe corteſe, e ſemplice, concioſiacoſache tal ſemplicità, ſenza ſodezza, e prudenza ſia molto pericoloſa, e più aſſai della rigidezza di vn Prencipe ſeuero, e di proponimento tenace*; concludit cum Iuliano Imperatore, quod lenitas, & Clementia hominum improbitatem alit, & corroborat. Bene verum eſt quod Principes, & Iu-
15 dices non debent eſſe promptiores ad occiſionem deliquentium, quando aliud competens ſuppetit remedium, vt plena manu admonet Foller. *Conſtitutione Regni poſt Mundi machinam num. 45. & ſeqq. de nouo Federici Codic. componend.* & Marius Muta *ad capitula Regni Siciliæ tomo primo in proęmio num. 116.* ex Plutarcho ait quod ægrè fert Deus illos, qui corruſcationes & fulgura & radios imitari volunt: eos vero qui eius bonitatem amant, qui ſe illi virtute, e pietate ſimiles fieri conantur, alacer Deus erigit. Et inſuper conſiderare debent cum Seneca
16 de Clementia *lib. primo cap. 23.* quod periculoſum eſt oſtendere Ciuitati quanto plures mali ſint.

Dicta igitur ratione, & etiam ad effectum vt tolleretur ambiguitas, & obſcuritas antiquorum bannimentorum, edita ſunt bannimenta noſtra, & in multis au-
17 ctæ ſunt pœnæ Iuris communis, quod Legato à Latere tanquam Iura Principis habenti permittitur, vt poſt Gambar. Innoc. Hoſtien. & Azzor. firmat Fragoſius *de Regim. Reipub. Chriſtian. par. 11. lib. 4. diſp. 10. §. 6. num. 183.* imò eidem licere de non de-
18 licto facere delictū ex Caualcan. de Ponte, & Vinc. de Franch. oſtēdit Giurba *conſ. crim. 50. num. 20. & ſeqq.* quod vrgente neceſſitate, & cauſa, admittit etiam Fragoſ. *loc. cit.* & Oliua *de Foro Eccleſiæ par. 3. q. 6. n. 15.*

Et ex editione horum bannimentorum
19 ſunt ſublatæ pœnæ Iuris communis, & municipalis, ſeù Statutorum, vt poſt alios concludit Io: Ant. de Nigris *in prælud. cap. Regni num. 34* inquiens, quod totus mundus ſeruat, quod imponatur ſolum pœna bannimentorum, niſi aliud appareat ex intentione ſtatuentis, & hoc idem tenent Caball. *crim. reſol. 2. num. 3. & ſeqq.* Giurb. *conſ. crim. 25. num. 5. & ſeqq.* & Ant. Sola *ad Statut. Saband. tit. de edict. annon. gloſſ. 11. num. 6.* Franc. Purpurat. *conſ. 465. num. prim. vol. primo* Marſil. *in pract. crimin. §. ſequitur nu. 6.* Ceuall. *comm. contra commun. quæſt. 626. verſ. ſed contrariam*, qui allegat text. *in l. qui cum vno §. qui poteſt. verſ. nam exequi ff. de re milit.* & omnium latiſſime Iacob Schultes *in addit. ad Modeſtin. Piſtor. queſt. illuſtr. par. 2. qu. 56.* qui reprobat, & reſpondet Menoch. contrarium aſſerenti *in tract. de recuperand. poſſeſſ. remed. 9. num. 339. & ſeqq.* & in corroborationem ſuæ opinionis vltra plures rationes adducit auctoritatem Andr. Facchin. hoc expreſsè firmantis *part. 3. controuerſ. Iuris lib. 9. cap. primo*, Et hanc opinionem tenent Alberic. de Roſat. *prima part. de Statut. queſt. 8.* Mandell. *conſ. 646. num. 8.* Dec. *cap. de cauſa num. 14. de offic. deleg.* Clar. *queſt. 85. num. 5.* qui dicit quod in vniuerſo hæc amplectitur opinio Gaill. *obſeru. 11. num. 24. lib. 2.* & ſequitur Don Franc. Vico *ad pragm. Sardiniæ lib. 2. tit. 49. cap. 3. num. 4. & ſeqq.* cum hoc vt adſint coniecturæ demonſtrantes mentem ſtatuentium fuiſſe directam ad abrogandas leges antiquas, alias enim coniecturis ceſſantibus, tenet cum Menoch. *loco ſupra citato*, motus ex textu quem dicit expreſſum *in l. 3. §. Dinus Adrianus ff. de ſepulch. viol.*

Et procedit etiam ſi pœna bannimentorum ſit maior, vel minor, Moron. *de pace quæſt. 124. num. 8.* Gratian. *diſcept. forenſ. 9. num. 31.* Auendan. *de exeq. mandat. Reg. par. 2. cap. 27. num. 20.* Bertazol. *conſ. crim. 233. num. primo vol. primo*, Farin. *conſ. 106. num. 4.* Cyriac. *controu. 506. num. 39.* & Aldouin. *conſ. 25. num. 24.*

20 Quæro primo, an in delictis alteratis ſit adhibendus rigor, & quoad procedendum, & quoad condemnandum; Et abſolutè dicas, quod Iudex vigore cuiuſcumque ampli arbitrij, ſibi conceſſi circà maleficia, non poteſt immutare modum procedendi, vt docet Marſil. *in pract. §. diligenter num. 175.* nam licet Princeps poſſit facere, & faciat de non delicto delictum, imò homicidio ſimplici, aſſaſſinij, vel alterius delicti quali-
tatem

tatem poteſt adijcere, quæ illud transformat, & in aliam ſpeciem vertit, vt inquit Giurb. *conſ.* 50. *num.* 22. attamen non ob id videtur immutare modum procedendi, quia huiuſmodi ordinationes intelliguntur tantum velle Iura tranſgredi in puniendo, non autem in procedendo, & torquendo vbi aliàs per prius delictum non erat tale, per quod potuiſſet Reus torqueri, vt inquit Marſil. *loc. cit.* quem ſequuntur Farinac. *quæſt.* 37. *n.* 90. *& conſ.* 37. *n.* 26. & Caball. *crim. reſol.* 200. *n.* 140. *& ſeqq.* & puto quod poſſit addi alia ratio nempè, quia adhoc, vt Conſtitutio corrigat Ius commune, minus quàm fieri poteſt iuxta vulgatas communes Iuris regulas, quando poteſt operari vnum effectum, non debet extendi, vt duos effectus operetur, & hinc fit, quod ſi
21 Princeps addat delicto qualitatem, quæ facit quem Aſſaſſinum, cum tamen de Iure communi talis non ſit, Intelligitur quoad pœnam, & non quoad immunitatem Eccleſiaſticam amittendam; & idem eſt dicendum de lege, quæ diſponit quod proditor ſit ille, qui aliquem paruo ſclopo occicidit, quia procedit quoad pœnam, & non quoad effectum priuandi illum Immunitate Eccleſiaſtica vt de vtroque caſu loquitur Nouar. *Summa Bullar. tit. de immunit. Eccleſ. num.* 72. *&* 82.

Secundò quæro, an Subditi extra Prouinciam delinquentes ſint pœnis adauctis puniendi? Tractat de hac quæſtione P. Fragoſius *de Regim. Reip. Chriſtian. par.* 2. *lib.* 4. *diſp.* 10. §. 6. *num.* 186. *& ſeqq.* & Oliua *de foro. Eccleſ. par.* 3. *quæſt.* 3. *num. primo & ſeqq.*
22 & vterque negatiuam tuentur, moti, ex ratione, quia deficit poteſtas, nam Statutum non porrigit vires ſuas extrà territorium, iuxta text. *in c.* 2. §. *Statuto de conſtit.*
23 *lib.* 6. at quia contrarium elicitur ex diſpoſitione *text. in l. fin. ff. de decret. ab ordin. facien.* & ſuadetur, ex quo intereſt Reipublicæ, vt hi, qui origine, & habitatione ſunt ſubiecti, rectè viuant, vt ex Cyno dicit Bart. *in l. cunctos populos nu.* 47. *C. de ſumm. Trinit.* & pluribus relatis Caball. *crim. reſol.* 3. *nu.* 9. & vbicumque delinquant, ab ipſo quoque ſuo Præſide puniantur, vt proſequitur Caball. *ibid.* & quidem pœna ab ipſo Præſide ſtatuta, quæ ratione contemptus, & doli ipſius ſubditi eumdem quocumque eat ſequitur, & proſequitur, vt dicit Bald. *in l. cunctos populos numer.* 98. *circa finem C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica*, ibi: *quia obligatio ſequitur delinquentem, nam noxa caput ſequitur*; ideo expedit, rem aliqualiter examinare, adhoc vt veritas eluceſcat. Tria Iura poſſunt adduci pro prima opinione, nempe *text. in dicto §. Statuto, text. in cap. à nobis il primo de ſent. excom. & text. in l. fin. ff. de Iuriſd. omn. Iudic.* quibus Iuribus cauetur, quod Statutum non porrigit vires ſuas extra territorium, vt dictum eſt ſupra, quia Statutum tanquam lex territorij, *l. omnes Populi ff. de iuſt. & Iure*, limites territorij non egreditur iurib. allegatis: imò ad limites territorij verba Statutorum ſemper reſtringuntur, vt per *text. in d. c. à nobis* dicit Fagnan. *ibid. n.* 12. Poteſt etiã induci ad hoc auctoritas Abb. *in d. c. à nobis n.* 11. Fagnan. *ibid. num.* 8. Pariſ. *conſ.* 159. *n.* 6. *lib.* 4. Ruin. *conſ.* 84. *lib.* 4. *n.* 10. Boſſ. *tit. de pœnis n.* 9. Clar. *q.* 85. *verſ. tertius eſt caſus*, Farin. *q.* 24. *n.* 167. & Oliuæ *dicta quæſt.* 3. *num.* 3. firmantium, quod delinquentes extra territorũ nequeunt puniri per Iudicem originis, vel Domicilij alia pœna, quàm Iuris communis, vel pœna Statuti extantis in loco commiſſi delicti: quam opinionem veriorem, & magis receptam eſſe dicunt.

Et hanc opinionem tuentes, quorum anteſignani ſunt Odofr. & Albert. de Gandino, vt refert Bart. *in l. cunctos Populos nu.* 47. *C. de Summ. Trinit.* dicunt non obſtare *text. in l. fin. ff. de decret. ab ordin. facien.* quia illa lex fuit malè traducta à Græco in Latinum, vt ex Alciat. Nauar. & Couar. reſpondet Oliua *dicta quæſt.* 3. *num. primo circ. finem, & ad text. in l. prima & 2. C. vbi de crim. agi oportet*, quibus Iuribus cauetur, quod delinquentes poſſunt puniri in locis, vbi degunt, & vbi reperiuntur, ideſt vbi domicilium habent, vt explicat Gloſſ. *ibidem verbo reperiuntur, & verbo degit*; reſpondent, quod poſſunt quidem puniri, ſed non alia pœna quàm Iuris communis, ſeu Statuti loci commiſſi delicti, vt videre eſt penes Oliuam *loc. cit. num. primo in fine*. Ad Axioma verò in Iure tritum, & commune, quod forum in loco ſortiri, & legibus, ſeu Statutis illius loci ſubijci à pari procedunt, de quo Gloſſ. & Doctores *in cap. cum Clericis de foro compet.* Alex. *conſ.* 210. *num.* 2. *lib.* 2. Innoc. Butr. Speculat. *locis relatis* ab Oliua *vbi prox. nu.* 2. reſpondent, prout videre eſt penes Oliuam *dicto num.* 2. quod ad hoc vt regula procedat, duo concurrere debent, ſtatutum ſcilicet, & delictum in eodem loco commiſſum.

Militantes verò pro contraria, quorum anteſignani ſunt Petr. & Cyn. *locis relatis à Bart. in dicta l. cunctos Populos d. num* 47. *verſ. poſtea dicto Cyn. & verſ. & prædicta ſunt ſumpta ex verbis Petri*, fundant ſe *in dicta l. fin. ff. de decret. ab ordin. facien. & in l.* 2. *C. de Eunuchis*, in quibus legibus ſancitur ſubditos extra territorium delinquentes in lege, & Conſtitutione compræhenſos eſſe; & fundant ſe pariter in ſupradicta ratione deducta ex intereſſe Reipublicæ: & vlterius dicunt, quod ſicut quis poteſt ſubditos ligare ſententia, ità poteſt eos ligare lege, cum hæc duo lex ſcilicet, & ſententia æquiparentur *l. ſeruus ff. de manumitt.* & hanc opinionem, nempè, quod debeat ſeruari Statutum illius loci, in quo delinquens punitur, dicit communem Bertazol. *conſ. crim.* 467. *num.* 6. qui
24 allegat Soccin. *in cap. poſtulaſti num.* 16. *de*

*foro competent.* præſertim ſi ſtatutum non
cauſet delictum de nouo, ſed diſponit circa
prohibitionem factam à Iure communi,
augendo, vel minuendo pęnam Io: de Lign.
*in clem. paſtoralis de re Iudic. Abb. in cap. prim.
num. 8. de rapt.* Felyn. *cap. fin. num. 12. in fin.
de foro competent.* Bertazol. *loc. cit. num. 8.
Corn. conſ. 232. num. 4. lib. 4.* & Caball. *crim.
reſol. 162. num. 35.* Bald. & Boſſ. locis rela-
tis à Farinac. *in fragm. litt. D. verb. delinquen-
tem num.* 108. Ad contraria verò reſpondent
quod deciſio *text. in cap. 2. §. ſtatuto de conſtit.
num.* 6. proceſſit ex errore Canoniſtarum,
vel ſpeciale eſſe in ſententia excommuni-
cationis, vt refert Bart. *in dicta l. cunctos
Populos num.* 47. in fine, & Ang. *in l. fin. n. 8.
ff. de Iuriſd. omn. Iudic.* dicit quod deciſio
*text. in d. §. ſtatuto* habet locum ſolum in
caſu, quo diſponitur ſuper eo quod trahit
ſecum diſpoſitionem: ſecùs vbi diſpoſitio
ſtatuti executionem ſecum non trahit, hoc
eſt pęna non incurritur ipſo Iure, & eſt ra-
tio ſecundum Angel. ibid. quia in poteſtate
Iuſdicentis eſt caracterem obligationis im-
primere in ſubditum extra territorium, &
hoc apparet in omnibus ſententijs, quæ fe-
runtur in abſentes, qui territorio exceſſe-
runt *l. abſentem ff. de pęnis, & l. prima ff. de requ.
reiſ.* ſed non habet, potentiam exequendi
ipſam obligationem, & ideò in tantum
diſpoſitio *dicto §. ſtatuto* non ligat Clericum
furantem extra territorium, in quantum
dicit, quod furans excommunicatus ſit,
propterea ligaret, ſi diceret, quod furans
debeat excommunicari.

Et hæc reſponſio adaptatur etiam textui
*in dicto cap. à nobis, & in dicta l. fin. ff. de Iu-
riſdict. omn. Iudic.*

Quid dicendum? dic, quod pro opinio-
ne Petri, & Cyni, vrget etiam ratio boni
publici, & ideò potiùs hæc, quam alia
Odofredi, & Albert. de Gandino eſt tenen-
da; vel ſaltem, & quidem tutiùs, quæſtio
eſt dirimenda cum diſtinctione, quam facit
25 Bart. *in dicta l. cunctos Populos num.* 48. vt ſci-
licet opinio Petri, & Cyni procedat, quan-
do ſtatutum expreſsè diſponit contra ſubdi-
tos extra territorium delinquentes: Et opi-
nio Odofred. & Albert. de Gandin. procedat
quando ſtatutum, vel expreſsè diſponit de
geſtis intra territorium, vel ſimpliciter lo-
quitur, non diſponendo ſpecifice de deli-
cto, quod committeretur extrà territo-
rium, quam Bartoli diſtinctionem ſequun-
tur Alex. *conſ.* 111. *num. primo & conſ.* 128.
*num. 5. vol. primo & conſ. 41. num. 6. & 10.
vol. 5.* Soccin. *conſ. 302. in princ. lib. 2.* Bald.
Dec. Anchar. Angel. Fęderic. de Sen. Ruyn.
& alij quos refert, & ſequitur Maſcard. *de
interprat. ſtatut. concluſ. 6. num.* 119. & ex
Clar. Decian. Magon. Corn. Bertazol. com-
munem dicit Caball. *crim. reſol. 162. num. 31.
& ſeqq.* Farinac. *in fragm. litt. D. verbo delin-
quentem num. 100. & ſeqq.* & Scialoya *de foro
compet. cap. 38. num.* 80. Don Franc. Vico
*ad pragm. Sardiniæ lib. 2. tit. 25. cap. 21. nu. 9.
& ſeqq.*

Sed quia Bartol. diſtinctio reprobata eſt
ab Angel. *in l. fin. num. 8. ff. de Iuriſd. omn.
Iudic. verſ. ſed valdè miror*, & à Paul. de Ca-
ſtro *in eadem l. fin. num. 7. verſ. vltimò pro
hoc*, ob rationem, quia ſi non ligat gene-
ralis diſpoſitio, à fortiori minus ligat ſpe-
cialis; poſſumus concordare diſtinctionem
Bartol. cum diſtinctione Angeli, dicendo,
quod tunc diſpoſitio ſpecialis ligat ſubditos
extra territorium delinquentes, quando eget
facto, & Iudicis ſententia, & non aliàs,
quod ante Angel. voluit Bald. *in dicta leg.
Cunctos Populos num.* 49. Bertazol. *crim. conſ.
467. num. 8. lib. 2.* & Pariſius *conſ. 159. n. 4.
vol. 4. Abb. in cap. prim. num. 10. de Raptor.*
Farinac. *in fragm. verbo delinquentem n.* 109.

Concludas igitur ex his, quod ſubditi
extra Prouinciam delinquentes ſunt pu-
niendi pęnis adauctis, quoties bannimenta
expreſsè ita mandant, & tractetur de deli-
cto, quod eſt tale de Iure communi, & pę-
na non incurratur ipſo Iure, & ipſo facto,
ſed egeat Iudicis ſententia.

Tertiò quæro, an ſi pęna Iuris communis
minoretur per ſtatutum, puta quia loco
pęnæ corporalis ſit indicta pęcuniaria, tunc
ſit mutatus modus procedendi, & nequeat
deueniri ad torturam? & abſolutè dicen-
26 dum quòd non cenſetur mutatus modus
procedendi, & quod adhuc poteſt procedi
27 in huiuſmodi delictis ad torturam, quia
pęnarum augumentum, ſeu diminutio non
immutat naturam, & qualitatem delicti
Afflict. *Conſtit. Regni Neapol. iuſtitiarij nomen
num.* 18. & eum ſequitur Alex. Romanus
*in pragm. prima num. 100. tit. de Blaſphemia*,
nam attenditur quod ab origine pęna cor-
poralis ſit pro tali crimine ſtatuta, quæ ex
cauſa ſuperueniẽte non mutatur de Franch.
*dec. 162. num. 17. in fine, & dec. 271. num. 9.*
vbi Viſcont. *in addit.* dicit idem tenere Ca-
rauit. *in ritu 170. num. 1. & 2.* & talis pęna
28 loco corporalis impoſita, non pecuniaria,
ſed corporalis eſſe dicitur, per Bald. *in l. ſi
eum §. qui iniuriarum num. 6. ff. ſi quis caut. in
vlt. lectura* cum alijs iuribus adductis per
Afflict. *loco citato*, quem ſequitur Ioſeph
Riccius, qui loquitur in terminis propoſitę
quæſtionis *in tract. de public. Iudicijs quæſt. 4.
§. Blaſphemia num. 18. & ſequent. part. 2.* ſed
in praxi attendas quod dicunt Cartar. *Deciſ.
crim. 94. circa finem, &* Fontanell. *de pact. nupt.
clauſ. 4. gloſſ. 14. num. 120. ſeqq. vſque in finem*
& ante omnes Bart. *in l. lauia ff. de accuſat.*
quem Doctores communiter ſequuti ſunt
quos referunt Farinac. *quæſt. 8. num. 8.* &
Fontanell. *loco citato num.* 121.

Quartò quæro, An Barones poſſint in
eorum Baronijs eorum nomine publicare
Edictum à Summo Principe editum, quo
fecit delictum id, quod de ſui natura non

etat

erat tale? Prima facie videtur dicendum,
quod non, quia hoc eſſet quodammodò
condere legem, quod reſidet in ſolius Prin-
cipis Supremi poteſtate, *l. fin. C. de legibus,*
*l. 1. C. de Conſtit. Princ.* Bart. *in l. Imperium*
*num. 8. ff. de Iuriſd. omn. Iud.* & ibi Angel.
*col. 3. verſ. ex prædictis*, Dec. *num. 41.* Cac-
cialup. *num. 14.* præcipuè quando lex, quæ
de nouo fertur, diſponit contra Ius com-
mune, quia ſolus Princeps facit de non de-
licto delictum, ad Text. *in l. fin. ff. de decret.*
*ab ordin. facien.* quem ad hoc citat Alex. *in*
*addit.* ad Bart. *in l. eleganter §. qui reprobos col.*
*fin. ff. de pignor. act.* Bertach. *in repert. verb.*
*ſtatutorum effectus verſ. 131.* & Surdus *conſil.*
*152. num. 20. lib. 2.* affert Text. *in l. Mercato-*
29 *res C. de commerc. Mercat.* Contrarium tamen
eſt verius tàm ex punctuali doctrina Boſſij
*in prax. crim. tit. de pœn. num. 25.* dicentis in
terminis propoſitæ quæſtionis, quod vbi
Princeps non curaret, vt publicaretur ſua
noua lex, vel non haberet locum in eo lo-
co, hoc eſt in loco, ſeu Oppido infeu-
dato, poſſet feudatarius idem ſtatuere, ibi-
dem, etiam quod dictum ſtatutum eſſet
contra Ius commune, & ad hoc allegat Ia-
ſonem *in l. omnes populi in fine ff. de iuſt. & iur.*
tùm ex doctrina Rolandi à Valle *conſ. 3. nu-*
*mer. 30. lib. 2.* dicentis, quòd licèt inferiores
à Principe non poſſint aliquid ſtatuere con-
tra Ius commune, *l. nam & Magiſtratus ff. de*
*arbitr. & cap. cum inferiori de Maior. & obedien.*
tamen negari non poteſt, quin valeant fa-
cere ordinationem, ſeu ſtatutum in auxi-
lium prohibitionis Superioris, apponendo
pœnam, Gloſ. *in Clem. ne Romani verb. tolli,*
& ibi *Cardin. quæſt. 3. de elect.* Dec. *conſ. 199.*
*col. 3. in princ.* Afflict. *in Conſtit. Regni cum*
*per partes Apuliæ nu. 4.* & Lucas de Penna *in*
*l. 1. C. vt vſus armor. lib. 11. col. fin verſ. è con-*
*tra*, & Rolandum ſic dicentem referr, & ſe-
quitur Lucatellus *quæſtion. iudicial. inſpect.*
*5. num. 311.* tùm demum, quia ex euidenti,
& neceſſaria cauſa publicæ vtilitatis poteſt,
feudatarius habens merum, & mixtum im-
perium ex ſe ſtatuere contra ius commune,
vt ex Crauett. & alijs concedit Surd. *d. conſ.*
*152. num. 40. & 41.* & ſequitur de Ponte *de*
*poteſt. Proreg. tit. de prouiſion. fieri ſolitis §. 3.*
*num. 32.* Capiblanc. *de Baron. pragm. 14. nu.*
*56. verſ. notes vero par. 1.* & Lucatell. *d. in-*
*ſpect. 5. num. 311.* ait quod etiam Poteſtates,
& Gubernatores ex cauſa poſſunt alterare
pœnas, licet iurauerint ſeruare ſtatuta, &
hoc ex generali poteſtate ſibi tradita iuxta
doctrinam Baldi *in l. quid ergò §. pœna gra-*
*uior ff. de infamia*, Felin. *in cap. 1. num. 49. de*
*Conſtit.* Boer. *deciſ. 204. num. 25.* ſubdens,
quod non ſolùm pœnas legales, ſed & ſta-
tutarias poſſunt augere, minuere, & com-
mutare, & allegat Tiraquell. *de pœnis in præ-*
*fatione num. 25.* Menocch. *de arbitr. quæſt. 99.*
*num. 16. lib. 1.* ſi igitur poſſunt contra ius
ſtatuere, eò magis poterunt publicare le-
gem, ſeu ſtatutum, quam, & quod Prin-
ceps ipſe prius ad bonum publicum, vt ſem-
per præſumitur, publicauit.

Et hac opinione tamquam veriore reten-
ta, non obſtant adducta in contrarium, quia
non eſt verum, quod hoc ſit quodammodo
legem condere: quia non eſt condere, ſed
conditam à Supremo fouere, & coadiuua-
re, vt explicat Gloſ. *in d. Clem. ne Romani.*
Secundo reſpondetur, quòd Barones ha-
bentes merum, & mixtum imperium ex
euidenti, & neceſſaria cauſa publicæ vtili-
tatis poſſunt contra ius ſtatuere, vt dictum
eſt ſupra, & ideò etiamſi concederetur,
quòd hoc eſſet quodammodo condere le-
gem, lex condita non eſſet nulla, & im-
probata, & Barones ex hoc non eſſent re-
præhendendi.

Ad auctoritatem Surdi *d. conſ. 152. n. 16.*
*& ſeqq.* cuius opinionem tuentur etiam Me-
nocch. *conſ. 604 vol. 8.* Panciro l. *inter con-*
*ſilia Menocch. conſ. 605. d. vol. 8.* Capic. *deciſ.*
*27. num. 19.* Reſpondetur quòd dicti Do-
ctores non loquuntur in terminis noſtræ
quæſtionis, quia non dicunt Barones non
poſſe edictum factum à Principe ſuo nomi-
ne publicare in eorum Fæudis, & Baronijs:
ſed dicunt cognitionem delicti de nouo fa-
cti à Principe Supremo ſpectare priuatiuè
ad ipſum, eiuſque Miniſtros, & Officiales,
& non ad Barones, quia contemptus redun-
dat in ipſum; Quando tamen loquerentur
iuxta caſum propoſitæ quæſtionis, vel ad
eam ex eorum dictis inferri poſſet, adhuc nō
obſtarent, quia Surdus in ſpecie reijcitur
à Theſauro *in addit. ad Patrem deciſ. 132.* Gra-
tian. *diſcept. 943. à nu. 20.* De Marinis *lib. 2.*
*reſol. 170. num. 3. & ſeqq.* Petra *de poteſt. Prin.*
*cap. 8. num. 114.*

Et meritò quidem, vt hoc obiter extra
quæſitum aduertam, quia facta à Principe
30 Supremo lege vniuerſali cum commina-
tione, quod publicata in Ciuitate Metro-
politana liget omnes mediatè, & immedia-
tè ſubiectos, poſſunt Barones cognoſcere
contra ſubditos in eorum Baronijs legi cō-
trouenientes, quia talis lex tamquam vni-
uerſalis ſemper loquitur, & omnes com-
prehendit, vt refert deciſum De Franchis
*deciſ. 434.* & ex eo De Ponte *d. §. 3. num. 29.*
& omnes iuriſdictionem habentes conſti-
tuti cenſentur executores pro obſeruatione
præfatæ legis, etiamſi lex prædicta faciat de
non delicto delictum, eo enim ipſo, quòd
talis lex eſt publicata, delictum in ea prohi-
bitum annumeratur inter cætera delicta, &
ſubijcitur cognitioni, & iuriſdictioni illius
Poteſtatis, qui habet delictorum cognitio-
nem, & conſequenter, vt ait De Ponte
*loc. cit. num. 35.* dum alicui eſt conceſſa po-
teſtas cognoſcendi contra delinquentes ſuę
iuriſdictionis, cognoſcet contra hos, dum
in ſua iuriſdictione deliquerint, non tam-
quam quid nouum reſpectu ſuæ cognitio-

E 2 nis;

nis; ſed tamquam quid antiquum vigore concesſionis factæ generaliter contra delinquentes: & hoc vt ſubdit De Ponte *ibid. num* 40. *&* 41. ex Principis Supremi priuilegio, per quod conceſſa fuit in Baronia cognitio delictorum in ea committendorum.

Et ſecundùm me, hæc ſecunda eſt magis fundata opinio, quòd ſcilicet Barones habent in huiuſmodi cauſis cognitionem, ſi Vaſſalli controuenient edicto Principis faciente de non delicto delictum; fallit ta-
31 men vbi, vt ait De Ponte *loco cit. num.* 43. Princeps in edicto ſtatuat cum clauſula prohibitiua ad Barones, ſed hæc clauſula debet eſſe expreſſa, quia non ſufficit, quod Princeps in edicto dicat ſub pœna Fiſco Regio applicanda, vt ex Conſtantio *in l.* 1. *num.* 24. *de pœnis fiſcal. lib.* 10. aduertit de Luca ad Vinc. de Franc. *deciſ.* 434. *num.* 3. *in fine*, & ante Capiblanc. *de Baron. cap.* 40. *numer.* 4. *lib.* 2. qui allegat etiam Nattam *conſil.* 34. *&* *conſ.* 346. *lib.* 2. ſed in terminis Bullæ diſponentis bona eſſe applicanda Cameræ Apoſtolicæ contrarium firmat Rota penes Merlin. *deciſ.* 168. *n.* 21. & fallit etiam, vbi, vt ait Capiblanc. *de Baron. d. c.* 40. *num.* 3. *lib.* 2. prohibitio ſit ſuper ijs rebus, quæ reſeruatæ ſunt ad Altum Dominium Principis.

Vide eos, & vide Thor. *in addit.* ad Ioann. Franc. de Ponte *loco citato*, & *in addit.* ad Ioann. Grand. *de Bello exulum in prædicam. relationis quæſt.* 3. *Montanar. in pragm.* 5. *de adminiſtr. vniuerſ. num.* 56. Rouit. *in eadem pragm. num.* . . Capiblanc. *de Baron. to.* 1. *pragm.* 8. *num.* 126. De Franch. *deciſ.* 434. & adden. ad cum Danza *de pugna Doctor. to.* 1. *de modo proceden. ad modum belli cap.* 3. *num.* 5. *&* *ſeqq.* & Gaſpar. Theſaur. *in addit. ad deciſ.* 132. *ſui Patris*, apud quos materia pleniſſimè habetur.

Cui autem debeantur pœnæ pecuniariæ
32 impoſitæ in nouo edicto Principis Supremi facientis de non delicto delictum, vide apud dictos Doctores, & apud Guazzin. *de confiſc. bonor. concluſ.* 21. *num.* 48. *&* *ſeqq.* & Capiblanc. *d. pragm.* 8. *num.* 213. *&* *ſeq. p.* 1. *&* *cap.* 40. *num.* 2. *verſ. ſed quid ſi pœna, &* *ſeqq.* Foller. *in pragm. de adminiſtr. vniuerſ. num.* 7. Petra *de poteſt Princ. cap.* 8. *num.* 81. *&* *cap.* 10. *num.* 10. *&* *ſeq.* D. Franc. Vico *ad pragm. Sardiniæ lib.* 1. *tit.* 18. *cap.* 7. *num.* 1. *&* *ſeqq.*

Sed an opinio dicentium pœnas ſpectare ad Barones, & Fæudatarios procedat indiſtinctè, & in omni pœna vide apud Capibl. *locis cit.* & apud Spadam *conſ. crim.* 7. *per tot.* de Luca ad Vinc. de Franch. *d. deciſ.* 434. D. Carolum Petram *M. Cur. ritu* 47. *num.* 15. *tom.* 1. qui *eod. tom. ritu* 56. *num.* 10. *&* *ſeqq.* agit de quæſtione, An pœna contrabandorum cedat in beneficium Fiſci, an verò Cõſignatarij, qui arrendamenta illorum emit, & Capiblanc. *d. cap.* 40. *num.* 5. agit de alia notabili quæſtione, cui ſcilicet deuoluta cauſa per appellationem, debeatur pœna pecuniaria, quatenus Reus ad illam condemnetur, & *num.* 8. *&* *ſeqq.* quærit cuinam debeatur pœna conuentionalis, ſi deuolutæ cauſa ob indebitam habilitationem Rei Iudex Superior, ad quem citauit fideiuſſorem ad repræſentandum Reum non repræſentauit, & ob non repræſentationem pœna conuenta fuit exacta.

---

# Proęmij §. X.

*SVMMARIVM.*

1 *Legati à Latere habent in Prouincia ampliſſimam facultatem.*
2 *Habent ius condendi leges.*
3 *Non tamen contra leges, quas facit Pontifex.*
4 *Et nec contra leges Iuris Communis Ciuilis, vel Canonici.*
*Niſi ex iuſta cauſa. num.* 10.
5 *Nec poſſunt ſtatuere circa correctionem morum.*
6 *Nec circa primam inſtantiam Clericorum.*
7 *Secus quoad Regulares, & alios exemptos, cum quoad illos remaneat incorrectum ius antiquum.*
8. *Legati à Latere Statuta, ſeu Banna ſunt perpetua. Præſertim facta cum conſenſu Procerum Ciuitatis. & num* 11.
9 *Proreges poſſunt facere Statuta.*
12 *Legati à Latere an poſſint ſtatuere circa cauſas Clericorum in prima Inſtantia latè diſcutitur articulus.*
13 *Tridentini Concilij derogatio expreſſa, non eſt neceſſaria.*
14 *Legatus à Latere poteſt ab Eccleſiaſtico Iudice impediri, & inhiberi, ſeu hortari, vt deſiſtat procedere contra fideiuſſorem delinquentis, qui poſt datum fideiuſſorem de repræſentando effectus eſt Clericus.*
*Contrarium. num.* 20.
15 *Laicus effectus Clericus non ſolùm mutat ſtatũ, ſed efficitur alterius Territorij.*
*Etiamſi in fraudem Habitũ Clericalem aſſumat. num.* 18.
*Explicat num.* 19.
16 *Laicus, qui ex aliquo priuilegio eximitur, non mutat ſtatum, ſed forum.*
17 *Et ideò ſi non opponit, acta contra ipſum geſta per Iudicem ſæcularem valent.*
*Afferuntur duæ rationes. ibidem.*
21 Cap. Cauſæ omnes ſeſſ. 24. de reform. *in S. Concil. Trident. recipit plures limitationes relatas.*
22 *Recurſus ad Principem non cenſetur comprehenſus in diſpoſitione* tex. cap. Cauſę omnes.
23 *Auditor Cameræ cognoſcit cauſas in prima inſtantia eorum, qui coram ſe & in ſuo Tribunali ſe conſtituunt, & præſentant.*
*Fallit quoad Eminentiſſimum Decanum Sacri Collegij ex gratia Sanctiſſimi. ibid. num.* 23.
24 *Text. S. Concil. Trident.* cap. Cauſæ omnes

*non*

*non ſubſtulit modos legitimos, quibus quis ex iuris diſpoſitione ſortitur forum.*

## Vuole, che come inuiolabile Legge debbano eſſere oſſeruati.

1 CVM Legati à Latere habeant in Prouincia eis demandata ampliſſimam facultatem, vt dixi ſupra *in §. Legati à Latere*, & eorum officium ſit euellere, diſſipare, ædificare, & plantare vt eſt Text. *in cap. Le-*
2 *gatus in 6.* habent per conſequens neceſſariũ etiam ius condendi leges, ſtatuta, & bannimenta ſuper ijs, quæ ad eorum iuriſdictionem pertinent, iuxta Text. expreſſum *cap. fin. de off. Legat.* vbi Gloſſ. Innoc. Abb. Butr. & communiter ſcribentes, Gambar. *de poteſt. & offic. Legati lib. 8. in princip.* Barbat. *in Clem. 2. num. 41. de reſcript.* Oliua *de For. Eccleſiæ par. 3. quæſt. 6. num. 12.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 5. cap. 6. num. 45.* Bald. *in d. cap. fin. num. 1.* Pegaſ. *de competen. par. 2. cap. 112. per tot.* Fermoſin. *in rubr. tit. de conſtitut. quæſt. 11. num. 27.* & hoc ex natura officij, quia eſt Iuriſdictionis, vt dicunt Fermoſin. & Pegaſ.
3 *locis citatis.* Non tamen poſſunt ſtatuere contra leges, quas Pontifex facit, vt ex Ang, Crot. Odofred. Zaſio, dicit Borellus ad Bellugam *Specul. Princip. rub. 24. lit. A.* & Maſtrill. *de Magiſtrat lib. 5. cap. 6. num. 46.* Pegaſ. *de competen. par. 1. cap. 38. num. 7.* qui citat Sanhez *de matrim. lib. 8. diſp. 6. num. 14. & diſp. 17. num. 5.* & Giutb. *conſ. 19. num. 26.*
4 & nec contra ius Commune, Ciuile, vel Canonicum, vt ex Gloſſ. Innoc. Butr. Abb. Franc. & Corneo, ait Oliua *d. quæſt. 6. num. 15.* & ex Rota *deciſ. 103. num. 27. par. 2. diuerſ.* dicit Antonellus *de loco legali lib. 2. c. 1. num. 232.* Pegaſ. *loco cit. num. 5.* ſed huic aſſertioni non eſt de facili aſſentiendum, ſi Legatus circa temporalia, & ſic tamquam Princeps laicus diſponit ex ijs, quæ dicit Felin. *in cap. quod ſuper his num. 2. & 3. de maior. & obedient.* quem in facti contingentia pro habenda veritate concluſionis videbis cum alijs Doctoribus, quos allegat idem Felin. ibidem & Muta *ad capitula Regni Siciliæ tom. 1. in proœmio num. 61.* & Camerata *reſponſ. 16. num. 9. & 10. tomo 2.* qui citat Mandoſ. & Rotam penes Rubeum, &
5 nec poſſunt ſtatuere quidquam circa corre-
6 ctionem morum, & circa primam inſtantiam in cauſis Clericorum obſtante Sacro Cõcilio Tridentino, vt aduertit Oliua *lo-*
7 *co citato num. 13. & ſeq.* qui ait, contrarium eſſe quoad regulares, & alios exemptos, contra quos omnem habent poteſtatem,
8 prout antiquitùs habebant; & dicta ſtatuta ſunt perpetua, & perpetuò durant, vt ex *cap. fin. de offic. Legati, & l. 1. §. vlt. ff. de offic. præfect. Vrb.* vult Montetent. *ad Stat. Bononiæ lib. 7. rub. addit & limitat. ſuper ſtat. de damno dato lit. B. & per* d. Text. *in cap. fin.* & Rota *deciſ. 536.* Seraphini *in nouis numer. 4.* vult Cherubin. *in ſchol. 2. ad Bullam 16. Pauli Tertij*, Barboſa, & Rodriq. *locis relat.* à Fermoſino, qui hos refert, & ſequitur in rub. *de conſtitut. quæſt. 11. num. 28.* & ex Text. *in cap. fin. de officio Ordin.* ſed puto, quod voluerit allegare *cap. fin. de officio Legati*, & ex Maſtillo *de magiſtr. lib. 5. cap. 6. num. 48.* vult Capiblanc. *de Baron. par. 2. cap. 88. numer. 1.*
9 & hoc etiam facere poſſe Proreges, teſtantur Capiblanc. Surgen. Menoch. Afflict. & alij relati à Giurb. *conſ. crim. 12. num. 1.* & Burgos *de modo proced. ex abrupt. quæſt. 51.*
10 *num. 13.* Imò ex iuſta cauſa poſſunt Legati facere ſtatuta Iuri Communi contraria, vt dicit Bald. *in d. cap. fin. num. 3. de offic. Legati*, & faciunt, quæ dixi *in §. antecedenti nn. 17. & 18.* & dicta banna eſſe perpetua firmant etiam Bald. *loco cit. num. 1.* Caſtill. *deciſ. 113. num. 7.* Capiblanc. *de Baron. par. 2. cap. 88. n. 2.* & Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 5. cap. 6. num. 45.* præſertim verò hæc, quæ ſunt generalia, & cum conſenſu Illuſtriſſimi D. Confalonerij, & Dominorum Antianorum, & Cõſulis, & Dominorum Senatorum emanata fuerunt, vt legitur hic in proœmio. His enim concurrentibus banna eſſe perpetua, dicit Bald. *loc. cit. num. 4.* & Capiblanc. *dicto cap. 88. num. 3.* & D. Franc. Magrettus *in obſer. ad Conſtit. pragmat. proœm. quæſt. 4. num. 1.* & D. Franc. Vico *ad pragm. Sardiniæ tom. 1. tit. 4. cap. 1. num. 30.*

Sed An banna Anteceſſoris debeant pu-
11 blicari, & renouari à Succeſſore? vide Hieron. Baſilico *crim. deciſ. 14. num. 13.* qui citat Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 5. cap. 6. num. 42.* Sanfelic. *deciſ. 221.* Capiblan. *de Baron. prag. 14. cap. 88.* Caſtill. *deciſ. 171.*

Dixi hic, quòd Legati à Latere non poſ-
12 ſunt quidquam ſtatuere circa primam inſtantiam in cauſis Clericorum, & *in §. Legato à Latere num. 64.* dixi quod Legati prætendunt cognoſcere cauſas Clericorum in prima Inſtantia, tam vigore facultatum, quàm conſuetudinis; ideò opere pretium eſſe duxi aliquid hac de re in medium afferre, & certè ſi res diſcutienda ſit in terminis Iuris Communis, de facili reſoluenda venit ad fauorem Legatorum à Latere, quia tamquam Ordinarij concurrunt in prima inſtantia cum Epiſcopis, a lijſque Iudicibus ordinarijs ſuæ Prouinciæ in cauſis cuiuſcumque Eccleſiaſtici Regularis ſcilicet, de quo nullatenus dubitatur, vt ex Gloſ. *in cap. quoad translationem de offic. Legati*, Barboſ. Rtodriquez Pariſ. Villadiego, Kocchier, Felin. Roman. Ferro, Bordon. Oliua, Peyrin. & alijs oſtendit Pegaſ. *de competen. par. 1. quæſt. 49. num. 1. & ſeqq.* & etiam ſæcularis nempe Clerici, vt ex Text. *in cap. 2. de offic. Legati in 6.* Nauar. Cutierez. Sanchez. Gonzalez Molina, Azzor. Barboſa, Gratian. Farinac. Fagnan. Tondut. Oliua, & alijs firmat Pegaſ. *loco cit. par. 1. c. 39. num. 5. qui num. 6.* ait, quòd licet hæc opinio ſit

ſit controuerſa, poteſt tamen de Iure antiquo ſuſtineri ad fauorem Legati.

Si verò quæſtio eſt diſcutienda in terminis Iuris noui Sacri Concil. Trident. *ſeſſ.24. de reformat.cap.*20. de facili venit terminanda ad fauorem Epiſcoporum, & Iudicum ordinariorum, quia verba Concilij ſunt clara, ibi: *Legati quoque etiam de Latere, Nuntij, Gubernatores Eccleſiaſtici, aut alij quarumcumque facultatum, non ſolùm Epiſcopos in prædictis cauſis impedire, aut aliquo modo eorum iuriſdictionem ijs præripere, aut turbare non præſumant, ſed nec etiam contra Clericos, aliaſue perſonas Eccleſiaſticas, niſi Epiſcopo prius requiſito, eoque negligente, procedant.*

Qua diſpoſitione attenta Doctores quotquot poſt promulgationẽ S.Cõcilij ſcripſerunt, atteſtati ſunt præreptam eſſe Legatis à Latere facultatẽ procedendi contra Clericos in prima inſtantia, non ſeruata forma in dicto Sac. Concil. Tridentino præſcripta Ricc. Narbona, Salgado *locis relatis* à Barboſa *in collectan. ad Sac. Concil. Trident. d.cap.* 20. *num.* 3. Villaroel. Ciarlin. Marcheſan. Poſth. Bordon. Cæſar de Graſſ. *loc. relatis* à Pegaſ. *de competen. par.* 1. *cap.* 39. *num.* 7. *& par.* 2. *cap.* 80. *num.* 1. & hanc opinionem confirmat etiam Oliua *de For. Eccleſ. par.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 13.

Si demùm quæſtio ſit diſcutienda, prout diſcuti debet in terminis prætenſionis (quã habent Legati) fundatæ in Breui Legationis, & conſuetudine, tunc tres caſus ſunt conſiderandi, primus eſt, quado verba Breuis ſunt clara pro incluſione eorum facultatis; Secundus caſus eſt, quando verba ſunt clara pro excluſione talis facultatis; Tertius caſus eſt, quando verba Breuis ſunt dubia. Primo caſu, res non eget multiloquio, quia Pontifex poteſt conferre talem facultatem, vt innuit Barboſa *d.cap.* 20 *num.* 3. ibi: *ſpecificam poteſtatem maiorem non habentes*; concedit enim poſſe Legatos ſe in prima inſtantia intromittere, ſi ſpecificam habent facultatem, comprobat Ciarlin. *controu.* 123, *num.* 48. & Cardin. de Luca *tom.* 4. *ad Concil. Trident. diſcurſ.* 23. *num.* 21. & D. Carolus Ant. de Luca *in praxi crimin. cap.* 1. *num.* 18. *verſic. cæterum*; & de hoc diſputare ſacrilegij inſtar eſt ad Text. *in l.2. C. de crim. ſacrileg.* & *in cap. cum te de ætat. & qualitat.*

Nec obſtat, quod in Breue non ſit expreſ-
13 sè derogatum Sac. Concil. Tridentino, quia vt ex auctoritate Rotæ, & Doctorum dixi *in §. Legato à Latere n.*65. quicquid poſt alios, quos citat, dicat Sanchez. *de matrimonio lib.* 3. *diſp.* 26. *num.* 7. non eſt neceſſaria expreſſa derogatio, & hoc comprobat Fagnan. *in cap. nulla num.* 86. *de conceſſ. præben. & in cap. ex parte num.* 26. *de priuileg.* & Moura *de incant. & Enſalmis opuſcul.* 1. *ſect.* 3. *cap.* 1. *num.* 1. qui ſubdit, quod ob eiuſdem Concilij Tridentini reuerentiam non ſit ſpecifica mentio illius, quando illi derogatur.

In ſecundo caſu res eſt pariter plana, quia Legatus à Latere non ſolùm non poteſt operari contra formam præſcriptam in dicto Sac. Concilio, cum in ſpecie proceſſus, & ordinationes contra dictã formam *in c.* 20. datam, nulli, & nullæ eſſe declarentur, ibi, *aliàs eorum proceſſus, ordinationeſque nullius momenti ſint, atque ad damni ſatisfactionem Partibus illati teneantur.* Sed neć poteſt vllatenus illud declarare, ſeu interpretari, quia Pontifex hoc ſibi reſeruauit, vt habetur ibidem ex decreto, ſeu Conſtitutione ſan. mem Pij Quarti, & nedum Legatis à Latere, ſed & Sacræ Congregationi Epiſcoporum, & Regularium denegata eſt talis facultas, vt oſtendit pluribus Fagnan. *in cap. cum veniſſent nu.* 18.19. *&* 20. *de Iudicijs.*

Nec conſuetudo in contrarium poteſt Legatis à Latere ſuffragari.

Quia clauſula irritans in dicta Conſtitutione Pij Quarti, ibi: *decernentes nihilominus irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari*, omnem conſuetudinem in contrarium introduci impedit Gratian. *diſcept.* 791. *num.* 13. Poſthius *de manuten. obſeru.* 46. *num.* 10. & in terminis dicti Breuis Pij Quarti, Fagnan. *in d. cap. cum veniſſent num.* 60. dicens quod contra dictum Breue, quod habet decretum irritans, inficiens poſſeſſionem, & imponens pœnam, non poteſt validè introduci conſuetudo, quia contrafacientes ſtatim incidunt in pœnam, & in factum damnatum, *cap. audiuimus* 24. *qu.* 1. Hoſtien. *in cap.* 1. *num.* 7. *de tregua, & pace*, Alphon. de Caſtro *de poteſt. leg. pœnal. lib.* 2. *cap.* 17. *poſt primam concluſ.*

In tertio caſu, quando ſcilicet verba Breuis ſunt dubia, ita vt nequeat liquidò diſcerni, An conceſſa, vel negata ſit à Pontifice derogatio diſpoſitionis Conciliaris, tunc conſuetudo, ſeu obſeruantia ſubſecuta, facit, vt cenſeatur inducta derogatio, & conceſſa per Pontificem facultas procedendi contra Clericos in prima inſtantia, quia verba obſcura propter eorum generalitatem, vel ambiguitatem ex obſeruantia veniunt declaranda, vt ex Abb. *conſ.* 27. *num.* 4. *in fine* & Seraphin. *deciſ.* 964. *num.* 4. dicit in terminis Sac. Concilij Trident. Fagnan. *in cap. cum veniſſent num.* 85. *de Iudic.* Bulla enim Pij IV. vt ſubdit Fagnan. *ibidem num.* 86. licet tollat conſuetudinem, non tamen tollit interpætatiuam Decian. *conſ.* 24. *num.* 28. *lib.* 3. Dec. *in cap. cum M. num.* 7. *de conſtit.*

Vndè cum tuta, & omni bona conſcientia Cardinales Legati à Latere Ciuitatis Bononiæ vſque ad publicationem Breuis s. me. Gregorij XV. ſub datum 28. Aprilis 1622. proceſſerunt in prima inſtantia contra Clericos

ricos

ricos de quocumque crimine capitali, ſeu non capitali imputatos, nam verba ambigua Breuis, & obſeruantia ſubſequuta conſtituerunt eoſdem in poſſeſſione procedendi, & puniendi, ex ratione ſupra adducta: Et cum tuta pariter conſcientia Legati à Latere Romandiolæ proceſſerunt indiſtinctè in prima inſtantia contra Clericos delinquentes, etiam pro criminibus non capitalibus, nam facultas puniẽdi, & vltimo ſupplicio afficiendi perſonas Eccleſiaſticas etiam in Præsbyteratus ordine, & dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, ſine expreſſa mentione primę, aut ſecundæ inſtantiæ, eis in Breui tributa, iuncta obſeruantia ſubſequuta ſatis, ſuperq; fuit pro ſtabilienda iuſta credulitate, quod Pontifex hanc poteſtatem tribuerit, vt dixi: & ita indiſtinctè fuit practicatũ in dicta Legatione Romandiolæ, & vidi plurimos proceſſus contra Clericos, & Sacerdotes fabricatos, & ita fuit etiam practicatum tempore, quo fui in dicta Prouincia Aduocatus Fiſcalis, & tempore, quo fui Locumtenens Criminalis. Benè verum, quòd Eminentiſſimus D. Cardinalis Sigisbertus Borromeus, qui de anno 1657. ni fallor, fuit à ſan. mem. Alexandro Septimo miſſus Legatus à Latere ad gubernan. dictam Prouinciam, & ſucceſſit Eminentiſſimo Domino meo Cardinali Octauio de Aquauiua cœpit dubitare de ſuis facultatibus, & de dicta conſuetudine, & quoties occurrebat aliquis caſus particularis, impetrabat à Pontifice facultatem particularem procedendi, & ſic interrupit forſan etiam quoad alios fundamentum, & bonam fidem, quam habere Succeſſores potuiſſent, & in hac Ciuitate dicta facultas, ſeu conſuetudo, & bona fides fuit ſublata, ſeu potius declarata ex Breui ſan. mem. Gregorij XV. qui pro criminibus, pro quibus perſonæ Eccleſiaſticæ degradantur, & Curiæ ſæculari traduntur, voluit eſſe locum præuentioni inter Curiam Legationis, & Curiam Archiepiſcopalem: pro alijs verò criminibus, pro quibus de iure non intrat degradatio, & Curiæ ſæculari traditio, voluit ſeruari diſpoſitionem Sac. Concil. Trident. nempè quod Curia Epiſcopalis priuatiuè quoad Cardinales à Latere Legatos, & Gubernatores procedat in cauſis criminalibus Clericorum & vt latius continetur in dicto Breui, omninò videndo in facti contingentia.

Sed ſecundum me factum, ſeu ſcrupuloſitas præfati Eminentiſſimi Cardinalis Borromæi non potuit nocere Succeſſoribus quia rationes, quibus eorum prætenſio innititur, nimis vrgent. Nec eſt verum quod conſuetudo non poteſt Legatis à Latere ſuffragari, tum quia ſacra Congregatio Concilij Teſte Barboſa *in collect. ad cap. cauſæ omnes num. 7. & 34. & de Poteſt. Epiſcop. alleg. 80. num. 7. & allegat. 81. num. 4. par. 3.* decreuit quod diſpoſitio *d. cap. cauſæ omnes* non habet locum in locis, in quibus viget conſuetudo contraria, & hoc idem dicunt Gratian. *diſcept. 492. num. 5.* Eminentiſs. Cardinal. de Luca *Miſcellan. Eccleſ. diſc. prim. num. 64.* & Carolus Ant. de Luca *in praxi crimin. cap. primo num. 18.* tum quia dicta prætenſio non eſt fundata in ſimplici conſuetudine, ſed in verbis dubijs, & ambiguis Breuis Legationis, quæ ex obſeruantia receperunt interpretationem Legatis à Latere fauorabilem, & ſic fundata eſt in conceſſione Pontificis, qui vt dictum eſt ſupra, poteſt hoc facere, & in obſeruãtia ſubſequuta.

Imò poſt declarationem factam à ſanct. mem. Gregorio XV. ad tollendas controuerſias inter Curiam Legationis, & Archiepiſcopalis huius Ciuitatis Bononię, confirmata remanet prætenſio Legatorum, & Miniſtrorum aliarum Legationum in Statu Eccleſiaſtico, quia ſi voluiſſet ius tollere alijs Legatis, vtique in eodem Breui, vel alio ſimili idem dixiſſet, & ſtatuiſſet, & propterea tacitè illud confirmauit.

Eo magis cum ex particulari affectione erga Curiam Archiepiſcopalem, cui præfuerat, videtur motus fuiſſe ad ita decernendum in præfata legatione Bononienſis, vt deducitur ex dicto Breui.

Confirmatur hæc mea opinio ex luculenter exaratis multum poſt hæc ſcripta per Dominum Carolum Ant. de Luca *in praxi criminali cap. primo* ſeu potiùs per Dominum meum D. Peregrinum Maſſerium Auditorem Generalem ad Ciuilia Eminentiſſimi D. Cardinalis Ragij Legati à Latere Romandiolæ, cuius *Allegationem* cum encomio per extenſum refert de Luca ibidem ſi quidem ad fauorem Legati affert tenorem Breuis Legationis cum verbis vt ait, ampliſſimis concepti; affert auctoritatem Maluas *conſ. 3. num. 28. & 29.* Buccafer. *Conſ. 18.* & D. Oriliæ ad Campanam *Reſol. 4. n. 2. & ſeqq.* (qui ſcripſit in cauſa in qua ego fueram Iudex tempore Legationis Eminentiſſimi Domini mei D. Cardin. Celij Piccolominei Legati à Latere Romandiolę) Rot. *Deciſ. 69. par. 13. rec.* Franc Marc. *Deciſ. 370. cum tribus ſequentibus & deciſ. 350. & 351.* Gratian. *diſcep. 655. num. 15. Turr. de Legato à Latere §. 4. per tot. lib. primo & §. 3. num. 3. lib. 2.* & tandem affert ſubtilem explicationem verborum S. Concil. Trident. *in d. cap. cauſæ omnes*, vt ſcilicet intelligantur tantùm prohibere auocationem cauſarum iam motarum, & introductarum coram Epiſcopo, & eius Curia. Vide dictam *Allegationem*, & vide *Epiſtolam* ſcriptam deordine Sanctiſſimi Domini noſtri Innocentij Vndecimi, per dictum D. Carolum Antonium de Luca relatam.

In propoſito dictæ diſpoſitionis S. Concil. Trident. nolo omittere caſum ſatis notabilem, & de facili contingibilem in Legationibus, hoc eſt in locis, vbi præſunt D. D.

41 Car-

14 Cardinales Legati à Latere. An ſcilicet Legatus à Latere, ſeù eius in criminalibus Locumtenens poſſit, tanquam agat in prima inſtantia impediri à Iudice Eccleſiaſtico ſi ob non præſentationem factam procedit ad pœnam promiſſam à fideiuſſore delinquentis, qui poſt delictum, & poſt præſtitam cautionem de ſe præſentando aſſumpſit habitum Clericalem.

Et prima facie videtur affirmatiuè reſpõdendum, quia res eſt clara apud omnes, quod delinquens ſi poſt delictum efficiatur Clericus, euadit omninò exemptus, & liberatus à foro laicali, nam per talem ſtatus
15 mutationem, remanet adeò exemptus, vt alterius territorii eſſe dicatur, ac ſi originem, & domicilium mutaſſet, vt ex Doctrina Bart. firmant de Ponte *de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 7. num. 15.* Gratian. *diſcept. 226. num. 21.* & his relatis Cutell. *ad leges Siculas* Martini *contron. 3. num. 13. fol. mibi 426. & controu. 11.*
16 *num.... fol....* quod tamen non eſt, quoad alios, qui aliquo priuilegio eximuntur à foro, & iuriſdictione Iudicis ſæcularis, nam iſti mutant forum, ſed non mutant ſtatum, vt benè ratiocinati ſunt de Ponte *loc. citato num. 12.* & Cutellus pariter *loco citato controu. 10. num. 3. fol. mibi 451.* qui citat Bart. *in l. prima ff. de pœnis* Caball. *crim. reſol. 108.* Narbona *ad Concordata Caſtellæ, l. 20. gloſ. 2. num. 43.* & idem Cutell. *Controu. prima n. 14. fol. 413.* citat etiam Baldum Afflict. & Aluar. *in cap. primo de milite Vaſſallo qui arma dep.* & ſubdit quod Can. *In cap. primo de oblig. ad ratiocin.* loquitur de exempt. ob mutationem ſtatus.

Infert hinc Cutellus, quod acta facta à Iudice Sæculari contra Clericum, vel alium qui ob aſſumptum ordinem mutat ſtatum ſunt omninò nulla, quia Iudex Sæcularis non ſolum eſt quoad eos incompetens, ſed
17 eſt etiam incapax: acta verò facta contra eos, qui ob aſſumptum ordinem, ſiuè exercitium, mutant ſolum forum, valent, ſi non ſit oppoſita exceptio fori, & duplicem affert rationem. Prima eſt, quia dum non opponunt, cenſentur foro renunciaſſe, vt videre eſt apud eum *loco citato controu. 3. num. 12. verſ. ſecunda ratio fol. mibi 426. & controu. 16. num. 5. verſ. illa præcipua ratione fol. 475. & controu. prima num. 14. refert ita contra Paramum de origine S. Inquiſ. reſp. 2.* fuiſſe in facti contingentia deciſum.

Secunda eſt, quia reſpectu ad hos, qui ex priuilegio exempti ſunt, Iudex ſæcularis eſt competens aliqua ratione, licet exercitium Iuriſdictionis ſit ex ſpeciali conceſſione ab eo abdicatum, vt videre eſt pariter apud eum *d. controu. 3. num. 13.*

Hæc tamen ſecunda ratio non ſatisfacit niſi concurrat inſimul tacita, vel expreſſa renunciatio, & idem met Cutellus *ibid. controu. prima num. 14. fol. 413.* concedit, quod Iudex Sæcularis, ex quo ei obeſt voluntas Regis, qui certum genus perſonarum alteri ſubmiſit, effectus eſt incompetens.

Et prædicta principalis concluſio procedit, etiamſi habitus clericalis ſit aſſumptus
18 in fraudem, adhuc enim aſſumens illum mutat ſtatum, & efficitur in totum de foro Eccleſiæ, vt pluribus citatis firmant Fagnan. *In cap. Magnus num. 65. & ſeqq. de oblig. ad ratiocin.* Iacob Pignatell. *Conſult. can. 102, per tot. tomo primo & conſult. 20. tom. 3.* Grat. Caball. Franch. Bellet. Diana *citati* à D. Cęſare Panimoll. *Deciſ. 14. annot. 3. num. 3.* qui loquitur in terminis delinquentis, qui relaxatus, & habilitatus cum cautione de ſe repræſentando, habitum Clericalem aſſumpſit.

Et quamuis exemptio eius, qui aſſum-
19 pſit habitum Clericalem in fraudem reſtringatur ad ſolam perſonam, ne ſcilicet poſſit conueniri, diſtringi, & caſtigari à Iudice ſæculari: nam quoad bona quatenus iudicium coram Iudice Sæculari ſit antè ſuſceptum clericatum inceptum, remanet eidem Iudici Sæculari ſubiectus, vt ex Bart. & Io: Andr. & aliis dicit Fagnan. *d. cap. Magnus num. 71. & ſeqq.*

Nihilominus oppoſitio non operatur in caſu iſto, quia non poteſt eſſe locus controuentioni, nam ipſe principalis, qui mutauit ſtatum, non poteſt dici controueniſſe ſi ſe non præſentauit coram Iudice non amplius ſuo, & nec poteſt dici contraueniſſe fideiuſſor, ſi non præſentauit eum, quem, præſentare non poteſt ex quo per mutationem ſtatus factus eſt irrepræſentabilis, & ideo eo ipſo, quod principalis effectus fuit de alio foro, fideiuſſor fuit liberatus à promiſſione de illum ſiſtendo, & præſentando, vt pluribus oſtendit Marſil. *in repetit. rub. de fideiuſſ. num. 110. & ſeqq.*

Et licet forſan contrarium dici deberet in caſu, quo fideiuſſor promiſiſſet de iudicatum ſoluendo ob rationem, quia obligatio non remanſiſſet extincta ob mutationem ſtatus ſui principalis, tùm quia ſtat ſimul, quod ille mutet ſtatum, & quod ipſe fideiuſſor maneat obligatus in pecunia pro illo: tum etiam, quia opera eiuſdem Iudicis Sæcularis poteſt releuari in bonis ſui principalis, cum bona eius, qui in fraudem mutauit ſtatum, remaneant ſubiecta Iudici ſæculari, vt dixi ſupra; Tum demum, quia plures Doctores aiunt eſſe de Iure, quod Laicus fideiuſſor Clerici debeat coram Iudice Sæculari conueniri, quamuis contra Clericum principalem debitorem coram Iudice Laico procedi non poſſit, vt ex Bald. *in l. vnic. num. 10. C. de priuil. Doct.* Afflict. *diſt. 206.* ait: D. Franc. de Vico *Ad pragm. Sardiniæ lib. primo tit. 7. cap. 4. num. 16.* qui ſubdit facere adhoc *text. in l. ſi Reus ff. iudic. ſoluend. & in l. ſi reſtituatur §. primo ff. de iudic.* & Caball. *Crim. reſol. 153. per tot.*

Id tamen eſt omninò certum, quando prout

prout in ſuppoſito themate fideiuſſor promiſit Reum ſiſtere, & præſentare, quia hoc ei eſt prorsùs impoſſibile, prout impoſſibile eſſet præſentare eum, qui mortuus eſſet, nam qui efficitur Clericus, eſt ac ſi eſſet mortuus quoad Tribunal Iudicis laici.

Conſiderata tamen, & benè re ponderata, contrarium eſt tenendum; nam argu-
20 mentum, quod eſt veriſſimum reſpectu ad Iudicem ſæcularem, non procedit reſpectu ad Cardinalem Legatum, qui habet vtrumque gladium, & habet facultatem procedendi tam contra Laicos, quàm contra Clericos, & ſic reſpectu ad eum Reus, qui poſt delictum, & poſt datam cautionem effectus eſt Clericus, non dicitur mutaſſe ſtatum, quia adhuc eo mutato remanet in eiuſdem Legati à Latere territorio, & ab eodem poteſt cognoſci, & puniri, vt in ſimili dicitur, de Clerico, qui mulctatus eſt exilio, ſeù relegatione à Iudice Eccleſiaſtico, nam ſi poſtmodùm deponat Clericatum, & violet exilium, aut relegationem, adhuc remanet ſub iuriſdictione Iudicis Eccleſiaſtici, & ab eodem puniri poteſt, vt ex Genuen. & Adden. ad Duard. & alijs inquit D. Iacob. Pignatell. *d. conſult.* 102. *verſ. neque dicas*; qui reddit rationem caſui noſtro propriiſſimam, quia Clericus dum efficitur Laicus, non ſubtrahitur abſolutè iuriſdictioni Eccleſiaſticæ: Siquidem poteſt Tribunal Eccleſiaſticum in ipſum exercere iuriſdictionem, quando cauſa aliàs ad ipſum pertinet. Hoc igitur dicendum in caſu noſtro, quia ad hoc ſufficit, quod Iudex habeat iuriſdictionem in ipſum Reum.

Reſtat igitur ſolum difficultas ex diſpoſitione Sac. Conc. Trident. *d. cap. cauſæ omnes ſeſſ.* 24. *de reform.* qua cauetur, quod cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinẽtes etiamſi beneficiales ſint, in prima inſtantia coram Ordinarijs locorum dumtaxat cognoſcantur cum expreſſa declaratione, quod Legati quoque etiam de Latere, Nuntij, Gubernatores Eccleſiaſtici, aut alij quarumcumque facultatum vigore non ſolùm Epiſcopos in prædictis cauſis impedire, aut aliquo modo eorum iuriſdictionem ijs præripere, aut perturbare non præſumant, ſed nec etiam contra Clericos, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas niſi Epiſcopo priùs requiſito, eoque negligente, procedant, alias eorum proceſſus, ordinationeſue nullius momenti ſint atque ad damni refectionem Partibus illati teneantur, ſuper quà Sac. Conc. diſpoſitione ſcribens Barboſa *in ſuis collectaneis ibid. num.* 2. dicit quod Partes nullo modo poſſunt renunciare, & nec poſſunt, niſi Epiſcopo conſentiente cauſas in prima inſtantia in Romana Curia introducere, & *num.*4. dicit quod Auditor Cameræ, nec alius quiuis Iudex Romanæ Curiæ poteſt cognoſcere in prima inſtantia de cauſis ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus; & nec monitoria decernere ad extrahendas Partes à ſuis do-
21 micilijs: ſed *num.*5. limitat in contractibus obligatione camerali vallatis etiam in partibus ſtipulatis: Et debet etiam limitari in cauſis criminalibus, pro quibus Rei ſponte ſe conſtituunt in Tribunali A. C. quæ non obſtante prima inſtantia debent in eodem Tribunali A. C. cognoſci, quia caſus recur-
22 ſus ad Pontificem, cuius eſt Tribunal præfatum, non cenſetur compræhenſus in *dict. Concil.* diſpoſitione, & quatenus eſſet expreſſè compræhenſus, adhuc cauſæ eſſent cognoſcendæ in dicto Tribunali, quia Princeps non poteſt ſibi auferre regalias recurrẽdi ad eum, niſi renunciaret Sedi Regiæ, vt ex Innoc. *in cap. cum venerabilis de cenſ.* & ex Mieres *Cõſt. Cathal. col.* 11. *c. les cauſes de vidues fol.* 3. *col.* 2. *verſ. ſed numquid* ait Michael Ferrer. *Cathal. obſer. p.* 1. *c.* 14. *n.* 2. & licet Mieres *ibid.* exiſtimet id eſſe verum ſolum ſi hoc fiat per reſcriptum, ſecùs ſi fiat per Conſtitutionem generalem; Nihilominus Ferrer. *loco cit.* dictum hoc meritò impugnat, dicendo quod Princeps poteſt quidem concedere dictum priuilegium, ſed non poteſt à ſe abdicare iuriſdictionem in totum, quia ſemper ſaltem in caſu oppreſſionis, vel negligentiæ Princeps auocabit ex ijs, quæ dicunt Panorm. *in dicto cap. venerabilis un.* 3. *& ſeqq.* & Boich. *in c. Paſtoralis de donat.* nã vt dictum eſt, non poteſt Princeps abdicare à ſe ſuperioritatem, & ſupremam ſuam Regaliã, & onus liberãdi vi oppreſſos, vt eſt Textus, quem affert Ferrer. *ibidem in c. Regum officium* 23. *q.* 5. Vndè cum eueniſſet caſus tempo-
23 re Pontificatus S. M. Innocentij X. Sanctitas ſua in Signatura Gratiæ habita ſub die 14. Maij 1647. in vna Veliterna iuriſdictionis inter Curiam Epiſcopalem, & Tribunal A. C. proponente R. P. D. Oregio reſcripſit. *Auditor Cameræ ſuam moderetur inhibitionem, & cauſam remittat ad Reuerendiſſimum Cardinalem Lantem Epiſcopum Velitranum, qui procedat iuxta ſua priuilegia*: hac tamen facta per Sanctiſſimum Pontificem declaratione, quod non poſſint alij, etiamſi haberent ſimilia, vel maius priuilegium, ab hoc exemplo coadiuuari, nempè quod Rei ſpontè ſe conſtituentes coram A. C. tamquã ad Summum Principem recurſum habentes, non poſſint ab illius Tribunali amoueri, & idem A. C. liberè quoſcumq; Iudices inhibere valeat, cũ hoc expreſsè procederet tantùm ad fauorem Decani Cardinalium, in cuius, & Collegij honorem benignè conceſſit.

Verùm cum Sac. Concil. Trident. *In d.*
24 *cap. cauſæ omnes* non ſubſtulerit modos legitimos, quibus quis ex Iuris diſpoſitione ſortitur forum, vt ex declaratione facta à S. Congregatione, & ex Narbona, Nouar. Salgado *De retent. Bullar.* inquit Barboſa *loc. cit. num.* 4. *& in tract. de poteſt. Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 81. *num.* 14. non poteſt adduci ad im-

F

ad impediendum Tribunal Legationis in proſequutione cauſæ, quæ antè aſſumptionem habitus Clericalis erat coram eo introducta, quia eſt de Iure, quod cauſa incæpta ante aſſumptionem Clericatus, terminetur in eodem Tribunali, in quo erat introducta, vt dicunt plures Doctores relati à Pignatell. *d. conſul.* 102. *num.* 8. & Fermoſino *in cap. ſignificaſti quæſt. 7. n. 6. & ſeqq. de foro compet.* qui contendunt hoc procedere etiã ad fauorem Iudicis, & Tribunalis ſæcularis, quorum aſſertio non eſt vera, vt ex Boſſio, Giurba, & Maſtrill. & ex Reſolutione facta in S. Congregatione Immunitatis oſtendit Pignatell. *loc. cit, num. 9.* nam Iudex Sæcularis non poteſt, nec continuando exercere iuriſdictionem in eum, qui omninò, & penitùs exemptus eſt à foro ſuo, & per mutationem ſtatus effectus eſt de foro Eccleſiaſtico; ſed cum hæc exceptio non habeat locum in Legato, quia habet iuriſdictionem ad continuandum proceſſum, & ad imponendam pænam in perſonam delinquentis in alium ſtatum mutati ex iam dictis ſupra, ergò

Poſſet quidem diſpoſitio S. Concil. proficere Ordinatio, quatenus cauſa eſſet noua, licet conſurgeret ex prima iam terminata, puta, quod Reus relaxatus cum cautione de bene viuendo, vel de non offendendo controueniat cum noua offenſione cautioni ex prima cauſa præſtitæ, nam vt dicit Pignatell. *loco cit. n. 9.* tunc non eſſet continuatio, & ſic locus eſſet diſpoſitioni S. Concil.

# Proęmii §. XI.

## *SVMMARIVM.*

1 *Bannimentorum diſpoſitio non extenditur ad loca Baronalia.*

2 *Niſi expreſsè dicatur. num. 1.*

3 *Delinquens in loco Baronali, etiamſi carceretur in Ciuitate Dominante, punitur Statuto, & legibus loci delicti.*

4 *Publicatio Banni, in quo fit expreſſa mentio loci Baronalis, debet fieri etiam in dicto loco Baronali.*

5 *Princeps poteſt facere legem, quæ comprehendat Vaſſallos feudatariorum.*

6 *Contrarium.*

7 *Sed vt liget, debet in loco feudatariorum publicari.*

8 *Princeps non præſumitur velle reſcribere contra leges.*

9 *Publicatio Conſtitutionis facta ad relationem, non afficit.*

10 *Relatum continetur in referente cum omnibus ſuis qualitatibus. At non procedit in his, quę requiruntur pro forma. num. 11.*

12 *Publicatio fit, vt nemo poſſit allegare ignorantiam.*

13 *Ideo lex ponitur in publico.*

14 *Legatus à Latere poteſt auocare è Tribunalibus Baronum, & Collegiorum cauſas in caſibus poſitis per* Capiblac.

15 *Enumerantur cauſa.*

16 *Delicta clandeſtina facilius deteguntur per Commiſſarium.*

17 *Delictorum qualitas facit, quod cauſę auocentur.*

18 *Enumerantur delicta qualificata.*

19 *Delictorum qualitas debet probari.*

20 *Plenè, & concludenter.*

21 *Fallit 22. & 23.*

24 *Cauſa incæpta via ordinaria debet eodem modo terminari.*

25 *Etiamſi reaſſumatur per ſuperiorem.*

26 *Proceſſus nullus ex defectu alicuius ſolemnitatis, non conualidatur ex eo quia ad Tribunal in quo non militat talis defectus auocetur.*

27 *Pax facta à minoribus ſine ſolemnitatibus eſt nulla.*

28 *Proceſſus, quandò in vna cauſa reperiuntur contrarij, vnus fabricatus à Gubernatore, & alius à Commiſſario, Curia, & Fiſcus debet adhærere illi qui habet maiorem veriſimilitudinem. num. 34*

29 *Proceſſui primo, & non ſecundo facto in defectum primi deperditi eſt ſtandum. Vide rationem ibid.*

30 *Proceſſum primum, non tenetur Fiſcus facere de actis, ſed debet exhibere, & Reo prætenſo copiam facere.*

31 *Reus debet d. proceſſum pro ſe producere, & ità ſeruatum fuit Romæ, & Bononiæ. Contrariũ nempè quòd Fiſcus debeat producere. num. 32.*

33 *Fiſcus idem eſt in Tribunali maiori, at in Tribunali inferiori.*

35 *Iudex vbi teſtes ſunt hincinde pares veriſimilitudine, vel alia ratione poteſt moueri ad credendum potius vni, quàm alteri.*

36 *Delictum in dubio probationum hincindè exiſtentium excluditur, ſi teſtes ſint numero dignitate, & cæteris qualitatibus pares.*

37 *Teſti vnico examinato per Fiſcum plenè creditur.*

38 *Sed diſtinguendi ſunt tres caſus. num. 39.*

40 *Delictum regulariter non præſumitur.*

41 *Teſtis à Fiſco productus, dicitur, quoad eum, eſſe omni exceptione maior. Ratio redditur.*

42 *Teſtis vnicus, quando nemini nocet, & alteri prodeſt, plenè probat.*

43 *Teſti vnico fauenti Reo creditur in concurſu alterius fauentis Fiſco.*

44 *Teſti vnico fauenti Reo nullatenus creditur, quando plures teſtes dicunt contrarium, etiamſi ille fauens Reo ſit examinatus per Fiſcum.*

45 *Teſtes producens, ſit Fiſcus, ſiuè alius, cenſetur approbaſſe perſonam tantùm, & non dictum.*

46 *Baro non poteſt remittere cauſam Superiori in prima inſtantia.*

47 *Quia præiudicaret Vaſſallo, & tunc Baro te-*

*netur*

*netur ad omnes expenſas, quas Vaſſallus facit.*
48 *Fallit, quando Vaſſallus eſt contumax, & quando ipſe prius renunciaſſet.*
49 *Diſtingue tres caſus.*
50 *Baro non tenetur probare, ſeu deducere in Iudicium quare cauſam remittat ad Superiorem.*

## Come ancora tutti i Communi, Collegij, & Vniuerſità in qualſiuoglia modo ſoggetti alla Legatione.

NEceſſaria fuit iſta ſpecificatio, vt ex An-
1 drea, & Riminaldo Iun. aduertit Mar-
ta *de Iuriſd. par. 4. cent. p. caſ. 21. num. 5. to. 2.*
2 quia aliàs diſpoſitio bannimentorum non
extēderetur ad delicta cōmiſſa in locis me-
diatè ſubiectis, quoniā cūm huiuſmodi bā-
nimenta non fuiſſent ſeruanda in locis Ba-
ronalibus quamuis Legationi ſubiectis, vt
inquiunt Vulpell. *reſp. crim. 19. num. 10.* Fa-
rinac. *conſ. 205. num. 17. lib. 3.* & Vermi-
gliol. *conſ. crim. 227. num. 6.* delinquens eſſet
3 puniendus legibus, & Statuto loci delicti,
etiam ſi carceraretur in Ciuitate, iuxtà opi-
nionem Bartol. *in l. cunctos populos num 48. C. de Summa Trinit. & Fide Catholic.* Iband.
de Bardaxi. *de Offic. Gubernat. ſeu Procurat. cauſ. crim. cap. 19. num. 9.* Fragoſ. Oliuæ, &
aliorum, quos retuli ſupra *in* §. 8.

Puto tamen, quod ad hoc vt afficiant
4 ſubditos mediatos, requiratur omnino ban-
nimentorum publicatio in ipſis locis Ba-
ronalibus, & quod aliàs non vindicent ſibi
locum contra delinquentes in illis, vt in
ſpecie aduertit Vulpell. *reſponſ. crim. 19. numer. 8. 9. & 10.* inquiens, quòd publicatio
facta in acie Campi Floræ afficit ſubditos
immediatè ſubiectos, & non infæudatos, &
ſubiectos mediatè.

Quamuis enim concedamus, prout con-
cedimus ex iis, quæ diximus *in* §. *anteceden-*
5 *ti*, quòd Princeps poſſit condere leges, quæ
comprehendat etiam Vaſſallos Feudata-
riorum, & eorum loca, vt dicunt Maſtrill.
*de Magiſtr. lib. 4. cap. 16. num. 240. & ſeqq.*
& Marta *de Iuriſd. par. 4. cap 196. num. 1.* cu-
6 ius contrarium tenent de directo Surdus
*conſ. 210. num. 21.* Panciroi. *conſ. 185. n. 12.*
& Andreas Capanus *de Iure ad hæc quæſt. 47. num. 30.* qui affert rationem, quia Barones
habent terras emptas ſanguine, & pretio, &
ideò quantùm poteſt minus debet eis dero-
gari: Attamen interpætandæ ſunt iuxta
Iuris Communis cenſuram, videlicet qua-
7 tenus in locis infeudatis ſint publicatę, quia
8 Princeps in dubio contra leges reſcribere
non præſumitur, nec aliud velle, quàm Ius
velit, vt retento themate proſequitur Vul-
pell. *in d. reſp. crim. 19. nu. 10. & 11.* & con-
fert Farinac. *conſ. 155. num. 3. & 4. lib. 2.* qui
non ſolum requirit publicationem, ſed di-
9 cit publicationem factam ad relationem;
puta *conforme alla Conſtitutione di Siſto Quin-*
*to* non ſufficere, quia regulæ, quod relatum
10 continetur in referente cum omnibus ſuis
qualitatibus, & quòd omne, quod in rela-
to continetur, cenſetur in referente expreſ-
ſum, *l. aſſe toto ff. de hæred. inſtituen. l. ſi ita reſcripſ. ro ff. de condit. & demonſtr.* non habent
11 locum in his, quæ pro forma requirun-
tur Aret. *in l. prima num. 1. circa finem ff. de liber. & Poſth. in l. ſi is, ad quem num. 6. ff. de acquiren. hæred.* & Grat. *conſ. 28. num. 7. lib. 1.*
& ideo non compræhendit publicationem,
quæ tamquam de forma, & ſubſtantia non
poteſt ſuppleri per relationem ad aliud, &
Farinac. allegat Bart. & Gloſ. & alios *in l. fin. ff. de decret. ab Ordin. facien.* & Burſatt. *conſ. 200. num. 102. & ſeqq.* & addit Farinac. *ibid. numer. 4.* rationem rationis, quia publi-
12 catio requiritur ad effectū ne poſſit ab ali-
quo allegari ignorantia conſtitutionis, &
propterea Iura, quæ dant formam publica-
13 tionis, ſtatuerunt, vt ipſa lex, ſeu Conſti-
tutio ponatur in publico, aut in Roſtris, aut
in Archiuio ante oculos omnium videnda,
ita vt quilibet poſſit eam legere, & etiam
copiam habere ad Text. *in l. 2. §. ex actis*, vbi
Gloſſ. & Bald. *ff. de orig. Iur.* Alex de Neuo
*in cap. 2. num. 26. de conſtitut.* & Roland. *conſil. 8. num. 21. & ſeqq. lib. 3.*

Poteſt hic annecti quæſtio, an Legatus
poſſit in prima inſtantia auocare cauſas à
Tribunalibus Baronum, & Collegiorum?
14 dic quòd Capiblanc. *de Baron. pragm. 8. num. 176. & pragm. 3. num. 178. part. 1.* ait poſſe
cauſas in prima inſtantia auocari per Su-
periorem in ſequentibus caſibus.

15 Primò, quando adeſt negligentia Baro-
nis, & Officialium. Secundò quando ex-
tat iuſta, & probabilis ſuſpitio. Tertiò,
quando agitur de cauſis priuilegiatorum,
qui Tribunal Supremum eligunt. Quartò,
quando Officiales Baronum non probarunt
delictum, nam tunc poteſt Superior tranſ-
mittere Commiſſarium ad capiendas infor-
mationes, docet enim experientia maioris
16 Magiſtratus potentia facilius clādeſtina de-
licta detegi, & melius informationes, ac pro-
ceſſus aſſumi, & formari, & ideò pro bono
publico debent expediri iſto caſu Commiſ-
ſarij, vt benè conſiderat Capibl. *ibid.* Quin-
tò quando agitur de cauſis exemplaribus,
ſiquidem qualitas delictorum debet eſſe in
17 cauſa, quod Superiores tranſmittant Com-
miſſarios, & auocent cauſas à Iudicibus
Ordinarijs in prima inſtantia, vt in craſſa-
18 tionibus, abigeatibus, aſſaſſinijs, recaptis, &
ſimilibus, & quadraginta caſus ponit Ma-
ſtrill. *de Magiſtr. lib. 4. cap. 16. à num. 214. vſque in finem*, viginti ſeptem caſus cumulat
Borell. *de Reg. Cathol. præſtan. cap. 64. per tot.*
& duodecim caſus ponit Spada *conſ. crim. 1. num. 34.* & licet qualitas neceſſariò ſit pro-
19 banda ſecundùm Aretin. *cap. cæterum num. 7. de Iud.* Felin. *cap. quoniam contra num. 3. de probat.* Iband. de Bardaxi, *de offic. Gubern. q. 5.*

*num.* 115. innumeros citans Mattheů *de re*
*crimin.* 78. *num.* 127. & debet probari plenè,
20 & concludenter ſecundùm Auendan. *de e-*
*xeq. mand. part.* 1. *cap.* 22. *num.* 4. Gaill. *de*
*pace publica cap.* 13. *num.* 12. Valenzuel. *conſ.*
191. *per tot.* & ſignanter *num.* 9. & 15. *lib.* 2.
21 fallit tamen in cauſis, quæ introducuntur
coram Superioribus, in quibus ſufficit ſola
allegatio qualitatis, vt inquit Ibandus *loco*
*citato* ob rationem, quia Princeps, ſeu Le-
gatus eſt Iudex omnium non declinãtium.
22 Fallit etiam in delictis exceptis, in quibus
ſufficere indicia ad torturam, volunt Bel-
lug. Gamm. Caſtill. Couar. Cancer. *locis*
*relatis* per Capiblanc. *de Baron. pragm.* 6. *cap.*
31. *num.* 32. *par.* 2. fallit demum, quando
23 notoriè conſtat de qualitate allegata, vt ex-
plicat idem Capiblanc *loco cit. pragm.* 8. *p.* 3.
*num.* 73. *par.* 1.

Et quòd ad tribuendum iuriſdictionis
exercitium ſufficiat, quòd in libello, aut
quęrela Patris, vel in cauſæ proceſſu; qui
fit ex officio, deducatur qualitas Iuriſdi-
ctionem tribuens, licet de eius veritate du-
bitari poſſit, eſt Text. *in l. cum quædam puella*
*ff. de Iuriſd.* & volunt Bart. Soccin. Afflict.
Tiraquell. Scaccia *locis relatis* à Salgado *de*
*retent. Bullar. par.* 2. *cap.* 30. §. 4. *num.* 36. &
Vant, Capella Tholoſ. Maranta, Gutier.
Caldas, *locis relatis* à Gabr. Pereyra *de*
*Manu Regia lib.* 2. *tit.* 1. §. 5. *cap.* 27. *num.*
1. & Innoc. Butr. Abb. Milleus, Lap. An-
gel, Roman. Farinac. & Tuſch. *locis relatis*
ab Ant. Fernandez de Otero *de Official. Reip.*
*par.* 2. *cap.* 4. *num.* 26. & licet Otero ibidem
*num.* 27. dicat hoc procedere quoties in
principio exaduersò qualitas non negatur,
nam negata à principio qualitate ad impe-
diendam Iuriſdictionem debet plenè pro-
bari, & allegat Alex. *conſ.* 1. *num.* 8. *lib.* 5.
Felin. *in cap. ſi Clericus col.* 2. *de foro compet.*
Crauett. *conſ.* 196. *Affl dec.* 197. Butr. Farin.
& Tuſch. *locis ab ipſo citatis*, & quod negata
à principio ſaltem ſummariè probari de-
beat ex Honded. Curt. Iun. Tiraquell. Me-
noch. & Surdo, vult D. Mantius *conſult.*
27. *num.* 31. *lib.* 1. quibus addi poſſunt lat.
Felin. & alij adducti à Salgado *loc. cit. num.*
33. Alex. Soccin. Curtius Senior, Plotus
Crauett. Magon. & alij adducti à Gabriel.
Pereyra *de Manu regia par.* 2. *tit.* 1. §. 5. *cap.*
27. *num.* 2. nihilominus in caſibus, qui ſe-
cundùm Ius Commune ad Iudicem ordi-
narium pertinent ob qualitatem, ſufficere
ſolam intitulationem dicit ex Alex. *in l.* 1.
*num.* 19. *ad fin. ff. ſi quis in ius voc.* Petr. Bar-
boſa *in l. ſi quis ex aliena num.* 142. *ff. de iudic.*
inquiens, quòd *præmittenda eſt ſummaria co-*
*gnitio ſuper veritate qualitatis, quando qualitas*
*deducta in libello fundaret iuriſdictionem citantis*
*ex aliquo ſpeciali priuilegio: ſecus quando cau-*
*ſa expreſſa in libello fundaret citantis iuriſdictio-*
*nem ſecundùm regulam Iuris Communis, quia*
*tunc illa qualitas haberetur pro probata, donec de*
*contrario conſtaret, & aſſignat rationem, quia*
*qualitas fundata in aliquo priuilegio debilior cen-*
*ſetur, quàm fundata in Iure communi*; & hoc de
communi teſtatur Oliua *de Foro Eccleſ. p.* 2.
*quæſt.* 14. *num.* 9. Et hoc diſputare ad partes,
vult etiam Mynſing. *cent.* 2. *obſeru.* 9. *num.* 8.
vbi concludit ſufficere ad obtinendos pro-
ceſſus, & fundandam iuriſdictionem, quòd
quis narret qualitatem, quæ iuriſdictionem
Cameræ tribuat, licet illa ab aduerſario ne-
getur, dummodo non conſtet euidenter de
falſitate, & ita iudicatum fuiſse de anno
1543. refert Io. Belitz *de proceſſu vniuerſali*
*Cam. Imperialis tabula* 6. *quæſito* 1. *fol. mihi* 17.
qui allegat ad hoc comprobandum Gaill.
*lib.* 1. *obſer.* 2. *num.* 2. & *obſeru.* 31. *num.* 1. &
*ſeqq.* & Schuuan. *proceſſ. Camer. lib.* 1. *cap.* 1.
*num.* 22. licet ſubdat, quòd hodie in Germa-
nia proceſſus non decernuntur niſi narra-
torum aliqualis probatio afferatur, tamen
hoc prouenit vt ipſe ait, ex conſtitutione
particulari, & ſic de iure firma remanet cõ-
cluſio, quòd ſufficit allegatio qualitatis; &
hoc quidem iure vtimur in praxi cum hoc,
quod ſi poſtmodũ formato proceſſu quali-
tas non remanet probata, ſaltem ſemiple-
nè, cauſa remittitur ad Iudicem ſuum, vt ex
Afflict. Ant. de Matthæis, & Mynſiger. ait
Barboſa *in l. ſi quis aliena num.* 147. *de indic.*
& pluribus citatis Salgad. *de retent. Bullar.*
*par.* 3. *cap.* 30. §. 4. *num.* 36. & ideò Virgo
habens Patrem, ſi eligit forum, & inſtat
tranſmitti Commiſſarium, ex quo in quę-
rela aſſerit fuiſse defloratam per vim, debet
audiri, & obtinet Commiſſarium tranſmit-
ti, quamuis non præmittatur cognitio ſu-
per violentia, quæ tribuit ei ius eligendi fo-
rum, D. Orilia ad Campan. *obſer.* 6. *nu.* 12.
Foller. *in conſt. ſtatuimus num.* 72. Capibl. *de*
*Baron. pragmat. num.* 329. Carleual. *de Iudi.*
*lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 6. *ſect.* 7. *nu.* 538. Tren-
tacinq. *var. tit. de citat. reſol.* 2. *num.* 16.

Sed nota, quòd quando in prima inſtan-
tia auocantur cauſæ, & è Tribunali Baro-
nis tranſportantur Carcerati vnà cum pro-
ceſſibus; tunc quia cauſa eſt incepta via
24 ordinaria, non poteſt per Officiales ſuperio-
res mutari modus procedendi, puta per
confrontationem, ſeu per aſſignationem
defenſionum in ſecretis carceribus, & hu-
iuſmodi, quia cauſa incępta per Iudicem
Inferiorem via ordinaria debet eodem mo-
do terminari, non obſtante, quòd cauſa
25 reaſſumatur per ſuperiorem habentem po-
teſtatem procedendi via extraordinaria, vt
in terminis firmant Nouar. *deciſ.* 9. *per tot.*
Ioan. Grand. *de bello exulum ſpec.* 77. *n.* 2. Io.
Bapt. Thor. *in add. ad eum*, qui ita fuiſse plu-
ries deciſum teſtantur; nam non poteſt Su-
perior relicta via ordinaria iam electa pro-
cedere via extraordinaria per regulam, vti
cœptum, ita terminãdum iudicium, *gloſ. in*
*l. proindè* §. *fin. ff. ad l. aquil.* Nouar. *d. dec.* 9.

Nota ſecundò, quòd ſi per Curiam Ba-
ronis

ronis fiuit proceſſum ad aliquem actum, qui
ratione defectus ſolemnitatis, vel ſimilis,
26 eſt nullus, talis defectus poterit opponi in
Tribunali Superiori, non obſtante, quòd
vigore bannimentorum in dicto Tribunali
non eſſet habendus in conſideratione, nam
bannimenta non poſſunt operari, & efficere,
prout non diſponunt, quod acta in Curia
Baronis cenſeantur benè, validè, & ritè
facta, ſi verè, & realiter malè, nulliter, &
non ritè geſta fuerint, vt eſt Text. *in cap. qualiter, & quando*, il primo, *de accuſat.* ibi;
*quoniam ex his, quæ inordinatè ſunt acta, non poteſt ordinabiliter agi, & quod ab initio eſt vitioſum; tractu temporis non poteſt conualeſcere, l. ſicut C. de falſ. & l. inter ſtipulantem §. ſacrã ff. de verb. ſignific.* & propterea cum eſſem
Procurator Pauperum in Vrbe, in cauſa
Baſilij Lulli, qui dicebatur occidiſſe Ioſephum
Cecconũ in Ciuitate Prænestina ſub
pace, quam cum eo inierat, dixi, quod Pax
27 erat nulliter facta à minore abſq; ſolemnitatibus
iuxta opinionẽ Octauij Simoncelli
*de decretis lib. 2. tit. 6. inſpect. 16. n. 137. & 140.*
& propterea quod pœna fractæ pacis non
erat incurſa, ſecundum Farinac. *q. 15. numer. 44. & ſeqq.* & quod non docebatur de
ea per publicum inſtrumentum, vt requirerebatur.
Vulpell. *de pace quæſt. 66. num. 3.*
Guazz. *de pace par. 1. quæſt. 32. num.* 10. &
Farinac. *conſ. 81. num. 1. & conſ. 150. num. 10.*
vbi ait Sacram Conſultam noluiſſe, quod
vti fractor pacis condemnaretur is, quem
fuerat per duos teſtes probatum pacem iniuiſſe,
& ideò, quòd pax tali modo inita,
non potuit aggrauare delictum deindè ſecutum;
& non ſuffragari bannimenta
Illuſtriſſimi D. Gubernatoris Vrbis, vbi
cauſa cognoſcebatur, quia illa non potuerant
conualidare dictum defectum, ex quo
non erant in loco, in quo pax fuerat inita.

Nota tertiò, quòd auuocatio indiſtinctè
fit quando Iudex ordinarius delictum diſſimulat.
*cãp. irrefragabili, & cap. ſignificauit de offic. ordin. cap: cæterum de iudic. cap. dudum de prebend. in 6.* Doctores *in l. iudicium ſoluitur ff. de iudic.* Nauar. *in cap. cum contingat remed.* 5. Gram. *deciſ.* 30. Belluga *Specul. Princip. rub. 24. num. 6.* Georg. Cabedo *deciſ. 85. p. 2.*
Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 4. cap. 16. num.* 225.
Giurba *conſ. crim. 30. num.* 30. & his relatis
Cutellus *ad leges Siculas ad leges Martini Regis controu. 1. num. 12, fol. mihi* 412. & quidem
nulla præcedente monitione, quia
monitio non requiritur quando non de retardatione,
ac non expeditione cauſæ, ſed
de diſſimulatione, ac ſuppreſſione delicti
agitur, vt ait Cutell. *ibidem*, ſubdens, quod
Officialis diſſimulans delictum, peccat in
committendo, & ideò non debet moneri
iuxtà doctrinam Innocent. *in cap. extirpandæ de prabend.* ac Paſchal. *de patr. poteſt. par. 3. cap. 4. num.* 38. & hoc contra Narbonam
*in concordatis Caſtellæ gloſſ. 20. num.* 119.
replicat Cutellus ibid. *ad leges Federici Regis nota 45. num. 5. fol. 179. & ſeq.* & citat concordantem
*Carlenal. de Iudic. quæſt. 6. num. 519. vſque in finem*, imò auocata cauſa poteſt
Superior procedere criminaliter contra
ipſum Officialem delictum diſſimulantem,
hoc eſt fingentem ſe neſcire fuiſſe
commiſſum delictum, vt explicat Text. *in l. prima §. ex hoc ff. de ventre inſpicien. & in l. prima ff. de concuſſ.* & poteſt eum punire eadem
pœna qua tenetur ille, cuius delictum
diſſimulauit, vt eſt Text. *in l. fin. C. ne Sanctiſſ. Baptiſ.* ſed alia iura vidẽtur velle, quod
ſit puniendus pœna arbitraria, *l. 1. in fine C. de deſert. lib. 12. & l. cum adoptiuum C. de decurion. lib.* 10. & pro arbitraria concludit
Andr. de Iſernia *tit. quæ ſint regalia §. contrahentium inceſt. nuptias n.* 75. & propter huiuſmodi
delictum Officialis excluditur ab indultu,
vt probat Cutellus *d. not. 45. n. 5. per tot.*

Annectitur alia quæſtio contingibilis.
Multoties euenit, quod Gubernatores Baronales
faciunt proceſſum ſuper delicto
commiſſo in Baronia, & deindè Curia maior
expedit Commiſſarium ad fabricandũ
proceſſum, & aſſumendas informationes
ſuper eodem delicto, & iſte facit proceſſum
de directo contrarium illi, quem fecerat
Gubernator, itaut, qui in vno apparet
Reus, in alio oſtenditur immunis ab omni
culpa, vel abſque qualitate aggrauante deliquiſſe,
cui ſtandum iſto caſu? Hanc quæſtionem
poſuit, & ventilauit Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 11. num.* 87. & con-
28 cludit quòd Fiſcus debet inhærere informationi,
quæ maiorem veriſimilitudinem
habet, & ferè ſemper vtitur ea, quam Commiſſarius
recepit, & hoc idem vult Capibl.
*de Baron. pragm. 8. cap. 49. num. 6.* & facit ad
propoſitum Afflict. *in Conſt. Regni Neapol. lib. 2. rub. 5. num. 19.* vbi ait, quod ſi perdito
proceſſu fabricetur nouus proceſſus, &
in iſto nouo proceſſu multa hincindè ſint
probata, & ante ſententiam reperiatur ille
primus proceſſus, in quo non ſunt tactæ
29 probationes, vel diſcrepant à ſecundo, Iudex
debet ſententiare, & iudicare ſecundùm
primum proceſſum, non ſolùm quia
ſecundus fuit factus, quia non reperiebatur
primus, & ſic ceſſante cauſa, ceſſat effectus,
ſed etiam quia vt ceſſet timor ſubornationis
teſtium examinatorum in ſecundo,
debet ſententiari ſecundùm primum,
& citat Text. *in auth. qui ſemel C. de probat.* &
*in cap. fraternitatis de teſtibus*, & Andr. de
Iſernia *in d. Conſt. Regni rub.* 5. & hoc idem
vult Tondutus *de præuent. cap. 30. num.* 1. &
idem ex Mendez *in praxi 2. par. lib. 1. cap. 2. num.* 148. vult Emanuel Aluarez Pegaſ.
*ad ordinat. Portugalliæ lib. 1. tit. 1. §. 31. gloſ. 134. num. 3. to. 1.* in quo loco *numer.* 1. docet
Officiales, apud quos deperduntur proceſſus,
praxim dictos proceſſus reperiendi per
publicationem excommunicæ, & ſubdit,
quod

quod ſi non reperiuntur, debent formari ſumptibus Officialium, apud quos erant cū citatione Partium, & *num. 2.* docet modum formandi proceſſus in locum perditorum, probando tenorem illorum cum duobus teſtibus, vel per confeſſionem Partis, vel per aſſertionem Scribæ actorum, vel per dicta ab eodem Iudice, vel per acta, quæ fuerint in alio Iudicio: Vide eum, & vide Parexa *de Inſtrum. edit. tit. 1. reſol. 3.* & Mendez. *loc. cit.* quos allegat Pegaſ. *ibid.* & vide Tondutū *loc. cit. n. 2.* vbi ait, quod huiuſmodi acta de nouo poſtmodùm reperta non operantur, quod ſententia ſuper ſecundò proceſſu lata, debeat reuocari, & prò nulla haberi, ſi tranſierit in rem iudicatam.

Sed, an Fiſcus teneatur ponere in actis, ac de actis facere proceſſum fabricatum à Gubernatore, quo Fiſcus non vult vti? & Fontanell. qui loquitur in terminis de hac quæſtione *in deciſ. 129. numer. 19.* vi-
30 detur concludere, quòd Fiſcus non tenetur illum facere de actis, ſed bene tenetur illum exhibere, & copiam dare ipſi
31 Reo, qui ſi vult vti, debet illum producere in termino aſſignato ad faciendum defēſiones, ita enim expreſsè colligitur ex dictis per Fontanellam *d. num. 19.* ibi: *& multùm Reo profuit videre eam informationem, quia illam poſtea produxit pro ſe.* Et ita de anno 1674. die vigeſima ſexta Octobris fuit hic Bononiæ reſolutum ad fauorem Lazzari Caſalis de Monte Rumici, & ſi rectè me mini, ita pariter fuit annis elapſis, dum eram Procurator Pauperum in Vrbe, reſolutum in Tribunali Illuſtriſſimi D. Gubernatoris in Salernitana Homicidij de Meliorinis: verùm quòd Fiſcus ipſe debeat facere de
32 actis, ac in actis dictum proceſſum ponere, dicit Laur. Mattheū *de Regim. Regni Valent. cap. 8. nu. 276. & ſeq.* Vbi teſtatur, quòd Senatus Valentiæ ita inconcuſsè obſeruat, ob rationem, quia ſi ex dicto proceſſu aliquid reſultat ad fauorem rei, hoc Iudex tenetur inquirere, ac per conſequens nequaquàm poteſt acta quoquomodo geſta celare, cum in eius poteſtate non ſit, quod ea, quæ geſta ſunt, non appareant: ſi autem ad fauorem Fiſci acta tendunt, ſemper aliquid operantur, vel probata legitimè adminiculando, vel in ſuo genere aliquid ſuperaddendo, & ſic, vt ſubdit Mattheū, omnia à principio inſeruntur tàm geſta per Iudicem competentem, quàm per incompetentem, ſi enim per illum facta fuerint, media auocatione cauſæ, cuncta deferuntur ad Iudicium Senatus, in quo proceditur Iuris ordine ſeruato: ſi verò ab iſto, hoc eſt, incompetente, apparet in actis, quid per incompetentem geſtum ſit cum ſua qualitate: & cum hæc ſint vera in terminis proceſſus fabricati per Iudicem incompetentem, iuxta caſum Mattheū *in loc. cit.* multò magis debent habere locum in proceſſu fabri-
33 cato per competentem, etenim Fiſcus, qui idem eſt in Tribunali maiori, ac in Tribunali inferiori, non poteſt alterum reſpuere ſecundùm Farinac. *quæſt. 39. num. 154.* & Fontanell. *de pact. nupt. d. clauſ. 4. gloſſ. 11. num 87.* & latè *deciſ. 129. num. 10. & ſeqq. li-*
34 *bro* 1. adhuc tamen Iudex debet adhærere proceſſui, qui pro ſe habet veriſimilitudinem, & maiorem præſumptionem, vt ex Fontanell. dixi *num. 28.* cui adſtipulantur Hoſtien. Abb. Aret. Miſynger. & Petra *locis relatis* per Farinac. qui eoſdem ſequitur *quæſt. 65. num. 193. & 195.* & Bartol. *in l. de minore §. plurimum num. 26. verſ. vel teſtes ff.*
35 *de quæſt.* qui omnes firmant, quòd vbi teſtes ſunt hincindè pares, poteſt Iudex veriſimilitudine, vel alia ratione potius vni, quā alteri credere quod procedit etiam in contrarietate, quæ paſſim reſultat ex proceſſu offenſiuo, & proceſſu defenſiuo, quia ad hoc, vt intret præſumptio pro excluſione delicti iuxta Text. *in l. merito ff. pro ſocio,*
36 teſtes Rei debent eſſe in doctrina, in numero, in dignitate, cæteriſq; qualitatibus pares cum teſtibus Fiſci, Maſcard. *de probat. concl. 1034. num. 46.* Farin. *quæſt. 127. nu. 148.* & Dexart. *deciſ. Sardin. 75. num. 9.*

Nec obſtat regula, quòd teſtis vnicus re-
37 ceptus, & examinatus per Fiſcum plenè probat contra eumdem Fiſcum, ad quam innumeros citant Doctores Burſatt. *conſil. 311. num. 21. lib. 3.* & Farinac. *quæſt. 62. numer. 213. & 214.*

Quia dicta regula non poteſt, nec debet intelligi ſic generaliter, vt omnes caſus comprehendat, ideo tres caſus mihi viden-
38 tur diſtinguendi ad dilucidationem eiuſdē.

Primus eſt, quando vnicus teſtis excludens delictum, ſeu illud qualificans ad fa-
39 uorem Rei eſt verè vnicus in deponendo ſuper tali facto, itaut nec pro, & nec contra, alius teſtis deponat, & tunc inconcuſsè ſeruanda eſt ſupradicta regula, vt ait Guazzin. *reor. defenſ. 33. cap. 14. num. 11. verſ. quod tamen*, Farinac. *quæſt. 63. num. 42. & ſeq.* & poteſt eſſe ratio, quia vltra quod ad excludendum delictum, ſeu ad excludendam qualitatem, quæ reddit delictum magis aggrauans, ſufficit quælibet leuis præſumptio,
40 ex eo quia delictum regulariter non præſumitur, vt eſt Text. *in d. l. merito ff. pro ſocio*, ille vnicus teſtis, qui fuit approbatus à Fiſco dicitur reſpectu ad Fiſcum producentem
41 omni exceptione maior, vt plenè probat Cephal. *conſ. 141. num. 15. & 16. lib. 1.* & Farin. qui alios adducit *conſ. 13. num. 5. lib. 1.* nam quoad perſonam nihil poteſt opponere ei, quem iam approbauit cum inductione facta, & quoad dictum minus poteſt quidquam opponere, quia contrarium non habet in proceſſu, & ſic benè intrat dicta concluſio, quod ad defenſionem Rei vnicus teſtis plenè probat, & poteſt intrare etiā alia concluſio, quæ habet, quod dictum

vnius

42 vnius teſtis, vbi nemini nocet, & alteri prodeſt plenè probat Gloſ. *in l. licet de teſtibus*, Gabr. *de teſtib. concluſ.* 1. *num.* 16. & Ric, *deciſ. Archiep.* 112. *num.* 2. & 3. *par.* 1.

Secundùs caſus, eſt quando ille vnicus teſtis fauens Reo haberet alium vnicum teſtem de directo contrarium atteſtantem pro Fiſco, & tunc eſt pariter tenenda ſu-
43 pradicta concluſio, quia in concurſu probationum æqualium potius Reo, quam Fiſco fauere debemus vt eſt Text. *in cap. in noſtra de teſtibus* ibi: *ab impetitione Archidiaconi abſolutis eoſdem.* Butr. *in dicto cap. in noſtra num.* 8. Carena *de S. Offic. par.* 3. *tit.* 6. §. 8. *num.* 67. Bouadilla *in ſua Politica tom* 2. *lib*, 5. *cap. primo num.* 114. Giurba *conſ. crim.* 64. *num.* 30. Scarlatin. *conſ. crim. diuerſ.* 120. *n.* 8. *lib. primo in folio*, & Sutd. *conſ.* 132. *num.* 99. *in fine lib. primo*.

Tertiùs caſus eſt quando ille vnicus teſtis pro Reo haberet contra ſe depoſitiones plurium reſtium, & tunc nullum ius de mun-
44 do, nec vlla æquitas patitur, quod ille vnicus proſternat fidem in contrarium deponentium, & ideò nulla habita ratione depoſitionis præfati teſtis, attendendæ ſunt depoſitiones aliorum teſtium contra Inquiſitum deponentium, vtbenè aduertit *Gloſ. in cap. præſentium verſ. ſi quis de teſtibus*, quam ſequuntur Ant. de Butr. *cap. in noſtra num.* 6. *verſ. tertius caſus eſt de teſtibus.* Farinac. *quæſt.* 43. *num.* 17. Guazzin. Reor. *defenſ.* 33. *cap.* 14. *num.* 11. *verſ. quod tamen*, Bartol. *in l. prima num.* 6. *ff. de ventre inſpic.* vbi ait quod iſta quæſtio eſt multum pulchra, & quotidiana, & hanc opinionem ſequuta eſt Rot. *Deciſ.* 592. *num.* 2. *par.* 3. *diuerſ.* & Barzius *deciſ.* 156. *num.* 6. vbi reſponder contrarijs Sanfelic. *Deciſ.* 163. *num.* 4. *lib.* 2. vbi teſtatur in fine fuiſſe iudicatum eſſe exequutioni demandandam ſententiam foriudicationis non obſtante nullitate allegata.

Præſertim ſi tota vis fiat in approbatione facta per Fiſcum, cum productione, & examinatione teſtis, quia eſt certum, quod
45 Fiſcus, ſicut cęteri inducendo teſtem ad deponendum in iudicio, non cenſetur approbaſſe depoſitionem, ſed tantum perſonam Spada *Conſ. crim.* 119. *num.* 18. *lib. prim.* & adden. ad Farinac. *Conſ.* 37. *lit. A.* Cœterum Farinac. *quæſt.* 63. *num.* 43. facit in hoc caſu diſtinctionem, dicendo, quod ſi dictum vnici teſtis pro Reo facientis eſt compatibile cum depoſitionibus aliorum teſtium, puta quia duo teſtes dicant Titium occidiſſe Seium, & vnicus teſtis dicat occidiſſe ad ſui defenſionem, & tunc iſte plenè probat, & eſt verum, quia reuertimur ad terminos primi caſus ſupra recenſiti, & puto, quod depoſitio dicti teſtis, non ſolum impediat condemnationem, ſed etiam torturam, licet Farinac. *ibid.* ex auctoritate Boſſij velit contrarium quoad torturam, quia ſi teſtes non excludunt qualitatem prouocationis teſtis vnicus probat plenè qualitatem, vt dixi, & ideò debemus ſupponere, quod Farinac. loquatur in caſu, quo teſtes excludunt dictam qualitatem; aliàs meo iudicio, male loqueretur; ſi verò dictum vnici teſtis non eſt compatibile cum aliorum depoſitionibus, quia iſti dicunt occidiſſe, & vnicus dicit, quod non occidit, & tunc probatio Fiſci, tamquam plenior præfertur ſecundum Boſſ. *tit. de oppoſit. contrà teſtes num.* 72. & *tit. de conuict. num.* 61. & *ſeqq.* non tamen ad imponendam pœnam ordinariam, iuxtà aduertentiam Vulpell. *Conſ.* 62. *num.* 91. quia ſatis obnubilata, & obſcurata remanet, vt concludit Farinac. *ibid.* qui debet intelligi iuxtà terminos caſus poſiti per eum ibi; *nempè depoſitionis duorum teſtium*, nam ſi teſtes eſſent plures, qui conuincerent, procederent quæ dixit *quæſt.* 43. *num.* 17. & 18. ibi: *ea non obſtante poterit conuictus condemnari in pœnam ordinariam*, prout iudicatum refert Sanfelic. *d. deciſ.* 163. *in fine*.

Annectitur tertiò; An Baro tuta conſcientia poſſit in præiudicium ſui ſubditi remittere Cauſam in prima Inſtantia Superio-
46 ri? Dic quod non poteſt, iuxtà *Deciſionem* Vinc. de Franch. 541. quam ſequuntur Borell. Taſſon. Paſcal. Nouar. Capiblanc. Carol. Petra, Carleuall. Fermoſin. & Tuſch. *locis relatis* per Carol. Anton. de Luca ad Vinc. de Franch. *dicta deciſ.* 541. *num. primo*, & eſt ratio, quia priuilegium compræhen-
47 dit tam Baronem, quàm ſubditum, cui æquè principaliter reſultat commodum, & vtilitas, ob minorem expenſam, & minus incommodum, quod ſentit, ſi cauſa fiat in propria Patria, vt innuunt prædicti Doctores, & ideò ſicut Vaſſallus ità & Baro nequit dicto priuilegio renunciare, vt firmant Vinc. de Franch. & Doctores citati, & ſubditus etiam inuito Barone poteſt inſtare pro remiſſione cauſæ ad partes, vt dicit Capliblanc. *de Baron. pragm.* 8. *par.* 2. *n.* 73. *lib. primo*, imò non eſt abs re dicere, quod Baro qui remiſit, teneatur ad omnia damna, & expenſas, iuxtà aduertentiam Rouiti *in pragm.* 2. & 3. *num.* 24. *de ſuſpic. official.* & Freccia *in lib.* 2. *de Subfeud. auctorit.* 9. fallit tamen hoc caſu, quo ſubditus eſſet contu-
48 max, vel ipſe prius foro renunciaſſet, vt ex Vinc. de Franch. *d. deciſ.* 541. *in fine* & Montan. *de Regalijs* §. *poteſtas num.* 28. inquit Capibl. *loc. cit. num.* 73. & ſequitur de Luca loco pariter citato *in fine*: ſed mihi placeceret diſtinguere tres caſus. Primus eſt,
49 quando Baro eſt certus, quod ſui Officiales ponent delictum, & delinquentem in clarum. Secundùs eſt quandò è contrà eſt certus quod officiales ſui non ſufficiunt. Tertius eſt caſus, quandò eſt dubius, ſufficiant, vel ne ad clarificandum neceſſaria ad puniendum. Primò Caſu Baro nec in conſcientia poteſt renunciare eius priuilegio in præiudi-

præiudicium ſubditi, quia renunciatio tenderet ad defatigandum ſubditum ſine cauſa, & illum grauaret, vt dicit Nouar. *Vaſſallorum grau.* 140. *lib. primo*, & ſecundùm Rouit. & Frecciam. teneretur ad damna. Secundo verò caſu debet omninò renunciare, & facere quod Superior, cuius potentia facilius delicta clandeſtina detegere poteſt, vt docent Capiblanc. *d. pragm.* 8. *par. prim. num.* 178. & Cutellus *ad Leges Siculas* Martini *Controu.* 16. *num.* 5. ibi: *experimento enim compertum eſt verificationem delictorum in partibus nunquam fieri per Ordinarios locorum ob potentiam delinquentium, ac attinentium inter ſe vicinorum loci perſæpè anguſti, proptèr quod in omnibus Regionibus ſanctè inſtitutum eſt, vt cauſæ alijs delegentur*. cauſam ad ſe auuocet, Commiſſarium tranſmittat, & proceſſum faciat, & iudicet: tunc enim vtilitas publica reſultans ex punitione delinquentis hoc exigit, vt per *Text. in l. ità vulneratus ff. ad l. Aquil.* ſubdit Capiblanc. *d. num.* 178. & confert ad propoſitum noſtræ diſtinctionis Roman. *in l. more maiorum num.* 11. *verſ. ſed dubito ff. de Iuriſd. omn. Iudic.* qui conſiderat ad hoc iuſtam, vel iniuſtam cauſam, quē refert, & ſequitur Rouit. *pragm.* 2. & 3. *n.* 16. & 21. *de ſuſpicion. Official.* In tertiò caſu etiã poteſt renunciare, ſeu abſtinere à fabricatione proceſſus, & ſinere, quod ſuperior procedat, quia in dubio debet eligere viam tutiorem, & ſufficit viro conſciẽtiato, quod non moueatur ex liuore, ſed ex bono zelo Iuſtitiæ, vt in valdè ſimili re reſpondet Rouit. *loc. cit. num.* 22. *verſ. re verò integra*, & dicit vnum verbum valde notabile Rouit. 50 *ibid. num.* 22. quod ſcilicet cauſa iuſta nec probanda, & nec deducẽda eſt in iudicium, nam ſufficit ſi ſit motiua tantum.

# Proœmii §. XII.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudices debent abſtinere ab impoſitione pœnæ pecuniariæ.*
2 *Auaritia nihil fœdius in Iudice.* & *num.* 4.
3 *Iudices procedunt hodie in quolibet crimine ex officio per duas rationes.*
5 *Iudices cauere debent auaritiam, & libidinem.*
6 *Iudicum auaritia quot mala pariat.*
7 *Punitio burſalis bonum Principem, & Iudicem infamat.*
8 *Compoſitionibus pecuniarijs abſtinendum.*
9 *Confiſcatio bonorum non fit Bononiæ, licèt Auditores ad confiſcationem condamnent.*
10 *Ità nec pœna pecuniaria exigitur.*
11 *Pœnæ pecuniariæ in ſtatu Eccleſiaſtico non exiguntur de Stylo Sac. Conſultæ.*
12 *Auditor Cameræ ſeruat contrarium.*
13 *Non tamen valet practicare Stylum ſui Tribunalis in Ciuitate Bononiæ.*
14 *Ob rationem poſitam.*
15 *Et ità bis fuit reſolutum.*
16 *Sequeſtratio tamen bonorum delinquentium reuocabiliter fieri poteſt.* & *num.* 19. & 23.
17 *In Cathalonia non fit bonorum confiſcatio, ex priuilegio.*
18 *Excepto crimine hæreſis, & leſæ maieſtatis.*
20 *Delinquens debet puniri in eo in quo peccat.*
21 *Sequeſtratio bonorum regulariter eſt prohibita.*
22 *Sequeſtratio fit per Iudicem ex Officio, quando aliquod imminet ſcandalum.*
23 *Ciuitas Bononiæ exempta eſt à pœna confiſcationis, non in vim priuilegij, ſed Conſuetudinis.*
24 *Sequeſtratio prædicta bonorum delinquentis non poteſt practicari, quando bona eiuſdem deferuntur filys, vel agnatis.*
*Si effectiuè, & verè ſint delata ad eos.* *num.* 36.
25 *Banniti efficiuntur ſerui pœnæ iuxtà receptam opinionem.* & *num.* 32.
26 *Dicuntur naturaliter mortui.*
*Non retinent dominium bonorum.* & *num.* 28.
27 *Filij concepti poſt bannum non ſuccedunt cum alijs.*
29 *Banniti cum confiſcatione bonorum liberantur à Creditoribus antè bannum exiſtentibus.*
30 *Etiam in forma Cameræ obligati.*
31 *Etiam in foro conſcientiæ.*
33 *Etiam ſi ſint gratiati à Principe.*
34 *Dummodò non ſint reſtituti ad bona.* & *num.* 38.
35 *Quia ſi reſtituantur etiam ſequutis cridis tenentur.*
37 *Creditores qua actione vti poſſint contrà poſſeſſores bonorum Banniti.*

Sotto le Pene Corporali, e reſpettiuamente pecuniarie.

1 ABſtineant Iudices quantùm poſſunt ab impoſitione pœnæ pecuniariæ, quia poſſunt de facili incurrere apertam notam Auaritiæ, quã nihil fœdius, & turpiùs, cum 2 ſit radix omniũ malorum, vt habetur *in cap. ſicut, cap. uirũ, cap. bonorum* 47. *diſt.* & *in Auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffrag.* & nihil deterius auaritia, præſertim in Gubernatoribus, & Iudicibus, vt aiunt Abbas *in cap. auaritiæ de præbend.* Andreas Cludius *de conditione furtiua cap.* 52. *n.* 102. & *ſeqq.* Ant. Maria Coſpus *in Iudice Criminaliſta lib. primo cap.* 17. *n. prim.* & *ſeq.* Io. Ant. de Nigris *in Comment ad cap. Regni cum nihil num.* 16. & Io Petrus Ferrarius *in pract. Papienſi tit. forma Inquiſitionis*, 3 *verbo hæc eſt quædam inquiſitio num.* 4. qui ait, quod hodie in quolibet crimine proceditur per inquiſitionem per duas rationes, quarum prima eſt, vt acceletata correctio ſit ſummum remedium in peccantibus: ſecunda eſt, vt pecunias ad ſe trahant officiales & Principes, & ſubdit quòd eorum manus 4 deberent eſſe ab omni auaritia, & pecuniæ cupiditate ſemotæ, iuxtà illud Valerij Prætoris: *non ſolum manus à pecuniæ lucro, ſed &* 5 *oculus à libidinoſo aſpectu continens eſſe debet; ſi enim*

*enim auaritia Iudicum,* '*& Officialium animabus*
6 *inhæreat, quis non ſine periculo furabitur? quis*
*non latrocinabitur? quis non homicidium faciet,*
*adulterium, cæteraque ſimilia committet? ad Iu-*
*dicem reſpiciens qui auro omnia vendit: ceſſet*
*igitur,* vt ille proſequitur, *his Iudicibus im-*
*minere profanus ardor auaritiæ, quia omnis Iuſti-*
*tiæ euerſio; & pernicies eſt, cum peruertat opi-*
*niones, & ſenſus humanos hebetet cap. Accuſa-*
*tores 3. quæſt. 5. l. Iuris gentium §. ſi ob maleſi-*
*cium ff. de pactis & l. 2. in princ. ff. de Iure Fiſci.*
Decian. *Tract. crim. lib. 3. cap. 21. num. 3.*
Cludius *d. num. 102. & ſeqq.* qui ex Ariſtol.
*politic. lib. prim. cap. 8. & ſeqq.* ſubdit omnia
vitia naſci ex Auaritia, & ambitione tam-
quam à prima ſcaturigine, haſque ſemina,
ait, *proditionum perfidiarum, iniuſtitiarum,*
*furtorum, compilationum, tyrannidum, oppreſ-*
*ſionum, luxuriarum, bellorum, ſeditionum, de-*
*nique omnium ſcelerum, & maleficiorum,* &
multa notabilia de Auaritia affert Cludius
*loco citato,* quem ſi lubet, videre poteris: Iu-
dices igitur omni cura, & cum puritate
ſtudeant Iudicium, & veritatem miniſtrare,
vt diſponit *Text. in l. prima §. iubemus ff. de*
*Offic. Præf. Præt. Affric.* & burſales punitiones
7 ad omnem ſuſpicionem auertendam non
permittant, nam Iudicem, & bonum Princi-
pem infamant, vt aduertit Feder. de Sen. *conſ.*
185. *in fine,* & ob hanc rationem nempè
quia Mundus ſemper applicat huiuſmodi
pęnas pecuniarias cupiditati, & auaritiæ, ab-
8 ſtinendum à compoſitionibus pecuniarijs
ſuadet Riccius *prax. Eccleſ. part. 4. reſol. 125.*
*num. 4.*

In pluribus capitibus bannimentorum
vltrà pęnam corporalem imponitur etiam
pecuniaria, ſed aduertendum, quod in Ci-
9 uitate Bononiæ ſicut non datur locus con-
fiſcationi bonorum vt de conſuetudine te-
ſtantur Maluas. *Conſ.* 10. *num.* 13. Baiard.
ad Clar. *quæſt. 78. nu. 8. & ſeqq.* Camuncula
*Deciſ. Bononienſ. 4. nu. 6.* Gozzadin. *conſ. 96.*
*num. 4. & 7.* Farinac. *quæſt. 11. num. 4.* & Sa-
licet. *in l. prima num. 22. C. de hæred. inſtit.*
Scappus de Iure non ſcripto *lib. 5. cap. 174.*
*num. 12.* Dulphus *Iuris controu. 29. num. 3.*
qui ait id confirmari ex Bulla Iulij Tertij, &
ex Capitulis Gregorij XIII. Vermigliol.
*conſ. crim. primo per totum,* quæ conſuetudo
fuit etiam confirmata ex Bulla Pij Quarti,
vt dicit Bertazzol. *conſ. crim. 477. num. 7.*
quem referunt Baiard. ad Clar. *dicta quæſt.*
*78. num. 8.* Dulphus *loco citato,* & Camun-
cula *dicta deciſ. 4. num. 6.* de qua conſuetu-
dine teſtor & ego, nam licèt Auditores
Turroni mei Anteceſſores in ſententijs pro-
nunciauerint, & ego pronunciauerim bo-
na eſſe confiſcanda, nihilominus propter
10 dictam conſuetudinem confiſcatio non fit,
ità nec contra Contumaces fit exactio hu-
iuſmodi pęnæ pecuniariæ, vt in terminis ſi-
milis priuilegij inquit Sanfelic. *Deciſ. 135.*
*num. 24. & ſeqq. lib. primo* & hoc practicatur
11 etiam in toto ſtatu Eccleſiaſtico, in quo de
laudabili ſtylo Sac. Conſultæ numquam
exigitur dicta pęna pecuniaria teſte Caſtello
*in ſuo memoriali fol. mihi 69. & 70.* Gilian.
*ad Statut. Peruſin. verbo pęna pecuniaria,* &
Maſſin. *de confiſcat. bonorum quæſt. 22. num. 23.*
& iſta conſuetudo debet attendi, vt firmant
in ſpecie Rot. *deciſ. 565. part. 3. recent.* &
Maraura *poſt ſpecul. aureum diſp. 3. num. 20.*
*in fine,* & poſſumus dicere, quod banni-
menta, in hac parte, tanquam vſu non re-
cepta, habeantur, ac ſi nunquam emanaſ-
ſent iuxtà aduertentiam Cęphal. *conſ. 129. nu.*
*9.* & Tuſch. *concluſ. 257. num. primo & 5. lit.*
*C.* maximè concurrente ſcientia Principis
Bartol. *in l. ſi Publicanus §. in omnibus n. primo*
*ff. de Vectigal.* & Tuſch. *loc. cit.*

Quæritur hic nõ infructuosè, an Auditor
12 Cameræ, qui in eius Tribunali habet cõſue-
tudinem exigendi dictas pœnas pecunias,
valeat illas exigere in Ciuitate Bononiæ,
caſu quo Bononienſis in Vrbe Roma delin-
quat, & ibi condamnetur in pęnam corpo-
poralem, & pecuniariam? Iſte caſus con-
tigit aliàs in Ciuitate Peruſiæ, & ad Con-
13 ſultationem Farinaccij, Portij, Androſillę,
& Cherubini fuit reſolutum negatiuè, vt
teſtatur Gilian. *ad Statutum Peruſinum verbo*
*pęna pecuniaria,* vbi per extenſum refert con-
ſilia prædictorum Doctorum, ob eam po-
14 tiſſimùm rationem, quia in exigendis pę-
nis, obſeruatur ſtylus loci, in quo debet
fieri exactio, & non loci, in quo data eſt
ſententia, Et iterum eueniente caſu in Ci-
15 uitate Firmi, fuit idem reſolutum, me pa-
trocinante ad fauorẽ D. Iacobi de Vecchis.

Iterum non infructuosè quæritur, an
16 ſaltem in hac Ciuitate Bononiæ poſſit pra-
cticari contrà Criminoſos ſequeſtratio bo-
norum? Ponit hanc quæſtionem Accaccius
Rippol. *in adden. ad Peguer. practic. crimin.*
*cap. 20. de proceſſ. contra fautores, receptato-*
*res, & auxiliatores facinoroſum, verſ. ſcire ta-*
*men debes fol. mihi 470.* & reſpondet affirma-
tiuè, & quia Liber rarus eſt, placet per ex-
tenſum recenſere eius formalia verba, quæ
„ ſunt — Scire tamen debes hanc pęnam pri-
„ uationis bonorum, & ipſius Iuriſdictionis
„ contrà Barones receptantes ſcienter homi-
„ nes facinoroſos, & eiectos à pace, & tregua,
17 in hoc Principatu non militare, in quo per
„ legem generalem propriam, & pecnlia-
18 rem, bonorum confiſcatio interdicta eſt,
„ excepto in Criminibus hæreſis, & læſæ ma-
„ ieſtatis in primo capite, *vt in c. 20. Regis Fer-*
„ *dinãdi Secundi in prima Curia Barcinonę ſub titulo*
„ *de bens de condennats.* Intelligo tamen hoc eſſe
19 verum irreuocabiliter, non reuocabiliter,
„ quod fit per viam ſequeſtrationis, dummo-
„ dò Domini rerũ fructibus, & emolumentis
„ ipſius rei ſequeſtratę non priuentur, & ſic in
„ Cathalonia contrà Dominos, vel Barones
„ Iuriſdictione abutentes, facinoroſos homi-
„ nes ſcienter receptando, vel ipſos capere,

,, & punire negligendo, poteſt procedi ſeque-
,, ſtrando illorum Iuriſdictionem, vt in eo,
20 in quo delinquunt, puniantur. Nec refraga-
,, tur quod Iure cautum ſit, prohibitam eſſe
21 rerum ſequeſtrationem, *vt in l. vnica C. de*
,, *probibit. ſequeſtr.* & pręcipuè in Cathalonia
,, in terris Baronum, aliorumue terminorum,
,, & Iuriſdictionum, *vt in cap.* 52. Curiæ anni
,, 1547. nam hoc verum eſſe fatemur regula-
,, riter, cum multi ſint caſus, in quibus licita
,, ſit ſequeſtratio, & qui à regula excipiun-
,, tur de quibus Panormit. *in cap. dilectus de*
,, *ſequeſtr. poſſeſſ. & Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff.*
,, *qui ſatisd. cog.* inter quos legitur, quod quã-
22 do alicuius rei ſcandalum imminet, poteſt
,, Iudex officio eius nobili, rem apud Tertium
,, ſequeſtrare, vt ſcandalis, & malis obuiet
,, *l. æquiſſimum ff. de vſufruct.* Panorm. *d. c. Di-*
,, *lectus nu.* 12. In hoc enim Iudicis arbitrium
,, locum habet, qui proſpicere debet num
,, ſequeſtrum decernere expediat, ità Baldus
,, *in l. ſi fideiuſſor. §. finali ff. qui ſatisd. cog.* ibi:
,, *ſi Iudici ſederit.* Graue certè ſcandalum eſt,
,, Dominos Iuriſdictionum pati ſcienter, ve-
,, luti conſcij, quod facinoroſi homines, la-
,, trones, & pacem publicam perturbantes in
,, ſuis terris, & Iuriſdictionibus impunè vi-
,, uant, & quieſcant. Quòd quidèm nè dum
,, contrà bonum publicum fieri, ſed etiam
,, in maximum ſupremæ poteſtatis dedecus,
,, neceſſariò fatendum eſt, cum ad eam pote-
,, ſtatem ex ſua ſuprema regalia ſpectet malos
,, comprimere, & bonos ſubleuare, vt *in cap.*
,, *Regum.* 23. *quæſt.* 5. quamobrem conueniens
,, eſt, ſaluis tamen iuribus Patriæ, quæ priua-
,, tionem bonorum irreuocabiliter non ad-
,, mittunt, quod in prædictis caſibus, ſaltem
,, dictis Iuriſdictionibus reuocabiliter priuen-
,, tur, quòd fit per viam appoſitionis ſeque-
,, ſtri, & ſic vidi pluries practicari & interfui.
Hactenùs Rippol. vndè pari modo exiſtimo
eſſe practicandum in hac Ciuitate, & Le-
23 gatione Bononiæ; nam conſuetudo, quæ
extat hic de non confiſcando, debet intel-
ligi, & interprętari de confiſcatione irre-
uocabili, non verò de reuocabili, vt de
priuilegio ſuæ Patriæ dicit Rippoll.

Aduertendum tamen, quod Ripoll. in
illis verbis, *dummodò Domini rerum fructi-*
*bus, & emolumentis ipſius Rei ſequeſtratę non*
*priuentur*, non vult, quod fructus perue-
niant ad Dominos, ſtatim ac ſunt matura-
ti, ſed quòd ſolummodo debeant illis reſti-
tui, quando reſtituitur Iuriſdictio ſeque-
ſtrata, & hoc apertè demonſtrat tenor ſe-
queſtri per extenſum relati à Ripoll. *loc. ci-*
*tat.* ibi: *confecto per eum prius inuentario de om-*
*nibus, & ſingulis, quæ à nobis in commendam*
*acceperit*, & pauló inferius, ibi: *præſtitaque*
*per d. N. idonea cautione de reſtituendo omnia, &*
*ſingula in inuentario contenta, & ſpecificata*; a-
liàs enim ſi medio illo tempore non priua-
rentur fructuum, & emolumentorum vſu,
certè reportarent commodum ex eorum
malitia, quia Curia ſeruiret illis pro Admi-
niſtratore, & negotiorum geſtore, & ita
reperio in ſpecie practicatum in hac Ciui-
tate Bononię tempore Legationis Eminen-
tiſſimi D. Cardinalis Lomellini.

Sed prædicta non tranſeunt abſque diffi-
24 cultate reſpectu ad bona condemnatorum
in pœnam vitæ, ſtante opinione Io: Franc.
à Ponte *conſ.* 69. *numer.* 6. Medices *conſ.* 71.
*num.* 16. & Carol. Ant. de Luca ad Vinc. de
Franch. *dec.* 102. *numer.* 8. *verſ. difficultas eſt.*
Montan. *de regalibus verbo bona contrahentium*
*inceſtas nupt. num.* 12. *verſ. ſed difficilis eſt quæ-*
*ſtio*, qui dicunt, quòd per priuilegium non
confiſcandi bona delinquentium, tollitur
confiſcatio in beneficium Fiſci, ſed non
inducitur, quod banniti, ſeu foriudicati poſ-
25 ſint tenere bona, quia ipſi per foriudicatio-
nem efficiuntur hoſtes publici, poſſunt à
quocumque occidi, efficiuntur incapaces
ſucceſſionis actiuè, & paſſiuè, & dominiũ,
& poſſeſſionem bonorum amittunt ipſo
Iure, vt præfati Doctores dicunt, & ſignan-
ter Montanus, & ratio rationis eſt, quia ex
ſententia capitali efficiuntur ſerui pœnæ,
vt de recepta opinione teſtatur ex Andrea
Aretin. Fulgoſ. Vincen. de Franc. Montan.
*loc. citat.* & forſàn melior eſt ratio, quia ban-
26 niti, eo ipſo quod ſunt tales, dicuntur mor-
tui, vt ex Andrea, Afflict. Franc. Surd. di-
cit Molfeſ. *ad Conſuet. Neapolit. par.* 4. *quæſt.*
47. *num.* 6. & 15. vbi ſubdit, quòd per for-
iudicationem habentur, ac ſi eſſent natu-
raliter mortui, & dicuntur non exiſtere in
medio, vt faciant locum alijs ab inteſtato
ſuccedentibus, quibus bona deferuntur de
iure iuxta Text. *in Auth. bona damnatorum C. de*
*bonis proſcriptorum*: Vnde ſi ſequuta conde-
mnatione ſit Ius, & locus filijs, ſeu agna-
tis ſuccedendi, quomodo valet Curia ap-
ponere ſequeſtrum ſuper bonis, quæ non
ſunt, nec amplius ſpectant ad ipſos delin-
quentes?

Præſertim verò ſi ſententia contineat cõ-
demnationem in pœnam vitæ, & confiſca-
tionis bonorum, quia tunc reputatur hoſtis
quoad bona, & quoad perſonam, vt Iuri-
bus, & auctoritatibus firmat Vrſill. ad Af-
flict. *deciſ.* 361. *num.* 30. quo caſu etiam
Gozzadinus contrariæ opinionis Anteſi-
gnanus *conſ.* 96. *num.* 7. *verſ. non obſtant*, con-
cedit, quod bannitus non retinet, & non
poteſt in ſuo poſſe habere ea bona, ad quæ
ſententia poteſt ſuas vires porrigere, & ex-
tendere, & Gozzadinum refert, & ſequitur
Vrſill. ad Afflict. *loco cit. d. num.* 30. & 34.
*circa finem.*

Vndè puto ex his, quòd ſequeſtratio bo-
norum poſſit procedere in duobus caſibus
tantùm: Primò, quando delinquens non eſt
adhuc bannitus: & ſecundò quando delin-
quens eſt bannitus, & declaratus hoſtis quo-
ad perſonam, & non quoad bona, ex fir-
matis per Gozzadin. & Vrſil. *locis citatis*, &

ita

ita explicandam eſſe puto doctrinam, &
práxim Rippoll. de qua ſupra.
Sed, an filij nati, & concepti poſt foriu-
27 dicasionem, hoc eſt poſt ſententiam in pœ-
nam vitæ contra Patrem latam ſuccedant
cum alijs, quibus bona deferuntur, iuxta
ordinem ſucceſſorium? Agit de hac quæ-
ſtione Montanus *loc. cit.* & dicit, quod in de-
ciſione relata à Vinc. de Franch. *dec.* 102.
aliqui ex Conſiliarijs tenuerunt partem af-
firmatiuam ob rationem, quia ex gratia
Neapolitanis conceſſa de non publicandis
bonis pro quouis delicto, excepto crimine
læſæ Maieſtatis in primo capite, & hæreſis,
Dominium bonorum non perditur per for-
iudicationem, ſed ipſe concludit, quod hęc
opinio eſt falſa, & proindè reprobata in
alia deciſione relata ab eodem de Franc. *de-
ciſ.* 213. nam gratia operatur tantùm con-
tra Fiſcum fauore agnatorum, non fauore
foriudicati, qui prout dictum eſt ſupra, vti
hoſtis publicus poteſt à quocumque occidi,
efficitur incapax ſucceſſionis actiuè, & paſ-
28 ſiuè, & Dominium, & poſſeſſionem bo-
norum amittit ipſo Iure; propterea cum
tempore foriudicationis filij non reperian-
tur ſaltem concepti, nihil prætendere poſ-
ſunt, quia concepti, & nati deindè repe-
riunt dominium alijs translatum, & ſubdit
Montan. *ibidem*, quod opinio hæc commu-
nis eſt.
Sequitur ex his dicendum, quòd in Ciui-
tate Bononiæ, licèt non fiat confiſcatio bo-
norum, adhuc quia bona transferuntur in
filios, ſeu alios venientes ab inteſtato Ban-
29 niti in pœnam vitæ liberantur à creditori-
bus iuxta doctrinam Giurb. Gratian. Tho-
mat. Guazzin. Merlin. Caball. *locis relatis*
à D. Maſſin. *de confiſc. bonorum quæſt.* 46. *n.* 4.
& ex Bald. Surd. Farinac. dicit Tranchedin.
*conſult.* 47. *num.* 28. ſiquidem bona, quæ
habent ante bannum, deferuntur filijs, ſeu
agnatis, & ideò creditores poſſunt agere
contra filios, ſeu agnatos poſſeſſores bono-
rum, vt in terminis confiſcationis factæ per
Fiſcum ex Farinac. & Vermigl. dicit Domi-
nus Maſſin. *d. q.* 46. *num.* 3. ſubdens, quod
tunc Fiſcus tenetur creditoribus ſatisfacere
ſummariè, & ſine dilatione, docto de eo-
rum credito, & in terminis noſtris, nempè
quòd filij, ſeù agnati tenentur creditoribus
banniti ſatisfacere vſque ad valorem bono-
rum ad eos peruentorum ex Bart. Alex.
Boſſ. Anchar. Ripara, & Peregrin. inquit
Montanus *loc. cit. num.* 9. Contra bannitos
verò nequaquam agere poſſunt, quia, vt
dictum eſt, ipſi ſunt liberati, cùm non ſit
conueniens, quòd remaneant obligati illi,
qui nudi exulant, vt per Text. *in l.* 2. *ff. de
capit. dimin.* dicit Gratian. *d. diſcept.* 423. *nu-
mer.* 33. & vt ait Giurb. *d. conſ.* 45. *num.* 2.
iniquum eſſet in eos actionem dari, quibus
ablata ſunt bona, *l. fin.* §. *fin. ff. quæ in fraud.
credit.* Herig. *de Fideiuſſ. cap.* 20. §. 14. *nu-
mer.* 5. Bona verò, quæ poſt bannum, & ſen
tentiam ipſi banniti acquirunt, tamquam
acquiſita ab homine nouo, non ſubiacent,
nec affecta ſunt creditoribus ante bannum
exiſtentibus, Giurba, Vermigliol. Caball.
Merlin. Rota *locis relatis.* à D. Maſſin. *loc. cit.*
30 *num.* 5. etiamſi debitum ſit contractum cum
obligatione Camerali, nam adhuc ſecun-
dùm Zacchiam *de oblig. Camer. quæſt.* 17. *num.*
20. & 21. ex banno ſubſequuto liberati ſunt,
31 etiam in foro conſcientiæ, vt ex Guazzin.
Iun. *tract. moral. lib.* 2. *cap.* 49. *num.* 35. firmat
Maſſin. *loco cit. num.* 7
Nec facit, quòd Cæſar Manent. *conſ.* 20.
*num.* 42. *lib.* 1. ex Baldo *in l. ſi Debitor C. de
ſent. paſſ.* & Mandell. de Alb. *conſ.* 196. *n.* 2.
*& ſeq.* quibus addo Alban. *conſ.* 8. *num.* 28.
dicat debitorem nullatenus liberari, quia
banniti noſtri temporis non perdunt inte-
grum ſtatum: & Iuribus, quæ adducuntur
in contrarium à Doctoribus ſectantibus ſu-
pradictam opinionem, reſpondet, quod
procedunt in deportatis, & damnatis in
metallum, vt *tot. tit. ff. & C. de ſent. paſſ.* qui-
bus non æquiparantur banniti noſtri tem-
poris Narta *conſ.* 472. *num.* 19. ergò cum di-
cti banniti non perdant integrum ſtatum
perſonæ, debent teneri ergà eorum Credi-
tores etiam pro bonis poſteà quæſitis Bald.
Alb. Corn. & Caball. *locis citatis* à Manent.
*ibid.*
Siquidem, vt dicit Montan. *loco citat.* re-
cepta eſt opinio, quòd etiam banniti noſtri
32 temporis efficiuntur ſerui pœnæ, & hoc
dicit etiam Caſtill. *deciſ.* 37. *nu.* 16. firmans,
quòd condemnati ad mortem, licet exequu-
tio differatur, tamen ſtatim per condemna-
tionem efficiuntur ſerui pœnæ; & quod æ-
quiparentur deportatis eo ipſo, quod poſ-
ſunt impunè offendi, prout poſſunt offendi,
& occidi banniti noſtri temporis, firmat ex
Bart. *in diſputat.* incipien. *Statuto Lucanæ Ciui-
tatis,* Benedict. à Vadis *in prælectiones Felin.
verbo bannitus*, & ſic ceſſat obiectum.
Nec minus facit, quòd Quemada *quæſt.
Fiſcal.* 20. *ad finem*, Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 96.
*art.* 5. *diſputat.* 169. *cap.* 2. *num.* 21. Sanchez.
*ad præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 22. *numer.* 89.
Peregrin. *de iure Fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *numer.* 55.
*verſ. contra*, *& num.* 57. Ricciull. *de iure per-
ſonar. lib.* 5. *cap.* 34. *num.* 23. dicant Banitos
non liberari ab obligatione, niſi pro ea
parte, pro qua bona confiſcata ſufficiunt
ad ſatisfaciendum creditoribus, nam cum
pro illa parte, pro qua bona non ſufficiunt
non tranſeat in Fiſcum onus ſatisfaciendi
creditoribus, remanet bannitus pro ea par-
te efficaciter obligatus, & propterea idem
bannitus deueniens ad pinguiorem fortu-
nam, debet creditoribus ſatisfacere pro illa
parte, pro qua bona translata in Fiſcum
non ſuffecerunt, vt argumentatur Fermoſ.
*Fiſcal. alleg.* 56. *num.* 29. *circa fin.*
Nam reſpondet Fermoſin. *loc. cit. num.* 30.

quòd licet fundamenta Quæmadæ, & aliorum mox relatorum ſint corroborata lege naturali, & æquitate, nihilominus fortior eſt opinio contraria, quia lex diſponit,quod confiſcatis bonis tranſeat obligatio ſatisfaciendi creditoribus in Fiſcum, & debitor remaneat omninò liber, nam lex ſecūdùm Paul. de Caſtro *in l. ſi marito num. 4. ff. ſolut. matrim.* quem citat Fermoſin *ibidem*, benè poteſt liberare aliquem, & transferre obligationem in alium.

Et hoc procedit, etiamſi ſint à Principe
33 gratiati, & reſtituti, dummodo non ſint
34 reſtituti ad bona, quia iſto caſu eſſent obligati ſatisfacere pro bonis, quæ habebant ante bannum vt dicunt Giurb. Merlin. *locis relatis* à Maſſin. *d. quæſt.* 46. *num.* 8. Tranchedin. *loc. cit. num.* 29. & relati à Manent. *d. conſ.* 20. *num.* 1. & quatenus reſtituantur ſolùm ad quotam bonorum,tenentur ad rationem dictæ quotæ creditoribus reſpondere vt dicit Maſſin. *d. quæſt.*46. *num.*9.Giurb. *conſ. crim.* 45. *num.* 5. & Gratian. *diſcept.*423. *num.* 49. *& ſeqq.* qui *ibid. num.*20. *& ſeqq.* dicit, quod obligationes debitoris per bannū, & publicationem bonorum,non extinguūtur, ſed transferuntur in Fiſcum, & ideò in caſu reſtitutionis obligationes redeunt in hunc reſtitutum.

Sed, an hoc ſit verum, etiamſi durante banno factæ ſint proclamationes, ſeu cri-
35 dæ, quibus non fuit contradictum per creditores? Agit de hoc articulo Iacob. Mandell. de Alba *conſ.* 196. *num.* 4. *&* 5. & dicit prima facie reſpondendum negatiuè, quia ſicut eſſet liberatus Fiſcus, ſi bona apud eū manerent, nam Creditores amiſerunt ius ſuum propter eorum negligentiam, cum non contradixerint intra tempus præfixum, itaut dicantur excluſi præſcriptione inducta à Principe, prout quandò extat ſtatutum excluduntur præſcriptione inducta à ſtatuto, vt tradit Bartol. *in l. omnes Populi num.* 24. *de Iuſt. & Iure*, ita eadem præſcriptione liberati ſunt debitores ad dicta bona confiſcata reſtituti, præſertim cum tunc actio creditorum ex dicta præſcriptione ſit pœnitus extincta, & non poteſt reuiuiſcere, ſicut reuiuiſcere poſſet, ſi obligationes eſſent ſolùm translatæ de perſona banniti in perſonam Fiſci, vt ſunt termini, in quibus loquuntur Gratian. & alij *mox citati*. Concludit tamen contrarium eſſe verum, nempè quod bannitus reſtitutus etiam ad bona tenetur ſatisfacere creditoribus,non obſtantibus cridis,& negligentia creditorum,quia de natura reſtitutionis, quæ conceditur bānitis, vel deportatis, eſt reponere omnia in priſtinum ſtatum, *l. fin.* §. *final. C. de ſent. paſſ.* & quidquid medio tempore fuit factū reſcinditur, vt ex Bald. Salyc. & Nello dicit Alba *ibid.num.*6. & ad obiectum præſcriptionis reſpondet,quòd per præſcriptionem non tollitur ipſo Iure actio,ſed ſolùm inducitur exceptio, ideoque reſtitutio ſuperueniens tollit de medio obſtaculum præſcriptionis, per quod parabatur exceptio, vt declarat Bart. *in l. fin. C. ex quibus cauſ. maior.* Felin. *in cap. ad aures col.* 1. *de præſcript.* vide alias rationes adductas per Alb. *loc. cit. vſque in fin.*

Sed an quæ diximus ſupra ad impediendum ſequeſtrum, & ad tollendam actionē creditoribus contra eoſdem bannitos procedant, etiamſi bona non obſtante ſententia, non fuerint verè, & realiter in Fiſcum,
36 ſeu agnatos translata? Reſpondeas negatiuè,quia iſto caſu poteſt fieri executio in bonis ad inſtātiam Creditorum, vt ex Cephal. *conſ.* 324. *num.* 20. docet Rota *deciſ.* 625. *numer.* 10 *par.* 3. *rec.* & etiam ad inſtantiam Curiæ apponi ſequeſtrum, quia bannito non licet obiicere exceptionem, & Iuris Fiſci, ſeu agnatorum referre quæſtionem, vt ex Gloſ. *in l. bis conſequenter* §. 1. *ff. fam. herciſc.* Bart. *conſ.* 81. Bald. *l. cum ſeruū quiſpiam C. de ſer. fug.* vult in terminis noſtris Alban. *conſ.* 8. *nu.* 38. qui refert diſtinctionem Bald. *loc. citat.* dicentis, quòd ſi bona ſunt reipſa, & cum effectu in aliquem translata, tunc poteſt tertius referre quæſtionem per Text. *in l. in teſtamento C. ad l. falcid.* vbi opponitur hæredi translatio iurium poſt reſtitutam hæreditatē: Si verò bona ſint in aliquē ipſo Iure, ſed non cum effectu translata,& tunc non poteſt huiuſmodi opponi exceptio, & ita ait procedere notata *in d. l. bis conſequenter* §. 1. quia priuſquam facta ſit bonorum appræhenſio, Fiſcus, ſeu agnati poſſunt eam repudiare, vt ex Bart. & Soccin. ſubdit Alban. *d. num.* 38. *in fin.* & ad hoc Iudices aduertant in occurrenti caſu.

Si cupis ſcire plura circa hanc materiam, adeas Maſſin. Giurb. & Gratia. qui latè de ea loquuntur: & ſi vis ſcire qua actione vti
37 poſſunt Creditores in conueniendo Fiſcū, vel agnatos Banniti, bonorum poſſeſſores, adeas Montan. *loc. cit. num.* 9. & Gratian. *di-*
38 *ſcept.*423. & ſi vis ſcire an bona bannito reſtituta ex gratia, ſubiaceant ſtatutorum diſpoſitioni, vide Molfeſium *ad Conſuet. Neaplit. par.* 2. *quæſt.* 4. *in princ.* & an delata filiis, vel agnatis redeant ad bannitum aggratiatum, ac ad bona reſtitutum, vide Felin. *in cap. inter num.* 5. vbi diffusè *de maiorit. & obedient.* & vide quatuor caſus diſtinguētem Hodiernam *in l. hac edictali C. de ſecund. nuptus quæſt.* 15. *per totam.*

Quæ diximus validiſſimè comprobantur ex iis, quæ doctiſſimè more ſuo ſcripſit cariſſimus, ac dilectiſſimus Amicus meus, quem tanquam fratrem ſemper habui, Dominus Amatus Iacomettus ex primariis Vrbis Aduocatus in vna Meſſanen. Pecuniaria, cuius Iuris allegationem referre per extenſum lubuit ad decorandum & illuſtrādum has meas lucubrationes, tenor eſt.

Confiſcatio facta per Regem Catholicū ob no-

ob notorium crimen Rebellionis validiſſimum affert impedimentum D. N. pro conſecutione ſui crediti, cum enim ipſe fuerit confiſcatus, non poteſt mouere actiones contra ſuos Debitores, ſed Fiſco tantùm aduerſus eos competit actio *l. 2. C. ad leg. Iuliam de vi, l. ſi debitori deportato ff. de fideiuſſ.* Peregrin. *de Iure Fiſci lib. 5. tit. primo n. 54.*

Nec obſtat, quod agat extrà Dominium Confiſcantis, quia obiectum vrgeret, ſi eſſet quæſtio de nomine debitoris exiſtente extra dictum Dominium, verùm cum agatur de credito contracto in Regno Siciliæ loco confiſcationis, illud tranſlatum fuit in Fiſcum: quamuis enim Iura, & actiones nõ circumſcribantur loco, ſed videantur infixa oſſibus creditoris, nihilominus ad effectum confiſcationis reputantur de loco, vbi factus eſt contractus, & de iure exigi poſſunt Peregr. *de Iure Fiſc. lib. 5. tit. primo num.* 142. Caball. *reſol.* 268. *num.* 4. *&* 5. Ciriac. *contrau.* 218. *num.* 8. *&* 9. Bellon. Iun. *conſ.* 74. *num.* 89. *& ſeqq.* Maſſin. *de Confiſcat. q.* 43. *num.* 27. *& ſeqq.*

Quæ licet abbundent pro repellẽdo Domino Aduerſario, cum Reo ſufficiat vincere per non Ius actoris, nec proprium Ius aliqua probandi neceſſitate adſtringatur, Vulg. *l. actor C. de probat.* Dunozet. Iunior. *deciſ.* 937. *num.* 16. *in rec. deciſ.* 690. *num.* 20. *par.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.* 270. *num.* 5. *par.* 18.

Ex abundanti tamen dicimus, quod cum etiam debitor paſſus ſit omnium bonorum confiſcationem, omnia illius iura actiua, & paſſiua tranſiuerunt in Fiſcum, itaut ab omnibus obligationibus ante confiſcationem contractis remanſerit liberatus Guazzin. *de Confiſcat. concl.* 25. *num. primo* Merlin. *de pignor. lib.* 5. *quæſt.* 51. *num. primo* Giurba *conſ.* 45. *num.* 2, Maſſin. *de confiſcat. quæſt.* 46. *num.* 4. Thomat. *deciſ.* 145. *num.* 2. Gramatic. *deciſ.* 85. *num.* 5. *& ſeq.* Coccin, *deciſ.* 1606. *num. primo in rec. deciſ.* 565. *num. primo par.* 3. *& deciſ.* 627. *& deciſ.* 635. *vbique num. primo par.* 4. *tom.* 3.

Nec vrget quod confiſcatio facta In Regno Siciliæ non ſit trahenda ad bona exiſtentia in ſtatu Eccleſiaſtico, ſuper quibus illæſum Ius creditorum remanere prætenditur. Primò quia cum Fiſcus ſucceſſerit tàm Creditori, quàm debitori, videtur ſibi ſoluiſſe de bonis debitoris confiſcati, nec poteſt vlteriorem ſatisfactionem prætendere in bonis alterius territorij non confiſcatis, vt magiſtraliter tradit Caſtr. *toto conſ.* 209. *lib.* 2. *Merlin. de pignor. lib.* 5. *dicta quæſt.* 51. *num.* 3. *&* 6. *cum ſeqq.*

Secundò quia bona, quæ extant in Statu Eccleſiaſtico, non ſunt ſtabilia, ſed mobilia, & pecuniæ retractæ ex pretio mobilium, quæ ad ſenſum Partis ſubtracta fuerunt confiſcationi, & aſportata poſt commiſſum delictum à loco confiſcationis, ideoque videntur comprænhenſa in confiſcatione facta Siciliæ, quia ſequuntur perſonam confiſcati, & habetur ratio, quod ſint extra iuriſdictionem confiſcantis Guazzin. *de confiſcat. concluſ.* 13. *limit.* 16. *num.* 20. *& ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 25. *num.* 108. Marin. *reſol.* 35. *num.* 2. *&* 3. *lib. primo* Caball. *d. reſol.* 268. *num. prim. &* 2. Anchar. Iun. *quæſt.* 25. *num.* 9. *& ſeq. lib.* 2. Maſſin. *de confiſcat. quęſt.* 43. *num.* 20. *& ſeqq.* vbi reprobat Clarum tenentem de conſuetudine contrarium ſeruari.

Non releuante quod hæc bona non fuerint à Fiſco actualiter appræhenſa, quia cum confiſcatus illa poſſideat ex quadam tacita Principis indulgentia non ideò videtur ſuper ijs poſſe à creditoribus moleſtari, quia etiam reſtitutus ad aliquam rem particularem non incidit pro ijs in veteres obligationes, nec poteſt conueniri *ad text. in l.* 3. *& in l. ſi deportationes C. de ſent. paſſ.* Io: de Amicis *conſ.* 68. *nu.* 3. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 97. *num.* 11. *& num.* 13. *verſ. ad contrarium*; quidquid eſſet, ſi reſtitutus foret ad omnia bona, vel quotam bonòrum, aut Fiſcus omnia bona, vel quotam incorporare omiſiſſet, in quibus terminis loquuntur authoritates exaduersò allegatæ.

Et vbi etiam præmiſſa ceſſarent, itaut hæc pauca mobilia, & pecuniæ non fuiſſent ſubiectæ confiſcationi, nec D. Aduerſarius fuiſſet confiſcatus, adhuc ſalua æquitate admitti non poſſet ad moleſtandum debitorem omiſſo Fiſco, qui opulentum illius patrimonium occupauit, nam licèt de rigore iuris creditor habeat obligata omnia bona ſui debitoris, & quæcumque ſibi placuerit, poſſit occupare pro ſuo credito; attamen cum delictum ſit contractum in Regno Siciliæ, loco confiſcationis, & Creditor ſit Vaſſallus Regis Confiſcantis ex quadam æquitate poſtpoſito iuris rigore agere debet contra Fiſcum ad euitandas fraudes, quæ ſequerentur, dum omnes Creditores, vt proprio Principi placerent, relicto Fiſco ſuæ Prouinciæ, aduerſus bona confiſcationi nõ ſubiecta experirentur, & ſic Regius Fiſcus Siciliæ per indirectum expoliaret confiſcatum, etiam de bonis in alio Territorio exiſtentibus, in quo nullam habet confiſcandi authoritatem, vt probant Fuluius Conſtantius *in l.* 1. *num.* 163. *C. de pœnis fiſcal. lib.* 10. cum alijs relatis per Farin. *d. quæſt.* 25. *num.* 173. & hanc opinionem tenendam inquit Maſſin. *de confiſcat d. cap.* 46. *num.* 22.

Vlterius cum debitor ſit paſſus generalẽ confiſcationem bonorum, fuiſſet exaduersò probandum, quod hæc bona erant in Dominio debitoris ante confiſcationem, nam pro bonis poſtea quæſitis à creditoribus cõueniri non poteſt, Odd. *de reſtit. in integrum d. quæſt.* 93. *num.* 13. Merlin. *de pignor. lib.* 5. *cit. quæſt.* 51. *num.* 12. Giurba *d. conſ.* 45. *numer.* 4. Vermigliol. *conſ.* 50. *numer.* 2. *&* 3. Caball. *reſol.* 234. *num.* 4. *& ſeqq.* Maſſin. *de confiſcat. d. quæſt.* 46. *num.* 5. Rota *deciſ.* 565.

*num.* 1.

*num. 1. par. 3. & deciſ. 627. num. 2. par. 4. tom. 3. rec. & coram* Coccino *dicta dec. 1606. num. 2.*

Cumque debitor, vel eius hæredes ſint in poſſeſſione, & poſſit probabiliter dubitari, an dicta bona fuerint aſportata in fuga à Regno Siciliæ, ſeu potius acquiſita ex liberaliter donatis eidem Debitori à Rege Chriſtianiſſimo, in hac dubietate capienda eſt ſemper interpretatio fauore poſſeſſoris, vt in ſimili *de Spolio* tradit Abbas *in cap. 3. in fin. de pecul. Cleric.* vbi ſi quæſtio incidat, An Clericus acquiſiuerit poſt, vel ante promotionem, capitur præſumptio, quæ magis fauet poſſeſſori, ſequuntur Couar. *in cap. 1. num. 7. de teſtam.* Reodam. *de Spolio quæſt. 9. §. quid dicendum num. 32.*

Non obſtat, quòd hypotheca creditoris poſſit exerceri etiam ſuper bonis acquiſitis poſt confiſcationem ex Carena *reſol. 100. num. 8. & ſeqq.* vltra quod enim in caſu noſtro fuit exaduersò intentata actio perſonalis, non autem hypothecaria, adhuc eius aſſertio nullo modo videtur ſubſiſtere, nam ſi per confiſcationem omnes actiones tàm actiuæ, quàm paſſiuæ transferuntur in Fiſcum, vt firmant Doctores ſupra citati, & non controuertit idem Carena *loco exaduersò allegato* inſurgit neceſſaria conſequentia, quod nulla hypotheca ſuper bonis acquiſitis poſt confiſcationem, acquiri poſſit creditoribus confiſcati, dum tempore acquiſitionis non eſt amplius debitor, & in eo extincta eſt actio perſonalis, ſine qua oriri non poteſt hypotheca, vt latiſſimè probat Mãz. *conſult. 325. per tot. lib. 4.*

Eoque minus intentio Actoris videtur poſſe fundari in teſtamento, in quo Dux de N. debitor mandauit, vt ſoluerentur eius debita, quia cùm per confiſcationem extincta fuiſſet in ipſo, reſpectu iſtius debiti, etiam obligatio naturalis, itaut neque in foro conſcientiæ teneretur ex allegatis per Maſſin. *de confiſcat. d. quæſt. 46. num. 7.* illius præceptum non poteſt intelligi de iſto debito, quod ſalua conſcientia ſoluere non tenebatur, vt punctualiter dixit Rota *deciſ. 81 num. 1. & ſeqq. vſque ad 7. & deciſ. 119. nu. 2. cum ſeqq. par. 7. recent.*

Quare, &c.

# BANNIMENTORVM
# GENERALIVM
# CIVITATIS, ET LEGATIONIS
# BONONIAE,

## Cum Annotationibus

## IOANNIS DOMINICI RAYNALDI.

# CAPVT PRIMVM.

## RVBRICA.

### Del Culto Diuino, e del riguardo delle Chieſe, e Monaſterij.

*SVMMARIVM.*

1 *Actio humana incipienda eſt à Deo.*
2 *Diuinum Nomen in principio Operis cuiuſuis eſt inuocandum.*
3 *Res ad Dei cultum ſunt ante omnia pertractandæ.*
4 *Ad exemplum Pontificum Gregorij IX. Boniſatij VIII. & Imperatoris Iuſtiniani.*
5 *Bono inchoata principio optimum progreſſum, & finem obtinent.*
6 *Deus particularitèr aſſiſtit habenti bonum zelũ.*
7 *Cultus quid ſignificat.*
8 *Propriè refertur ad Deum.*
9 *Qui de Cultu Diuino tractent.*
10 *Qui de Cultu, ſeu veneratione Sanctorum.*
11 *Cultus Sanctorum qui publicus, & qui priuatus dicatur remiſſiuè.*

1 OMNIS humana actio inci-
pienda eſt à Deo, & ad eius
honorem, & Cultum diri-
genda, & ideò non ſolùm
in principio cuiuſuis operis
2 Diuinum nomen eſt inuo-
candum, iuxta ſtylum Sacratiſſimi Impe-
ratoris Iuſtiniani *in proœmio Inſtitutionum*, &
monitum Io: Andreæ *in proœmio libri Sexti*
3 *Decretal. in princ.* Sed res ad Deũ, & eius Cul-
tũ pertinentes, ſunt in primis pertractandæ,
vt Pontifices, & Imperatores fecerunt in
4 Legibus, & Canonibus diſponendis: Iuſti-
nianus enim incœpit eius Codicem cum ti-
tulo *De Summa Trinitate, & Fide Catholica*,
& Pontifices Gregorius Nonus, & Bonifa-
tius Octauus, libros *Decretalium*, & Clemẽs
librum *Clementinarum* pariter cum titulo *De
Summa Trinitate, & Fide Catholica* incœpe-
runt, & quilibet probus Auctor ita ſcribe-
re orſus eſt, vt oſtendit Barbatia *in ſua Ioan-
nina ſuper rubr. de teſtamẽtis in princip.* & Fran-
ciſcus de Velaſco, ſeu Montaluus *in lib. 1.
tit. 1. leg. 1. lit. A. ſeptem partitarum Hiſpaniæ.*
5 Omnia enim, quæ bono ſunt inchoata
principio progreſſum, & finem optimum
6 obtinere neceſſe eſt, quia Deus ob bonum
zelum, quem Principes habent de Cultu
ſuo, eiuſque Eccleſiæ, aſſiſtit particulariter,
vt aduertit Bouadilla *in Politica lib. 2. cap. 1.
num. 25.* Benè igitur Dominus Cardinalis
ordinando noſtra Bannimenta, primò de
Cultu Diuino: Secundò de reſpectu Ec-
cleſijs: Tertiò de reſpectu debito Monaſte-
rijs diſponit.

Verbum *Cultus* varias habet ſignificatio-
7 nes, & tot quot habet eius primitiuum
vocabulum *Colo*, vt inquit Laur. Beyer-
linch. *in Theatro Vitæ humanæ verbo Cultus
fol. mihi 631.* & in quantum denotat reue-
rentiam, & obſequium, refertur tàm ad

Deum,

Deum, quàm ad homines, vt ſubdit Beyerlinch. *loco citato*: proprie tamen Cultus
8 refertur ad Deum, prout venerario ad Sanctos, & reuerentia ad Loca Pia.

De Cultu Dei videndus eſt Text. *in cap.*
9 *decet domum de Immun. Eccl.* Conſtitutio Beati Pij V. *Conſt.* 5. incipien. *Cum primum*, Carena *de S. Offic. antelud.* §. 2. *num.* 18. *& ſeqq.* Nauarr. *in Manual. cap.* 13. *num.* 2. Filiucc. *qq. moral. tract.* 27. *num.* 3. Sayr. *clau. regia lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 2. Reginald. *in prax. fori pœnit. lib.* 19. *num.* 1. Daniel. de Nobilibus *ſelect. diſput.* 37. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi ait, quod Cultus in Deū eſt duplex, internus ſcilicet, & conſiſtit in Oratione, animique deuotione; & externus, & conſiſtit circa oblationes, ſacrificia, alioſque huiuſmodi actus internum excitantes.

De Veneratione Sanctorum videndus
10 *tot. tit. de reliq. & venerat. Sanctorum* & Sacr. Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de Inuocat. venerat. & reliq. Sanctor.*

Qui verò Cultus Sanctorum dicatur pu-
11 blicus, & qui priuatus, habetur penes Iacob. Pignatell. *can. conſult.* 502. *per tot.* & penes Molfeſ. *conſ.* 45. *num.* 20. 48. 57. 64. & *conſ.* 46. *num.* 8. *poſt Comment. ad Conſuetud. Neapolit. tom.* 2.

---

# Cap. Primi §§.

§. 1. Perche il timore di Dio è principio della noſtra Salute, e fondamento di ogni bene: però S. Signoria Illuſtriſsima ordina, e ſtatuiſce, che ſe alcuno in luogo ſoggetto alla ſua Legazione ardirà percuotere, ò in qualſiuoglia modo offendere alcuna Imagine, ò Statua di DIO, ò della Beatiſſima Vergine MARIA, ſia punito con la pena della forca.

§. 2. E chi commetterà tal'eccelſo nell' Imagine di alcun Santo, ò Santa, caderà in pena della galera per dieci Anni.

§. 3. E qualunque ardirà beſtemmiare, ò in qualſiuoglia modo ignominioſamente nominare il Santiſſimo Nome di DIO, ò di GIESV' CHRISTO Noſtro Saluatore, ò della glorioſa ſua Madre Vergine MARIA: la prima volta caderà in pena di ſcudi cinquanta d'oro, e di trè tratti di corda, ò in vece della corda, di due meſi di prigionia in ſecreta; e la ſeconda volta incorrerà in pena di ſcudi cento d'oro, e di ſtare sù la porta della Chieſa di San Petronio con vna candela acceſa in mano vna Domenica, ò Feſta, mentre ſi celebrarà la Meſſa Grande, ouero (oltre la ſudetta pena pecuniaria) di trè meſi di prigionia; mà la terza volta gli ſarà forata la lingua, e poi ſarà mandato à ſeruire in galera in perpetuo.

§. 4. Chi ardirà beſtemmiare, maledire, ò in qualſiuoglia modo ignominioſamente nominare il Nome di alcun Santo, ò Santa, la prima volta incorrerà in pena di ſcudi diecci, e la ſeconda di ſcudi venticinque, e di trè tratti di corda, ouero (oltre la detta pena pecuniaria) di vn meſe di prigionia; e la terza volta gli ſarà forata la lingua, e ſarà mandato à ſeruire in galera per cinque anni.

§. 5. E con l'iſteſſa pena ſarà punito il beſtemmiatore conſuetudinario, ſe bene non fuſſe mai ſtato proceſſato di ſimile delitto.

§. 6. Intendendo ſempre in tutti li detti caſi la ſeconda volta eſſere, quando il delinquente ſarà ſtato proceſſato, confeſſo, e conuinto, ò condannato, quantunque in contumacia, di ſimile delitto; E la terza quando due volte in diuerſi tempi foſse ſtato proceſſato, confeſſo, conuinto, ò condannato, ſe bene gli foſſe ſtata in qualſiuoglia modo fatta la grazia in ciaſcuno di detti caſi.

§. 7. Nè ſi ammetterà ſcuſa, ò preteſto di minor età, nè di ſoprabondanza di colera, nè d'altro, mà ſi eſeguiranno le ſudette pene, purche il delinquente ſia maggiore di ſedici anni, e ſi darà fede ad vn

ſolo idoneo teſtimonio, col giuramento dell' Accuſatore, ad arbitrio del Giudice.

*SVMMARIVM.*

1 *Timor Domini initium ſapientiæ.*
2 *Dei Cultus eſt Deum Credere, & timere, & reddere illi Maieſtatem, & Bonitatem.*
3 *Blaſphemia in tres ſpecies diuiditur.*
*Nempè attributiuam, derogatiuam, vſurpatiuam.*
4 *Blaſphemia eſt locutio per modum conuitij in Deum, vel Sanctos.*
5 *Blaſphemiæ non differunt ſpecie.*
6 *Blaſphemi puniuntur à Deo etiã in hoc m̃undo.*
7 *Blaſphemi deberent ſeueriſſimè puniri vbique.*
8 *Ob rationes allatas à* Boccalino.
9 *Blaſphemi hodie puniuntur pœna arbitraria.*
10 *Puniuntur ictibus funis, vel exilio, vel carcere, & quandoque merguntur in aquis, ità vt non ſuffocentur, aliſque pœnis.*
11 *Pœnæ propter frequentiam delicti aggrauantur excepto crimine Blaſphemiæ.*
12 *Imaginem Dei, Ieſu Chriſti, vel Beatiſſimæ Virginis percutiens debet mori.*
13 *Et quandoque mitius punitur.*
14 *Offenſio fit factis, & verbis.*
15 *Verba generalia Edicti comprœhendunt omnes caſus, etiam priuilegiatos.*
16 *Intellige vt in num.* 16.
17 *Blaſphemi conſuetudinarij quomodò puniendi.*
18 *Conſuetudo Blaſphemandi ex quot actibus inducitur.*
19 *Conſuetudo delinquendi aggrauat pœnam.*
20 *Conſuetudo delinquendi requirit quod delinquẽs aliàs fuerit punitus.*
21 *Sed an pœna ſit aliquo modo aggrauanda contrà eum, qui non fuit aliàs punitus? controuertitur inter Doctores.*
22 *Blaſphemi puniti ob aliquam cauſam mitiori pœna pro prima vice, debent puniri pœna Banni pro ſecunda, quia attenditur pertinacia, non punitionis qualitas.*
23 *Blaſphemiæ crimen multa habet ſpecialia.*
24 *Blaſphemi minores ætate non debent excuſari.*
25 *Pueri maledicentes Eliſeo fuerunt ab Vrſis lacerati.*
26 *Ætas annorum ſexdecim dicitur eſſe plenior pubertas.*
27 *Capax doli quis eſt ab anno decimo cum dimidio.*
28 *Statutum mandans haberi pro maiore eum, qui habet annum* 16. 18. *aut* 20. *valet.*
29 *Blaſphemans per iram, non dicitur Blaſphemus Si irà eſt magna. num.* 31.
30 *Bannimenta habent locum in caſu vero, non in caſu ficto.*
32 *Iracundia non excuſat Blaſphemum conſuetudinarium.*
33 *Statuti vna pars declarat aliam.*
34 *Blaſphemi conſuetudinarij non excuſantur ſi blaſphemant in iracundia, vel ebrietate, vel ſomno, vel ludo. num.* 35. 36. & 38.
37 *Ebrietas quando excuſat.*
39 *Iracundia iniuſta non excuſat blaſphemum, ſecùs ſi ſit iuſta.*
40 *Ludus non præbet iuſtam cauſam excuſationis.*
41 *Niſi luderetur ex cauſa recreationis.*
42 *Ludus in dubio præſumitur ex cauſa recreationis.*
43 *Teſti vnico non eſt credendum, ſecùs in crimine Blaſphemiæ ex bannimentis.*
*Alijs adiunctis, alias ſecus. eod. num.* 43.
44 *Teſtis idoneitas debet articulari, & probari.*
45 *Teſtis qui reperitur primus examinatus habetur pro Accuſatore, quando proceditur ad denuntiam ſecreti Accuſatoris.*
46 *Accuſator in Crimine Blaſphemiæ an teneatur iurare & deponere vti teſtis per ſenſum corporeum.*
47 *Imò debet iurare de calumnia.*
48 *Accuſare in crimine Blaſphemiæ quilibet tenetur.*
49 *Intellige ſi poteſt probare.*
50 *Et Blaſphemus ſit publicus.*
51 *Blaſphemiæ probatio in genere ad conſtituendum corpus delicti eſt eadem cum probatione in ſpecie.*
52 *Dummodò referantur verba prolata per Blaſphemantem.*
53 *Non ſunt neceſſaria verba præciſa, quando teſtes ſunt periti.*
54 *Contrarium.*
*Sufficiunt teſtes ſingulares. num.* 122.
*Contrarium. num.* 123.
*Diſtinguendum. num.* 124.
55 *Nemo eſt Dominus membrorum ſuorum.*
56 *Confeſſiones Reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet.*
57 *Doctores multoties controuertunt an verba ſapiant Blaſphemiam; vel ne.*
58 *Bannimentalis diſpoſitio concernens modum procedendi contrà blaſphemos, illoſque puniendi, an ſit valida.*
59 *Iudex ſæcularis non cognoſcit de crimine blaſphemiæ, niſi quandò factum ſeparatur à ſpiritualitate.*
60 Decian. *& alij tenentes, quod blaſphemia ſit crimen mixti fori, reprobantur.*
61 *Nunc ſpectat ad ſolos Iudices Eccleſiaſticos.*
62 *Et vbi extant Inquiſitores ad hos tantum.*
63 *Et de Iure nouo Pontificio ſpectat priuatiuè quoad omnes ad hæreticæ prauitatis Inquiſitores.*
64 *Bannimenta ſupradicta non valent, quià vltrà pœnam indictam dant etiam modum procedendi.*
65 *Contrarium.* vide inferius ſub num. 73. & ſeq.
66 *Bulla Iulij III. eſt localis.*
68 *Bannimenta ſupradicta non valent in eo, quod diſponunt de offendentibus Immagines Dei, Beatiſſimæ Virginis, ſeù Sanctorum,*
69 *Contrarium, quià hoc eſt mixti fori.*
70 *Contrarium eſt verius.*
71 *Bannimenta ſupradicta nihilominùs ſuſtinentur etiam in hac parte.*

 72 *Re-*

72 *Redduntur rationes, & præſertim quia Cardinales Legati à Latere poſſint de hæreſi cognoſcere.*

73 *Reyciuntur aliæ rationes.*

74 *Principes Sgeulares non poſſunt augere pœnas contrà hæreticos ſecundùm* Abb. *opinionem, quam Author ſequitur. num.* 81.

75 *Contrarium tenent* Antonius de Butrio, *& alij quorum verba præciſa referuntur.*

76 *Et rationes, quibus moueri potuerunt.*

77 *Fridericus Imperator plures contrà hæreticos condidit leges.*

78 *Franciſcus Rex Franciæ, & Ioannes Rex Luſitaniæ leges particulares contrà hæreticos promulgarunt. num.* 79.

*Vide reſponſiones. num.* 98. *ſeqq.*

80 *Leges promulgatæ in augmentum fidei, dummodò non aduerſentur Iuri Canonico ſunt validæ.*

81 Abbatis *opinio de qua ſuprà.*

82 *Et qui eam ſequuntur.*

83 *Princeps ſæcularis quid poſſit ſtatuere contrà hæreticos.*

84 *Statuta Laicorum circà cauſas, & materias ſpirituales, vel ſpiritualibus annexas, non valent.*

85 *Principes Sæculares, qui aliquandò huiuſmodi Statuta fecerunt, permiſerunt etiam per non vſum aboleri.*

86 *Iudex ſæcularis poteſt punire hæreticum ſuis pœnis particularibus, poſtquam fuerit declaratus à Iudice Eccleſiaſtico.*

*Contrarium. num.* 88.

87 *Vel ad minus poteſt cognoſcere ſuper qualitate pœnæ hæretico declarato imponendæ.*

*Contrarium in crimine hæreſis. num.* 89. *&* 91.

Text. in §. ſi verò crimen Auth. de Sanctiſs. Epiſcop. *fuit correctus. num.* 90.

92 Decian. *error.*

93 *Iudex ſæcularis in cauſa hæreſis pronunciat ſolum Iudicis Eccleſiaſtici ſententiam eſſe exequendam.*

94 *Formula declarationis, & conſignationis Rei, quæ fit à Iudice Eccleſiaſtico Iudici ſeculari, & pronunciationis Iudicis ſæcularis.*

95 *Rei traditio facta ab Eccleſiaſtico Iudici ſæculari vim habet tacitæ condemnationis.*

96 *Pœnæ ſuppletio non practicatur, neque in delictis mixti fori.*

97 *Reſponſiones ad obiecta contrà opinionem* Abbatis.

98 *Fridericus condidit leges contrà hæreticos de facto, ſeu veluti Protector Eccleſiæ. numer.* 99.

100 *Et nonnullæ fuerunt à Pontificibus approbatæ.*

101 *Franciſcus Rex Franciæ ſtatuendo contrà hæreticos, an benè, vel malè fecerit, dubitatur.*

102 *Regis Luſitaniæ Edictum contrà Apoſtatas ſuſtineri non poteſt, & fuit per non vſum abrogatum.*

103 Antonij de Butrio *qualis fuerit opinio, & quomodò intelligenda.*

104 *DD. in hac materia quomodò loqui fuerunt.*

105 *Clauſula,* dummodò pœnis Canonum non ſint contrariæ, *non poteſt verificari in contrarietate directa.*

106 *Apoſtaſia eſt ſpecies hæreſis.*

*Apoſtata notorius poteſt puniri à Iudice Laico ibid.*

*Contrarium. num.* 109.

107 *Apoſtata reconciliatus non poteſt puniri à Iudice Laico.*

*Etiam ſi fuerit captus à dicto Iudice Laico. num.* 110.

108 *Apoſtata captus miles in bello contrà Chriſtianos punitur à Iudice Laico.*

*Declara vt. num.* 113.

111 *Hæretico ad fidem redeunti indulgetur, ſed non Apoſtatæ.*

112 *Contrarium.*

114 *Iudex ſæcularis repugnans tradere Inquiſitoribus carceratum, poteſt compelli.*

115 *Etiamſi Iudex ſæcularis vellet ſolum procedere pro crimine merè ſæculari.*

116 *Carceratus terminata cauſa hæreſis debet Iudici ſæculari reſtitui.*

117 *Declara ſecundùm exempla poſita.*

118 *Carceratus à Curia ſæculari, quia duas duxit Vxores, traditur Curiæ Eccleſiaſticæ, & poſt abiurationem reſtituitur ſæculari.*

119 *Contrarium quoad d. reſtitutionem.*

120 *Papa poteſt abolere leges ciuiles contra hæreticos ſtatutas.*

121 *Hæreticus dicitur etiam de foro ſæculari.*

122 *Contrarium.*

123 *Blaſphemiæ quænam hæreticales, & quæ ſimplices: remiſſiuè.*

124 *Blaſphemare, maledicere, & verba turpia & obſcœna in Deum dicere, aut in Beatiſſimam Virginem an differant.*

125 *Mulieres, & Perſonæ Eccleſiaſticæ, an comprehendantur in bannimentali diſpoſitione contra blaſphemos.*

126 *Blaſphemanti an debeant aſſignari defenſiones. & num.* 129.

127 *Repulſa teſtium in crimine blaſphemiæ non conceditur, niſi ex capite inimicitiæ capitalis.*

128 *Contrarium. & ſeqq.*

130 *Blaſphemans non poteſt articulare pro ſui defenſione, quod in loco adeſt conſuetudo blaſphemandi, & huiuſmodi articuli non ſunt admittendi.*

131 *Poteſt tamen probare, quod verba ab ipſo prolata non habentur in Prouincia pro blaſphemia.*

132 *Blaſphemiæ plures vno impetu prolatæ reputantur pro vna blaſphemia.*

133 *Blaſphemantes iocosè an excuſentur.*

134 *Inſanus, & mente captus blaſphemans an ſit puniendus.*

135 *Blaſphemia ſimplicis cognitio, quæ eſt mixti fori, an poſſit aliquo modo ſpectare priuatiuè ad Eccleſiaſticum.*

136 *Inquiſitores poſſunt cognoſcere de blaſphemijs habentibus in ſe hæreſim non ſolum explicitam, ſed etiam implicitam.*

137 *Blaſphemus hæreticalis an gaudeat immunitate Eccleſiæ.* Blaſ-

138 *Blaſphemandi conſuetudo an requiratur etiam in blaſphemante Deum, vel Beatiſſimam Virginem, vt habeat locum pœna bannimentorum.*

139 *Confeſſio blaſphemiæ incidenter facta an, & quandò ſufficiat ad condemnandum.*

140 *Blaſphemus abſolutus à Sacerdote in foro interno an poſſit puniri in foro externo.* Vide in verbo abſolutus, & ſeqq.

144 *Laicus aliquandò poteſt ob blaſphemiam excommunicari.*

*Inſordeſcentiæ materia eſt contingibilis & plures diſtinguuntur caſus quandò incurratur. ibidem.*

145 *Abſolutio à Sacerdote obtenta in foro interno ſuffragatur in externo.*

*Cùm diſtinctione, de quâ ſuprà. num. 143.*

146 *Item abſolutio obtenta in officio Componendarum.*

147 *Itèm abſolutio obtenta in Sacra Pœnitentiaria.*

148 *Abſolutio obtenta vigore Bullæ Cruciatæ non ſuffragatur.*

149 *Abſolutio vigore Indultus generalis concessæ differt ab abſolutione vigore indultus ſpecialis.*

150 *Clauſula,* teque abſoluentes, *poſita in reſcripto Pontificis, ſiuè gratiæ, ſiuè iuſtitiæ eſt verbalis, & de ſtylo, & non ſuffragatur.*

151 *Recurſus factus ab excommunicato prò obtinenda per Componendas abſolutione quandò ſuffragetur.*

152 *Recurſus factus à Patre, Matre, ſeù Conſanguineo excommunicati, an eidem proſit.*

153 *Contrà inſordeſcentes de conſuetudine non proceditur, niſi ſint excommunicati ex cauſa fidei.*

154 *Inſordeſcentiæ requiſita remiſſiuè.*

155 *Corpus delicti in crimine blaſphemiæ, an probetur per teſtes ſingulares.*

156 Diſtinctio *per Authorem approbata.*

157 *Confeſſio Rei ſupplet corpus delicti per coniecturas probatum.*

158 *Corporis delicti triplex eſt inquiſitio, videlicet ad inquirendum, torquendum, condemnandum.*

159 *Doctrina* Carpzonij *circa torturam, etiam ſuper corpore delicti quomodò intelligenda.*

160 *In delictis facti tranſeuntis, de quibus extant inditia, ſufficit comprobatio ex confeſſione Rei.*

161 *Carcerationis pœna per duos, vel per tres menſes à bannimentis contra blaſphemantes impoſita, an debeat eſſe continuata.*

162 *Carcerationis prædictæ pœna, an debeat propriè exigi in carceribus, vel poſſit à Iudice aſſignari aliquis locus pro carcere.*

163 *Condemnatus ad carceres per duos menſes pro prima blaſphemia, ſi currente dicto tempore ſuperueniat notitia, quòd aliàs fuerit punitus pro alia blaſphemia an poſſit, retractata dicta ſententia, condemnari ad pœnam impoſitam pro ſecunda blaſphemia.*

*Diſtingue vt num.* 166.

164 *Textus* in l. auxilium ff. de minor. & in l. prima §. ſi quis vltrò ff. de quæſtion. *declaratur. & num. ſeq.*

167 *Blaſphemiæ reiteratio non alterat delicti ſubſtantiam, ſed pœnam.*

168 *Sententiæ in cauſa hæreticorum, & de hæreſi ſuſpectorum non tranſeunt in iudicatum.*

169 *Bannitus pro vna blaſphemia poteſt pro alijs diuerſo tempore prolatis puniri.*

170 *Quid ſi præuertatur ordo temporis, quo fuerunt prolatæ.*

171 *Bannimentalis diſpoſitio* in §. 5. *ibi:* e coll'iſteſſa pena &c. *quomodo intelligenda.*

172 *Carcerationis tempus an ſit computandum in pœnam delicti.*

173 *Quid ſi carceratio fuiſſet longa.*

174 *Tempus ſecundæ condemnationis incipit currere poſt finitum tempus primæ condemnationis.*

175 *Menſis quomodò accipiendus.*

176 *Linguæ perforatio quomodò ſit facienda.*

---

# CAPVT I.

## Il timor di Dio.

1 TImor Domini initium Sapientiæ, & ſecuritatis mater eſt, vt ait Sctibanus *in Politica Chriſtiana lib. 2. cap.* 27. & primus
2 Dei cultus eſt Deum credere, & timere, deindè reddere illi Maieſtatem & Bonitatem ſuam, ſecundùm Seneeam *Epiſtol.* 95. *num.* 44.

Propterea nullatenùs ferendum, quod homines tribuant Deo, quod illi non conuenit, aut detrahant, quod illi conuenit, aut creaturæ concedanr id, quod eſt proprium ip-
3 ſius Dei. Blaſphemia enim, ſecundum Scholaſticos Theologos, in has tres ſpecies diuiditur, nempè in attributiuam, derogatiuam, vſurpatiuã; Attributiua eſt attribuere Deo corpus, vel iniuſtitiam, vel immiſericordiam, quamuis poſtrema hæc exempla magis ſpectent ad derogatiuam: Derogatiua eſt denegare Chriſtum eſſe iuſtitiam, ſanctificationem, & expiationem noſtram: Vſurpatiua autem eſt attribuere hæc operibus noſtris ſolis, non adiunctis fidei, & ſanguini Ieſu Chriſti, vt docent Diuus Thomas 2. 2. *quæſt.* 13. *art.* 1. Lucas de Penna *in l. omnes Iudices col.* 2. *C. de delator. lib.* 10. vbi refert decem modos, quibus blaſphematur Corn. *conſ.* 181. Menoch. *de arbit. caſ.* 375. *num.* 3. Maſcard. *de probat. lib. primo concluſ.* 195. *num.* 2. & 10, Farinac. *quæſt.* 20. *n.* 11. & Author damnatæ memoriæ *in add. ad Alex. conſ.* 233. *lit. C. lib.* 6. Er quamuis Silueſter *in ſumma verbo blaſphemia n.* 3. & eo citato Azeued. *Recopil. lib.* 8. *tit.* 3. *in rub. de los blaſphemos num.* 24. reprobent dictam diſtinctio-

nem, quia per dicta tria non poſſunt propriè diſtingui diuerſæ ſpecies peccati blaſphemiæ, quia duæ primæ non differunt niſi ſecundùm affirmationem, & negationem, quæ diuerſitas ſpeciem habitus non diſtinguit: tertium verò attribuere Creaturæ quod eſt Dei, pertinet ad primum: nihilominus pertranſeundum cùm dicta diſtinctione, quia habet maiorem explicationem apud eos, qui non ſunt Theologi. Inſuper nec ferendum quod habeatur turpiter ſermo de Deo, vt inquit Boſſ. *tit. de Inquiſit. num.* 131. in fine & Antonell. *de. Regim. Ec-*
4 *cleſ. lib. 6. cap. 24. num. primo in fine*, nam talis loquutio facta per modum Conuitij in Deum, vel Sanctos, quæ in ipſum Deum refunditur, induit rationem Blaſphemiæ, vt ex Diuo Thoma, Valentia, Bannes. Couar. Clar. & Marta inquit Fragoſ. *de Regim. Reip. Chriſtian. par. prima lib. 2. diſp. 4. §. 5. n. 3.* & ex Baiard. & Menoch. Plot. Decian. Farinac. & Ant. Lazzaro inquit Flauius Tortus *ad ſtat. crim. Papiæ rubr.* 14. *num.* 2. & ex Sanchez, & Santarell. inquit Carena *de S. Offic. parte 2. tit. 7. §. 2. num. 4. & 5.*

Eoque minus ferendum eſt, quod impij, ſacrilegi, ingrati, & inhumani audeant conſpuere, deturpare, conculcare, vel deuaſtare imaginem Saluatoris, Sacratiſſimæ Virginis, vel Sanctorum, ad tradita per Vinc. de Franch. *diſ.* 504. Farinac. *quæſt.* 20. *num.* 67. Caball. *crim. reſol.* 31. Garon. *ad nou. conſt. Mediolan. tit. de pœn. 5. lib. 4. §. ſi verò in priuato*. Caſtro, & Corduba locis relatis à Carena *vbi proximè §. primo num.* 2.

Et ſicut in aliquorum ſententia (quidquid ſit de reſolutione huius quæſtionis, Blaſphemię non differunt ſpecie, vt ex Lazzario, Caetano, Valentia, & Azorio docet Diana *par. 1. tract. 7. reſol. 50. & par. 5. tract. 13 miſcellan. reſol.* 21. ob rationem, quia omnis blaſphemia notabiliter aduerſatur Virtuti Religionis, & Charitatis erga Deum, vt ait Diana *d. par. 5. tract. 5. reſol. 3.* ita pari pœna omnes pro quauis blaſphemia indiſtinctè eadē pęna deberent puniri, iuxta exemplum relatū in Sac. Scriptura de Sannachero Aſſyriorum Rege, eiuſque exerci-
6 tu, nam exercitus propter blaſphemiam totus vna nocte per Angelum Domini percuſſus interijt, & ipſum deindè proprij filij interfecerunt, vt habetur *Reg. 4. c. 19.* & refert Laur. Beyerlinch *in Theatro vitæ humanæ verb. blaſphemia* & iuxta diſpoſitionem Text. *Leuit. c. 24. & auth. vt non luxurient contra naturam § et quoniam coll. 6.* quibus iuribus pęna mortis naturalis indicitur, Farin. *q. 20. n. 2. & 10.* Fragoſ. *de regim. Reipub. Chriſt. loc. cit. num.* 19. Merlin. Pignatell. *contr. forenſ. 97. contr.* 1. & Muſcatell. *de cogn. delict. rubr. de blaſphem. num.* 33. Godofred. Abano *de reatibus quæſt. 7. num. 301. & in pract. crim. verb. blaſphemia num. 6. & 7*, Garon. *loc. cit. §. ſi*
7 *verè in priuato*, & ita deberet vtique ſeruari iuxta monitum Boccalini *in Secretaria Appollinis epiſtola ad Zelotes*, ibi: *reſtiamo tanto edificati del voſtro vſo di ammazzare i beſtemmiatori, che con la preſente vi lodiamo molto, pregandoui di continuarlo, ed aſſicurandoui, che facendoui partiali di Dio, ſarete priuilegiati ſopra tutti gl'huomini. Veramente le beſtemmie contro di Dio, che non douerebbero entrare nella mente, non che vſcire dalla bocca d'vna creatura, più obligata al Creatore di tutte l'altre, non deuo-*
8 *no punirſi con minor pena, che della morte: poiche, chi offende l'Autore della vita, non è degno di viuere; e trà tutte le offeſe, che poſſono farſi à Dio dalla fragilità, e dalla malizia de'ſcelerati, queſta ſola della beſtemmia è immediatamente diretta contro di eſſo, e non merita perdono, perche non hà ſcuſa*: ſed hodie ob nimis inſulſam rationem, quia ſcilicet numerus blaſphemantium eſt adeò grandis, vt ſi omnes blaſphemi decapitarentur, pauci ſupereſſent, qui poſſent blaſphemare, vt inquit Bellon. *conſ. 69. num.* 6. ſeu potiùs, vt dicit Lucas de Penna *d. l. omnes Iudices col. 3. poſt medium* ob defectum Religionis, & iuſtitiæ, non am-
9 plius imponitur pœna mortis, ſed arbitrariè puniuntur, vt dicunt Lucas de Penna *loc. cit.* & Menoch. *caſ. 375. num.* 30. &
10 quandoque ictibus funis publicè afficiuntur, vt dixit Clar. §. *blaſpemia num.* 3. quandoque exilio damnantur, cum aliquali pœna pecuniaria adiuncta, vt practicari in Dominio Veneto teſtatur Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 6. num.* 16. quandoque carcere puniuntur, vt tradit Gloſ. *in cap. 2. verſ. vltrix de offic. ordin. in 6.* quandoque merguntur per aliquas vices in aquis, vt videantur ſuffocari, ita tamen vt nō moriantur Boer. *dec.* 301. quandoque pœna pecuniaria tantùm plectuntur, vt Brixiæ, Papiæ, & Patauij, & in Statu Vrbini practicari teſtantur Menoch. *d. caſ. 375. num.* 5. & Ambroſin. *de Immun. Eccleſ. cap. 8. num.* 12. & quandoq; puniuntur pœna mutilationis linguæ, & triremium, vt in Regno Neapolitano dicunt Nouar. *pragm. 2. coll. 1. de blaſphemantibus*, & Seuerin. *in add. ad Sanfelic. deciſ. 369. verſ. pœna huius criminis*, Clar. *d. §. blaſphemia num. 3. in fine*, Farin. *quæſt. 20. num. 67. verſ. ſed quidquid ſit*: Vndè condolendum cum Clar. *d. §. blaſphemia*, & Abano *in prac. crim. eod. tit. num. 13. & de reatibus quæſt. 7. num.* 303. quod leges, quæ in omnibus de-
11 lictis ſolent per conſuetudinem, ſeu frequentiam delinquendi, exaſperari, *l. 1. ff. de abig. l. aut facta §. fin. ff. de pœn. & l. 1. C. ad l. Iul. repet.* & Gloſ. *in d. l. 1. ff. de abigeis verbo id genus*, quando agitur de Cultu Dei propter eamdem conſuetudinem minuant pęnas: inuehit etiam, & meritò aduerſus huiuſmodi oſcitantiam Lucas de Penna *in l. omnes Iudices colum. 3. poſt medium C. de delat. lib.* 10. dicens: quod licet pœna mortis cōtra blaſphemos, Diuina, Chriſtiana, & Gentilium lege ſtatuta fuerit, tamen ob defectum

fectum

fectum Religionis, & Iuſtitiæ minimè obſeruatur, & quando iniuriam noſtram vſque ad interitũ acerrimè vindicamus, blaſphemiam in Deum dictam patientia execranda relinquimus impunitam contra illud, quod habetur *in cap. ſi his qui 24. qu. 4.*
„ neque enim (ſunt verba Lucæ de Penna)
„ diſſimulare debemus eius opprobria, qui
„ probra noſtra deleuit *cap. nonnullis de Iudæis:*
„ ideo non ſine ratione in mortem rapimur,
„ & in direptionem ſubſtantiæ noſtræ damur.
„ Punitur qui blaſphemat hominem, *auth. vt*
„ *non luxurient con. natur. §. & quoniam*, quantò
„ fortiùs, & ſecuriùs puniẽdus foret qui blaſ-
„ phemat omnium Creatorem: punitur etiã
„ vltimo ſupplicio, qui aliquid ad ornatum
„ Regis pertinens fabricauerit, vt etiam illud
„ Principi offerat, *l. 1. §. ſanè C. nulli licere in*
„ *fræn. lib. 11.* & qui Nomen Dei blaſphemat,
„ hodie, vel nulla, vel ſaltem leui pœna pu-
„ nitur, ideò quia Dei contumelias non vl-
„ ciſcimur, ipſe noſtras iniurias dimittit inul-
„ tas.

Non eſt tamen vndequaque receſſum à iure vereri, quia quando blaſphemia habet admixtum aliquid facti, non procedit opinio Dianæ, de qua ſupra, ſed dicit eſſe, & effectiuè eſt pluſquam blaſphemia, iuxtà aduertentiam Hurtad. de Mendoza *in 2. 2. diſput. 91. ſect. 12. §. 54.* quem refert, ſed non ſequitur Diana niſi in blaſphemia hæreticali, vel impræcatiua cum odio Dei *p. 5. tract. 13. miſcellan. reſol. 21.* propterea qui
12 proijcit lapidem contra Imaginem Chriſti, vel eius Sacratiſſimæ Matris, vel gladio percutit, aut radit Imagines, aut ſpuit in Cælum in deſpectum Dei, debet puniri pœna mortis naturalis de Franch. *decis.* 504. Auendan. *de exequen. mand. reg. par. 2. cap. 5. num. 10.* & Seuerin. *in add. ad Sanfelic. deciſ. 369. numer. 10.* Azeuedo *recopilat. lib. 1. tit. 1. leg. 3. num. 6.* Marſ. *pract. crim. verb. & quia num. 25.* Alex. *conſ. 233. num. 6. vol. 6.* Caball. *crim. reſol. 91.* Muſcatel. *de blaſphem. num. 36.* de Luca *ad Franch. deciſ. 504. nu. 4.* Boer. *deciſ. 301. num. 17. & ſeqq.* Antonell. *de regim. Eccleſ cap. 25. in fine*, & pro mille Chartar. *deciſ. crim. 2. num. 18.*

Idcircò quia viuere debemus hodierno iure, appoſitè, & cum magna prudentia iuris in noſtris bannimentis fuit facta diſtinctio caſuum, & conſequenter pœnarum, nam pro blaſphemia facto commiſſa imponitur pęna mortis naturalis, iuxta determinationem proximè allegatorum Doctorũ, quibus addo Menoch. *caſ. 376. per tot.* Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 6. num. 5.* Farinac. *quæſt. 20. num. 68.* & Scannarol. *de viſit. carcer. lib. 1. §. 13. cap. 1. num. 5.* qui ſubdit,
13 quòd quandoque etiam in iſto caſu pęna minoratur habito reſpectu ad qualitatem facti, & perſonarum, & refert fuiſſe relaxatum quendam, qui percuſſit Imaginem Beatæ Virginis, ob numeroſam familiam, quam habebat, ob preces populi, qui pro illo ſupplicabat, & ex quo illum pęnituerat facti: Et hoc aduertit Angel. *in l. ex Senatus Conſulto ff. ad l. Cornel. de Sicar.* vbi teſtatur, quòd Peruſij fuit ſolùm amputata manus ei, qui fregerat Dei Imaginem, & cum referunt Menoch. *d. caſ. 376. num. 3.* Farin. *d. quæſt. 20. num. 71.* & Chartar. *d. deciſ. 2. num. 20.*

Et hoc Procedit, ſiue percuſſio ſit facta in Imaginem Dei Patris, ſeu Dei Filij, ſeu Beatiſſimæ Virginis, æquiparatur enim talis offenſio, vt fuit determinatum etiam in Synodo Lateranenſi incæpta ſub Iulio Secundo, & ſub Leone Decimo continuata, cuius verba per extenſum referunt Farinac. *quæſt. 20. num. 63.* & Godofred. Abauo *in pract. crim. §. blaſphemia num. 10. & tract. reatuum quæſt. 7. num. 301.* At percuſſio in imaginem alicuius Sancti admittit ſolùm pœnam triremium per decennium, ad hoc vt mitiùs puniatur, qui in inferiorem deliquit, iuxta conſiderationem, quam habuerunt Patres in dicta Synodo Lateranenſi ibi: *qui verò reliquos Sanctos blaſphemauerit, arbitrio Iudicis, rationem perſonarum habituri, mitiùs aliquando puniri volumus.*

In hac prima diſtinctione occurrit difficultas circa intelligentiam verborum, *ardirà percuotere, ò in qualſiuoglia modo offendere alcuna Imagine, ò Statua*, & ratio difficultatis
14 eſt, quia offenſio poteſt fieri facto, & verbo Cephal. *conſ. 190. num. 1. & ſeqq.* & Farinac. *quæſt. 107. num. 184.* & per conſequens Edictum compræhendit omnem blaſphemiam, etiam in ſolis verbis conſiſtentem, nam verba generalia, & ampliſſima Edicti, ibi: *in qualſiuoglia modo*, comprehendunt, & apta ſunt compræhendere omnia, quæ compræhendi poſſunt, & includunt omnes ca-
15 ſus etiam priuilegiatos, vt ex Gallo *conſ. 44. num. 24.* Euerard. Iun. *conſ. 24. vol. 2.* Decian. *conſ. 72. num. 7. vol. 5.* & alijs, ait Io: Baptiſta Gargiar. *conſ. 100. num. 40. & ſeqq. lib. 1.* & ſic cum blaſphemia poſſit conſiſtere in ſolis verbis, mente, ore, vel ſcripto prolatis, vt ex Suarez, Sanchez, & Sanctarell. aduertit Carena *de S. Officio par. 2. tit. 7. §. 1. num. 2.* hanc etiam ſpeciem comprehendere videntur. Contrarium tamen verius eſſe euincitur ex antecedenti verbo *percuotere*, à quo debent regulari, & qualificari verba,
16 *in qualſiuoglia modo offendere*, quia intelliguntur offenſione ſimili ſpecialiter expreſsę *ad text. in l. final. §. cui dulcia ff. de vino, tritic. & oleo leg.* Bart. *in l. ſed & ſi quis §. quęſitum ff. ſi quis caut.* & Bertach. *repert. par. 5. verb. verba num. 10. verſ. verba generalia circa med.* etenim verba generalia, & obſcura declarantur per præcedentia clara, *l. Titius. & Lutius* il 2. vbi Bart. *& l. Legatorum ff. de leg. 2. & l. ſi ſeruus plurium §. fin. & l. cum filiabus de leg. 1.* præſertim quando verbum generale habet duos ſignificatus, quia refertur ad vnum,

qui

qui colligitur ex præcedentibus, ſecundùm
Gloſ. *in cap. recolentes de ſtatu Monach.* & pro-
prerea offenſio, de qua fit mentio in Edi-
cto, debet retinere qualitatem blaſphemiæ
facto commiſſæ, qualis eſt proiectio lapi-
dum, abraſio, laceratio, deturpatio, concul-
catio imaginis, & huiuſmodi, & talem fuiſ-
ſe mentem Statuenris manifeſtè deducitur
etiam ex ſequenti diſtinctione, in qua agi-
tur de blaſphemia, quæ verbo committi-
tur, & minor, ac pœnitùs diuerſa pœna
indicitur, nam blaſphemantes, aut quo-
quo modo ignominiosè Deum, ſeu IESVM
Chriſtum, ſeù Beatiſſimam Virginem
nominantes, pro prima vice, tribus ictibus
funis, aut carceratione duorum menſium,
ac inſimul pœna pecuniaria plectuntur; pro
ſecunda vice damnantur ad ſtandum in die
Feſto cum cereo accenſo præ manibus pu-
blicè in ianua, & præ foribus Eccleſiæ San-
cti Petronij, aut ad manendum in carcere
per tres menſes, & vlteriùs in quolibet ca-
ſu ad ſoluendum ſcuta centum auri; & pro
tertia vice, perforata lingua, ad triremes in
perpetuum tranſmittuntur. Hæc verò in
Sanctum, aut Sanctam perpetrantes, pro
prima vice pœna pecuniaria: pro ſecunda
vice tribus ictibus funis, aur carceratione
per menſem, ac ad ſoluendum in vtroque
caſu ſcuta 25. puniuntur; & pro tertia vice
perforata lingua ad triremes per quinquen-
nium tranſmittuntur, & quidem ex iſta
prouiſione ſpeciali facta in caſu blaſphemię
verbalis, ceſſat pœnitùs omnis dubietas,
quæ ex generalitate ſupradictorum verbo-
rum oriri poſſe videbatur, quia ſpecies ſpe-
cialior derogat ſpeciei, *Bald. in l. hac conſul-
tiſſima num. 2. C. qui teſt. facere poſſunt*, & Di-
nus *in reg. gener. lib. 6.* & circa hanc ſecundã
diſtinctionem inſurgit alia difficultas, quia
poſt completã diſpoſitionem, & diſtinctio-
nem pœnarum factam, & indictam contra
verbo blaſphemantes, D. Cardinalis ſubdit:
*e con l'iſteſſa pena ſarà punito il beſtemmiatore
conſuetudinario, ſe bene non foſſe mai più ſtato
proceſſato di ſimile delitto*, & non explicat quà
ex tribus recenſitis pœnis veniant punien-
17 di: Sed abſolutè, & reſolutiuè dicendum,
quòd ſunt puniendi pęna perforationis lin-
guæ, & triremium per quinquennium, in-
dicta contra eos, qui tertia vice blaſphema-
runt, & eſt ratio, quia conſuetudo hæc non
18 inducitur ex vnico actu vel duobus, aut
tribus, ſed pluribus Farinacc. *quęſt. 20. nu. 4.*
Calà *de modo artic. in gloſ. magna num. 769.*
Coler. *deciſ. 172. num. 1.* Merlin. Pignatell.
*diſcept. forenſ. 97. num. 10. & ſeqq.* Seuerin.
ad Sanfelic. *deciſ. 369. verſ. ſunt quidam*, Ca-
rena *de S. Officio par. 2. tit. 7. §. 5. n. 22. & ſeqq.*
vbi refert Lazzarium requirentem quinque
actus interpolatos: Zanardum requiren-
tem decem actus blaſphemiæ in anno Me-
noch. *caſ. 375.* hoc relinquentem arbitrio
Iudicis, & concludit requiri quod actus ad
minus ſint quinque, & agit de quæſtione,
an iſti actus probentur per teſtes ſingulares,
& ideò, qui conſueti ſunt blaſphemare, æ-
quiparantur hic per D. Cardinalem ijs, qui
pro prima, & ſecunda vice puniti, vel con-
demnati, vel ſaltẽ proceſſati fuerunt, & per
conſequens debent dictam pęnam conrra
tertiò blaſphemantes indictam ſubire, nam
19 conſuetudo efficit, vt pœna aggrauetur,
& ex pecuniaria euadat corporalis, & etiam
capiralis, ſecundùm Bart. & Alex. *in l. prim.
C. de ſuperexact. lib. 10.* Brun. *conſ. crim. diuerſ.
115. num. 15. tom. 2. in fol.* & alios relatos per
Farinac. *quęſt. 20. num. 43.*

Nota tamen, quod hic inducitur vnum
ſpeciale contra blaſpemantes conſuetudi-
narios, vt ſcilicet puniantur, etiamſi num-
quam alias pro blaſphemia fuerint proceſ-
ſati; nam regulariter nemo pro reiteratio-
20 ne delicti puniri debet, niſi ſit incorrigibi-
lis, & talis dici non poteſt, niſi ſit aliàs pu-
nitus, vt pluribus oſtendit Farinac. *quęſt. 23.
num. 9.* ideò Parlador. *poſt differen. iuris q. 18.
§. 2. num. 13.* & Gratian. *diſcept. forenſ. 93.
num 23.* aiunt, quòd verba *prima vice* in bã-
nimentis appoſita intelligi debent pro pri-
ma vice punitionis, non autem blaſphemię,
& niſi præcedant primæ ſententiæ, etiamſi
pluries quis blaſphemauerit, non conde-
mnatur pro ſecunda, & terria vice, & hoc
idem volunt Boer. *deciſ. 219. num. 2.* qui lo-
quitur in furto, & Auendan. *de mand. Regis
par. 2. cap. 9. num. 10.* qui loquitur in ter-
minis ſtatuti punientis ludentes. Sed ſtante
hac diſpoſitione ſpeciali, non eſt vlte-
rius quærendum, quia in materia blaſphe-
miæ bannimenta ſunt ad vnguem ſeruan-
da, vt dicunt Farinac. *quæſt. 20. num. 64. verſ.
& nihilominus in caſtigando*, & Abauo *pract.
crim. verb. blaſphemia num. 127. & de reatibus
quęſt. 7. num. 301.*

Dixi hoc eſſe ſpeciale contra conſuetu-
dinarios, quia contra alios Dominus Car-
dinalis vult, quod procedatur ad punitio-
nem pro ſecunda, & tertia vice, dummo-
dò conſtet eoſdem fuiſſe aliàs proceſſatos,
vel confeſſos, conuictos, vel condemna-
tos, etiam in contumaciam, & in hoc eſt
aduertendum, quod hic, verbum *proceſſa-
to*, non ſtat de perſe, itaut ſufficiat quod
contra aliquem fuerit ſumpta informatio:
ſed ſtat relatiuè ad verba, *ò confeſſo, conuinto,
ò condannato quantunque in contumacia*; Requi-
ritur enim, quod is, qui fuit proceſſatus,
fuerit ex proceſſu, & in proceſſu redditus
confeſſus, conuictus, vel condemnatus: &
in hoc etiam exorbitant bannimenta à Iure
communi, quia de Iure communi eſt ne-
ceſſarium, quod quis pro prima, & ſecun-
da blaſphemia ſit punitus, adhoc, vt intret
pœna ſtatuti pro tertia vice indicta, vt eſt
*text. in l. capitalium §. ſolent ff. de pœnis*, ibi:
*quod ſi ita correpti in eiſdem deprehendan-
tur: & in cap. graue* ibi: *poſt primam, &*

*ſecun-*

*ſecundam correctionem de præbend.* quę *Iura aſ-ſert* Gratian. *d. diſcept. 93. num. 23.* & eadem iura, ac alia adducit ad propoſitum Gomez. *var. lib. 3. cap. 5. nu. 9. qui tamen,* tenet contrarium ibid: *verſ. ſed his non obſtantibus*: & eius opinionem nempè quod quis poſſit puniri pro tertio delicto, etiamſi pro primo & ſecundo non ſit punitus, quatuor Iuribus, & Bartoli auctoritate tuetur, & Gomeſij ſententiam ſequitur Farinac. *quęſt. 23. num. 9.* ſed eum eſſe loquutum contra communem Doctorum opinionem ex Boer. Decian. Fulgoſ. Tuſch. & alijs dicit Rouit. *deciſ. 64. n. 18.* & opinionem contrà Gomeſium eſſe Iuri communi conformem dicit ex Decian. *conſ. 24. nu. 16. vol. 3.* & Caſſan. *conſuetud. Burgund. rub. prima* §. 5. *num. primo* Calà *ſuper pragm* 11. *de empt. & vendit. cap. 6. num. 32.* & ex Boerio, & Auendan. Parlador. *quotidian. quęſt. 18.* §. 2. *num. 13. & 14. impreſſ. poſt ſexquicenturias different. iuris.*

Quapropter ſatis appoſitè Dominus Cardinalis ad tollendam controuerſiam, quæ poterat oriri ex hac opinionum contrarietate opinioni Gomeſij, & Farinaccij adhæſit.

Sed quid dicendum, ſi ex proceſſu facto ſuper prima, & ſecunda blaſphemia non reſultat confeſſio, neque conuictio, ſeu nullus ſit fabricatus proceſſus, & nulla 21 capta informatio? Agit de hac quæſtione Rouit. *Deciſ. 64. & num. 20.* loquens de furtis, concludit, quod ſi de duobus primis furtis fuit Reus ſaltem infamatus per inquiſitionem captam, licèt ex ea non fuerit ſequuta condemnatio, tunc poterit Reus puniri ad formam *pragmaticę*: ſi verò nulla ſit formata inquiſitio, non intrat *pragmaticę* diſpoſitio, quia iſto caſu non poteſt dici, delictum eſſe commiſſum, vbi nullæ cernuntur reliquiæ. Sed Baldus *conſ. 247. lib. 5.* ait eſſe inſpicienda verba ſtatuti, quia ſi denotant factum, non requiritur, quod ſit formatus proceſſus, ſi verò denotant condemnationem, tunc nedum requirtur proceſſus, ſed neceſſe eſt, quod condemnationes de primo, & ſecundo furto præcedant, quia oportet ſeruare formam ſtatuti *l. eas C. de mod. mulct.* & diligenter eam ponderate, *l. præter* §. *erat ff. de vi bon. rapt. & l. capitalium* §. *graſſatores &* §. *famoſos ff. de pœnis*: & ſubdit, quod ſtatutum, quod requirit primum, ſecundum, & tertium furtum, adhoc vt imponatur pęna furtorum, dum non dicit, per conſequens nec requirit, quod Reus prius ſit condemnatus de primis furtis *l. ſi ſeruum* §. *non dixit ff. de acq. hæred.* & cum hæc Baldi diſtinctio congruat verbis noſtrorum bannimentorum expreſsè volentium, quod Reus de prima, & ſecunda blaſphemia ſit proceſſatus, & confeſſus, vel conuictus, debemus dicere cum eodem Baldo, quod proceſſura, & confeſſio, ſeu conuictio requiratur pro forma, & ſic non ſufficit quod quis ſit per informationem captam diffamatus de alijs blaſphemijs, prout ſufficere ait Rouitus *loc. cit.* & ex hac Doctrina Baldi in caſu ſuo Decian. *conſ. 24. numer. 16. vol. 3.*: ponderando quod conſtitutio, de qua loquitur, non dicit quod qui commiſerit tria furta, ſuſpendatur, ſed dicit, quod ei, qui commiſerit primum furtum, incidantur auriculæ, qui ſecundum, incidantur nares, qui tertium oculi eruantur, qui quartum furca ſuſpendatur; infert, quod conſtitutio exigit pro forma, quod reus ſit condamnatus pro tribus primis furtis; quia præſumpſit lex, quod ſi condemnati, & caſtigati illis tam grauibus pœnis non ſe emendauerint, digni non ſunt vita, cum nulla ſit ſpes emendationis, ideò non meretur repræhendi à Baiardo ad Clar. §. *furtum num. 60.* vbi ait quod Doctores per Decian. allegati hoc non probant, & tamen Bald. *loc. cit.* hoc probat apertis verbis, nec eſt verum, quod ex aſſertione Deciani reſultaret abſurdum, quia pœna vltimi ſupplicij poteſt inferri Reo ex diſpoſitione iuris communis, quoties non intraret ſtatutum, vt innuit Hieronym. Calà *ſuper pragm. 11. de empt. & vendit. cap. 6. num. 24. par. prima* & probatur ex traditis per Gram. *vot. 17. num. 8. & ſequentibus*.

Sed an pœna bannimentorum contra tertiò blaſphemantes habeat locum ſi pro prima, & ſecunda blaſphemia ſit ex aliqua 22 cauſa impoſita Reo pœna minor ea, quæ eſt indicta in bannimentis? Videtur reſpondendum affirmatiuè, quia in bannimentis non conſideratur qualitas pœnæ, ſed pertinacia blaſphemandi poſt receptam punitionem, & facit ad hoc Doctrina Zuccari Lucen. *deciſ. 9. num. 23.* & magis in terminis Gram. *Conſtit. de blaſphemantibus num. 3.* Contrarium ſuadet ratio Hieronym. Papon. *conſ. 13. num. 16.* quia tunc pœna impoſita oſtendit quod conſtitutioni non eſt controuentum in totum: & firmant in terminis furti Thor. *compend. dec. par. 3. verbo pœna debita*, & Hieron. Calà *ſuper pragm. 11. de empt. & vendit. cap. 11. num. 49. & ſeqq.* ſed ratio allata pro affirmatiua apud me nimis vrget, & corroboratur ex traditis à Cutello *ad Leges Siculas Martini Regis controu. prim. num. 25. fol. mihi* 418. vbi contra Narbonam *ad concordata Caſtellæ gloſſ. 18. num. 113.* dicentem quod vxor Familiaris, vel alterius, qui gaudet Foro S. Officij, ſi virum à poſſe familiæ exemerit, vel aliter ſatellitibus reſtiterit (qui caſus exceptus eſt in Concordatis & iuxta Concordata eius cognitio ſpectat ad Regem, eiuſque miniſtros) non excluditur à priuilegio fori ob rationem, quia reſiſtentiam non videtur commiſiſſe ob intenſum amorem, quo virum diligit, contra Narbonam inquam, inuehit dicens non inueniſſe, quod cauſa excuſationis minuens pœnam delicti mutet ſpeciem, non enim eo

minus

minus erit reſiſtentia, ſi amoris impetu reſi-
ſtatur, prout nec, ſi eodem impulſu homi-
cidium committatur, deſinet homicidium
dici, at delictum in Concordatis non excipi-
tur per effectum pœnæ, ſed per nomen
ſpeciei, quo fit, vt ſicut plus, & minus
ſpecie non differant, nec genere, ſed quan-
titate *l. fin. ff. de fundo inſtructo*, Surd. Natta,
& Cephal. *locis per eum citatis*, ita ſi pœna
minuatur, non tranſibit in ſpeciem alterius
delicti, *alias*, inquit, *audiamus quo nomine
erit nuncupandum, nonne, & reſiſtentiæ, & exi-
mentiæ ſicut prius?* Et ſubdit Cutellus *ibid.*
quod hinc idem ipſe Narbona in alio pro-
poſito criminis nefandi ab hac ſententia
non declinat *in gloſa* 8. *num.* 18. & quod fa-
cit ad rem diſputatio Carleual. *de Iudic. q.* 6.
*num.* 516. *fol.* 220. ſed ego inſiſto in ratione
quam adduxi, quæ apud me magis conuin-
cens eſt ad ſuadendum hanc affirmatiuam.

Multa habet ſpecialia crimen blaſphe-
miæ, quæ refert Fab. à Monteleon. *in prax.
arbit. par.* 4. *num.* 741. *& ſeqq.* & remiſſiuè
23 ad eum Farinac. *quæſt.* 20. *num.* 8. & alia
ſpecialia refert Auendan. *de mand. Regio par.*
2. *cap.* 5. *qui num.* 2. ait quod diſpoſitio lo-
quens de blaſphemi punitione, tamquam
publicam vtilitatem concernens, debet la-
tè interpretari ex Bald. Bart. Iaſ. Abb. &
Carrer. quos citat *& numer.* 4. ait quod il-
li, qui poſſunt propria auctoritate, hoc eſt
abſque mandato Iudicis, capi, non ad car-
ceres, ſed ad Iudicem trahi debent *l. in-
terdum §. qui furem ff. de furt. & in l. prim C. de
falſa moneta, & in l. 2. C. de his qui latro.* Pu-
teus *de ſindicat. verbo captura cap. officialis*, ſed
hoc fallit in blaſphemo, qui captus propria
auctoritate debet ad carceres duci, & illis
mancipari, & alia plura ſpecialia refert *ibi-
dem per tot.* At ex noſtris bannimentis tria
ſpecialia eliciuntur.

Primum ſpeciale eſt, quod minor ætas
non excuſat, dummodo excedat annum
decimum ſextum, & meritò quia in crimi-
ne blaſphemiæ non debere attendi mino-
24 rem ætatem, ſatis apertè demonſtrat exem-
plum relatum à Diuo Gregorio *cap.* 19. *lib.* 4.
*dialog.* de Puero quinque annorum, qui
propter blaſphemias fuit à Diabolo ereptus
è manibus Patris, & ad Inferos delatus, de
quo faciunt mentionem Boer. *deciſ.* 301.
*num.* 5. Gregor. Tholoſ. *Sintagm. Iur. vni-
uerſ. par.* 3. *de actionibus lib.* 33. *cap.* 12. *n.* 11.
Farinac. *quæſt.* 92. *num.* 48. *& num.* 191. & Se-
uerin. ad Sanfelic. *dec.* 369. *verſ. addo pul
crum*, & demonſtrat etiam Sacra Scriptura
4. *Reg. cap.* 2. vbi habetur, quod poſtquam
25 Eliſeus maledixit pueros, qui eum irride-
bant, egreſſi fuerunt duo Vrſi, qui quadra-
ginta ex illis pueris lacerarunt, & quia mul-
ti Doctores non admittunt hanc concluſio-
nem, niſi in minore doli capace, & vim,
& ſenſum blaſphemiæ ſentiente, inter quos
Doctores eſt Farinaccius *d. quæſt.* 92. *num.* 10.
*&* 19. Ruginell. *quæſt. pract. cap.* 35. *num.* 19.
Ludouicus Gilhau. *in arbor. iudic. crim. cap.* 5.
*ram.* 3. *de exept. nu.* 67. & Carena *de S. Offic.
part.* 2. *tit.* 7. §. 16. *num.* 8. Ideo Dominus
Cardinalis præfixit ætatem annorum ſexde-
26 cim, quæ poteſt dici plena pubertas, ſi at-
tendantur ea, quæ dicit Io. de Anan. *rub. de
delictis Puer. num. primo*, Gomez. *de delict.
cap. primo num.* 63. & Farinac. *d. quæſt.* 92.
27 *num.* 20. Et ſi quis eſt doli capax ab anno
decimo cum dimidio, vt volunt plures re-
lati à Farinac. *dicta quæſt.* 92. *num.* 9. certè
poſt annum decimum quartum non ſolùm
eſt doli capax, ſed perfectiſſimè vim blaſ-
28 phemiæ valet percipere, & intelligere, &
in omnem caſum non eſt dubium, quòd
valeat Statutum, quod minorem 16. 18.
aut 20. annis facit, & vult haberi pro ma-
iori, vt ex Soccin. *conſ.* 20. *volum.* 3. ait
Decian. *conſ.* 27. *num.* 12. *vol.* 5. Hinc Nea-
poli, Ferrariæ, Lucæ, Florentiæ minores
vigintiquinque annis, maiores tamen 18.
habentur vigore Statutorum pro maiori-
bus, & tamquam tales pœna ordinaria pu-
niuntur, vt ex Vinc. de Franch. Afflict.
Riminald. Soccin. oſtendit Caball. *crim. reſ.*
134. *num.* 11. In Hiſpania habentur pro tali-
bus illi, qui habent annos 17. vt ex Gomeſ.
*variar. tom.* 3. *cap.* 1. *num.* 63. ait Caball. *loc.
cit.* & in Statu Eccleſiaſtico habentur pro
talibus illi, qui maiores 14. exiſtunt, vigo-
re Bullæ ſan. mem. Pij IV. *in ordine* 65. de
qua faciunt mentionem Caball. *loco cit. nu-
mer.* 12. Farin. *q.* 92. *n.* 184. Ioſeph Ludou.
*dec. Lucen.* 17. *num.* 53. & Antonell. *de tempore
legali lib.* 2. *c.* 16. *n.* 16. qui ait huiuſmodi Sta-
tuta eſſe ſeruanda in locis, in quibus vigent;
mitiùs tamen in derogando quoad ætatem
iuri communi ſe habuit Sanctiſſ. D. N. In-
nocentius XI. dum in Edicto publicato die
29. Maij 1680. ſtatuit haberi in delictis pro
maioribus eos, qui vigeſimum annum com-
pleuerint.

Secundum ſpeciale eſt, quòd non excu-
ſet iracundia, & hoc volunt etiam plures
Doctores Couar. Simancha, & Royas *locis
relat.* ab Azeuedo *recopillat. lib.* 8. *tit.* 4. *l.* 1. *n.* 16.
& Cōſtitutionem huic ſimilem extare Me-
diolani refert Garron. *ad nouas Conſtitutiones
lib.* 4. *tit.* 5. *de pœnis §. ſeuerè puniendi*, ſed vi-
detùr durum, quòd iracundia non faciat
minorare pœnam ad Text. *in l.* 2. *ff. de pœ-
nis, cap. ſi iratus*, vbi Gloſ. 12. *quæſt.* 11. Ar-
chidiac. *cap. quid ergo* 23. *quæſt.* 5. Gram. *Con-
ſtit. Regni blaſphemantes num.* 5. *tit. de blaſphe-
29 mantibus*, & ratio eſt euidens, quia verus
blaſphemator non dicitur, qui per iram
blaſphemauit, & ideò non poſſunt contra
30 eum procedere bannimenta, quæ vindi-
cant ſibi locum in caſu vero, & doloſo, vt
31 ait *Sanfelic. deciſ.* 369. *num.* 4. Præſertim ſi
ira fuerit talis, vt alienationem mentis in-
duxerit: Hoſtien. *in Summa tit. de maledic. nu-
mer.* 5. Gram. *loco cit.* Merlin. Pignatell. *con-*

*trou.*

*trou. foren.* 97. *num.* 4. Valenzol. *conſ.* 142.
*num.* 18. *& ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.* 369. & Seue-
rin. *in add. verſ. & quod blaſphemans*, Et Fran-
ciſcus Molina *de ritu nuptiar. lib.* 1. *comp.* 30.
*num.* 17. *&* 35. Carolus Tapia *de Iure Regni*
*lib.* 5. *tit.* 18. *num.* 6. qui tamen ait numquam
poſſe probari, quòd ira ſit tanta, vt alienet
hominem à mente, & ideò debere intrare
pœnam extraordinariam, & numquam
excuſationem in toto. Quocirca ego dice-
rem, quòd iracundia in terminis bannimen-
torum non excuſet illum, qui ſit ſolitus
32 blaſphemare, Alex. Rom. *in comm. ad prag.* 1.
*n.* 128. *tit. de blaſph.* relatus à Merlin. *loc. cit.*
*nu.* 13. Iaſ. *in l.* 3. §. *fin. ff. de iureiur.* Afflict.
*ad Conſtit. Blaſphemantibus num.* 10. Gram. *in*
*d. Conſtit. num.* 12. Farin. *quaſt.* 20. *num.* 43. &
Sanfelic. *d. deciſ.* 369. *num.* 9. Debent enim
bannimenta intelligi cum retentione qua-
litatis ſpecificatæ, *& in* §. *antecedenti* appoſi-
tæ, in quo fit mentio de conſuetudinario,
33 vna enim pars Statuti declarat aliam, *l. non*
*eſt nouum ff. de legibus*, Maſcard. *de interpret.*
*Statut. concluſ.* 1. *num.* 109. Fontanell. *dec.* 245.
*nu.* 6. & Mattheù *de Regim. Regni Valent. cap.* 8.
§. 8. *num.* 102. non ſolùm, quia interpre-
tatio eſt facienda, ita vt Ius commune mi-
nus quàm fieri poteſt, corrigatur vulgatis
iuribus, ſed etiam, quia non debent mul-
tiplicari ſpecialia, *l. prima ff. de dote promiſſ.*
prout eſſet hic, vbi vnũ ſpeciale eſſet, quod
minor ſexdecim annorum non excuſare-
tur: aliud ſpeciale, quod non excuſaretur,
etiamſi ex iracundia blaſphemaret, & licèt
Alex, Roman. *in pragm.* 1. *num.* 9. *tit. de blaſ-*
*phemia* dicat, quòd in deteſtationem tanti
criminis, poſſunt concurrere plura ſpecia-
lia; nihilominùs aduertendum, quod ipſe
loquitur de ſpecialibus, & prærogatiuis à
iure in deteſtationem criminis conceſſis ipſi
crimini blaſphemiæ, & ideò non militat e-
ius dictum in ſpecialibus contra formam
34 iuris introductis; & quidem qui eſt ſolitus
blaſphemare, non debet excuſari, ſi in ira-
35 cundia blaſphemat, prout nec in totum
excuſatur, ſi in ſomno dormiens blaſphe-
mat, vt dicit Alex. Rom. *pragm.* 1. *nu.* 128.
*de blaſphemia*; eſt enim in culpa, quia fecit
linguam diſertam, & acutam in blaſphe-
mijs, & maledicentijs, vt ratiocinatur Alex.
Roman. *loc. cit.* & nec ſolitus blaſphemare,
36 debet excuſari, ſi vino ebrius blaſphemat
ex dicta ratione allata per Roman. *loc. cit.*
Imò is, qui in ebrietate, & dum eſt ebrius
blaſphemat, debet ſe abſtinere ab ebrietate,
aliàs non excuſatur, nam dicunt Diuus Au-
guſtinus *ſuper Geneſ. ad literam*, Diuus Tho-
mas 2. 2. *quaſt.* 150. *art.* 4. Albertin. *de agno-*
*ſcen. aſſer. quaſt.* 36. *num.* 13. Et Emericius
*direct. Inquiſ. par.* 3. *quæſt.* 41. *num.* 9. quòd
Noè, qui inebriatus fuit, excuſatur in to-
tum, quia neſciebat virtutem vini; At
Loth, qui inebriatus, cum filia concubuit,
excuſatur à tanto, & non à toto, quia licèt
vini potentiam nouiſſet, tamen ignorabat
conſequentiam ebrietatis ad luxuriam, ſed
pro ſecunda ebrietate, & incæſtu habito
cum ſecunda filia, in nihilo excuſatur, quia
vtrumque nouerat & vini virtutem, & in-
clinationem ebrietatis ad Luxuriam exper-
tus in ſe fuerat, & ita ſunt intelligendi Do-
37 ctores, qui firmant ebrium eſſe excuſan-
dum, quos refert Farinac. *quaſt.* 20. *num.* 51.
& Carolus Tapia *lib.* 5. *de iure Regni rubr. de*
*blaſphemia tit.* 18. *num.* 7. *& ſeq.* ita is, qui lu-
38 dit, debet pro prima blaſphemia in aliquo
excuſari, quia neſciebat conſequentiam
ludi ad blaſphemiam, at pro ſecunda, ſeu
vlteriori blaſphemia, nullatenus debet ex-
cuſari, quia ludendo exponit ſe periculo
blaſphemãdi, & proindè eſt in culpa, vt be-
nè aduertit Tapia *loc. cit. n.* 6. *in fine*: ſiquidẽ
nullatenus debet excuſari, qui ſcit, quòd
aliquem actum faciendo incidit in iram, &
ex ira in blaſphemiã, quia debebat ſe abſti-
nere à dicto actu ex rationibus ſupra poſitis.

Poteſt etiam hoc ſecundum ſpeciale reci-
pere aliam intelligentiam, nempè quod ira
39 iniuſta non excuſet, ſecùs ſi ſit iuſta, quia
tunc quis eſſet miſeratione dignus, & excu-
ſaretur à tanto, vt per Text. *in l. ſi adulterium*
§. *Imperatores, ff. ad l. Iuliam de adult.* aduer-
tit Dec. *in l. quidquid calore num.* 8. *ff. de reg.*
*Iur.* Afflict. *in Conſtit. blaſphemantibus num.* 8.
Alex. Roman. *pragm.* 1. *num.* 119. *de blaſphe-*
*mia*, Azeuedo *recopil. lib.* 8. *tit.* 4. *leg.* 1. *n.* 17.
qui allegat concordantes Minchaca, Perez.
Decian. *locis* per eum *citatis*, Farin. *queſt.* 20.
*num.* 48. *& queſt.* 91. *num.* 9. & Merlin. Pigna-
tell. *forenſ. reſol,* 97. *&* 98. Sanfelic. *dec.* 369.
*num.* 6. *&* 13. Menoch. *caſ.* 375. *numer.* 33.
Theſau. *dec.* 178. Molina *de ritu nuptiar. lib.* 1.
*comp.* 30. *num.* 17. & Seuerin. *in adden.* ad San-
felic. *d. deciſ.* 369. *verſ. dum Dominus, & verſ.*
*ira tanta debet eſſe*, & Godofred. Abauo *prax.*
*crim. verbo blaſphemia num.* 20. ex quibus col-
40 ligitur, vt dixi, quod ira, quæ prouenit ex
ludo, numquam poteſt dici iuſta, & non
excuſat, vt firmant Doctores citati, quibus
addo Ricc. *var. reſol.* 275. *num.* 6. *&* 7. *p.* 1.
& Petra ad Gram. *deciſ.* 11. *num.* 9. Gratian.
*diſcept. forenſ.* 93. *num.* 26. *& ſeqq.* Sola *ad*
*Decreta Sabaudia tit.* 2. *gloſſ.* 3. *num.* 16. *& ſe-*
*quentibus*, *Chartar. deciſ. crim.* 2. *n.* 61. *& ſeqq.*
& Caball. *crim. reſol.* 296. *num.* 34.

Cæterùm Iudices nõ debent in hoc caſu
de facili procedere ad exequutionem pœnæ
bannimentorum, niſi, vt dixi, agatur con-
tra blaſphematorem conſuetudinarium,
41 nàm qui recreationis cauſa ludunt, ſi de-
fendendo cauſam iuſtam superueniente
magna iracundia blaſphemarent, non pu-
nitentur dicta pœna, ſed alia pecuniaria
arbitrio Iudicis, vt monet in terminis Ca-
rolus Tapia *de Iure Regni lib.* 5. *tit.* 18. *nu.* 6.
ſubdens quod in dubio, donec probetur
42 contrarium, ludus præſumitur recreationis
cauſa, & ad ſolatium, etiam data qualibet

quantitate, vt ex Fabro inquit etiam Auendan. *de mandato Regio par. 2. cap. 9. num. 1. in fine*.

43 Tertium ſpeciale eſt, quod credatur vni co teſti idonco: ſed propter hoc ſpeciale poſſunt bannimenta in hac parte diei nulla, & inualida, quia, quod dicto vnius quis poſſit cōdemnari, eſt contra Ius Diuinum, contra Ius Canonicum,& contra Ius Ciuile: Quod ſit cōtra Ius Diuinum eſt clarum; vt habetur Numer.*cap.35. verſ.30.* ibi: *ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur*; Deutheron. *cap. 17. verſ. 6.* ibi: *nemo occidatur vno contra ſe dicente teſtimonium, & cap. 19. verſ. 15.* ibi: *non ſtabit teſtis vnus contra aliquem quidquid illud peccati, & facinoris fuerit, ſed in ore duorum, vel trium ſtabit omne verbum Matthai XVIII. Corinth. XIII.* Quod ſit contrà Ius Canonicum eſt pariter clarum *per text. in cap. cū eſſes, & cap. Relatum de teſtam. & cap. ſi quis teſtes §. vbi numero 4. quaſt. 3.* Et demùm quod hoc ſit contra Ius ciuile apparet ex Text. *in l. vbi numerus ff. de teſtibus*. Ex quibus Iuribus, & præſertim ex illis deductis ex veteri, & nouo Teſtamento cōcludunt Doctores conteſtualitatem teſtium eſſe de Iure Diuino, vt adnertunt Petra *de poteſt. Princip. cap. 21. ſpecial. 406. nu. primo* Federic. de Senis *conſ. 17. num. 4.* Abb. *conſ. 42. num. 2.* Angel. Ancharan. Aretin. Iaſon. locis relatis à Decian. *conſ. 93. num. 26. lib. 2.* & hæc Doctorum opinio, & hæc Sanctio legum fulcita eſt ratione, quia vnus de facili poteſt peruerti, duos tamen peruertere, & efficere, vt conformiter loquantur, nec vſquam ſe falſos prodant, eſt valdè difficile, vt aduertit Pitiglianus *pract. crim. tit. de teſtibus cap. 2. in princip.* contra autem diſpoſitionem Iuris Diuini, quidquid ſit quoad ius Canonicum, & Ciuile, nemo poteſt ſtatuere, vt dicunt Federic. *de ſenis conſ 17.* Angel. *in diſput. incipien. Aſtenſis Miles col. 15.* Ancharan. *cap. Canonum Statuta*, & his, & alijs citatis Decian. *conſ. 93. num. 26. & ſequentibus* Petra *de poteſt. Princip. cap. 21. ſpecial. 406. nu. prim.* Crot. *de teſt. par. 6. num. 219.* Ideo concludendum quod in hac parte bannimenta non poſſunt ſubſtineri.

Sed poteſt huic obiectioni reſponderi dupliciter. Primo quod Doctores communiter aſſerunt conteſtualitatem non eſſe de Iure Diuino, vt aduertit Petra *loc. citat. d. ſpecial. 406.* & expreſsè firmat Gregor. de Valentia *Comment. Theolog. tom. 3. diſput. 5. quaſt. 14. punct. 2.* & idem tacitè concludit ex multis quos citat Farinac. *queſt. 63. num. 9.* aſſerens quod Princeps poteſt ſtatuere, quod ſtetur dicto vnius teſtis, & hoc idem in Principe ſuperiorem non recognoſcente firmat Decian. *conſ. 62. num. 17. & 94. lib. 3.* qui reſpondet Aretin. Roman. & Federico de Senis, dicens, quod ipſi non obſtant firmatæ concluſioni, quia loquuntur de Statuto, ſeu Conſtitutione Epiſcopi, qui ſuperiorem recognoſcit. Secundò reſpondetur, quod etiam contra Ius Diuinum admittitur in certis cauſis particularibus diſpenſatio, vt inquit Crotus *loc. cit. num. 219.* Cin. *in l. reſcripta C. de precibus Imperat. offer.* Bart. *in l. omnes Populi num. 22. ff. de Iuſtitia, & Iure* Bald. *in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit.* Abbas *in cap. quę in Eccleſiarum de conſtit.* Io: Franc. à Ponte *in Iuris reſponſo ſuper cenſura Veneta fol. mihi 118.* ita tamen, vt nedum non tollatur in totum, vt ex Abb. Beto. Butrio, Imola, Felin, & alijs concludit de Ponte *loc. cit. verſ. ex his colligamus fol. mihi 121.* Sed nec à principali diſpoſitione recedatur, quia vt ait de Ponte limitatio debet conuenire principali diſpoſitioni, aliàs eſſet noua diſpoſitio correctoria, & pœnitus derogatoria Iuris Diuini, quod nec Papa facere poteſt in tertij præiudicium, vt benè docet de Ponte *ibidem*.

Verùm quia prima reſponſio eſt contra Iura clara, quæ ſupra retuli ex Sacra Scriptura; & ſecunda reſponſio concernit tantum Imperatorem, ſeu Papam, cui conuenit huiuſmodi limitatio, vt dicunt Crot. Cynus, & alij nominati Doctores.

Reſpondetur tertiò, & meliùs ad propoſitum noſtrum, quod ſuſtinetur conſtitutio, ſeu Statutum, quoties prout hic diceret quod vnicò teſti, iuncta depoſitione Accuſatoris credi debeat, & eſt ratio, quia iſto caſu conſtitutio eſſet declaratoria, & interpratatiua, quia Sacra Scriptura nihil ſtatuit ſuper idoneitate teſtium, & Matthæi *cap. 18. verſ. 16.* habetur quod Accuſatori, ſeu denuncianti credatur, ibi: *ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium &c.*

Propterea ſatis benè, & cum iuridico fundamento Doctores magis communiter tenent valere Statutum, ſi vltrà dictum vnius teſtis requirat concurſum aliorum adminiculorum, ſeu coniecturarum, vt probant Paul. de Caſtro *conſ. 109. numer. primo vol. 2.* Decian. *conſ. 62. num. 17. & 94. lib. 3.* & Petra *de Poteſtate Princip. cap. 21. ſpecial. 406. num. primo in fine*; & reddit rationem Decian. *d. conſ. 62. num. 19.* quia etiam ius commune in certis caſibus difficilis probationis contentatur, & admittit ad plenam probationem coniecturas, & præſumptiones, vt tradunt Doctores *in l. ſi quis ex argentarijs §. penult. ff. de edend.* & Bart. *in l. ſi quando C. vndè vi, & in l. de pupillo §. ſi quis Pratori in 8. quaſt. ff. de nou. oper. nunciat.* cum alijs adductis à Deciano *d. num. 19.* ſed ſecundùm me magis propria eſt ratio ſupra allata, nempè quia tunc conſtitutio non eſt derogatoria, ſed declaratoria.

Sequitur ex his quod bannimenta noſtra non poſſunt dici nulla, & inualida in hac parte, quia D. Cardinalis in his diſpoſuit prout diſponit Ius Diuinum Matth. *cap. 18. verſ. 16.* quod ſtetur dicto vnius teſtis idonei

nei conteſtato cum depoſitione iurata accu-
ſatoris, & ad maiorem cautelam, ac ad
euitandum rigorem reſeruauit Iudici arbi-
trium ſtandi, vel non, dicto vnius teſtis ido-
nei, & vt ſupra conteſtati, & adminiculati
ex depoſitione iurata accuſatoris.

Super hoc tertiò ſpeciali videndi ſunt
Auendan. *de exeq. mand. Reg. par.* 2. *cap.* 9.
*num.* 26. Simon. de Praet. *conſil.* 51. Rouit.
*pragm. de blaſphem. in rub. num.* 6. Merlin.
*Pignatell. contr.* 98. *num. primo*.

Nota tamē, quod iſta qualitas idoneitatis
44 teſtis debet articulari, & probari. Vulpell.
*Reſp. crim.* 40. *num.* 3. Alex. *conſ.* 32. *vol.* 4.
Alciat. *de preſump. reg.* 3. *preſumpt.* 2. *num.* 5.

Nota etiam quod debet copulatiuè in-
teruenire accuſatio, quæ non proueniat ab
ipſo teſte, vt ſemper ab ipſo proueniſſe cen-
ſetur, quando accuſatio fuit porrecta per ſe-
cretum accuſatorem *cap. qualiter, & quando
de accuſat.* & Caſtellus *in ſuo memoriali fol. mi-*
45 *hi* 54. Teſtis enim qui primò reperitur exa-
minatus, habetur pro denunciatore. Guazz.
*reor. defenſ.* 29. *cap.* 2. *num.* 28. Capicelatr. *de-
ciſ.* 179. *num.* 37. *lib.* 2. & ratio eſt vt minus
quàm fieri poſſit, corrigatur diſpoſitio ſu-
pradictorum Iurium duos teſtes requiren-
tium ad condemnationem: ſiquidem accu-
ſator iſto caſu, ſuccedit loco teſtis, vt dixi
ex Matth. 18. *num.* 15. vbi is, qui corripit
fratrem, & poſtea illum denunciat Eccleſię
vocatur teſtis, ibi: *Si autem te non audierit,
adhibe tecum adhuc vnum, vel duos teſtes,
vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum.*
Si enim (vt explicat Pitiglianus *loco citat.
verſ. nec etiam Iure Diuino*) vnum adhibes, iam
eſtis duo teſtes, & ſi duos, eſtis tres; & ita
explicat etiam Bald. *in cap. in omni negotio in
princ. de teſtibus*.

Sed an accuſator teneatur hic iurare, &
deponere vti teſtis per ſenſum corporeum
46 congruentem eius dicto? Bart. in ſimili reſ-
pondet affirmatiuè *in conſ.* 89. *vol.* 2. Verùm
*Additionator*, ibi: *verbo accuſatorem*, dicit,
quod non tenetur reddere cauſam ſcientiæ,
niſi interrogatus, & poſtea reliquit cogitan-
dum: Pitiglianus *loco cit.* dicit, quod iſto
caſu accuſator debet deponere eo modo,
quò teſtis debet, & ſic tenet opinionem
Bartoli, quam ſequor, nam quando accu-
ſator habetur pro teſte, tenetur, vt dictum
eſt, deponere ſicut deponunt, & deponere
debent teſtes, qui in criminalibus etiam
non interrogati debent reddere cauſam
ſcientiæ, vt ex Roman. Bart. Alban. Ma-
rant, & alijs multis firmat Farinac. *quæſt.* 70.
*num.* 14. Imò poſſet etiam dici, quod tenea-
47 tur iſte accuſator iurare de calumnia tem-
pore, quo porrigit quærelam, & iterum
poſtea vti teſtis ad Iudicis delationem iura-
re, vt in ſimili Neuizzan. *conſ.* 8. *num.* 42.
Bonacoſſ. *quæſt. crim. verbo de damno dato ver-
ſic. ſed videtur*.

Sed an quis in hoc crimine blaſphemiæ
teneatur de neceſſe accuſare? Baiard. ad
Clar. §. *blaſphemia num.* 5. & 6. probat Iuri-
48 bus, & Pontificum Bullis, quod tenetur,
aliàs punitur, & idem dicit etiam Auill. *in
cap.* 25. *Pretorum gloſ. fin.* & hoc expreſsè
ſtatuit Iulius Tertius *in conſtit.* 23. §. 8. ſed
Carolus Tapia *de Iure Regni lib.* 5. *tit.* 18. *de
Blaſphem. num.* 11. ex Perez. & Azeuedo in-
49 quit; quod ſi poteſt probare, tenetur de-
nunciare, aliàs ſecus. Vide Vincen. Tan-
credi *de Religione tract.* 2. *lib. primo diſcept.*
4. *num.* 10. vbi ait, quod quando blaſphe-
mus non eſt publicus, & ſperatur emenda-
50 tio, poteſt omitti denunciatio, facta corre-
ctione fraterna, ſed quidquid dicant iſti Do-
ctores, non eſt recedendum à determinatio-
ne, & opinione Clari *loco citato*. Præſertim
cum ſanct. mem. Alexander. VII. expreſsè
damnauerit propoſitionem, qua aſſereba-
tur eum, qui non poteſt probare, non te-
neri ad denunciandum, quamuis ſibi con-
ſtaret euidenter quem eſſe hæreticum, &
Sacra Congregatio Generalis Sanctæ Ro-
manæ & Vniuerſalis Inquiſitionis coram
eodem Pontifice Alexandro VII. habita
ſub die 8. Iulij 1660. impoſuit omnibus
obligationem denunciandi hæreticos, vel
de hæreſi leuiter ſuſpectos, & decreuit in
materia hæreſis non eſſe admittendam cor-
rectionem fraternam, vt latè habetur in
Bullario *tom.* 6. *Conſtitut. in ordine* 96. *fol.
mihi* 137.

Et an corpus delicti debeat probari aliun-
dè, quàm ex depoſitione accuſatoris, & te-
51 ſtis? Reſolutiuè dicendum, quod non,
quia in blaſphemia eodem tempore habetur
cognitio facti, & facientis, vt inquit Foller.
*pract. crim. verbo capiat. informationes num.* 13.
52 Neceſſe tamen eſt ad probandum corpus
delicti, quod per teſtes referantur verba
prolata per Reum, vt illis conſideratis poſ-
ſit Iudex diſcernere, an ſapiant blaſphemiā
Guazzin. *Reor defenſ.* 4. *cap.* 3. *num.* 7. cuius
opinio limitatur per Caball. *crimin. reſol.* 183.
53 *num.* 7. quando teſtis, vel Reus, qui faſſus
eſt blaſphemaſſe, eſſent periti, & optimè ſci-
rent quid ſit blaſphemia, & quibus verbis
committatur, & allegat concordates Pon-
zinib. & Arelatan. *locis per eum citatis*, & eſt
Textus appoſitiſſimus in Sacra Scriptura
confirmans opinionem Caballi 3. *reg. cap.*
21. quem affert Alex. Roman. *pragm. prima
numer.* 93. *de blaſphemia*. Sed iſta limitatio
apud me non tranſiret ità de plano, quia
54 ſi ſumus in teſte, officium teſtis eſt depone-
re, & non iudicare, prout iudicaret, quando
non relatis verbis, aſſereret aliquē blaſphe-
maſſe: eſſet enim in poteſtate ribaldorum
hominum calumniandi: & inſuper tollere-
tur Reo modus probandi, quod verba pro-
lata non præſeferunt blaſphemiam, quod
in Iure non permittitur, ex rationibus, quas
infrà referam; Si verò ſumus in Reo, ha-
betur regula trita, & communis, quod vo-

 lens

lens mori, vel mutilari, vel aliter puniri,
55 non debet audiri, quia nemo eſt Dominus membrorum ſuorum, nec habet poteſtatem in ſe ſæuiendi *cap. ex parte de ſepultur.* cum alijs adductis per Gomez *de poteſt. in te ipſum lib. primo cap. 15. num. primo*, & propterea
56 confeſſiones Reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat, ſanciuit Vulpianus *in l. prima §. Diuus Seuerus ff. de quæſtion.* Vlterius non eſt fidendum totaliter de aſſertione Doctorum, & peritorum circà materiam blaſphemiæ, quia multoties controuertunt an verba ſapiant blaſ-
57 phemiam, vel ne. Vt videre eſt penès Farinac. *quæſt. 20. num. 12.* & ideò dato quod quis etiam Doctor poſſit in ſua opinione decipi, non debet Iudex ſtare aſſertioni ſimplici cuiuſuis Scientifici, ſi non exprimat verba præciſa, ex quibus poſſit ipſe iudicare, an ſit blaſphemia, vel non.

Quero primò, An hæc bannimentorum
58 diſpoſitio concernens modum procedendi contra blaſphemos, & concernens modum puniendi eos, ſit valida, & debeat attendi? Reſpondeas, quod duplex eſt blaſphemia, vna ſimplex, & alia hæreticalis: in ordine ad primam, diſpoſitio eſt valida, & debet attendi, quia cum ſimplex blaſphemia ſit delictum mixti Fori, & ab Eccleſiaſtico, & Sæculari Iudice puniri poſſit, vt eſt Text. *in cap. 2. de maledic.* Abb. *in d. cap. 2. numer. 9.* Felin. *in cap. cum ſit generale de foro competen.* Bellett. *Cleric. diſquiſ. par. 1. tit. de fauor. Cler. real. §. 4. num. 140. & par. 2. tit. de pæn. Clericor. §. 1. num. 6.* Lazzar. *tract. de blaſphemia quæſt. 6. num. 3.* Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib. 6. cap. 24. num. 1.* Del Bene *de S. Offic. p. 2 dubit. 218. ſect. 15. num. 3.* & Carena *de San. Offic. par. 2. tit. 7. §. 3. n. 14.* ſequitur, quòd de eodem delicto, & de modo illud probandi, poteſt vterque Iudex diſponere, & leges condere, quia hoc dependet à Iuriſdictione, vt per Text. *in cap. Ecclesia S. Mariæ de Conſtit.* inquit Oliua *de Foro Eccleſ. par. 1. quæſt. 29. num. 2.* vbi ex Marta, & Surdo ſubdit, quòd ad ſciendum vtrum lex valeat, primum inſpicitur, verū Legislator Iuriſdictionem habuerit. In ordine verò ad blaſphemias hæreticales diſpoſitio non poteſt dici valida, & ideò nullatenus debet attendi, quia de illis cognoſcunt ſolùm Iudices Eccleſiaſtici, & Inquiſitores Hæreticæ Prauitatis, & Sæculares non poſſunt quoquomodo ſe ingerere, *cap. ſtatutum, cap. accuſatus §. Sacerdotes, & cap. vt Inquiſitionis §. prohibemus de hæret. in 6.* & Gloſſ. *in d. §. prohibemus verbo quoquomodo* explicat, quòd nec principaliter, & nec incidenter poteſt ſe intromittere Pariſ. Simanch. Farin. relati à Thoma del Bene *de S. Offic. par. 2. dubit. 196. num. 6.* etiamſi crimen actiuè cadat in laico, Fagnan. *in cap. tuam num. 49. extra de ordin. cognit.* & etiamſi tractetur de quæſtione meri facti, nam ſæcularis nec in quæſtione Iuris, & nec in quæſtione facti, valet ſe in crimine hæreſis ingerere, vt probant Fagnan. *loc. cit.* Petrus Barboſa *in l. Titia num. 37. & ſeqq. ff. ſolut. matrim.* & Caſtropal. *oper. mor. tom. 1. tract. 4. diſputat. 8. punct. 14. num. 2.* & affert rationem Barboſa *dicto num. 37. verſic. qua admiſſa*, nempè quia in quæſtione hæreſis non poteſt ſeparari quæſtio facti à quæſtione Iuris, nam quæſtio facti eſt, an dixerit verba hæreticalia; quæſtio verò Iuris eſt, an ea ſint dicta ſcienter, & cum pertinacia: ſed hæc duo non poſſunt ſeparari, quia ſi deficit ſcientia, & pertinacia, ſola prolatio verborum hæreticalium non eſt punibilis. Verùm hæc eius aſſertio in quantum dicit, quòd ſola prolatio verborum hæreticalium non eſt punibilis, non tranſit ſine difficultate, quia probato aliquo dicto, vel facto hæreticali, etiamſi Reus ſuſtineat in tortura bonam intentionem, vel ex circumſtantijs deductis in proceſſu appareat de bona intentione, adhuc debet pœna extraordinaria puniri, vel quia remanet aliqua hæreſis ſuſpicio, vel quia factum illud hæreſis indicatiuum eſt punibile ratione ſcandali, vt dicunt Vmber. *Loc. in Iudic. Inquiſit. quæſt. 27. verſ. ſi autem præſumptiones in oppoſitum*, Iacob. de Graffijs *aur. deciſ. lib. 2. cap. 5. nu. 15. verſ. & ſi poſt torturam*, & non diſſenſit Farinacc. *quæſt. 179. num. 61.* quando Reus non eſt ſufficienter tortus, prout numquam poteſt dici ſufficienter tortus is, qui ſuper intentione torquetur, quia ad hunc effectum tortura ſolet eſſe leuiſſima; etenim qui verba hæreticalia profert, etiamſi ſine mala intentione, etiamſi ioco, ex leuitate, ex fatua ſimplicitate, vel ex iracundia loquatur, debet vt irreligioſus, & temerarius aliqua pœna leui, pecuniaria ſcilicet puniri, vel damnari, vt teneat candelam accenſam in Eccleſia tempore Miſſæ ſolemnis, vt ipſe memor pœnæ abſtineat in futurum, & alij exemplo diſcant eamdem lubricitatem euitare, vt *ex Repertor. Inquiſit.* Vmbert. Locat. Zanchin. Campeg. Calderin. Royas, Lopez. Montemaran. & Simancha inquit Farinac. *d. quæſt. 179. num. 63.* ſubdens *num. 64.* ex Emetic. Pegna, & alijs, quod etiam grauior pœna iuxta facti, & perſonæ, ac loci qualitatem poteſt imponi.

59 Ideò melior eſt ratio, quam ex Baldo, & Imola affert ipſe Barboſa ibidem, quòd ſcilicet vbi factum non ſeparatur à ſpiritualitate, de eo facto non cognoſcit ſæcularis.

60 Et licèt Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 4. num. 1.* Barthol. Soccin. *conſ. 119. num. 12. & ſeqq. lib. 4.* Clar. §. *Blaſphemia, verſ. hoc crimen*, & alij dicant generaliter etiam in fortioribus terminis, vt infra, Blaſphemias eſſe mixti fori, & Alphonſ. de Caſtro *de iuſta hæretic. punit. cap. 12. circa finem*, quem ſequitur Corduba *Theol. quæſt. 17. verſ. in cuius examine*, dicat tàm Eccleſiaſticis, quàm

laicis

laicis ex officio incumbere huiuſmodi execrandas blaſphemias acerbiſſimè punire, & hoc abſolutè deneget Inquiſitoribus, ſi ex circumſtantijs in proceſſu deductis appareat Reum non infidelitate, ſed impatientia, & paſſione aliqua blaſphemaſſe.

61 Veriùs tamen eſt, quòd dictæ blaſphemię ſpectant ad ſolos Iudices Eccleſiaſticos, vt dicunt Franc. de Leo *theſau. Fori Eccleſ. p.2. cap. 1. num. 30.* Scaccia *de Iudic. to.1. cap.12. num. 56.* Criſpus *theor. & pract. crim. lib. 1. tract. 3. cap. 2. num. 4.* Laganar. *in addit.* ad Rouit. *rub. de blaſphemant. verſ. reſtringitur,* imò in locis, in quibus extant Inquiſitores, ad eos priuatiuè quoad omnes alios ſpectare dicunt Chartar. *criminal. deciſ. 2. num. 32.* Nouar. *Summa Bullar. ſuper Bulla Beati Pij Quinti num. 7.* Ricc. *prax. variar. reſol. 9. num. 2. par. 2.* Baron. *de corpore, verbo lingua, in additione num. 34.* plures allegans Carena *de S. Offic. par. 2. tit. 7. §. 3. num. 13.* Auendan. *de Mand. Regio par. 2. cap. 5. num. 11.* & Criſpolt. *caſ. militar. 1. caſ. 4. num. 11.* Sanchez *in Summa lib. 2. cap. 32. num. 37.* qui reprobat Caſtr. & Cordubam, & eum refert, & ſequitur Ayllon ad Gomez. *variar. lib. 3. c. 1. num. 3.* & ratio eſt, quia blaſphemia eſt ſpecies hæreſis, vt ex Baldo, & Guidopap. ait Auendan *d. num. 11.* & ideò blaſphemiæ hæreticales reducuntur ad titulum *de Hæreticis*, & legibus hæreticorum, vel ſuſpectorum de hæreſi iudicantur, vt probat Emeric. *direct. Inquiſit. par. 2. quæſt. 41.* & ſequitur Pegna *in addit. comm. 66. verſ. hæc diſtinctio*, nam blaſphemiæ hæreticales æquiparantur aſſertionibus hæreticalibus, vt dicit Ricc. *d. reſol. 9. num. 2.* & blaſphemi, & hæretici æquiparantur, vt dicit Afflict. *in Conſt. Regni Neapol.* incip. *Patarenos num. 53.* vel ſaltem ſunt ſuſpecti de hæreſi, vt ex Fachin. *conſ. 41. num. 11.* & Salzedo ad Diaz. *pract. crim. can. cap. 110. lit. A.* dicit Char. *deciſ. crim. 2. num. 30.* & vtroque caſu ſubijciuntur Inquiſitori ex diſpoſitione Text. *in cap. vt Inquiſitionis §. prohibemus de hæret. in 6.*

Et hanc opinionem latè tuentur Calderin. *conſ. 11. de iudic. & conſ. 2. de Iudæis*, Simanch. *cathol. inſtit. tit. 8. de blaſphemis n. 6.* Farin. *quæſt. 20. num. 39.* Sigiſm. Scaccia *de Iudic. lib. 1. cap. 12. num. 54.* Diana *parte 4. tract. 7. reſol. 8.* Fermoſ. *cap. cum ſit quæſt. 8. num. 10. & 13. de for. comp.*

62 Poteſt opponi quoad primam partem dictæ diſtinctionis, quòd etiam blaſphemię ſimplices ſpectant priuatiuè ad Iudices Eccleſiaſticos, & vbi extant Inquiſitores, ſpectant ad hos ſolùm, quia licèt attento Iure antiquo blaſphemiæ ſimplices eſſent mixti fori, & inter Iudicem Eccleſiaſticum, & Sæcularem eſſet locus præuentioni, vt dicunt ſupracitati Doctores, & Sanchez. *in præcepto Decalogi lib. 1. cap. 32. num. 37.* Barboſ. *de Offic. Epiſc. par. 3. alleg. 51. num. 93. & 94.* Tondutus *de præuentione par. 2. cap. 27. num. 12.* Carena *de S. Offic. par. 2. tit. 7. §. 3. num. 14.* imò ſpeciale eſſe in hoc crimine, non in alijs criminibus mixti fori, vt ab vtroque Iudice poſſet blaſphemus puniri ex Abb. & Fabio à Monte Leone dicit Lazzar. *d. quæſt. 6. num. 3. in fine*, itaut Iudex Sęcularis poſſet Reum à Iudice Eccleſiaſtico punitum, iterum pro eadem blaſphemia moleſtare, & punire.

63 Nihilominus de Iure nouo Pontificio ex Bulla ſan. mem. Iulij III. *in ordine 23.* §. 6. cognitio cuiuslibet blaſphemiæ ſpectat priuatiuè quoad omnes alios ad Hæreticæ prauitatis Inquiſitores; & ad eoſdem etiam vigore dictæ Bullæ ſpectat auctio, & additio pœnarum, maximè corporalium, vt apparet ex verbis: *quos volumus poſſe addere præſtitutis pœnis, & maximè in corpore, ſi modus blaſphemiæ ob grauitatem, impietatem, vel malitiam id expoſcat*, Vndè nō ſolùm diſpoſitio bannimentorum debet dici inualida, & non attendenda ex dicto capite, ſed etiā ex capite augumenti pœnæ impoſitæ in dictis bannimentis, non obſtante quòd plures Doctores firment poſſe Principes Sæculares ob fauorem Fidei pœnis de Iure Canonico impoſitis addere alias maiores contra hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos, & ſunt Gloſ. *in Clem. ne Romani, verb. tolli de election.* Butr. *in cap. cum ſit generale num. 19. de foro compet.* Carrer. *de hæretic. num. 64.* Pegna *in addit.* ad Emeric. *in director. Inquiſit. par. 3. quæſt. 86. comment. 135. verſ. de Principibus cum ſeq.* vbi exclamat: *Atque vtinam tales in Chriſtiana Republica Principes multi reperirentur, neq; enim res Fidei in deterius laberentur, nec ſuperioribus annis florentiſſima Regna corruiſſent, & miſerè in hæreſes tetras, & nefarias incidiſſent*: eamdem opinionem tuentur Decian. *tract. crim. lib. 5. cap. 25. num. 20.* Farinac. *quæſt. 186. num. 157.* Caſtropal. *tom. 1. tract. 4. diſput. 8. punct. 14. num. 4.* Paſſerin. *in cap. vt inquiſitionis reg. 4. num. 25. poſt med. de hæretic. in 6.* Petr. Barboſa *in l. Titia num. 37. & ſeqq. ff. ſolut. matrim.* Thom. del Bene *de S. Offic. par. 2. dubit. 196. num. 10. verſ. dixi, quòd non poſſunt, & de Immunit. Eccleſ. cap. 8. dub. 26. ſect. 3. n. 5.* ſiquidem cum Pontifex in dicta Bulla tribuat facultatem Inquiſitoribus augendi pęnas contra blaſphemos, omnibus alijs eam adimere videtur: prout *de Conſtitutione ſan. mem. Sixti V. 17. in ordine*, qua Inquiſitores conſtituuntur Iudices priuatiuè quoad Iudices Sæculares in omnibus ſortilegijs, etiā ſimplicibus, firmant reprobatis Freitas, & Bouadilla, Carena *de S. Offic. par. 2. tit. 12. §. 16. num. 137. verſ. attamen ego.* Tondur. *de præuent. par. 2. cap. 27. num. 4.* & pluribus citatis Bordon. *Sacr. Tribun. cap. 18. num. 49. & 50.*

64 Præſertim verò quia in dictis bannimentis datur etiam modus procedendi contra blaſphemos ex depoſitione vnius teſtis, vnita cum depoſitione, ſeu denuncia accuſatoris;

ris; nam Doctores, qui firmant poſſe Principes Sæculares addere pœnam contra hęreticos, denegant eis facultatem diſponendi quoad modum procedendi, ex rationibus adductis à Caſtropal. *d. punćto* 14. *num.* 3. & à P. Thoma del Bene *de S. Offic. par.* 2. *dubit.* 196. *num.* 7. *&* 8. & à Fermoſino *in cap. Eccleſia S. Mariæ quæſt.* 55. *num.* 7. *&* 8. *de conſtit.* & quod plus eſt in eiſdem bannimentis diſponitur de percutientibus, ſeù quouis alio modo offendentibus Imaginem, ſeu Statuam Dei, ſeu Deiparæ Virginis, aut alicuius Sancti, quòd tamquam hæreſim manifeſtam redolens, prout probant ex Alphon. de Caſtro, Genuen. P. Zanardo, Carena *de S. Offic. par.* 2. *tit.* 7. §. 7. *num.* 38. & ex Diana. & Genuen. Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 1. ob rationem, quia percutiens Imagines Sanctorum, videtur aſſerere imaginum vſum non eſſe ſeruandum, & ita videtur incidere in hæreſim damnatam in S. Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de inuocat. & Venerat. & Reliq. Sanctorum,* debet priuatiuè cognoſci in Tribunali S. Officij, vt firmant Carena *loc. cit. num.* 41. vbi ex Azeuedo refert ita fuiſſe decisum in Hiſpania, Genuenſ. *prax. Archiepiſc. Neapol. cap.* 18. *num.* 13. *Diana par.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 9. Antonell. *loc. cit. cap.* 25. *num.* 1.

65 Sed reſpondetur, quòd etiam in terminis Iuris noui Pontificij, blaſphemię ſimplices ſunt mixti fori, & ad vtrumque Iudicem ſpectant, itaut inter eos ſit locus præuentioni, iuxta communem Doctorum opinionem, quam comprobant, vltra ſupra adductos, Sperell. *deciſ.* 134. *num.* 9. Baldax. Thomaſ. *tract. var. tom.* 4. *tit. de mixto foro num.* 24. Conciol. *crim. reſol.* 2. *num.* 1. *verbo blaſphemia,* Vulp. *in praxi cap.* 41. *numer.* 47. Auend. *de Mandato Regio par.* 2. *cap.* 5. *nu.* 3. Marc. Antonin. *var. lib.* 3. *reſol.* 12. Seuerin. ad Sanfelic. *deciſ.* 396. *verſ. cognitio verò* Fragoſ. *de Regim. Reipubl. Chriſtianæ par. prima lib.* 2. *diſput.* 4. §. 5. *num.* 9. qui *numer.* 6. ait hoc eſſe verum, etiamſi agatur contra Iudæos, quòd vult etiam Del Bene *de Sancto Officio par.* 2. *dubit.* 218. *ſect.* 15. *corollar. n.* 11.

66 Etenim Bulla sanct. mem. Iulij III. in qua conſiſtit totum fundamentum eorum, qui aſſerunt hodiè blaſphemias ſimplices non eſſe mixti fori, tamquam localis facta pro Vrbe Roma, extrà Vrbem non debet, & nec poteſt extendi, vt dicunt Salelles *lib. primo regul.* 138. *num.* 65. P. Bordonus *Sacr. Tribunal. cap.* 28. *num.* 38. *in fine,* del Bene *de S. Offic. par.* 2. *dubit.* 218. *ſect.* 15. *corolar. num. primo verſ. ſed hodie non ſeruatur,* Carena *de S. Offic. par.* 2. *tit.* 7. §. 3. *num.* 17. *in fine.* Et vlterius diſpoſitio prædictę Bullæ Iulij eſt reuocata ex Conſtitutione B. Pij V. *in ordine* 5. incip. *Cùm primum* §. 10. vbi innouat Conſtitutionem sanct. mem. Leonis X. *in ordine* 7. incip. *Supremæ diſpoſitionis,* in qua §. 33. Pontifex non ſolum non adimit Iudicibus ſæcularibus cognitionem criminis blaſphemiæ, ſed potiùs cogit eos, vt animaduertant, & blaſphemantes iuſtis pœnis afficiant, indicta contra eoſdem Iudices pœna, ſi neglexerint; & ideò plures Doctores ad oſtendendum crimen blaſphemiæ eſſe mixti fori allegant prædictam Bullam Beati Pij V. vt videre eſt penès Lazzar. *d. quæſt.* 6. *num.* 3. *circà finem,* & Bellett. *diſquiſit. Cleric. par. prima de fauor. Cleric. real.* §. 4. *nu.* 140. *& par.* 2. *de pœnis Clericor.* §. *primo num.* 6. *in fine.*

Ceſſat conſequenter aliud motiuum deductum ex eadem Iulij III. Bulla ad adimendam facultatem augendi pęnas contrà blaſphemos; quia, cum ſit localis, & ſit per Succeſſorem tacitè reuocata, vt diximus, remanet libera omnibus facultas ſtatuendi, & pœnas augendi, quia cum crimē blaſphemiæ ſit mixti fori, & ſic ſpectet æquè benè Iudici laico, ac Iudici Eccleſiaſtico, vt dictum eſt ſupra, non debet denegari eidem Iudici laico facultas, & poteſtas ſtatuendi nouas pęnas, & veteres augendi, prout ſibi expedire ſuo Dominio videbitur.

67 Et ceſſat pariter, quod fuit dictum, & oppoſitum de forma data circa modum procedendi, & crimen probandi, quia cum crimen blaſphemiæ ſit mixti fori, vt dictum eſt ſupra, & eius cognitio ſpectet æquè benè Iudici laico, non eſt quod D. Cardinali imputetur, ſi modum in Euangelio à IESV Chriſto Domino noſtro ſemper benedicto inſinuatum Matth. *cap.* 18. *verſ.* 16. in ſuis bannimentis ſtatuit obſeruari, vt probaui in hoc eodem §. *ſub num.* 43.

68 His ſtãtibus remanet ſolùm ad annullandam diſpoſitionem noſtrorum bannimentorum motiuum, quod diſponant de percutientibus, ſeù quoquomodo offendentibus imaginem, ſeu ſtatuam Dei, ſeù Beatiſſimæ Virginis, ſeu Sanctorum.

69 Sed reſpondetur, hoc non poſſe infringere eorum validitatem, quia & hoc eſſe mixti fori dicunt Anchar. *conſ.* 15. Marſil. *in l. ex Senatus Conſulto num.* 8. *ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* Clar. *pract. crim. quæſt.* 68. *verſic. imaginem,* Baiard. ibi *in addition. num.* 49. *& ſeqq.* Simanch. *Catholic. Inſtit. tit.* 32. *num.* 17. Farinac. *quæſt.* 20. *num.* 68. *& ſeqq. & in addit. ad dict. quæſt.* 20. *num.* 70. impreſſa poſt tertium librum conſiliorum eiuſdem Caball. *crim. reſol.* 91. *num.* 11. (qui *num.* 12. contendit etiam hoc crimen ſpectare ad ſolum Iudicem Sæcularem) Menoch. *de arbitr. caſ.* 376. per tot Franch. *deciſ.* 504. vbi Ricc. *in addit.* Porrus *faſcicul. rerum criminal* §. *blaſphemia fol.* 45. vbi refert quemdam nuncupatum, *lo Spagnoletto,* fuiſſe Mediolani de ordine Senatus ſuſpenſum ob calcatam S. Imaginem pedibus, & plura huiuſmodi exempla refert Chartar. *deciſ. crim.* 2. *nu.* 8.

70 Nec obſtat, quod Carena *de S. Offic. par.* 2. *tit.* 7. *de blaſphemia* §. 7. *num.* 41. dicat cognitionem huius criminis ſpectare ad Iudi-

cem

eem fidei priuatiuè, quoad laicos, ob quatuor rationes, primò quia qui frangit, vel conſpurcat alicuius Sancti Imaginem, videtur dicere, & fateri imagines non eſſe venerandas: Secundò, quia non præſumitur quod dictam Imaginem deturparet, niſi crederet, & teneret Imagines non eſſe venerandas: Tertiò quia apud Græcos, effractores Imaginum vocantur hæretici: Quartò, quia ita fuit practicatum in Hiſpania in quodam nouiter conuerſo, qui ob fractionem Imaginis Beatiſs. Virginis poſt condemnationem in pœnam truncationis manus, & vltimi ſupplicij fuit iuſſu Dominorum de Regia Cancellaria Pinciana remiſſus ad Inquiſitores, vt teſtatur Azeuedo *Recopil. lib. primo tit. primo leg. 3. num. 7. & ſeqq.* & ita fuiſſe practicatum in hac Ciuitate Bononiæ in tribus Viris, qui plures Imagines conſpurcauerãt, fuerunt enim de ordine Supremi Tribunalis S. Romanæ Inquiſitionis, traditi brachio ſæculari de anno 1623. refert idem Carena *ibidem numer. 42. verſ. quia hoc negatur*, & ita obſeruati in Hiſpania reſtatur Souſa *in Aphoriſmis Inquiſit. lib. 2. capit. 42. n. 14. & ſeqq.* quem allegat idem Carena *loc. cit.* & hanc opinionem nouiſſimè tuetur etiã Bordonus *Tribunal. ſacro cap. 26. n. 23.* motus tum quia ſic delinquens redditur vehementer ſuſpectus de Hæreſi, tum quia tale crimen eſt ſub genere blaſphemiæ hæreticalis, tum quia ſic Imagines ſacras malè tractans, declarat prauum intellectum circa vſum ſacrarum Imaginum.

71 Quia eſto, prout eſt veriſſimum, quod, opinio Carenæ ſit attendenda, adhuc diſpoſitio bannimentorum non poteſt infringi. Primò, quia ad ſuſtinendum Edictum ſufficit, quod non ſit adhuc determinatum Deciſione Pontificia, cauſam percutientis Imagines Sanctorum ſpectare ad Tribunal Eccleſiaſticum, ſeu ad Tribunal S. Officij, etenim lex vt iuſta ſit, ſufficit non eſſe contra Iura Canonica, vt aduertit Gabriel Pereyra *de manu Regia part. 2. cap. 71. num. 5. in fine*.

Secundò, quia opitulatur eidem ſententia eorum, qui dicunt poſſe Principes ſeculares ſtatuere, & pœnas augere contra hæreticos.

72 Tertiò, tandem, quia Cardinales Legati à Latere poſſunt de hæreſi cognoſcere, quia vices Summi Pontificis pleniſſimè gerunt, vt ex Farinac. & alijs ait Thom. del Bene *de S. Offic. par. 2. dubit. 195. ſect. 18. num. 2. & de Immun. Eccleſ. cap. 14. dubit. 9. ſect. prima num. 2.* & licèt ſubdat *ibidem.* de conſuetudine ſine ſpeciali commiſſione Summi Pontificis, ſeu ſupremi Tribunalis Sanctæ Inquiſitionis id Cardinales facere nõ poſſe, nihilominus talis conſuetudo non poteſt, nec debet extendi, vt tollat etiam ius ſtatuendi, quia conſuetudo eſt ſtrictè intelligenda, vt pluribus oſtendit Ant. Piagius *in tract. de Iure conſuetudinis cap. 12. num. primo* maximè quando eſt contra ius, vt ſubdit idem Piagius *ibid. num. 24. & ſeqq.* vbi plurimos allegat concordantes.

73 Et iſta ſecundùm me eſt melior ratio, quia prima deducta ex aſſertione Pereyræ, quod lex eſt iuſta, quoties non eſt contra Iura Canonica, non eſt bona ratio, quia indè ſequeretur quod omne Edictum Principis ſæcularis valeret, quatenùs non eſſet contra præciſam Canonum ſanctionem; & tamen ſatis eſt, quod controuertatur, an res ſit ſpiritualis, vel ſpirituali annexa, adhoc vt ſæcularis nequeat ſe intromittere, & legem ſuper ea ferre, vt in terminis vſurarum, matrimonij, & periurij benè perpendit Petrus Barboſa *in l. Titia num. 50. & ſeqq. ff. ſolut. matrim.* & nec poteſt dici omnino bona illa ratio deducta ex facultate, quam Doctores tribuunt Principibus ſæcularibus, ſtatuendi, & augendi pœnas contra hæreticos, quia impugnatur ex illo valido fundamento, quo Abb. *in cap. cum ſit generale de foro compet.* motus fuit ad tuendum contrarium, nempè quia cum crimen hæreſis ſit merè Eccleſiaſticum, ad Iudicem Eccleſiaſticum, & non ad ſæcularem ſpectat cognitio, & pœnæ determinatio. Et certè ſi vera eſſet concluſio à Gloſa, Butrio, & alijs ſupracitatis Doctoribus firmata ſequeretur, quòd ſæculares cum non poſſent ſine proceſſu pœnam additam imponere, cognoſcerent ſaltem indirectè de hæreſi cõntra *Text. in dicto cap. vt Inquiſitionis*, & *in dicto cap. Statutum* ſequeretur etiam quòd fruſtrà à Bonifatio VIII. in *dicto cap. vt Inquiſitionis* fuiſſent approbatæ, & canonizatæ Leges Ciuiles à Federico Imperatore contrà hæreticos latæ, nihil enim, niſi augmentum pęnarum propoſuit in ſuis legibus, & tamen omnes Doctores aſſerunt illas fuiſſe nullas, inualidas, & approbatione, ac confirmatione Pontificia indiguiſſe, Fermoſin. *in cap. Eccleſia S. Maria quaſt. 55. num. 5. de Conſtit.* Carena *de S. Offic. par. 2. tit. 3. §. 4. num. 13. verſ. nec obſtat.*, Thom. del Bene *de S. Offic. par. 2. dubit. 196. num. 9.* Decian. *tract. crim. lib. 5. cap. 26. num. 4.*

74 Et quia iſta materia eſt digna omni attentione, volui videre, & perpendere verba formalia, & conſiderare rationes Doctorum pro vtraque parte, & opere prætium eſſe duxi omnia hic referre, vt aliorum ſit iudicium, an opinio Abbatis, quam ſequor, veritati magis approximetur.

75 Doctores igitur qui affirmant, ſunt Gloſa *in clem. ne Romani de elect. verbo tolli*, ibi: „ *innari poſſet per pena adiectionem.*

Antonius de Butrio *cap. cum ſit generale num. 19. de foro compet.* ibi: „ Puto tamen „ ſæcularem poſſe nouas pœnas addere laico, „ & illas imponere, ſed declaratio hæreſis „ competit ſoli Iudici Eccleſiaſtico, & propter hoc periculum reſeruatum eſt, & tran- „ ſlatum in merum Eccleſiaſticum.

Decian.

Decian. *tract. crim lib. 5. cap. 25. num. 2. verſ. ſed & Canoniſtarum*, ibi: „ Canoniſta-
„ rum aliqui conſentiunt, quòd Sæcularis Iu-
„ dex poſſit præter ſententiam Eccleſiaſtici, &
„ pœnas in ea appoſitas, aliàs nouas infligere
„ ſuperaddendo, vt tenuit Ant. de Burrio *in*
„ *cap. cum ſit generale de foro compet.* licèt Panor.
„ ibi de hac deciſione dubitet, opinio tamen
„ Antoni non videtur ſine ratione: quia licèt
„ per pœnæ adiectionem lex Superioris tolli
„ non poſſit, adiuuari tamen poteſt per pœ-
„ næ impoſitionem, vt eſt Gloſ. *in Clem. ne*
„ *Romani in verbo tolli de elect.* & notatur *in c.*
„ *Si propter de reſtit. in integr. in* 6. & per Ioan.
„ Andr. *in cap. vlt. de Offic. Arch.* & Panorm.
„ *in cap. Prudentiam vlt. not. de offic. de legit.* &
idem Decian. *eod. cap. 25. n. 20.* ibi: „ Licèt
„ putem ego contrarium veriùs, quod etiam
„ tenuit Butr. *in d. cap. cum ſit generale.* nam po-
„ teſt Sæcularis augere pœnam, & aliquid ad-
„ dere in fauorem Fidei contra hæreticos, vt
„ dixi ſupra *hoc cap. num. 2. in prima fallentia,*
„ & eſt Gloſ. *in Clem. ne Romani de elect.*

Andreas Barbatia *in apoſtilla* ad Abbat. *in cap. cum ſit generale num. 19, de foro competen. lit. A. verbo nouas pœnas*, ibi: „ Tu pondera,
„ quia imò dictum D. Anton. de Burrio eſt
„ verius, ex eo quia quis poteſt augere pœnā,
„ & coadiuuare ius commune quoad nō ſub-
„ ditum argumento eius quod voluit Gloſ. *in*
„ *Clem. ne Romani de elect.*

Franc. Pegna ad Emeric. *Direct. Inquiſit. quæſt. 86. commen. 135. verſ. de Principibus*,
„ ibi: „ De Principibus Sęcularibus quæſitū
„ eſt, an poſſint ſuis legibus pœnas contra hę-
„ reticos latas, vel etiam contra ſuſpectos de
„ hęreſi augere, in quo articulo fortaſſis quiſ-
„ piam diceret id eis non licere, cum hoc cri-
„ men ſit merè Eccleſiaſticum, in quo laici
„ nec directè, & nec indirectè ſe intromittere
„ debent *cap. vt inquiſitionis §. prohibemus de*
„ *hæretic. in* 6. Cæterùm obiter hæc mihi tra-
„ denti, veriùs nunc videtur poſſe Sæculares
„ Principes ex cauſa tales leges condere, qui-
„ bus in hæreticos, & ſuſpectos pœnæ augeā-
„ tur, aut iam latæ leges aduerſus eos, quæ
„ fortaſſis in ſuis Ditionibus, & Dominijs nō
„ cuſtodiuntur, in vſum reuocentur, & in
„ viridi obſeruantia permanere iubeantur,
„ atque vtinam tales in Chriſtiana Republica
„ Principes multi reperirentur, neque enim
„ res Fidei in deterius laberentur, nec ſupe-
„ rioribus annis florentiſſima Regna corruiſ-
„ ſent, & miſerè in hæreſes tetras, & nefarias
„ incidiſſent. Poſſunt ergò mea quidem ſen-
„ tentia talia Statuta condere, neque hoc eſt
„ intromittere ſe de crimine Eccleſiaſtico,
„ ſed fauere potius Eccleſiæ, & incrementum
„ Fidei procurare: nam per huiuſmodi Sta-
„ tuta non auferunt proprijs Iudicibùs, vide-
„ licet Epiſcopis, & Inquiſitoribus iuriſdi-
„ ctionem: ſed eam potiùs ampliant, iuuant,
„ & amplius promouent; id quod eſſe debet
„ Principum Secularium proprium, & pecu-
„ liare munus, vt grauiter docuit Conradus
„ Brun. *lib. 3. de hæret. cap. 9. & 10.* Poſtremò
„ Romani Pontifices Principum Sæcularium
„ Leges, & Decreta aduerſus hæreticos, & ſu-
„ ſpectos, varijs temporibus edita, non mo-
„ dò non ſuſtulerunt, aut abrogarunt, imò
„ confirmarunt, & inuiolabiliter cuſtodiri
„ iuſſerunt vt conſtat ex multis Pontificum
„ reſcriptis editis in Bullario Literarū Apo-
„ ſtolicarum. Quod ipſum facturos crede-
„ rem proculdubio & cæteros Romanos
„ Pontifices quoties, vel Catholici Principes
„ nunc, aut futuris temporibus, vel inſignis
„ aliqua Reſpublica, vel Ciuitas, vel Mino-
„ res Reguli in ſuis Dominijs Leges nouas
„ conderent, quibus cōmodè hæreſes aut na-
„ ſci impedirentur, aut iam natæ facilius ex-
„ tirparentur. Quòd initio naſcentis Luthe-
„ ranicę perfidiæ valdè laudabiliter Brixia
„ Italiæ Ciuitas Catholica, & Illuſtris conſe-
„ quuta eſt: nam ad extirpandam Lutheri
„ hæreſim, quæ ſeſe occultè inſinuabat, prę-
„ clarum, & honorificum edidit Statutum,
„ quod Clemens Septimus anno 1528. & lau-
„ dauit, & confirmauit. Poſſent ergo exem-
„ pli gratia Seculares Magiſtratus, & Domi-
„ ni Terrarum condere tale Statutum, quòd
„ Iudæi, vel alij Infideles in ſuis terris com-
„ morantes teneantur hæreticos accuſare, ſeu
„ denunciare, aut alia huiuſmodi multa. Et
„ quidem ſententiam hanc non obſcurè con-
„ firmare videtur B. Auguſtinus Epiſcopus
„ *epiſt. 48. ad Vincent.* vbi ita ſcribit: ſeruiant
„ Reges terræ Chriſto, etiam ferendo leges
„ pro Chriſto, *& epiſt. 50. ad Bonifatium*,
„ quo loco ait ita: „ Nam, & temporibus
„ Prophetarum omnes Reges, qui Populo
„ Dei non prohibuerunt, nec euerterunt quę
„ contra Dei præcepta fuerant inſtituta, cul-
„ pabantur: & qui prohibuerunt, & euerte-
„ runt ſuper aliorum merita laudabantur.

Farinac. *de hæreſi quæſt. 186. num. 157.* ibi:
„ Poteſt ſæcularis Princeps nouas imponere
„ pœnas, vltrà pœnas impoſitas de Iure Ca-
„ nonum, dummodò ab illis non recedat, vt
„ per Carrer. *de hæretic. n. 64.* Pegna ad Emeric.
„ *comm.* 135. vbi pluribus hanc probat, & de-
„ fendit ſententiam Decian. *tract. crim. lib. 5.*
„ *cap. 25. nu. 2. verſ. ſed & Canoniſtarum*, vbi lo-
„ quitur in Iudice augente pœnas inflictas à
„ Iudice Eccleſiaſtico, & ponit exemplum,
„ quandò Iudex Eccleſiaſticus omiſiſſet in
„ ſententia imponere pœnam confiſcationis
„ bonorum, quod ipſe ſæcularis poteſt illam
„ addere & *dicto cap. 25. num. 20.* vbi loquitur
„ de Principibus ſæculatibus, reprobatque
„ contrarium tenentes,

P. Ferdinandus de Caſtropal. *moral. lib. 1. tract. 4. diſp. 8. punct. 14. num. 4.* ibi: „ Dixi
„ nulla eſſe ſtatuta laicorum præſcribentia
„ modum diſtinctum procedendi in crimine
„ hæreſis ab eo, quem Eccleſia obſeruat. Nam
„ ſi Statuta ſolum augeant, & promoueant
„ talem procedendi, & puniendi modum, va-

lida

„ lida ſunt, firma, & laudabilia, quia hæc non
„ cedunt in diminutionem Eccleſiaſticæ Iu-
„ riſdictionis; ſed potiùs in illius augumen-
„ tum. Cur ergò valere non debent? & ita
„ validas, & laudabiles eſſe leges augentes
„ pœnas per Ius Canonicum hæreticis impo-
„ ſitas, aut impoſitas ab Eccleſiaſticis Iudici-
„ bus obſeruari mandantes, probat optimè
„ doctiſſimus Pegna, Carrer. Decian. Farin.

Pater Thomas del Bene *de Immun. Eccleſ. par. 1. cap. 8. dubit. 26. ſect. 1. num. 5.* ibi:
„ „ Non nego tamen, quod poſſit poteſtas
„ laica dicto crimini alias pœnas (præter eas,
„ quæ Iure Canonico ſunt impoſitę, ſi nō ſint
„ eis contrariæ) imponere, proſequi, & exerce-
„ re, ſicut ex communi tradunt Pegna, Farin.
„ Carrer. Decian. & videri etiam poterit Do-
„ ctiſſimus Card. de Lugo *in trac. de Fid. diſp.* 14

Idem *in tract. de S. Offic. par. 2. dubit. 196. num. 10. verſ. dixi, quòd non poſſint*, ibi: „ Si
„ conderent Statuta, vel Decreta, quæ ſo-
„ lùm augeant, & promoueant talem proce-
„ dendi, & puniendi modum, firma, & va-
„ lida forent, cùm tunc non in Eccleſiaſticæ
„ Iuriſdictionis diminutionem, ſed potius in
„ illius augumentum cederent, quapropter
„ laicorum Statuta, vel Decreta pœnas per
„ Ius Canonicum hæreticis impoſitas augen-
„ tia, vel ab Eccleſiaſticis Iudicibus impoſi-
„ tas obſeruari mandantia, firma, & valida
„ eſſe diffusè probaui *in tract. de Imm. cap.* 8. &
„ tradunt Pegna, Decian. & alij communi-
„ ter, quos citat, & ſequitur Farinac. *quæſt.*
„ 186. *num.* 157. qua ſimili ratione poſſunt
„ Principes, Magiſtratus, & Iudices Sæcula-
„ res punire hæreticum laicum alijs pœnis
„ præter eas, quæ iure Canonico imponun-
„ tur, dummodò eis non ſint contrariæ, ne-
„ que eas impediant modo, quo ſupra dice-
„ bam, & tradunt Pegna, Decian. & alij.

P. Paſſerinus *in cap. vt Inquiſit. regula 4. num. 25. de hæretic. in 6.* ibi: „ Quòd etiam
„ Princeps laicus nihil poſſit ſtatuere in con-
„ cernentibus crimen hæreſis, tàm quoad
„ proceſſum, quàm quoad punitionem, pro-
„ bat Farinac. *quæſt.* 186. *num.* 155. ſed Pegna
„ *par. 3. Comment. 135. verſ. de Principibus*, di-
„ ſtinguit inter Statuta, quæ aduerſantur Iu-
„ riſdictioni Iudicum Fidei, & hæc fieri non
„ poſſunt, vt habetur *ex cap. Statutum Ciuita-*
„ *tis, & cap. accuſatus, §. Sacerdotes ſupra in hoc*
„ *tit. & lib.* & ibi hoc fuit explicatum; Vel Sta-
„ tuta ſunt fauorabilia Eccleſiæ, & eius Iuriſ-
„ dictioni, & in augumentum Fidei, & hu-
„ iuſmodi Statuta à Principibus Sæcularibus
„ fieri poſſunt, quia per hæc Statuta Iuriſdi-
„ ctio Epiſcoporum, & Inquiſitorum amplifi-
„ catur, & promouetur, quod facere debent
„ Sæculares Principes, vt probat Corradus
„ Brunus *lib. 3. de hæret. cap. 9. & 10.* tùm
„ quia Romani Pontifices Principum Sæcu-
„ larium Leges aduerſus hæreticos, & ſuſpe-
„ ctos de hæreſi latas, non ſolùm non repro-
„ barunt, ſed confirmarunt, vt patet ex prin-
„ cipio *huius cap.* & ex quampluribus Conſti-
„ tutionibus Summorum Pōtificum, & hoc
„ idem facturi eſſent Pontifices, ſi aliqua inſi-
„ gnis Reſpublica, vel Ciuitas, vel minores
„ Reguli in ſuis Dominijs conderent nouas
„ Leges, quibus nouæ hæreſes aut naſci im-
„ pedirentur, aut natæ faciliter extirparen-
„ tur. Ideò Principes Sæculares poſſe nouas
„ pœnas imponere contra hæreticos vltra
„ pœnas impoſitas de Iure Canonico, dum-
„ modò iſtis illæ non aduerſentur, vel poſſe
„ facere, vt in ſuis Dominijs antiquæ pœnæ
„ in vſu reuocentur, & in viridi obſeruantia
„ permaneant, cum eodem Pegna voluerunt
„ Carrer. Farin. Decian. vbi quòd ſi Iudex
„ Eccleſiaſticus omiſiſſet in ſententia ponere
„ confiſcationem, poſſet illam addere, pariter
„ idem Pegna vult, quòd Principes Sæcula-
„ res poſſunt ſtatuere, quòd Iudæi, vel alij
„ Infideles in ſuis Dominijs commorantes
„ teneantur hæreticos denuntiare, & alia hu-
„ iuſmodi multa.

Petrus Barboſa *in l. Titia num. 49. verſic. denique ff. ſolut. matrim.* ibi: „ Veritas tamen
„ eſt Sæculares poſſe addere pœnas, & puni-
„ re vſurarios, adiuuando Ius Canonicum
„ iuxta doctrinam Gloſæ 2. *in Clem. ne Romani*
„ *de elect.* & Ant. de Butrio *in cap. cum ſit gene-*
„ *rale de for. compet.*

Anſaldus *de Iuriſd. par. 2. tit. 11. cap. 19. num. 26.* ibi: „ Si Iudex Sæcularis pœnam
„ vellet diminuere, non poteſt, non autem
„ ſi eamdem pęnam vellet augere.

Corduba de Lara *in l. ſi quis ex liberis §. ſi mater num. 19. ff. de liber. agnoſcen.* ibi: „ Be-
„ nè tamen poteſt pęnę conſtitutę à Romano
„ Pontifice contra hæreticos pęnam addere
„ Gloſ. *in Clem. ne Romani verſ. tolli de elect.* quę
„ crebrius recepta eſt, teſte D. Couar. *in epitom.*
„ *de ſponſal. 2. par. cap. 6. in princip. num.* 17. &
„ Gomeſio *in cap. 2. §. Statuto num. 16. 17. &*
„ *18. de reſcript. lib. 6.* D. Ludouic. Molin.
„ *lib. 2. cap. 16. num.* 11. vndè Leges Regiæ,
„ quæ grauiòribus pęnis infidos, impioſque
„ in Deum homines afficiunt, obſeruari de-
bent, quas Papa (*quod tamen non eſt ve-*
*rum, prout inferius numer. 120. dicam*) ab-
„ rogare non poterit, quia aliter non conſti-
„ tuunt, quàm Ius Canonicum: ipſeque Rex
„ Sæcularis in laicos poteſtatē habet ab ipſo
„ Deo, *auth. quomodo oport. Epiſcop. in princip.*
„ *coll.* 1. De laicis autem perſonis Eccleſiaſti-
„ cus Iudex diiudicare non poteſt, niſi Sæcu-
„ laris Iudex negligens ſit, aut cauſa, quæ in
„ Iudicio diſceptatur ſit Spiritualis, *cap. licèt*
„ *ex ſuſcepto, cap. ex tenore de foro compet.* tra-
„ dunt Anton. de Burgos *in cap. 1. de empt. &*
„ *vendit. num.* 12. Stephan. Aufrer. *tract. de*
„ *poteſt. Eccleſ. inter merè laicos*, Firmanus *tract.*
„ *de Epiſcop. 2. par. princip. quarti libri.* Hinc
„ colligitur, quòd ſi làicus ab Inquiſitoribus
„ Apoſtolicis impius in Deum hæreticus de-
„ claretur, non ſolùm punietur pęnis à Iure
„ Canonico conſtitutis, ſed etiam illis, quæ

à Iure Ciuili introductæ ſunt, quod ſi Papa huic indulſerit, pęnamque laxauerit, de illa pœna intelligetur, quæ à Iure Canonico eſt introducta, non de ea, quæ à Iure Ciuili, quam licèt expræſsè laxet, cum ſit hæreticus ſæcularis perſona Principi ſubiecta, non poterit Papa in hac parte legem ciuilē abrogare, quæ bono publico introducta eſt. Vnde ille, cui Papa indulſit, pœnis à Iure Ciuili conſtitutis punietur, *argum. cap. nouit de iudic.*

Ludouic. Carrer. *in tract. de hæretic. n. 64.* ibi: „Et ſic amplia, vt Sæcularis non poſſit cognoſcere etiam indirectè poſt condemnationem factam per Eccleſiaſticum in exequutione dictæ ſententiæ, licèt Sæculari tradatur puniendus *iuxta cap. 51. præſidentes de hæretic. in 6. d. §. prohibemus, & d. cap. ad abolendum, & cap. 1. de hæretic. in 6.* limita tamen niſi addendo laico nouas pœnas, poteſt enim Sæcularis Iudex nouas pœnas addere laico, licèt hæreſis declaratio ſpectet ad ſolum Eccleſiaſticum; ita Ant. de Butr. *in cap. cum ſit generale de foro compet.* de quo tamen Panorm. ibi dubitat, cùm tale crimen ſit merè Eccleſiaſticum, & ad eum ſpectet cognitio, & non ad laicum, nec valebit Statutum alias pœnas imponens *per not. in cap. 2. de Conſtit. in 6. & in l. fin. ff. de Iuriſd. omnium Iudic.* facit *cap. Statutum de hæretic. in 6.* & tantò magis ex quo eadē pœna imponitur tā à Iure Canonico, quàm à Iure Ciuili, & conſuetudinario, vt dicit Panormit. *in d. cap. ad abolendum in gloſ. audientia* poſt Hoſt. & Io: Andr. videlicet pœna ignis, & concremationis, auctoritate Ioann. 15. *cap. & dicetur infra ſuo loco*, & patet *in Conſt. Regni Inconſutilem in fine*; & per Felin. *d. cap. ad abolendum in fine*, meritò alias pœnas fortè ſtatutarias non poſſet imponere: pro prædicto tamen Ant. videtur facere Gloſ. *in Clem. ne Romani verſic. tolli de elect.* ibi: licèt per pœnę adiectionem lex ſuperioris tolli non poſſit, tamen adiuuari poteſt per pœnæ impoſitionem, & notat *in cap. ſi propter de reſtit. in integr. in 6.* Ioann. Andr. *in cap. fin. de offic. Archidiac.* Panormit. *in cap. prudentia vlt. not. in princip. de offic. deleg.* Dec. *in conſ. 11. 7. coll. verſ. non obſtat Statutum*, licèt ergò non poſſet Iudex laicus nouas pœnas imponere in præiudicium Iuris Eccleſiaſtici, tamen poteſt addere laico nouas pœnas, dummodò non recedat à pœnis Eccleſiaſticis, ſed eaſdem imponat, aliud enim eſt facere contra legem, aliud præter legem, vt notat Bart. *in l. cum lex ff. de fideiuſſ. & in l. ſtipulatio iſta §. alteri ff. de verbor. oblig.* & nota quod licet *Conſtitutio Regni Inconſutilem* dictet Officiales ſæculares poſſe procedere, & pœnam ignis imponere, tamen illa *Conſtitutio* fuit ante *d. cap. vt Inquiſitionis §. prohibemus*, cum ibi fiat mentio de conditore *d. Conſtit. Frider. Imperat. de Statut. contra liber. Eccleſ. §. gazaros cum ſeq.* licèt ergò fortè *ante d. cap.* Iudex Sæcularis potuiſſet procedere, & punire; tamen hodie non poteſt *per d. §. prohibemus*, & etiam *per cap. Regni* incip. *item ſtatuimus, quod Officiales Sæculares editum in planitie S. Martini per Regem Carolum Primum*, prohibentur Iudices Sæculares intromitti in crimine Eccleſiaſtico.

Couarr. *de Sponſalibus par. 2. cap. 6. nu. 18.* ibi: „Io: Lupus eius legis ſcilicet 49. *Tauri* interpræs, qui in dicta lege condenda ſuam ſententiam dixerat, teſtatur conditores illius legis credidiſſe poteſtatem habere ad condendam illam legem ex Gloſ. *in Clem. ne Romani de elect. verbo tolli*, dicente poſſe Iure Canonico inferiorem addere pœnam prohibitioni, & legi Superioris, & ſi contra legem Superioris is ſtatuere non poſſit, quam gloſam dicit ſingularem Felin. *in cap. 1. de Sponſal. num. 13. & in cap. 2. col. 2. de probat.* & Dec. *in cap. quę in Eccleſiarum de Conſt. col. 4.* Igitur Princeps Sæcularis, & ſi non valeat ſtatuere in matrimoniali materia: potetit tamen prohibitioni Romani Pontificis hac in re pœnas addere.

Ceuall. *comm. contra comm. q. 897. n. 673. p. 4* ibi: „Licèt Lex, ſeù Princeps Sæcularis nō poſſit aliquid diſponere circa Spiritualia, poteſt tamen addere pœnas ad maiorem ipſius obſeruantiam, vt tradit Gloſ. *in Clem. ne Romani de elect. verbo tolli.*

Molina *in manuſcript. diſput. 6. de Correpꝛt. Iudiciar. §. cauſę etiam Fidei*, cuius verba pręciſa refert Emanuel de Moura *de Incantat. & Enſalm. opuſc. 1. ſect. 3. cap. 1. num. 34.* ibi: „Quia tamen Eccleſia non procedit ad pœnam ſanguinis, expediens verò, & neceſſarium eſt, vt pœna ſanguinis, & alijs acerbis puniantur, relaxat illos condemnatos de crimine hæreſis, aut apoſtaſiæ brachio ſæculari, auxiliumque illius implorat, vt eos vlteriùs puniat, vt viderit expedire, vt habetur *in cap. ad abolendam, & in cap. excommunicauimus*, il ſecondo, *de hęretic.* quo fit, vt hac ratione ad Principes Sæculares ſpectet condere leges, & illis ſtatuere pœnas, quibus huiuſmodi crimina in foro ſæculari puniantur: quo etiam fit, vt Iudices Sæculares circa ſententiam declaratoriam, & condemnatoriam de crimine intromittere ſe non debeant, quia illa pertinet ad Superius Tribunal Eccleſiæ; ea tamen accepta, & præſuppoſita, munus ipſorum eſt iuxta leges ciuiles condemnare illos ad pœnas talibus criminibus ſtatutas, eaſque executioni mandare.

76 Et relati Doctores, alijq; eos ſequētes potuerunt moueri ad ita dicendum ex triplici ratione; Primò, quia Principibus intereſt ſeueriſſimè puniri hæreticos, eoſdemque exterminari, quia notabiliter perturbant Reſpublicas, & Dominia, & turbas, diſſenſiones, & reuolutiones Regnorum cauſant.

Secundò, quia hæretici, eo ipſo quòd lędunt Diuinam Maieſtatem, in neceſſariam conſe-

conſequentiam ipſos Principes offendunt.

Tertiò, quia punire hæreticos, & eos exterminare, ac pœnis ſeueriſſimis (quibus non vtitur Eccleſia) deterrere, ad hoc vt maneant in Fide, tendit in fauorem, & augumentum ipſius Fidei.

77 Hinc motus Fridericus Imperator cōtra hæreticos plures condidit leges, quas recenſet Gloſ. *in cap. vt Inquiſitionis verbo leges de hæreticis in 6.*

78 Et Franciſcus Rex Franciæ ſtatuit, vt quiſquis aliquid ex 20. & amplius dogmatibus quorumdam Germanorum ab illa celeberrima Pariſiorum Accademia damnatis in ſuis Regnis prædicaret, doceret, affirmaretque, cenſeretur committere crimen læſæ Maieſtatis humanæ, ac proindè contra eum (quiſquis ille eſſet) procederent Iudices ſæculares ac contra proditores, rebelles, & perduelles ſui Regni, vt refert Nauar. *in cap. nouit notab. 6. num. 44. de Iud.*

79 Et Rex Luſitaniæ Ioannes Primus edixit cognitionem apoſtaſiæ à Fide ad ſæculares pertinere, probatamque apoſtaſiam à Iudicibus Sæcularibus puniendam, vt refert Fragoſ. *de Regim. Reipubl. Chriſtian. par. 1. lib. 2. diſp. 4. §. 4. membr. 12. num. 370. verſ. quæſtio eſt*, & Emanuel de Moura *de Incantation. & Enſalmis opuſcul. 1. ſect. 3. cap. primo nu. 31. & 32.*

80 Propterea has, & ſimiles leges, quatenus promulgentur in augumentum Fidei, & conſeruationem pacifici Status Reipublicæ validas, & obſeruandas fore, dummodo non aduerſentur iuri Canonico ex Text. *in cap. 1. de noui oper. nunciat.* firmat Gabriel de Pereyra *de Manu Regia cap. 71. n. 3. verſ. verùm his non obſtantibus* Guttierez *lib. 2. pract. quæſt. 1. num. 113. & ſeqq.* Clar. *§. hæreſis num. 8.* Celſus *in conſ. 38. num. 6.* & facit Gloſ. *in cap. cùm ſecundùm leges verbo certo de hæretic. in 6.* & facit Textus *in l. in Eccleſiis C. de Epiſc. & Cleric. & in c. Sacrorum 34. diſtinct. 63.* quibus legibus, & auctoritate Couar. Guttierez, & Ceuall. *locis ſupra citatis* pro validitate pœnarum auctarum concludit Cutellus *ad ll. Siculas Federici cap. 83. not. 88. in fine.*

81 Contra tamen prędictam concluſionem, quam nemo poterit negare eſſe communi Doctorum opinione corroboratam inſurgit Abb. *in cap. cum ſit generale num. 19. de foro compet.* dicens: „ Putat hic D. Anton.
„ Sæcularem poſſe nouas pœnas addere laico,
„ & illas imponere: ſed declaratio hæreſis
„ competit ſoli Eccleſiaſtico: & de hoc dicto
„ dubito, ex quo enim non poteſt ſe intro-
„ mittere, & eſt merè Eccleſiaſticum, puni-
„ tio non ſpectat ad eum; & per conſequens
„ non valebit Statutum, *arg. cap. 11. de conſtit.*
„ *lib. 6. & in l. finali ff. de Iuriſdict. omnium Iu-*
„ *dicum.*

82 Hæc Abbatis opinio comprobatur ex Franch. Anchar. & Seſſe, qui hos refert. & ſequitur *in tract. de Inhibition. cap. 30. num. 9.* ponunt enim pro firmiſſima regula elicita ex Text. *in cap. Statutum Ciuitatis de hæretic. in 6.* quòd non valent Statuta à Sæcularibus ædita, per quæ alteratur pœna præſcripta per Canones hæreticis: imò ex Anchar. Gemin. & aliis ſubdit Seſſe *ibidem*, quod tali caſu Eccleſiaſticus poteſt cogere Sæcularem, vt tale Statutum reuocet, vel moderetur, *cap. accuſatus §. Sacerdotes eod. tit. cap. vlt. de Immunit. Eccleſ.* & hoc eſt verum etiam ſi ſint fauorabilia, & ſecùdùm quòd Canones diſponant, quia dum diſponunt in materia non ſua, egent Pontificis confirmatione, *cap. quæ in Eccleſiarum gloſ. 1. de Conſtit.* vbi Abb. Dec. Felin. & alij, & propterea Ioannes Pontifex confirmauit Edictum à Iuſtiniano Imperatore contra hæreticos publicatum, quamuis Imperator eum conſenſu Epiſcoporum illud edidiſſet, vt habetur in Epiſtola ab ipſo Imperatore relata *in l. inter claras C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica*, ibi: „ Quorum etiam rela-
„ tione comperimus, quòd Fidelibus Populis
„ propoſuiſtis Edictum amore Fidei pro ſub-
„ mouenda hæreticorum intentione ſecun-
„ dùm Apoſtolicam Doctrinam, Fratrum, &
„ Coepiſcoporum noſtrorum interueniente
„ conſenſu; quòd quia Apoſtolicæ Doctrinę
„ conuenit, noſtra Auctoritate cōfirmamus.

Et Bonifatius Octauus confirmauit leges quaſdam contra hæreticos promulgatas à Friderico Imper. vt habetur *in cap. vt Inquiſitionis de hæret. in 6.* ibi: „ Leges quaſdā per
„ Fridericum olim Romanorum Imperatorē,
„ tunc in deuotione Romanæ perſiſtentem
„ Eccleſiæ promulgatas, quatenus Dei, & Ec-
„ cleſiæ Sanctæ ſuæ honorem promouent, &
„ hæreticorum exterminium proſequuntur,
„ & Statutis Canonicis non obſiſtunt, appro-
„ bantes, & obſeruari volentes. Et eaſdem leges priùs Clemens Papa Quartus ſub Bulla redegerat, vt teſtatur Gloſ. *in d. cap. vt Inquiſitionis verbo leges*, cum certis tamen modificationibus, & adiectionibus, vt dicunt Monach. & Archidiacon. *in d. cap. vt Inquiſitionis*, in ſignum, vt puto, defectus poteſtatis illius, qui eas promulgauerat, & fuiſſe auctoritate Pontificis promulgatam, Auth. *Gazaros C. de hæreticis*, ex corpore, vndè ſumitur, dicit Alciat. *in cap. perniciosam num. 74. de hæreticis*, & fuiſſe à Bonifacio approbatas, Auth. *ſtatuimus C. de Epiſc. aud.* & Auth. *credentes*, & Auth. *ſi verò Dominus*, & d. Auth. *Gazaros C. de hæretic.* aduertit Gloſ. *in d. cap. vt Inquiſitionis d. verbo leges*, & hac Pontificis accedente approbatione Leges, & Edicta ſuſtinentur, non ex vi poteſtatis laicæ, ſed ex diſpoſitione Pontificia, vt ait Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ q. 55. num. 5. de Conſtit.* ſubdens ſub hac declaratione intelligendos eſſe Pegnam *Direct. Inquiſit. par. 3. quæſt. 86. d. comm. 135.* Farinac. *d. quæſt. 186. num. 157.* Carrer. *de hæretic. dict.*

*num.* 64. Decian. *tract. crim. lib.* 5. *d. cap.* 25. *nu.* 2. Card. de Lugo *de Fide diſp.* 24. Thom del Bene *de Immun. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 8. *dubit.* 26. *ſect.* 1. & hoc idem vult Carena *de S. Offic. par.* 2. *tit.* 3. §. 4. *num.* 13. vbi ait, quod leges illæ latæ fuerunt ab Imperatoribus non vti Iudicibus competentibus, ſed vti Protectoribus Eccleſiæ, nam ſecundùm D. Leonem *epiſt.* 75. *ad Leonem Auguſtum*
„ „ Debet Imperator incunctanter aduertere.
„ Regiam poteſtatem non ſibi ſolùm ad Mū-
„ di regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſi-
„ dinm eſſe collatam, vt auſus temerarios
„ comprimendo, & quæ benè Statuta ſunt
„ defendat, & veram pacem ijs, quæ ſunt tur-
„ bata, reſtituat. Et iuxta tenorem huius D. Leonis Epiſtolæ explicandnm eſt dictum ſupracitatæ Gloſæ *in Clemen. ne Romani verbo tolli de elect.* quam vltra citatos Doctores ſequuntur etiam Molin. *de primogenit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 6. *& ſeq.* Seſſe *dicto cap.* 30. *num.* 7. Guttierez *pract. lib.* 2. *quaſt.* 1. *num.* 14. Perez. *leg.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. *ordin. Caſtell.* Sanchez. *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 46. *num.* 9. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differen.* 7. *num.* 63. Barboſ. *in d. Clem. ne Romani verbo tolli*, & alij plures relati à Petro Barboſ. *in l. Titia n.* 49.
83 *ff. ſolut matrim.* vt ſcilicet lex Superioris poſſit iuuari ab inferiori per pœnæ adiectionē, nempè præcipiendo cum comminatione pœnæ, quòd Statuta ab Eccleſiaſtico in perſequutionem hæreticorum à ſubditis ſeruētur, vel ſtatuendo, quòd hæreticorum, receptatorum, fautorum, & aduocatorum ſuorum hæredes, & poſteri beneficijs temporalibus, publicis officijs, & honoribus ſint priuati, vt ſanciuit in quadam Conſtitutione Federicus Imperator, cuius mentionem faciunt Cyn. *in l. quiſquis circa fin. C. ad l. Iul. Maieſt.* & Io: de Anania *in cap. vergentis n.* 17. *extra de hæretic.* ſubdentes, quòd Romana Eccleſia approbauit illam Conſtitutionem, & reperitur apud Inquiſitores ſub Bulla Papali; vel ſtatuendo, quòd bona hæreticorum per Eccleſiaſticos condemnatorum publicentur, & confiſcentur ad Text. *in cap. vergentis de hæreticis*, præſertim quoad tertiā partem, quæ Fiſco Principis Sæcularis debetur, vt ex Io: And. Anch. Gem. Franch. & alijs dicit Decian. *tract. crim. lib.* 5. *c.* 25. *n.* 17. vel ſtatuendo quòd filij hæreticorū repellātur à ſucceſſione auita, vel quorumcumq; proximiorum, vt in caſu relato à Surd. *conſil.* 386. *num.* 2. *&* 3. vel ſtatuendo, quòd omnes etiam Iudæi, & alij Infideles commorantes in ſuis Ditionibus teneantur ſub pœna accuſare, & denuntiare hæreticos vt in exemplo poſito à Pegna *loco ſupracitato*.

Vel ſtatuendo, quòd omnes ſub pœna teneantur hæreticos capere, cuſtodire, & ad carceres Eccleſiaſtici Iudicis aſſociare, & adducere, vt ex Silueſtro *in Summa verb. hæreſis*, il ſecondo, conſiderat Seſſe *d. cap.* 30. *num.* 34.

Siquidem in iſtis, & ſimilibus caſibus verificatur, & procedit aſſertio dictæ Gloſæ, & Doctorum eam ſequentium, quia tunc ſæcularis ſtatuit in obſequium Eccleſiæ, & in exterminium hæreticorum abſque eo, quod ſe ingerat in crimen, & cognitionem criminis hæreſis, quòd, vt dictum eſt ſupra, eſt merè Eccleſiaſticum, & ad Eccleſiam pertinet, vt habetur in Iuribus ſupra adductis, quæ allegat etiam Surd. *d. num.* 2. & comprobat Oliua *de Foro Eccleſiæ par. prima quaſt.* 29. *num.* 1. *& ſeq.* vbi ait, quòd laici Eccleſiaſtica negotia tractare non poſſunt, *cap. decernimus de Iudic.* maximè illa, quę ſpiritualia, ſeu ſpiritualibus annexa eſſe noſcuntur, *cap. quanto. eodem tit.* & hoc quia Iure Diuino prohibitum eſt Iudicibus Sęcularibus procedere, vel ſe principaliter, ſeu incidenter intromittere in cognitione cauſarum ſpiritualium, vt ex Morla probat Cenedus *pract. quæſtion. canon. quaſt.* 4. *num.* 13. ideò Sęculares de Spiritualibus, & illis annexis cognoſcere eſſe incapaces oſtēdit Oliua *loc. cit. num.* 1 *circa finem, & quaſt.* 8. *per tot.* quòd procedit tàm in quęſtione Iuris, quàm in quęſtione facti, quia nullatenus valet Sęcularis in crimine hęreſis ſe ingerere. Alex. *in l. Titia num.* 12. *ff. ſolut. matrim.* Felin. *in cap. cum ſit generale num.* 1. *de foro compet.* Simanc. *de Cathol. cap.* 36. *in princip.* Dec. *in cap.* 2. *num.* 24. *de Iudic.* Fagnan. *in cap. tuam num.* 48. *& ſeq. de ord. cogn.* & in terminis Apoſtatę notorij, & impœnitentis, & hęretici manifeſti, & palàm aſſerentis ſe nolle hęreſim deſerere, firmat Fragoſ. *de Regim. Reipubl. Chriſt. par.* 1. *lib.* 2. *diſput.* 4. §. 4. *membr.* 12. *num.* 370. *verſ. cæterum hæc ordinatio*, & aſſignat rationem, quia *cap. vt Inquiſitionis de hæretic. in* 6. *§. prohibemus* non facit ſęculari facultatem iudicandi, nec puniendi Apoſtatas, vel hęreticos, niſi poſt traditionem, ſeu remiſſionem ab Eccleſiaſtico ad ſęcularem factam.

84 Propterea Statuta laicorum circa cauſas, & materias ſpirituales, vel ſpiritualibus annexas, tamquam condita à non habente Iuriſdictionem *d. cap. decernimus*, *& cap. quanto de Iudic. & in cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtit.* ſunt nullius roboris, & valoris, vt firmat prę cęteris Oliua *d. quaſt.* 29. *num.* 1, *& ſeqq.* niſi à Pontifice ſint approbata, & confirmata, vt *ex cap. vt Inquiſitionis de hæret. in* 6. & Fermoſin. & alijs, dixi ſupra.

Et ipſimet Principes, qui aliquando hu-
85 iuſmodi Statuta, & Conſtitutiones condiderunt, permiſerunt etiam in deſſuetudinē abire, ſeu potiùs per non vſum aboleri, vt de dicta ordinatione Luſitanię permittente Iudicibus Sęcularibus cognoſcere, & punire Apoſtatas à Fide, dixerunt Barboſa *d. l. Titia ad finem ff. ſol. matrim.* & Fragoſ. *loc. cit. d. verb. cæterum*, Moura *loc. cit. num.* 34. vndè cauendum à Gabriele Pereyra *de Manu Regia cap.* 71. *num.* 3. *& ſeqq.* ſeu vt melius

dicam

dicam eſt ille accuratè, & cum aduertentia legendus ibidem, quia licet dicat ordinationem prędictam Luſitanię eſſe in vſu, & obſeruari, & contendat valere ex eo, quia diſponit de quæſtione facti, hoc eſt, de Apoſtata notorio, & impœnitente, nihilominus ſe fundat in approbatione dictę ordinationis facta à Pontifice.

86 Nec dicatur prædicta procedere ante cōdemnationem, hoc eſt, antequam quis declaretur hæreticus, non verò poſt condemnationem, quia ea ſequuta Iudex Sæcularis, ex eo ſolùm, quod Eccleſiaſticus declarauit talem eſſe hæreticum procedit ad pœnam in ſuis legibus particularibus indictā, vt videtur eſſe de mente Butrij *in d. cap. cum ſit generale*, vbi dicit, quòd Princeps ſæcularis poteſt nouas addere pœnas, & quòd declaratio hæreſis competit ſoli Iudici Eccleſiaſtico: quaſi dicat, quòd Sæcularis poteſt pœnam additam imponere poſtquam Eccleſiaſticus declarauerit, quem eſſe hæreticum, & idem ex Auiles. Guttierez, & Azeuedo videtur voluiſſe Barboſa *in l. Titia numer.* 48. *verſic. inſertur etiam, ff. ſolut. matrim.* dicens, quòd dum leges Caſtellę, & Portugallię iubent contra vſurarios procedi, & eos grauiter puniri, debent intelligi poſtquam conſtiterit eos eſſe tales coram Eccleſiaſtico, & ita practicatur paſſim, quandò hęreticus traditur Curię Sęcnlari, quę nullo facto alio proceſſu, nec viſis actis Iudicis Eccleſiaſtici condemnat Reum ſibi traditum ad mortem ex eo ſolùm, quod fuit ſibi tamquam hęreticus conſignatus, & relaxatus, vt eſt Text. *in d. cap. vt Inquiſitionis §. prohibemus de heretic. in 6.* & pluribus citatis firmant Sanfelic. *deciſ. 139. & dec. 239.* Pareza *de edit. Inſtrum. par. 1. tit. 2. reſolut. 8. num. 18. & ſeqq.* Fragoſ. *de Regim. Reipublic. Chriſtian. par. 1. lib. 2. diſp. 4. §. 4. num. 370.* Cortiada *deciſ. 34. num. 65. & 81.* imò ſequuta declaratione hęreſis in Tribunali Eccleſiaſtico acquiritur Seculari ius, ita & taliter vt inuito Eccleſiaſtico Iudice, qui fortè expectat vt Reum pœniteat, & abiuret hęreſim, ad finem vt illi pœnam remittat, iuxta Text. *in cap. ad abolendam de heretic.* poſſit Sęcularis ad ſuas pœnas procedere, vt dicit Alciat. *in cap. perniciosam num. 74. de off. ordin.* qui ad hoc probandum adducit, & inducit Text. *in epiſtola inter claras in fine C. de Summa Trinitate, & Fide Catholic.* vbi Ioannes Pontifex pronunciauerat quemdam hęreticum, & rogat Imperatorem, vt ſi talis pœniteat, nolit aduerſus eum aliquid mali facere: & ſic pręſupponit quod potuiſſet eum punire.

87 Et quando non admittatur hęc concluſio adhuc non eſt incongruum, quod Iudex Sęcularis ſit competens quoad cognitionē qualitatis pœnę imponendę Reo conſignato à Curia Eccleſiaſtica, nam iuxta doctrinam Decian. *tractat. criminal. lib. 4. cap. 9. num. 123.* quem plures Doctores ſequuntur Iudex Sęcularis, qui recepit Reum nondum condamnatum, dum debet ipſe condamnare, debet per conſequens cauſam quoad pœnam delicti conuenientem ex integro examinare, & ad hoc inducit Tęxt. *in cap. nouimus de verb. ſignif.* quem textum latè explicat *ibidem*, & cum Deciano, ac alijs relatis pertranſit Cortiada *d. dec. 34. num. 82.* vbi ait, quòd Iudex Sęcularis non poteſt cognoſcere de viribus ſententię degradationis, & neque poteſt ſententiam in dubium reuocare quoad effectum dictę degradationis, ſed benè poteſt cognoſcere quoad qualitatem, & proportionabilitatem pœnę imponendę, & ad hoc plures allegat concordantes, & ſubdit ex Claro, Vinc. de Franc. Bouadilla, Fermoſin. Carolo de Graſſ. & Sanfelic. *locis* per eum *allegatis*, quod propterea Iudex Sęcularis in decernenda pœna poterit attendere leges Imperiales, etiamſi agatur de Clerico, dummodo ſit actualiter degradatus, & ad diminuendam pœnam earumdem legum, poterit attendere qualitatem delicti, & defectum probationum iuxta theoricam Decian. Caroli de Graſſ. Sanfelic. Thoro, & Pareza, & quòd plus eſt, tribuit eidem Iudici Sęculari facultatem examinandi aliquos teſtes dę nouo, quatenus viſum fuerit expedire, quod recipiantur, & poteſt hoc fundari in Textu *in cap. ſuper eo de heretic. in 6.* vbi hæretici relapſi ſine vlla pœnitus audiētia ab Eccleſia Iudicio Sęculari relinquuntur: illa enim verba *Iudicio Sæculari*, important, quòd Iudex Secularis habet in eis aliquam iudicialē cognitionē.

88 Verùm reſpondetur quoad primam partem obiecti, quòd non applicantur termini, quia Iudex Sæcularis Reo iam pro hæretico ab Eccleſiaſtico declarato poteſt abſq; alio proceſſu imponere pœnam legitimam, vt dicit Vinc. de Franch. *deciſ. 571. num. 9.* hoc eſt, poteſt imponere eam pœnam, quam imponunt leges Ciuiles à Sacris Canonibus, ſeu Apoſtolicis Conſtitutionibus approbatam, & canonizatam, *vt d. cap. vt Inquiſitionis de heretic. in 6. & in d. Auth. Gazaros C. de heretic.* & rationem reddit Alberic. de Roſat. *in l. cognouimus num. 2. C. de heret.* quia cum crimen ſit Eccleſiaſticum, debet ſeruari Ius Canonicum, tàm quoad crimen, quàm quoad damnationem, & Alber. ita dicentem ſequitur Alciat. *in cap. perniciosam num. 74. de Offic. Ordin.* at non poteſt Reum, eoque minus inauditum, condemare ad pœnam in Edicto particulari ſine approbatione Pontificis impoſitam, quia tale edictum eſt nullum, vt habetur *in dictis cap. Statutum, cap. accuſatus, cap. vt Inquiſitionis de heretic. in 6.* & ex Franc. Anchar. & Gemin. ait Seſſe *loco ſupra citato*, & comprobatur ex Fragoſ. *de Regim. Reipub. Chriſtian. par. 1. lib. 2. diſp. 4. §. 4. num. 370. in princip.* dicente, quòd Sæcularis non ſolùm poſt traditionem

tionem ab Eccleſiaſtico factam, non poteſt cognoſcere de hæreſi, ſed nec pœnam à Iure impoſitam poteſt in aliam commutare.

89 Quò verò ad ſecundam partem replicæ reſpondetur, quòd ea, quæ, ibi tradita ſunt, poſſunt procedere in alijs delictis, quā hæreſis, quia in iſto quidquid dicat Bart. *in l. diuus ff. de Cuſtodia, & exhibitione Reorum & in l. Magiſtratibus ff. de Iuriſdict. omn. Iudic.* in quibus locis aſſerit quod Iudex ſæcularis non cogitur ſtare proceſſui facto ab Inquiſitore, & quidquid dicat Villadiego *de hæretic. quæſt. 19. verſ. an Iudex ſæcularis*, aſſerens Iudicem ſæcularem poſſe ſaltem cognoſcere de nullitate ſententiæ in cauſa hæreſis, communis, & verior eſt opinio, quod nullo modo poteſt Iudex Sæcularis ſe in alio ingerere quàm in exequendo, & quidem abſque alia mora; vt pluribus rationibus, & pluribus citatis Doctoribus oſtendunt, & probant Cenedus *pract. quæſt. Canon. quæſt. 36. num. 16. & ſeqq.* Pareza *d. reſol. 8. num. 21. & ſeqq.* de Luca ad Vinc. de Franch. *d. deciſ. 571. num. 5.* Farinac. *quæſt. 69. num. 103. & 105. & quæſt. 97. num. 202. & quæſt. 186. num. 162.* eſt enim Iudex ſæcularis in crimine hæreſis merus exequutor, & clauſis oculis debet obedire, vt pręfati Doctores inquiunt, & hoc elici *ex text. in d. cap. vt Inquiſitionis §. prohibemus de hæretic. in 6.* vbi prohibitum eſt in crimine hęreſis, ne directè, vel indirectè poſſit cognoſcere Iudex ſęcularis aduertit Cened. *loco citato num. 16.* & de Luca *d. num. 5.*

Nec in contrarium facit Text. *in §. Si verò crimen Auth. de Sanctiſs. Epiſcop.*

90 Quia vltra plures reſponſiones, quæ poſſunt dari, ſufficit dicere cum Archidiac. & Geminian. *in cap. ſtatuimus 11. quæſt. prima* dictum textum eſſe correctum per quandam *Extrauagantem*, quam Fridericus edidit Paduæ contrà hæreticos, & illius authenticum aſſeruari apud Inquiſitores, & exemplum eſſe pœnes ſe teſtatur Angel. *in dicta l. Magiſtratibus in fine ff. de Iuriſdictione omn. iud.* cuius aſſertionem contra Lucam de Penna *in l. prima C. de priuil. Scholar. lib. 12.* negantem dictam correctionem affert Decian. *tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 121.*

91 Et hoc ſpeciale in crimine hæreſis fundatur in diſpoſitione *d. §. prohibemus*, & in qualitatibus Inquiſitorū, qui ſolent eſſe viri grauiſſimi, æquiſſimi, & prudentiſſimi, & ſanctitate, & doctrina pollentes, vt conſiderant Cened. *d. quæſt. 36. num. 20.* & Pareza *d. reſol. 8. num. 22.* Stat enim firmiſſima præſumptio ipſos nunquam alicui crimen hæreſis impoſituros, quin id perſpicuum ſit; propterea ſatis eſſe debere pro inſtructione Iudicis ſæcularis, & iuſtificatione exequutionis publicationem ſententiæ, quæ de ordine Inquiſitorum ſolet fieri in Eccleſia coram Clero, Populo, & ipſis Iudicibus ſæcularibus dicunt Sanfelic. *deciſ. 239. nu. 10.* & de Luca *dicta deciſ. 571. num. 5.* adeò vt nulla alia iudicialis ſolemnitas, nec Citationis ad ſententiam requiratur, vt apparet ex tribus formulis relatis à Sanfelic. *dicta deciſ. 239. poſt num. 14. vſque in finem*; Sed ſtatim ac lecta ſententia Inquiſitoris Iudices ſæculares recipiunt Reum, & illicò ad exequutionem ſententiæ procedunt, vt ex Farinac. Pegna, Simancha, & alijs firmat Sanfelic. *d. num. 14.*

92 Nec obſtat doctrina Deciani *loco ſupracitato* quia ipſe ſupponit, quod Iudex Eccleſiaſticus tradit Iudici ſæculari Reum non dum condemnatum, & non bene loquitur, quia traditio illa, quam facit Eccleſiaſticus, habet vim condemnationis ad mortem ex traditis à Farinac. *quæſt. 4. num. 9.* & à Sanfelic. *d. deciſ. 239. num. 8.* qui ait quòd ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, per quas mādatur Reum tradi Curiæ Sæculari, deducitur, quod traditio illa idem importat quod pœna mortis, nam eo ipſo quòd Reus traditur Curiæ ſæculari indirectè per Iudicem Eccleſiaſticum ad pœnam vltimi ſupplicij condemnatur, vt *ex Add.* ad Panormit. *in cap. at ſi Clerici de Iudicijs*, ibi: *Et ſic Eccleſia non infligit directè pœnam mortis, ſed indirectè ſcilicet degradando, & tradendo, ſeu relinquendo Iudici ſęculari*, & ex Panormitano *cap. at ſi Clerici num. 39. verſ. item præmittendum eſt*, & ex Carolo de Tapia *in Conſtit. Regni de perſonis num. 38.* Innoc. *in cap. qualiter & quando num 6. de accuſat.* Afflict. *deciſ. 21. nu. 6.* probat Sanfel. *d. deciſ. 239. numer. 8.* & idem probat Alciatus *in cap. pernicioſam num. 119. de offic. ordinar.*

93 Imò ex formulis decreti ſoliti fieri à Iudice ſęculari, quarum tres refert Sanfelic. *dicta deciſ. 239.* apparet quod Iudex ſæcularis pronunciat ſolum ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici exequendam; nam facto per Notarium actuarium rogitu eorum, quæ peracta fuerunt à Iudice Eccleſiaſtico circà degradationem, & relaxationem Rei in poſſe Curiæ ſæcularis, redactaque in actis Curiæ ſæcularis fide pręfati rogitus Iudex ſæcularis mandat in exequutionem ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici Reum furcis ſuſpendi.

*Formula tradita à Sanfelic. loco citato talis eſt.*

94 „ Die Iouis 13. Decembris 1635. Neapoli
„ in Eccleſia S. Mariæ dell' Oratorio nuu-
„ cupata coram frequenti Populo poſt Veſ-
„ peras Reuerendiſſimus D. in Chriſto Pater
„ Antonius Ricciullus Epiſcopus Vmbriacen-
„ ſis Sacroſanctæ vniuerſalis Inquiſitionis in
„ hoc Regno Miniſter Generalis, Aſſiſtētibus
„ ſibi Conſultoribus dicti S. Officij, ac coram
„ Dominis D. Antonio Nauarretta, vno ex Iu-
„ dicibus magnæ Curiæ Vicariæ in Criminali-
„ bus; ac Iulio Maſtrillo per Regiam, & Ca-
„ tholicam Maieſtatem in præſenti Regno
„ Fiſci Patrono, & Paulo Petrenato Scriba
„ Fiſcali ordinario dictæ Magnæ Curiæ Vica-
rię Actu-

riç Actuario, Regij Fiſci Officiali, Regiarum triremium, & Sollicitatori Fiſcali ad præſentem actum vocatis; publicauit, ſeu per vnum ex eius Miniſtris ex ſuggeſtu alta, & intelligibili voce publicare fecit ſententiam ab eodem Epiſcopo de mandato dictæ Sacræ Congregationis latam contra Fratrem Paulum delle Vergine Laicum Profeſſum Ordinis Conuentualium Reformatorum, & in ſæculo Nicolaum aliàs Colam Caſtellaccium ſtantem ibidem ſuper quodam palco ligneo, & panno nigro coopertum habitu dicti Ordinis Conuentualium indutum audientem, intelligentem, & nihil reſpondentem, in qua ſententia declarauit dictum Fratrem Paulum incidiſſe in pœnam idolatriç, aliaſque pœnas inflictas in Sacris Canonibus, Decretis, & Conſtitutionibus Summorum Pontificum contra non promotos ad Sacerdotium celebrantes, vel Confeſſiones Sacramentales fidelium audientes, & ſignanter in pœnas contentas in Conſtitutione fel. me: Clem. VIII. la 81. ac Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani VIII. la 79. & quia præfatus Paulus dum eſſet ætatis annorum 37. ac eſſet ſimplex Laicus ad nullum ordinem promotus pluries, ac pluries miſſarum celebrationem ſibi vſurpare præſumpſerat, necnon, & quorumdam fidelium confeſſiones in forma Sacramentali temerè audierat, propter quæ crimina, quorum partim confeſſus, & partim vt in eadem ſententia dixit, conuictus exiſtit præfatus Reuerendiſſimus Epiſcopus declarauit dictum Fratrem Paulum priuatum omni Eccleſiaſtico priuilegio, & habitu Religionis prędictæ; & ideo vti indignum miſericordia S. Offitij ſpoliandum fore, & eſſe, prout ſpoliari mandauit per Miniſtros S. Offitij habitu dictæ Religionis, & ſic ſpoliatum tradendum fore, & eſſe, prout dicto habitu ſpoliatum tradidit dictæ Magnæ Curiæ Vicariæ, & pro ea Miniſtris deputatis per dictos Dominos Nanarettam, & Maſtrillum præſentes &c. debitis pœnis plectendum, enixè rogauit omnes Dominos Miniſtros Regios, ad quos ſpectat, vt cum dicto Paulo delle Vergine in ſæculo Nicolao, alias Cola Caſtellaccio de Neapoli agerent miſericorditer, citrà tamen pœnam ſanguinis. Et in fidem pro cautela Regij Fiſci præſentem feci, & me ſubſcripſi.

*Paulus Pettinatus qui ſupra.*

In cauſa Regij Fiſci cum Paulo delle Vergine in Religione Ordinis Conuentualium Reformatorum, & in ſæculo Nicolao, alias Cola Caſtellaccio inquiſito de crimine Idolatriæ, tradito Magnæ Curiæ Vicariæ per Sacroſanctam Romanam Inquiſitionem, vt in Banca Balzani:

Die &c.

Per Magnam Curiæ Vicariç prouiſum, & Decretum eſt, quod ſupradictus Paulus delle Vergine in Religione, & in ſæculo Nicolaus, alias Cola Caſtellaccio pro exequutione ſententiæ declaratoriæ latæ de mandato Sanctiſſimæ Inquiſitionis de Vrbe laqueo furcis in Foro magno ſuſpendatur, ita, & taliter, quód totaliter eius anima à corpore ſeparetur, & eius cadauer igne concremetur. hoc ſuum &c.

*Sanfelicius, Roſinus, Moles de Vera, y Caſtro.*

Potuiſſem referre formulam adhibitam Bononię contra Andream Malagù, qui ex cauſa Populo Bononienſi nota fuit ſub die 14. Iulij 1675. per Sacroſanctam Inquiſitionem Curię ſęculari traditus, & die ſequenti 15. eiuſdem fuit in exequutionem ad mortem condemnatus; ſed quia in eadem cauſa ego fui Iudex, & etiam quia feci dictum Andream citari ad ſententiam iuxta doctrinam Carol. Ant. de Luca ad Vinc. de Franch. *d. deciſ.* 571. *num.* 2. ibi: *præuia citatione ad ſententiam, & num.* 3. *in fine*, ibi: *præuia monitione ad dicendum coram Iudice laico*, volui potiùs dictam formulam a Sanfelice poſitam referre.

95 Cum igitur traditio, & relaxatio Rei Iudici, & brachio ſæculari habeat vim implicitæ condemnationis, ceſſat argumentum Deciani, vt benè aduertit Sanfel. *d. deciſ.* 239. *num.* 8. in fine, & ſequitur quod Iudex ſæcularis nequit ſe in cauſa intromittere, etiam ex alio capite, nempè quia quando Iudex Eccleſiaſticus condemnat Reum in aliquam pœnam principaliter punitiuam ipſius delicti, tunc non poteſt ſæcularis amplius ſe intromittere in eiuſdem delicti punitione, quia repugnat quod quis duplici pœna puniatur ad Text. *in cap. de his de accuſat. l. licet §. vlt. ff. naut. canp. ſtab. l. ſepulchri violati ff. de ſepulch. violat.* Ricciul. *de perſon. reprob. lib. prim. cap.* 24. *num.* 21. Cinus *in l. qui ſepulchra num.* 4. *C. de Sepulchr. violat.* Alciatus *in cap. pernicioſam num.* 128. *de offic. ordin.* in terminis Fragoſ. *d. diſput.* 4. §. 4. *num.* 370. *verſ. cæterum circa finem*; ait quod poſt condemnationem factam ab Eccleſiaſtico ſæcularis non poteſt ſe intromittere, nec cognoſcere, quia obſtat exceptio rei iudicatæ, & allegat Text. *in cap. fin. de except. in* 6. & Albertin. *de aſſertionib. Catthol. quæſt.* 25. *num.* 65. & conſentit etiam Gabriel Pereyra *de manu Regia cap.* 71. *num.* 6. *verſ. in ſecundò caſu* & quamuis Farinac. *dicta quæſt.* 4. *num.* 10. dicat quód ſi Reus non eſt ſufficienter punitus poteſt Iudex ſæcularis ſupplere vſque ad condignam ad Text. *in cap. ſalicis §. per hoc de pœnis in* 6. nihilominus hoc non procedit in alijs delictis, quàm mixti fori, vt explicat idem Farinac.
96 *ibidem*; imò etiam in delictis mixti fori non practicatur talis pœnæ ſuppletio, quia vt ex Ioanne de Platea, Bald. Boer, Auend, & Baiard ad Clar. inquit Ricciul. vſus obtinuit in Foro, vt ad tollendas diſſenſiones,

quæ

quę poſſunt inter Iudices oriri, nam alter alterius ſententiam maculare vellet, abſolutus, vel condemnatus, ſiue ab Eccleſiaſtico, ſiue à Sæculari qualitercumque fuerit abſolutus, vel condemnatus, non poſſit ab alio moleſtari; & hoc idem dicunt Salzedo ad Diaz. *pract. crim. can. c. 110. verb. blaſphemia*, Sperell. *deciſ. Fori Eccleſiaſt. 134. nu. 61.* & Dominicus Criſpus *theor. & pract. crim. tract. 3. de Blaſphemia cap. 2. numer. 2.* vbi allegat ad hoc etiam Iodoch. *pract. crimin. cap. 61. numer. 20.* & de hac praxi teſtatur etiam Michael Ferro Manrique *quæſtion. moral.* & Vicarial. *par. 1. quæſt. 109. numer. 4.* qui inuehit contra quemdam Iudicem Sæcularem, qui in cauſa concubinatus voluit contra hanc praxim attentare: vlterius difficile eſt examinare, an culpa, & pœna æqualiter proceſſerint, vt ait Ferro *ibidem*, & in omnem caſum hoc examinare pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum, qui vt plurimum pronunciabit pro ſe vt dicunt Caren. *de S. Offic. par. ſecunda tit. 7. n. 16.* Barboſ. *de offic. Epiſc. par. 3. alleg. 51. num. 95. in fin.* Diana *par. 1. reſol. moral, 107. & par. 4. tract. 1. reſolut. 61.* Tondutus *de præuent. par. 2. c. 27. nu. 7.* quod procedit etiamſi in delictis mixti fori Iudex Sæcularis habeat ſtatutum particulare imponens certam pœnam, quia etſi Iudex Eccleſiaſticus vigore Statuti imponentis pœnam excommunicationis pro blaſphemia poſſet procedere, non obſtante, quòd Reus eſſet abſolutus, vel condemnatus à Iudice Sæculari, vt aduertit Ricciul. *d. cap. 24. num. 22. circa finem*; Iudex tamen Sæcularis non poſſet hoc facere non obſtante, quòd circa pœnam additam in Statuto particulari à Sæculari promulgato non poſſit Eccleſiaſticus cognoſcere, vt ex Paulo de Caſtro *conſ. 210. lib. 2.* Natta *conſ. 369. num. 12. lib. 2.* Riminald. *conſ. 218. num. 73, lib. 2.* firmat Barboſa *in l. Titia numer. 49. verſ. denique ff. ſolut. matrim.* nam ad hoc, vt quis dicatur condignè punitus, ſufficit, quòd vno Iure Ciuili, ſeu Canonico ſit punitus, vt pluribus oſtendit Sperell. *deciſ. 92. num. 9. & ſeqq.* & Aretin. *in cap. de his de accuſat.* nec procedit argumentum deſumptum ex Statuto Eccleſiaſtici imponente pœnam excommunicationis, quia hæc concernit animam ex Aretin. *in cap. de his, num. 8. de accuſat.*

Retenta igitur opinione Abbatis tamquam veriore; non obſtant rationes, & exempla, quæ fuernt ponderata pro fundamento contrariæ opinionis.

97 Quia prima ratio deducta ex perturbatione, quam faciunt, & cauſant hæretici in Republica, reprobatur à Boſſio *pract. crimin. tit. de hæretic. num. 14. verſ. ego tamen*, & à Barboſa *in d. l. Titia num. 37.* qui dicunt ſæculares non poſſe cognoſcere de hæreſi, eo prætextu, quòd hæretici ſint perturbatores Reipublicæ, etiamſi prætendant, quod Eccleſiaſticus debeat procedere, & cognoſcere de hæreſi ſolùm, & Sæcularis de ſeditione, & perturbatione, nam cùm hoc crimen ſit connexum cum ipſa hæreſi, & vnum non poſſit ab alio ſeparari, non poſſunt Sæculares de illa cognoſcere.

Secunda ratio deducta ex quo læſa Maieſtate Diuina, læditur per conſequens humana, & ipſius Principis, reprobatur à Nauar. *in rub. de Iudic. num. 70.* ibi: *In aliquibus Regnis etiam cauſas hæreſum, quæ omninò ſpirituales ſunt, & à Iuriſdictione laica omninò exemptæ* cap. vt Inquiſitionis §. prohibemus de hæret. in 6. *quodam ſubtili colore læſæ Maieſtatis humanæ ad Iudices Laicos traxerint, quod & ſi piiſſima intentione, & ad efficaciorem illarum extirpationem factum fuiſſe certò credamus, malum tamen exitum habuiſſe: ideò ſuſpicamur, quòd tantò magis pullularunt in eis hæreſes, quo grauiùs, & diligentiùs fuerunt à laica Poteſtate punita, tàm diſplicere videtur Deo, vt rerum ordo confundatur, dum vnicuique ſua Iuriſdictio non ſeruatur cap. peruenit 11. quæſt. 1.* & Nauarr. ſic dicentem ſequitur Barboſ. *loco proximè citato*.

Tertia ratio deducta ex augumento Fidei debet procedere, & procedit, quatenus verè Statuta Laicorum tendant ad coadiuuandum Eccleſiaſticum, vt dicit Boſſ. *dicto n. 14.* vt in caſibus per me ſupra relatis.

Et hæc debent ſufficere pro reſponſione ad fundamentum, quod poteſt fieri in exẽplis, ſed vlteriùs

98 Ad exemplum legum latarum à Friderico, reſpondetur, quòd fuerunt latæ de facto, & vt inquit Nauarr. *d. rubric. de Iudic. num. 68.* fuerunt latæ in vim Iudicij vſurpati, nam Diuo Petro, & non Cæſari fuit dictum, *Paſce oues meas*, Ioan. *cap. 21.* & ipſi D. Petro fuit dictum, *Quodcumque ligaueris ſuper terram &c.* vt habetur Matth. 16. prout benè aduertit D. Criſpus *theoric. & pract. crimin. lib. 1. tract. 1. de hæreſi cap. 7. num. 1.* & ante eum Cenedus *pract. quæſt. canon. quæſt. 4. num. 11.*

99 Reſpondetur ſecundò, quòd dictæ leges fuerunt latæ ab Imperatore, non vti Iudice competente, ſed vti Protectore Eccleſiæ, vt dicit Carena *d. §. 4. num. 13. verſ. neque obſtat*, ſeù, vt ait Cutellus *ad Leges Siculas tit. II. Iacobi Regis In proœmio nota 4. num. 22.* Imperatores omnes Catholici hac protectionis formula in vim auxilij, non poteſtatis vſi ſunt iam indè à Diui Conſtantini temporibus, & ideò, vt dicit ibidem Cutellus, *quæ Principum Conſtitutiones laudabiliter conditæ vti Eccleſiæ proficuæ, ac eorum proprio inſtituto concernentes per illam amplectuntur*.

100 Reſpondetur tertiò, quod dictæ leges in tantùm hodie ſeruari poſſunt, in quantùm fuerunt approbatę à Pontifice, qui vlteriùs quaſdam ſolùm, & non omnes, & quatenus Statutis Canonicis non obſiſtant, obſeruari mandauit *in d. cap. Inquiſitionis*, quod agno-

agnoſcit etiam Gabriel Pereyra *in d. cap. 71. verſic. verum his*: ibi: *Habent enim leges Ciuiles lata contra hæreticos ſpecialem Papæ approbationem*.

101 Ad aliud exemplum Conſtitutionis Regis Franciæ, quam refert Nauar. ſufficit dicere, quòd ipſe Nauar. dubitat cur, & an rectè Rex fecerit.

102 Ad vltimum ex Ordinatione Luſitaniæ reſpondetur, quòd Barboſa, Moura, & Fragoſ. *locis ſupra citatis*, quidquid dicat Pereyra, firmant illam tamquam de re merè Eccleſiaſtica diſponentem non ſuſtineri, & ideò ipſi Principes per non vſum abrogarunt, vt Barboſa, & Fragoſ. teſtantur, & quidem à Principe, & eius ex volũtate legẽ huiuſmodi abrogatam eſſe præſumitur, vt ex Farinac. *fragm. par. 2. verbo lex num.* 15. ait D. Orilia ad Campanam *reſol.* 18. *num.* 3. *circa finem*.

103 In omnem caſum puto eſſe aduertendũ, quòd opinio Ant. de Butrio debet accipi prout ipſe loquitur, nempè quòd ſit additio, & nõ immutatio pœnæ, quod colligitur manifeſtè ex verbis Gloſ. Butrij, & Sequaciũ, quæ ad hunc præcipuum effectum per extenſum retuli, nam Gloſa *in Clem. ne Romani* vtitur verbis *per pænæ adiectionem*: Butr. *dicto num.* 19 vtitur verbis *nouas pænas addere*: Decian. *d. num.* 2. vtitur verbo *ſuperaddere*, & *num.* 20. vtitur verbo *augere*, & verbo *aliquid addere*: Barbat. *in dicta apoſtilla* vtitur verbo *augere pænam*, & verbo *coadiuuare Ius Commune*. Pegna *d. verſ. de Principibus* vtitur verbo *augere*, & *promouere*: del Bene *in dict. dubit.* 196. vtitur verbo *augere, & promouere*, & eodem verbo *addere* vtuntur Petr. Barboſa *in l. Titia num.* 49. *verſic. denique ff. ſolut. matrim.*

Couar. *de ſponſalib. par. 2. cap. 6. num.* 18.
Maranta *ſpecul. par. 6. tit. de Inquiſitione num.* 112.
Menoch. *de arbit. caſ.* 396. *num.* 46.
Anſald. *d. cap.* 19. *num.* 26.
Corduba *d. §. ſi mater num.* 19.
Ceuall. *d. quæſt.* 897. *num.* 673.
Cutellus *d. nota* 88. *in fine*.

104 Alij, qui non vtuntur verbo *augere*, vt Farinac. *d. num.* 157. & del Bene *in d. dub.* 26. Paſſerin. *d. num.* 25. Carrer. *d. num.* 64. qualificant aſſertionem cum limitatione, & reſtrictione, *dummodò à pænis Canonum non recedant*, ſeu *dummodò pænis Canonum non ſint contrariæ*, ideò poterunt pœnas Canonum, puta carceris, vel triremium ad quinquenniũ augere ad decem annos, & etiam in perpetuum; ſed non poterunt eam mutare in aliam ſpeciem, puta mortis, quia hoc non eſt addere, vel augere, ſed eſt pœnam mutare, & recedere à pœna Canonum, quod eſt contra mentem Doctorum ſupracitatorum, & eſt contra proprietatem verbi *addere*, ſeu *augere*: augumentum enim iudicatur ſecundùm naturam eius, quòd augetur, vt *per text. in l. prima C. de ſuperexact. lib. 10. & in l. vxor §. pen. ff. ſolut. matrimon.* ait Bald. *in l. omnes num. 1. C. de Indictionibus lib.* 10.

105 Et hoc manifeſtiùs euincitur ex dictis verbis: *dommodò pænis Canonum non ſint contrariæ*, nam dicta verba non poſſunt verificari in contrarietate directa, qualis ſecundùm Bald. *in l. ſcripturæ num. 5. C. de fide inſtrum.* eſt abſolutio, & condemnatio, quia non poteſt cadere in mentem hominis ſenſati, quòd Doctores intellexerint de iſta contrarietate, cùm ſit omninò indubitatũ apud omnes, quòd Sæculares non poſſunt abſoluere hæreticos, quos Eccleſiaſticus condemnauit, & nec poteſt Secularis condemnare hæreticos, quos Eccleſiaſticus abſoluit, ideò fatendum, quòd intellexerunt de contrarietate indirecta, qualis eſt pœna triremium, & pœna vltimi ſupplicij: & per conſequens, dum dixerunt poſſe Principes Sæculares addere pœnas contra hæreticos, dummodò pœnæ additæ non ſint contrariæ pœnis Canonum, admiſerunt ſolùm pœnas, quæ conſiſtunt in numero, & certè hoc dicit Carrer. *d. num.* 64. ibi: *dummodò non recedat à pænis Eccleſiaſticis, ſed eaſdem imponat*. Et legantur Doctores, quos ſupra retuli, & conſiderentur exempla additionis, quam dicunt poſſe facere Principes Sæculares, quia nullus præter Molinam relatum à Moura loquitur de pœna mortis, ſed ſolùm de pœna confiſcationis: argumentum euidens, quòd de illa, & ſimili illi, quam expreſſerunt, voluerunt intelligere.

106 Puto etiam aduertendum, dum feci ſupra mentionem de Gabriele Pereyra, quòd iſte *in d. tract. de Manu Regia cap. 71. num.* 7. agens de Apoſtata à Fide, & per conſequens de hæretico, quia Apoſtaſia eſt ſpecies hæreſis, vt eſt Text. *in cap. contra Chriſtianos de hæret. in 6.* Farin. *quæſt. 183. num.* 11. Oldrad. *conſ. 36. vol.* 1. Felin. Pariſ. Carrer. Decian. Menoc. Pegna *locis relatis* ab eodem Pereyra *d. cap. 71. num.* 1. diſtinguit tres caſus, primus eſt in apoſtata notorio, qui non negat apoſtaſiam, & dicit, quòd in iſto caſu primo, cum puniatur ſolum factum ſine cognitione Iuris, Iudex Sæcularis punit talem apoſtatam ex vi concordiæ initæ inter Prælatos & Ioannem Primum Portugalliæ Regem, & ex approbatione Summi Pontificis.

107 Secundus caſus eſt in apoſtata, qui reſipiſcit, & pœnitet, reconciliationemq; petit: & dicit, quòd vbi apoſtata reducitur ad fidem, quia ſcilicèt fuit captus à Iudice Eccleſiaſtico, apud quem pœnitet de anteacta vita, & Fidem amplectitur, non eſt amplius locus Regiæ Legi, quia pœnitentia peracta, crimen eſt abolitum, & legitima competit exceptio, quòd ſemel punitus non poteſt ſuper eodem crimine de nouo puniri.

108 Tertius caſus eſt in eo, qui dum eſt apo-

ſtata militans in bello contra Chriſtianos, capitur à Sæcularibus, & carceribus ſæcularibus mancipatur, & dicit quod iſto tertio caſu videtur, quòd à ſæculari puniri poteſt tàm vigore Legis Regiæ, quia notorius ſit apoſtata, dum recognoſcitur, & ipſe fatetur; quàm vigore criminis læſæ Maieſtatis, quod commixtum habet cum Apoſtaſia, dum arma contra ſuum Principem capit, & ſi poſtquam punitus ſit, viuat, & pœniteat, remittendus eſt ad Forum Eccleſiaſticum in forma concordiæ, vt ad Fidem reducatur, licèt de Iure eſſet prius remittendus propter hæreſim ex Simanch. *Cathol. Inſtit. tit. 36. num.* 1. & ſubdit, quòd ſi talis apoſtata, ſuæque patriæ hoſtis priùs à Iudice Eccleſiaſtico capiatur, & ibi reducatur ad Fidem, pro illo crimine, quod contra Patriam, & Regem commiſit, ſemper remittendus eſt ad Iudicem Sæcularem, vt puniri valeat, ſic limitata regula *l. Senatus ff. de accuſat.* quæ non habet locum, quando ex eodem facto reſultant delicta diuerſi generis Belluga *Specul. rubr.* 11. §. *viſo num.* 22. Maſſuer. *in prax. tit. de remiſſion. numer.* 19. Barboſ. *in l. Titia in fine ff. ſolut. matrim.*

109 Aduertendum inquam, quoad primum caſum, quod Farboſa *in d. l. Titia num.* 55. *verſ. ſed placet*, & Fragoſ. *de Regim. Reipubl Chriſt. par.* 1. *lib.* 2. *diſp.* 4. *memb.* 12. *nu.*370. *verſ. cæterùm*, & Moura *de Incant. & Enſalm. opuſcul.* 1. *ſect.* 3. *cap.* 1. *num.* 34. non ſolùm dicunt dictam ordinationem, de qua loquitur Pereyra, non ſeruari; & meritò per desſuetudinem abolitam eſſe ait Barboſa *ibid.* ſed inſuper firmant eamdem Ordinationē non eſſe iuri conſentaneam, imò Iuri Canonico contrariam, quia Text. *in cap. vt Inquiſitionis* §. *prohibemus de hæret. in* 6. non dat Sæcularibus facultatem iudicandi, vel puniendi hæreticos, vel apoſtatas, niſi poſt traditionem, ſeu remiſſionem ab Eccleſiaſtico ad Secularem factam; ergo ante remiſſionem indiſtinctè, hoc eſt, ſiuè agitur de quæſtione Iuris, ſiuè de quæſtione facti prædictos punire ipſi Iudices Sæculares nō poſſunt, allegant concordantes Alphon. de Caſtro *de iuſta hæreticorum punit. lib.* 1. *cap.* 7. & 23. & Afflict. *Conſtit. Regni lib.* 1. *rubr.* 1. *num.* 35. & 51. & eamdem Ordinationem Luſitaniæ impugnat Carena *de S. Off. par.* 2. *tit.* 3. §. 4. *num.* 13. quia cum in crimine apoſtaſiæ Inquiſitor Hæreticæ Prauitatis ſit Iudex competes ex Oldrad. Farin. & Menoch. quos allegat, Iudex Laicus de illa iudicare non poteſt, etiamſi de ea notoriè cōſtaret, & vlteriùs Apoſtata nollet pœnitere, nam adhuc laicus eum punire non poſſet, niſi poſtquam Iudex Eccleſiaſticus eum remiſerit, & affert aliam rationem, quam proponit etiam Cenedus *pract. quæſt. canon. quæſt.* 36. *num.* 9. quia non poteſt dari caſus apoſtaſiæ tàm notoriæ, quin ſaltem apoſtata ſint interrogandus, à quibus hæreſes didicit, & ſit torquēdus ſuper complicibus, quod ſine difficultate ſpectat ad Inquiſitores, & Iudices Eccleſiaſticos. Addo quod debet ad Inquiſitorem remitti etiam ad effectum, vt ipſe Inquiſitor talem apoſtatam ad cognitionem Fidei reducat, & ab errore reuocet, & ita eius animam ſanet, eique pœnitentiam ſalutarem imponat, & hoc pacto efficiat, ne Reus ille in hæreſi decedens, cùm poſtea à Iudice Sæculari propter crimen læſæ Maieſtatis, vel aliud capitale delictum morte plectendus ſit, apud inferos perpetuò cruciandus intereat, vt ex Maſueſ. Zanchin. & Pegna formalibus verbis inquit Cenedus *quæſt. pract. canon. quæſt.* 36. *num.* 3. vndè meritò eumdem Pereyra impugnat etiam nouiſſimè Thom. del Bene *de Immun. Eccleſ. par.* 2. *cap.* 10. *dubit.* 2. *ſect.* 2. *num.* 3. *& ſeq.*

110 Aduertendum quoad ſecundum caſum, quod Pereyra videtur innuere, quod reſolutio per eum facta ibidem procedit ſolùm, quando Reus captus eſt à Iudice Eccleſiaſtico, & apud eum profitetur pœnitentiam, & reuerſionem ad Fidem, quaſi contrarium eſſet dicendum, ſi Reus captus à Iudice Sæculari apud eum reſipiſceret; ſed hoc non poteſt ſubſiſtere, non ſolùm quia Iudex Secularis tenetur omninò apoſtatam remittere ad Iudicem Eccleſiaſticum ex rationibus recenſitis, ſed etiam quia iure ciuili quoq; attento redeunti ad Fidem remittitur pœna mortis, vt inquiunt Riminal. *conſ. crim. diuerſ.* 83. *num.* 20. *lib.* 2. & Ricciull. *de iure perſonar. lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 12. *& ſeq.* & eſt ratio, quia licet de omni iure ſtatuta ſit pœna mortis hæretico, *cap. vergentis de hæretic.* & *cap. excommunicamus* §. *damnati*, vbi Gloſ. *verb. puniendi eodem tit.* nihilominus hoc procedit, ſi non reuertatur ad Fidem, & pœnitentiam peragat, vt cautum eſt Iure Ciuili *in l. fin. C. de Summa Trinit. & Fid. Catholica, & in l. Manichæos propè finem C. de hæretic.* & Iure Canonico *in cap. ad abolendum de hæret.* & ratio rationis eſt, quia poſt conuerſionem quis non eſt amplius hæreticus, & nec poteſt tamquam hæreticus condemnari, nō eſt enim modus in iure pronunciandi aliquem hæreticum de præterito, vt reſpondit Rota *deciſ. vnica poſt princip. de hæreticis in antiquis*; cum ſaltem ſit recipiendus ad miſericordiam cum pœna perpetui carceris, vt firmat *ibidem* Rota *num.* 1.

111 Nec facit, quod iura prædicta loquantur de hæreticis, non verò de apoſtatis: nam condonatur, indulgetur, & remittitur hæretico, ſi ad Fidem Catholicam redeat, non verò apoſtatæ, ſi ſimiliter idem fecerit, vt eſt Text. *in l.* 3. *C. de apoſtatis*, & *in d. l. Manichæos C. de hæret.*

112 Siquidem iam dictum eſt, quòd in ſententia Riminaldi, & Riciulli *locis proximè citatis* etiam apoſtatæ ad Fidem Catholicam redeunti remittitur pœna mortis, non ſolùm

lùm

lùm de Iure Canonico, ſed etiam de Iure Ciuili iuxta explicationem, quam prædictis legibus adaptat Riminald. *dicto conſ. 83. num. 20.* Vlterius reſpondetur cum Thoma del Bene *de S. Offic. par. prima dub. 47. ſect. 11. petitione prima num. 14.* quod prædictis Legibus Ciuilibus derogatum eſt per Leges Canonicas *cap. quidam de Apoſtatis & cap. contrà Chriſtianos de hæreticis in 6.* etenim non datur inter hęreſim, & apoſtaſiam diſtinctio eſſentialis, ſeu ſpecifica, ſed ſolum accidentalis, ſeù materialis, vt pluribus dicit del Bene *loco citat. num. 5. & 14.* & propterea non obſtantibus dictis Legibus Ciuilibus receptum eſt in praxi, quod apoſtatæ ad Fidem Catholicam redeunti condonetur, remittatur, & ignoſcatur vt ex locato, Caſtro, Simancha ſubdit del Bene *dicto n. 14. in fine*.

113 Aduertendum demùm quoad tertium caſum, quòd Pereyra firmat poſſe Iudicem Sæcularem punire Laicum apoſtatam militantem contra ſuum Principem tam pro apoſtaſia, quàm pro crimine læſæ Maieſtatis, cumque non remittere ad Eccleſiaſticum, niſi in caſu, quo punitus ab eodem Sæculari viuat, & pęniteat, ſed vt dictum eſt in aduertentia facta ad primum caſum, hoc nullatenus poteſt ſubſiſtere ex rationibus adductis à Barboſa, Fragoſio, & Carena *loc. citat.* Debet enim Reus ante omnia remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum ad Text. *in d. cap. vt Inquiſitionis de hæreticis in 6.* & interim Iudex Sæcularis, licèt poſſit proſequi proceſſum, hoc eſt aſſumere informationem, & proceſſum formare, examinando teſtes, & faciendo alios actus, qui tractu temporis poſſunt, niſi fiant, parere præiudicium Iuſtitiæ, vt dicunt Seſſe *de inhibitione cap. 30. num. 111. & 112.* & Carena *de S. Offic. par. 2. tit. 12. §. 15. num. 140. verſ. verum ego.* Molin *in repert. verb. captus* vbi Portules *in additione*, nam Decretum B. Pij V. de quo inferiùs, mandans quod debet fieri remiſſio ad Inquiſitores, ſuſpenſa aliorum criminum cognitione, intelligitur quoad effectum, ne remiſſio impediatur, vnde ea non impedita, ſed potius facta, videtur, quod ſit procedendum vlterius in formatione proceſſus; alias ſi interim perirent teſtes, hæreticus reportaret ex ſua malitia commodum, & fauorem, vt bene explicat, & aduertit Seſſe *dicto num. 112.* non tamen poteſt interim Iudex Sęcularis pronunciare ſuper his, quæ concernunt temporalitatem, niſi priùs Iudex Eccleſiaſticus cognoſcat ſuper ſpiritualitate, vt de praxi teſtantur Cyriac. *Controu. 434. num. 12. & 13.* Tondutus *de præuent. par. 2. cap. 27. num. 2.* Genuen. *prax. Archiep. cap. 84. n. 13.* Farin. *quæſt. 178. num. 72. & quæſt. 181. n. 48.* Fermoſin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ quæſt. 59. num. 9. & ſeqq. de Conſtit.* & ad hunc effectum, vt ſcilicet Eccleſiaſticus cognoſcat de ſpiritualitate, tenetur Iudex Sæcularis remittere Inquiſitori tàm carceratum, quàm proceſſum, & acta, vt Inquiſitor poſſit ea, quæ ſui officij, & Iuriſdictionis ſunt, melius exercere, vt dicunt Carena *de S. Offic. par. 2. tit. 12. num. 140.* Cyriac. & Tondut. *locis cit.* & P. Bordonus *in Tribunali Sacro cap. 18. num. 47. & 51.*

114 Et quatenus ſæcularis repugnet tradere Inquiſitori carceratum, & proceſſum, poterit Inquiſitor, habita informatione diligenter ſumpta, medijs vrbanis petere, & deinde iuridicis, inhibitionibus ſcilicet, & cenſuris compellere illum ad conſignandum, vt dicunt Carena, & Bordon *locis citat.* & ità fuiſſe practicatum teſtatur Fermoſin. *dicta quæſt. 59. num. 10.*

115 Et hoc eſt verum etiam ſi Iudex ſęcularis velit procedere ſolum pro crimine lęſę Maieſtatis, & ſic pro delicto pęnitus ſeparato, & diſtincto à crimine apoſtaſię, ſeù hęreſis, vt firmant Maſſuerus *in ſua practica tit. de remiſſionibus num. 14.* Azeuedo *recopilat. lib. 8. tit. 3. de los hereges leg. 1. num. 117.* & ex his Seſſe *de inhibit. cap. 30. num. 42. & 43. & 58.* dicens quod Reus debet tradi in quacumque parte Iudicij petatur, ſequuntur Carena *d. tit. 12. §. 15. num. 140. verſ. bene*, Cenedus *Canon. quæſt. 36. num. 3. & ſeq.* & Bordon. *loc. cit. num. 51.* & optima quidem ratione, quia ante omnia agenda ſunt, quæ ad Fidei conſeruationem, hęreſis extirpationem, & delinquentis animę ſalutem pertinere dignoſcuntur, vt ex Maſſuero conſiderat Seſſe *loc. citat. num. 44.* & Cenedus *d. quæſt. 36. num. 3. & ſeqq.* vbi ſubdunt quod traditio, & conſignatio Inquiſitoribus debet fieri ad effectum, vt hęretici ad cognitionem fidei reducantur, & eis pœnitentia ſalutaris imponatur, eorumque animę ſanentur, & etiam ne manentes in carceribus ſæcularibus propter commoditatem, quam in dictis carceribus habere ſolent inuicem alloquendi, & ſcribendi, alios erroribus inficiant, & hoc B. Pius V. in Decreto impreſſo pœnes *Traſimieram de poligam. par. 2. cap. 16. num. 15.* & per Pegnam *poſt director. Inquiſitionis fol. mihi 174.* expreſſe decreuit, ibi: *ſtatuit, decreuit, ac ordinauit, & mandauit, vt negotia Fidei omnibus, & ſingulis alijs præferantur, cum Fides ſit ſubſtantia, & fundamentum Chriſtianæ Religionis*, & paulò inferiùs *necnon carceratos quoſcumque prò quibuſuis delictis, & debitis etiam atrocibus apud dictum Inquiſitionis Officium quomodolibet delatos, vel denunciatos ſuſpenſa aliorum criminum inferiorum cognitione ad eoſdem Cardinales, & Inquiſitionis carceres, ibidemq; ad criminis hæreſis totalem cognitionem, & expeditionem remittendos.*

116 Benè verùm, quòd terminata cauſa hæreſis debet Inquiſitor reſtituere Iudici laico Reum, quem ab eodem habuit, reponendo eum in illo ſtatu, in quo prius erat Cyriac. *controuerſ. 434. num. 12. & 13.*

L 2 Ton-

Tondutus *de præuentione par. 2. cap. 27. n. 2.* Bordon. *in Tribunal. Sacro cap. 18. num. 53.* Fermoſin *in cap. Eccleſia S. Mariæ quæſt. 59. num. 12. de conſtitut.* ad hoc vt ipſe Iudex ſæcularis poſſit pro delicto temporali, hoc eſt pro crimine læſæ Maieſtatis, homicidio, furto, & huiuſmodi alio delicto ipſum Reum legibus ciuilibus condignè punire, vt præfati Doctores, & Maſſuer, & Pegna locis relatis à Cenedo *dicta quæſt. 36. num. 24.* affirmant, & expreſsè ſanciuit B. Pius V. in ſupradicto Decreto, ibi: *& poſtea ad eoſdem Officiales pro aliorum criminum expeditione remittendos.*

117 Sed intelligas hoc eſſe verum quando delictum eſt prorſus ab hæreſi ſeparatum, vt in caſu relato à Pereyra, ſecùs quando delictum eſt commixtum cum hæreſi, ſeù ſuſpicione hæreſis, vt in infanticidio mediante maleficio commiſſo, quia ſecundum Farinac. *quæſt. 181. num. 48.* prout illum intelligit Cyriac. *dicta controu. 434. num. 13.* Inquiſitores ſolum hæreſi non inuenta remittunt, & poteſt eſſe ratio, quia quando inueniunt Reum eſſe hæreticum, ſeù ſortilegum, puniunt eumdem iuxta ſanctionem Sacrorum Canonum, & iſta punitio facit ceſſare pœnam, quæ poſſet imponi à Iudice ſæculari, quia id ipſum non debet bis puniri vulgatis iuribus.

118 Et quamuis Genuenſ. *prax. Archiep. cap. 68. num. 13.* & Farinac. *quæſt. 178. num. 72.* dicant, quod ſi ducens duas vxores, fuit præuentus à Curia ſæculari, debet remitti ad Curiam Eccleſiaſticam, quæ ipſum torquet ſuper intentione, & ipſum abiurare facit, & deinde eumdem remittit ad Curiam ſæcularem puniendum. Quando verò eſt præuentus à Curia Eccleſiaſtica in totum punitur ab ipſa, nec poteſt ſæcularis in ea cauſa amplius ſe intromittere, & nouiſſime Fermoſin. *in cap. Eccleſia S. Maria quæſt. 59. nu. 11. de Conſtit.* dicat, quod praxis, quam ſolent circa hunc punctum Doctores docere, illa quidem eſt, vt ſi Iudices laici Striges propter infanticidia apprehendant, & in vinculis cuſtodiant, ac in cognoſcendo inſpiciant illas eſſe de hæreſi ſuſpectas, tenentur remittere eas ad Inquiſitores, & in cognitione ceſſare eo vſque punitæ ſint ab Inquiſitoribus, & quod Inquiſitores poſt debent eas reſtituere carceribus ipſorũ Iudicum Laicorum, in quibus antè incarceratæ erant, ad effectum, vt puniantur de delicto, ſiuè infanticidij, aut alterius, cuius de cauſa erant primo à Laicis Iudicibus detentæ: etenim, inquit, Inquiſitores debent illam reſtitutionem facere, reponendo Lamiam, & Striges in illo ſtatu, in quo prius erant, quia peracto iudicio hæreſis, eſt malefica reſtituenda eidem Iudici Sæculari, vt aliorum cæptum iudicium Legibus Ciuilibus peragat, & ex Maſſuero *loco ſupra citat.* & Simancha *de Cathol. Inſtitut. cap. 37. n. 19. in fine*, & Alphonſo de Caſtro *de iuſta hæreticorum punitione lib. 2. cap. 16.* ſubdit; quod & ſi Lamiæ propter crimen hæreſis ab Inquiſitoribus punitæ ſint, nihilominus tamen à Iudicibus ſæcularibus puniri valent de Infanticidijs, aliiſque ſceleribus; quorum cognitio ad Laicum tantum Iudicem pertinet: & hoc idem volunt Binsfelt. Griuell. Faber. Gregor. de Valentia, & Genuen. *locis relatis* à Carena *de S. Offic. par. 2. tit. 12. §. 16. num. 151. & ſeqq.* ſequuntur Farinac. *q. 181. num. 91. verſ. nunquid autem* Cyriac. *d. controuerſ. 434. num. 8.* Petrus Barboſa *in l. Titia num. 55. verſ. item adde ff. ſol. matrim.*

119 Nihilominus hæc opinio reicitur à Carena *dicto §. 16. num. 153.* ob rationem, quia hac opinione admiſſa facili negotio Iudex Laicus poſſet effici competens etiam in cauſa hæreſis formalis, & dictam opinionem reiicit nouiſſimè P. Bordonus *dicto cap. 18. num. 55.* ob tres rationes, primo quia ſi admitteretur diſtinctio, per quam nonnulli diſtinguunt in eodem delicto præſumptionem hæreſis ab ipſomet delicto purgata præſumptione ſuper intentione ſortilegij, quaſi tunc delictum qualitate hæreſis, aut eius ſuſpicione per officium Iudicis ſublata, remaneat merè Laicale ſpoliatum omni qualitate hæreſis, certè delicta ſpectantia ad Forum Eccleſiaſticum, detracto Sortilegio, facili negotio traherentur ad Tribunal Laicum. Secundo quia multa delicta ſunt præcisè talia, hoc eſt ſunt delicta reſpectu dumtaxat Sortilegij, & Sacrilegij. Tertio quia id ipſum bis puniretur, nam Inquiſitor non tam punit poligamum ratione prauæ intentionis præſumptæ, quam ratione ipſius criminis poligamiæ.

120 Aduertendum demum quod Corduba de Lara *in dicto §. ſi Mater num. 19.* dum aſſerit, quod Papa non poteſt abolere Leges Ciuiles contra hæreticos ſtaturas, loquitur contra expreſſam diſpoſitionem Text. *in cap. Statutum & cap. vt Inquiſitionis de hæret. in 6.* & ratio, quam allegat, nempe, *quia Rex à Deo habet poteſtatem in Laicos, & de Laicis Eccleſiaſticus non iudicat*, de facili proſternitur, reſpondendo, quod Laicus eo ipſo, quod committit crimen hæreſis ratione talis delicti efficitur de Foro Eccleſiæ, vt oſtẽdit Albericus *in l. cognonimus num. 3. C. de hæreticis*, & quidem priuatiuè ad ſæculares Iudices, quia, vt inquiunt Io: de Anania *in cap. vergentis num. 17. de hæretic.* & Abb. *eodem cap. vergentis num. 5.* non eſt curandum de legibus; quia cum hoc crimen ſit merè Eccleſiaſticum, *vt in dicto capite vt Inquiſitionis §. prohibemus de hæretic. in 6.* pœnæ impoſitio ſpectat ad Eccleſiaſticum Iudicem, & non ad Sæcularem *capite ſciſma §. nec enim verſ. in hoc 24. q. prim.*

121 Nec replicetur *ex gloſa in cap. circumcelliones 23. quæſt. 5. verbo confeſſos*, quam refert, & ſequitur Decian. *tract. crim. lib. 4. cap. 9. num.*

*num.* 124. *poſt med.* quod hæreticus etiam dicitur de Foro Sæculari;

124 Quia hoc non bene deducitur ex illo Textu, nam ex Epiſtola D. Auguſtini vnde deſumptus eſt à Gratiano ille Canon, apparet manifeſtè, quod Marcellianus procedebat contra Donatiſtas ex Commiſſione Apoſt. vt latiùs oſtendi alibi in iſtis Annotat.

Ex his reſultat cauendum eſſe etiam à Cutello; qui *in commento ad Leges Siculas* Friderici *cap.* 83. *nota* 88. *num.* 2. vult, quod facta à Principe Sæculari lege pænali ad coadiuuandam prohibitionem factam in Sac. Concillo Tridentino coeundi matrimonium cum affinibus, vel Conſanguineis intrà quartum gradum exiſtentibus, pœnæ in Lege Principis Secularis impoſitæ non dicuntur remiſſæ, & nec ceſſant, ſi Pontifex diſpenſet, & aliquibus concedat, vt poſſint intrà dictum gradum contrahere. Siquidèm hoc eſſet qnodammodo dicere, qnod Pontifex non poſſit reducere prohibitionem huiuſmodi ad gradus inxtà ius Ciuile computandos, quod eſſet abſurdum, quià circà ius poſitiuum pontificium Pontifex habet omnem poteſtatem, inmò & circà ius Diuinum habet ius declarandi, & interprætandi, vt ex Diuo Thoma, Soto, Valentia, Barboſa, Couarr. inquit Fermoſinus *ad Text. in cap. primo de Summa Trinitate quæſt.* 2, *num.* 35. Data enim hac facultate, certum eſt quod cum huiuſmodi diſpenſatione res facta eſt licita, & ſic deuenit ad eum caſum, à quo lex Principis Sæcularis incipere non poteſt, vt de ſe patet. Vlteriùs ex dicta diſpenſatione ceſſat, & è medio tollitur prohibitio Pontificia, quæ eſt fundamentum, & baſſis prohibitionis Principis Sæcularis, nàm cohæret illi, & ad illam coadiuuandam facta dicitur iuxtà Gloſ. *in dicta Clem. ne Romani de elect. verbo tolli*, ergò ſi ceſſat principale, debet per conſequens ceſſare acceſſorium, quod non poteſt ſine ſubiecto exiſtere vulgatis iuribus. Seù vt dicit Fermoſinus *in cap. Eccleſia S. Mariæ quæſt.* 22. *num.* 25. *de Conſtitut.* cum Matrimonium inter conſanguineos poſt obtentam diſpenſationem ſit licitum, fit, vt ex nulla cauſa poſſit puniri per Iudicem Laicum, cum pœna non ſit danda ſinè culpa. Propterea benè reijcitur Cutellus in his terminis à Fermoſino *loco cit, n.* 4. *& ſeqq.* & a Thoma del Bene *de Immunit. Eccleſ. cap.* 8. *dub.* 19. *ſect.* 9. *num.* 2. qui adhoc adducit determinationem in ſimili factam à *Sac. Congreg. Concil. die* 9. *Nouemb.* 1619. quam refert Barboſa *ad Concil. Trident. ſeſſ.* 26. *de regul. Iur. cap.* 12. *num.* 11. quod licèt Laici poſſint imponere pœnas contrà non obſeruantes diem feſtum, tamen non poſſunt illas exigere contra eum, qui ab Epiſcopo laborandi in die feſto licentiam obtinuit, prout & ego dicam infra in §. 9.

Reijcitur etiam Cutellus, quoad aliam aſſertionem, quam ibidem facit, nempè quod Princeps Sæcularis coadiuuando prohibitionem factam in Sac. Concilio Tridentino contrahendi matrimonium inter affines, & conſanguineos intra quartum gradum conſanguinitatis, ſeù affinitatis conſiſtentes, poſſit pœnis temporalibus edicere, ne ſubditi huiuſmodi matrimonia contrahant, nam, vt in ſpecie reſpondendo ad Cutellum inquit Fermoſi. *loc. cit. numer.* 2. re vera ex Tridentino *Seſſ.* 24. *de reformat. matrim.* Contrarium dicendum eſt, cum ibi excommunicentur directè, vel indirectè matrimonij libertatem impedientes, & ſic includuntur facientes tales pœnales prohibitiones, quia hæ pœnæ etiam in caſu matrimonij aliàs prohibiti intèr conſanguineos de Iure Pontificio auferunt libertatem requiſitam in matrimonio, & aſſignat Fermoſin. *ibidem* rationem, quia & ſi tale matrimonium ſit de Iure Pontificio prohibitum, tamèn non indè ſequitur, vt ad corrobotandam Pontificiam prohibitionem ſint admittendæ laicales pœnæ, quæ naturaliter auferant liberam voluntatem contrahentium, quamuis alias ob impedimentum conſanguinitatis nulliter agerent, ſed ſecundum me melior eſt ratio, quia Princeps Sęcularis non poteſt ſe intromittere in materia matrimonij, quod per Chriſti Domini Noſtri Inſtitutionem eſt eleuatum ad rationem Sacramenti, & eſt res Sacra, & tanquam res Sacra ſpectat ad ſolos Eccleſiaſticos, vt plnribus citaris ait idem Fermoſin *loc. cit. quæſt.* 21. *num. prim. & ſeqq.* ſublata enim hac vltima ratione, forſan alia allata à Fermoſino vbi ſupra non ſubſiſteret, quia in tantum Edicta Principum Sæcularium non valent in hac materia, in quantum tollunt libertatem contrahendi, vt dicunt Bellett. *diſquiſit. Cleric. par. prima tit. de exempt. Cleric. à ſtat. ſæcular.* §. 4. *num.* 47. & Diana *par.* 5. *moral. tract. primo reſol.* 17. quos allegat Fermoſin. *ibid. num.* 6. Libertas autem non poteſt dari in re, quæ eſt de Iure prohibita: Vndè benè Marta *de Iuriſdit. par.* 4. *caſ.* 71. *num.* 6. *&* 7. ad monſtrandum Edictum Principis Sæcularis imponens pœnam clandeſtiuè matrimonium contrahentibus non valere, recurrit ad explicationem clandeſtinitatis, quam ait tripliciter accipi. Primò quandò deficiunt teſtes: Secundò quandò deficit præſentia Parochi: Tertiò quando deficiunt denunciationes, & dicit quod quia ratione clandeſtinitatis tertio modo acceptæ matrimonium eſt validum, ex hoc præfatum edictum non poteſt ſuſtineri. Vide eum, & Pontium de Matrimonio *lib* 6. *cap.* 2. Fermoſin. *dicta quæſt.* 22. & ſi vis habere materiam ad partes hinc indè diſcuſſam vide Roderic. Suares *in libro nuncupat. Fori tit. de matrimonijs à num.* 11. *vſque in finem;* ex his redeundo ad principium quæſtionis debet dici, quód

ći, quòd bannImenta ſuſtinentur ſolùm ex facultate Legati à Latere, vt dixi ſupra.

123 Quæro ſecundò, Quænam ſint blaſphemiæ hæreticales, & quæ ſimplices? dic, quòd latè de his tractat Farin. *quæſt.* 20. *numer.* 32. 35. *& ſeq.* Emeric. *Direct. Inquiſit. par.* 3. *quæſt.* 41. & ibi Pegna, Ricc. *variar: reſol.* 40. 45. 46. *par.* 3. Menoch. *de arbitr. caſ.* 375. Thoto *compend. deciſ. tom.* 1. *verbo blaſphemans*, Lazzar. *tract. de blaſphemia q.* 7. Campanil. *diuerſorium Iur. Can. rub.* 11. *c.* 26. *num.* 87. *&* 90. Seuerin ad Sanfelic. *dec.* 369. *verſ. de exemplis*, Carena *de S. Off. par.* 2. *tit.* 7. §. 2. *num.* 7. *& ſeq. &* §. 8. *num.* 43. *& ſeqq.* qui ferè omnes modos blaſphemiæ hæreticalis refert Vinc. Tancredi *de Religione tract.* 2. *lib.* 1. *diſp.* 3. *num.* 9. *& ſeqq.* Royas *de hæretic.* 2. *par. aſſert.* 12. *num.* 170. Bordon. *Tribunal. Sacr. cap.* 26. *per tot.* Sanchez *in Summa lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 36.

124 Quæro tertiò, An blaſphemare, maledicere, & dicere verba turpia, & obſcæna in Deum, aut Beatiſſimam Virginem differant? Bart. *in l. apud Labeonem* §. *ſi adijcitur ff. de iure iur.* & Farin. *quæſt.* 20. *num.* 16. *&* 22. concludunt, quòd omnis maledictio reſpectu Dei, & Sanctorum eſt blaſphemia, ſequitur Alex. *in add.* ad Bart. *ibid. & conſ.* 233. *num.* 3. *lib.* 6. & Seuerin. *in add.* ad Sanfel. *d. deciſ.* 369. *verſ. quarta concluſio* Lazzar. *d. quæſt.* 7. *num.* 19. *& ſeqq.* qui *num.* 26. allegat concordantes Soccin. Luc. de Penna, Gram. Decian. Suarez.

125 Quæro quartò, An mulieres, & perſonæ Eccleſiaſticæ contineantur, & comprælſendantur in hac bannimentali diſpoſitione? Dic, quòd non, quia pœna trium ictuum funis, & triremium reſpectiuè mulieribus non conuenit, ſed eis pœna pecuniaria, vel detruſionis in Monaſterium imponitur, vt ait Muſcatell. *de cognit. delict. tit. de blaſphemia num.* 35. *&* 43. vel mittuntur in exilium, vt ait Scannarol. *de viſit. carcerat. lib.* 1. §. 13. *cap.* 1. *num* 4. ſed quoad mulieres honeſtas abſtinendum eſt ab exilio, quia vt dicunt plures Doctores, mulieres extrà Patriam de facili honoris iacturam poſſunt ſubire. Perſonæ verò Eccleſiaſticæ non compræhenduntur, quia nec iſtis conuenit pœna ictuum funis, & etiam quia cum non ſit facta expreſſa mentio eorum non ſunt ex defectu voluntatis compræhenſi, vt infra oſtendam, & ideò illi, ſi blaſphemant, debent puniri pœnis contentis, & indictis *in Concilio Lateranenſi ſub Leone X.* per extenſum relato à Farin. *quæſt.* 20. *num.* 63. & à Godofredo Abano *pract. crim. verbo blaſphemia num.* 9. *& de reatibus quæſt.* 7. *num.* 301. & confirmato per Beatum Pium Quintum *in Conſtitutione in ordine* 5. ad cuius intelligentiam, vide Proſp. de Auguſtin. *in add.* ad Quarantam *verbo blaſphemia*, Sayr. *in Claui Regia* Theſaur, *caſ. conſcien. lib.* 6. *cap.* 13. *tit. de blaſph. eiuſq; grauit. num.* 15. *& ſeqq. Candelabr. aur. eod. tit. cap.* 15. *num.* 59. *&* 60. & Gratian. *diſcept.* 93. *num.* 23.

126 Quæro quintò, An blaſphemanti aſſignentur defenſiones? Dic, quòd propter criminis attrocitatem, de qua plura Farin. *quæſt.* 20. Boer. *deciſ.* 301. Caball. *crim. reſol.* 296. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 375. Tondut. *de præuent. par.* 2. *cap.* 27. *num.* 12. *& cap.* 28. *num.* 6. Merlin. Pignatell. *controu. forenſ.* 97. *cent.* 1. Muſcatell. *de cognit. delict. tit. de blaſphemia*, Alex. Roman. *pragm.* 1. *num.* 3. *tit. de blaſphem.* & Lazzar. *de blaſph. in præfatione per totam* eſſet fortè reſpondendum negatiuè, prout reſpondet Paris de Puteo *de ſindicatu verbo condemnatio cap.* 4. *numer.* 13. quem ſequitur *adden.* ad eum *ibidem lit. E.* qui allegat concordantem Felin. *in cap. Paſtoralis* §. *quia verò de offic. delegat.* Auiles Prætorum *cap.* 25. Gloſ. *litera A. numer.* 8. & mouetur Paris de Puteo *ibidem* ad ita dicendum ex argumento Text. *in l. famoſi & in l. in quæſtionibus ff. ad leg. Iul. Maieſtatis*. Verùm partem affirmatiuam tenent Foller. *pract. crim. verbo recipiantur defenſiones num.* 36. Clar. §. *blaſphemia, verb. reperio etiam*, Fabius de Anna *in add. ad Vincent. de Anna ſing.* 67. Gram. *conſ.* 15. *num.* 13. vbi ait, quòd in crimine blaſphemiæ cadit defenſio, quia poteſt Reus fortè probare teſtem productum contra ſe eſſe ſuum inimicum: vel poteſt probare negatiuam coarctatam loco, & tempore, aut quod calore iracundiæ blaſphemauerit prouocatus: idem vult Baldax. de Angel. ad Foller. *loco cit. num.* 41. dicens, quòd defenſor poteſt ad fauorem blaſphemantis probare, quòd in rixa blaſphemauerit, vel quòd ſtatim ſe correxit, dicendo: *Dio me'l perdoni*, percutiendo pectus, vel os; idem probant Merlin. Pignatell. *contron.* 98. *num.* 5. *& ſeq.* Alexander Romanus *loco citato num.* 106. qui teſtatur vidiſſe, quòd in hoc crimine ſit proceſſus, datur terminus defenſionis, conceditur repulſa, & probat inquiſitus quidquid vult, ſicut in alijs criminibus, & Seuerin. ad Sanfelic, *deciſ.* 369. *verſ. in hoc crimine* concludit dandas eſſe defenſiones, & admittendam eſſe repulſam etiam ex alia cauſa, quàm ex inimicitia capitali, & dicit ita fuiſſe practicatum ad fauorem eius, qui cõuictus per duos Satellites, & ſeruientes Curiæ de blaſphemia in Beatam Virginem, fuit propter repulſam eiſdem datã ex alia cauſa, quàm inimicitiæ liberatus nõ ſolùm à pœna, ſed etiã à tortura, & eamdẽ opinionẽ ex Claro, Boer. Gilhauſen, & Camillo Borello firmat Carena *de S. Off. p.* 2. *tit.* 7. §. 11. *n.* 59.

127 Et quamuis, quoad repulſam ex alio capite, quàm inimicitiæ capitalis contrarium velint Maranta *ſpecul. par.* 6. *de teſtium repulſa num.* 18. Foller. *pract. crim. verbo concedatur repulſa num.* 4. Anna, & Imbrian. *locis relat.* à Rouit. qui eos ſequitur *rub. de blaſphemantibus num.* 2. Auiles Prætor. *cap.* 25. *lit. A.*

*num.* 8. Petra ad Gram. *deciſ.* 50. *num.* 17. & plures citans Baldax. de Angel. ad Foller. *d. verbo concedatur repulſa num.* 7. & Auendanus *de Mand. reg. o par.* 2. *cap.* 5. *num.* 4. dicat: quòd propter grauitatem criminis blaſphemiæ omnes teſtes, etiam illi, qui vltronei ſe ingerunt in captura blaſphemantis, admittuntur indiſtinctè ad teſtificandum, & quòd non admittitur repulſa teſtium: quod replicat *eodem cap.* 5. *numer.* 29. & mouetur ea ratione, quia regulariter in crimine blaſphemiæ reprobatio teſtium locum non habet, ſicut nec in crimine læſæ maieſtatis, & poſtmodum *eod. num.* 4. diſtinguat dicendo, quòd repulſa denegatur, quando Reus eſt perſona vilis: conceditur verò quando Reus eſt perſona honeſta, & integræ exiſtimationis, quam diſtinctionem tacito nomine Auendani facit etiam Parlador. *poſt different quæſt. iuris cap.* 18. §. 2. *num.* 6.

128 Nihilominus indiſtinctè tenenda eſt firmata concluſio affirmatiua etiam quoad repulſam, tùm quia debemus adhærere opinioni, quæ fauet Reo vulgatis Iuribus, tùm quia hanc opinionem eſſe veriorem, & magis practicatam teſtatur Carena *de S. Offic. par.* 2. *tit.* 7. §. 11. *num.* 61. ſubdens quod in Tribunali S. Inquiſitionis dum nomina teſtium ſupprimuntur, & ſic defenſiones Reorum reſtringuntur, debent ipſi Rei ex æquitate releuari in hoc, vt habeant teſtiũ repulſam ad Textum *in l. eum qui ff. de iur. iur.* tùm demùm, quia repulſam teſtium etiam in cauſa hæreſis concedendam vult Text. *in cap. in Fidei fauorem de hæretic. in* 6. nam in Fidei fauorem ſtatuit admittendos ad teſtimonium excommunicatos, & participes, vel ſocios criminis, non tamen hoc ſtatuit ſimpliciter, & indiſtinctè, ſed cum qualitate, quatenus ſcilicet deficiant aliæ probationes, & ex veriſimilibus coniecturis, & ex numero teſtium, aut perſonarum (tùm deponentium, quàm eorum contra quos deponitur) qualitate, ac alijs circumſtantijs ſic teſtificantes falſa non dicere pręſumantur: dum enim Alexander Quartus vult ibi eſſe examinandam qualitatem teſtium, vult per conſequens, quod repulſa, hoc eſt exceptio contra perſonas teſtium per ipſum Reum proponi poſſit. Nec dicatur, quòd Iudex debet hoc ex ſe examinare, quia multa innoteſcunt Parti, quæ nullo modo poſſunt innoteſcere Iudici, vt dicit Thom. del Bene *de S. Offic. par.* 2. *dubit.* 198. *ſect.* 19. *num.* 4. *&* 6. *& ſect.* 20. *num.* 12. & ſic ſi ſuper qualitate teſtium non audiretur Reus, remaneret defraudata mens Pontificis; & Reus indè grauaretur, quia repulſa eſt ſpecies defenſionis, quæ nulli debet denegari, vt ex Afflict. *deciſ.* 351. inquit in terminis Baldax. de Angel. *in addit.* ad Foller. *d. verbo concedatur repulſa num.* 1. Vndè in crimine hæreſis admittendas eſſe exceptiones, & replicationes legitimas ex Calderino, & alijs probat Farin. *quæſt.* 185. *numer.* 210. quo enim maius eſt delictum, magis indiget Reus defenſione, quia maior pęna indè prouenit, vt inquit Gomez *de poteſtat. in ſeipſum lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 6. *circa fin.*

129 Concludendum igitur ex iam dictis, quòd debent dari defenſiones, & quòd debet admitti etiam teſtium repulſa, ex quo ſequitur, quòd Reus accuſatus de blaſphemia non poteſt dici conuictus de hoc crimine per teſtes fœminas, minores, infames, & alitèr ſuſpectos, vt firmant Simon de Prætis *conſ.* 51. & Rouit. *rub. pragm. de Blaſphem. num.* 6. & hoc in ſubſtantia vult etiam Auendan. *loco cit.* dum *num.* 5. 7. *&* 8. ait ad pœnam ordinariam non probare periuros, qui ex propria confeſſione, vel teſtium depoſitione apparent eſſe tales, & nec probare eos, qui ſunt minores annis decem, & ſex, & nec probare eos, qui ſunt ſingulares, & ponit exemplum ſingularitatis in caſu, quo vnus teſtis dicit, quòd audiuit Petrum dicentem, *non creo en Dios,* & alius dicit, quòd audiuit Petrum dicentem: *Por vida de Dios, ò nò creo en Dios, vna deſtas palabras non ſe acuerda qual*; nam vnus teſtis tantummodò manet ſingularis, alter verò quia dubiè deponit, & ſine affirmatione non probat, & dat pro cautela quòd tunc iſte teſtis iterum interrogetur, vt certum quid deponat, vt notat Gloſa *in cap.* 3. §. *in crim.* 4. *quæſt.* 13. ratio autem quare non probant plenè teſtes patientes exceptiones ſexus, minoritatis, infamiæ, & huiuſmodi, ea eſt, quia licèt in crimine hæreſis admittantur ad teſtificandum perſonæ aliàs prohibitæ, vt in *cap. in fidei fauorem de hæretic. in* 6. admittuntur tamen ad præſumptionem, vel aliqualem probationem faciendam, vt inquit Palacios Rubeus *in allegatione in materia hæreſis impreſſa poſt repet. cap. per veſtras de donat. inter vir. & uxor.* §. 15. quod eſt verum ſi ſint tantùm duo, & non plures, nam duo teſtes criminoſi non probant plenè, vt ſubdit Palacios *loc. cit.* vbi ponderat ad hoc Text. *in d. cap. in Fidei fauorem*, & explicat verba, *ex numero teſtium*, hoc eſt, *ex multitudine teſtium*, & ſubdit, quòd ex appellatione *numeri* non poſſunt ibidem intelligi duo; quamuis loquutio pluralis verificetur in duobus, *l. vbi numerus ff. de teſtibus, & l. pluralis loquutio de reg. iur.* quia verus ſenſus, & intellectus illorum verborum eſt, quod ſi plures excommunicati quàm duo, vel participes, vel ſocij criminis deponant contra aliquem de hæreſi, dum tamen ex aliquibus coniecturis non præſumantur falſa dicere, iſti tales ſufficiant ad condemnandum, & ait ita Textum eumdem intellexiſſe Franciſcum de Aretio *in cap. fin. circa finem de Teſtibus*, ſubdens, quod mens Papæ fuit, quòd prædicti, quamuis inhabiles ad teſtificandum, admittãtur ad teſtimonium: non tamen dixit, quòd duo ex illis ſufficiant ad condemnatio-

mnationem. Sed vt verum fatear, neſcio videre quomodo poſſit dari repulſa teſtium in ijs Tribunalibus, in quibus non panduntur Reo nomina, & cognomina teſtium, vt eſt in Tribunali Sancti Officij: tunc enim Inquiſitor, & Conſultores procurant elicere ex ore teſtium exceptiones, quæ illis cõpetunt, & procurant habere ex ore Rei, an beat aliquos inimicos, maleuolos, ſeu odioſos, vt indè deſument argumentũ, an teſtibus ſit credendum, vel ne, ſed non concedunt terminum Reo ad repulſandum teſtes contra ipſum examinatos, quia fruſtratorius eſſet iſte terminus, dum Reo, vt dictum eſt, non panduntur nomina ipſorũ teſtium, & ſic concluſio prędicta, quod detur, & dari debeat repulſa, procedit ſolùm in Tribunalibus Sæcularibus, ſeù Eccleſiaſticis, in quibus datur Reo copia proceſſus cum expreſſione, & ſpecificatione nominũ teſtium, & cum hac diſtinctione poſſunt conciliari Doctorum opiniones, quę ſunt inter ſe de directo contrarię.

130 Aduertendum tamen, vt redeam ad materiam defenſionis, quòd blaſpemans licèt habeat terminum ad ſe defendendum, non poteſt tamen articulare, quòd in loco eſt conſuetudo blaſphemandi, & huiuſmodi articuli quatenus fiant, non ſunt admittendi iuxta praxim Senatus Mediolani, de qua teſtatur Clar. *pract. crimin.* §. *blaſphemia verſ. item poteſt in fine*, & ſequitur Farin. *quæſt.* 20. *num.* 45. nam talis conſuetudo dicitur eſſe prauus, & exterminandus abuſus, & conſuetudo, etiam quòd totus Mundus illa vteretur, non excuſat in ijs, quę ſunt de ſe mala, & deteſtabilia, & contra Ius Diuinum ad Text. *in cap. flagitia* 32. *quæſt.* 7. *&* *cap. obyciuntur* 32. *quæſt.* 4. & hanc eamdem ſententiam amplexi ſunt Couar. *cap. quamuis pactum* §. 7. *num.* 12. Parlador. *d. cap.* 18. §. 2. *num.* 10. vbi reprobat Aucudan. *de Mand. Reg. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 13. dicentem conſuetudinem blaſphemandi exiſtentem in Prouincia eſſe in cauſa, vt Reus ordinaria pœna non plectatur, Azeuedo *recopill. lib.* 8. *tit.* 4. *leg.* 1. *num.* 22. Gram. *deciſ.* 50. *num.* 5. & ibi Petra *in add. num.* 14. Carena *de S. Offic. par.* 2. *tit.* 7. §. 10. *num.* 56. & Seuerin. *in add.* ad Sanfel. *deciſ.* 369. *verſ. conſuetudo blaſphemandi*, qui ex Auend. limitat concluſionem in conſuetudine interprętan-
131 di verbum, & probandi, quòd in prouincia non habeatur pro blaſpemia, quia tunc quis debet admitti ad probandam dictam conſuetudinem interprętandi verbum aliter, quàm pro blaſphemia, & hoc probato debet excuſari, nam verba, quę ex conſuetudine in aliquo loco non habentur pro blaſphemia, & quę viles, & tranſeuntes ſolent proferre, non puniuntur vt blaſphemia, ſed vti verba malè dicta, vt ait Seuerinus *ibidem*, & meliùs Auendan. *in d. cap.* 5. *num.* 13. quem ita intelligendum ait Parlador. *d.* §. 2. *num.* 11. idem dicendum de illis, qui natali ſuo maledicunt, nam licèt Sotus *de iuſt. & iure lib.* 5. *quæſt.* 12. *art.* 2. huiuſmodi imprecationem ad blaſphemię crimen pertinere dicat, nihilominus hos extra ordinem puniẽdos ait Parlador. *d. c.* 18. §. 2. *num.* 1. & idem venit dicendum de illis, qui ambulantes impingunt pedem in aliquem lapidem, & maledicunt ſimpliciter lapidi offendenti, aut ſentientes ventum frigidum, & moleſtum maledicunt vento, & ſic de ſimilibus, vel maledicunt diebus, & annis, quia cum habeant duplicem intellectum, ſtandum eſt aſſertioni proferentis, quòd non intellexerit illis maledicere tamquam Dei, & vt Dei creaturis, vt benè explicat Georgius Sayr *in Claui Regia lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 3. *verſ. eodem modo*, & Seuerin. ad Sanfelic. *d. deciſ.* 369. *verſ. verum ipſe*, poteſt tamen dici, quòd non excuſentur in totum, quia verba, quę ſunt aliquo modo excuſabilia, ſemper in duriorem partem ſunt interprętanda, & ratione mali exempli illa proferens venit aliqualiter puniendus ſecundùm Hoſtienſ. *in Summa de Iudæis* §. *& in quibus n.* 6. *circa finem*, Auend. *de exequend. Mandat. Reg. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 10. & Seuerin. vbi proximè *verſ. ſequendo thema*, qui omnes ex Hoſtienſi *loc. cit.* aiunt fuiſſe pecunialiter punitum eum, qui dixit, *malim eſſe ſuſpenſus*, ſicut ille, cum ibi eſſet Crucifixus, & ille intelligebat de alio, qui erat ſuſpenſus verſus Septentrionem, & hoc dictum laudat Felin. *in cap. auditis n.* 32. *de præſumpt.*

132 Quęro ſextò, An qui vno impetu continuatiuè duas blaſphemias protulit iuxta exemplum poſitum per Viu. *deciſ.* 352. ſit puniendus tamquam ſecundò blaſphemauerit? Garon. *ad nouas Conſtit. Mediolanenſes lib.* 4. *tit.* 5. *de pœnis* §. *ſeuerè puniendi*, reſpondet, quod non, quia Conſtitutio requirit interuallum temporis, etenim omnia illa verba vno impetu prolata habentur pro vna blaſphemia, Farin. *quæſt.* 22. *numer.* 29. Carolus Tapia *lib.* 5. *de Iure Regni tit.* 18. *de blaſphemia num.* 12. Cepoll. & Menoch. *locis relatis* à Rouito, qui eos ſequitur *rub. de blaſphemantibus num.* 15. Candelabrum aur. *cap.* 15. *tit. de blaſphemia num.* 68. *circa med.* Nouar. & Griuel. *loco relato* à Baronio de corpore *verbo lingua num.* 143. Couar. *variarum lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 8. *verſ. tertio eodem pacto*, Alex. Rom. *pragm.* 1. *num.* 97. *tit. de blaſphemia*, vbi ponit exemplum in blaſphemante *tutta la Corte Celeſtiale*, vel *il primo giorno di Nouembre*, in quo eſt Feſtum Omnium Sanctorum, Carena *de S. Offic. par.* 2. *tit.* 7. §. 5. *num.* 28. Bordon. *Tribunal. Sacr. cap.* 26. *numer.* 14. *circa med.* Auileſ. Prętor. *cap.* 25. *gloſ.* 1. *num.* 23.

133 Quæro ſeptimo an iocosè blaſphemantes excuſentur? dic quod nec ex conſuetudine, loci debent excuſari in totum, ſed be-

nè in

nè in parte, vt ex Farin. firmat Tapia *loc. citat. num.* 9. Tancredi *de Religione tract.* 2. *lib. primo diſput.* 4. *num.* 11. & facit Alex. Rom. *loc. cit. num.* 94. vbi loquitur de illis, qui delectantur audire blaſphemias, & ad hoc capiunt iuuenes per aures, vel per capillos, vel torquent brachia, vel mordent dentibus quaſi ludendo, & dicunt, *ſe non biaſtemi, non ti laſcio*, & concludit, quod illi tales extra ordinem puniri debent, & acriter ſecundum me, quia Deus honorandus eſt non in iocum, & fabulam aſſumendus, vt ex Farin. Sanctarell. & Lazzar. aduertit Bordon. *Tribunal. Sac. cap.* 26. *num.* 18. præſertim cum Salzed. ad Diaz. *pract. crim. can. cap.* 111. *verſ. ſed locus iſte*, & Azeuedo *recopill. lib.* 8. *tit.* 4. *lege prima num.* 25. dicant nullatenus eſſe excuſandos eos, qui per iocum blaſphemant.

134 Quæro octauò. An inſanus, & mentecaptus propter malum exemplum debeat puniri pro blaſphemia? & nullatenus puniendum eſſe firmarunt Farinac *quæſt.* 94. *num.* 37. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 5. *n.* 7. & Lucas de Penna *in l. omnes verſ. tertio quæro C. de delator. lib.* 10. & hoc ex Theologis concludit etiam Alex. Rom. *dicta pragm. prima num.* 115. *& ſeq. tit. de blaſphemia*, licèt Azeuedo *recopillat. lib.* 8. *tit.* 4. *l. prima num.* 19. dicat vidiſſe hominem quemdam inſanum apparentem incarcerari, & catenis comprimi, & cum ſic detentus non ceſſaret, fuiſſe publicè flagellatum, & ſubdit iuſtè quidem fuiſſe factum, quia horrendas blaſphemias proferebat, & flagellationem prædictam profuiſſe, nam vt communiter fertur *inſanus pœna reſipiſcit*.

135 Quærò nono. An ſimplex blaſphemia, quæ, vt ſuprà diximus, eſt mixti Fori, poſſit aliquo modo ſpectare priuatiuè ad ſolum Tribunal Eccleſiaſticum, & S. Officij? dic affirmatiuè, quando duo concurrant, nempè quod blaſphemans ſit ſolitus blaſphemare, & fuit monitus, ne blaſphemaret, nam ſi non deſiſtit, debet puniri à S. Officio, quia licèt non conſter de animo, an pertinaciter, vel ex errore blaſphemet, nihilominus propter monitionem ad ſimilitudinem hæretici puniendus eſt, ità poſt Sanct. Thomam & Afflict. quos citat, docet Auend. *de exeq. mand. Reg. par.* 2. *cap.* 5. *numer.* 11. & facit ad propoſitum noſtrum quæſitum factum à Pegna *in add.* ad Emeric. *direct. Inquiſit. part.* 3. *quæſt.* 41. *tit. de blaſphemia lit. E.* cur ſcilicet aliquæ blaſphemiæ ad Iudicium Inquiſitorum pertineant, cum regulariter blaſphemantes aliud animo ſentiant, quam dicant? & ſatisfacit obiecto dicens, quod tametſi is, qui blaſphemat, non ſentiat, verum eſſe, quod dicit, attamen dicendo, & blaſphemando inducit perſonam ſentientis, ità rem habere, vt dicit, & cum per actum exteriorem infidelitatis indicium oſtendat, debet ſubire Iudicium Inquiſitoris, ad hoc vt iſtè videat, & perquirat, an ille ſentiat, vt dicit, & Carena *de S. Offic. par.* 2. *tit.* 7. §. 8. *num.* 44. inquit quod Inquiſitor cognoſcit etiam de blaſphemijs habentibus connexionem cum hæreſi, & etiam de illis, quæ prolatæ, ſeu coniunctæ ſunt cum blaſphemijs hæreticalibus & Bordon. *Tribunal. Sac. c.* 26. *n.* 15. *quæſt.* 10. ait quod Inquiſitor cognoſcit de blaſphemijs atrocibus, puta *maledictus ſit Deus, pereat Deus, cadat ex Paradiſo, vtinam non eſſet Deus*, vt exemplificat Bordon. *dict. cap.* 26. *num.* 7. nam & ſi dictæ blaſphemiæ non ſint hęreticales, faciunt tamen vehemēter ſuſpectum de hæreſi proferentem illas; quia nō minus eſt ſuſpectus, quam ſi proferat verba expreſsè hæreticalia, cum per illa cenſeatur malè ſentire de Deo, vt ratiocinatur Bordon. *ibid. dicto num.* 15. *quæſito.* 10.

136 Et quando hæc Bordoni opinio non admittatur pro vera omninò, pro vt re vera debet admitti, quia Inquiſitores regulariter poſſunt cognoſcere de Blaſphemijs, quæ habent in ſe hęreſim implicitam, vel explicitam Lazzar. *de blaſphemijs quæſt.* 6. *numer.* 10. puto ſaltem quod blaſphemans ſit remittēdus Inquiſitori, vt interroget Reum qua mente, & an seriò, & appenſatè protulerit dictas blaſphemias, eius enim eſt cognoſcere, an quid hæreticum ſit, vel non Anchar. *Rub. de Iudic.* Io: de Annania *eadem Rubric.* Lud. Alfer. *alleg.* 27. *n.* 6. Diaz. & Sayr. *loc. relatis* à Criſpold. *caſ. milit.* 4. *n.* 12. ſequitur Laganar. ad Rouit. *pragm. de blaſphemant.*

137 Quæro decimo. An blaſphemus hæreticalis gaudeat immunitate Eccleſiaſtica? Cortiada plures adducens concordantes *in deciſ.* 67. *num.* 23. non gaudere reſpondet, vide Carenam *loc. cit.* §. 10. *num.* 57. & Bordonum *Tribunal. Sac. cap.* 26. *num.* 15.

138 Quæro vndecimò. Diximus ſuprà quod bannimenta debent intelligi, vt procedant retenta qualitate conſuetudinis blaſphemā-di, quę etiam non expreſſa in bannimentis debet ſubintelligi, quando agitur de puniendo pro ſecunda vel tertia blaſphemia eum, qui pro prima non fuit punitus; ſed an hoc procedat in blaſphemante Deum, & Sanctiſſimam Virginem? Afflict. *in conſtit. Regni Neapol. tit. de blaſphemantibus num.* 10. ait, quod non, quia regula prædicta exigens conſuetudinem blaſphemandi, non procedit in blaſphemante Deum, vel Beatam Virginem, quia tunc ſufficit, quod ſemel tantum blaſphemet Deum, vel Beatam Virginem, quæ dignior eſt, & excellentior omnibus Sanctis ad Texr. *in cap. noua quædam de pœnitentia, & remiſſ.* nam verbum *audere* poſitum in bannimentis, verificatur in prima vice, quia verbum *auſus*, intelligitur ideſt ſemel, vt patet *in cap Statutum* §. *cum verò de reſcrip. in* 6. & in *elem. prima de Foro compet.* contrarium tamen firmat Merl. Pignattell. *Contron. Forenſi* 97. *num.* 11. *& ſeq.*

*& ſeq.* & poteſt eſſe ratio, quia conſtitutio recipit ſubintellectum conſuetudinis tam reſpectu blaſphemiæ in ſanctos, quàm in Deum, quia dum æquiparantur in *conſtitutione* æquiparatorum idem debet eſſe iudicium ad Text. *in l. 2. §. ſi Mater ff. ad Senatus Conſult. Tertullian.* & reſpondet Afflicto, dicendo, quod eius dictum plus pietatis, & Religionis, quàm veritatis continet, & quod Iura per eum allegata de vi, & efficacia dictionis, & verbi *audere* nullatenus probant aſſumptum, & propoſitionem ab eo firmatam: & quamuis Rouitus *in rub. pragm. de blaſphemantibus num. 10.* neget requiri conſuetudinem blaſphemandi, adhoc vt Reus poſſit puniri pœnis contentis *in pragmatica*, nihilominus Rouitus *ibid.* non firmat pedes in dicta opinione, & contra eum fuit iudicatum in Rota Bononienſi apud Banzium *deciſ. 135.* & in Sac. Concil. Neapolit. vt refert Pignatell. *loc. citat. in fine.* Vndè in Tribunalibus recepta eſt pro vera concluſio, quod conſuetudo blaſphemandi requiritur tam vigore Iuris communis, vt oſtendit Farinac. *quæſt. 20. num. 43.* quàm vigore Iuris Municipalis, & bannimentorum ad imponendam pœnam in prædictis Iuribus ſtatutam, vt videre eſt pœnes Banzium, & Pignattell. *locis citatis.* Intellige tamen opinionem iſtorum Doctorum procedere ſolum in caſu, quo bannimenta non loquuntur expreſsè, aliàs diſpoſitio bannimentorum eſſet attendenda iuxtà doctrinam Baldi, quam retulimus ſuprà *num. 21.* Vndè vbi Conſtitutio non facit differentiam inter blaſphemiam in Deum, & Beatam Virginem, & blaſphemiam in Sanctos, ſicut in vna, ita & in alia debet eſſe neceſſaria probatio conſuetudinis blaſphemandi iuxta opinionem Pignarelli quam puro eſſe tenendam etiam ex eo quia, bannimenta ſunt ſtrictè intelligenda.

139 Quæro decimo ſecundò. An poſſit puniri de blaſphemia is, qui cum eſſet carceratus pro alijs delictis, incidenter faſſus fuit blaſphemaſſe Deum, & Sanctos? tractat de hac quæſtione Afflict. *in Conſtitution. Regni Neapol. tit. de blaſphemantibus lib. 3. rubr. 54. num. 3.* & ex Abb. quem allegat, dicit non poſſe imponi pœnam ordinariam, niſi fiat nouus proceſſus, & per Iudicem adducatur dicta Confeſſio in nouo proceſſu ad probationem delicti, & hoc idem ex eodem Abb. *in cap. cum ſuper de confeſſ. & in cap. cauſam quæ de teſtib.* dicit Auendan. *de mand. Reg. par. 2. c. 5. n. 17. verſ. etiam ſi de crimine*: ſubdit tamen Afflic. *ibid.* quod confeſſio incidenter facta in vno Iudicio facit fidem in alio Iudicio, quando talis confeſſio tangit habilitatem, vel inhabilitatem perſonæ, nam quatenùs inficit perſonam, & opinionem eius ſigillat, ſequitur eam quocumque ſe vertit, ſicut infamia infamem, & lepra leproſum, & eum repellit, ſeu facit, vt repellatur à teſtimonio per Iura, quę ipſe Afflic. affert *ibidem*, poteſt tamen circa hanc Afflicti illationem opponi, quod licet regula ſit, quod blaſphemia oppoſita contrà teſtes reddit illos inhabiles ad teſtificandum Roland. *Conſ. 63. nu. 25. lib. 2.* Io: de Amicis *conſ. 78. num. 8.* & Gratian. *diſcept. forenſ. 93. num. 16.* debet tamen hæc exceptio tendens ad adimendam fidem plenè per duos teſtes conteſtes probari Clar. *quæſt. 53. num. 18. & 19.* & Gratian. *loc. cit. num. 18.* Immò ſecundum Couar. & Bald. *locis allegatis* per Gratian. *num. 21. & ſeq.* requiritur condemnatio, quia aliàs blaſphemus non poteſt dici infamis, quod in terminis eius, qui debet repelli à teſtificando ratione periurij, vult etiam Auendan. *de mandato Regio par. 2. cap. 5. num. 5. verſ. ſi verò*, ſed non recedas ab opinione Afflicti, quia vltrà quod de Iure Canonico non requiritur, quod reſtis ſit damnatus per ſententiam de crimine ad hoc vt repellatur, dummodò verè ſit criminoſus *cap. ſuper il primo de teſtibus, & cap. teſtimonium eodem tit.* opinio Baldi, & Couar. procedit, quando blaſphemator non eſt publicus, quia tunc requiritur ſententia declaratoria ſecundum Salyc. & Doctores *in l. improbum C. ex quibus cauſis infam. irrog.* Lamberteng. *de contract. Mulierum gloſa 12. num. 10.* & Farinac. *quæſt. 56. num. 420.* & ſic non procedit quando reſultat ex confeſſione ipſius Rei licèt incidenter facta, vt in caſu Afflicti; etenim confeſſio facta in Iudicio, etiam ſi ſit facta incidenter, facit rem notoriam, & publicam, vt dicunt Gratian. *loc. cit.* & Farinac. *quæſt. 81. numer. 233.* Inquantum autem Afflic. *ibidem* dicit, quod confeſſio incidenter facta non ſufficit ad imponendam pœnam ordinariam, niſi fiat nouus proceſſus, res non tranſit ſine difficultate; fallit enim in pluribus caſibus receſitis per Laur. Mattheu *de Regimine Regni Valent. cap. 8. §. 8. num. 257. & ſeq.* Primò, quando iudicium fuit generaliter ordinatũ ad punitionem illius criminis, de quo per confeſſionem incidentèr emanatam conſtat: Secundò, quando Iudicium fuit ordinatum non ad particulares perſonas, ſed ad comitiuam, puta bannitorum, tunc enim qui ſe detegit eſſe vnum ex illis, debet puniri: Tertiò, quandò delictum confeſſatum incidenter, eſt annexum ei, de quo agitur principaliter: Quartò, quandò condemnatio venit ex manu Principis, qui ſola facti veritate inſpecta iudicat: vide Iura, & Doctores, quibus Mattheu *loc. cit.* limitationes, & has fallentias comprobat, nam & ego incidenter prædicta hic indicaui, & vide veritatem harum Concluſionum pœnes Farinac. qui plenè tractat de materia *in quæſt. 81. num. 219. vſque in finem*: Vnum non deſeram quoad dictam aſſertionem Afflicti *loc. cit.* nam dicit quod confeſſus in tormentis incidentèr blaſphemaſſe, non poteſt

condemnari in pœnam ordinariam, niſi fiat nouus proceſſus, & per Iudicem in dicto nouo proceſſu confeſſio reproducatur ad probationem delicti, & vltra quod eſt controuerſum intèr Doctores, an facto nouo proceſſu confeſſio incidenter facta in plano examine, & in dicto nouo proceſſu reproducta ſufficiat ad condemnandum, vel ſolummodo ſatis ſit ad torquendum, vt videre eſt pœnes Farinac. *d. quaſt.* 81. *n.* 272. *& ſeqq. vſque in finem*. Eſt certum quod confeſſio incidenter facta in tormentis etiam facto nouo proceſſu non ſufficit ad condēnandum in pœnam ordinariam, quamuis in dicto nouo proceſſu ſit iterum facta, & confirmata, quia tortura, in qua à principio facta fuit confeſſio, reddit ſemper, & quandocumque eamdem confeſſionem meticuloſam, etiam ſi Reus ab alio Iudice examinetur, quia ſemper dicitur durare idem metus, donec in Iudice durat eadem facultas torquendi, vt ex Marſil. & Hyeron. Laurent. Farin. & Centolin. in additione ad Farin *conſ.* 19. *lit. L.* dicit Guazzin. *Reor. defenſ.* 30. *cap.* 39. *n.* 3. vbi teſtatur, liberaſſe ex hoc quemdam Aſculanum ad triremes tranſmiſſum, & dat cautelam, vt Reus iſto caſu relaxetur, & fiat per alium Iudicem proceſſus, & ſeruatis ſeruandis contumax, vel præſens condemnetur. Et citat ad hoc Farin. qui *in quaſt.* 83. *num.* 13. *&* 20. ait, quod ſi coram alio Iudice iſte Reus ſponte fateretur, poſſet ex hac ſua confeſſione condemnari altero de duobus concurrente, vel quod Reus ſit perſona ſagax, & non rudis, vel quod Iudex illi dixerit, quod non timeat de tortura, ſed liberè fateatur veritatem: ſecus ſi hoc non dixerit, & Reus fuerit homo rudis, vel imbecillis, aut mulier. Si verò negaret, eſſet vel in pace dimittendus, vel ad plus in aliquam extraordinariam pœnā condemnandus, non tamen corporalem; & ità tenendum pro veritate dicit Farinac. *dicto num.* 13. *in fine*, ſed mihi magis placet opinio Guazzini, quod ſcilicèt Reus debeat relaxari, & eo in libertate poſito debeat formari nouus proceſſus ab alio Iudice, & ſeruatis ſeruandis procedi debeat contra Contumacem, vel præſentem iterum in poſſe Curiæ redactum, & licèt prædicti DD. loquantur in terminis confeſſionis extortæ per torturam non præcedentibus Indicijs; nihilominus idem eſt dicendum in caſu iſto, quia negari non poteſt quin reſpectu ad confeſſata incidentèr defecerint inditia, quę de neceſſe debebant præcedere torturam, & propterea non recedendum etiam in hoc caſu à Doctrina Guazzini, & Farinac. *locis ſupra citat.*

140 Quæro decimotertiò. An debeat puniri, is qui poſt prolatam blaſphemiam confeſſus eſt Sacerdoti, & ab eo Sacramentalem abſolutionem obtinuit? reſpondeas affirmatiuè ſecundùm Farin. *quaſt.* 20. *num.* 42. vbi allegat concordantes, & reijcit Bart. *conſ.* 167. *incip. Miniſter Fratrum* Anchar. Anania, Felyn. Nell. Ferr. Decian. Boſſ. contrarium aſſerentes, & prò affirmatiua ſtant etiam Barboſa, Parlador. Couar. Souſa *locis relatis* à Carena *de S. Off. parte* 2. *tit.* 7. §. 15. *num.* 77. & Alex Roman. *pragm. prima num.* 133. *tit. de blaſphemia* Io. Andr. Baid. Florian. Iaſ. Menoch. Petra Sancta, Simancha. Pegna ad Emericum Gaill. Gomez. *de Regula Cancell.* Decian. Azzor. Vulpell. Sanchez relati à Ricciull. *de perſon. reprob. lib. primo cap.* 24. *num.* 3. qui ait hoc eſſe citrà controuerſiam ex Conſtitutione sanct. mem. Gregorij XIII. quam edidit de anno 1572. ſuper Iubilæo, de qua meminit Capeuill. *de caſib. reſeruat. tit. de hæreſi quaſt.* 3. *verſ. ſecundum quod* & eandem affirmatiuam latè tuetur Auiles *Prætor. cap.* 25. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi ſex rationes affert ad reijciendam opinionem Bartoli, & ſequacium, intèr quos annumerat etiam Firman. *in repert. verbo blaſphemia verſ.* 7. qui dicit ſe ità practicaſſe; vide ipſum Auiles, quià optimè morè ſuo loquitur, & licèt *nu.* 18. dicat poſſe conciliari dictum Bart. ſi dicatur illud procedere, quando blaſphemia eſt occulta, vel quando pœnitentia fuiſſet publica, quæ poteſt dici ſubrogata loco pœnę contentioſæ, nihilominus reſidet cum opinione Abb. *in cap. de his de accuſatione*, dicentis, quod pœnitentia, quæ imponitur in Foro animæ, non imponitur prò punitione delicti, & tendit ad diuerſum finem reconciliationis ſcilicèt ad Deum, & euitationis pœnæ æternæ, & allegat prò eius opinione Text. *in cap.* 2. *de Maledic.* qui vult, quod vltrà pœnitentiam publicam impoſitam, Poteſtas Sæcularis poſſit, & debeat procedere ad pœnam pecuniariam prò eodem delicto, & dicit quod iſte Textus fortiùs vrget quàm Text. *in cap. fœlicis* §. *penult. de pœnis in* 6. quem allegat Abb. *in dicto cap. de his*, & quidem abſolutus in Foro pœnitentiali, ſiuè in Foro conſcientiæ, quorum terminorum differentiam poſt alios ponit Riciull. *de Iure perſonarum lib.* 4. *cap.* 68. *num.* 3. & remiſſiuè *in tract. de perſon. reprobis lib. primo c.* 24. *num.* 7. poteſt accuſari, & puniri in Foro Iudiciali non ſolùm in crimine blaſphemiæ, ſed in quolibet alio crimine, vt dicunt Gloſ. Monticell. Corrad. Gomez. Foller. Couar. Clar. Gaill. & alij relati à Farinac. *quaſt.* 4. *num.* 5. vbi ampliat procedere etiam ſi abſolutio detur à Prælato habente etiam Iuriſdictionem in temporalibus contentioſam, vel à Summo Pontifice, & ſequitur Ayllon. ad Gomez. *de delictis cap. primo num.* 40. & aſſignant rationem, quia per pœnitentiam ſatisfit Deo, & Eccleſiæ: per pœnam autem Legalem ſatisfit Reipublicæ.

141 Verum Pater Paſſerinus *in cap. cum contumacia num.* 13. *de hæretic. in* 6. ait „ Verùm „ eſſe, quod abſolutio in Foro conſcientiæ

,, directè non iuuat in foro externo, nec libe-
,, rat à pœnis externi fori: indirectè tamen
,, auferendo materiam, ſuper qua fundantur
,, pœnæ, poteſt à pœna liberare, quia ablato
,, ſufficienter delicto etiam in futurum, & vt
,, non duret; & vt non perficiatur, non re-
,, manet vndè infligatur pœna, ceſſante etiam
,, in foro externo delicto, & ponit exemplũ
,, in delicto inſordeſcentiæ, nam cùm pœna
,, inſordeſcentiæ non debeatur, niſi pertina-
,, ciæ duranti per annum, ſi tollitur pertina-
,, cia, tollitur pœna, non poteſt verò dici
,, pertinax in perſiſtendo in excommunica-
,, tione ille, qui abſolutionem petijt in foro
,, conſcientiæ, & obtinuit, & de hoc in foro
,, externo conſtat, & eò magis quando quod
,, iſte non obtineat ſtatim abſolutionem ab
,, excommunicatione in foro externo, non
,, poteſt tribui pertinaciæ, & cõtemptui Cla-
,, uium, ſed alicui alteri cauſæ, ex qua pro
,, iure ſuo tuendo impeditur, ne ſtatim in
,, foro externo abſolui poſſit: in hoc enim
,, negotio quamlibet etiam cauſam iniuſtam
,, excuſare pertinaciam dixit Carena *de S. Of-*
,, *ficio par. 2. tit. 8. num. 8.* ex Rota *deciſ. 196.*
,, *num. 3. penes* Farin. & Farin. *quæſt. 192. nu-*
,, *mer. 2.* & eò magis, quòd qui velit eſſe per-
,, tinax contra Iudicem in foro externo, &
,, Claues Eccleſiæ contemnere, non eſt di-
,, gnus, vt abſoluatur in foro cõſcientię: ,, ha-
ctenus Paſſerinus: Et hoc clariùs forſan vult etiam Suarez *tom. 5. in 3. par.* D. Thomæ *de Cenſuris diſp. 7. ſect. 5. num. 23. in fine*, dicens abſolutum in foro conſcientiæ non poſſe puniri in foro externo, vti inobedientem mandatis Eccleſiæ, & contemptorem Cenſurarum, quia ad conſtituendam inſordeſcentiam requiritur, quòd excommunicatus perſeueret in ea animo pertinaci, & indurato, & in contemptu Clauium, & quod requiratur pertinacia tendens in contemptũ Clauium ex Text. *in cap. cum bona de ætat. & qualitat. & cap. cum contumacia de hæretic. in 6.* Cardin. Signor. Soccin. & Decian. docet Rota *in Oſcen. Archidiaconatus 16. Maij 1603. coram Lancellotto*, quam per extenſum refert Ricc. *pract. rerum quotidianarum tom. 3. reſol. 212. verſ. & ex his*, & eſt impreſſa *poſt 2. lib. conſil.* Farin. *deciſ.* 196. nam vt pluribus oſtendit Decian. *conſ. 14. num. 9. & ſeqq. lib. 3.* contemptus tunc dicitur, quando voluntas in hoc dirigitur, vt quis nolit obedire, quia ſpernit poteſtatem Iudicis, aut legis: talis autem non poteſt dici is, qui ſe catholicum oſtendit petendo abſolutionem ab excommunicatione, quia nedum non ſpernit, ſed imò recognoſcit Clauium auctoritatem in Eccleſia, eiuſque Miniſtris. Ideoque nec poteſt dici inſordeſcens ex traditis per Rot. *in d. Oſcen. Archidiaconatus.*

142 His tamen non obſtantibus concluſionẽ generaliter poſitã, generaliter eſſe intelligẽdam contendunt Carena *de S. Off. p. 2. tit. 8. §. 6.* & Fermoſin *tract. crim. tom. 2. in cap. excommunicatum §. qui autem quæſt. 2. nu. 10. de hæret.* qui dicũt, quòd de rigore Iuris etiam in terminis inſordeſcentiæ abſolutus à Confeſſario, & ſic in foro interno, non eſt abſolutus in foro externo, & poteſt pœna cõdigna affici, quamuis de æquitate poſſit Iudex ceſſante Partis oppoſitione declarare inſordeſcenti prodeſſe abſolutionem.

143 Sed mihi videtur, quòd in delictis, quæ re, hoc eſt ſolo facto perficiuntur, eo ſequuto, abſolutio Sacramentalis non proſit, quia ex delicto quis obligatur Deo, & Reipublicæ, & ſic per Pœnitentiam Sacramentalem, & abſolutionem indè habitam benè dicitur abſolutus quoad Deum, ſed non poteſt dici abſolutus quoad Rempublicam, quia nullam ſatisfactionem dedit Reipublicæ, vt firmant Farinac. & Ayllon. *locis ſupra citatis.*

In delictis verò, quæ per tractum temporis perficiuntur, ſi iam ſint perfecta, puta quòd iam ſit tranſactus annus requiſitus ad hoc, vt excommunicatus poſſit declarari inſordeſcens, & in pœnas inſordeſcentiæ incurſus, dicendum etiam in hoc caſu Abſolutionem Sacramentalem nullatenus prodeſſe ex eadem ratione modò adducta: at ſi delicta non ſunt perfecta, quia tempus fuit interruptum ex aliquo actu reſipiſcentiam, & virtutem redolente, tunc quia animus non fuit directus ad delinquẽdum, hoc eſt contemnendum Claues Eccleſiæ, & id facto oſtendit petendo, & reportando intra annum Abſolutionem Sacramentalem à Confeſſario, & de tali abſolutione det competentem iuſtificationem per rogitum Notarij, vel alio modo iuridico, vt docent Carena *d. §. 8. num. 32.* & Fermoſin. *locis ſupra citatis*, vtique Abſolutio Sacramentalis debet prodeſſe, quia cum dicta abſolutione fuit præcluſa via, & ablata materia, ne delictum perfectionaretur, vt conſiderat Paſſerin. *loco citato*, & Rota *in dicta Oſcen. Archidiaconatus num. 5.* nec enim dici, quòd excommunicatus permanſit in excommunicatione animo peruicaci, & corde indurato per annum, ſi intra annum confeſſus eſt, & Abſolutionem Sacramentalem reportauit, vt dicunt Suarez, & Rota *locis citatis.*

144 Cæterùm, quia materia eſt contingibilis, & poteſt dari caſus, quòd laicus ob blaſphemiam excommunicetur iuxta diſpoſitionem Textus *in cap. ſi quis per capillum 30. quæſt. 1.* ibi: *Si laicus, anathematizetur*, & quòd excommunicatus perſiſtat per annum in excõmunicatione, & ſic incurrat in inſordeſcentiam, & inſordeſcentiæ pœnas, vt pluribus citatis oſtendit Carena *loc. cit. tit. 8. §. 1. num. 2.* puto ad dilucidationem materiæ ſparſim à Doctoribus tractatæ, quòd operæ pretium ſit, nec abs re, diſtinguere plures caſus.

145. Primus eſt in abſolutione ſimplici ob-

tenta

tenta à Sacerdote, cui ſacramentalitèr quis confeſſus eſt, & licet, vt ſupra dixi, aliqui exiſtiment huiuſmodi abſolutionem de rigore non ſuffragari, ego retenta diſtinctione, de qua ſupra, accedo ad ſententiam Paſſerini, & puto etiam de Iuris rigore eſſe attendendam ex rationibus adductis, quibus addo aliam ponderatam per Rotam *poſt librum ſecundum conſiliorum* Farinac. *deciſ.* 202. *num.* 2. nempè quòd Eccleſia ad tollendam inſordeſcentiam non requirit certam formam, cum contentetur ſolis ſignis contritionis, nam ex petitione abſolutionis, & alijs actibus, & ſignis pœnitentię excluditur illa qualitas, quòd animo indurato, & in contemptum Clauium cenſuras ſuſtinuerit, ſine qua non poteſt dari inſordeſcentia, hinc in fortiori Nauar. *conſ.* 48. *num.* 10. *de ſent. excomm.* ait validam eſſe collationem Beneficij factam in excommunicatum in foro conſcientiæ abſolutum.

146 Secundus caſus eſt in abſolutione obtenta vigore Breuis expediti in Officio Componendarum, & debet omninò prodeſſe ex reſolutis per Rotam *in dicta Oſcen. Archidiaconatus*, & poteſt eſſe ratio, quia tunc fit compoſitio cum Romanæ Curiæ Datario, quæ vt ex Gomez *in Regul. Cancellar. de non iudicando iuxta formam ſupplicationis quaſt.* 14. *numer.* 3. inquit Couar. *in cap. Alma Mater par.* 1. §. 11. *in fine verſ. quinto his accedit*, ſolet fieri, & fit quoties quoad iudicium exteriùs, & contentioſum aliqua diſpenſatio, ſimileue negotium in Romana Curia expeditur.

147 Tertius caſus eſt in abſolutione obtenta vigore Breuis expediti in S. Pœnitentiaria, & quamuis in iſto caſu Ricciull. *de iure perſonarum lib.* 4. *cap.* 68. *num.* 12. *& num.* 14. *& de perſonis reprobis lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 7. *&* 18. dicat abſolutionē inde in foro conſcientiæ ſequutā nō prodeſſe, nihilominus eius dicto obſtant rationes adductæ, quæ comprobantur ex Buttio, & ex Imola *in cap. cum de his de accuſat.* & Pegna ad Emeric. *Direct. Inquiſit. comment.* 25. *verſic. illud hic monebo*, vbi ait multùm eſſe minuendam pœnam in foro exteriori, quoties is, qui punitur, in foro interiori ſine dolo fuit cōfeſſus delictū ſuum, & obtinuit abſolutionem, maximè ſi iniunctam ſibi pœnitentiam adimpleuit, cum ſatis appareat huic culpam ſuā diſplicuiſſe; & vlterius puto eſſe aduertendum, quòd in caſu inſordeſcentiæ abſolutio in foro conſcientiæ obtenta vigore dicti Breuis, operatur per omnia eumdem effectum, quem operatur abſolutio iudicialis, quia cum inſordeſcentia offenditur Deus, & offenditur Eccleſia, ſed per abſolutionem in foro cōſcientiæ, hoc eſt vigore Breuis Pœnitentiariæ obtentam, ſatisfit Deo, & ſatisfit Eccleſiæ, cuius caput eſt Pontifex, & huic tamquam Capiti & Dei in terris Vicario, & ſic proximiori pertinet remiſſio, vt firmat idē Ricciull. *de perſon. reprob. lib.* 1. *cap.* 24. *numer.* 16. ergò omnis actio reſpectu ad cæteros remanet extincta, vt ſubdit Ricciull. *eodem num.* 16. Non obſtat, quòd Ricciull. *d. cap.* 24. *num.* 18. *& d. cap.* 68. *num.* 18. *&* 19. opponat defectum voluntatis, nam vbi Papa procedit in foro cōſcientiæ facto ipſo declarat eius mentem eſſe, vt proſit in illo foro tantùm. Quia reſpondetur argumentum Ricciull. procedere in caſu blaſphemię prout loquitur ipſe ob rationem, quia blaſphemia eſt de illis delictis, quæ ſtatim perficiuntur: ſecus in crimine inſordeſcentię, quia eſt de illis delictis, quæ requirunt tractum, & continuationem temporis, & per interruptionem tolluntur, vt ait Rota *in dicta Oſcen. num.* 5. ſiquidem, vt ait Paſſerin. *loc. cit.* per petitionem Sacramentalis Abſolutionis aufertur materia, ſuper qua fundatur. Secundò reſpondetur, quòd Pontifex non poteſt intendere, quod abſolutio proſit in foro conſcientiæ, non autem in foro fori, quia non poteſt, vel ſaltem non debet ſupponere, quòd quis contemnat poteſtatem Clauium, dum petit abſolutionem Sacramentalem, quia hæc ſunt contradictoria, & non debent præſumi, vt ait Rota *in dicta Oſcen. num* 6. Poſſet benè Pontifex hoc intendere, quando delictum eſſet iam perfectum, & in foro iudiciali deductum, vel poſſet in dicto foro deduci, prout eſſet, quando excommunicatus iam tranſacto anno peteret abſolutionem.

148 Nec facit, quòd abſolutio vigore Bullę Cruciatæ, non fuit habita in conſideratione apud Rot. *in dicta Oſcen. Archidiaconatus*, & nec attendendam eſſe abſolutionem obtentam vigore Bullæ Iubilæi ex Brun. à Sole dicit Farin. *quæ.* 4. *numer.* 5. & alijs citatis Ricciull. *d. cap.* 24. *num.* 8.

149 Quia præter quam quod aliud eſt, quod quis abſoluatur vigore indultus generalis, aliud quod abſoluatur vigore Indultus ſpecialis, quæ enim ſpecialitèr conceduntur, habent maiorem vim, quàm ea, quæ generaliter fiunt, dicente Baldo *in l. ſi quis mihi §. iuſtum num.* 3. *ff. de acquir. hæred.* quòd ſpeciale fortiùs eſt, quàm generale, & *in l.* 2. *num.* 1. *C. de ſer. pignorum dat.* ait quod ſpecialiter declaratum plus operatur, quàm quòd in genere prædicatur, & confert quòd ferè in his terminis dicit Ricc. *prax. part.* 3. *reſol.* 213. *num.* 5. nempè quòd abſolutio ſuffragatur, vbi ſpecialitèr derogatum eſt, vt puta, quia Summus Pontifex abſolutionē tribuere voluit. Reſpondetur, quod abſolutio obtēta vigore Iubilæi, vel Bullæ Cruciatæ non prodeſt, quando eſt obtenta tranſacto anno, nam ſecùs dicendum, ſi intra tempus, quod requiritur ad conſtituendam inſordeſcentiam, quis petat, & obtineat abſolutionem, quia iſto caſu interrumpitur tempus, vt explicat ipſa Rota *in dicta Oſcen. d. num.* 5.

Nec

150 Nec replicetur, quòd abſolutio, & ſi in ſpecie conceſſa à Summo Pontifice in aliquo Reſcripto Gratiæ, ſiuè Iuſtitiæ, in quo adſit clauſula, *teque abſoluentes*, ad nihilum ſuffragatur impetranti ad ſe liberandum ab inſordeſcentia vt probant Caren. *dicto tit.* 8.§.7. *num.* 34. & Fermoſin. *loc. cit. quaſtion.* 1. *num.* 10. Piſtachius *de ſortileg. cap.* 27. quia caſus eſt diuerſus, & non benè ab vno ad alium fit illatio, ſiquidem dicta abſolutio datur cum clauſula *ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum*; & inſuper eſt verbalis, & de ſtylo, & datur quibuſcumque etiamſi non pœniteant, & demùm non tollit excommunicationem, ſed impedimentum proueniens ex excommunicatione, tantùm ſuſpendit, quouſque gratia ſuum ſortiatur effectum, vt ex Ricciull. & Valer. aduertunt Catena, & Fermoſ. *loc. cit.* abſolutio verò vigore Breuis S. Pœnitentiarię eſt vera, & effectiua abſolutio, & datur vero pœnitenti, quoad forum Animæ, & ideò apta, nata, & ſufficiens eſt tollere inſordeſcentiam, quia priùs tollit contemptum, qui illam producit.

151 Quartus eſt caſus in recurſu facto ab excommunicato ad obtinendum per Componendas Breue pro abſolutione, & ſimplicē recurſum prodeſſe etiam gratia non obtenta omnes Doctores fatentur, vt videre eſt penes Rotam *deciſ.* 202. *poſt* 2. *lib. conſ.* Farinac. Ricciull. *de iure perſon. extra gremium exiſt. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 5. *& ſeqq.* Carena *de S. Offic. par.* 2. *tit.* 8. §. 2. *num.* 8. quod eſt verum, etiamſi Supplicans impetrauit Breue, ſed illud non expedinit, vt habetur *in dicta Oſcen. Archidiacon. in princip.* nam ſufficit ad remouendum motiuum contemptus Clauium, quod quis faciat diligentiam pro obtinenda abſolutione, vt dicunt Ricciull. *loc. cit. num.* 9. *&* 10. Sanctarell. *de hæreſ. cap.* 4. *num.* 3. *&* 4. Barboſ. *in cap. cum ex iniuncto num.* 13. *in fine de hæretic.* & Fermoſin. *loc. cit. quaſt.* 1. *num.* 9. cui tamen hoc ſic indiſtinctè non placet, quia vt dicit *num.* 13. poteſt eſſe tanta malitia non redeuntis pro expeditione Breuis, vt ex ſola impetratione quippe quæ ſimulata, releuari non debeat, & exiſtimat potiùs, & ſatis benè, relinquendum eſſe Iudici ex qualitate facti, loci, & perſonæ arbitrandum, an ſola ſupplicatio ſignata liberet impetrantem ab inſordeſcētia, nam non poteſt dici, quòd non integrè pœnituerit; ſi ob paupertatem ſupplicationem ſignatam de facto non expedierit, vt colligitur ex Rota *in dicta Oſcen. Archidiacon.* contrarium verò dicendum ſi impetrans ſit diues, & non habeat impedimentum, quod potuerit eum retardare.

152 Quintus caſus eſt in recurſu facto à Patre, Matre, Fratre, ſeù alio conſanguineo excommunicati, qui petijt, & non obtinuit Breue abſolutionis, & hunc recurſum non prodeſſe reſpondendum, quia ad remouendam præſumptionem contemptus, & animi peruerſi, & indurati, neceſſe eſt, quòd excommunicatus petat, quia ille actus, quātumuis ſimulatus, oſtendit obedientiam, quod ſufficit Eccleſiæ, quæ non iudicat de interno, cuius ſolus Deus ſcrutator eſt, vt benè aduertit Rota *in d. Oſcen. Archidiaconatus num.* 2. *circa finem*, idcircò factus ab alio non ſuffragatur, quia præſumitur incognitus ei, ad cuius fauorem factus fuit ad Tex. *in l. vlt. ff. pro ſocio.* Poteſt nihilominus attentari contrarium ex regula generali, qua perhibetur actum præſumi factum de ordine, mandato, & conſenſu eius, ad cuius vtilitatem tendit, vt per Text. *in l. vlt. C. de alim. pupill. præſtan.* ait Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 15. *num.* 15. maximè ad excuſationem eius, qui dicitur deliquiſſe, nam ad hoc, vt non dicatur deliquiſſe, vel minus deliquiſſe, id, quod factum eſt ad eius commodum, & vtilitatem, præſumitur de illius mandato factum, vt ex Bart. Aleiat. Menoch. dicit Farin. *quæſt.* 134. *num.* 83. pręſertim verò, ſi ex præcedentibus, vel ſubſequentibus detur aliqua coniectura mandati, vt ſubdit Farin. *ibidem num.* 86.

153 Notandum hic, quòd contra inſordeſcentes de conſuetudine non proceditur, niſi ſint excommunicati ex cauſa Fidei, vt teſtantur Pegna ad Emeric. *Direct. Inquiſit. p.* 2. *quæſt.* 47. *commen.* 72. *verſ. ex recepta* Farinac. *quæſt.* 192. *num.* 24. Souſa *afforiſm. Inquiſit. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 7. Del Bene *de S. Inquiſit. p.* 2. *dub.* 211. *ſect.* 1. *num.* 15. Fermoſin. *loc. cit. quæſt.* 2. *num.* 3. Caren. *de S. Offic. par.* 2. *tit.* 8. §. 4. *num.* 18. Zecch. Scaccia, Montemaran. *locis relatis* à Riccio *loc. cit. reſol.* 215. *nu.* 4. Lazzar. *de monitor. ſect.* 4. *q.* 8. *num.* 20. Antonell. *de tempore legali lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 4. Cenedus *practica quæſt. Canonic. quæſt.* 15. *numer.* 10. *verſ. nihilominus tamen*, Propterea ſi quis ſit excommunicatus ab Auditore Cameræ, vel alio Iudice, ex quo non paruit exequutioni, ſeu cenſuris Rotæ Romanæ, & ſimilium. & in excommunicatione per annum permaneat, non ſolet declarari inſordeſcens, & in pœnas inſordeſcentiæ incurſus, vt reſolutum pluries per Sac. Congregationem S. Officij referunt Lazzar. *loc. cit. num.* 20. Borgn. *deciſ.* 33. *num.* 61. *par.* 2. & Carena *loc. cit. num.* 18. ſed hæc conſuetudo habet locum, quando excommunicatio fertur in alio Tribunali, quàm S. Officij, nam ſi ſit lata in Tribunali S. Officij etiā ſi lata ſit ex alia cauſa, quàm hæreſis, puta pro eximitione detenti in carceribus S. Officij facta ex affectione, conſanguinitate, vel pretio, quo caſu eximens nō incidit in ſuſpicionē hæreſis, vt volunt Farin. *quæſt.* 182. *n.* 87. & Bonifat. de Vitalin. & Zabarell. *loc. cit.* à Sanctarello *de hæreſi cap.* 41. *dub.* 3. *num.* 5 *in fine*, Duard. *in Bulla Cœnæ lib.* 2. *cap.* 1. *q.* 33. *n.* 23. Bariola *in aphoriſm. lit. I. verſ. impeditores S. Offic.* adhuc, benè poterit procedi contra

inſor-

inſordeſcentes non ſolum, quia reſolutiones S. Congregationis fuerunt factæ in terminis excommunicationis latæ ab alio tribunali, vt videre eſt penes Lazzar. Caren. & Borgnin. *loc. cit.* ſed etiam, quia teſtatur Carena *loc. cit. num.* 18. in fine, quod etiam in caſu quo excommunicatio lata fuit in alio Tribunali, & ex cauſa Fidem non concernente fuit aliquando proceſſum contra inſordeſcentes conſulto ſupremo Vrbis Tribunali.

154 Quæ autem ſint requiſita inſordeſcentiæ ponunt Ricciul. *loc. cit.* & Carena *dicto tit.* 8. *num.* 2. *& pluribus ſequentibus*.

155 Quæro XIV. Dixi ſuprà quod corpus delicti in crimine blaſphemiæ probatur per eoſdem teſtes, qui de blaſphemante deponunt, quia in hoc crimine eodem tempore habetur cognitio facti, & facientis, ſed an hoc procedat, & ſit verum, ſi probatio habeatur per teſtes omninò ſingulares? pendet reſolutio quæſtionis propoſitæ ab articulo, an teſtes ſingulares probent ad pœnam ordinariam, in quò Doctores in varias iuerunt ſententias: alij enim volunt quod teſtes ſingulares ſufficiunt, & probant ad condemnandum vt dicunt Hippolit. Riminald. *conſ.* 7. *à num.* 27. *vſque in fine lib. primo* Ant. Souſa. *in particulari diſputat. de teſtib. ſingul. impreſſa poſt aphoriſm. Inquiſitoris* Gomes. *variar. tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 12. Royas *de hæretic. part.* 2. *aſſert.* 6. *num.* 139.

Alij volunt quod non ſufficiunt, & nec probant ad imponendam pœnam ordinariam Alex. *conſ.* 72. *ferè per tot. lib. primo* Carena *de S. Offic. par.* 2. *tit.* 7. *de blaſphemia* §. 5. *num.* 27. Diana *Moral. par.* 4. *trac.* 7. *reſol.* 31. *verſ. at his non obſtantibus* Emetic. *direct. Inquiſit. par.* 3. *quæſt.* 72. & Pegna *ibid. commentar.* 121. Alij diſtinguunt inter teſtes ſingulares deponentes de diuerſis hæreſibus, & eos, qui deponunt & concordes ſunt de eadem hæreſi, & conueniunt cum diſtinctione, quam faciunt Doctóres inter teſtes ſingulares adminiculatiuos, ſeu cumulatiuos, & inter teſtes ſingulares diuerſificatiuos, iſti enim dicuntur deponere circa diuerſa indiuidua delicta eiuſdem, vel alterius ſpeciei: adminiculatiui verò, ſeù cumulatiui teſtes dicuntur illi, qui per diuerſa media idem indiuiduum delictum probant, & primo caſu dicunt non probare: Secundò verò caſu teſtes ſingulares probare aſſerunt vt videre eſt pœnes Leſſium *de inſt. & iure lib.* 2. *cap.* 30. *dub.* 4. *num.* 33. & penès Verricell. qui diffusè loquitur *quæſt. moral. tract.* 8. *quæſt.* 44. *ſect.* 11. *num.* 50. *& ſeqq.* & penes Simanch. *in Encherid. tit.* 37. *num.* 8. *& Inſtit. Cathol. tit*, 64. *n.* 77. quem referunt Diana, & Pegna *loc. citat.* ſed eum non ſequuntur & in ſpecie hanc eius Diſtinctionem improbant Freitas, Acugna, Flores de Mena, Scaccia, & Royas *locis relatis* à Diana vbi proximè, qui tamen Simancham defendit dicendo cum P. Aldreto *de diſciplina regul. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 29. Sanctarel. & Miranda opinionem Simanchæ probabilem, licèt probabiliorem opinionem contrariam aſſerat. Alij demum dicunt teſtes ſingulares, ſiuè deponant de diuerſis hæreſibus, ſeù blaſphemijs, vel de eadem blaſphemia, ſeù hæreſi teſtentur, ſatis ſolum eſſe ad condemnandum in pœnam extraordinariam, vel ad ponendum Reum in tortura Cantera *quæſt. crim. cap.* 2. *de vera confeſſione num.* 17. Scaccia *de iudic. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 10. *num.* 527. Diana *loc. cit.* Caſtropalaus *tract.* 4. *diſp.* 8. *punc.* 15. §. 4. *num.* 16. ex his igitur poteſt dici, quod varij etiam ſunt Doctores circa determinationem reſolutionis noſtræ quæſtionis: Quid dicendum? Carena *loc. citat. par.* 2. *tit.* 11. §. 4. *num.* 17. tractans de illa quæſtione an contrà Celebrantem non promotum conſtet de corpore delicti, ſi vnus teſtis deponat vidiſſe celebrantem vno die, & alter altero die concludit iuxtà Doctrinam Cardin. Tuſchi *lit. D. concluſ.* 171. *num.* 45. *& lit. P. concl.* 236. *num.* 33. quod ad pœnam ordinariam non plenè conſtat de corpore delicti: ſecus quoad pœnam extraordinariam puta triremium, & hoc verum eſſe ait ſolùm in caſu, quo teſtes deponant de diuerſis miſſis, nam ſi deponerent de eadem miſſa, puta quod vnus teſtis deponat de Epiſtola, alter de Euangelio, alter de Eleuatione Hoſtiæ, non poſſent iſti dici ſingulares, quia obiectum eodem tempore ſe repræſentans ſenſibus teſtium operatur, quod ſint conteſtes, ratione enim connexitatis, quam habet vna pars cum alia, teſtes dicuntur conteſtes licèt de diuerſis partibus deponant, & mouetur ex doctrina Abb. *in conſ.* 42. *num.* 2. *&* 3. *lib. primo* Tuſch. *lit. T. concl.* 165. *num.* 17. *&* 95. quibus addi poteſt Verricell. *quæſt. moral. tract.* 8. *quæſt.* 44. *ſect.* 7. *num.* 29. Sed mihi videtur eſſe indiſtinctè
156 dicendum non conſtare ſufficienter ad pœnam ordinariam, nunquam enim potui inducere animum meum ad acquieſciendum opinioni eorum, qui volunt poſſe deueniri ad pęnam ordinariam ex teſtibus ſingularibus, etiamſi de eadem ſpecie criminis deponant, ideo quicquid ſit in alijs caſibus, certè vbi teſtes prout in crimine hæreſis, ſeù blaſphemiæ, duas operationes faciunt, quia vno, eodemque tempore cum eorum dicto conſtituunt delictum, & delinquentem, exiſtimaui quod ad hanc operationem non ſufficiant teſtes ſingulares, etiam ſi eſſent mille, & etiam ſi extaret Statutum hoc in indiuiduò determinans, quia tale Statutum non valeret vt ex Doctrina Abb. *in conſ.* 42. *num.* 2. & Federic. de Senis *conſ.* 17. *num.* 4. dixi ſuprà *num.* 41. præſertim quando agitur de pœna mortis, vt aduertit Scaccia *de iudic. lib.* 2. *cap.* 9. *n* 399. quem refert, & ſequitur Verricell. *quæſt.*

*moral.*

*moral. tract.* 8. *quæſt.* 44. *ſect.* 10. *num.* 44. *verſ. itaque valere,* & multitudo teſtium non conſtituit probationem perfectam, quia ſingularitas eſt defectus diminuens Fidem, vt ait Farinac. *quæſt.* 62. & hanc opinionem inconcuſsè tenuit ſuprema Inquiſitio Romana teſte Diana *dicta reſol.* 31. & poteſt aſſignari ratio differentiæ inter delictum facti permanentis, & delictum facti tranſeuntis, quia in delicto facti permanentis habetur duplex certitudo reſpectu duplicis Inquiſitionis, quarum vna tendit ad probandum delictum, & alia tendit ad probandum delinquentem, & ideò ratione huius duplicis certitudinis poteſt Iudex procedere cum maiori certitudine morali ad condemnandum in delictis facti permanentis, quam in delictis facti tranſeuntis, & in hunc ſenſum accepta eſt vera propoſitio Paſqualighi *deciſ.* 216. *num.* 13. dicentis non imponendam eſſe pœnam certam prò delicto incerto, & ſic concludendum teſtes ſingulares non probare corpus delicti, niſi quantum ſufficit pro pœna extraordinaria.

157 Aduertendum tamen quod iſta opinio procedit ſolum in terminis, in quibus præfati Doctores loquuntur, quia ſi Reus ex teſtibus ſingularibus legitimè interrogatus in tortura, ſeù extrà torturam delictum fateretur Vtique poſſet condemnari in pœnā ordinariam, cum confeſſio Rei ſuperueniens ſuppleat, & perfectam corporis delicti probationem inducat, vt firmant Clar. *quæſt.* 55. *num.* 11. *verſ. bene verum,* & Zuffius *de Legitim. proceſſus quæſt.* 21. *num.* 20. vbi dicit quod corpus delicti per coniecturas probatum ſufficit, ſi ad illud poſteà conſequitur vera confeſſio delinquentis, & ex Carpzou. *pract. crim. quæſt.* 16. *num.* 27. in fortioribus terminis nempè in delictis facti permanentis loquuto, ſubdit, quod ſi vnicus teſtis iuratus deponens ſe corpus delicti, hoc eſt corpus occiſi vidiſſe, ex quo facit ſemiplenam probationem, & conſequenter indicium ad torturam, probat ſufficienter corpus delicti ad condemnandum in pęnam ordinariam, ſi concurrat aliquod aliud adminiculum, & ſubſequatur confeſſio Rei & ità exequutum teſtatur Carpzou. ibidem *num.* 28. & 30. & comprobatur *ex deciſ.* in caſu fortiori relato à Caſſan. *conſuetud. Burgund. rub. prima tit. de iuſtices & Droit.* §. 5. *num.* 41. *fol. mihi* 49. vbi relata opinione Angel. *in l.* 1. *ff. de confeſſ.* dicentis quod ſi Aſſaſſini malæ conditionis, & famę confiterentur ſe occidiſſe Mercatores, & eorum corpora proieciſſe in mare, tunc etiamſi illa corpora non reperiantur, tamen attento, quod erant Aſſaſſini publicè diffamati, & latrocinia exercebant propè littus maris, ita quod veriſimiliter corpora proiecerunt in mare, deberent puniri ex confeſſione, quamuis corpora occiſa non appareant, & quod ita fuit iudicatum per egregium Virum Dominum Nicolaum de Tortellis de Prato tunc Florentiæ aſſidentē, & refert caſum ſibi occurſum Mediolani; nam cum quidam Maſſerius confeſſus fuiſſet ſe propè Lacū Cumarum occidiſſe ſuum Dominū, cum quo ad dictum Lacum accedebat, & cadauer dicti ſui Domini in Lacum proieciſſe, fecit piſcari cadauer, ſed non fuit inuentum, & propterea fecit dictum Maſſerium conduci ad locum in quo dicebat occidiſſe Dominum ſuum, & quia in loco ab eodem indicato, qui non diſtabat à Lacu per iactum lapidis, repertus fuit ſanguis, dictus Maſſerius fuit condemnatus ad mortem, licet non potuiſſet inueniri corpus, & ſubdit quod Conſultus Senatus Mediolani dixit ita debere fieri per Doctrinam Angel. *loc. cit.* & Iaſon. qui eum ſequitur *in l. ius iuiurandum* §. *Procurator col.* 7. *ff. de iure iurando.*

Non obſtat quod Carena *dicto* §. 4. *nu.* 20. dicat quod hoc in Iure magnam patitur difficultatem, cum omnes Doctores dicant ante torturam, & condemnationem, immò etiam ante carcerationem conſtare debere plenè, & concludentèr, vel per teſtes, vel per euidentiam facti de corpore delicti, & allegat Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 6. *verſ. liquere autem* Felic. *allegat.* 155. *num.* 2. *par.* 2. & Giurb. *conſ. crim.* 37. *nu.* 46. & *ſeqq.* nam antequam contra Reum deueniri poſſit ad aliquem actum iudicialem, debet liquidò conſtare de corpore delicti, vt ſanciuit Text. *in l. prima* §. *item illud ff. ad. Senat. Conſult. Syllan.*

158 Quia ceſſat omnis difficultas, ſi eſt verum, prout eſt veriſſimum, quod triplex eſt inquiſitio corporis delicti pro ratione triplicis effectus: vna ſcilicet ad inquirendum: alia ad torquendum: tertia ad condemnandum, vt exemplificant Carpzou. *pract. crim. par.* 3. *quæſt.* 108. *num.* 18. *& ſeqq. & deciſ.* 197. *n.* 6. *& ſeqq.* & D. Zuffius *de legit. proceſſ. quæſt.* 20. *num.* 2. *& ſeqq.* & ideo quoties circa corpus delicti extant ea indicia, quæ ſatis ſunt ad torturam, ſi Reus in ea poſitus fateatur delictum, debet condemnari ad pœnam ordinariā delicti, quod confeſſus eſt, iuxtà opinionem Doctorum mox relatorum, & cum hoc ſit verum in Reo confeſſo in tormentis, eò magis ad tradita per Fermoſin, *in cap. at ſi clerici quæſt. prima num.* 22. *& ſeqq. de iudicijs* erit verum in Reo confeſſo in plano examine, qui ſi legitimè à Iudice interrogatus, fateatur delictum, nullam poteſt opponere exceptionem ad euitandam pœnam delicto competentem vt per Text. *in cap. primo de accuſat. in* 6. dicit Paſſerin. *pract. crim. quæſt.* 23. *art. primo num.* 28. Dixi, ſi legitimè à Iudice interrogatus fateatur, quia non puto veram concluſionem firmatam à Paſſerino *loc. cit.* nempè quod ſi delinquens interrogetur à Iudice non tanquam Reus, ſed tanquam teſtis, an ſciat fuiſſe commiſſum aliquod deli-

delictum, & à quo, & ipſe fateatur illud commiſiſſe, poterit condemnari, quia ſine fraude confeſſus eſt; etenim hoc poſito deſtrueretur regula communiter à Doctoribus firmata, quod confeſſio ſine præcedentibus indicijs habita, Reo non nocet, quam pluribus firmat Farinac. *qu.* 1. *nu.* 40. *& q.*81.*n.*14.*&* 15.*& ad text.in c.*1.*de accuſat. in* 6. poteſt reſponderi procedere quoad pœnam extraordinariam tantùm, vt aduertit Farinac. *qu.*81. *n.*82. *&* 91. & forſan hoc voluit dicere Paſſerinus, nam ad pœnam ordinariam neceſſe eſt, quod Reus interrogetur, & fateatur poſtquam acquiſita fuerint indicia ſuper delicto, & ſuper delinquente, tunc enim Reus legitimè interrogatur, vt dicunt præfati Doctores, & Farinac. *conſ.* 110. *num.* 12. *& qu.eſt.* 81. *num.* 15. & Zuffus *de legitim. proceſſ. quæſt.* 57. *num.* 23. *& quæſt.* 58. *num.*3. Vlterius aduerto, quod argumentatio Paſſerini dicentis iſto caſu confeſſionem non eſſe fraude extortam, maximam patitur difficultatem, quia non eſt omninò tutum aſſetere, quod Reus examinatus ſine præcedentibus indicijs non inducatur eum fraude ad confitendum, nam Reus in carceribus exiſtens non mouetur ad confitendum, niſi quia cogitat contrà ſe fuiſſe aſſumptas informationes, vt benè conſiderat D. Zuffus *loc. cit. quæſt.* 84. *num.* 9.

159 Nec dicatur quod Doctrina Carpzouij debet explicari, & intelligi, prout eam intelligit Zuffus *loc. cit. q.*20. *n.*8. vt procedat, quando tortura irrogatur inquiſito non ſolùm ad confeſſionem habendã, ſed etiam ad detegendum corpus delicti, hoc eſt ad indicandum locum, in quo illud poſitum ſit.

160 Quia hoc bene procedit in delictis facti permanentis, vt eſt homicidium, furtum, & ſimile: ſecùs autẽ in delictis facti tranſeuntis; in quibus, dum de corpore delicti extant indicia, ſufficit ſola comprobatio ex ore, & confeſſione ipſius Rei habita, vt firmant Clar. Carpzou. Zuffus, & Caſſan. *loc. ſupra citatis*.

Et certè ſi alitèr eſſet, ſequeretur, quod nemo Hęreſiarcha, & nemo blaſphemator ex teſtibus ſingularibus ſuppoſitus torturæ, & in ea confeſſus, poſſet in pœnam ordinariam condemnari, quod non eſt dicendum ex ſuprà conſideratis.

161 Quæro XV. An carceratio per menſes duos, ſeu tres comminata, & indicta in noſtris bannimentis contrà blaſphemantes debeat eſſe continuata? agit de hac quæſtione in ſpecie Auendan. *de mandat. Regio par.* 2. *cap.* 5. *num.* 21. & reſpondet affirmatiuè, quia pœna, quæ certo, & determinato, ac limitato tempore debet adimpleri, exigit temporis continuationem ex iuribus pluribus; quæ ibi adducit, & ideò Reus, qui diſcontinuè ſtat in carceribus non ſatisfacit pœnæ ſibi impoſitæ etiam ſi hoc faciat ex permiſſione Iudicis, quia Iudex in hoc crimine blaſphemiæ non poteſt mutare formam pœnæ à Statuto indictæ, nam ſicùt in hoc crimine interdicta eſt tranſactio, & compoſitio, vt ex Baldo *in l. accuſationem num.* 6. *C. qui accuſar. non poſſ.* & alijs dicit Auiles *in cap. Pratorum* 25. *num.* 12. Azeuedo *recopil. lib.* 8. *tit.* 4. *leg. prima num.* 46. & ipſe Auendan. *dicto num.* 71. ita debet etiam dici interdicta mutatio formæ pro punitione determinatæ, vt pluribus oſtendit Auendan. ibidem: eandem quæſtionem, & determinationem facit Auiles *Prator. cap.* 25. *lit. B. verbo diſpenſare num. primo* & ad firmandum quod in hoc crimine non ſit locus diſpenſationi circà pęnam adducit Text. *in cap.* 2. *de maledic.* ibi: *nullam miſericordiam habiturus*, quod Abbas ibi *num.* 5. ex Hoſtien. intelligit procedere niſi adſit aliqua magna cauſa diſpenſandi, & exemplificat in perſona nobili, vel honorabili, quam non deceat ſic publicè pœnitere, nam iſto caſu, vt dicit Abb. permittendum eſt ei, vt hanc pœnitentiam Eleęmoſinis redimere poſſit ad Text. *in cap. primo de vot. & cap. mulieres de ſent. excom. & cap. medicina de pœnit. diſtinct. prima* & hoc dictum Abbatis ſequitur Ioan, de Anan. *in dicto cap.*2. *collat.*3. *verſ. nota*, dicens, quod Homo nobilis poteſt redimere pœnam magno pretio, & hoc alijs medijs comprobat Auiles *loc. cit. num.*2. *& ſeqq.* qui tamen eis non aſſentitur, immò ibidem *num.* 7. circa medium tenet, quod Iudex nullo modo poteſt diſpenſare circa illos triginta dies, quibus Reus debet eſſe captus *& ſub num.* 4. reprobat praxim aliquorum Iudicum illiteratorum, qui mutant hanc pœnam carceris in Oleum pro lampade Eccleſiæ, vel iubent diſtribuere aliquam pecuniam Pauperibus; Idem determinat Parlador. quotidian. *quæſt.* 18. §. 1. *nu.* 7. dicens quod menſis ſpatium, quo lex Regia blaſphemum in vinculis eſſe ſanxit, continuum, non interpolatum eſſe debet, & idem firmant Azeuedo *recopil. lib.*4. *tit.*4. *l.*1. *n.*42. *& lib.*8. *tit.*4. *l.*5. *n.*15. vbi plures allegat concordantes, Gomez. *variar. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 3. *& cap.* 8. *n.*2. vbi explicat Textum, qui poteſt allegari in cõntrarium *in l. Paulus* §. *fin. ff. de liberal. cauſa*, quem Text. explicat etiam Amaya *lib. primo obſeru. c.* 10. *n.*7. *& ſeqq.* ſequuntur Cantera, Gutierez Padill. *locis relatis* ab Ayllon. ad Gomez. *loc. citat. num.* 4. proptereà horum determinationi acquieſcendum etiam in terminis horum bannimentorum, cum non videam rationem, quare tempus debeat diſcontinuari, quando etiam in dubio omne tempus Iuris debere eſſe continuum ex Gloſ. *in clem. vnicâ de reſtit. in integrum* Alex. *conſ.* 9. *vol.* 4. & alijs dicit Auendan. *loc. cit. num.* 21. *in princ.* & ſequitur Azeuedo *loc. cit.* Gomez. *loc. cit. cap.* 1. *nu.* 3. *& cap.* 8. *nu.* 3. plures allegans Ayllon. *in add. ad. d. cap.* 8. *num.* 3.

162 Quæro decimo ſextò. An detentio Blaſphemi per tempus in bannimentis determi-



natum

natum debeat fieri in carceribus, & vinculis publicis, an verò ſatisfiat bannimentis, ſi fiat in aliqua domo à Iudice pro carcere aſſignata; agit de hac eadem quæſtione Auendan. *dicto cap.* 5. *num.* 22. & præmiſſa concluſione quod de Iure communi quis dicitur captus quoties ex aliquo loco ad libitum recedere non poteſt iuxta Doctrinam Angeli, Iaſ. Imolę, & Auguſtini ad Angel. locis per eum relatis, ac præmiſſa etiam alia concluſione, quod ſcilicet de Iure communi ſit differentia inter capturam Nobilis, & Ignobilis *in l. fin. C. de accuſ.* cui ſimilis eſt Text. *in l. prima ff. de cuſtodia Reorum*, firmat ſatisfieri legi, ſi Nobilis ob blaſphemiam detineatur in Palatio loco carceris aſſignato cum catena ad pedes, & cum fida cuſtodia ſuis expenſis, ne inde valeat recedere, vel catenam deponere, & ait hoc colligere ex Doctrina Bart. & Angel. *in l. qui carcere ff. quod met. cauſ.* & pluribus alijs medijs comprobat, nam in dubio ligamen vinculorum intelligitur in forma conſueta vera, & non ficta; ſimulata enim, & fictitia carceratio non eſt carceratio argumento Text. *in l. eleganter §. qui reprobus ff. de pignor. act.* ſubdens hoc facere contrà *los que eſtan con ſola vna arropea preſon en lugar. de grillos ò cadenas*; nam iſtud non ſufficit. Eamdem diſtinctionem facit Auiles *in dicto cap. Prætor.* 25. *lit. B. verbo diſpenſaren. num.* 5. dicens quod nobiles Literati, vel honorabiles non debent detrudi in carcerem publicū, & allegat. Palac. Rubeum *in repert. rub. de donat.* §. 9. *num.* 13. Angel. Montalum, Bart. Iaſ. Corſet. & alios plures: & ſubdit ita practicaſſe in facti contingentia, & accuſatum quod propter blaſphemias aliquos nobiles, & literatos in Domibus ſuis, vel amicorum detinuiſſet aſſignando eaſdem domos pro carcere: & aliquando aliquos pauperes in carceribus locorum ſuorum, & non in carcere publico Ciuitatis, vt ſe ſubſtentare poſſent, & Carnifices hoc eſt Laniones, ac Tabernarios in Tabernis, & Macellis detinuiſſet captos cum catenis, vt in officijs ſuis ſic capti Ciuitati ſeruirent, fuiſſe de ordine Senatorum Conſilij Regalis illicò dimiſſum, & amplius non moleſtatum, & Auileſium ſic dicentem refert & ſequitur Azeuedo *recopil. lib.* 8. *tit.* 4. *leg.* 5. *n.* 21. *& ſeqq.* & ſubdit Auiles, ibidem, dictam diſtinctionem eſſe veram, etiam ſi lex diceret expreſsè, quod non ſit facienda exceptio perſonarum, nam Abbas *in cap. nouit num.* 8. *de Iudic.* aduertit habere locum ſolum quando proceditur ad correctionem peccati, quia tunc non eſt facienda diſtinctio perſonarum, inter magnum, & paruum, ſecus quando agitur de modò coercendi, & puniendi, & in generibus pœnarum, quia iſto caſu bene fit diſtinctio, & differentia inter perſonas, & adhoc plures allegat concordantes; iterum huic obiecto reſpondet, dicendo cum Bartol. *in l. prima ff. de edendo* quod in his, quæ fiunt ex mera gratia etiam apud Deum eſt acceptio perſonarum; ſecùs in his, quæ ſunt de mera iuſtitia quià in his nec apud Deum, & nec apud homines debet eſſe talis acceptio perſonarum, quià ſcriptum eſt *ità iudicabis magnum, ſicut paruum vt in dicto cap.* Sed carceratio potius in vno, quàm in alio loco eſt arbitraria, & ſic ex mera gratia, & cum Auendano, & Auileſio conuenit Parlador. *dicta quæſt.* 18. §. 2. *num.* 8. & allegar concordantes Gregor. Lopez. *in l.* 2. *tit.* 28. *par.* 7. Boſſ. *tit. de carcere num. primo* Perez. *rub. tit.* 8. *lib.* 8. *ordinat.* Garziam *de nobilit. gloſ. prim. num.* 9. & hoc in dictis tribus perſonis id recipiendum eſſe non dubitat ex deciſ. text. *in l. ſi grauius C. de dignit. lib.* 12. dato tamen Cuſtode ipſius expenſis: in cæteris verò ſubſiſtendum eſſe, & non niſi maxima de cauſa publica vincula remittenda eſſe putat, quia in hoc flagitio animaduertendo ſeueritate opus eſt, ne condonatio pœnæ delinquendi præſtet irritamentū, & cum hac opinione eſt pertranſeundum in terminis noſtrorum bannimentorum pondera tamen hic ly verba *due meſi di prigionia in ſecreta*, & cogita, & confer ea, quæ dicam infrà *in cap.* 3. §. 2.

163 Quæro decimo ſeptimò. An condemnatus prò blaſphemia tanquam prima vice blaſphemaſſet, ad manendū per duos menſes in carceribus, ſi currente tempore condemnationis ſuperueniat notitia quod ipſe aliàs fuerat punitus prò aliâ blaſphemia, poſſit retractari dicta ſententia, & condemnari Reus ad pœnam impoſitam prò ſecunda blaſphemia: ſeù ſi ſuperueniant accuſationes, & probationes, quod per alias vices blaſphemauit, poſſit eo tunc prò ſecunda, & tertia blaſphemia puniri, etiamſi præuerſus ſit ordo temporis quoad denunciationem blaſphemiarum? Materia primæ partis huius quæſiti tractatur per Doctores, & ſignanter Bartol. & Angel. *in l. Senatus ff. de accuſat. & in l. denunciaſſe §. quid tamen ff. de adult. & in leg. vnde quæritur ff. commodati* Bald. *in l. ſi ſeuerior. num.* 18. *C. ex quibus cau. infam. irrog. & in l.* 3. §. *nouiſſimè ff. naut. caup. ſtabul.* Salyc. *in l. qui de crimine C. qui accuſar. non poſſ.* Annania *in cap. de his de accuſat.* Foller. *pract. crim. cau. cap.* 35. *num.* 8. Eugen. *conſ.* 64. *per tot. lib. primo* Gomez. *variar. lib.* 3. *cap. primo num.* 27. Farinac. *quæſt.* 4. *num.* 4. Carpzou. *pract. crim. tom.* 3. *quæſt.* 104. *num.* 59. & in terminis præciſis blaſphemiæ articulum tractant duò ſapientiſſimi Hiſpani Auendan. *de exequend. mandat. Reg. par.* 2. *capit.* 5. *numer.* 18. *verſ. ſed quid ſi aliquis*, & Azeuedo *recopil. lib.* 8. *tit.* 4. *leg. prima nu.* 43. Sed in Deciſione eiuſdem articuli ſunt inter ſe de directo contrarij, nam Auendan. tenet affirmatiuam ex Bart. *in d. l. Senatus*; & Azeuedo tenet negatiuam ex Gomez *dicto cap. primo num.* 27. mouetur Bart. & per

con-

conſequens Auendan. ad dicendum quod ſecunda accuſatio debet recipi, & admitti ſiuè proponatur ante prolatam ſententiam, ſiuè poſt ſententiam, & condemnationem ſequutam, quià ſicut factum Procuratoris colludentis non debet nocere Domino *leg. eleganter* §. *procurator ff. de dolo*, ità factum accuſatoris omittentis illam qualitatem non debet nocere Fiſco: Præterea ſi de toto crimine abſolutus eſſet Reus, & probaretur præuaricatio, iterum poſſet accuſari *l. 3. ff. de præuaricat.* ergò eadem ratione, ſi eſt præuaricatum in iſta qualitate, quia fraude, & dolo præſumitur omiſſa *l. 2.* §. *primo ff. de Iure Fiſci.* Gomez verò, & per conſequens Azzeuedo mouetur ad dicendum quod accuſatio ſuper qualitate poſt ſententiam propoſita debet reiici, tùm quia *in l. auxilium ff. de minor.* cauetur, quod minor accuſator non poteſt reſtitui aduerſus ea, quæ omiſit in lite, & cauſa criminali, tum quia *in l. prima* §. *ſi quis vltrò ff. de quæſt.* cauetur quod ſententia non retractatur per Iudicem, etiã ſi de Rei innocentia conſtet, ſed Princeps conſulendus eſt; tùm demùm quià delictum principale in ipſa ſubſtantia, & eſſentia iàm deductum fuit in iudicium in prima accuſatione, ergò qualitas, quæ de nouo proponitur, reperitur ſola ſine aliquo ſubiecto, & ideò impoſſibile eſt, quod poſſit in iudicium deduci: ſed hac in re clariùs loquuti Farinac. & Carpzou. *locis ſupra citat.* dicunt hoc euenire, quia per ſententiam abſolutoriam, iam fuit ſublatum delictum principale, ſinè quo impoſſibile eſt, quod ſubſiſtat qualitas, quià non entium nullæ ſunt qualitates: Verùm iſtæ rationes non ſtringunt, quià rationes allatæ à Bart. vt benè aduertunt Angel. *in l. ſi vt certò* §. *ſi duobus vehiculum num. 4. ff. commod.* & Eugen. *conſ. 64. num. 62. lib. primo* ſupponunt colluſionem, & fraudem in omiſſione qualitatis, quæ cum conſiſtat in facto, non debet præſumi, ſed probari vulgatis Iuribus. Rationes verò allatæ à Gomeſio ſupponunt abſolutoriam ad fauorem Rei, quæ re vera tollit delictum, ſeù facit præſumere, quod delictum non fuit commiſſum, vt dicit Salyc. *in l. qui de crimine num. 19. verſic. & eſt ratio*, At quando ſequuta eſt condemnatio, prout ſupponitur in quæſito, non ſolum delictum non fuit ſublatum, ſed ex ea remanſit comprobatum, & propterea ſi proponitur qualitas in nouo iudicio, non poteſt dici, quod ſit ſola, & non habeat cui adhæreat, vt benè aduertit D. Zuffus *de legit. proceſſ. quæſt. 59. num. 41.*

164 Nec negotium faceſſunt Textus allegati, quia Text. *in l. auxilium* non denegat minori reſtitutionem in integrum ex eo quia reſtitutio de Iure non competat, ſed benè quia ſi concederetur, tenderet ſolum ad impunitatem ipſius minoris, nam cum mariti poſſent intrà ſexaginta dies ſinè timore pœnæ calumniæ accuſare Vxorem de adulterio, & illis tranſactis maritus, qui erat minor, & omiſerat intrà tempus præfixum accuſare, petiiſſet reſtitui in integrũ, ac ſi illi 60. dies non fuiſſent elapſi adhoc vt potuiſſet ſine dicto timore pœnæ calumniæ accuſare; Reſpondit Iuris Conſultus non eſſe aduerſus dictam omiſſionem concedendam petitam reſtitutionem, reddens rationem, quia ius omiſſum ſi nunc repetere vult, quid aliud, quam delicti veniã ideſt calumniæ, deprecarur? hæc verba denotant, quod fuiſſet concedenda reſtitutio, ſi inde proueniſſet etiã præiudicium Iuſtitiæ, ſed hoc nõ inerat, quià adhuc tranſactis dictis 60. diebus erat marito integrum ius accuſandi cum dicto timore pœnæ calumniæ.

165 Pari ratione eliditur argumentum deſumptum ex Text. *in dicta l. prima* §. *ſi quis vltrò ff. de quæſtion.* quia Vulpianus ibi non dicit reuocationem ſententiæ nullo modo poſſe fieri, nam factam fuiſſe à Voconio Saxa Proconſule apparet ex epiſtola Diuorum Fratrum, quam per extenſum refert Vulpianus *ibidem*, ſed dicit non poſſe fieri à Præſide Prouinciæ, quem, ait, Principi ſcribere oportere, ſi quando ei, qui nocens videbatur, poſtea ratio innocentiæ conſtitit; & ſic inde non poteſt deſumi regula generalis, prò vt faciunt dicti Doctores. quia reuocare, vel non dependet à facultate, & poteſtate eius, qui præeſt: & hodie diſpoſitio *dicti Text.* in materia blaſphemię, de qua hic eſt ſermo, quatenus cognitio pertineat ad Inquiſitores, nullatenus refragatur quia vigore Bullæ Beati Pij V. *incip. Inter multiplices curas* impreſſæ per Pegnam poſt *director. Inquiſit. fol. mihi 169.* ſententiæ in cauſis hæreticorum, ſeù ſuſpectorum de hæreſi non tranſeunt in iudicatum, & quandocumque poſſunt reuideri.

166 Quid igitur dicendum in hoc paſſu, quem ſibi difficilem eſſe fatetur Bart. *in dicta l. Senatus num. 4.* & notabilem, & ſubtilem dicit Gomez *dicto num. 27.* Dicas faciendam eſſe diſtinctionem intèr qualitatem diuerſificantem delictum, & pœnam, & inter qualitatem augentem dumtaxat pœnam, vt ex Foller. *dicto cap. 35.* ſatis appoſitè diſtinguit Farinac. *quæſt. 4. num. 4. verſ. ſi verò noua*, dicens quod ſi qualitas, quæ proponitur de nouo poſt ſententiam, & abſolutionem, ſeù condemnationem ſequutam, alterat, & diuerſificat delictum, puta quià in prima accuſatione fuit propoſitũ, & in iudicium deductum homicidium ſine vlla qualitate, & ſequuta ſententia, & condemnatione proponitur contrà eundẽ, quod homicidium, de quo fuit primo accuſatus, habet qualitatem parricidij, certè Reus poteſt de hoc moleſtari, & iterum inquiri; quia tunc is non accuſatur ſuper eodem; ſed ſuper diuerſo delicto; ſi verò qualitas, quæ proponitur de nouo non diuerſificat deli-

delictum; ſed ſolùm auget pœnam, & condemnationem ex delicto primo loco propoſito promeritam, puta quia delictum eſt commiſſum de nocte, vt exemplificat Bart. *in d. l. Senatus*, tunc accuſatio de nouo propoſita non debet recipi, quia iſto caſu pro eodem delicto quis moleſtaretur.

167 Vndè in caſu noſtro cum accuſatio de nouo propoſita contra blaſphemum, qui fuit condemnatus, tamquam prima vice blaſphemaſſet, quando ſi in prima accuſatione fuiſſet deducta qualitas, quòd alia vice blaſphemauerat, fuiſſet condemnatus ad maiorem pœnam, non diuerſificet ſubſtantiam delicti, quia re vera blaſphemia eadem eſt in ſubſtantia ſiue ſit prolata prima vice, ſiue ſecunda, ſiue tertia, ſed dumtaxat alterat pœnam, dicendum eſt, quod accuſatio non debet recipi iuxta determinãtionem, & opinionem Azeuedi.

168 Verùm quia ex dicta Bulla Beati Pij V. ſententiæ in cauſis hæreticorum, ſeu ſuſpectorum de hæreſi non tranſeunt hodie in rem iudicatam, & poſſunt quandocumque retractari, & reuideri, forſan contrarium erit dicendum cum Auendano, nempè accuſationem eſſe admittendam ſuper dicta qualitate, cum hoc temperamento, quòd ſi accuſatio proponitur ante incœptam exequutionem pœnæ in ſententia, & condemnatione impoſitæ, debet ſuperſederi in exequutione, & ex integro cauſa cognoſci, vt inquit Bart. *in d. l. Senatus num.* 4. ex argumento Text. *in l. vnde quæritur in fine ff. commodati, & in l. Iulianus ſcribit §. qui fundum ff. de verb. oblig. & in l. etiam de ſolut.* Si verò accuſatio ſuper qualitate proponitur poſt incœptam exequutionem pœnæ, & pœna exacta non ſit retractabilis, puta quia eſt corporalis, tunc probata qualitate in noua accuſatione deducta debet in aliquo ſuppleri prima pœna arbitrio Iudicis, vt dicit Angel. *in dicta l. Senatus*, & ego dicam latiùs infra.

169 Quò verò ad ſecundam partem quæſiti res eſt plana pro affirmatiua, quia punitus pro vna blaſphemia, poteſt pro alijs blaſphemijs diuerſo tempore prolatis puniri, vt communiter fatentur Doctores, vt ex Bart. Cyn. Clar. Cepoll. Perez, Decian. Couarr. dicit Azeuedo *recopil. lib. 8. tit. 4. leg. prima num.* 44.

170 Non tamen pro ſecunda, ſeu tertia ſi præuertatur ordo temporis, quo fuerunt prolatæ, puta quòd blaſphemus ſit primò delatus, & punitus pro blaſphemia prolata de menſe Martij, & deindè ſit accuſatus de alia blaſphemia prolata de menſe Februarij, & ſucceſſiuè de alia blaſphemia prolata de menſe Ianuarij eiuſdem anni, non enim poterit puniri pœna ſtatuta contra eos, qui ſecundò, & tertiò blaſphemant, quia licèt bannimenta dicant ſufficere, quòd quis ſit punitus, vel ſaltem proceſſatus de vna blaſphemia ad hoc vt poſſit puniri pœna contra ſecundò, ſeù tertiò blaſphemantes impoſita, nihilominus debet etiam interuenire peruicacia, & mala natura, & praua inclinatio ad blaſphemandum, nempè quòd licèt aliàs ſit proceſſatus, ſeu punitus adhuc perſiſtat, itaut non det ſpem emendationis in futurum, vt dixi ſupra: hæc autem peruicacia, & mala natura non poteſt conſiderari in eo, qui poſt punitionem, ſeu notam proceſſuram non reincidit in blaſphemias, vt clarè ex Textu *in l. capitalium §. ſolent ff. de pœnis*, ibi: *Quod ſi ita correpti in iiſdem deprahendantur*: & ex Text. *in cap. graue de præbend.* ibi: *poſt primam, & ſecundam correctionem*.

171 Nec obſtat huic aſſertioni diſpoſitio bãnimentorum hic *in §.* 5. ibi: *E coll' iſteſſa pena ſarà punito il beſtemmiatore conſuetudinario, ſe bene non foſſe mai più ſtato proceſſato di ſimile delitto.* Quia procedit quando ſimul, & ſemel omnes blaſphemiæ ad Curiam, & Curiæ notitiam deferuntur, nam tunc ſufficit, quòd probetur delatum pluries, & pluries blaſphemaſſe, prout ad conſtituendam talem cõſuetudinem requirunt Doctores ſupra in principio huius §. relati. Et quidem cum bannimenta exorbitent à Iure communi, non debent extendi de caſu ad caſum vulgatis Iuribus.

172 Quæro decimo octauò, An ſi blaſphemus ſtetit ante condemnationem in carcere per duos, vel tres menſes debeat condemnatione facta haberi conſideratio ad dictam carcerationem? & videtur abſolutè reſpondendum, quod carcer ante ſententiã non attenditur ad minuendum tempus carcerationis vigore bannimentorum imponendæ, quia Text. *in l. aut damnum §. quiſquis*, vbi Gloſ. & Bart. *ff. de pœnis* ſtatuit tempus ante condemnationem non eſſe attendendum, & ita in terminis propoſiti caſus dicunt Azeued. *recopil. lib. 8. tit. 4. lib. 5. num. 19. & 20.* Gomez. *var. lib. 3. cap. 8. numer. 2. verſ. item adde*, & Aylion ad Gomez. *loc. cit. cap. 1. num. 4. in fine*. Limitatur tamen in duobus caſibus; Primò quando Reus incarceratus proteſtatus fuit, quòd in caſu, in quo pro blaſphemia, de qua eſt imputatus, condemnandus ſit in pœnã ordinariam carceris duorum menſium, ex nunc prout ex tunc, & è contra vult ſibi numerari à die carcerationis, proteſtationemque Iudex admittat, & declaret fieri, prout in ea, nam tunc ſi detentio facta ſit in ſecreto carcere iuxta formam traditam in bannimentis, debet tempus dictæ detentionis attendi ad minuendum tempus condemnationis, vt in his terminis dicunt Azeued. *d. num.* 20. & Aylion, *d. cap.* 8. *num.* 4. mihi tamen non videtur vera iſta limitatio, niſi in caſu, quo Reus incarceratus fateatur delictum; & vt innuit Capiblanc. *de Baron. par. 2. cap. 94. num.* 4. acceptando pœnam in ban-

in bannimentis ſtatutam, proteſtetur, vt ſupra, nam ſi neget delictum, non debet admitti ad dictum beneficium, quia carceratio, & detentio ex culpa ſua prouenit, argumento Text. & eorum, quæ dicunt Doctores *in l. omnes C. de pœnis*, debet enim deduci tempus carcerationis ſolùm quando carceratus ſtat in carcere, & non debet detineri, vt ex Doctoribus, quos citat aduertit Vinc. de Franc. *deciſ.* 317. *num.* 1.

173 Limitatur ſecundò, quandò Reus tanto tempore fuiſſet carceratus, quod fuiſſet in pœnam delicti, vt per Text. *in d. l. omnes* ſecundùm intellectum Odofr. Cyn. Alber. & Angel. inquit Vinc. de Franch. *d. deciſ.* 317. *num.* 4. qui *ibidem num.* 5. ſubdit ex hoc multoties Sac. Conſil. iudicaſſe proferendo ſententiam, quòd carcer cedat in pœnam, vel diminuiſſe condemnationem ſtante longa carceratione, ſiuè veniret imponenda pœna exilij, ſiuè alia, quia hanc aliam etiam carcer diminuet, & citat Tiraquell. *de pœnis cauſa* 41. *in fine*, & hoc idem vult Capibl. *loc. cit. cap.* 94. *n.* 7. dicens quòd ſi quis fregerit fines exilij, & captus in fragranti diù fuerit in carceribus detẽtus debet releuari in hoc, vt tantumdem temporis excomputetur, & detrahatur à tempore exilij, Bald. & Cyn. *in l. ſi quis C. de commeatu, & in l. omnes C. de pœnis* Tuſch. *in concluſ. verbo carcerati cap.* 90. *tom.* 1. & quatenus Reus ſit condemnatus ad triremes debet releuari, vt tempus carcerationis diminuat tempus triremium, itaut minuatur pœna, tertiam partem temporis Reo deducendo, ita quod ſi ſteterit anno carceratus poſt diſſinitam pœnã remigationis, quatuor menſes excomputabũtur, & ita practicari teſtatur etiam ex Muta *ſuper prag. Siciliæ tit.* 33. *num.* 1. *& ſeqq.* & Capibl. ſic dicentem refert, & ſequitur De Luca ad Vinc. de Franch. *d. deciſ.* 317. *num.* 2. *in fine*, & eſt ratio, quia licet carcer non ſit ad pœnam, habet tamen pœnam, vt ex Sebaſtiano de Neap. *in cap. Regni* placuit in Text. *ibi per annum*, & Alber. *in l. aut damnum §. ſolent ff. de pœnis*, ait Vinc. de Franch. *ibidem*, & quamuis poſſit replicari, quòd præfati Doctores loquuntur de detentione Rei facta in carceribus poſt ſententiam, nihilominùs Auendan. *de Mand. Regio par.* 1. *cap.* 20. *num.* 9. & Tiraquell. *loc. cit. num.* 1. loquuntur de detentione ante ſententiam, & De Franchis *loc. cit.* loquitur pariter de detentione facta ante ſententiam, vt euincitur ex dictis per eum *ibid. num.* 5. vt benè perpendit De Luca *in add. num.* 1. & Capibl. *d. cap.* 94. *num.* 10. dicit expreſsè, quòd circumſpecti Iudices debent habere rationem longi carceris in ſententia pœnali proferenda, & plures allegat concordantes: Cum igitur carcer diminuat pœnam exilij, & diminuat pœnam triremium, multò magis debet minuere pœnam conſiſtentem in eadem ſpecie, ne inquiſitio delicti afferat eamdem pœnam, quam allatura eſt ipſa condemnatio iuxta aduertentiam Caball. *crim. reſol.* 28. *num.* 10. etenim ſi quis ſtaret per duos menſes in carceribus, quia tantum tempus exegit proceſſus informatiuus, & defenſiuus, vtique Reus ex inquiſitione tantam pœnam haberet, quantam recepturus eſſet ex cõdemnatione, quòd æquitas non debet pati, quia quando punitio delicti non expectat aliam pœnam, quam carcerationis, tunc ipſa carcerario ſuccedit loco pœnæ, vt ex Tex. *in l.* 1. *ff. de Aleator. & in l. nemo*, & ibi Ang. *C. de eod. tit.* & ex Salyc. *in l.* 1. *C. de cuſtod. reor.* dicit Auendan. *de Mand. Reg. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 25. qui allegat ad hoc Textum, quẽ dicit expreſſum *in l. Senat. conſul. cauetur ff. de iniur.* hinc infert idem Auendan *ibidem*, quòd licèt ex depoſitione vnius teſtis in alijs criminibus reus poſſit capi, & carceribus mancipari iuxta notata per Gloſam *in l.* 3. *C. ad leg. Iul. Maieſtatis, & in l. fin. C. famil. hercisc.* & per Angel. *in l. item apud Labeonem §. quonis ff. de iniur.* tamen in caſu Conſtitutionis imponentis pœnam carcerationis pro delicto, vt in crimine iſto blaſphemiæ, accuſatus vel non debet ex dicto vnius teſtis carcerari, vel ſi carceretur, & examinatus neget delictum, debet ſtatim fideiuſſoribus relaxari, donec integra habeatur informatio ex depoſitione duorum teſtium, qua ipſe Reus poſſit condemnari: prohibita enim condemnatione ad carceres ex ſola vnius teſtis depoſitione, prohibitum quoque eſt principium capturæ, argumento Textus *in l. oratio ff. de ſponſalibus*, & hanc Auendani doctrinam referunt, & commendant Azeued. *recopill. lib.* 8. *tit.* 4. *leg.* 5. *num.* 18. & Parlador. *quotidian. quæſt.* 18. §. 2. *num.* 12. dicens, quòd cum hoc caſu carcer pœna ſit, futurum eſſet, vt Reus antequam iure conuinceretur, debitas lueret pœnas, quòd Iuri aduerſùm eſſe conſtat ex Diaz. *pract. crimin. can. cap.* 116. *ad finem*.

174 Quærò decimo nonò, An ſi currente tempore duorum menſium carcerationis ad formam bannimentorum indictæ ſuperueniant contra eumdem blaſphemum accuſatio, probatio, & condemnatio ad carceres ad trimeſtre iuxta formam eorumdẽ bannimentorum, tempus iſtius ſecundæ cõdemnationis incipiat currere ſtatim, an verò poſt finitum tempus primæ condemnationis? & quòd finito tempore primæ condemnationis incipere debeat tempus ſecundæ condemnationis, vult Bart. *in l. Senatus Conſulto ff. ad Trebell.* Auendan. *de Mandato Regio par.* 2. *cap.* 5. *num.* 24. & Azeuedo *recopil. lib.* 8. *tit.* 4. *leg.* 5. *num.* 24. aliàs non adimpleretur forma legis iubentis, quod blaſphemus pro prima vice detineatur in ſecreto carcere per duos menſes, & pro ſecunda vice detineatur per tres menſes, vt benè ratiocinatur Azeuedo *loc. cit.*

Quæro

175 Quero vigeſimò, Quomodo accipi debeat menſis hic? Nam cùm apud nos alij menſes habeant 30. dies, & alij 31. & menſis Februarij habeat dies 28. & in anno biſextili dies 29. vt notatur *in l.cum biſſextus ff. de verb. ſignific.* & aduertit Antonell. *de tempore legali lib.1. cap.3. num.* 13. vbi ait, quod illud biduum in anno biſſextili computatur pro vno die in fauorabilibus: poterit non immeritò cadere dubium, An menſis ſit enumerandus, vel incipiendus à die condemnationis puta 10. Ianuarij, & finiendus eadem die menſium ſubſequentium, puta die 10. Februarij, ſeu Martij, An vero ſint enumerandi, ita vt cuilibet menſi aſſignentur dies 30.? & licèt Gloſa *in cap. quam ſit, verſ. menſem de elect. in 6.* Aretin. *in §. preterea, num. 2. Inſt. quibus non eſt permiſſum,* Scaccia *de Iudic. lib. 2. cap. 3. num.* 359. Sanchez, Garzia, Iordan. & alij relati ab Antonello *d. cap. 3. num.* 16. dicant computationem faciendam eſſe prout currunt, itaut menſis terminetur eadem die menſis ſequentis: & in caſu noſtrorum Bannimentorum aſſignantium pro prima blaſphemia pœnam carcerationis per duos menſes videantur aſſignandi dies 61. iuxta Text. *in l. vbi lex ff. de reg. Iuris*, vbi diſponitur bimeſtre continere dies 61. nihilominus cum Azeuedo *recopil, lib. 8. tit. 4. leg. 5. num.* 25. diſcutiat articulum in terminis ſimilis Conſtitutionis noſtræ, puto eſſe dicendum cum eodē Azeuedo, quòd cum lex non definiat præciſos dies, neque habeatur relatio ad principium menſis, ſed ſit in dubio, de quo menſe anni intelligatur, & à quo tempore incipere debeat, Menſes hic continent dies triginta pro quolibet, nam in dubio menſem 30. dierum eſſe dicunt Alexan. Roc. de Curt. Cene. de Cenſib. & Altograd. *locis relat.* ab Antonello *d. cap. 3. num. 17. in fine*, qui tamen non approbat hoc dictum, ſed diſtinguit inter menſes vtiles, & menſes continuos, & ait *num.* 18. menſes vtiles intelligi de 30. diebus pro quolibet ex Alex, *conſil.* 114. *num. 11. & ſeqq. lib.* 5. Dec. *in l. vbi lex num. 2. ff. de reg. Iuris.* menſes verò continuos computari prout currunt *ad text. in d. l. vbi lex*, & ſic poſſet ex eius diſtinctione concludi, quòd cum hic agatur de mēſibus continuis, menſes ſint accipiendi prout currunt, ſed non recedo ab opinione Azeuedi, quia deciſiones præciſæ potiùs quàm alia quæuis auctoritas poſt caſum legis attēdi debent, vt ex Crauet. Cauale. monet Io. Baptiſta Cauat. *in trac. ocul. Reipub. tit. de modo indicandi capit. 4. num.* 14.

176 Quæro vigeſimo primò, An, & quomodo ſit facienda linguæ perforatio? Quoad primam partem reſpondetur, quod in multis locis extant Statuta, & Leges, quod blaſphemo abſcindatur lingua, ita cauetur Neapol. *per Conſtitutionem Regni; & pragmaticam de blaſphemantibus*, vt referunt Afflict. *in d. Conſtitut. lib. 3. rub. 54. in princip.* & Nouar. *ad pragm. de blaſphem. collect. 1. num.* 1. & ita pariter cauetur in legibus Hiſpaniæ, vt refert Azeued. *recopil. lib. 8. tit. 4. leg. 2. n.* 17. mitius ergò habent ſe noſtra Bannimenta, dum ſolum perforari volunt, & meritò quidem blaſphemans debet pati pœnam in lingua, quia debet puniri in eo, in quo deliquit, vt per Text. *in cap. an ſit de appellat. & cap. paſtoralis de Iure patron.* inquit Azeued. *recopil. lib. 8. tit. 4. leg. 2. nu.* 17. & per Tex. *in leg. ſi fugitiui C. de ſeru. fugit.* & in Auth. *omnes peregrini* dicit Afflict. *in Conſt. Regni lib. 3. rubr. 54. num.* 1. vbi ex Oldrad. *conſ. vltimo* refert, quòd Iudæo, qui habuit rem carnalem cum Chriſtiana, fuerunt inciſa virilia pro pœna condigna. Subdunt tamen Afflict. & Azeuedo *locis relatis*, quod ex cauſa poteſt abſciſſio linguæ commutari in ſolam perforationem, imò Azeuedo *dicto num.* 17. ex Didaco Perez *loco* per eum *citato* vult, quòd aliquando abſciſſio, ſeu perforatio linguæ commutetur in ſolam affixionem linguæ ligno, vel ferro, quod dicitur, *Mordacchia*. Idem, hoc eſt, quòd linguæ mutilatione puniri debeat blaſphemans, dicit Lucas de Penna *in l. omnes Iudices col. 2. circa medium C. de delator. lib.* 10. Quoad ſecundam partem dicendum, quòd ſiue ſit facienda abſciſſio, ſiue perforatio linguæ, ſemper debet fieri tali circumſpectione, vt linguæ non ſecentur articuli, vt ex Text. *in auth. vt nulli Iudicum §. quia verò nos* inquit Parlador. *quotidian. quæſt. 18. §. 2. num.* 15.

# Cap. I. §. VIII.

Commanda à qualunque, che non ardiſca far dipingere, nè tenere dipinte à piedi delle muraglie d'alcun edificio il Segno della Croce, ò Imagine di DIO, ò della Beatiſſima Vergine, ò d'alcun Santo, ò Santa per impedire, che iui non ſia orinato, ò per altro ſimile effetto ſotto pena di vno ſcudo per ciaſcheduna Croce, ò Imagine d'applicarſi come ſopra.

*SVMMARIVM.*

1 *Signum Sanctiſſimæ Crucis ſculpere in ſolo, vel ſilice humi poſito prohibitum.*
*Etiamſi ſculpatur ſuper ſepulturis. num. 16.*
*Eſt prohibitum etiam pingere Imaginem alicuius Sancti. num. 17.*
2 *Sub pœna grauiſſima.*
*Etiam contra non tollentes. num. 5.*

3 *Pœna grauiſſima verificatur in pœna mortis.*

4 *Imago Chriſti Saluatoris debet eſſe in ſolo ſculpta ſimul cum Cruce, ad hoc vt intret pœna rigoroſa.*

6 *Signum noſtræ Redemptionis ab omnibus eſt adorandum, & venerandum.*

7 *Imago eſt veneranda ob reuerentiam Saluatoris, quem imago ipſa figurat.*

8 *Coram Sanctiſſimo Sacramento quilibet debet ſe humiliare.*

9 *Sanctiſſimo Sacramento, cum ducitur ad infirmos, omnes debent genua flectere.*

10 *Et puniuntur non genuflectentes etiamſi ſint Iudæi, vel Saraceni.*

*Et tenemur concomitari, & ſeruire vſque ad locum, quo defertur. num. 15.*

11 *Fugiens ad Sacerdotem Sacratiſſimam Euchariſtiam ad infirmos ferentem gaudet immunitate Eccleſiaſtica.*

12 *Etiamſi Sacerdotem, ſeu haſtam baldachini non tangat.*

13 *Quia tunc Sacerdos, & perſonæ aſſociantes conficiunt vnam Eccleſiam.*

14 *Excommunicari poteſt is, qui alium, etiam ſine ſanguine percutit in Eccleſia, ſeù alio loco, in quo ſit expoſita Sanctiſſima Euchariſtia.*

18 *Imaginibus Sanctorum ipſe Deus repræſentatur,*

19 *Pingentes Cruces, vel Sanctos in locis lutuoſis, ne gentes ibi mingant, debent puniri.*

20 *Non obſtante quauis conſuetudine. & non obſtante, quòd abſque mala intentione pingant. num. 22.*

*Conſuetudo quando, & in quibus caſibus excuſat ab omni pœna. num. 20.*

21 *Mingentes in dictis locis ſunt puniendi.*

23 *Mos faciendi Signa in parietibus ad hoc vt homines abſtineant ab ibidem vrinando, eſt antiquiſſimus.*

24 *Anguis pingebatur ad denotandum Locum Sacrum, quia Anguis eſt ſimbolum Diuinitatis.*

25 *Veteres tribuebant ſummæ impietati facere vrinam in Locis Sacris.*

## Non ardiſca far dipingere, nè tener dipinte.

1 HOc eſt prohibitum etiam de Iure Cõ-
muni per Text. expreſſum *in l. vnica*
*C. nemini licere Signum Saluatoris Chriſti*, cuius
verba ſunt: *Cùm ſit nobis cura diligens per*
*omnia Superni Numinis Religionem tueri, Signum*
*Saluatoris Chriſti nemini licere, vel in ſolo, vel*
*in ſilice, vel in marmoribus humi poſitis inſculpere,*
*pere, vel pingere; ſed quocumque reperitur tolli,*
2 *grauiſſima pœna mulctando eum; qui contrarium*
*Statutis noſtris tentauerit ſpecialiter, imperamus:*
& Gloſ. ibi *in verbo grauiſſima*, dicit, pœnam
in dicto Textu indictam eſſe mortem argu-
3 mento *l. vltimum ff. de pœnis*, & eamdem o-
pinionem tenet Azzo *in Summa ad eamdem*
*legem*, quam ſequendam puto, dummodò
Text. *in d. l. vnica* intelligatur prout expli-
cant illum Paulus Chriſtineus *decis. Belg. fol.*
*53. num. 2.* & Beſoldus *Theſaur. pract. ad auct.*
*lit. C. §. 67. verſ. quòd autem, fol. mihi 182.*
4 vt ſcilicet ſit Imago Chriſti Saluatoris No-
ſtri ſimul cum Cruce: & hæc pœna grauiſ-
ſima mulctatur tàm is, qui poſuit, quàm
5 is, qui poſitum non leuauit, vt aduertit
6 Azzo *loc. cit.* Signum enim noſtræ Redem-
ptionis debemus adorare, & venerari, &
procurare, quòd ab alijs veneretur, & ſi in
manibus alicuius geſtetur, ei debemus cum
deuotione aſſurgere, & ſi alibi poſitũ emi-
neat, honorem debemus impendere propter
reuerentiam illius, quem imago ipſa figu-
7 rat, vt per Gloſ. *in cap. ſi Canonici de offic. ord.*
*in 6.* ait in terminis ſimilis Conſtitutionis,
ſeu legis Azeuedo *recopil. lib. 1. tit. 1. l. 3.*
*num. 1.* vbi plura de Imaginibus refert, &
præcipuè carmina Diui Auguſtini

*Nec Deus eſt, nec homo præſens, quam cerno figuram,*
*Sed Deus eſt & homo, quẽ ſignat Sacra Figura.*

& alia ex Concilio Nicæno Secundo:

*Hoc Deus eſt, quod Imago docet, ſed non Deus ipſa*
*Hanc recolas, ſed mente colas, quod cernis in illa.*

& hanc reuerentiam eò magis debemus
præbere Sanctiſſimo Sacramento, coram
8 quo quilibet debet ſe humiliare, & non ſe
humilians debet puniri, & à quolibet capi
ſecundùm Auendan. *de exeq. Mand. Regij libro primo cap. 1. verſ. vigeſima tertia cauſa*,
Franc. Caraſcum *ad leges recopilat. cap. 1.* &
Ibandum de Dardaxi *in Comment. ad Forum*
*Aragonenſ. tit. de Veneratione Corp. Chriſti nu. 3.*
qui ſubdit, quòd omnes debent ſub pœnis
9 arbitrarijs genua flectere, cum ducitur ad
infirmos Corpus Chriſti, iuxta Text. *in cap.*
*ſanè de celebratione Miſſæ*; & contra eos, qui
10 genua non flectunt, etiamſi ſint Iudæi, &
Saraceni, proceditur ad pœnam etiam ex
officio, vt volunt Iband. *loc. cit.* Alex. *conſil.*
*233. nu. 6. vol. 6.* Montaluus *lib. 1. tit. 4. leg.*
*62. partit. Hiſpan.* & Azeu. *recopil. lib. 1. tit. 1.*
*leg. 2. num. 14.* qui inſuper ait, quòd tene-
mur ipſam Euchariſtiam adorare adoratio-
ne latriæ, iuxta Gloſ. *in Clem. fin. de hæretic.*
& quòd meritò per dictum Text. *in Clemen.*
*fin.* damnatur Secta, & error Beguardorum,
& Beguinorum nolentium aſſurgere, neq;
reuerentiam exhibere in eleuatione Corpo-
ris Domini Noſtri IESV Chriſti, & addit
11 *num. 5.* quòd Fugiens ad Clericum Corpus
Chriſti in domum infirmi portantem gau-
det immunitate Eccleſiaſtica, & citat Re-
migium, Perez. Gomez. Couar. & repro-
bat contrarium tenentes, ſequitur Cortiad.
*deciſ. 84. num. 16,* qui hoc extendit, etiamſi
12 Sacerdotem, nec haſtam baldachini tan-
gat, ſufficit enim, quòd ſe immiſceat per-
ſonis aſſociantibus Sanctiſſimum Euchari-
13 ſtiæ Sacramentum, quia illæ perſonæ vna
cum Sacerdote noſtræ futuræ gloriæ Vene-
rabile Pignus geſtante conficiunt vnam Ec-
cleſiam,

cleſiam, & citat Dian. Danielem de Nobi-
libus, Sperell. Del Bene, & alios plures, &
14 ſi quis in Eccleſia, ſeu in loco, in quo aſ-
ſeruatur Sanctiſſima Euchariſtia, licet non
ſit Eccleſia, adeò temerarius, exiſtat vt ali-
quem percutiat etiam ſine ſanguinis effu-
ſione, poteſt ob irreuerentiam excommu-
nicari, vt inquiunt Genuen. *pract. Archiep.*
*Neap. cap. 23. num. 7. circa finem*, & Sperell.
15 *deciſ. 4. num.* 12. & non ſolùm tenemur ge-
nua flectere, dum Sanctiſſimum Euchariſtię
Sacramentum ad Infirmos defertur, ſed de-
bemus etiam concomitari, & ſeruire vſ-
que ad locum, quo defertur, exemplo Con-
ſtitutionis Alphonſi Regis, quam refert Ca-
raſco *ad leges recopil. cap.* 1. *num.* 2. qui *num.*
16. *& ſeqq.* recenſet eos, qui ſunt ab obli-
gatione hac excuſandi. Et vt regrediar ad
rem, nempè ad abuſum, & peſſimam con-
ſuetudinem ſculpendi Crucem in locis hu-
16 mi poſitis, puto aduertendum, quòd diſpo-
ſitio Text. prædicti habet locum etiam con-
tra illos, qui ſuper ſepulturis Signum San-
ctiſſimæ Crucis ponunt, vt inquit Alex. *con-*
*ſil.* 233. *num.* 6. *lib.* 6. & Carolus Antonius
de Luca *in addit.* ad Vincentium de Franch.
*deciſ.* 504. *nu.* 5. *in fine*, & Bannimenta no-
17 ſtra extendunt ad eos, qui Imaginem ali-
cuius Sancti depingunt in huiuſmodi locis,
quod approbat etiam Azeuedo *recopilat. li-*
18 *bro* 1. *tit.* 1. *leg.* 3. *num.* 4. etenim in Imagi-
nibus Sanctorum ipſe Deus mediatè repræ-
ſentatur, ad Text. *in cap. ſi Canonici §. ceterũ*
*de Offic. Ordinar. in* 6. & eò magis habet locũ
contra eos, qui pingunt, vel pingere faciunt
19 Cruces, vel Sanctos ad pedes parietum in
carterijs lutuoſis, & fœtidis, ne gentes ibi-
dem mingant, nam non obſtante conſue-
tudine debẽt puniri tàm qui pingunt, quàm
qui pingere faciunt, aut pictas non delent,
20 & tollunt, Quamuis enim conſuetudo tol-
lat pœnam ſtatutariam, & deroget alijs le-
gibus, id tamen procedit, quando per con-
ſuetudinem diminuitur pœna legalis, aut
ſtatutaria, secùs quando abſorbet omnem
pœnam; quia cùm tunc inducat delictum,
vel ſcandalum, & ſit contra bonos mores,
conſuetudo non eſt ſeruanda, vt aduertit
Iacob de Beluiſu *pract. crim. rubr. de ſent. cri-*
21 *min. num:* 12. Imò debent puniri etiam illi,
qui in dictis locis mingunt, vt in indiuiduo
tenet Petrus Iacobi *in prax. libellandi ſub rub.*
*de ſtatu Curiæ Rom. num.* 5. & neſcio videre,
quare Iudices, præſertim Eccleſiaſtici, con-
tra eos non procedant, vt de hoc conque-
ritur etiam Flau. Tortus *ad ſtat. Papiæ in*
*lib. crim. tit. Mingentes in Eccleſia Maiori rubr.*
48. ad nihilum enim valet excuſatio, quam
22 affert Carol. Anton. de Luca *in add.* ad Vin-
cent. de Franch. *deciſ.* 504. *num.* 5. *in fine*, di-
cens, quòd non mala intentione, & nec in
contemptum Religionis faciunt, & ad hoc
citat Farinac. *quæſt.* 20. *num.* 69. nam Text.
*in d. l. vnica* non requirit, quòd quis mala
intentione faciat, ſufficit enim, quòd con-
tra diſpoſitionem legis agat, & ſic doloſam
pręcepti tranſgreſſionem committat ad tra-
dita à Io: Hornung. *de amore venenato theſ.*
42. *circa finem*, *& theſ.* 43. vlteriùs ex dicto
actu exteriore, ex quo arguitur internus ho-
minum, exoritur ſuſpicio, quæ ſufficit ad
carcerandum, & etiam ad abiurandum ad
tradita à Carena *de S. Offic. par.* 2. *tit.* 7. §. 7.
*num.* 38.
23 Non deſeram hic adnotare, quòd mos
iſte faciendi Signa in muris ad hoc vt ho-
mines abſtineant ab vrinando ibidem, eſt
antiquiſſimus, vt deducitur ex verſu *Perſij*.

*Pinge duos angues: Pueri ſacer eſt locus, extra*
*Meite.*

24 & quidem pingebantur angues ad oſtendẽ-
dum Locum eſſe Sacrum, quia anguis eſt
ſymbolum Diuinitatis, vt pluribus oſtendit
Ant. Clar. Syluius *in Commen. ad leges regias,*
*& duodecim tabular. cap.* 2. *verſ. quoniam*, vbi
alia pulchra affert, & facit ad hoc locus Cal-
phurnij *ecloga ſecunda*

.... *Ite procul, ſacer eſt locus, ite prophani*
*Extra meite.*

& *Comment. ad Perſium ſatyr.* 1. ait ad con-
fuſionem noſtram *ſummæ impietati tribue-*
25 *bant Veteres in Loco Sacro vrinam facere*,
ſed ſicut hodie, ita antiquitus a multis hoc
per laſciuiam fieri ſolitum legimus apud A-
riſtophanem, Iuuenalem, & alios, vt dicit
idem Commentator *ibidem*.

---

# Cap. I. §. IX.

Vuole anco, e commanda SS. Illu-
ſtriſſima che ciaſcuno, come di ſopra
debba oſſeruare le feſte non ſolo com-
mandate dalla S. Madre Chieſa, mà
anco quelle, che ſaranno ſtate publi-
cate da Monſignore Illuſtriſſimo Ar-
ciueſcouo, ò di ſuo ordine, in alcun'
hora delle quali non ſarà lecito aprire
Bottega per vendere, ò comprare, la-
uorare, ò fare lauorare, ne fare altre
opere ſeruili, eccetto però general-
mente tutti li Fornari, e particolar-
mente li Speziali, & altre botteghe ne-
ceſſarie, ſecondo il ſolito della Città
ſotto pena di ſcudi cinque per ciaſcu-
na volta à chi ſarà trouato in fallo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Deum eſſe colendnm omnis Natio, quamuis efſera, & barbara eognouit.
2 Deo tenemur exbibere eultum Religionis.
3 Et seuemur Iure Diuino, & natnrali illum adorare adoratioue externa.
4 Cultus duplex eſt internus, & externus.
5 Deealogi Praeeepta qnæ eouſiſtant in cultu interuo, & quæ in externo.
6 Feſtorum obſeruantiam in Lege gratiæ eonuenire eſt aſſertio de Fide.
7 Feſtorum obſernantia obligat ad peccatum mortale.
8 Fallit in multis eaſibus remiſſiuè.
9 Ratio fallentiæ.
10 Ceremonialia Legis veteris, morte Ieſn Chriſti mutata fuerunt.
11 Feſta ſunt de Iure humano.
12 Neceſſitas exeuſabat ab obſernantia feſtornm etiam de Iure antiquo.
13 Cultns externns Deo debitus eonſiſtit in celebratioue feſtorum.
14 Miſſa in diebus feſtis audiri debet ſub pœna peccati morsalis.
15 Quæ requirantur prò huins præcepti ſatisfactione.
16 Multi ſunt caſus, in quibns quis exenſatur remiſſiuè.
17 Operum eorporalinm tria genera.
18 Quæ opera ſint probibita in diebus feſtinis.
19 Mercatus tripliciter fieri ſolet.
20 Mereatnt, ſeù Nundinę an, & quandò fieri poſſiut in diebns feſtiuis. & num. 21.
22 Reſolutiones S. Congregationis eircà hoc.
23 Nundinæ in diebus feſtiuis quarè tolerentnr.
24 Epiſcopus an poſſit huiuſmodi mereatus probibere non obſtante antiqua conſuetudiue.
25 Iudieium forenſe probibetur in diebus feſtinis.
26 Verbum placitum poſitum in cap. 1. & vlt. de ferijs qnid ſignificet.
27 Iudicium eonſtat ex eitatioue Partis, proeeſſus formatioue, & ſententia.
28 Omnes hæ tres actiones non poſſunt fieri, nec in eriminali eauſa in die feſto.
29 Citationis eommiſſio, executio, & exeeutionis relatio non poteſt fieri in die feſto. num. 33. 36. & 37.
30 Clauſula, quæ ſolet apponi in commiſſione eitationis, & in ipſa citatione vt ſit valida quæ ſit.
31 Citationis eommiſſio facta ad eertum diem feſtum eſt nulla, ſeeùs ſi ad diem octauum, vel alium qui feſtiuus exiſtat.
32 Differentia intèr eitationem factam ad comparendum iufrà deeem, & eomparendum decimo die.
34 Citatio execnta in loeo, vbi feſtum non colitur valet, licèt eelebretur in loco iudicij.
35 Non tamen è eontrà.
38 Citatiouis reproductio, & aſſignatio exequutæ eitationis fieri poteſt in die feſtino.
39 Proeeſſus formatio eſt ſeeunda actio forenſis Iudicij.
40 Conſiſtit in delatione iuramenti, & examine teſtium.
41 Iuramentum non defertur in die feſto.
Teſtes an poſſiut examinari die feſto. ibid.
42 Teſtes in crimiualibus non ſolnm poſſunt examinari die feriato, & etiam in honorem Dei, ſed poſſunt etiam torqneri.
43 Rei in cauſis ardnis poſſunt examinari, & torqneri etiam die feriato.
44 Senteusia conſtituit tertiam actionem Iudicij forenſis.
Seutentia non poteſt ferri in die feriato. ibidem nnm. 44.
45 Limitatur eoncluſio qnatuor modis. & ſeqq.
50 Sententiæ exeeutio an poſſit fieri die feriato.
51 Cauſæ, quæ exenſant vacantes operibus ſeruilibus die feſto remiſſiuè.
52 Cauſæ, quæ excuſant in indieialibus, eontinentur in quatuor verſibus. & verba contenta in dictis verſibus explieantur per Anthorem.
53 Pax fieri poteſt in die feſto.
54 Deliuqnens aecuſari, & carcerari poteſt omni tempore.
55 Manumiſſio, & quilibet actus voluntariæ iuriſdictiouis poteſt fieri iu die feſto.
56 Debitor ſuſpectus de fuga eapi poteſt die feſto.
57 Sed an poſſit reeommendari.
58 Appellatio, & eætera, acta quæ expirant eum Iuriſdictione Iudicis, vel pereunt in præiudieium partis, fieri poſſunt die feſtino.
59 Moræ periculum coucedit, quod actus, qui aliàs non poſſet fieri, fiat in die feſtiuo.
60 Teſtis abiturus, vel grauiter infirmus poteſt examinari in die feriato.
61 Emancipatio fieri poteſt in die feriato.
62 Actus iudieiarij cauſam pietatis reſpicientes fieri poſſunt in die feriato.
63 Acta alia iudiciaria, quæ poſſunt fieri in die feriato remiſſiuè.
64 Dies Dominicus eſt ſpeciali nota dignus.
66 Dies Dominieus eſt inſtitutus de Iure Diuino.
67 Contrarium verius. & num. 69.
Petri Iacobi admonitio, ſeù cenſura circà non exactam obſeruantiam diei Dominici eſt nimis aſpera. num. 65. & 70.
68 Præceptum Diuinum circà diem Sabbathi eſt partim morale, & partim ceremoniale.
71 Contrà non obſeruantes feſta vterq; Iudex proeedere poteſt, & eſt locus præuentioni.
72 In Regno Neapolitano eognitio ſpectat ad forum Eeeleſiaſticum.
73 Epiſcopi poſſunt promulgare Edicta pœnalia contrà feſta non obſeruantes.
74 Contrà nou obſeruantes feſta, quæ pœnæ practieentur in Vrbe.
75 Exeommunieationis pœna non poteſt imponi contrà feſta uon obſeruantes.
76 Exeommunicationis pœna an poſſit ab Epiſeopo edici contrà ſe larnanses, & choreizantes poſt mediam noctem vltimæ diei Carniſpriuij.
77 Edictum eontinens manifeſtum errorem non obligat ad peeeatum.
78 Edictum continens pœnam exeommunicationis, an, & quandò valeat, & obliget. & ſeqnentibus.

81 *Excommunicationis pœna nonniſi ex grauiſſima cauſa eſt imponenda.*

82 *Magiſtratus Sæculares poſſunt promulgare Edicta pœnalia contrà feſta non obſeruantes.*

*Vide circà hoc ſuprà in materia blaſphemiæ*, & Caſtropal. cit. in fine dicti num. 82.

83 *Magiſtratus laicus non poteſt aliquid diſponere in contrauentionem dierum feſtorum.*

84 *Magiſtratus laicus an poſſit dare licentiam ſubditis operandi in die feſto.*

85 *Licentia laborandi in die feſto an debeat dari gratis remiſſiuè.*

86 *Computatio diei feſti fit de veſpere ad veſperam.*

87 *Feſta de præcepto à S. Matre Eccleſia quæ ſint remiſſiuè.*

88 *Feſtum tribus modis fit de præcepto; à Pontifice, conſuetudine generali, vel particulari, & ab Epiſcopo, & ſeqq.*

91 *Quæ conſuetudo debet eſſe approbata ab Epiſcopo, ſaltim tacitè.*

92 *Bulla* Vrbani Octaui *an adimat facultatem Epiſcopis noua feſta ſub præcepto indicendi.*

93 *Magiſtratus laici non poſſunt inſtituere nouum feſtum, nec Sancti ab Eccleſia canonizati.*

94 *Principes Sæculares poſſunt indicere ſubditis, vt abſtineant à laboribus mecanicis aliqua die propter communem lætitiam.*

95 *Principes Sæculares an poſſint indicere ſub pœna ſubditis, vt miſſam audiant. & num. 96.*

97 Conſtantini Imperatoris *lex ſuper obſeruantia diei Veneris, & Gubernatoris Mediolani Decretùm ſuper obſeruantia feſti S. Dominici die 4. Auguſti fuerunt annullata.*

98 *Diſtinctio* Capponi *circà dictum Decretum Gubernatoris Mediolani reprobatur.*

99 *Qui non comprahenduntur in bannimentis feſtorum obſeruantiam præcipientibus.*

*Piſtores etiam de conſuetudine non comprahenduntur in talibus bannimentis. ibidem & num. 100.*

101 *De feſtorum obſeruantia alia remiſſiuè.*

102 *De diebus faſtis, & nefaſtis remiſſiuè.*

103 *De feſtis noſtris, quæ ſucceſſerunt in locum illorum, quæ ex* veteri Teſtamento *celebrabantur, remiſſiuè.*

DAniel de Nobilibus *ſelect. diſput.* 37.
*num. primo & ſeqq.* ait, quod ſi nulla
1 licet effera, & barbara Natio Deum colendum
eſſe, eiuſque opem implorandam, non
agnouit vt ſcribit Herodot. Alex. ab Alex.
& Cathec. Romanus *locis* ab eo *relatis*, eò
potiſſimum nos, qui tot, tantiſque referti
ſumus beneficijs illum agnoſcere, eique
2 cultum Religionis exhibere debemus: &
P. Tancred. *de Religione lib. 2. diſp. 1. n. 3.* ait
3 nos teneri Iure Diuino naturali ad Deum
adorandum adoratione externa, nam du-
4 plex eſt cultus, internus ſcilicèt, & externus:
internus conſiſtit in animi deuotione
5 ergà verum Deum, & denotatur *in primo*
*præcepto Decalogi. Ego ſum Dominus Deus tuus: Non habebis Deos alienos coram me.* Externus conſiſtit in oblationibus, & ſacrificijs, & gratiarum actione, & denotatur *in tertio præcepto Decalogi, memento vt diem Sabbathi ſanctifices*, iſte cultus externus iuſſus *in tertio præcepto* prouenit ex cultu interno iuſſo *in primo, & ſecundo præcepto*, & eſt quaſi quidam fructus primi, & ſecundi præcepti, quià, vt ait Iordanus *diuer. elucubrat. tom. 2. lib. 11. tit primo num. primo*, remotis per primum, & ſecundum præceptum impedimentis veræ Religionis homines in vera Religione fundati quem mente, atque animo, fide, & ſpe adducti piè, ac religiosè colunt, & venerantur, eum quoque externo cultu per dictum tertium præceptum honorare, eique debitas gratias referre iubentur, vndè ſatis appoſitè Tancred. *vbi ſuprà*, dum ait teneri hominem Iure Diuino naturali ad Deum adorandum adoratione externa, ſubdit idem explicari tam in primo *Decalogi* præcepto — *Non habebis Deos alienos coram me*, quàm in tertiò præcepto — *Memento vt Diem Sabbathi ſanctifices*: nam primum licèt ſit datum negatiuum includere affirmationem de colendo vero Deo, probat ex Diuo Thoma *in prima ſecundæ quæſt.* 100. *art.* 4. & ſecundum licèt cæremoniale ſit, in quantum determinat diem Sabbathi, eſſe tamen Morale, quatenus præcipit, vt Diuino cultui vacetur, probat ex Suarez de Religione *c. 1. n. 12.* Ideò rationi congruum fuit, vt poſitiuo præcepto aliquod certum tempus deſignatū foret in quo homines Diuino Cultui operam impendere deberent, vt ait etiam Caſtropalaus *Moral. tom. 2. tract. 9. diſp. vnica de obſeruatione feſtorum num. primo*; Hincque
6 feſtorum obſeruantiam in Lege gratiæ conuenire
eſſe aſſertionem de Fide ex traditione,
& ſenſu Eccleſiæ firmat ex Suarez *de Religione
tom. primo lib. 2. cap. 2. num. 2.* & ex
Filiucc. *Moral. quæſt. tract. 27. num. 12.* Daniel.
de Nobilib. *ibid. num.* 5. qui ſubdit *nu.* 6.
7 ex Tolet. Suarez, & alijs ex ſui genere obligare
ad peccatum mortale, quia vt ait Caſtropalaus
*loc. citat. num. 3.* ex Iure Diuino
naturali habetur eſſe concedendum aliquod
tempus ad Diuina beneficia recognoſcenda,
& Deo, eiuſque ſeruitio ſpecialiter
vacandum.

8 Bene verum quod multi dantur caſus tollentes,
ſeù ſuſpendentes dictam obligationem, vel ab ea excuſantes, quos ad longum referunt Azzor. *Inſtit. moral. par. 2. lib. prim. c.* 28. Daniel. de Nobilib. *diſp.* 34. 35. 37. & Pax Iordanus *diuerſ. elucubrat. tom. 2. lib. 11. tit. primo* per totum, & eſt ratio, quam aſſignat Caſtropalaus *loc. cit. num.* 5. quia licet de Iure Diuino naturali ſit, vt detur aliquod tempus pro Cultu Dei, & illius beneficiorum recordatione, nihilominus quod hoc tempus ſit dies Dominicus integer ab omnibus operibus ſeruilibus vacuus, miſſaque

quæ in eo audiatur non ex Iure Diuino, ſed Eccleſiaſtico habetur, nam cæremonialia
10 veteris Legis morte Ieſu Chriſti mutata fuerunt, vt ex Couar. Reginald. Filliucc. Azzor. & alijs dicit de Nobilibus *diſp. 34. num. 2.* hinc nullum certum diem feſtum Diuino Iure in Lege Gratiæ, ſed omnes humano Eccleſiaſtico Iure inſtitutos ſcribunt Nauar. Reginald. Azzor. Suarez, Filliucc. & alij relati à dicto de Nobilibus *ibid. num. 3.* Et propterea cum feſta ſint de Iure humano
11 Eccleſiaſtico recipiunt derogationem, ſuſpenſionem, & excuſationem vt dixi, & pluribus comprobat de Nobilibus *dicta diſp. 34. num. 12.* immò etiam de Iure antiquo ob neceſſitatem derogatum fuiſſe ſcimus, dum
12 Machabæi pugnarunt die Sabbathi *lib. 1. Maccab. cap. 2.* Dauid eſuriens manducauit panes propoſitionis die Sabbathi *Reg. 21.* & Diſcipuli Domini euellentes ſpicas iu die Sabbathi innocentes à Ieſu Chriſto iudicati fuerunt Marc. 3. Luc. 6. Math. 12. prout conſiderat de Nobilibus *ibid. num. 15.*

13 Cultus igitur externus debitus Deo ab hominibus conſiſtit in celebratione feſtorum: celebratio autem conſiſtit in auditione Miſſæ, & aliqui addunt orationem, & oblationem: & conſiſtit in vacatione ab operibus ſeruilibus.

14 Quoad auditionem miſſæ nulli dubium eſt, quod iſta debet audiri ſub pœna peccati mortalis, vt cauetur *in cap. miſſas, & in cap. omnes fideles de conſecrat. diſtinct. prima* & quidem quolibet die, qui ex præcepto, voto, aut conſuetudine toti Populo pro feſto colendus propoſitus eſt, vt inquit Pax Iordanus *loc. cit. num. 74.* qui ait, quod licèt præceptum huiuſmodi ſit Eccleſiaſticum, valdè tamèn Naturali, & Diuino Iuri conſentaneum exiſtit, & *num. 75.* ſubdit: *Miſ-*
15 *ſam audire, eſſe corpore in Eccleſia ſeù loco, vbi celebratur, adeſſe, & mente attendere ad ſacrificium morali, & humano modò.* Excuſan-
16 tur autem multi ab hac obligatione audiendi miſſam, & ferè omnes caſus adducit Iordan. videndus *loc. cit. à num. 76.* vſque ad *num. 107.* Et quod dicunt aliqui Doctores de obligatione orandi, oblationes faciendi in die feſto, reijcitur pluribus rationibus à Caſtropalao *oper. moral. tom. 2. tract. 9. de obſeruat. feſtorum diſp. vnica punct. 4. num. 3. & 7.* Quo verò ad vacationem ab operibus ſeruilibus indictam Leuit. ibi: *omne opus ſeruile non facias in eo, & in cap. licèt de ferijs* ibi: *in his ab omni opere ſeruili ceſſandum*, diſtinguunt Doctores, dicendo operum corpora-
17 lium tria eſſe genera, quædam ſunt ſeruilia, & ſunt propria ſeruorum, & mechanicorum, qualia ſunt opera manualia arandi, fodiendi, ſerendi, fabricandi, & ſimilia: quædam ſunt libera, & ſunt propria hominum liberorum, qualia ſunt opera liberalium artium, & ſcientiarum; quędam demum ſunt communia, & competunt tàm liberis, quàm ſeruis, qualia ſunt ſcribere, itinerari, piſcari, venari, aucupare, præliari, & alia huiuſmodi, vt videre eſt penes Caſtropal. *loc. cit. punct. 5. num. primo*, Pacem Iordanum paritèr *loc. cit. num. 111. & ſeqq.* Daniel. de Nobilib. *diſp. 35. num. 5. & ſeq.* Primum
18 genus operum abſque vlla difficultate includitur in præcepto: ſecundum abſque vlla difficultate excluditur à præcepto: tertium genus operum difficultatur, & controuertitur à Doctoribus, an ſit excludendum, vel includendum, quià cum nec liberalia, & nec ſeruilia ex eorum ſententia dici poſſint, ideò nec ſemper prohibita eſſe, nec ſemper conceſſa dicuntur, ſed quatenus poſſunt inducere modum ſeruilem, vel ab eo abſtrahi, vtpluribus citatis aduertit Daniel de Nobilib. *diſput. 35. num. 10.*

Impugnant tamen hanc tertiam partem diſtinctionis Suarez *de religione tom. primo lib. 2. cap. 23.* Filliucc. *moral. tract. 27. num. 161.* & Daniel. de Nobilib. qui hos refert *dicta diſput. 35. num. 11.* nam ſicut medium inter hominem liberum, & ſeruum non datur, ita nec dantur opera, quæ ſimul, & ſemel poſſint referri ad libera, & ad ſeruilia, ſed de neceſſe debent eſſe vel liberalia, & ingenua, vel ſeruilia, & ſic vel prohiberi, vel non prohiberi.

Sed Pax Iordan. *loc. cit. num. 113.* videtur conciliare hanc opinionum contrarietatem dicendo opera communia, pro vt & opera libera non eſſe incluſa in præcepto niſi ex accidenti, quod videtur velle etiam Caſtropallaus *d. punct. 5. per totum* vbi docet quando quis in dictis operibus peccet, vel non, ſunt tamen, licèt non ſint ſeruilia, prohibita quatuor, vel quinque capita operum ab Eccleſia ex eo, quia multum diſconueniunt Sanctitati diei, & magnopere diſtrahunt ab ea, & ſunt mercatus, iudicium ciuile, iudicium criminale, & Iuramentum, niſi prò pace, vel alia neceſſitate præſtetur, & omnis proceſſus, & ſtrepitus iudicialis, niſi pietas, aut neceſſitas ſuadeat, vt hæc enumerat Pax Iordanus *loc. cit. numer. 115.* qui ex Azzor. *Moral. inſtit. par. 2. lib. primo cap. 27. quæſt. 9.* ait hæc ſolo iure ſcripto prohibita eſſe, & quamuis Bonaccina *de legib. diſp. 5. quæſt. vnic. punc. 2. num. 10.* in enumeratione horum operum ex ſolo Iure ſcripto prohibitorum prætermittat ſtrepitum Iudiciorum, vt aduertit Iordan. *dicto num. 115. in fine*, nihilominus ſtrepitum iudiciorum prohibitum eſſe euincitur expreſsè in Text. *in cap. conqueſtus de ferijs*, ibi: *Tamen debet ſtrepitus iudicialis diebus conquieſcere feriatis, qui ob reuerentiam Dei noſcuntur eſſe feriati.* Niger *de re iudicata* & Suarez *locis relatis* à Scannarol. *de viſit. carcerum lib. 3. §. 10. cap. 11. num. 21.* qui id extendit etiam ad dies ex deuotione feſtiuos, non obſtante Bulla Vrbani VIII. edita 13. Septembris 1642. quia

dicta Bulla nil addit, ſed declarat, quod incrat: & quia diſpoſitio *dicto cap. conqueſtus* abierat in deſuetudinem, fuit renouata per B. Pium V. *in Conſtitutione in ordine* 5. incip. *cum primum*, vt dicit Farinac. *quæſt.* 27. *num.* 106. quam Bullam declarat Nouar. *in Summa Bullar. ſuper eadem Bulla.*

Et quia operc pretium eſſe autumo aliqua dicere circà ca, quæ ſunt prohibita de Iure ſcripto, procedendo iuxtà ſeriem Text. *in cap. primo de ferijs*, cuius verba ſunt:
„ Omnes dies Dominicos à Veſpere in Veſ-
„ peram cum omni veneratione decernimus
„ obſeruari, & ab omni illicito operc abſti-
„ neri: vt in cis mercatus minimè fiat, ne-
„ que placitum, neque aliquis ad mortem, vel
„ ad pœnam iudicetur, nec Sacramenta, niſi
„ prò pace, vel alia neceſſitate præſtentur.

19 Incipiam à mercatu, qui triplex eſſe ſolet iuxta aduertentiam Pacis Iordani *loc. cit. num.* 174. & Iul. Cappon. *diſcept.* 209. *num.* 30. Fermoſin. *cap. primo de ferijs quæſt. prima num.* 17. primus cſt qui ſemel, aut bis, aut ter in anno fit, & proprio nomine appellantur Nundinæ & hæc, vel non compræhenduntur in prohibitione, vel per conſuetudinem ſunt approbatæ, vt ait Iordanus *loc. cit.*

20 Secundus eſt, qui ſingula hebdomada, & alicubi bis, vel ter per ſingulas hebdomadas fit, & de hoc mercatu loquitur Textus in *d. cap.* 1. & eſt prohibitus fieri, niſi in aliquo loco conſuetudo contrarium obtinuerit.

21 Tertiùs eſt, qui nullo præfixo die emptione, & venditione rerum particularium celebratur, & de hoc mercatu paritèr loquitur Text. *in dicto cap. primo*, vniuerſaliter enim negociationes omnes feſtiuo tempore prohibitæ cenſentur, quia minus conueniunt Sanctitati dierum, & etiam quia multæ fraudes, & periuria intermiſceri ſolent.

Tutiùs tamen eſt dicere cum Caſtropalao
*loc. cit. punct.* 6. *num.* 5. Textum prædictum
*in cap. primo* loqui de quouis genere merca-
tus, & compræhendere etiam nundinas,
quæ ſemel, aut bis, aut ter in anno fieri ſo-
lent, & euincitur euidenter ex reſolutioni-
22 bus S. Congregationis *in vna Gallipolitana*
25. *Octob.* 1588. & in vna *Forenſi* 3. *Iunij* 1585.
quas ex Ricciul & Nicolio refert Iul. Cap-
ponus *diſcept.* 209. *num.* 30. & Quarantam
*in Summa Bullarum verbo dies feſti*, quibus fuit
dictum Nundinas, quæ fiunt qualibet heb-
domada, occurrentes in die feſto, facien-
das eſſe in præcedenti feria: eas verò quæ
ſemel in anno fiunt tollerari poſſe poſt ce-
lebratam Miſſam maiorem, concedit ergò
Nnndinas prędictas eſſe in prohibitione di-
cti Canonis compræhenſas, & huius tolle-
23 rantiæ eſt ratio, quià conuenit maximè bo-
no Reipublicæ diem fixum habere merca-
tum, vt ſic ex vicinis partibus ad emendum,
& vendendum illuc poſſint homines acce-
dere, quod fieri non poſſet ſi adueniente feſto mutaretur, vt ex Nauar. Tolet. Suarez Fagundez bene ratiocinatur Caſtropalaus *loc. cit. num.* 5. & ex hac ratione poteſt dici etiam in alijs duobus generibus mercatus fuiſſe ferè in omnibus partibus conſuetudine derogatum diſpoſitioni *dicti cap. primi* vt dicit Caſtropalaus *dicto num.* 5. *verſic. at ferè in omnibus*, vbi loquitur de mercatu, qui ſolet fieri ſemèl, vel bis, aut ter in hebdomada, & *verſ. at magna ex parte*, vbi loquitur de mercatu, qui emptione, & venditione, locatione, & permutatione ſolet fieri, dicens magna ex parte hoc præceptum conſuetudine eſſe abrogatum; „ Videmus namque
„ (ſunt eius verba) operarios ſine vllo ſcrupu-
„ lo die feſto conduci, bona defunctorum
„ publica voce præconis vendi, neceſſaria
„ cibo, & potui venalia fieri, calceos, aliaſ-
„ que res leues emi, ac denique paſſim fiunt
„ priuatæ vendiriones, vel locationes tùm in
„ gratiam emptoris, qui alio die adeſſe non
„ poteſt, tùm in gratiam venditoris, qui alio
„ die non poteſt ex defectu ementium ven-
„ dere; & citat ad hoc concordantem Azzor. *inſtit. Moral. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 27. *quæſt.* 10. Subdit propterea in hac parte ſpectandam eſſe conſuetudinem, quæ ſolum videtur eſſe ne apertis Officinis, & quaſi in publico hi contractus particulares celebrentur.

24 Dicunt tamen Gratian. *deciſ.* 71. Fermoſin. *in cap. primo de ferijs quæſt. prima num.* 18. Nicolius *lib.* 2. *tit.* 9. *de ferijs num.* 4. *&* 5. & Iul. Capponius *diſcept.* 209. *num.* 30. quod S. Congregatio reſoluit poſſe Epiſcopum huiuſmodi mercatus prohibere non obſtante antiqua conſuetudine: at Petrus Vincent. de Marſil. *decret. Sac. Conc. Trident. lib.* 4. *tit. de obſeruantia ieiun. & elemoſ. cap. primo lit. C. fol. mihi* 4. refert Sac. Congregationem Concilij declaraſſe nihil innouandum in conſuetudine huc vſque tolerata in Nundinis, quæ non ſunt ſolemnes, ſed fiunt peractis ſacris in feſto alicuius Sancti antè eius Eccleſiam extrà tamen atrium. Sed prò opinione Iul. Capponi vide Ricciũ *pract. reſol.* 377. *per tot. par.* 4. vbi quod dicta conſuetudo tanquam inductiua peccati potiùs abuſus eſt, ideò tollendus, & reſpondet Baldo *in l. quadraginta C. de ferijs*, dicenti valere conſuetudinem, per quam tolluntur feriæ in honorem Dei, ſeù potiùs cum Alex. *conſ.* 52. *num.* 11. *lib.* 5. explicat eius doctrinam procedere, quando non agitur de peccato, vel periculo animæ, ſed quatenus Epiſcopus talem conſuetudinem toleraret, non peccat, vt firmat Megal. *tom.* 2. *variarum reſol.* 147. *num. primo.*

25 Secundùm caput, quod prohibetur *in d. cap.* 1. eſt *placitum*, ſeu Iudicium forenſe, ſub quo omnes actiones pertinentes ad iudicium compræhenduntur, vt docet Caſtropal. *d. punc.* 6. *num.* 6. qui dicit hoc manifeſtè euinci ex Text. *in cap. placita* 15. *quæſt.* 4. *cap. primo*,

*prima*, *& cap. vlt. de ferijs*, & hoc ante eum
voluit Abb. *in d. cap. 1. num.* 2. Nec obſtat,
quòd ſententia, & iuramentum ſint poſita
in dicto Textu taliter, vt poſſint dici diuer-
ſa, ſeù potiùs non comprehenſa in verbo,
& ſub nomine *placiti*, quia reſpondet Ca-
ſtropal. *ibid.* prædicta exprimi in dicto Textu
maioris claritatis gratia: Sed cætera iudi-
cium ſcilicet ad mortem, vel pœnam poſi-
26 ta ſunt de neceſſitate, quia cum verbum
*placitum* ſignificet cauſam dumtaxat ciuilē,
vt dicit ex Valentia Fermoſin. *in cap. 1. de
ferijs quæſt. 1. num.* 23. ſi non fuiſſent addita
dicta verba dènotantia iudicium criminale,
remāſiſſet hoc excluſum ab hac diſpoſitio-
ne, vt dicit Fermoſin. *ibidem*. Vndè atten-
ta hac opinione dicendum eſt cum eodem
Caſtropalao ſub eodem verbo *placito* tres
ſpeciales actiones comprehendi, citationem
ſcilicet Partis, formationem proceſſus, &
27 ſententiam, quia his tribus actionibus iu-
dicium conſtat, & per conſequens omnes
hàs tres actiones ſiue in criminali cauſa, ſi-
28 ue in ciuili eſſe prohibitas fieri in die feſto.
& factas annullari, & irritari etiamſi ex Par-
tium conſenſu fuerint factæ ex Text. *in cap.
vlt. de ferijs* probat Caſtropal. *ibid. num.* 7. v-
bi ait hanc eſſe differentiam inter mercatū,
& iudicium, vt mercatus ſolùm ſit prohi-
bitus, factus tamen tenet: at actus iudicij
ſubiacet etiam nullitati, itaut nec litigan-
tes poſſint tali nullitati renunciare, quia eſt
annullatio facta ob finem publicum Reli-
gionis, cui fini publico Religionis nullus
homo particularis derogare poteſt, & alle-
gat Azzor. Silueſt. Tolet. Fagundez. dum-
modò dies Feſtus ſit in honorem Dei, nam
ſi eſſet Feſtus in honorem hominum, puta
vindemiarum, valeret renùnciatio, vt ex
Maranta, & Fagundez ſubdit *ibidem in fine*,
& hæc comprobantur ex Fermoſino *d. cap. p
de ferijs quæſt. 1. num.* 21.

29 Et accedendo ad citationem, quæ eſt pri-
ma, & fundamentalis pars iudicij, ſine qua
neminem eſſe condemnandum docuit nos
ipſe Deus in Geneſi: *Adam vbi es?* & habetur
*in c. quoniam contra de probat.* dico quòd citatio
habet tres partes, nempè commiſſionem,
executionem, & relationem exequutionis iā
factæ, & omnia hæc tria debent fieri in die
non feriato, quia facta die Feſto illicita ſunt,
& nulla, vt per Text. *in cap. conquæſtus de fe-
rijs & in l. vnica C. eod. tit.* Maranta Azzor.
Fagundez. inquit Caſtropal. *loc. cit. punct. 7.
num.* 1. & eſt ratio, quia quilibet ex his tri-
bus actibus continet effectum contentioſæ
Iuriſdictionis, non enim poteſt Iudex com-
mittere, quòd quis citetur, niſi prius exa-
minet, an iuſtè, & an malitioſè actor pro-
cedat, talis autem diſcuſſio, cum cauſet ſtre-
pitum iudicialem, debet ceſſare in die Feſto,
vt benè conſiderat Caſtropal. *d. num.* 1. &
Iordanus *loc. cit. num.* 181. dicens commiſ-
ſionem de citando non poſſe fieri in die
Feſto, etiamſi præcipiat citato, vt die iuri-
dico compareat, quia prohibetur citatio,
non ſolùm ratione effectus, ſed etiam ra-
tione ſui principij, & originis, ſequitur An-
tonell. *d. cap. 9. num.* 14. & Zuffus *in annotat.
ad Conſtitut. Barberinam §. de citatione num.* 28.
Fermoſin. *in cap. 1. de ferijs quæſt. 2. numer.* 7.
idem eſt, & eò fortiùs, ſi commiſſio de ci-
tando fiat die iuridico, & præcipiatur cita-
to, vt compareat die Feſto, redditur enim
citatio ipſo iure nulla, & non coarctat ci-
tatum ad comparendum die ſequenti, niſi
30 in citatione ſit expreſsè dictum, quòd qua-
tenus terminus citationis cadat in die Feſto
teneatur comparere die immediatè ſequen-
ti iuridica, quam clauſulam, vt benè ad-
uertit Iordan. *loc. cit. num.* 184. & Iacob. de
Arena *in l. dies feſtos in fine C. de ferijs* practici
Iudices ſolent in commiſſione citationis, &
in ipſa citatione apponere, ratio autem qua-
re citatus non arctatur ad comparendum
poſt Feſtum, eſt, quia citatio huiuſmodi
non poteſt habere vim obligandi ad com-
parendum alio tempore, cum de ſe ſit ipſo
iure nulla, vt dixi ex Iordano, qui *num.*
182. plures ad hoc allegat concordantes,
quibus addo Iulium Capponum *diſcep.* 209.
*num.* 36. & in hoc eſt aduertendum, nam ſi
commiſſio de citando eſt facta die Feſto, de-
bet de nouo fieri à Iudice in die feriato, aliàs
citatio pro quocumque die iuridico fiat,
ſemper erit infecta ex ipſa radice, vt ex Sua-
rez, & Bonaccina docet Iordan. *ibidem nu-*
31 *mer.* 185. & idem erit ſi commiſſio de ci-
tando ſit facta die iuridico pro die Feſto,
ſiquidem ex quo eſt nulla, eſt neceſſaria no-
ua commiſſio, at ſi in commiſſione data
die iuridico non ſit facta mentio expreſſa
ad certum diem feſtum, ſed ſolùm ſit facta
citatio ad diem octauum, vigeſimum, vel
alium diem, qui feſtiuus exiſtat, tunc non
erit neceſſaria noua commiſſio, quia præ-
cedens commiſſio non eſt nulla: imò ſecū-
dùm aliquos nec eſt nulla citatio, quia reij-
citur obligatiò comparendi ad proximam
ſequentem diem iuridicam, cum talis præ-
ſumatur intentio Iudicis, vt dicunt Suarez,
& Innoc. *locis relatis* à Iordano *num.* 184. &
Caſtropalao *d. punc. 7. num.* 3. nam octaua
dies feriata non computatur in termino, vn-
de iuris fictione prima dies iuridica, quæ ſe-
quitur, intelligitur eſſe octaua dies, vt dicit
Bald. *in cap. conquæſtus num. 7. de ferijs*.

32 Faciunt tamen Doctores præfati differen-
tiam inter citationem factam ad comparē-
dum infra decem, & comparendum deci-
mo die, & dicunt quod ſi decimus dies eſt
feſtus, primo modo concepta citatio valet,
quia coarctat citatum ad præueniendum
diem decimum: Secundo verò modo con-
cepta non valet, quia non coarctat ad com-
parendum poſt diem Feſtum, vt videre eſt
penes Caſtropal. *d. punc. 7. num.* 3.

33 Non deſunt tamen Doctores vt redeam

ad

ad materiam, qui dicunt commiſſionem de citando factam die feriata ad diem non feriatam valere Io: Andr. *in cap. conquæſtus num. 3. de ferijs*, & diſputato articulo ad partes hincindè relatis Doctoribus, & rationibùs cum eodem Io:Andrea reſidet Fagnan. *in d. cap. conquæſtus num. 49.* ſed non eſt recedendum à prima opinione quamplutibus tuentur Calderinus, Archidiacon. Speculat. Butr. *locis relat.* à Fagnano *d. cap. conquæſtus d. num. 46.* quia actus committendi citationem non poteſt negari quin ſit Iuriſdictionis contentioſæ, & pertineat ad ſtrepitum judicialem, & diſtrahat Iudicem à contemplatione Dei, quia etſi nõ exigatur diſcuſſio, & cognitio inter Partes, tamen in ea decernenda debet Iudex intra ſe adhibera aliqualẽ cognitionẽ, & ideò Bellamera, & Fagnan, qui eum refert, dicunt committi validè non poſſe citationes, quæ iudicialiter fiunt.

Ex eadem ratione non poſſe exequi citationem in die Feſto dicunt Caſtrop. *dicto punct. 7. num. 1.* Scaccia *de iudic. lib. 2. cap. 5. num. 95.* Abb. Ioann. Andr. Butr. *in cap. fin. de ferijs* Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 30. num. 4.* Iordan. *loc. cit. num. 181.* Antonell. *d. cap. 9. num. 14.* Fagnan. *d. cap. conquæſtus num. 53. & ſeqq.* Rota *deciſ. 365. num. 1. p. 3. rec.* & poſt *lib. 2. conſ.* Farinac, *deciſ. 233.* executio enim eſt propriè citatio, & licèt fiat per Miniſtrum, fit tamen nomine Iudicis, & continet Iudicis mandatum, & Iuriſdictonis exercitium, & ad ſtrepitum iudicialem omninò pertinet, vt dicit Caſtropal. vbi proximè: Vndè *in l. dies Feſtos C. de ferijs* expreſsè cauetur, *quòd in die feſto nulla quemquam vrgeat admonitio, taceat apparitio, & horrida vox Præconis ſileat.* Subſtinetur
34 tamen citàtio executa in loco, vbi Feſtum non colitur, etiamſi celebretur in loco Iudicij, tunc enim non violatur Feſtum, dummodò cõmiſſio de citando ſit data die profeſto, vt ex Suarez, & Bonacina ait Iordan. *loc. cit. n. 186.* Contrarium verò eſſet dicen-
35 dum, ſi Reus citaretur inloco, vbi dies Feſtus celebratur, tametſi in loco Iudicij non celebretur, quia citatio, & intimatio metienda eſt ſecundùm regulas loci, vbi Pars citata reſidet, quia ibi formaliter fit, vt ex Bonacc. inquit Caſtropal. *d. punct. 7. numer. 4.* & ex Foller. Galter. & Maſull. ait Petra *Ritu Magnæ Curiæ 116. num. 5.* & ex Carauita, Thoro, & de Angelis ad Foller. inquit Io: Baptiſta Muccius poſt hæc ſcripta in lucem editus *in dilucidation.* ad Sanfelic. *deciſ. 141. num. 16.*

36 Difficultas eſt circa relationem, quæ eſt vltima pars citationis, nam Bald. *in d. cap. conquæſtus de ferijs nu. 6. in fine* dicit, quòd poteſt fieri die feriata, quia eſt actus ſolus Nuncij, & *in l. minorum num. 7. in fine ff. in quibus cau. in integr. reſt.* ait, quòd Nuncius eſt ſolùm Pica, & Organum, vndè inſpicimus factum committentis, magis quàm miniſterium nuncij, & facit illud Apulei *Floridor. lib. 1. in fine: Præconis vox garula miniſterium eſt: Proconſulis autem tabella ſententia eſt*, & hanc opinionem tenent Lanfranc. de Oriano *in cap. quoniam contra tit. de citat. n. 28. de probat.* Roman. *in l. 1. §. nunciatio ff. de non. oper. nunciat.* Iacob. Butrig. *in l. fin. C. de ferijs* Contrariũ
37 tamen, & meliùs concludit Bald. *in d. l. in minorum num. 6.* ob rationem, quia iſte actus relationi nuncij debet fieri in Iudicio, & apud Tribunal, & ſubdit quòd practica obſeruat, & rationabiliter, quod iſtæ relationes fiant tempore iuridico: eſt enim relatio quoddam teſtimonium ipſius nuncij, vt *extr. de appellation. cap. parati*, & ideò debet fieri tempore iuridico, & hanc opinionem tuetur Salyc. *in d. l. fin. C. de ferijs*, & eam meliorem dicit *add.* ad Bald. *in d. l. in minorum lit. B. Verbo nuncius*, tùm quia Text. *in d. l. fin.* diſponit, quòd die Feſto debet ſilere horrida Vox Præconis, tùm quia relatio videtur eſſe de proceſſu *cap. quoniam contra de probat.* ergò non poteſt fieri die feriato vt *in cap. fin. de ferijs*, & Baldum ſic dicentem referunt, & ſequuntur Vbert. *de citat. c. 1[illegible]. num. 252.* & Francus *cap. cum parati num. 49. de appellat.* vbi ait, quòd Bald. *in d. cap. conquæſtus* tenet hanc opinionem negatiuam, ſed certè in libro meo apparet dicere contrarium, prout fideliter ipſum allegaui eamdem opinionem, quam tenet *in d. l. in minorum* Bald. tenet etiam *in l. dies feſtus n. 3. C. de ferijs*, & ſequuntur Guazzin. *Reorum defenſ. 10. cap. 3. num. 9.* Baiard. ad Clarum *quæſt. 31. num. 16.* Campana *ſelect. reſol. 1[illegible]. num. 1.* Maranta *Specul. par. 6. verſ. conſpiatur citatio num. 55.* Roland. *conſ. 47. num. 69. lib. 2.* & his relatis D. Zuffus *in annot. ad Conſtit. Barberinam num. 145.* vbi *num. 148.* dicit, quomodo explicari, & intelligi debet *Conſtitutio Ægidiana lib. 2. c. 33. verſ. citatio quoque* nempè vt eius diſpoſitio procedat in alijs diebus feſtiuis potius quàm die Dominico: & D. Orilia ad Campanam *d. reſol. 18.* qui *num. 1.* explicat *Ritum Magnæ Curiæ*, vt pro-
38 cedat quoad reproductionem, & citationis executæ aſſignationem Iudici, vel Notario cauſæ abſque eo quod in actis referat citaſſe, quam aſſignationem, & reproductionem tamquam actum extraiudicialem poſſe fieri die feſtiuo autumat ex Scaccia *de Iudic. lib. 1. cap. 89. num. 9.* & ſic in citatione quatuor actiones ineſſe obſeruat, nempè commiſſionem, executionem, reproductionem, & vltimò relationem. Ad rationem, quam pro ſe afferunt Lanfranc. & Roman. nempè quòd relatio nuncij non requirit cauſæ cognitionem, reſpondet *Alden.* ad Bald. *loc. cit. d. lit. B.* eſſe verum, quòd ea, quæ non requirunt cauſæ c[illegible]m poſſunt expediri die fer[illegible]a in ho[illegible]e Dei, ſi ſint actus voluntariæ iur[illegible]s, ſecus ſi, prout hic, ſint iuriſdictionis con[illegible]tioſæ, *l. actus C. de ferijs*.

Secun-

39 Secunda actio, quæ conſtituit forenſe iu-
dicium, eſt formatio proceſſus, quæ potiſſi-
mùm conſiſtit in delatione iuramenti, &
examine teſtium, vt benè conſiderat Ca-
ſtropal. *d. puncto 7. nu.* 5. Quoad delationem
40 iuramenti eſt compertum apud omnes eſſe
illicitam, & inualidam die feſto, cum ex-
preſsè prohibeatur *in d. cap. 1. de ferijs*, ibi:
*nec Sacramenta præſtentur*: Sed quoad examen
41 teſtium non ità ſtrictè prohibitum reperi-
tur: nam poſſe fieri in die feſto, ſi iusiu-
randum in die pro feſto ſuſceptum ſit, vo-
lunt Azzor. Io: Andr. Maranta *locis relatis*
à Caſtropalao *d. num.* 5. qui tamen eos non
ſequitur firmans tale examen ſi fiat die feſto
eſſe illicitum, & nullum, ex eo quia per
depoſitionem Teſtium formatur proceſſus,
& lis continuatur contra diſpoſitionem ex-
preſſam Text. *in d. cap. conquæſtus*, quod ſub-
dit procedere tàm in cauſa temporali, quàm
ſpirituali, quia Text: generaliter ibi loqui-
tur. Ad rationes, quas pro contraria ad-
ducunt Doctores, & præſertim Abbas *in di-
cto cap. 1. de ferijs*, reſpondet dicendo, quòd
ſuppoſitum, quòd depoſitio facta die feſto
valet, quia retrotrahitur ad diem non feria-
tum, in qua delatum fuit iuramentum, eſt
deſtitutum fundamento, nam huiuſmodi
retrotractio non ſubſiſtit in Iure, cùm non
examinentur teſtes, quin renouent iuramē-
tum factum, & ſub illo deponant; Ad aliam
verò rationem, nempè quòd depoſitio non
eſt actus iudicialis, quando à iuramento di-
ſtinguitur, & ideò recipi poteſt per merum
Executorem, neque perſona Iudicis neceſ-
ſum eſt, quòd ibi intercedat, reſpondet quòd
talis depoſitio eſt actus omninò iudicialis,
quia in Iuriſdictione Iudicis fundatur, &
nomine Iudicis, & ex auctoritate ab eo ac-
cepta recipitur: vlterius ad hoc tale adhi-
bet dilemma; Vel teſtes cogi poſſunt die
Feſto ad deponendum, vel non; ſi cogi nō
poſſunt, ideò eſt, quia eorum depoſitio a-
ctus eſt iudicialis, qui in die Feſto eſt prohi-
bitus: ſi cogi poſſunt, eorum depoſitio non
erit actus extraiudicialis. Cæterùm ſuffice-
re de Iure Communi, quòd teſtes die non
feriato iurauerint ad hoc vt poſſint validè
die feriato examinari dicunt Farinac. *q.* 80.
*num.* 16. & Paſſerin. *in praxi formandi proceſſ.
quæſt. 15. artic. 5. num.* 84. & pluribus citatis
Antonell. *de tempore legal. lib. 4. cap. 9. n.* 19.
& ita practicari dicit Iul Cappon. *diſcep.* 209.
*num.* 38. & Fermoſin. *in cap. 1. de ferijs q.* 4.
*num.* 4. Sed placet concordia, quam pro his
duabus contrarijs opinionibus adducit Pax
Iordanus *loc. ſupracit. num.* 180. vt ſcilicet li-
citum ſit continuare diebus Feſtis examen,
ſi præſtito iuramento incœptum ſit die non
feriata, ſed perfici non potuit propter mul-
titudinem teſtium, vel articulorum; & hoc
idem dicendum eſſe puto, ſi vrgeat neceſ-
ſitas, & eò fortius, ſi extat conſuetudo exa-
minandi diebus Feſtis legitimè præſcripta,
vt ex Suarez, Reginald. Filliucc. Bonaccina
inquit Antonellus *loc. cit. num. 19. circa fin.*
& Caualcan. *de Brach. Reg. parte prima nu-
mer.* 11.

42 Et cum in criminalibus videatur ſemper
vrgere neceſſitas, receptus eſt in praxi ſty-
lus examinandi teſtes indiſtinctè omni tem-
pore etiam feriato in honorem Dei, vt dicit
Guazzin. *Reor. Defenſ. 14. cap. 9. num.* 3. &
Paſſerin *loc. cit. num.* 84. & non ſolùm poſ-
ſunt examinari, ſed poſſunt etiam torqueri
teſtes in die feſto, vt dicunt Guazzin. & Paſ-
ſerin. vbi proximè, imò in cauſis arduis, &
43 enormibus poſſunt examinari, & torqueri
etiam ipſi Rei, vt dicunt Guazzin. *defenſ. 30.
cap. 4. num.* 29. Farin. *quæſt. 38. num. 107. &
ſeqq.* Scialoya *de torq. Reis cap. 8. num. 24. &
ſeq.* vbi ait, quod die feriato poteſt torque-
ri inſignis latro, & is, qui commiſit homi-
cidium appenſatum, ſacrilegium, raptum,
& is, qui interrupit Diuina Officia, & Ca-
ball. *de omni genere homicid. num.* 577. & Cat-
talan. *de indultu cap. 37. num.* 48. & Scialoya
*ibidem* dicunt, quod Venenans aliquem po-
teſt torqueri etiam die Paſchatis, & hoc
procedere ex interpretatione Legis Diuinæ
diſponentis, quòd punire malefactores eſt
ſpecies Sacrificij iuxta Text. *in cap. quali nos
23. quæſt.* 5. ex Ricciull. *lucubrat. lib. 6. cap.* 7.
inquit Cappon. *diſcept. 208. num. 32. & ſeqq.*
qui ait, quòd ex hac ratione interpretandi
ſcilicet Ius Diuinum Imperator ſtatuit *in l.
Prouinciarum C. de ferijs: Nullum tempus, nec
Paſchatis diem excipiendum, ne differatur ſcelera-
torum proditio conciliorum, quæ per latronum
tormenta quærenda eſt, cùm facillimè, & in hoc
Summi Numinis ſperetur venia, per quod multo-
rum ſalus, & incolumitas procuratur*.

44 Tertia actio, quæ conſtituit Iudicium fo-
renſe, eſt ſententia, & expreſsè prohibita eſt
ferri in die feriato, vt eſt Text. *in d. cap.* 1.
ibi: *neque aliquis ad mortem, vel ad pœnam iu-
dicetur*: & *in cap. fin. eod. tit. de ferijs*, ibi: *Nec
proceſſus habitus teneat, nec ſententia*: quorum
Textuum diſpoſitio non ſolùm procedit in
cauſa criminali, ſed etiam in ciuili, & in
cauſa ſpirituali, vt inquit Caſtropal. *d. punc.
7. num.* 10.

45 Sed hæc concluſio limitatur primò in
ſententia excommunicationis, ſuſpenſio-
nis, & interdicti lata in die Feſto, nam vt
ait Caſtropal. *loc. cit. num.* 11. talis ſententia
non eſt punitiua, ſed medicinalis, & in bo-
num animæ ordinata: & idem ac eò ma-
gis de ſententia abſolutionis ab excommu-
nicatione ex Layman. firmat Antonellus
*de tempore legali libro quarto capite 9. num. 15.
in fine*.

46 Secundò limitatur in omni ſententia, quę
abſque cognitione cauſæ, & ſtrepitu iudi-
ciali fertur vt ex Azzor. Suarez, & Bo-
naccina, inquit Caſtropalaus *ibidem nume-
ro* 10. & Antonellus *dicto cap. 9. num. 23. cir-
ca finem*.

Ter-

47 Tertiò limitatur, vt non procedat vbi,& quoties ita expediret Reipublicæ *l. prouinciarum*, vbi Bald. & & alij *C. de ferijs* Maranta *ſpecul. part. 6. tit. de actor. edit. num. 30.* Bonaccin. *tract. de legibus diſp. 5. quæſt. vnica puncto 2. num. 10. verſ. nomine Iudicis criminalis*, & his relatis Antonellus *d. cap. 9. num. 23.*

48 Quartò limitatur in Cauſis Tribunalis S. Officij, in quibus contra hæreticos ſolet diebus feſtis ſententia ferri iuxta reſcriptũ Supremi Tribunalis Sanctiſſimæ Vniuerſalis Inquiſitionis Vrbis *ſub die 26. Iulij 1605.* vt refert Barboſa *in cap. conqueſtus num. 31. de ferijs*, & Antonell. *d. num. 23.* & comprobant Sanchez, & Iul. Cappon. qui cum refert *diſcept. 209. num. 42.* & licèt Emeric. *direct. Inquiſit. par. 3. tit. de modo terminandi proceſſum Fidei* in caſu relapſi pœnitentis *n. 200. verſ. conſiderandum fol. mihi 550. col. 2.* dicat, quòd tales ſententiæ tradendi aliquem Curiæ Sæculari non conſueuerunt fieri die Feſtiuo, vel ſolemni, nec in Eccleſia, ſed extra in aliqua Platea, quia ſententia eſt, quę ducit ad mortem, & honeſtius eſt, quod feratur in die feriali, & extra Eccleſiam, cum dies Feſtiua, & Eccleſia ſint Domino dedicata.

49 Nihilominus Carena *de S. Offic. par. 2. tit. 2. §. 33. num. 191.* teſtatur cauſas S.Fidei habere hoc ſpeciale, quod poſſunt ferri ſententiæ etiam die Feſtiuo in honorem Dei,& ſubdit ita de conſuetudine etiam ſeruari, & S. Congregationem Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Supremorum Inquiſitorum ita die 26. Iulij 1605. reſcripſiſſe, prout refert Mar. Antonin. *variar. reſol. lib. 3. reſol. fin.* & Carena *ibid. verſ. non ſolùm*, inquit quòd in die feſto traduntur, & relaxantur hæretici impœnitentes, & relapſi brachio ſæculari comburendi, & allegat Sot. & Sanchez *locis* per eum *ibid. relatis*, & ex Trullench. Azzor. Sanchez. Caſtropal. firmat Fermoſin. *in cap. 1. de ferijs quæſt. 1. num. 42.* & ita fuit tempore mei Auditoratus ſeruatum in Ciuitate Bononiæ, nam ſententia fuit lata, & lecta in Eccleſia S. Petri, & in die Dominica, & Curiæ Sæculari fuit traditus Andreas Malagù, & fuit eidem Curiæ tradita comburenda effigies Emanuelis Villa reiudaizantis.

50 Sed quid dicendum de executione ſententiæ? Federic. de Senis *conſ. 144. per tot.* & Abbas *in cap. fin. num. 21. & 22. de Iudic.* dicunt, quòd executio in tempore feriato in honorem Dei non debet fieri, ſed facta tenet, & valida eſt, & mouentur ad ita dicendum, quia executio ſententiæ non eſt actus iudicialis, ſiquidem data ſententia iam Iudex functus eſt officio ſuo, & quæ poſtea ſequuntur, non tàm ad Iudicem, quàm ad eius Miniſtros pertinẽt. ſed contrarium eſſe verius ex Felin. Suarez. Fagundez. Bonaccina, inquit Caſtropal. *d. puncto 7. num. 12.* dicens executionis ſententiæ actum eſſe illicitum, & inualidum, ſi fiat die feſto, quia executio ſententiæ eſt terminus, & complementum ſtrepitus Iudicialis, & maiorẽ perturbationem ſolet ingerere, quàm ipſa ſententia ingerit: & hoc reprobato Federico de Senis *loco cit.* vult Alex. *conſ. 53. numer. 10. lib. 5.* licet ſit contrarium, quando dies eſt feriata in vtilitatem hominum, vt ait idem Alex. *conſ. 130. num. 2. lib. 4.* & & eandem opinionem ex Bonaccina tenet Pax Iordan. *d. lib. 11. tit. 1. de obſeruat. feſtorum num. 188.* ob rationem, quia executio fit auctoritate Iudicis, & rei iudicatæ, atque cum magno ſtrepitu, & idem tuetur Antonell. *d. cap. 9. num. 24.* vbi loquens de cauſa, & ſententia criminali, ait, quòd licèt aliqui teneant executionem ſententiæ criminalis poſſe fieri in diebus feriatis in honorem Dei, quando crimen eſt immane, & enorme per Text. *in l. Prouinciarum C. de ferijs*; vndè poſſe hæreticum die feſtiuo condigna pœna puniri, vt omnibus punitio magis innoteſcat, dicit Scaccia *de Iudic. lib. 2. cap. 6. num. 10. 25. & ſeqq.* vbi de communi: nihilominus ipſi magis placet contrarium, quia à tali horrendo, & miſerabili ſpectaculo omninò abſtinendum cenſet propter Dei, & Sanctorum reuerentiam, & citat Text. *in cap. 1. de ferijs*, & Boer. *deciſ. 259. num. 28.* Clar. *q. 97. verſ. quæro etiam* Caball. *crim. reſ. 227. num. 42.* qui dicit, quòd talibus diebus, nec ad torturam, nec ad executionem ſanguinis, aut alterius ſententiæ capitalis procedi debet, etiamſi ageretur de criminæ læſæ Maieſtatis; idem vult Cappon. *diſcept. 209. in fine*, dicens, quòd pœna corporalis non poteſt exequi contra Reum in die feſto, & quòd Auditor Hodierna dixit non potuiſſe quemdam fuſtigari in die feſto, niſi ex vrgenti neceſſitate: & tempore feriato in honorem Dei non eſſe exequendam ſententiam Sanguinis, & ita ſeruari per Iudices Deum timentes, ex Clar. Baiard. & Scaccia inquit Burgos *de modo proceden. & abrupto cap. 25. nu. 18. & 19.* dicens exequtionem condemnatoriæ ſanguinariæ ſententiæ eſſe horrendum, & miſerabile ſpectaculum, quod pius animus abhorrere videtur, præſertim in tempore, quo abſtinemus etiam ab operibus ſeruilibus, & ad Text. *in d. l. Prouinciarum* reſpondet Antonell. *ibidẽ* eſſe ibi ſpeciale inductum contra latrones de Iſauria, qui perfidiores erant, vt notat Gloſa *ibidem*. At dum in hac aſſertionẽ includit hæreticos, loquitur contra communem, de qua Scaccia *loc. cit.* & Caſtropal. *d. punc. 7. num. 17.* vbi hæretici ſolent in diebus feſtis publicè iudicari, & ſupplicio affici, vt maior concurſus fiat, & omnibus ſit in exemplum, terrorem, & inſtructionem, & de hac praxi in Officio Sanctæ Inquiſitionis teſtatur etiam Fermoſin. *in cap. 1. de ferijs quæſt. 1. num. 24.* & Pegna ad Emeric. *Director. Inquiſit. par. 3. tit. de modo terminandi proceſ-*

proceſ-

*proceſſum Fidei com. 45. verſ. verumtamen*, ait expedire, quòd multitudo Populi congregetur ad videndos Reorum Cruciatus, & pœnas, vt indè diſcant timere homines, & à malo committendo auocari, & ideò validè videntur fieri hæc & publicè, & in diebus feſtis, cum maior tunc adſit confluentis Populi multitudo.

51 Aduertendum tamen, quòd ſicut circa obligationem audiendi Miſſam in die Feſto regula admittit plures limitationes, vt remiſſiuè ad Iordan. & Caſtropal. dixi ſupra; ita circa obligationem vacandi ab operibus ſeruilibus, & abſtinendi à prohibitis à Iure ſcripto plures limitationes afferunt Doctores, vt videre eſt penes Daniel. de Nobilib. *diſp. 34. num. 15. & ſeqq.* Pacem Iordanum *loc. cit. num. 116. & ſeq. & num. 174. & ſeq.* Caſtropalaum *d. diſp. vnica punct. 6. num. 5. & ſeqq. & punc. 7. & punc. 10. per tot.* & Iul. Capponum *diſcept. 209. & diſcepr. 210. per tot.* & D. Io: Baptiſtam Muccium ad Sanfel. *deciſ. 141. à nu. 23. vſque in finem* vbi 34.] limitationes affert ad regulam, & excuſationes quoad opera ſeruilia ad quatuor capita reducit Caſtropalaus *dicto punct. 10.* Religionis ſcilicèt, pietatis, neceſſitatis, diſpenſationis: & Gloſa *in cap. fin. de ferijs verſ. pietas,* cauſas excuſantes quoad iudicialia includit his verſiculis.

52 *Hac faciunt cauſas fieri tractare diebus:*
*Pax, ſcelus admiſſum, manumiſſio, res peritura,*
*Terminus expirans, mora, teſtis abire valentis,*
*Cumque Poteſtatis Patriæ ius filius exit.*

Quoad excuſationes in operibus ſeruilibus remitto me ad ea, quæ diffusè referunt Doctores ſupracitati. Quò verò ad excuſationes in iudicialibus aliquid dicam iuxtà ſeriem verborum in dictis verſiculis contentorum.

53 Primo loco eſt verbum *Pax*, & nulli dubium, quod propter bonum Pacis, concordiæ, pietatis, & ſimilium licitè fit quilibet actus iudicialis in die feſto etiam in honorem Dei indicto, nam Text. hoc expreſsè ſanciuit *in cap. vlt. de ferus*, & comprobat Iordan. *loc. cit. num. 193.* & Cappon. *diſtint. 209. num. 39.*

54 Secundo loco eſt verbum *ſcelus admiſſum*, & quidem conuenit quod delinquentes accuſentur, & carcerentur in omni die, etiam feſtiuo in honorem Dei, vt ex Scaccia, & Surdo inquit Antonell. *de tempor. legal. lib. 4. cap. 9. num. 21.* pluribus relatis farin, *qu. 27. num. 109.* Caraſco *ad leges recopil. cap. 2. §. 2. num. 21.* Caualcan. *de brach. Regio par. 2. numer. 23. & 77.* Burgos *de modo procedend. ex abrupto ſent. prima quæſt. 25. num. 4.* Pilaia *Pontific. deciſ. lib. 4. deciſ. 2. tit. de accuſation. num. 12.*

55 Tertio loco eſt verbum *Manumiſſio*: & non ſolum Manumiſſio, ſed quilibet actus iuriſdictionis voluntariæ, puta emãcipare, adoptare, cauſas delegare, beneficia conferre, tutores dare, Officiales ad Ciuitatis Regimen eligere, teſtamentum facere, ab excommunicatione, & cenſuris abſoluere, & huiuſmodi licitè, & validè fiunt in die feſto ad honorem Dei indicto, vt ex Silueſt. Maranta, Suarez, Fagundez inquit Caſtropalaus *loc. cit. punct. 63. num. 3.* & ex Hoſtien. Io. Andr. Abb. Specul. & Azzor. dicit Iordan. *loc. cit. num. 194.* qui contrà eos, qui dicunt actus huiuſmodi valere, ſed Iudicem ea faciendo peccare, firmat hoc non eſſe verum, quia cum non ſint à Iure prohibita cenſentur conceſſa, vel de ſolo peccato veniali intelligendum autumat, & hoc idem ex Scaccia, Barboſa, Burat. & Fontanell. dicit Antonellus *dicto cap. 9. num. 4.* & Iul. Capponus *diſcept. 209. nu. 42.* allegat Text. *in l. 2. C. de ferijs.*

56 Quarto loco eſt verbum *Res peritura*, & poteſt poni exemplum in debitore de fuga ſuſpecto, nam contrà eumdem poteſt Creditor inſtare, ſummarias probationes producere, iurare debitorem eſſe ſuſpectum de fuga, & Iudex poteſt prædicta admittere, & mandatum de capiendo relaxare, & executores poſſunt eumdem validè capere, & carceribus mancipare in diebus in honorem Dei feſtiuis, vt poſt multos, quos citat inquit Farinac. *quæſt. 27. numer. 107. & 108.* & Caraſco *ad leg. recopilat. cap. 2. §. 2. num. 10.* Parlador. *quotidian. lib. 2. cap. final. par. 5. §. 4. num. 9.* Ricc. qui ait ita fuiſſe reſolutum per Sac. Congreg. Trident. *pract. reſol. par. 4. reſol. 386. num. primo* Fermoſin. *in cap. primo de ferijs quæſt. prima num. 31.* non
57 poteſt tamen debitor pro ſuſpicione fugæ captus recommendari, vt dicunt prædicti Doctores: quod non placet Scacciæ *de Iudic. lib. 2. cap. 5. num. 33.* & nec Antonello qui eum refert, & ſequitur *dicto cap. 9. n. 22.* ob rationem, quia ſi Reus de fuga ſuſpectus relaxaretur, præſtito fideiuſſore ad fauorem creditoris, qui eum capi fecit, reuiuiſceret ſuſpicio fugæ ex ipſamet relaxatione.

58 Quinto loco eſt verbum *Terminus expirans*, puta quod vna cum Iuriſdictione Iudicis expiraret inſtantia, aut aliter periret ius partis, ſeù probatio, nam tunc poteſt procedi in die in honorem Dei feſtiuo, Abb. & Felin. *in cap. fin. de Iudic.* Scaccia *dicto cap. 5. num. 40. & ſeq.* & his relatis Antonell. *dicto cap. 9. n. 20.* & hoc generaliter in quacumque re moram non patiente, vel aliàs ex dilatione incommodum ferente ex Caietan. Nauar. Sayr. Bonacin. admittit Iordan *loc. cit. num. 193. verſ. pari modo* & id procedit etiam in terminis appellationis, quæ tanquam defenſio licita cenſetur quocumque die, ne pereant fatalia ad appellandum, vt ex Caietan. & Bonacin. dicit Iordan. *loc. cit. num. 190.* vbi reprobat Suárez & Reginaldum contrarium dicentes, & Iordanum ſequitur Antonellus *dicto cap. 9. num. 9.* dummodò appellatio remaneat in puris ter-

minis productionis: ſecus ſi Iudex in productione appellationis aliquam adhiberet cauſæ cognitionem, & idem ait eſſe de productione libelli, & ad firmandam hanc diſtinctionem allegat Felyn. & Scacciam locis per eum relatis, & ita intelligi debet Iul. Cappon. *diſcept.* 209. *num.* 42. dum contra Leandrum ait falſum eſſe licere appellare in die feſto, quia eſt actus iudiciarius pertinens ad ſtrepitum iudiciarium.

59 Sexto loco eſt verbum *Mora*, quæ facit actum eſſe licitum, quia vbi periculum eſt in mora, ſubintrat neceſſitas operandi, quæ nec tempore, nec loco poteſt, aut debet recludi, vt eſt Text. *in dicto cap. conqueſtus de ferijs*, & dicit Antonell. *loc. cit. num.* 17. quod eſt verum etiam capta neceſſitate largo modo prò commoditatè, & euitatione damni, puta quod Ruſtici inſtent die feſto prò expeditione cauſæ ex eò, quia non poſſunt abſque intermiſſione ſuorum operum manualium, aut aliàs ſinè incommodo, aut damno concurrere, & accedere alijs diebus ad locum Iudicij, vt bene aduertit Iordan. *loc. cit. num.* 192. qui, ibidem *num.* 193. hoc extendit ad caſum, quò Iudex ob multitudinem, & diſtantiam Pagorum eſſet coactus pergere modò huc, modò illuc ad ius dicendum, & Iordanum ſequitur Antonell. *d. cap. 9. num.* 17.

60 Septimo loco eſt verbum *Teſtis abire valentis*, ſiquidem & hic vrget *neceſſitas & res peritura*, quia ſi teſtis abit in partes remotas, vel infirmus de eius morte dubitetur, debet ſtatim etiam in die feſto in honorem Dei examinari, vt ex Speculat. ait Antonell. *d. cap. 9. num.* 18.

61 Octauo demum loco ponitur *emancipatio*, quàm ſuprà dixi enumerari inter actus voluntariæ iuriſdictionis, & ſic permiſſa ex Text. *in l. 2. C. de ferijs*, & auctoritate Doctorum, quos ſupra allegaui.

62 Additur his caſus *pietatis* qui exceptuatur à ſuprà dicta regula generali ex diſpoſitione expreſſa Text. *in dicto cap. conqueſtus de ferijs*, ibi: *niſi neceſſitas vrgeat, vel pietas ſuadeat*, propterea in die feſto poterit quidem actus judiciarius fieri prò excarceratione, & relaxatione carceratorum, vt dicunt Maranta, & Fagundez *locis relatis* à Caſtropalao, qui eos ſequitur *loc. cit. punct. 7. in fine* Gauant. *manual. Epiſcop. verbo feſti dies num. 36. & 37.* Sexta Synodus Conſtantinopolitana *cap.* 8. eorum enim accelerata conſolatio ad pietatem pertinet ad Text. *in l. dies ff. de ferijs, & in leg. cuſtodias ff. de publ. iudic.* Scaccia *de Iudic. lib. 2. cap. 5. num.* 67. Antonell. *dicto cap. 9. num.* 26. & inſtantem excarcerari ex capite ſeptuagenariæ debere audiri non obſtantibus ferijs in honorem Dei dicunt Antonell. *conſ.* 91. *per tot.* & Amat. *deciſ.* 85. *num.* 5. & Antonellus *dicto cap. 9. num.* 26. dicit etiam ex Scaccia *loc. cit.* quod fideiuſſio poteſt ſtipulari die feſto prò relaxatione carcerati, & quod validum eſt iuramentum in tali caſu, ſicut & in alio quocunque actu pio & *n.* 28. *& ſeq.* hoc extendit ad cauſas alimentorum, dummodo debeantur pauperi, & agatur de alimentis præſentibus, vel futuris, nam Diues non habet hoc priuilegium, prout eodem non potiuntur alimenta præterita, & extendit ad cauſas Dotium, & Salariorum, quę Pauperi debentur.

63 Alios caſus refert viden. Muta *ad conſuetudines Panormi c. 70. de ferijs*, qui recenſet 24. fallentias ad regulam ſuprà poſitam Cappon. *diſcept.* 209. *&* 210. & latiſſimè Iordanus *loc. ſuprà cit.* & Daniel de Nobilibus *dicta diſp. 34. 35. & ſeq.*

64 Aduertendum, ſecundò quod dies Dominicus eſt ſpeciali nota dignus, vt eſt Text. *in c. quod die diſtinct. 75. & in c. ſi quis presbiter diſt.* 30. Tancred. *de religione trac. 1. lib. 3. diſp. 2. num.* 2. Iordan. *lucubrat. vol. 2. lib. 11. tit.* [illegible] *n.* 13. Ludou. Rom. *in l. prima §. nunciatio n.* [illegible] *ff. de non. oper. nunciat.* vbi ex Text. *in cap. quod dixi diſt. 7. ait dignum & conueniens eſſe, vt dies Dominica debeat ſpeciali prærogatiua lætari, cum quid inſigne à Domino in hac die factum eſt: in hac enim Mundus ſumpſit exordium: in hac mori interitum, & vita ſumpſit initium:* puto tamē quod voluerit allegare *cap. quod die diſt.* 75. cum *in diſtinct. 7.* non repetiatur *cap.* incipiens *Quod dixi*. Propterea in generali derogatione feriarum, & dierum feſtórum facta à Statuto non compræhenditur dies Dominica, niſi de illa ſit facta ſpecialis, & expreſſa mentio, vt ex Baldo *in cap. conqueſtus de ferijs* dicit Scannnarol. *de viſit. carc. lib. 3. §. 10. cap. 11. num.* 49. qui hoc extendit ad reſcripta, nam ſi dicunt: *faccia eſſeguire in giorno di feſta* non compræhendunt Dominicā & conſuetudinem generalem in hac feſtorum materia non compræhendere diem Dominicum ait Parlador. *quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 4. num.* 8. Imò ex admonitione Petri Iacobi *in eius practica libellandi rub. de ſtatu Curiæ Rom. num.* 4. ea, quæ fieri permittuntur in alijs diebus feſtiuis, deberent expreſsè prohiberi in diebus Dominicis: eius verba ſunt ,, In diebus Dominicis fiũt
,, Nundinæ, & mercata in quibusdam locis,
,, Et in quibuſdam Eccleſijs, etiam in Cathe-
,, dralibus ad ianuam die Dominico vendun-
,, tur perdices, & merces, & panni, & vitra,
,, & ſotulares, & fructus, in tantum, quod
,, etiam aliquando impediunt liberum introi-
,, tum Eccleſiæ, & exindè ſi nos non colimus
,, Sabbathum, nec colimus diem Dominicũ,
,, qui eſt loco Sabbathi ſubrogatus: & Iudæi
,, poterunt dicere, quod Chriſtiani non ſer-
,, uant tertium mandatum, quod eſt in Lege
,, Dei, nec recipiuntur niſi nouem mandata,
,, ſicut & de Choris Angelorum proportio-
,, nabiliter cecidit vnus Chorus: feſta ſunt
,, tot indicta ab Eccleſia, quod Laici, qui ha-
,, bent lucrari panem ſuum, forte & metiĉ

,, con-

„ conqueruntur & malè ea colunt, & in ma-
„ lè colendo aſſociant diem Dominicum, ſed
„ quicquid in prædictis tolerat vniuerſalis
„ Eccleſia in feſtis ab ea indictis, illud nullo
„ modò debet tolerare de die Dominico, qui
„ à Deo eſt indictus - hactenùs Petrus Iaco-
65 bi: aſpera quidem & temeraria eſt hæc eius admonitio, & quærimonia, quia & ſi multi inter quos Silueſter *in eius Summa verbo Dominica quæſt. prima §. 7.* Auctor *ſupplementi ad Summam Piſanam verbo Dominica in addit.* Angel. *in ſumma verbo feria num. 3.* dicant Iure Diuino eſſe inſtitutum diem Domini-
66 cum, ſicut in antiqua Lege erat inſtitutum
67 Sabbathum; verior tamen eſt opinio eorum, qui dicunt iure tantùm humano Eccleſiaſtico diem Dominicum prò feſto conſtitutum eſſe, vt ex Diu. Thom. Caiet. Soto, Nauar. Azzor. Chathechiſ. Roman. Suarez. Fagund. Bonacin. & pluribus rationibus probat Caſtropal. *moral. tom. 2. tract. 9. de obſeruat. feſtorum diſput. vnica punct. primo num. 3.* Daniel. de Nobilib. *diſput. 34. num. 2.* Fontanell. *de pact. nuptial clauſ. 4. gloſa 10. num. 121.* & pluribus citatis Doctoribus Cappon. *diſcept. 208. num. 6. & 13.* Caualcan. *de Brac. Reg. par. 2. num. 78.* vbi ait ſolemnitates feriarum in honorem Dei introductas eſſe de Iure humano, ſed ſantificare dies feſtos eſſe de Iure Diuino, Fermoſin. *in rub. tit. de ferijs num. 28.* qui more ſuo doctè, latèque hoc pluribus probat. Ratio, quàm aſſignat Caſtropal. *ibid.* eſt quia communis Theologorum ſchola nullum aliud Præceptum Diuinum à Chriſto Domino latum recognoſcit præter præcepta Fidei, & Sacramentorum; ea verò præcepta, quæ prò varietate temporum mutationem recipere poſſunt, & ea quæ poſſunt in parte diſpenſari, Eccleſiæ ſuæ tradenda reliquit, quod ex Suarez dicit etiam Iul. Capon. *diſcept. 208 num. 18.* Sed tempus in Cultum Diuinum impendendum poteſt mutari, & cum aliquibus diſpenſari, vt dicit Caſtropal. ibid. qui aduertit quod nulla eſſet repugnantia ſi Pontifex determinaret, vt dies Dominica ſolum vſque ad meridiem, & à quibuſdam ſolùm, & non ab omnibus operibus ſeruilibus, quæ modo ſunt, eſſet vacatio; quod vult etiam Iul. Capon. *dicta diſcept. 208. num. 17.* dicens poſſe Eccleſiam diſpenſare tam circa temporis determinationem, quàm circa quantitatem, qua durare debet feſtum, adeò vt poſſit plures vel pauciores horas conſtituere, quibus debeamus ceſſare ab hoc, vel ab alio opere, & allegat Repetentes *in cap. 2. & 3. de ferijs* & Suarez *tom. primo de Religione lib. primo cap. prim.* ergò obligatio, & inſtitutio prout modo eſt, non à Chriſto, ſed ab Eccleſia habetur.

68 Nec obſtat præceptum *exod. 20. Deutheronom. 50. & Leuit. 16. 19. 23. memento vt diem Sabbathi ſanctifices*, quia dictum præceptum partim eſt morale, & partim eſt cæremoniale, vt omnes de materia ſcribentes aſſerunt: eſt morale in quantum præcipit aliquod tempus Diuino cultui tribuendum, & eſt quidem immutabile, adeò vt abrogari, aut omninò tolli ſecundum potentiam ordinariam non poſſit vt ex Suarez, Fagundez. Caſtropal. dicit Capon. *dicta diſcept. 208. num. 14. qui num. 16.* ex Riccinl. *lucubrat. lib. 6. cap. 10. num. 7.* ſubdit non poſſe Eccleſiam neque per Statutum, neque per conniuentiam diſpenſare, vt nullum ſit omninò tempus, quo vacare Deo homines debeant, quia hoc eſſet cultum naturalem religionis excludere, & eſſet immutare prædictum præceptum morale quod fieri non poteſt, vt inquit idem Capon. *ibidem num. 20.* ex Couar. *var. lib. 4. cap. 19. num. 4. & 5.* hincque Feſtorum obſeruantiã in Lege Gratiæ conuenire, eſſe aſſertionem de Fidẽ ex traditione, & ſenſu Eccleſiæ tradit ex Suarez & Filliucc. Daniel. de Nobilib. *diſp. 37. num. 5.* eſt autem cæremoniale in quantum tempus certum in eumdem cultum impendendum determinat, & quatenus tale fuit morte Ieſu Chriſti Domini cum omnibus alijs ceremonialibus Veteris Legis immutatum, vt ex Couar. & Daniel. de Nobilib. dicit Capon. *loc. citat. num. 6.*

69 Fatendum igitur quod feſtum die Dominica fuit inſtitutum ab Eccleſia, vt vltrà citatos hic, & ſuprà in principio probat Tancred. *de Religione lib. 3. diſp. 2. num. 3.* Sed hoc feſtum eſt taliter affixum huic dici, vt moraliter mutari non poſſit ob peculiares rationes, ob quas mota fuit Eccleſia ad illud determinandum in Dei obſequium, quia ſcilicet eo die Chriſtus Dominus natus, eo die circumciſus, eò die reſurrexit, eo die Spiritus Sanctus aduenit, eodem die Mundus creatus fuit, eodem die manna de Cęlo pluit in Deſerto, vt pluribus adductis concordantibus conſiderat Tancred. *loc. cit. & ſequitur Capon. dicta diſceptat. 208. n. 18. & repertor. Inquiſitor.* verbo *Sabbathum verſ. nota quod loco Sabbathi*, & Fermoſin. *in rubr. de ferijs num. 31.* qui ex D. Auguſtino *ferm. 54. de tempore*, & Anaſtaſio Germonio *de Sac. Immunit. cap. 2. num. 8. & 9.* addit alias prærogatiuas diei Dominicæ, nempè quod eo die Stella Magis refulſit: in eo die Chriſtus Dominus Baptiſmum à Ioanne in Iordano ſuſcepit: in eo tranſgreſſi fuerunt Filij Iſrael Mare Rubrum ſiccis pedibus: in eo vinum de aqua factum fuit in Cana Galileæ, & fuit initium miraculorum, vt dicitur in Euangelio: in eo benedixit Dominus illos quinque panes, quibus tot millia hominum ſaturati fuerunt, & ſuperauerunt fragmenta magna; in eo intrauit Dominus in domum clauſam, in qua erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum: in eo ſperamus denique Ieſum Chriſtum venturum ad iudicandum.

70 Aſpera quoque, & temeraria eſt admonitio præfata, ſeù cenſura Petri Iacobi ex eo quia vult quod Chriſtani obſeruent Dominicam æquali modo, ac Iudæi ſeruant Sabbathum, quando ius poſitiuum de quò ſupra non adeo ſtricte præcipit noſtros dies feſtos obſeruari, vt Ius Diuinum antiquum Sabbathum, & alias Hæbreorum ſolemnitates cuſtodiri præcipiebat, vt ex Diuo Thoma *ſecunda ſecundæ quæſt.* 122. *art.* 3. *ad* 4. Nauar. *in ſummma cap.* 13. *num.* 2. Silueſtro *ſumma verbo Dominica qu.* 3. inquit Pax Iordan. *dicto lib.* 11. *tit. primo de obſeruat. feſtorum numer.* 108. Et ratio quam aſſignat D. Thom. *ibidem*, eſt quia non eſt modò iſta obſeruatio figuralis, vt tunc erat; & facilius nunc ratione neceſſitatis diſpenſatur in prohibitis, quàm tunc, quia figura pertinet ad proteſtationem veritatis, quam nec in modico oportet præterire, & idem ex D. Thoma Nicol. de Lyra, & Paul. Burgen. ait *Repertor. Inquiſitor. verbo Sabbathum verſ. item de obſeruatione.*

71 Aduertendum tertio quod Iudex Sæcularis æquè ac Iudex Eccleſiaſticus poteſt procedere contrà Sæculares non obſeruantes feſta, & inter eos eſt locus præuentioni, vt expreſsè ſanciuit Beatus Pius V. *in Conſt in ordin.* 5. incipien. *Cum primum*, iuxta quam reſpondit Sac. Congreg. Epiſcop. & Regular. 21. Auguſti 1615. vt refert Gauant. *in manual. Epiſcop. verbo feſti dies num.* 48. *&* 51. Maſcard. *de interprat. ſtat. concl. prima num.* 255. Iordan. *loc. cit. num.* 59. in fine Daniel. de Nobilib. *diſp.* 34. *num.* 11. Leo *in Theſaur. Fori Eccleſiaſtici par.* 2. *cap. primo nu.* 29. Ricc. *pract. reſol* 385. *num.* 5. Iul. Capon. *diſcept.* 208. *num.* 22. *&* 27. qui ex Nicolio, & Diana refert ità deciſum per Sacram Congregationem in vna *Neapolitana* 22. *Iunij* 1575. Sed in Statu Eccleſiaſtico Ordinarij habent priuatiuam, cum ex literis Eminentiſſimi & Reuerendiſsimi D. Cardinalis Ludouiſij de ordine ſanct. mem. Gregor. XV. directis Præfecto Nurſiæ 21. Iunij 1623. diſponatur quod talis cognitio non obſtantibus bannimentis generalibus Status Eccleſiaſtici ſpectet ad ſolum Iudicem Eccleſiaſticum, vt refert Caſtellus *in ſuo memoriali fol. mihi* 49. vbi id etiam aſſerit procedere quoad Circulatores vulgò *Saltimbanchi*, qui debent puniri à Iudice Eccleſiaſtico ſi diebus feſtiuis, vel die Veneris abſque licentia aliquid venale exponunt. Verum dubito an literæ prædictæ ſatis ſint ad derogationem Bullæ Pontificiæ; requiritur enim alia ſimilis ad hoc vt derogatio inducatur vulgatis Iuribus, & vlterius poteſt dubitari, an debeant de loco ad locum extendi, de qua re alibi dicam. In Regno tamen

72 Neapolitano ex antiqua Iuris diſpoſitione & capitulorum eiuſdem Regni, & immemorabilis conſuetudinis ad Forum Eccleſiaſticum tantummodò ſpectare punitionem non obſeruantium feſta dicit Leo *Theſau. Fori Eccleſ. par.* 2. *cap. primo num.* 29. *tit. de iuriſd. Ordin.*

73 Aduertendum quartò, quòd contra laicos Feſta violantes poſſunt Epiſcopi edicere, & pœnam eorum arbitrio indicere, etiam priuationis iumentorum, vt ſanciuit [illegible] Pius V. *in dicta Conſt. in ordine* 5. ibi *Qui verò in diebus præfatis opus aliquod illicitum feciſſe deprehenſus fuerit præter Diuinam vltionẽ, & amiſſionem animalium, quibus ad vecturam vtetur, etiam graues pœnas incurret arbitrio, &c.* & hoc volunt Iordan. *loc. citat. num.* 71. & Maſcard. *d. concluſione* 1. *num.* 255. *verſ. nec poteſt*: ſed cum hæc Conſtitutio non ſeruetur, vt ex Marcell. Vulpes ait Iul. Capon. *diſcept.* 213. *num.* 19. *circa finem* pœnas imponendas ſecundùm Locorum, & Regionum qualitates dicit Daniel de Nobilibus *diſp.* 17. *num.* 10. & propterea in Curia Archiepiſcopali Neapolitana indicta eſt contra Violantes Feſta pœna centum librarum ceræ elaboratæ, & in ſubſidium excommunicationis, & grauior in quibuſdam maioribus Feſtiuitatibus, vt ſcribit Genuen. *in praxi Archiepiſcop. cap.* 62. *num.* 2. Lucæ indicta eſt pœna pecuniaria, & antiquitus impoſita erat pœna expulſionis per tres menſes ab Eccleſia, vt refert Daniel de Nobilibus *loc.*

74 *cit. num.* 11. Romæ impoſita eſt ex Bannimentis Eminentiſſimi Cardinalis Vicarij pœna pecuniaria, & quandoque practicatur carceratio non obſeruantium Feſta, vt dicit Scannarol. *de Viſit. carcerum lib.* 1. §. 13. *cap.* 7. *num.* 12. qui *num.* 13. ait hoc non procedere quoad Feſta, quæ ſunt tantùm ex deuotione, ſed ego poſſum teſtari, quòd hodie non practicatur in Vrbe carceratio contra non obſeruantes Feſta, ſed ſolùm mulctantur in ære captis pignoribus, & ita vidi ſemper practicari tempore, quo fui Locũtenens in Criminalibus Eminentiſſimi Vicarij in Vrbe, & hoc propter multitudinem forenſium ſingulis diebus, & horis ad Vrbẽ communem Patriam confluentium, & diſcedentium, propter quod neceſſarium eſt miniſterium Artificum, etiam diebus Feſtiuis, vt aduertit Scannarol. *loc. cit. numero* 12. ſeuerè tamen, & rigidè non eſſe in his procedendum admonet Daniel de Nobilibus *loc. cit. num.* 10. quia cùm vt plurimum Artifices pauperes ſint, neceſſitate alijs ignota, coguntur eorum artem exercere in diebus feſtis, vt ex Genuen. ſubdit Daniel *ibidem*, & ideò ſi pœna eſt pecuniaria debet exigi ſolùm pro medietate, & frequenter pauperibus in totum debet remitti, vt benè admonet Daniel de Nobilibus *d. numer.* 10. vbi ex Genuen. ait quod Neapoli loco centum librarum ceræ elaboratę exiguntur ſolùm tres Caroleni, & hoc idem ex Quaranta *Summa Bullarum verbo Dies Feſtus*, teſtatur

Iul.

Iul. Capon. *diſcept.* 213. *num.* 15. & Romę quando practicabatur carceratio, S. Viſita de facili dimittebat gratis eos, qui carcerationem paſſi erant, vt teſtatur Scannarol. *de viſitat. carcerum loc. cit.* & ego poſſum teſtari, quòd hodie vt plurimum pignora reſtituuntur gratis.

75 Et ex his videtur improbandum exemplũ eorum, qui tranſgreſſores excommunicatione puniunt, nam ſi in hac materia ſeuerè, & rigidè non eſt procedendum, & pœna pecuniaria, quæ eſt minima pœnarũ, in totum exigi non debet, vt dixi; eò minus debet imponi excommùnicatio, quæ eſt maxima pœnarum, quas imponit Eccleſia, & nonniſi in ſubſidium, & in defectum aliarum pœnarum venit imponenda, vt ex Sac. Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de refor.* dicit in terminis Daniel de Nobilibus *loc. citat. num.* 19. & ideò cum Vicarius Archiepiſcopi Vlixbonenſis de anno 1595. pœnam excommunicationis comminaſſet aduerſus Tabernarios, qui panem, & vinum, & alia huiuſmodi vẽdere auderent, & contrauẽtores incurſos in d. excommunicationem declaraſſet, Rotæ, ad quam fuit delata cauſa in gradu appellationis, non placuit eius proceſſus, vt videre eſt *poſt lib.* 2. *Conſil.* Farinac. *deciſ.* 327. *n.* 5. ob rationem, quam reddit Rota ibidem: *Quia quamuis excommunicatio ſit neruus eccleſiaſtica diſciplinæ, & ad continendos in officio populos valdè ſalutaris, ſobriè tamen, magnaque circumſpectione ferenda eſt, cum experientia doceat, ſi temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari, vt ſapienter monuit* Conc Trident. *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 3. *vndè eum ad coercendum prædictorum Tabernariorum exceſſum eſſet impoſita pœna pecuniaria, licèt potuerit Vicarius pœnam pecuniariam augere, non debuit tamen ad excommunicationem fulminandam, quæ in ſubſidium dari debet, properare, cap. Alma Mater* §. *caueant de ſent. excomm. in* 6. *& fuit dictum in Cauſa Terracinen. Portionis Breuis die* 29. *Nouembris* 1603. *coram bon. mem. Iuſto*: Hactenus Rota; & hoc idem in eadem Cauſa confirmauit Rota *coram Reuer. P. D. Vbaldo inter recollectas* per Farinac. *deciſ.* 557. *n.* 2. *par.* 2. *tom.* 2. quæ ex verbis reſolutionis factæ in eadem Cauſa à Sacra Congregatione ſuper Ritibus ait: *Decretum Vicarij Vlixbonen. quo mandauit ſeruari Conſtitutionem de obſeruantia Feſtorum diſponentem, non poſſe ſeruari tamquam illaqueatoriam Animarum*: quam Rotæ, & Sacræ Congregationis deciſionem allegat ad hoc Daniel de Nobil. *d. diſp.* 37. *num.* 21.

76 Comprobãtur prædicta ex Doctrina Neuizzani *Sylua nuptiali lib.* 4. *verbo eſt nubendum à num.* 67. *vſque ad num.* 75. vbi occaſione Edicti ab Epiſcopo promulgati ad obſeruationem Quadrageſimæ, quòd ſcilicet nemo Clericus, ſeu Laicus ſub pœna excommunicationis auderet poſt mediam noctem vltimi diei Carniſpriuij ſe laruare, & choreizare, diſputat ad partes de tribus, primò An præfatum Edictum liceat: ſecundò, An deceat: tertiò, An expediat, & in omnibus concludit negatiuè, affert plures rationes ad fundandam eius opinionem, & reſpondet contrarijs, quas poteris apud eum videre, & poteris videre Menoch. *de arbitr. caſ.* 69. *à num* 60. *vſque ad finem*, qui reprobat Neuizz. *loc. cit.* & eum refert, & ſequitur Ridolphin. *in tract. de modo viuendi in diebus quadrageſimalibus num.* 36. principale tamen Neuizzani fundamentum ad dicendum non licere, eſt quia larua, ſeu choræa benè circumſtantiata non continet peccatum mortale, & quatenus continet peccatum, illud eſt occultũ, quia dependet à qualitate animi, quem ſolus Deus cognoſcit, qui ſcrutator eſt cordiũ *cap. erubeſcant diſt.* 32. & Epiſcopus non poteſt ſibi vindicare iuriſdictionẽ de peccato, de quo non cõſtat: ſed vt verum fatear, Neuizzanus in hoc non videtur habere ſolidũ fundamentum, quia licere Epiſcopo ob cauſam prohibere aliquid ſub cenſura etiãſi aliàs non ſit peccatum mortale, ex Text. *in cap. à nobis de ſent. excomm.* Filliuc. *quæſt. morali tract.* 11. *lib.* 1. *de cenſuris in com. cap.* 6. *num.* 189. dicit de Nobilibus *d. diſcept* 37. *num.* 12. ſtatim enim ac ſub pœna excõmunicationis id prohibet, intendit obligare tranſgreſſorem ad culpam mortalem, poſtquam conſiderans, vel ſcandalum, vel aliquod aliud graue nocumentum, cam comminatur pœnam, quæ non poteſt ferri, niſi pro mortali, vt ex Soto, & Couar. Sayr. Alter. Reginal. Belloch. ſubdit de Nobilib. *ibid. num.* 13. & hoc ex Io: Andrea Alberic. Anchar. Caccialùp. in motiuis pro Epiſcopo conſiderat Neuiz *loc. cit. num.* 72: dum inquit valere Conſtitutionem, per quam Epiſcopus excommunicat omnes mulieres vtentes fucamentis, vel ornamentis vltra certam mẽſuram, quia licèt in talibus poſſit eſſe ornatus ſine peccato mortali ſecundùm D. Thomam 2. 2. *quæſt.* 199. *circa medium*, vis tamen præcepti tranſgreſſionem facit mortalem, *cap. quiſquis* 14. *quæſt.* 1. vtcumque tamen ſit in terminis noſtris non valeret hoc argumentum, quia vt ait Ricc. *prax. rerum quotidian. par.* 4. *reſol.* 375. *per tot.* tàm diſpoſitio *cap.* 1. *de ferijs*, quam Conſtitutionis Beati Pij V. incipien. *Cum primum* §. 5. obligat inobediẽtes ad peccatum mortale propter verba præceptiua, & prohibitiua iuxta opinionem Nauarr. Felin. Abb. *loc.* per eum *allegatis*, & ideò Epiſcopus habet fundaram intentionem, quòd poſſit ſub pœna excommunicationis prohibere opera ſeruilia in diebus feſtiuis, vt firmat Riccius *ibid.*

77 Bene verum, quòd aliter eſſet dicendum, ſi Edictum cõtineret manifeſtum errorem, quia iſto caſu non obligaret ad peccatum, & per conſequens Edictum eſſet nullum ex congeſtis per Neuizzan. *loc. cit.*

Et vt

78 Et vt hoc explicem, aduerto ex Daniele de Nobilibus *d. diſp.* 37. *nu.* 22. *& ſeq:* quod triplici modo poteſt concipi Edictum: primò vt concernat caſus nullam excuſationē admittentes, & nullam admittit difficultatem, quia excommunicatio fertur pro re peccatum mortale præſeferente, vt in terminis poſt alios, quos citat, dicit de Nobi-
79 libus *loc. cit. num.* 6. Secundò vt concernat expreſsè etiam caſus, qui excuſationem admittunt, & iſto modo conceptum edictum eſt omninò irritum, & nullum, quia dum prohibet expreſsè caſus pietatis, neceſſitatis, & huiuſmodi de iure permiſſos, dicitur eſſe, & eſt contra expreſſam diſpoſitionem iuris Communis ad Text. *in cap. fin. de ferijs*, & tamquam continens errorem manifeſtum, & intollerabilem, debet reijci, & pro nullo, & irrito haberi, vt pluribus citatis dicit de Nobilibus *loc. cit. num.* 24. qui enim in die Feſto laborant ex neceſſitate, non peccant, & ideò nec incurrunt in excommunicationem, vt ex Sylueſtr. Roſſell. Nauar. Marcello Vulpes inquit Iul. Cappon. *d. diſcept.* 213. *num.* 19. *in fine*, Fermoſin. *in cap. licèt de ferijs quæſt.* 5. *num.* 5. Dummodò tamen Edictum non ſit latum eo temporis momento, quo neceſſitas præueniri potuiſſet, vt benè aduertit de Nobilibus *loc. cit. n.* 26. *verſ. quod ſi ſemper*, & poteſt eſſe ratio, quia tunc laborans die Feſto cenſetur paruipendere Edictum, & ſic peccat, & in excommunicationem incurrit, dummodò, vt dicunt Couar. & Mancinus *locis relatis* à Daniele de Nobilibus *ibidem num.* 19. *in fine* hoc faciat ex inſtituto, & ſtudio eludendi tale Edictum, aliàs ſi paruipendeat ex leuitate euitaret peccatum, & excommunicationem.

80 Tertiò modo poteſt concipi Edictum, vt ſcilicet abſque expreſſione vnius, vel alterius operis indiſtinctè ſub pœna excommunicationis prohibeat in die Feſto operari, & taliter conceptum Edictum debet interpretari, vt non comprehendat caſus, qui de iure excludi debent, vt benè dicit de Nobilibus *d. num.* 24. *verſ. aut verò Edictum*, & ita interpretandum eſſe edictum huiuſmodi docet Rota *poſt* 2. *lib. conſ.* Farin. *deciſ.* 327. *num.* 4. & conferunt dicta per Ricc. *reſ.* 383. *num.* 1. *par.* 4.

81 Nihilominus etiam in primo caſu abſtinendum eſt ab huiuſmodi Edicto ex rationibus ſupra recenſitis, quia licèt Epiſcopus poſſit facere Edictum ſub pœna excommunicationis: tamen ex copiosè traditis à Neuizzan. *loco citato* non decet, & nec expedit, vt illud faciat, niſi ex grauiſſima cauſa, nempè quando contemptus manifeſtus cognoſceretur, vt de excommunicatione ferenda aduerſus non audientes Miſſam dicit Ricc. *reſol.* 376. *n.* 3. & Daniel de Nobilibus *dicta diſputa.* 37. *num.* 20.

82 Aduertendum quintò, quòd Magiſtratus Sæcularis, ex quo habet iuriſdictionem procedendi contra eos, qui Feſtum non obſeruant, vt diſponit Conſtitutio B. Pij V. de qua ſupra, poteſt etiam edicere, vt Feſta ab Eccleſia inſtituta obſeruentur à ſubditis, & poteſt pœnam certam, & præciſam imponere contra eos, qui dicta feſta non obſeruant, vt ex Text. *in l. irreligioſa de conſecrat: diſt.* 3. & Barboſa *de poteſt. Epiſcopi alleg.* 105. *num.* 42. ait Iul. Capon. *diſcept.* 208. *num.* 22. Fagnan. *in cap. conqueſtus n.* 73. *de ferijs* Daniel. de Nobilib. *diſput.* 34. *nu.* 10. *verſ. hinc ſuppoſitis* & ex Azzor. Suarez. Bonaccina, & alijs dicit Iordan. *loc citat. n.* 59. & ex Baldo, Maranta, Dec. Silueſter. & alijs probat Maſcard. *de interpret. Statu. concluſ. prima num.* 255. qui pluribus hanc tuetur opinionem, & prætertim quia non inconuenit pœnas temporales à temporalibus etiam Superioribus adijci contrà illud crimen, quod Eccleſia ipſa improbat, & damnat: immò ex pietate Chriſtiana ad prædicta eoſdem Superiores teneri dicit, cum veneratio Dei, & eorum, quæ Dei ſunt, ſit Religio, qua omnes obligamur, & quæ nobis ex Iure ipſo Naturali, & Diuino inſinuatur: vndè, vt ſubdit; „ Non eſt dubium „ quin & à rerum initio publica magiſtratus „ auctoritas ſubditos in hoc conſeruauerit, „ ſummaq; diligentia ne quis ab ea deflecteret „ cauerit, & quod etiam hodiè cauere poſſit, „ cum in his, quæ ad benè, beateque viuendum „ ſecundum naturalem rationem pertinent „ laicis Superioribus à Deo immediatè „ iam inde ab exordio Mundi poteſtas data ſit: Et conatur reſpondere contrarijs, ſed an bene ſatisfecerit, alij videant, ego remitto me ad ea quæ latè dixi ſupra in materia blaſphemiæ, & ad ea quæ latè, & doctè dicit Caſtropal. *loc. citat. punct.* 2. *num.* 7. 8. *& ſequent.*

83 Aduertendum ſextò, quod etiam admiſſa poteſtate laica Edictum, & Legem condendi circà obſeruantiam feſtorum, non tamen poteſt Magiſtratus laicus aliquid diſponere, quod tendat in violationem, aut contrauentionem, quia quod ſuper hoc dicunt Doctores ad fauorem Magiſtratus [illegible], intelligendum eſt, & intelligunt procedere, quatenus tendat in augmentum obſeruantiæ ipſorum feſtorum ità *Summa Angel. verbo de feſtos, & Summa Silueſtrina Verbo* Dominica *num.* 4. Maſcard. *dicta concluſ. prima nu.* [illegible]. ſiquidem hoc eſſet abrogare feſta. Quod nequaquam poteſt facere Magiſtratus laicus, quia hoc ſpectat ad Papam, vel Concilium Generale, vt ait Signorolus *conſ.* 345. Fagnan. *cap. fin. num.* 65. *de ferijs*, & ex Suarez Oldrado & Ricc. ait Iul. Capon. *dicta diſcept.* 208. *num.* 29. & ideò Statutum laicale diſponens, quod aliqua feſta in honorem Dei non ſeruentur, non valere ex Baldo *in conſ.* 166. *num.* 2. *lib.* 2. Alberic. *in l. omnes dies*

*dies num.* 20. *C. de ferijs*, Caſtrenſ. *in l. quadraginta C. eod. tit.* Soccin. *conſ.* 8. *numer.* 15. *libr.* 2. Carpan. *ad Stat. Mediolan. part.* 1. *cap.* 375. *numer.* 150. inquit Capon. *loc. cit. num.* 31. quia feſta ſunt indicta de lege Eccleſiæ ad inſtar iuris Diuini, & Laicus Magiſtratus non poteſt tollere diſpoſitionem Sacrorum Canonum *l. omni innocatione C. de Sacroſanctis Eccleſ.* Gloſa *in l. feriatis verbo voluntatis C. de ferijs* Paul. de Caſtr. *in d. l. quadraginta*, & his citatis Capon. *d. num.* 31. & nec valere ſtatutum laicale diſponens, quod aliquæ cauſæ criminales agi poſſint etiam die feſto in honorem Dei, vult Ricciull. *variar. lucubrat. lib.* 6. *cap.* 26. *nu.* 7. & Iul. Capon. ead. *diſcept.* 208. *numer.* 32., & reſpondent ad Text. *in l. Prouinciarum C. de ferijs* dicendo quod Imperator *in dicta lege* nihil diſponit contrà præceptum ſanctificandi feſta, ſed interprætatur præceptum Eccleſiæ, nam cum punire malefactores ſit ſpecies ſacrificij *cap. quali* & *cap. non eſt* 23. *quæſt.* 5. Imperator ibi interprætatur hoc etiam in diè Paſchatis fieri poſſe, cum dicta opera Deo placita, quam maximè deceant, quamuis non ſint in præcepto, & ſic declarat quod tunc ceſſat prohibitio, quaſi quod ob præſumptam Dei voluntatem velit in tali die homines prædictos mori debere, vt formalibus verbis ait Capon. *ibid. num.* 33. quod ego aduetti ſupra *num.* 43.

84 Aduertendum ſeptimò, quod admiſſa dicta poteſtate laica edictum faciendi ſuper obſeruantia feſtorum poterit idem laicus magiſtratus dare licentiam ſubditis operandi in die feſto, æquè ac poteſt eam concedere Eccleſiaſticus Maſcard. *dicta concl. prim. num.* 256. & 257. Daniel. de Nobilib. *dicta diſput.* 34. *num.* 11. Iul. Capon. *dicta diſput.* 208. *num.* 22. & Pax Iordan. *loc. citat. nu.* 60. qui explicant huiuſmodi licentiam datam à Magiſtratu laico operari ſolum quoad relaxandam prohibitionem ſuam, & ad euitandas pœnas à ſe ſtatutas, vel reſpectu feriarum ab eodem Sæculari Magiſtratu inſtitutarum: nam adhuc integrum ius erit Iudici Eccleſiaſtico non obſtante dicta licentia punire tranſgreſſores, ex quo non petierunt licentiam etiam ab ipſo, & Capon. & Iordan. ibidem, ſubdunt ità intelligendum eſſe Gauant. *Manual. verbo feſti dies nu.* 48. dum ſimpliciter negat poſſe dari licentiam à laico, & datam eſſe nullam, nam eſt nulla reſpectu ad pœnam indictam ab Epiſcopo: idem dicendum de Sayro *in Claui Regia lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 18. qui firmat quod diſpenſatio operis faciendi in caſu neceſſitatis conceſſa à Magiſtratu Sæculari non valet, ſed neceſſaria eſt diſpenſatio Prælati Eccleſiaſtici; ſed hoc non procedit è contrà nempè vt laicus poſſit punire tranſgreſſores non obſtante licentia data ab Eccleſiaſtico, vt dicunt Iordan. *ibid. num.* 61. *in fine*, & Capon. *dicta diſcept.* 208. *nu.* 22. *in fine* Barboſa *dicta allegat.* 105. *num.* 42. & omnes tres adducunt Maſcardum *dicta concluſ. prima num.* 256. Sed non aduertunt quod Maſcard. *ibi* dicit contrarium, & contendit eſſe licitum laico punire contrauenientes, licet habeant licentiam operandi ab Eccleſiaſtico, quia, ſunt eius verba; „ Quod dicitur, quod omnis licentia operandi in die feſto ſpectat, etiam reſpectu laicorum ad Eccleſiam Sot. *de Iuſtit. & Iure lib.* 2. *q.* 4. *art.* 4. *poſt med. verſ. Sed tamen alia*, & *verſic. quinta cauſa* Couar. *Epitom. de ſponſal. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 18. *verſ. ſecundùm multò minùs*, intelligitur quo ad peccatum incurrendum, vel non, in quo etiam laici ſubſunt Eccleſię, nec in hoc Superior laicus, qui de peccato non cognoſcit, ſe ingerere poteſt *cap. nouit. de Iudic.* Fuſc. *de viſit. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 4. & 41. Sed non per hoc laicus (hoc reſpectu peccati excepto) eximitur quoad reliqua propter dictam licentiam Eccleſiaſtici à iuriſdictione, & obedientia ſui Superioris laici, qui ideò poterit punire ſuum ſubditum non obſeruantem prohibitionem à ſe factā circà feſtorum obſeruantiam, non obitante licentia Epiſcopi, quæ concernit, vt dicebamus, peccatum ſolum, & relaxatio ab onere peccati facta à Superiore Eccleſiaſtico non impedit iudicium, & pœnas temporales in eadem re à Superiore laico indictas, nec in hoc vertitur aliquod præiudicium Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, cum laicus de peccato non ſe intromittat, ſed ſolum punit ſuum ſubditum inobedientem, & vnaquæque poteſtas hoc pacto ſuo vtitur Iure „ hactenus Maſcardus: & cum hæc verba ſint clariſſima, miror quod adeo exacti, & diligentes ſcriptores Maſcardum allegauerint pro contraria. Non videtur tamen Maſcardus benè loqui, quia non eſt par ratio inter licentiam datam ab Epiſcopo, & licentiam datam à Magiſtratu laico; in tantum enim licentia laici non impedit proceſſum Iudicis Eccleſiaſtici, vt ipſe concedit *ibid. nu.* 257. in quantum laicus coadiuuat, & promouet obſeruantiam eorum, quæ ſtatuta ſunt ab Eccleſiaſtico, vt plenè probaui ſupra, dum loquutus fui de blaſphemia, nec Magiſtratus habet iuriſdictionem in hac materia niſi in quantum eius operatio poteſt dictam obſeruantiam promouere, vt dicunt Doctores ibi per me allegati, & hoc in ſubſtantia dicit idem Maſcard. *dicto num.* 257. & ideò benè Tancred. *de Religione tract. primo lib.* 3. *diſp.* 3. *quæſt.* 8. ait tranſgreſſores præcepti à Magiſtratu laico emiſſi in hac materia non peccare contrà Religionem, ſed tantum contra obedientiam, vel iuſtitiam Legalem, & hæc opinio redditur vera, & incontrouertibilis ex reſolut. Sac. Congregationis Concil. Trident. quam refert Ricc. *practic. reſol. par.* 4. *reſol.* 380. cuius tenor talis eſt: „ Officiales Curiæ Sæcularis Mutinæ prætendunt neminem poſſe

„ in die-

„ in diebus Feſtis vacare operibus ſeruilibus, „ etiam de licentia Epiſcopi, niſi eorum quo- „ que licentiam obtineant, & laborantes abſ- „ que eorum licentia, incidere in pœnas „ ab eis contra non obſeruantes dies Fe- „ ſtos ſtatutas: Epiſcopus petit, vt declaretur „ ad quem ſpectet huiuſmodi licentiam con- „ cedere, & an ſi ipſe præuia neceſſitatis ap- „ probatione aliquibus illam conceſſerit, poſ- „ ſint prædicti Officiales eos punire, Sacra „ Congregatio Cardinalium Concil. Triden. „ Interpretum cenſuit facultatem huiuſmodi „ licentiam concedendi ad Sacrorum Cano- „ num præſcriptum ad Epiſcopum tantùm „ pertinere, non autem ad Miniſtros Sæcula- „ res, atque eos, qui diebus Feſtis præuia „ Epiſcopi licentia operibus ſeruilibus vaca- „ uerint, nequaquam poſſe à Iudicibus laicis „ quoquo modo mulctari, aut puniri. Eamdem reſolutionem Sac. Concilij Tridentini refert ad verbum Megal. *tom. 1. var. reſol. 97. num. 2.* & Diana *par. 4. tract. 1. reſol. 94.* Fermoſin. *cap. licèt de ferijs quæſt. 5. num. 1.* Imò licentiæ datæ ab Epiſcopo, quatenus ſint in ſcriptis (ſatis enim eſt, quòd dentur oretenus, vt dicit Capon, *diſcept. 211. num. 6.*) non debent exhiberi Iudicibus laicis, & nec debet tollerari, quòd ipſi Iudices Laici habeant talem prætenſionem, vt ex Diana, & Nicolio deciſis dicit Capon. *diſcep. 208. n. 28.*

85 An autem poſſit aliquid exigi pro licentia laborandi in die feſto? Vide Riccium *pract. var. tom. 4. reſol. 382.* & Iul. Capon. *diſcept. 212. per tot.* & Fermoſin. *in cap. licèt de ferijs quæſt. 4.*

86 Aduertendum octauò, quòd computatio diei Feſti debet fieri iuxta Canones de veſpere ad veſperam, vt inquit Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ num. 53. de Conſtit.* Azeuedo *recopil. lib. 1. tit. 1. leg. 4. num. 8.*, qui remiſſiuè dicit quando incipiat dies quoad Indulgentias, quoad collationem Ordinum, quoad eſum carnium; & quoad alia, qui ait videndos eſſe Couar. & Adden. ad Felin. *locis* per eum *citatis*: videndi ſunt etiam Nauarr., Suarez, Pellizzar., Fagundez. Diana *locis relatis* à Tancredo *de Religione tract. 1. lib. 3. diſp. 9. nu. 6. 7. & 8.* ſed quoad actus iudiciales cōputatio fieri debet à media nocte antecedenti ad mediam noctem ſubſequentem, Gratian. *diſcept. 972. vol. 5.* Garroſi. *ad nonas Conſtit. Mediolani lib. 4. tit. 7. de Iure, & Priuil. Fiſci art. 11. num. 25.* & nouiſſimè D. Manſius *conſult. 120. num. 30. lib. 2.* vide Fermoſin. *in cap. quoniam de ferijs quæſt. 1. per tot.*

## Non ſolo commandate dalla S. Madre Chieſa.

87 Feſta, quæ ſeruari iuſſit, & iubet S. Mater Eccleſia enumerata ſunt *in cap. conqueſtus de ferijs, & in cap. 1. de conſecrat. diſt. 3.* & referunt Pax Iordan. *elucubr. tom. 2. lib. 11. tit. 1. de obſeruat. Feſtorum à num. 14. vſque ad num. 35.* Caſtropal. *moral. tom. 2. tract. 9. diſput. vnica de obſeruat. Feſtorum punct. 1. numer. 6.* Tancred. *de Religione tract. 1. lib. 3. diſput. 2. à num. 2. vſque ad num. 37.* qui *d. num. 37.* refert ea Feſta, quæ hodie *ex Bulla* ſan. mem. Vrbani VIII. *edita de anno 1642.* pro obſeruatione Feſtorum de præcepto in toto Catholico Orbe celebrari, & ſeruari debent.

## Mà anco quelle, che ſaranno ſtate publicate da Monſignore Illuſtriſs Arciueſcouo, ò di ſuo ordine.

88 Tribus modis contingit Feſtum fieri de præcepto, primò ſi inſtituatur tale à Summo Pontifice, ipſe enim ſolus poteſt dies Feſtos pro tota Eccleſia inſtituere, quia ad eum pertinet Diuinum Cultum promouere, & Fideles in viam Domini dirigere, vt dicit Caſtropal. *d. tract. 9. de obſeruat. Feſtor. diſput. vnica punc. 2. num. 1.* Tancred. *de Religione tract. 1. lib. 3. diſput. 2. num. 1.* Baſſeus *verbo Feſtum*, il primo, *num. 3.* Iul. Capon. *diſcept. 208. num. 35.* Fagnan. *in cap. conqueſtus num. 58. de Ferijs* & hoc poteſt etiam facere Conciliū generale, approbante Pontifice, vt dicunt Caſtrop. Tancred. Cappon. vbi proximè, Fermoſin. *in d. cap. conqueſtus quæſt. 1. num. 1.*

89 Secundo modo ſi inſtituatur tale ex conſuetudine, quæ poteſt eſſe generalis pro tota Eccleſia, & poteſt eſſe particularis pro aliqua Diœceſi, Ciuitate, ſeu Prouincia: operatur enim conſuetudo, vt noua Feſta inducantur ſub præcepto, ac ſi à lege fuiſſent indicta, vt apparet *ex Conſtit. B. Pij V. in ord. 5.* incip. *Cùm primum*, ibi: *ac Feſta de conſuetudine locorum ſeruari ſolita*, & dicunt Angel. Silueſter, Azzor. Nauar. *locis citatis* à Pace Iordano *elucubr. tom. 2. lib. 11. tit. 1. de obſeruantia Feſtorum num. 46.*

90 Tertio modo contingit Feſtum fieri de præcepto, ſi inſtituatur tale ab Epiſcopo, vt ſancitum eſt *in cap. conqueſtus de ferijs*, ibi: *eiuſque Solemnitatibus, quas ſinguli Epiſcopi in ſuis Diœceſibus cum Clero, & Populo duxerint eſſe venerandas*: & *in cap. pronunciandum de Conſecratione diſt. 3.* Iordan. *loc. cit. num. 49.* Caſtropal. *pariter loc. cit. num. 2.* Fagnan. *in d. cap. conqueſtus num. 58. & ſeqq.*

Quapropter cum maxima prudētia Iuris Eminentiſſimus D. Cardinalis hic mandauit ſeruari Feſta, quæ inſtituta ſunt ab Eccleſia, hoc eſt Summo Pontifice, qui eſt Caput Eccleſiæ, & ea, quæ inſtituta ſunt ab Archiepiſcopo, & licèt non faciat mentionem de Feſtis introductis ex conſuetudine, iſta cenſentur comprehenſa ſub illis, quę inſtituuntur, ſi ſint vniuerſalia pro tota Eccleſia, à Pontifice, etſi ſint particularia, ab Archiepiſcopo, etenim neceſſe eſt, quòd

91 conſuetudo approbetur tacitè, vel expreſſè ab

ſè ab eorum altero, alioquin ſi à ſolo Populo abſque dicta approbatione introducatur, non obligabit in conſcientia ad Miſsã audiendam, vel ad ceſſandum ab operibus ſeruilibus, quia ſicut populus expreſsè ſtatuere circa noua Feſta introducenda non poteſt, ita nec tacitè per conſuetudinem poteſt ea introducere, vt benè aduertunt Iordan. *loc. cit. num* 48. & Azzor. *inſtit. moral. par. 2. lib. 1. cap. 26. quæſt. 6.* Fagnan. *in cap. conqueſtus num. 69. de ferys.*

92 Verùm hodie *ex Bulla* san. mem. Vrbani VIII. *edita de anno 1642.* ſuper Feſtorum obſeruantia ſublata eſt facultas Epiſcopis noua Feſta ſub præcepto indicendi, vt dicunt Iul. Capon. *d. diſcept. 208. num. 36.* & Iordan. *loc. cit. num. 48.* & quamuis Pontifex *in dicta Conſtitut.* vtatur verbo *monemus*, quòd ſolet importare conſilium, vt firmat Vaſquez 1. 2. *quæſt. 96. art. 4. diſput.* 158. *cap. 3. num. 23.* quem refert Benedict. Pereyra *elucidat. Iuris lib. 1. elucid. 9. de legibus numer.* 223. & deducitur ex Text. *in cap. requiſiuit de ſponſal. & in l. idemque §. ſi quis ea, quæ ff. mandati*, nihilominùs, quia non eſt præter naturam, & proprietatem dicti verbi importare aliquando præceptum, vt *ex cap. ignorantia 38. diſt.* dicit Archidiacon, *ibi n. 2.* & Alberic. *in Dictionar. Iuris verbo monenda*, vbi etiam ait importare neceſſitatem iuxta Text. *in l. conſentaneum C. quomodo, & quando*, dicimus dictum verbum in dicta Conſtitutione importare præceptum, tum quia prolatum à Pontifice ſignificat præceptum, vt in terminis verbi hortamur dicit Gloſa *in Clem. 1. verbo hortamur de teſtibus*, & ſequitur Felin. *in cap. præterea num. 8. de ſponſal.* & in terminis verbi *rogare* dicit Gloſa *in cap. rogo 11. quæſt. 3.* quam refert Felyn. *ibid.* & latè probat Tiraquel. *de pæn. temp. cauſa 35. n. 4. & ſeqq.* & Pereyra *d. elucid. 9. num.* 223. tum quia eſto quòd ſit verbum commune, hoc eſt, quòd nec præceptum importet, & nec præcepto æquipolleat, vt dicit Pereyra *loc. cit. num.* 224. vbi inter verba communia enumerat verba *monemus, hortamur, ordinamus, ſtatuimus, ſtabilimus, conſtituimus, innouamus, volumus, intendimus, decernimus*, adhuc cum habeat adiunctum verbum *in Domino*, ibi: *in Domino monemus*, ſi non importat præceptum, importat ſaltem obligationem culpæ grauis, vt ex Sanchez *lib. 6. Decalogi cap. 4. num. 36.* dicit Pereyra *d. nu.* 224. Tùm demum quia Pontifex non vtitur ſimpliciter verbo *monemus*, ſed affert etiam motiua, & cauſas ita monendi, ibi: *Ne autem dies Feſtos à locorum Ordinarijs nimia aliquorum facilitate, aut populorum importunitate deinceps iterum multiplicari contingat, eoſdem Ordinarios in Domino monemus, vt ad Eccleſiaſticam vbique ſeruandam æqualitatem de cætero perpetuis futuris temporibus ab indictione ſub præcepto nouorũ Feſtorum ſtudeant abſtinere*: quæ motiua ſeruandi æqualitatem, & non multiplicandi dies Feſtos, & obuiandi facilitati Epiſcoporum, ac importunitati Populorum monſtrant enixam Pontificis voluntatem, quod diſpoſitio ad vnguem ſeruetur; maximè cùm inſuper vſus fuerit clauſula: *perpetuis futuris temporibus*: at quia Tancred. *loc. cit. diſp. 3. quæſt. 1. nu. 6. in fine* tenet, quòd Pontifex non tollit facultatem Epiſcopis Feſta noua inſtituendi, & ad hoc ponderat verbum *moneo*, quo vtitur Pontifex, quòd importat ſolùm conſilium ex Cencio *ad decret. collect. 34. num. 2.* & Barboſa *diction.* 211. non audeo perſiſtere in dicta opinione.

93 Datur hic occaſio reaſſumendi articulum, de quo ſupra *in 5. aduertentia* fuit habitus ſermo, an ſcilicet Magiſtratus Sæcularis poſſit ſtatuere ſuper obſeruatione Feſtorũ, & ideò non deſinam aduertere, quòd Doctores ibidem allegati pro affirmatiua, loquuntur de edicto Sæcularis iubentis ſub pœna ſeruari Feſta iam ab Eccleſia inſtituta, etenim contrarium vtique dicerent in caſu, quo Sæcularis aſſumeret ſibi ius inſtituendi nouum Feſtum etiam Sancti ab Eccleſia canonizati, quia nullatenus hoc poteſt facere, cùm de Cultu Dei curam ſolùm habeant Prælati Eccleſiaſtici, Silueſter *verbo Dominica*, Emanuel Sà *in aphoriſmis verbo Feſtum*, Sayr. *Claui Regia lib. 7. cap. 3. num. 17. verſ. quinta propoſitio*, Fagnan. *in d. cap. conqueſtus num. 59. 60. 61. & ſeqq.* Suarez. *de Religione lib. 2. cap. 12. num.* 17. Bonac. *loc. cit.* à Iordano *d. tit. 1. num.* 55. nam ſicut Principes Sæculares non poſſunt conſtituere locum, vel Perſonam Sacram, aut Religioſam, quæ Eccleſiaſtica immunitate fruatur, ita etiam Feſtos dies non poſſunt ordinare, vel indicere, eo modo, quo Sacri ſint, & obligent fideles ad audiendam Miſſam, & ad vacandum ab operibus ab Eccleſia prohibitis diebus feſtiuis, cum ſit actus Spiritualis Poteſtatis, & Religionis ad Epiſcopum ſpectans, cui etiam incumbit præcipere laicis, vt dies Feſtos ab Eccleſia inſtitutos obſeruent, & colant, & contrafacientes pœnis debitis caſtigare, vt dicunt Iordan. *d. num.* 55. Fermoſin. *in cap. conqueſtus qu. 1. num. 11. de ferys* Fagnan. *d. cap. conqueſtus numer. 63. & pluribus Doctoribus citatis*, Tancred. *loc. cit. diſp. 3. quæſit. 2. num. 7.* Indictio enim Feſtiuitatum in honorem Dei nihil aliud eſt, quàm quædam Conſecratio, per quam dies illi efficiuntur Sacri, & Diuinis obſequijs dedicantur, vt probat Fagnan. *ibidem num. 64.* & ſecundùm Tancred. *loco cit.* obſeruatio Feſtorum eſt quid ſpirituale ordinatum ad Animę bonum immediatè, & ideò laici non poſſunt ſe in his intromittere cùm in Spiritualibus nullam habeant pręcipiendi auctoritatem, *cap. cum laicis de rebus Eccleſ. non alien.*

94 Poſſunt tamen Principes Sæculares præcipere ſubditis, vt à laboribus mæchanicis publicè ſe abſtineant ad honorem ciuilem,

vel communem lætitiam oſtendendam ob diem Natalis Filij, vel alicuius inſignis victoriæ, & huiuſmodi, vt dicit Fagnan. *dicto cap. conquaſtus num. 76. de ferijs*, ſed dies ille verè dies Feſtus non eſt, & populus non obligatur ad audiendam Miſſam, vt ex Silueſtro, & Emanuel.Sà dicit Sayr. *loc. cit.* & Tancred. pariter *loc. cit. nu.* 8. ait quod ſubditi non peccant grauiter tranſgrediẽdo tale præceptum, nec contra Religionem, ſed tantùm contra obedientiam, vel Iuſtitiam Legalem, & quòd non peccent mortaliter, ſecluſo ſcandalo, & circumſtantijs alijs extrinſecis, dicit expreſsè Caſtropal. *loc. cit. punct. 2. num.* 11. quia non videtur hæc materia grauis, & grauiter Reipublicæ gubernationi conducens, præcipuè cum ex illius tranſgreſſione pœnam ſubire teneatur, ſi ei fuerit impoſita, & allegat concordantes Suarez, Fagundez, & Azzor.

95 Et quamuis Antonin. Silu eſter, Sayr. Emanuel Sà *locis relatis* à Caſtropal. *loco ſupra citato punc. 2. num.* 7. dicant poſſe Laicum Principem obligare ſubditos ad culpam, & ad pœnam, vt ab operibus ſe abſtineant, non tamen vt Miſſam audiant.

96 Nihilominus prædicti loquuntur in terminis caſus propoſiti in dicta quinta Aduertentia, nempè quando Magiſtratus Laicus præcipit ſub pœna obſeruari Feſta ab Eccleſia, & ab Epiſcopo indicta, & tamen in hoc adhuc reprobantur à Tancred. *loc. cit.* niſi intelligant de culpa contra Obedientiã, vel Legalem Iuſtitiam,& intelligant de pœna impoſita ob talem tranſgreſſionem: & reprobantur abſolutè à Caſtropal. *ibid. nu.*8. quia vacatio, & ceſſatio ab operibus ſeruilibus indicta ab Eccleſia in die Feſto ab eadem Eccleſia inſtituto eſt ceſſatio religioſa, quia ceſſatio, quæ tali die præcipitur ab Eccleſia eſt externus Dei Cultus à Deo iuſſus in præcepto Decalogi: *Memento, quòd diem Sabbathi ſanctifices*; præcipitur enim diem Feſtum hac ceſſatione ſanctificari ſaltem externa, & patenti ſanctificatione, vt explicat Caſtropal. *ibid. num.*9. Ergò Principes Sæculares non poſſunt in ea tamquam materia, & re Spirituali ſe ingerere *cap. cum laicis c. vlt. de reb. Eccleſ. non alien. cap. tertnimus de iudic. & cap. benè quidem diſt.* 96. & reprobantur etiam à Fagnano *in cap. conquaſtus numer.* 71. *& ſeqq. de ferijs* vbi poſtquam probauit Principes Sæculares non poſſe ſtatuere de die Feſto ſeruando, quia de rebus ſpiritualibus nullam habent facultatem ſtatuendi, ſubdit, quòd nec ij poſſunt pœnas à tranſgreſſoribus exigere, aliàs eſſet in facultate laicorum promulgare leges iniquas, & libertati Eccleſiaſticæ aduerſantes,eaſque per indirectum metu pœnæ in vſum,& obſeruantiam inducere, quod vt ipſe ait, paſſim exagerant Doctores *in cap. 1. de ſponſal. & in cap. ſtatutum de hæret. in* 6. Vbi Fe in. *numer. 99. quæſt.* 16.

97 Propterea cùm Conſtantinus Imperator legem tuliſſet, vt die Veneris omnes à Iudicijs, & alijs negotijs vacarent, & precibus, ac obſtentationibus Deum colerent, vt ex Euſebio, & Soxomeno, & Baronio ad annum Chriſti 321. refert Fagnan. *in cap. conquaſtus num. 66. de ferijs* dicta lex non fuit recepta ab Eccleſia, & pro nulla fuit habita, vt pluribus citatis inquit Fagnan. *ibid.* & cũ de anno 1653.in Statu Mediolani fuiſſet per illiùs Gubernatorem publico Edicto Subditis mandatum, vt die 4. Auguſti obſeruaretur Feſtum S. Dominici eo modo, quo aliæ Feſtiuitates ſeruari ſolent cum ſpiritu, & Chriſtiana deuotione, vt refert Fagnan. *dicto cap. conqueſtus num. 57. & ſeqq.* fuit idem Edictum per Breue ſan. mem. Innocentij X. ſub die 6. Octobris eiuſdem anni 1653. declaratum nullum, nulliuſque roboris, & momenti,nec aliquo modo ſeruandum, vt apparet ex Breue per extenſum relato à Fagnan. *ibid. num.* 80.

98 Et ſic non poteſt ſubſtineri diſtinctio,quã loquens de præfato Edicto Mediolani, facit Iul. Capon. *d. diſcept.* 208. *num. 23. & ſeqq.* nempè quòd Edictum Principis Sæcularis de ſeruando Feſtum valet, ſi iubeat ſolùm ceſſationem ab operibus ſeruilibus, ſecus ſi iubeat etiam auditionem Miſſæ: nam etiam ſola ceſſatio ab operibus ſeruilibus iuſſa à Sæculari in honorem Sancti, cum ſit, & dicatur eſſe religioſa, externum Dei Cultum redolens, debet in ſententia Caſtropali vbi ſupra improbari; eo enim ipſo, quòd ceſſatio ab operibus ſeruilibus tẽdit ad Cultum Dei, & venerationem Sancti iudicatur de materia ſpirituali, & de re ſpectante ad Religionem, vt ex D. Thoma 2.2.q.122. *art.* 4. aduertit Fagnan. *d. cap. conqueſtus numer. 76. & 77.* ſubdens, quòd finis ceſſationis ab operibus in Feſtiuitate alicuius Sancti ſit principaliter ob Cultum, & reuerentiam Dei,quia Deum veneramur in Sanctis eius, & dictum eiuſdem Caponi debet intelligi, vt procedat ſolùm quando vt ipſe exemplificat ibidem, mandat ſeruari in honorem Natalis ſui, vel Filij, vel ob Coronationem, vel Matrimonium, vel Victoriam, & huiuſmodi, quod per Text. *in l. ſed etſi §. ſi feriæ ff. ex quibus cau. maior. in integr. & l. dies feſtos* ibi: *etſi in noſtrum ortum C. de ferijs, & in l. à nullo*, vbi Bald. & Scribentes *C. eod. tit. de ferijs* concedit etiam Fagnan. *loc. cit. num.* 76. In reliquis enim quando in honorem alicuius Sancti, cuius Feſtum non ſit de præcepto Eccleſiæ, volunt, quòd inducatur vacatio, debent recurrere ad Papã, vel Epiſcopum, vt ex Egidio Trullench. inquit Fermoſin, *in cap. conqueſtus quæſt. 1. numer. 14. de ferijs*, prout debent facere quando volunt, quòd fiant Proceſſiones, vt ex eodem Trullench. ſubdit Fermoſin. *ibidem*, & idem dicendum de indictione ieiunij, vel præſcriptione circa modum funerandi defunctos

ſunctos, vt ex Text. *in cap. Rogationes de Conſecrat. diſtinct. 3. & cap. ieiunia diſtict. 5. & cap. vlt. de rebus Eccleſiæ non alienan.* dicit Fagnan. *d. cap. conqueſtus num.* 78. *de ferijs*.

Eccetto però generalmente tutti li Fornari, Speciali, & altre Botteghe neceſſarie.

99 Piſtores, Pharmacopolæ, Aromatarij, & alij, qui artem neceſſariam exercent, excipiuntur in ſpecie in noſtris Bannimentis, & quatenus non fuiſſent excepti, adhuc puniendi non eſſent, quia quoad eos, qui ex capite neceſſitatis laborant, Bannum fuiſſet irrationale, & tamquam continens manifeſtum errorem, non valeret, vt dixi ſupra. Cæterùm præparantes ea, quæ pertinent ad vſum ciborum, carnes, piſces, & alia victualia coquunt, animalia occidunt, aptant, deferunt, cuſtodiunt, & alia diſponunt, quæ alijs diebus præſtari ſolent ad hunc effectum, non comprænhenduntur in Edicto, vt ex Nauar. Bonaccina, Azzor. & alijs dicit Iordan. *tom. 2. lib. 11. tit. de obſer. Feſtorum num.* 130. & nec comprehenduntur Caupones, Stabularij, Piſtores, olera, fruges, legumina, fructus, vinum, oleum, ſal, & ſimilia domi, vel in ſoro vendētes, vt ſubdit Iordan. *ibid. num.* 131. & nec comprænhenduntur Paſtillos, & aliud huius generis facientes, coquentes, & vendentes, vt dicit idē Iordan. *ibidem*, & nec comprænhenduntur Macellarij, Molendinarij, vt dicit Sayrus *in Claui Regia lib. 7. cap. 2. num. 6.* & nec comprænhenduntur Medici, Aromatarij, & alij medicamenta præparantes, deferentes, propinantes, Angel. Caietan. Bonacc. Sayr. *locis relatis* à Iordano *loc. cit. num.* 132. Idem dicendum de Mareſchalchis, quos poſſe equis applicare medicamenta, & ferramenta pro pedibus, dicunt Caraſco *ad ll. recopill. cap. 2. §. 1. num. 2.* Capon. *diſcept. 209. numer. 32.* & quidem omnes iſti, & alij ſimiles veniunt ſub dictione, *altre Botteghe*, poſita in noſtris Bannimentis ob proprietatem dictionis, *alius*.

100 Et licèt aliqui, inter quos Sayrus *loco citato* dicant Piſtores non excuſari, quia panē pridie Feſti conficere poſſunt, nihilominùs excuſari tùm ratione communis neceſſitatis, tùm ratione conſuetudinis, firmat Iul. Capon. *diſcept. 210. num. 9.* qui teſtatur ſic de conſuetudine ſeruari Romæ, & Neapoli, & alibi, & hoc in Ciuitate populoſa, & quando eſſet concurſus Feſtorum, admittit etiam Sayrus *loc. cit.* ſed vtcumque ſit reſpectu conſcientiæ, certum eſt, quòd in hac Ciuitate Bononiæ ab omni pœna temporali eximi debent ex diſpoſitione expreſſa noſtrorum Bannimentorum.

101 Si cupis alia ſcire circa obſeruationem Feſtorum, poteris ad ſaturitatem expleri ex Pace Iordano, Caſtropalao, Azzor. Tancred. Iul. Capono, Fermoſino *locis ſupra cit.* quibus addendi Carthar. *deciſ. crim. 20. per tot.* Grana *Catena Iur. tit. de Ferijs*, qui plura notabilia, ac recondita affert.

102 De diebus faſtis, & nefaſtis videndus eſt Garonus *ad nouas Conſtit. Mediolani lib. 4. tit. 7. de Iur. & Priuileg. Fiſci art. 11. per tot.* de eiſdem poeticè ſcripſerunt Ouidius latinè, & Eminentiſſimus D. Cardinalis Pallauicinus italicè ſub titulo *Faſti Sacri*.

103 Et de Feſtis noſtris, quæ ſucceſſerunt in locum illorum, quæ ex Veteri Teſtamento celebrabantur, & celebrantur à Iudæis, agunt poſt alios Capon. *diſcept. 208. numero 15.* & Fermoſin. *dicto cap. conqueſtus de ferijs queſt. 1. num. 20.*

---

# Cap. I. § X.

In oltre vuole, e commanda S. Signoria Illuſtriſſima, che qualunque in Chieſa ardirà di commettere alcuna ſorte di delitto, ſia punito colla pena della Morte, ò Galera, ò altra duplicatamente alla qualità del delitto, ſe il delitto haueſſe altra pena, che la Morte, ò la Galera.

*SVMMARIVM.*

1 *Locus delicti aggrauat pœnam etiam vſque ad mortem incluſiuè.*

2 *Præſertim ſi delictum fuerit commiſſum coram Principe.*

*Quando, & in quibus caſibus aggrauat nu. 30. & ſeqq.*

3 *Percutiens alium alapha in Palatio Papæ fuit damnatus ad mortem.*

*Vbi alij referuntur caſus, ſed non fuit exequuta ſententia. num. 24.*

4 *Occidens in rixa in Palatio Magnæ Curiæ fuit damnatus ad mortem.*

5 *Prout fuit damnatus is, qui alapha percuſſus, percutientem in eodem loco occidit. Vide num. 18. & ſeqq. & num. 24. & ſeqq.*

6 *Delictū reputatur graue, quando committitur in loco, vbi reſidet Princeps, & etiam vbi reſident Tribunalia Suprema. & num. 7.*

8 *Rex Regum, & Dominus Dominantium reſidet in Eccleſia.*

9 *Iniuria facta in Eccleſia dicitur atrox.*

10 *Etiamſi non intùs Eccleſiam, ſed in ianua Eccleſiæ.*

11 *Sfriſians puerum propè ianuam Eccleſiæ de mandato alterius fuit damnatus ad mortem.*

12 *Verbum* ardirà *exigit præmeditationem, & dolum.*

13 *Etiamſi agatur de pœna pecuniaria.*
14 *Locus non aggrauat delictum in caſibus ſubitaneis, & rixoſis. & num. 128. & 136.*
15 *Delinquens prouocatus, & calore iracundiæ in Eccleſia, non amittit Immunitatem Eccleſiaſticam.*
*Etiamſi occidat. num. 17.*
16 *Eccleſia non dicitur polluta, ſi ex percuſſione rixoſa fuerit ſanguine aſperſa.*
18 *Primi motus tollunt deliberandi conſilium.*
19 *Delictum commiſſum in Palatio Principis, ſeu* in Corpo di Guardia, *non punitur pœna mortis, ſi fuerit commiſſum in rixa, & ad prouocationem.*
20 *Idem in delicto commiſſo in Cortili Palatij Archiepiſcopalis.*
21 *Et in homicidio commiſſo in Carceribus.*
22 *Secus ſi delictum ſit appenſatum, quia pœna ordinaria punitur.*
23 *Prout punitur etiam Author rixa ſi occidit. & num 26.*
24 *Reſponſioni ad contraria. & num. 27.*
25 *Alapha data in Palatio Proregis fuit punita amputatione manus Neapoli.*
28 *Offenſio facta in Eccleſia ad hoc vt puniatur pœnæ bannimentorum, debet eſſe facta tempore celebrationis Diuini Officij, & cum turbatione dicti Diuini Officij.*
29 *Diuina Officia quando dicantur turbata remiſſinè.*
31 *Arbitriũm poteſt extendi vſque ad mortem. Intellige vt num. 32.*
33 *In arbitrarijs imponenda eſt pœna aliàs in ſimilibus impoſita.*
34 *Pœna conſiſtens in numero qualis ſit, & qualis conſiſtens in ſpecie.*
35 *Delicta in Eccleſia commiſſa, quomodo aliàs fuerint punita.*
36 *Manus non ſunt ambæ amputandæ, quando pœna ex Statuto debet duplicari, imò minus potens eſt amputanda.*
37 *Præuentioni eſt locus in delictis in Eccleſia commiſſis.*
38 *Delicta Eccleſiaſtica quæ ſint, & quæ ſint Sæcularia, & quæ mixta remiſſiuè.*
39 *Præuentio quando, & quomodo inducatur remiſſiuè.*
40 *Præuentio affectata non attenditur.*
41 *Quando dicatur affectata.*
42 *Reus à Iudice Eccleſiaſtico non ſufficienter punitus, poteſt iterum puniri à Iudice Sæculari.*
43 *Sed hoc nequit practicari propter rationem hic adductum.*
44 *Verùm diſtinguendi ſunt quinque caſus.*
45 *Pœna tamen non debet eſſe ex integro, ſed ad ſupplendum tantùm.*
45 *Quomodo ſuppletur pœna conſiſtens in ſpecie.*
47 *Reus punitus leniter pro delicto exigente pœnam mortis, poterit ab alio Iudice puniri pœna mortis, non obſtante dicta leni punitione.*
48 *Contrarium. & num. 55. Declara vt in numeris 56. & 57.*
49 *Punitus pro vulnere, ſi vulneratus moritur, deindè non poteſt condemnari ad mortem.*
50 *Punitus pro blaſphemia, ſi detineatur in carceribus per aliquod tempus ſine legitima cauſa, & ſuperueniat probatio ſuper altera blaſphemia, non poterit puniri pœna pro ſecunda impoſita, quia carceratio paſſa aliquid minuit.*
51 *Tortus indebitè, vel exceſſiuè non poteſt pro eodem delicto damnari ad mortem.*
52 *Reus tranſmiſſus loco depoſiti ad triremes non poteſt prò eodem delicto damnari ad mortem.*
53 *Reus ad hoc vt poſſit loco depoſiti tranſmitti ad triremes, quæ requirantur.*
54 *Reus granatus in procedendo non poteſt condemnari in pœnam ordinariam.*
58 *Reus abſolutus ab vno Iudice, quando poſſit ab alio moleſtari.*
59 *Abſolutus in delictis mixti Fori à Iudice Sæculari, an cenſeatur abſolutus ab exilio ei impoſito ab Eccleſiaſtico.*
60 *Gratiatus in vno Tribunali non poteſt moleſtari in alio.*
61 *Percutiens laicum in Eccleſia ſine ſanguinis effuſione, an poſſit excommunicari.*
62 *Percutiens laicum in Parlatorio Monialium, excommunicatur.*
63 *Contrarium.*
64 *Laicus verbis iniurioſis afficiens Clericum non efficitur de Foro Eccleſiæ.*
65 *Quia tunc non committitur ſacrilegium.*
66 *Etiamſi ſint dicta in Eccleſia. Contrarium eſt verius num. 78. & ſeqq. vbi reſpondetur ad motiua.*
67 *Laicus verbis iniurioſis afficiens Clericum non poteſt excommunicari.*
68 *Nec ſi inſequatur. & num. 116.*
69 *Nec ſi percuſſio ſit leuis. Vide num. 109.*
70 Io. de Anania *defenditur.*
71 *Cardinalem Legatum offendens verbis iniurioſis in depreſſionem Legationis incidit in pœnas* cap. Fœlicis de pœnis in 6.
72 *Verbum* percutere *comprehendit etiam iniuriã verbalem.*
73 Textus in l.ſi quis in hoc genus *explicatur. & num. 79.*
74 *Sacrilegium non incurritur, niſi ex iniuria facto illata.*
75 *Contrarium. & num. 76. & 81.*
77 Text. in Can. ſi quis ſuadente Diabolo 17. quæſt. 4. *continet plura capita.*
78 *Iudex Eccleſiaſticus punit laicum, & fit competens ex offenſione Clerici.*
80 *Iniuria qualibet facta Clerico eſt mixti Fori. & num. 82.*
81 *Iniuria facta Clerico dicitur facta Deo, & Eccleſiæ, & toti ordini.*
82 *Iniuria facta in Eccleſia excitat Iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici. & num. 80.*
84 *Eccleſia habet Territorium, & Ius procedendi ratione loci commiſſi delicti.*
85 *Excommunicatio* Can. ſi quis ſuadente Diabolo *requirit manus Iniectionem cum violentia in perſonam Clerici. & num. 116.*
86 *Et percuſſio debet eſſe grauis.*
87 *Excommunicatio hominis, ſeù ferendæ ſententiæ*

*tiæ intrat ob iniuriam verbalem in Clericum illatam à Laico.*

88 *Maximè vbi poteſt magis timeri, quam pecuniaria. & num.* 107.

89 *Epiſcopus in vindictam propriæ iniuriæ non poteſt excommunicare contrà ſe maledicentem.*

90 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt in delictis mixti Fori imponere pœnam ſpiritualem, & temporalem.*

91 *Percutiens aliũ in Eccleſia ſine ſanguinis effuſione non ſolet excommunicari.*

92 *Excommunicatio debet cum magna circumſpectione fulminari.*

93 *Eſt pœna grauiſſima, & maior omnium, quas imponit Eccleſia.*

94 *Separat à Corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, & tradit excommunicatum Sathanæ.*

95 *Excommunicatio non debet fulminari pro leui delicto.*

97 *Et non niſi in ſubſidium. & num.* 117.

*Excommunicatio quæ fertur ab homine non debet fulminari pro leuibus cauſis, niſi pro ijs antiqui Patres iuſſerint committentes arceri ab Eccleſia. num.* 96.

98 *Bamiens Perſonam Eccleſiaſticam incidit in excommunicationem.*

99 *Repreſalias concedens contrà perſonam Eccleſiaſticam incidit in excommunicationem.*

100 *Iniuria lauis reſpectu aliorum facta Clerico dicitur atrox.*

101 *Excommunicari quis non debet pro venialibus.*

102 *Secus pro mortali peccato.*

*Intellige vt num.* 108.

103 *Iniuria verbalis illata laico non parit aliam actionem, quàm Ciuilem ad extimationem.*

104 *Illata Clerico vix parit actionem criminalem.*

105 *Illata facto in Sacerdotem punitur pœna pecuniaria.*

106 *Iudæus tamquam exiſtens extrà Eccleſiam non excommunicatur.*

107 *Excommunicatio quæ fertur ab homine non fulminatur, niſi crimen admittat pœnam relegationis.*

110 *Ordo præſcriptus è Sac. Concil. Trident. circa fulminationem excommunicationis non eſt de forma.*

111 *Excommunicari potius, quam carcerari laicum propter verbales iniurias in Clericum, quarè nonnulli voluerint.*

112 *Clerici duo ſi ſe inuicem percutiunt, ambo excommunicantur.*

113 *Intellige vt num.* 114.

115 *Quæ requirantur ad incurſum Can.* ſi quis ſuadente.

118 *Teſtis vnicus non probat.*

119 *Excommunicatio non poteſt fulminari ex vnico teſte.*

*Requiritur enim plena probatio ibidem.*

120 *Clerici ſe inuicem femoribus impellentes ad tuendum locum in ſtallo non incidunt in excommunicationem.*

121 *Clerici contendentes in Eccleſia ad inuicem & ſe verbaliter iniuriantes debent puniri, maximè ſi cum ſcandalo.*

122 *Iniuriatus ſi propulſat iniuriam cum verbis continentibus diuerſam ſpeciem iniuriæ tenetur ad pœnam.*

123 *Abſolutio cum Clauſula* ex quo ſatis *continet in ſe punitionem, & pœnam iam ſolutam.*

124 *Carceratus diù retentus ſolet aliquando dimitti è carceribus cum decreto continente clauſulam* ex quo ſatis.

125 *Officialis qui per aliquod tempus fuit ſuſpenſus ab exercitio officij ſolet aliquandò abſolui cum dicta clauſula* ex quo ſatis.

126 *Initium eſt attendendum in delictis.*

127 *Contrarium.*

129 *Delictum principiatum extrà Eccleſiã & conſumatum in Eccleſia ex hac circumſtantia loci aggrauatur.*

130 *Et tamquam mixti fori punitur ab vtroque Iudice Eccleſiaſtico, & ſæculari.*

131 *Delictum incboatum in Eccleſia, & extrà Eccleſiam conſumatum non ſubiacet cenſuræ, ſeù excommunicationi, quia ad cenſuram requiritur actus conſumatus.*

132 *Excommunicatio publicata contra Stupratores Virginum non comprehendit eos, qui ducunt Virgines extrà territorium illius loci, & ibi eas deflorant.*

133 *Excommunicatio publicata contra Occidentes in Eccleſia non comprehendit eum, qui dum exiſtit in Eccleſia, iacit ſagittam, & occidit exiſtentem extrà Eccleſiam.*

134 *Sed eum, qui extrà Eccleſiam exiſtens iacit intus Eccleſiam, & occidit exiſtentem in ea declara.*

135 *Vulnerans lætalitèr in Eccleſia eum, qui moritur extrà, incurrit in excommunicationem latam contrà Occidentes in Eccleſia.*

136 *De delictis inchoatis in vno loco, & in aliò perfectis, qui tractent.*

## Qualunque in Chieſa ardirà di commettere alcuna ſorte di delitto.

1 Locus commiſſi delicti dicitur, & effectiuè eſt circumſtantia aggrauans, & reddit delictum magis graue, & maiori animaduerſione dignum, vt ex Text. *in cap. primo de pœnitentia diſtinct.* 5. ibi: *qualitèr turpitudinem ſuam peregit, ſi in loco ſacro, aut cui debuit excellentiam Fidei, vt ſunt Domus Dominorum, & in l. ſed eſt quæſtionis in princ. verſ. ſed & ſi in theatro ff. de iniur. & in §. atrox inſtit. eodem titul. & in leg. aut facta §. 4. ff. de pœn. & in leg. Prætor edixit. §. atrocem ff. de iniur.* Bartol. Menoch. Tiraquel. Corrad. Farinac. locis relatis à Baſilico *dec. crim.* 14. *num.* 2. Carpzou. *pract. crim. par.* 1. *quæſt.* 40. *nu.* 31. & Caſtill. *dec.* 171. *num.* 18. Cutellus *ad leges Siculas Martini ſecunda concordata num.* 5. *fol. mihi* 493. Petrus Hærodius *rer. iudic. lib.* 9. *tit. prim. cap. primo in princ.* Et locus, & qualitas loci adeò aggrauat ipſum delictum, vt aliquandò propter ſolam qualitatem loci ſit imponenda pœna vltimi ſupplicij, vt eſt Text. *in cap. aut facta*

*de pœni-*

*de pœnit.diſt.* 1.ibi : *locus facit,vt idem,vel fur-*
*tum , vel ſacrilegium ſit , & capite luendum ,*
*vel minore ſupplicio* , & comprobat pluribus
Merlin. Pignattell. *controuerſ. forenſ.* 66. *nu-*
*mer.* 7. & Laur. Mattheu *de re crim. controu.*
29. *num.* 55. *& ſeqq.* quod præcipuè eſt ve-
rum ſi delictum ſit commiſſum coram
2 Principe, vt ex Boſſio, Angelo, & Farinac.
dicunt Caſtil. *d. dec.* 171. *num.* 47. & Baſilic.
*d. dec.* 14. *num.* 15. vel in eius Palatio vt di-
cunt præfati Doctores nempè Mattheu Pi-
gnattell. Baſilic. Caſtill. *loc. cit.* & Portules
ad Molin. *repertorio* §. *iniuria numer.* 42. &
eſt ratio quo ad delictum commiſſum co-
ram Principe, quià indè reſultat maxima
irreuerentia , & reſultat periculum ipſius
Principis , qui accidentaliter poteſt mor-
tem , aut vulnus reportare , vt ratiocinatur
in fortioribus terminis , Alphonſus Rex
Hiſpaniarum *in l.* 2. *tit.* 16. *ſeptem partitar.*
*Hiſpan. partita* 2. & refert. Mattheu *d. con-*
*trou.* 29. *num* 55. quo vero ad delictum
commiſſum in Palatio Principis ratio eſt
quia Palatium, cum ſit locus publicus, &
Principis Maieſtati dicatus, quaſi Sacer lo-
cus reputatur vt per Text. *in l. vnica C. de*
*Palat. & Domib. lib.* 11. & ex Luca de Pen-
na , Freccia, Caball. Burgo , & Muta ait
D. Iacob Pignattell. *conſult.* 111. *num. primo*
*tom.* 4. imò Palatium nuncupatur , & dici-
tur ſacrum *in auth. habita C. ne fil. pro Patre*,
& ſacratiſſimum *in l. nomine* §. *hoc etiam C.*
*de offic. Præfect. Africæ*,conſacrata ædes, & in-
clita *in l. acceptam C. de vſuris* , & Diuina
Domus *in l. bene à Zenone C. de quadrien. præ-*
*ſcript. & in l. abſit C. de priuil. Dom. Auguſt.*
*lib.* 11. quæ iura ad hoc afferunt Baſilic. *dict.*
*dec.* 14. *num.* 2. & Mattheù *loc. cit. num.* 66.
*& ſeq.* vndè intèr regalia annumerari Prin-
cipis Palatium ex Arniſſco *de iure Maieſtatis*
*cap.* 5. *de bonis publ. num.* 5. inquit Baſilic.
*loc. cit. num.* 3. & in illo omnibus ſecurita-
tem,refugium,& tutelam eſſe debere ex Bal-
do *in l. vnica C. de Palat. & Domib. Domini-*
*cis* , dicit idem Baſilic. *eod.num.* 3. & ex Bald.
*in l. prima C. de his qui per met. Iud. non appell.*
Alberic. *in l. præſenti C. de his qui ad Eccleſiam*
*confug.* Maſtrill. *de Magiſt. lib.* 3. *cap.* 9. *nu-*
*mer.* 57. Tapia. *de iure Regni lib.* 5. *conſtit. vt*
*participatio nu.* 3. *tit. de iniur.* dicit Pignattell.
*d. conſult.* 111. *num. primo* quod comprobat
Carpzou. *pract. crim. par. prima quæſt.* 40. *nu-*
*mer.* 31. dicens quod ſi Domus , etiam pri-
uata cuique ſua tutiſſimum ſit refugium,at-
que receptaculum *l.* 18. *ff. de in ius vocan.*
& nihil ſanctius, aut omni Religione mu-
nitius ſit , quam Domus vniuſcuiuſque Ci-
uium , Cicero *pro Domo ſua*, & Nicol. Reuſ-
ner. *lib. primo dec.* 16. *num.* 30. eo magis de-
bet cuique tutiſſimum eſſe refugium Do-
mus ſeù Curia Principis , cum longè ſan-
ctior ſit , & veluti publicus Aſylus haberi
debeat .
3 Propterea fuiſſe condemnatum ad mor-
tem eum , qui coram Prorege pugionem
extraxerat contrà milites cuſtodiæ eum re-
tropellentes, & haſta percutientes,& alium,
qui coram Straticoto militē cuſtodiæ eiuſ-
dem vulnerauerat , refert Baſilico *d. dec.* 14.
*num.* 15. & fuiſſe damnatum ad mortem
eum , qui in Palatio Papæ in hac Ciuitate
Bononiæ alium in rixa alapha percuſſerat ,
teſtatur Caſſan. *Catalog. Glor. Mund. par.* 5.
4 *conſid.* 24. *num.* 125. & fuiſſe condemnatum
ad mortem quemdam Vincentium Coqui
pro homicidio in rixa commiſſo intùs Pa-
latium Magnæ Curiæ , & Hieronymum
5 Riccardum , qui percuſsus alapha ſimilitèr
alium occiderat in eodem loco , teſtatur
Maſtrill. pœnes Merlin. Pignattell. *dicta*
*contro*u. 66. *num.* 7. & fuiſſe pariter ad mor-
tem condemnatum Marium Ioemi , qui
enſem extraxit , & vulnerauit Procurato-
rem coram Iudicibus M. R. C. teſtatur Ba-
ſilic. *vbi ſupra num:* 16.
6 Nec eſt mirum , quia delictum reputatur
grauius , non ſolum quandò committitur
in Palatio, & vbi reſidet Princeps, Muta
*dec.* 48, *num.* 16. & Fontanell. *dec.* 257. *nu.* 9.
*lib.* 1. quod extendi ad delictum commiſ-
ſum in atrio, ſeù Curtili Palatij voluit Mat-
theu *d. contr.* 29. *num.* 64. & ad confinia ip-
ſius extendi dicunt ex Alberic. & Fulvio
Conſtantio , & Guilielmo de Soza , Baſilic.
*dicta dec.* 14. *num.* 6. & Mattheu *d. num.* 64.
7 ſed etiam quandò committitur in loco, vbi
reſident Tribunalia ſuprema,vt ex Bald. *in*
*l. cum Ancillis C. de inceſt. nupt.* Anan. *cap. in*
*tantum num.* 7. *de colluſ.* ait Capic.latro *deciſ.*
132. *num.* 18. *parte* 2.
8 Et ex his videtur ſanctè in noſtris banni-
mentis ſtatuta pœna rigoroſa mortis contrà
delinquentes in Eccleſia , vbi Rex Regum ,
& Dominus Dominantium veneratur , &
concordat cum Text. *in l. denunciamus C. de*
*his qui ad Eccleſiam confugiunt* , & hoc ratione
ſacrilegij , quod incurritur ex iniuria , quæ
indè deriuat ipſi Eccleſiæ, vt per Text. *in l. ſi*
*quis in hoc genus C. de Epiſc. & Clericis* dicit Fa-
rin. *conſ.* 30. *n.* 5. & hinc eſt quod iniuria illata
9 in Eccleſia dicitur atrox, vt ex Nicaſ. Plach.
& Fabio à Monteleone tradit Farinac. *quæſt.*
105. *num.* 206. & talis etiam dicitur ſi illata
10 ſit in Ianua Eccleſiæ , & in facti contingen-
tia fuit Neapoli damnatus ad mortem is ,
qui de mandato alterius vulnus intulit in
11 faciem Pueri propè ianuam Eccleſiæ So-
cietatis Ieſu , vt refert de Ponte *de poteſt. Pro-*
*reg. tit. primo de prouiſ. fieri ſolit.* §. 2. *num.* 15.
& pariter ad mortem fuit damnatus alter
qui cum ſcalis ligneis aſcenderat ad fene-
ſtram monaſterij furandi cauſa , per quam
ingreſſus monaſterium,vulnerauit Religio-
ſum forſan quia voluerat acclamare , & re-
ſiſtere , vt refert Sanfel. *dec.* 34. *per tot* & ſi-
gnanter *num.* 2. 6. & 16.
12 Ne tamen loquutio generalis nos deci-
piat , eſt aduertendum , quod bannimenta
loquun-

loquuntur per verbum *ardirà*, & per conſe-
quens requirunt præmeditationem, & do-
lum, vt in terminis edicti loquentis per ver-
bum *non ardiſca* inquit Io: Bapt. Cauat. *de*
*interpret. proclamat. conſ. 9. n. 1. & ſeqq.* Farinac.
*q. 87. n. 32.* Cyriac. *contr. forenſ.* 248. *num.* 12.
& Ricc. *var. reſolut.* 19. *nu.* 10. *& ſeq. par.* 2.
13 Et hæc concluſio eſt vera, etiam reſpe-
ctu pœnæ pecuniariæ, quia quando lex vti-
tur verbis dolum denotantibus, lata cul-
pa, quæ regulariter reſpectu dictæ pœnæ
pecuniariæ æquiparatur dolo, non ſufficit
vt ſit locus dictæ pœnæ ſecundùm Cauat.
*loc. cit. num. 4. & ſeq.* vbi ait eſſe indubitatiſ-
ſimum, quia verbum *non ardiſca* regit to-
tam orationem, & conſequenter illam to-
tam qualificat, quia natura terminabilium
non repugnat, & aliàs abundaret virtus di-
cti verbi, *non ardiſca*, & hoc idem vult Cy-
riac. *d. controu.* 248. *num.* 13. Ideò non ha-
14 bent locum in caſibus ſubitaneis & rixoſis,
quia tunc locus non aggrauat pœnam No-
uell. *ad defenſ. cap. an inditia reo danda ſint nu-
mer.* 140. & Merlin. Pignattell. *contr. forenſ.*
66. *num.* 27. qui *num.* 30. inquit, quod delin-
15 quens in Eccleſia calore iracundiæ, prouo-
catus, & in rixa non amittit beneficium
Immunitatis Eccleſiaſticæ, immò plus in-
quit, quod hoc caſu ſi Eccleſia fuerit ſan-
guine aſperſa, non indigebit reconciliatio-
16 ne, & hoc idem tenet Vermigl. *conſ. crim.*
103. per tot. dicens quod occidens alium
17 in Eccleſia ex cauſa improuiſa, & ſubita-
nea non amittit Immunitatem Eccleſia-
ſticam, & multis citatis hoc nouiſſimè pro-
bat D. Iacob Pignattell. *canon. conſult.* 38.
*num. 3. & ſeqq. par.* 2. qui refert ità deciſum
Neapoli, & pluries in Sac. Congregatione
Immunitatis, & miratur quod Thom. del
Bene *de Immun. Eccleſ. cap.* 16. *dub.* 19, *ſect.*
4. *num.* 3. teſtetur, extare conſuetudinem
in contrarium: eamdem opinionem citato
Vermigliol. Diana, & Guazzin. tenet no-
uiſſimè Iul. Capon. *forenſ. diſcept.* 42. *per tot.*
& ſignanter *num.* 7. & 8.

Et quidem non eſt rationi conſonum
quod propter ſolam qualitatem loci non
attendantur ad minuendum pœnam natu-
18 rales illi motus, qui impediunt, & tollunt
deliberandi conſilium ad Text. *in l. Gracchus
ff. ad l. Iul. de adult.* Pignattell. *d. contr.* 66.
*num.* 17. *& ſeqq.* & Muta *dec.* 36. *num.* 38.
*verſ. facta ergo relatione*, nam ſicut locus
non poteſt efficere quod quis ex offenſa
non iraſcatur, ita non poteſt, & nec debet
efficere, quod iratus delinquens non excu-
ſetur à tanto, vt aduertit Caſtill. *d. dec.* 171.
*num.* 50. *& ſeq.* nam debet excuſari, qui iu-
ſtum dolorem non potuit obtemperare
*leg. ſi adulterium cum Inceſtu §. Imperatores ff. de
adult.* & qui prouocatus vlciſci voluit *l. qui
cum maior §. libertus ff. de bon. libertor.* quod
procedere etiam ſi prouocatus, & laceſſitus
coram Rege iniuriam propulſet, oſtendit
Viu. *dec. 63. n. 13.* & Caſtill. *loc. cit. n.* 53. qui ad
hoc ponderant Sac. Script. *in 3. lib. Reg. cap.* 3.
*verſ.* 16. *& ſeqq.* vbi mulier, cui fuit abre-
ptus filius, mentitam coram Salomone
Rege aduerſariæ neganti intulit, & addu-
cunt verſus Ludouici Arioſti ſuper Orlan-
do Furioſo *in can.* 46. *ſtanz.* 107.

*Ruggier à quel parlar ritto leuoſſe,*
*E con licenza, riſpoſe, di Carlo,*
*Che mentiua egli, e qualunque altro foſſe,*
*Che traditor voleſſe nominarlo,*
*Che ſempre col ſuo Rè così portoſſe,*
*Che giuſtamente alcun non può biaſmarlo,*
*E ch'era apparecchiato à ſoſtenere,*
*Che verſo lui fè ſempre il ſuo douere.*

Vnicuique enim licet infamiæ notam
vitare, atque ſuo honori proſpicere, vt per
Text. *in l. iſti quidem ff. de eo quod metus cauſa*,
ſubdit Caſtill. *ibid. num.* 55. & propter hanc
rationem fuit receptum in Tribunalibus,
quòd pœna aggrauetur. ſed non ad vltimũ
19 ſupplicium, vt in delicto commiſſo in Pa-
latio Principis, & in loco nuncupat. *Corpo
di Guardia*, practicatum citra pœnam ordi-
nariam refert Caſtill. *deciſ.* 170. *per tot. &*
171. *n.* 50. *&* 55. & in delicto commiſſo in
20 Cortili Palatij Archiepiſcopalis refert Ric.
*deciſ.* 245. *in fine par.* 3. & in homicidio com-
21 miſſo in Carceribus refert Muta *deciſ.* 36. *in
fine*, & Merlin. *contr.* 66. *in fine* ait Ioannem
de Acito ob homicidium pariter in Carce-
ribus commiſſum ad prouocationem fuiſſe
condemnatum ad triremes eius vita duran-
te, & hoc refert etiam Pratus *in Add. ad Pa-
ſchal. de Patria Poteſt. par. 3. cap. 6. verſ. ex his
quoque.*
22 Verſa vice puniendos pœna vltimi ſup-
plicij eos, qui appenſatè in dictis locis de-
linquunt, colligitur ex firmatis à Iulio Ca-
pono *forenſ. diſcept.* 42. *num.* 14. *tomo primo*,
& à Laur. Mattheù *d. controu.* 29. *num.* 55.
*& ſeqq.* & à Muta *d. deciſ.* 36. qui in fine ait,
fuiſſe condemnatum ad mortem Andream
de Riggio ob homicidium animo delibera-
to commiſſum in Carceribus in quemdam
carceratum, & idem eſſe practicãdum con-
23 tra eos, qui ſunt authores rixæ, nam de-
bent mori etiamſi poſtea prouocati homi-
cidium committunt in aliquo ex dictis lo-
cis firmat Merlin. Pignatell. *d. controu.* 66.
*num.* 33. qui ſubdit Vincentium Coqui, &
Hieronymum Riccardum fuiſſe authores
rixæ, & ideò ſuſpendio punitos.
24 Nec obſtant adducta in contrarium quia
de Ponte *d. §. 2. nu.* 18. non loquitur de de-
licto rixoſo, ſed appenſato, & de mandato,
& propter cauſam turpem, & nefandam
commiſſo, *Caſſan. d. conſid.* 24. ait, fuiſſe
Gallum, de quo loquitur, condemnatum,
ſed ſententiam non exequutam, & quidem
mihi videtur, quòd cum maiori Iuſtitiæ fun-
damento fuerit proceſſum Neapoli tempo-
re Car-

25 re Cardinalis Columnæ contra alium, cui
fuit amputata manus, ob alapham in Pala-
tio Proregis datam, vt refert Frecc. *lib. 1. de
feud. tit. Magn. Seneſ. num. 6.* & de Ponte
*d. §. 2. num. 17.*

26 Maſtrill. verò, & Pignatell. loquuntur
de illis, qui fuerunt auctores rixæ, vt expli-
cat Pignatell. *ibidem*, & ideò non applican-
tur, quia nullatenus excuſandi qui ſunt cau-
ſa mali, & ſe in neceſſitate poſuerunt ſe-
cundùm Gaill. *de pace public. lib. 1. cap. 16.
num. 17.* Baiard. ad Clar. §. *homicidium nu-
mer. 78. & num. 125.* & Criuell. *Dolan. dec.
26. num. 11.*

27 Et Sanfelic. *d. deciſ. 34.* agit de eo, qui
commiſerat delictum capitale ob aſpor-
tationem ſcalæ per Ciuitatem ſic diſponen-
te *pragm.* ſub tit. *De Scalarum prohibitione.*

Recipiunt igitur Bannimenta interpreta-
tionem, quòd delictum debeat eſſe appen-
ſatè commiſſum in Eccleſia, & quia minùs
quàm ſit poſſibile Ius Commune debent
corrigere, imò Iuri Communi potiùs debēt
conformari, vulgatis iuribus, recipiunt a-
liam interpretationem, nempè quod offen-
28 ſa ad hoc vt exigat pœnam mortis natura-
lis, fiat in Eccleſia tempore, quo celebran-
tur Diuina Officia, & illa turbentur, vt eſt
Textus expreſſus *in auth. ſed nouo iure C. de
Epiſc. & Clericis*, quem pluribus exornant
Eugen. *conſ. 59. num. 40. & 41. lib. 2.* Farin.
*quæſt. 105. num. 206.* Fabius à Monteleon.
*in prax. arbitr. in noua quæſtione 4. princip. par.
num. 68.* qui *ibidem num. 70.* declarat quæ di-
29 cantur Diuina Officia, Chartar. *dec. crim. 37.
per tot. & deciſ. 63. num. 21. & ſeqq.* & Ge-
nuenſ. *prax. Archiep. Neap. cap. 23. num. 7.*
nam ſi Diuina Officia non turbentur, non
mortis, ſed exilij pœna eſt imponenda ad
Text *in §. ſi quis cum ſacra* Auth. *de Sanctis
Epiſc.* ibi: *Et ſiquidem iniuriam ſolam fecerit is
verberibus, exilioque tradatur; ſi verò littaniam
concuſſerit, capitale periculum ſuſtinebit*: quod
confirmatur *in d. §. ſed nouo iure C. de Epiſc.
& Clericis*; ad explicationem Text. *in l. ſi
quis in hoc genus*, & in Auth. *ſed nouo iure C. de
Epiſc. & Cleric.* videndi ſunt etiam Coler.
*deciſ. 178. per tot.* Carpzou. *iuriſprud. conciſt.
lib. 3. tit. 9 diff. 95. num. 4. & ſeqq.* & Iuſtus
Georg. Falckenreich. *de actionibus iniur. Sa-
cerdot. concernent. theſ. 11. 12. 13. 14. & 15.*
qui omnes volunt quatuor copulatiuè re-
quiri ad hoc, vt intret pœna capitalis in
dicto Textu impoſita: primò, vt Miniſter
Eccleſiaſticus offendatur non verbis tantùm,
ſed facto, puta, verberibus, vel alitèr in
perſona: Secundò, quòd offendatur in loco
Eccleſiæ, hoc eſt in Eccleſia: Tertiò, quòd
offendatur eo tempore, quo tractat, & mi-
niſtrat Diuina: Quartò, quòd ex huiuſmo-
di offenſione Sacra turbentur. Altero e-
nim ex his quatuor requiſitis deficiente ne-
quaquam tam rigoroſè procedendum eſſe
volunt. [illegible] *d. deciſ. 1[illegible]8. num. 2.* att

quòd etiam his quatuor concurrentibus nō
vidit in Terris Saxonicis duriorem pœnam
infligi, quàm fuſtigationem: ſubdit tamen,
quod cuidam Nobili dictata fuit pœna mi-
tior, migrationis ſcilicet è Territorio Do-
mini, & venditionis bonorum ibidem ſitua-
torum: ſed in caſu, quo vulnera interceſ-
ſerunt in perſonam Religioſi, dictata fuit
pœna gladij tàm inuaſori (puto, quòd velit
dicere mandanti) quàm mandatarijs, & au-
xiliatoribus: plus dicit Berlich. *par. 4. con-
cluſ. 20.* nempè fuiſſe de anno 1576. gladij
pœnam adiudicatam ijs, qui Miniſtrum, qui-
dum Sacrorum celebrandorum cauſà ad vi-
cinam Eccleſiam ire vellet, in itinere expe-
ctarunt, & multis vulneribus affecerunt, &
ſic à Concione Sacra, & Cœnæ admini-
ſtratione impediuerunt.

Et iſta interpretatio deſumitur manifeſtè
ex litera, & Textu Bannimentorum, ibi:
*Sia punito con la pena della morte, o galera, ò al-
tra duplicatamente alla qualità del delitto, ſe il
delitto haueſſe altra pena, che la morte, ò galera*;
etenim ſtatuens noluit deueniri ad pœnam
mortis pro alio delicto talem pœnam non
admittente, & quidem eſſet abſurdum, quòd
pro pugnis datis in Eccleſia, vel alijs hu-
iuſmodi locis, quis furca ſuſpenderetur.

30 Sed dices ergo locus non attenditur ad
aggrauandum pœnam? Reſpondeo, quòd
attenditur primò quando concurrunt eæ
quibus Tex. in d. Auth. *ſed nouo Iure*; Secun-
dò attenditur, quando ſumus in arbitrarijs,
31 in quibus Iudex poteſt extendere arbitrium
vſque ad pœnam mortis incluſiuè, vt
Gloſ. *in §. in Summa Inſtit. de iniur.* Maranta
*in Specul. aur. par. 4. diſt. 1.* & inter diſputa
tiones impreſſas poſt *dictum Speculum di-
ſput. 3.* & Carolus Tapia *de iure Regni lib. 5.
tit. 33. de iniur. cap. vt dignitatum verſ. pro qua-
litate iniuriæ.* qui tamen ex Alex. *conſ. 5. cir-
ca finem vol. 1.* & ex apoſtilla eius Genitoris,
inquit Gloſam prædictam non procedere
32 indiſtinctè, ſed eo dumtaxat caſu, quo de-
lictum de iure, vel conſuetudine eſſet di-
gnum morte, & puto eſſe optimam decla-
rationem, quia in pœnis arbitrarijs debe-
mus regulare arbitrium iuxta conſuetudi-
33 nem, & indicere pœnam in ſimilibus im-
poſitam, Giurb. *conſ. crim. 6. per tot.* F[illegible].
*quæſt. 17. num. 34. & 58.* & Caualc. *de brach.
reg. p. 4. num. 26.* & alijs citatis D. Bonſinius
*ad Bannimēta General. Status Eccleſiaſt. c. 6. n. 10.*
34 Tertiò, attenditur locus ad aggrauandum
pœnam in ijs, quæ conſiſtunt in numero,
vt ictus funis, ictus plumbatarum, exilium
ad tempus, condemnatio ad triremes pari-
ter ad tempus, ſecus in [illegible]
in ſpecie, vt eſt fuſtigatio, & pœna mortis,
quæ vnica eſt, & indiui[illegible], vt docent nos
Caball. *reſol. 56. num. 112. & ſeq.* & Fon-
tanell. *de pact. nupt. clauſ. [illegible] gloſ. 8. par. 14.
num. 42.*

Comprobantur prædicta ad oſtenden-
dum

dum, quòd crimen debeat eſſe de per ſe capitale, ad hoc, vt ratione loci facilius Iudex imponat pœnam mortis, quia in facti contingentia Tribunalia non deuenerunt ad pœnam rigoroſam mortis, ex eo ſolùm, quòd delictũ fuit in Eccleſia commiſſum, 35 refert enim Gram. *dec.* 14. *in principio*, quòd is, qui alapham alteri in Eccleſia impegit, fuit condemnatus ad exilium per bimeſtre, & *Vin. dec.* 46. *in princip.* refert, quòd is, qui alapham dedit Sacerdoti in Eccleſia fuit punitus pœna pecuniaria leui, Bell. *conſ.* 91. *in fine* conſuluit imponendam pœnam pecuniariam, & parui momenti contra eum, qui in Eccleſia dedit alapham Sacerdoti, & Canonico, & Horas Canonicas pſallenti, imò conſultius fuiſſe imponere aliquam pœnitentiam ſalutarem, aſſeruit, quòd tamen totaliter non approbo, cum ſint nimis laxę opiniones, & potiùs exiſtimo ſequendam eſſe opinionem Io: Baptiſtæ Valenzuol. *conſil.* 142. *lib.* 2. vbi pluribus oſtendit percuſſionem manu vacua factam in Eccleſia in Clericum in Sacris conſtitutum eſſe iniuriã atrocem, & atrocitèr exilio ſcilicet, aliiſq; pœnis vindicandam, & citra pœnam mortis huiuſmodi delicta non capitalia commiſſa in Eccleſia punienda, deducitur ex traditis à Sanfelic. *deciſ.* 63. *num.* 21. *par.* 1. qui refert fuiſſe condemnatum ad triremes eum, qui in Eccleſia Parochum Stola, & Cotta indutum appræhendit, & brachijs excuſſit, ex quo eum de concubinatu reprehenderat.

36 Quæro primò: An verba illa *duplicatamente* ſint practicanda contra eum, qui cõmittit delictum, quod meretur amputationem manus? & dic, quòd tunc non ſunt amputandæ ambæ manus, ſed vnica, & quidem minus potens, & propter auctionem pœnæ impoſitam à Bannimentis debet idem delinquens condemnari etiam ad pœnam pecuniariam, vel exilij, vel carceris, vt optimis medijs probat poſt alios Caball. *d. caſ.* 56. *num.* 116.

Quæro ſecundò, An delinquens in Eccleſia debeat puniri a Iudice Eccleſiaſtico, vel etiam à Sæculari, & licèt Bart. *in l. ſi cui* §. *fin. num.* 3. *ff. de accuſ.* Olibanus *de iure Fiſci cap.* 11. *num.* 8. & Ripoll. *variar. reſol. cap.* 1. *num.* 170. teneant, quòd laicus offendens laicum in Eccleſia puniatur priatiuè à Iudice Sæculari, nihilominus commu-37 nis, & trita, & practicata opinio eſt, quòd inter eoſdem Iudices eſt locus præuentioni, vt ex Thuſco, Caballo, Caualc. Genuenſ. & alijs firmat. Guazzin. *Reor. defenſ.* 1. *cap.* 11. *num.* 19. qui hoc aſſerit verum etiam in caſu, quo laicus offendit Clericum in Eccleſia, dummodò tamen delictum non ſit merè Eccleſiaſticum, quia in eo Iudex Sęcularis non ſe intromittit, & eſſe delictum mixti Fori reprobatis Olibano, & Ripoll. tenet Fermoſin. *in cap. cum ſit generale quæſt.* 6. *num.* 15. *de Iudic.* & hoc idem firmat Tondutus *de præuentione par.* 2. *cap.* 29. *num.* 35. & 38 *ſeq.* Quæ autem ſint delicta Eccleſiaſtica, quæ Sæcularia, & quæ mixti Fori tradit Guazzin. *loc. cit. per tot.* Anfrer. *de Poteſt. Sæcul. ſuper Eccleſ. Perſon. reg.* 2. *par. vltima*, vbi enumerat centum quadraginta nouem caſus mixti Fori, Bouadill. *politic. to.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 26. & *ſeqq.* qui centum, & treſdecim caſus enumerat, Farinac. *quæſt.* 8. *num.* 129. & *ſeqq.* & Epiſc. Barbaſtren. *de Compet. Iuriſdict. inter Cur. quæſt.* 72. *num.* 6. qui *nu.* 9. volens dare regulam generalem cognoſcẽdi delicta mixti fori, ait eſſe omnia ea, quæ Canonica, & Imperiali Lege ſunt interdicta, & citat ad hoc Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 63. & Bellett. *diſquiſit. Cleric. par.* 1. *tit. de fauore Clericorum reali* §. 4. *num.* 8. & *ſeqq.* Cauſæ verò merè Eccleſiaſticę ſunt, quæ ex iure Canonico ſolùm, vel ſimul cũ Iure Diuino, vel Naturali ſecundùm regulas illius cognoſcuntur, & expediuntur, vt explicat P. Fragoſius *de Regim. Reipubl. Chriſt. par.* 2. *lib.* 4. *diſp.* 10. §. 5. *num.* 136. & diuerſa delicta merè Eccleſiaſtica *ibidem* enumerat.

39 Sed quando, & quomodo inducatur pręuentio, docent Scacc. *de Iudic. lib.* 1. *c.* 12. *num.* 58. & *ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 7. *num.* 61. & *ſeqq.* & *in addit. num.* 55. Decian. *loc. cit. lib.* 4. *cap.* 21. & *ſeqq.* Guazzin. *Reor. defenſ.* 1. *cap.* 9. *per tot.* Caball. *crim. reſol.* 117. *num.* 5. Maſtrill. *deciſ.* 210. *num.* 8. & Ginrb. *conſil. crimin.* 48. *num.* 29. & pro multis Conciol. *reſol. crim.* 3. *per tot. verbo præuentio.* vbi quęrit, an præuentio inducatur per præceptum factum Parti de non exeundo à Domo, vel per viſitationem, & examinationem vulnerati, vel per confectionem Inuentarij, & ex Butrio, Farinac. Barboſa, De Franchis, Scaccia, Guazzin. Azeuedo, Carleual. ponit regulam generalem, quòd nullus actus ante citationem inducit præuentionem. Sed quidquid dicant Doctores de præuentione verbali, certum eſt, quòd ſola præuentio realis facit ceſſare, & ſilere Iuriſdictionem aliorum Iudicum competentium, ſiuè ante, ſiuè in actu, ſiuè poſt præuentionem verbalem ſequatur, vt dicunt Conciol. *loc. cit. num.* 7. Cutellus *ad leges Martini concord.* 2. *num.* 5. *fol.* 504. & Carleual. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 3. *num.* 886. vbi ait, quòd hæc opinio eſt vtilior Reipublicæ, quia Iudices maiorem adhibent diligentiam in capiendis delinquentibus, ſi ſciant ſe non eſſe compellendos, vt ſemel captos ad alios Iudices remittant, quaſi oleum, & operam in eorum captura adhibitam perdituri. Aduertendum tamen (liceat in re practicabili extra diſpoſitionem Bannimentorum aliqualiter, ſuccinctè tamen, diuagari) quòd præuentio realis in duobus caſibus non facit ceſſare Iuriſdictionem alterius Iudicis, primo ſi

40 mò ſi ſit affectata, & malis artibus pro-
curata, ad euitandam ſcilicet grauiorem
pœnam, Farin. *quæſt. 7. num. 65. & conſ. 134.
num. 2.* Baiard. ad Clar. *quæſt. 3. numer. 84.*
Giurb. *d. conſ. 48. num. 46. & ſeqq.* Caball. *cri-
min reſol. 162. num. 27.* & Capiblanc. *de Ba-
ron. pragm. 8. par. 2. numer. 215.* vbi docet
41 etiam quando dicatur eſſe affectata, prout
facit Farin. *conſ. 17. num. 28.* Boſſ. *de foro com-
pet. num. 99. & 101.* Conciol. *loc. cit. reſol. 2.*
Carleual. *loc. cit. num. 888* ſed ex hoc ſolùm
quòd Reus ſe conſtituat in vno Tribunali
non dicitur præuentio affectata, niſi ex in-
ditijs, & alijs præſumptionibus dignoſca-
tur, vt bene aduertit Carleual. *dicto num. 888.
in fine.*

42 Secundò ſi Reus non ſit ſufficienter pu-
nitus, quia tunc alter Iudex, puta Sæcularis,
ſupplebit pœnam impoſitam ab Eccleſia-
ſtico vſque ad condignam, vt ex Baldo, &
Afflicto, quos allegat, ait Lopez ad Diaz.
*pract. crim. can. cap. 113. verſ. eſt quidem*
Barboſa *de offic. Epiſc. part. 3. alleg. 51. n. 95.
& in collect. ad text. in cap. fælicis num. 37. &
ſeqq. de pœn. in 6.* Sperell. *deciſ. 92. num. 4. &
ſeqq.* Epiſcop. Barbaſtren. remiſſiuè *in tract.
de compet. Iuriſd.* inter *Cur. quæſt. 73. num. 7.*
& 8. vbi ex Marta *de Iuriſd. par. 2. cap. 11.
num. 26.* quærit, an Iudex Sæcularis poſſit
condemnare ad mortem laicum, quem Iu-
dex Eccleſiaſticus prius condemnauerat ad
perpetuum carcerem proptèr atrox deli-
ctum morte dignum, & nouiſſimè Carena
*de S. Officio par. 2. tit. 7. §. 3. num. 15.*

43 Sed iſta concluſio non poteſt ſic de facili
reduci ad praxim, quia vt dixi in hoc *cap. §.
primo num. 96.* vbi allegaui plures Doctores,
quibus modò addo Io. Seguram Daualos
*direct. Iudic. Eccleſ. par. 2. cap. 13. num. 44.
poſt med.* declaratio an pœna ſit condigna
ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, qui ſem-
per declarabit pœnam eſſe condignam, vt
aduertunt Sperel. *dec. 134. num. 61.* & Lo-
pez, Barboſ. & Carena *loc. cit. d. §. primo
num. 96.* quod tamen non puto verum, niſi
in terminis infraſcripti quarti caſus: etenim
44 quinque caſus pro materiæ elucidatione
ſunt diſtinguendi ſecundùm Farinac. qui
diffusè more ſuo tractat hunc articulum
*quæſt. 4. num. 7. & ſeqq.* Primus eſt quandò
Reus fuit punitus à Iudice Sæculari, & tunc
ex qualitate Iuriſdictionis, quæ ſolet præ-
ſeferre ſemper pœnam adęquatam delicto,
cenſetur Reus condignè punitus, & ideò
non poteſt amplius ab Eccleſiaſtico Iudice
inquietari, ſecundùm Gomez, & Clar.
quos allegat, ex quo infert, quod ſi pœna
impoſita per Sęcularem ſit minor illa, quàm
pro illo crimine poterat imponere Eccle-
ſiaſticus, vtique poterit Reus moleſtari,
vt ait Sigiſm. Scaccia *de Iudic. cap. duodecimo
num. 83.*

Secundus eſt caſus, quandò idem Reus
fuit punitus à Iudice Eccleſiaſtico pœna
medicinali, monitoria, vel excommunica-
tionis, & quia per illam non tollitur pœna
Sæcularis, iſte bene procedit ad imponen-
dum pœnam commeritam per Text. *in leg.
placet C. de Sacroſan. Eccleſ.* & Doctores quos
allegat *num.* 8.

Tertius eſt caſus quandò idem Eccleſia-
ſticus punit pœna præparatoria, puta de-
gradationis, & tunc pariter Iudex Sæcularis
procedit contra eumdem & allegatis Do-
ctoribus ſubdit, quod iſte caſus quotidie
practicatur.

Quartus eſt caſus quandò Iudex Eccleſia-
ſticus imponit pœnam principaliter puni-
tiuam in delictis, in quibus Eccleſiaſticus
poteſt imponere pœnam delicto condignã,
& iſto caſu Reus non poteſt à Iudice Sæcu-
lari moleſtari, quia cenſetur condignè pu-
nitus & citat Io. Andr. Abb. Aret. & Co-
uar. quibus addendi Anguianus *de legibus
lib. 3. contron. 82. num. 7. & ſeqq.* Seraphinus,
Freitas *de confeſſar. ſollicitant. quæſt. 3. nu. 48.*
& Fermoſin. qui hos refert, & ſequitur *in
cap. cum ſit generale quæſt. 11. num. 7. & ſeqq.
de foro competent.* & vt dixi ſecundùm iſtum
caſum poteſt procedere aduertentia Lopez,
Barboſ. & Caren.

Quintus tandem eſt caſus, quandò Ec-
cleſiaſticus imponit pœnam principaliter
punitiuam in delictis atrocibus, & grauiſ-
ſimis, in quibus Eccleſiaſticus non habet
Iuriſdictionem imponendi condignam pœ-
nam, & tunc Reus poteſt moleſtari, & pu-
niri etiam per Iudicem Sæcularem pœna
per leges laicales impoſita, iuxta Text. *in
cap. fælicis §. per hoc de pœnis in 6.* & citat. Go-
mez, Couar, Clar. Scacciam & alios ob ratio-
nem deſumptam ex Text. *in l. 2. C. de Spor.
& in l. 1. quid erit ff. de offic. Præf. vigil. & in
auth. de defenſor. Ciuit. §. audeat,* in quibus
Iuribus ſancitur, quod impoſita minori pę-
na ob defectum Iuriſdictionis Iudicis poteſt
recurri ad alium Iudicem, qui condignam
imponat. Vide plures alios caſus diſtinguen.
Sperell. *deciſ. 134. num. 72. & ſeqq.* vſque
in finem Didac. Sgroi *in tract. lux Prælato-
rum parte ſeptima cap. octauo per tot.* & Paſſe-
rinum *in prax. quæſt. 26. artic. 11. à numer.
135. vſque ad numerum 154.* vbi vndecim
caſus diſtinguit, vide eos, quià benè mate-
riam enucleant.

Conſiderat tamen appoſitè Farinac. ex
Maranta, Bart. & Parid. de Put. quod iſto
caſu Iudex Sæcularis non debet punire ex
integro, ſed ſupplet computata prima pœ-
na in ſecunda, & ſecunda in prima: quare
45 ſi pœna ſit de illis, quæ conſiſtunt in nu-
mero puta, pecuniaria, ictuum funis, & ſi-
milis, tunc ſi Reus fuit condemnatus ad
triginta, cum debuiſſet condẽnari ad quin-
quaginta, condemnabitur ad reliqua vigin-
ti, & ſi fuit punitus vnico ictu funis, cum
eſſet duobus, vel tribus afficiendus, Iudex
alium, ſeù alios ictus decernet, & ſic di-
cen-

cendum de alijs pœnis conſiſtentibus in
46 numero ; ſi verò pœna ſit de illis, quæ con-
ſiſtunt in ſpecie qualis eſt fuſtigatio, manus
abſciſſio, & huiuſmodi, iſto caſu ſi fuit
Reo impoſita fuſtigatio, cum debuiſſet ma-
nus abſcindi, vel fuit abſciſſa manus cum
debuiſſet abſcindi caput, fiet ſupplemen-
tum per pœnas pecuniarias, quia prædictæ
pœnæ non admittunt augmentum, ſeù di-
minutionem in genere ſuo.
47 Verùm quid faciendum in caſu quo quis
ſit ab vno Iudice leuiter in corpore punitus
pro delicto, pro quo erat irroganda pœna
mortis naturalis? Maranta *loc. cit.* diſputat
articulum ad partes, & tandem concludit
eſſe in arbitrio Iudicis punire Reum pœna
capitali non obſtante illa leui punitione per
antea recepta, ob rationem, quia in tan-
tum poteſt minorari pœna, in quantum
illa pœna habita præbet Iudici iuſtam cau-
ſam mitigandi iuxtà Gloſ. notabilem *in l. ſi
Diutino ff. de pœn.* quod non militat in homi-
ne facinoroſo, ſeditioſo, aſſaſſino, Maie-
ſtatis Reo, & ſimilibus, quia reſpectu ad
eos debet ceſſare miſericordia. Sed certè
48 hæc ratio non ſatisfacit, quia non ex miſe-
ricordia, ſed ex debito Iuſtitiæ venit tunc
minoranda pœna, nè Reus pluſquam de-
bet, ſoluat; propterea exiſtimo quod quæli-
bet leuis pœna corporalis impoſita Reo im-
pediat exequutionem pœnæ mortis natu-
49 ralis: vndè punitus pro vulnere, ſi vulne-
ratus deindè moritur non poteſt condem-
nari ad mortem, vt ait Lucas de Penna *in
l. ſi decurio verſ. ſed ex quo C. de Decurion. lib.*
10. & punitus pro blaſphemia ſi poſt puni-
50 tionem retineatur in carceribus per ali-
quod tempus, puta triginta dies, & ſuper-
ueniat noua accuſatio, non poterit puniri
integra pęna impoſita pro ſecunda blaſphe-
mia, quia tempus carcerationis debet excō-
putari Aliendan. *de mandato Regio par. 2. cap.
5. num. 18. verſ. neceſſariò tamen fatendum.*
51 Item ſi quis fuit indebitè, vel exceſſiuè tor-
tus, non poterit in pœnam ordinariam
condemnari, quia tortura indebitè illata
debet cedere in diminutionē pœnæ Giurb.
*conſ. crim.* 43. *num.* 32. Burgos *de modo proced.
ex abrupto quæſt. vlt. num.* 160. *& ſeqq.* Rico.
*de publ. Iud. quæſt. 33. num. 36. par. prima*
& Sabellus *in pract. vniuerſali verbo tortura*
52 *num.* 24. Item ſi Reus loco depoſiti ponatur
in triremibus, vel aliquo loco ingnomi-
nioſo, donec fabricatur proceſſus, vt fieri
ſolet in Regno Neapolitano, teſte de Pon-
te *de poteſt. Proreg. tit. de regalib. num.* 51. *&
ſeqq.* & ibi Thor. in Addit. Baldaxar. de
Angel. *in addit. ad Gizzarel. decis.* 61. *num.* 7.
& Fulu. Conſtant. ſuper Codic. *tit. de Claſ-
ſicis n.* 47. *& ſeqq.* vbi ad hoc requirit duo pri-
52 mum quod Reus ſit accuſatus de grauio-
ribus, ſecundum quod ſit grauatus indicijs
adeò vt nullatenus poſſit euitare ſaltem
condemnationem ad triremes: ſi inquam
Reus ibi depoſitatus ſteterit per aliquod
tempus, nequit deindè condemnari in pœ-
nam ordinariam, vt probat, & deciſum
refert Capiclatro *deciſion.* 177. *per tot. & ſi-
gnanter num.* 31. *&* 32. quem refert, & ſe-
quitur de Luca ad Vinc. de Franch. *dec.* 317.
*num.* 3. (licèt dubitet de veritate concluſio-
nis in caſu delicti atrocioris ob rationem,
quia tunc non procedit diſpoſitio Text. *in
leg. omnes C. de pœnis* iuxtà aduertentiam
Giurb. *conſ. crim.* 47. *num.* 36. Farin. *conſ.* 33.
*num.* 22. Conciol. *crim. reſol.* 3. *num.* 3. *verbo
Carceri*) & in generali quod vbi Iudex in
procedendo grauauit Reum, ſemper mi-
54 nuat pœnam, & ab ordinaria recedat, fir-
mat Cumia *de ſindicatu tit. de ſententys nu.* 31.
qui allegat ad hoc Bald. *in Margherita verbo
pœna col. vlt. verſ. pœna ordinaria* Marſil. *in
praxi §. ſi conſtante num.* 100. & Follet. *pract.
crim. tit. pœnis debitis feriuntur num.* 3. Et licèt
opinionem, quam tenent Maranta, & de
Luca *locis ſupracitatis* tueantur etiam Lucas
de Penna *in l. cauſas num. 3. C. de ſent. aduerſ.
Fiſc. latis retract. lib.* 10. Iacob de Beluiſu *in
auth. de priuileg. dotis hæretic. mulier. non præ-
ſtan. in fine collat.* 8. & Diana *moral. par.* 4.
*tract. 7. reſol. 35. verſ. ſed difficultas eſt*, qui ex
Ant. de Souſa *in aphoriſm. Inquiſit. lib. 2. cap.
37. num.* 8. firmat quod in caſu quo pœna
ordinaria delicti ſit capitalis, prima pœna
& ſi corporalis non minuet ſecundam, nec
ſecunda compenſabitur cum prima, ſed to-
ta ordinaria imponi poteſt, cum talis pœna
diuiſibilis non ſit. Nihilominus mihi non
55 videtur de Iure recedendum à firmata con-
cluſione, quia fortiſſimè ſtringit ratio, quod
Reus non debet in plus condemnari, quàm
eius delictum meretur: nec facit quod pœna
ordinaria non ſit diuiſibilis, quia præterquā
quod hoc argumentum coincidit in argu-
mentum Franciſci Sarmient. *ſelect. interpret.
lib. 1. c. 1. n.* 5. negantis dari poſſe in iure pę-
nam extraordinariā ob rationem quià ſicut
in delicto non datur medium, ità nec datur
medium in pœna, quæ propter delictum
eſt imponenda; cuius argumentationi be-
nè ſatisfaciunt Sgroi *lux Prælatorum par.* 6.
*cap. 3. num.* 9. & Verricell. *quæſt. moral. tract.
8. quæſt. 44. ſect. 2. num. 10. verſ. ad ſecun-
dum, & verſ. ad tertium argumentum*; reſpon-
detur quod factum Iudicis, qui nimis pro-
perè deuenit ad pœnam extraordinariam,
non poteſt nocere Reo, ità vt ex hoc du-
plicem pœnam pati debeat contra omnia
Iura Mundi.
56 Vndè melius ſenſiſſe videntur Royas *in
tract. de hæretic. par. 2. aſſert. 50. num.* 391.
*& ſeqq.* & Caſtropalaus *in opere morali tom.
primo tract. 4. diſput. 8. punct. 2. num.* 11. qui
indiſtinctè dicunt, quod vbi prima pœna
corporalis eſt exequutioni demandata, ſem-
per debet recedi à pœna ordinaria, & hanc
opinionem videtur ſequi Farinac. nam cum
*quæſt.* 185. *num.* 199. poſt relatas opiniones

Doctorum, & ſignanter illam Royas *loc. cit.* dicentis doctrinam Luçe de Penn., & Iacobi de Beluiſu poſſe procedere duobus concurrentibus, primò quod ſuperuenientes probationes ſint tales, quod abſque primis ſufficiant ad imponendum pœnam ordinariam, ſecundò quod res ſit etiam integra, nempè quod prima pœna extraordinaria non ſit adimpleta, remittit ſe ad ea quæ dixit *in quæſt.* 4. *num.* 10. vbi *verſ. ſed ad prædicta*, ita determinare videtur licèt in fine referat opinionem Marantæ.

57 Poterit tamen præfatorum opinio procedere, quoties delictum vltrà pœnam mortis naturalis aliquid aliud exigeret ad totalem ſceleris expiationem, prout eſt ſciſſio, ſeù concrematio cadaueris, & huiuſmodi, & eſt ratio quià tunc leuis illa corporalis punitio primo loco illata poterit compenſari exponendo in ſententia quod ex hoc relaxatur ſciſſionis, ſeù ignis pœna, & quidem in iſtis terminis loquitur Maranta, dum ponit caſum in homine facinoroſo, ſeditioſo, aſſaſſino, læſæ Maieſtatis Reo, pro quorum ſcelerum quolibet imponi debet pœna mortis qualificata, vt dicit Clar. *pract. crim.* §. *primo num.* 9. Lucas verò de Penna *in dicta l. cauſas*, in libro meo non firmat concluſionem ſupra dictam, ſed ſolum quærit, vtrum ſententia abſolutoria lata in crimine hæreſis tranſeat in vigorem Rei iudicatæ, & dicit quod non, argumento *dicta leg. cauſas*, nam ſi non tranſit in rem iudicatam ſententia in cauſa Fiſcali, eo fortiùs non debet tranſire in iudicatum ſententia in cauſa Diuina Fidei, ſed quatenus hoc firmet, loquitur, prout loquuntur Iacob de Beluiſu, & Diana, & Souſa in crimine hæreſis, quod exigit pœnam ignis, vt dicunt Doctores *in cap. cum ſecundum de hæretic. in* 6. *& in leg. Arriani C. de hæretic. & Manich.* & Carena *de S. Offic. par.* 3. *tit.* 13. §. *primo num*: 6.

58 Dictum eſt de Reo punito, ſed quid dicendum de Reo ab vnò Iudice abſoluto, an poſſit ab alio Iudice moleſtari? tractant de articulo Sperell. *deciſ.* 92. Caball. *crim. reſol.* 162. & Sanfelic. *deciſ.* 138. qui reſoluit poſſe, primo quandò Iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, ſecundò quandò contumacia eſt contracta coram vtroque Iudice, tertiò quandò non fuit tortus ſuper complicibus, poteſt enim torqueri coram alio Iudice, quartò, quandò delictum habet qualitatem diuerſificantem, de qua coram primo Iudice nihil fuit dictum, ſeù actum.

60 Verùm Farin. *quæſt.* 7. *num.* 26. *verſ. ſed tertia* firmat contrarium quoad primum caput, nempè quòd abſolutus ab vno Iudice poſſit ab alio moleſtari, quando Iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, & tenet, quod etiamſi ſimus in diuerſis Iuriſdictionibus, & territorijs, abſolutus, ſiuè condemnatus à Iudice, puta domicilij, ſiuè originis, nequit moleſtari à Iudice delicti, ſeù è contra; ſi enim omnes iſti Iudices etiam quòd ſint ſub diuerſis Dominis, & Præſidibus, poſſunt inſolidum procedere, & in contumaciam condemnare, *cur etiam* (ſunt eius verba) *non poſſunt inſolidum punire, & abſoluere? & ſi punire, cur ſemel punitus debet iterum puniri?* hoc eſt abſurdum, & contra Textum cum ibi notatis *in cap. de his extra de accuſat.* cum alijs in propoſito congeſtis per Viuium *comm. opin. lib.* 1. *verbo Iudex domicilij num.* 6. *& ſeqq.* & ideò Boſſ. *in For. comp. num.* 85. dicit, quòd punitus in vno loco, dicitur vbique punitus, & hoc pluribus alijs medijs ad longum ipſe oſtendit ibidem, & ſubdit, quòd non vidit vnquam in Vrbe, nec audiuit alibi in Italia ſeruari conſuetudinem, de qua teſtantur Iacob de Beluiſu, & Bald. *locis per eum citatis*, quia talis conſuetudo eſſet contra bonos mores, & irrationabilis, & reprobat Balard. ad Clar. *quæſt.* 39. *num.* 15. *& qu.* 57. *num.* 26. dicentem, quòd licèt punitus, & condemnatus in vno loco non debeat in alio puniri, & condemnari, etiam quòd Iuriſdictiones ſint diuerſæ, non tamen ſic erit in abſoluto in loco domicilij, vel originis, quia iſte adhuc poterit moleſtari in loco delicti, licèt non è contra, ſi fuit abſolutus in loco delicti, nam iſto caſu non poterit moleſtari in loco originis, vel Domicilij, nam locus delicti eſt magis principalis, & magis offenſus, & in loco originis, vel Domicilij ob defectum probationum faciliùs obtinetur abſolutio, & conſequentèr faciliùs committitur fraus. Videtur cum Farinaccio, quòd eædem rationes, quæ militant in condemnatione, militent etiam in abſolutione, & ſubdit, quòd ſibi videtur eſſe nimis inconueniens, quòd vnus Iudex in vna, eademque Cauſa poſſit condemnare, & quòd condemnatio teneat, non autem poſſit abſoluere, & hoc idem vult Aretin. *conſ.* 58. *num.* 11. *& ſeqq.*

Poſſunt tamen conciliari iſtæ opiniones, ſi diſtinguantur plures caſus, his enim conſideratis poterit in hoc inueniri, & haberi vera concluſio, cum qua Iudex poteſt tutè procedere.

Primus eſt, quando Reus fuit ab vno Iudice abſolutus tamquam Innocens, puta, quia probauerit negatiuam, vel probauerit illum, qui interfectus fuit, fuiſſe ab altero occiſum, aut quid ſimile, & tunc quia per has probationes excluſiuas delicti tolluntur omnes aliæ probationes incluſiuæ vbique exiſtentes, & ex hoc genere probationis ceſſat omnis fraus, & omnis colluſio, remanet omninò verum, quòd amplius non poteſt ab vllo alio pro eodem delicto moleſtari, vt firmat Farinac. *loc. cit. verſ. quod attinet ad fraudem*, & hoc idem dixit *quæſt.* 4. *num.* 23. *& ſeq.* & ſequitur Seſſe *deciſ.* 106. *num.* 1. Caball. *crim. reſol.* 93. *num.* 3. *&* 11. & ad hoc poſſunt adduci ea, quæ allego infra *cap.* 7. §. 3, *quæſito* 1.

Secun-

Secundus caſus eſt, quando Reus fuit abſolutus *ex hactenus deductis*, & tunc, quia poteſt eſſe, quòd Iudex loci delicti habeat probationes maiores, & magis proprias, & efficaciores illis, quas potuit habere Iudex originis, vel Domicilij, integrum erit ipſi Iudici loci delicti ius procedendi contra talem abſolutum, eumque ad menſuram delicti punire, vt firmat Farinac. *ibidem*, Caball. *crim. reſol. 93. num.* 12. Antonell. *de Regim. Eccleſ. par. 2. cap. 42. num.* 3. & alij relati à Bondeno *collect.* 18. *num.* 57. Clar. *quæſt.* 57 *num. 2. in fine*, Sperell. *deciſ.* 134. *num.* 65. *& ſeq.* & Conciol. *crimin. reſol.* 4. *num.* 5. *verbo abſolutio*.

Tertius caſus eſt, quando Reus fuit abſolutus ſimpliciter, & tunc quia non poteſt ex viſura decreti, ſeu ſententiæ abſolutionis conſtare Iudici, ex quo capite fuerit abſolutus, nam hoc poteſt ſolùm haberi ex reuolutione, & viſura proceſſus, vt benè conſiderat Farin. *quæſt. 4. num.* 28. poterit ab alio Iudice moleſtari, & Reus iſto caſu tenetur proceſſum, & acta, ex quibus abſolutionem obtinuit, exhibere, & ſe abſolutum tamquam innocentem oſtendere, vt colligitur ex traditis plena manu à Farin. *d. qu.* 4. *num.* 28. *& ſeqq.*

Quartus caſus, eſt quando Reus fuit abſolutus ab vno Iudice, ſed tempore abſolutionis iam erat in contumaciam cōdemnatus ab alio Iudice in aliquam pœnam, & iſto caſu Carthar. *crim. deciſ. 89. num.* 23. 26. 35. *& ſeqq.* firmat quòd abſolutus in delictis mixti Fori à Iudice Sæculari, non cenſetur abſolutus etiam à pœna, puta exilij à Iudice Eccleſiaſtico indicta, vide rationes per eū latè adductas: & Farinac. *d. quæſt. 7. nu.* 26. *verſ. item pariter crederem*. firmat eamdem concluſionem, diuerſo tamen motiuo nempè quia bannitus, & condemnatus in contumaciam non poteſt in alio loco abſolui, quàm in eodem loco, vbi condemnatus reperitur, ita expreſsè dictante *Motu proprio fœlic. record. Pij IV. in ordine Bullar. non. 52. Licèt dudùm* §. 9. quo cauetur, quòd Rei in contumaciam condemnati, & banniti non alibi ad ſuas faciendas defenſiones admitti poſſint, quàm in loco vbi condemnatio ſequuta eſt, vel in Curia Generali Prouinciæ, vbi delictum fuerit commiſſum, & quæcūq; abſolutiones in contrarium obtentæ, ſint nullius roboris, vel momenti, iiſque non obſtantibus contra ipſos abſolutos ad exequutionem condemnationum factarum deueniri poſſit, & debeat.

Et ex hac forſan ratione cum eueniſſet caſus, quòd poſt condemnationem factam in Curia Sæculari pro delicto mixti Fori fuiſſet Reus admiſſus à Curia Eccleſiaſtica Firmana ad compoſitionem, & hac non obſtante fuiſſet ipſe Reus carceratus, & in forma recognitus, fuit ad triremes iuxta condemnationem in Curia Sęculari factam, moderata tamen pœna quoad tempus, tráſmiſſus à Sac. Conſulta, vt retulit mihi Illuſtriſſimus D. meus D. Petrus Matthias Tottus Procurator Fiſcalis Generalis, quem ſemper cum magna laude, qua dignus eſt, nominabo.

Nec facit, quòd Farin. *ibidem in fine* dicat, quòd hoc procedit vigore dictæ Bullæ, & quòd contrarium ſit dicendum in terminis Iuris Communis.

Quia idem de Iure Communi dicendum eſſe, quando abſolutio data eſt ab vno Indice poſt condemnationem ab alio Iudice factam euincitur *ex d. deciſ.* Carthar. 89. *num.* 23. *&* 26. & innuit idem Farin. *loc. cit.* ibi: *quæ ergò ſecundùm tertiam opinionem ſupra firmata ſunt, procedunt de Iure Communi, & quandò nullibi Reus reperitur in contumaciam condemnatus.*

Poteſt eſſe ratio de Iure Communi, quia, ſententia lata, non eſt in arbitrio cuiuſuis Iudicis eam tollere de medio, vel abolere, ſed opus eſt vt Princeps eam tolli, & aboleri faciat, vt eſt Text. *in l.* 1. §. *vlt. ff. de quæſt.* vbi communitèr Doctores, & hoc eſt, quod vult Vulpell. *reſp. crim.* 91. *per tot.* & ſignantèr *in fine*.

Quid dicendum de Reo in vno Tribunali gratiato? Paſſerin. *in prax. quæſt. 26. art.* 11. *num.* 136. concludit, quòd nequeat moleſtari, quia cum Princeps poſſit in lege diſpenſare, & gratiam facere, non poteſt gratia in dubium reuocari ex vllo prætextu & hoc idem ante eum innuerunt Eug. *conſ.* 64. *num.* 38. *lib.* 1. & Sperell. *deciſ.* 134. *num.* 69. & Decian. *tract. crim. lib. 3. cap. 30. nu.* 7. & hanc opinionem nouiſſimè ſequutus eſt Seuerin. ad Sanfel. *deciſ.* 336. *verſ. ipſe verò*.

Sed hoc procedere ſolùm, quando Iudices ſunt ſub eodem Principe, ſecùs ſi ſint ſub diuerſis Principibus, quia iſto ſecundo caſu gratia facta in vno loco non ſuffragatur in alio, dicunt *Boſſ. tit. de for. compet. numer.* 85. *& ſeq.* Clar. *quæſt.* 57. *verſ. habet etiam in fine* Farin. *quæſt. 7. nu. 26. & conſ.* 136. *num.* 13. *lib.* 2. Guazzin. *Reor. defenſ. 1. cap.* 14. *num.* 13. Vrſell. *in Exam. apum concluſ.* 12. *numer.* 7. & his relatis Conciol. *crim. reſol.* 4, *num. 7. verbo abſolutio*.

Et Nouar. *de electione For. ſect. 4. quæſt.* 12. *num.* 16. ait ſolùm procedere, quando gratia eſt facta à Domino loci commiſſi delicti, ob rationem quia Dominus loci delicti eſt magis priuilegiatus, vt cōcedunt omnes, quia Forus delicti eſt principalior ad Text. *in auth. qua in Prouincia C. vbi de crim. agi opor.* Io: Andr. de Franch. Theſau. *locis relatis* à Sanſel. *deciſ.* 336. *num.* 2. tùm quia Dominus loci delicti eſt magis offenſus, tùm quia probationes ibi magis in promptu, & cum maiori facilitate haberi poſſunt, tùm quia conuenit, quòd illi, qui viderunt Reum delin-

linquere, videant eumdem puniri, & exem-
plo pœnæ terreantur, & à ſimilibus abſti-
neant, tùm quia Partes offenſæ minus de-
fatigantur in expenſis, & alijs incommodis,
quas, & quæ ſubirent, ſi neceſſitatem ha-
berent accedendi ad accuſandum, ſeu ſub-
miniſtrandum inditia extra locum com-
miſſi delicti, tùm quia ſolarium eſt læſis, ſi
viderint Reum puniri in loco ipſius delicti,
vt benè perpendit Nouar. *d. quæſt.* 12. *num.* 9.
*& ſeqq.* & pluribus citatis Doctoribus Car-
leual. *de Iudic. lib.* 1. *diſput.* 2. *q.* 7. *ſect.* 2. *n.* 802.

Cæterùm ratio, quà mouetur P. Paſſeri-
nus, vrget etiam in his caſibus, & ideò
ab ea non eſt recedendum, niſi ex narra-
tis in ſupplici libello appareat, quod non
ſint expoſita omnia, & quatenus ſint expo-
ſita omnia, quæ fuerunt deducta in proceſ-
ſu fabricato in Tribunali Principis gratian-
tis, non ſunt tamen conformia ijs, quæ de-
ducta, & probata ſunt in proceſſu fabricato
in Tribunali alterius Principis, puta quia
adeſt in iſto qualitas aliqua diuerſificans, &
delictum aggrauans, his enim ceſſantibus,
gratia facta ab eo, qui habet facultatem
gratiandi, debet Reo gratiato ſuffragari
pro eodem delicto quoad omnia alia Tri-
bunalia, quia nihil poteſt huiuſmodi gra-
tiæ opponi.

61 Quæro tertiò, An percutiens laicum in
Eccleſia ſine ſanguinis effuſione poſſit ra-
tione loci pœna adeò aggrauari, vt talis per-
cutiens poſſit per Iudicem Eccleſiaſticum
excommunicari? Sperell. ponit hanc quæ-
ſtionem *deciſ.* 4. *num.* 12. & dicit quòd non
ſolet excommunicari, ſi tamen expedit, ex-
communicatur, & ſic ſtat in arbitrio Iudi-
cis condemnare in pœnam pecuniariam,
vel ad excommunicationem, ſed quod in-
currat in excommunicationem minorem
cenſuit Sacra Congregatio pœnes Pignat-
tell. *conſult.* 442. *tomo primo*.

62 Quid dicendum de percutiente alium
laicum in Parlatorio Monialium? affirmat
Ricc. *deciſ.* 176. *par.* 3. per Text. *in cap. cùm
pro cauſa de ſent. excommunic.* vbi ex percuſ-
ſione facta in Clauſtro Monaſterij, incurri-
63 tur excommunicatio, at Sperell. *deciſ.* 62.
*num.* 10. *& ſeqq. par.* 1. reſoluit contrarium,
& eum ſequuntur Conciol. *crimin. reſol.
verb. delictum reſol.* 3. *num.* 8. & Corriada *de-
ciſ.* 42. *num.* 5. *par.* 2. imò dicit ibidem Spe-
rell. *num.* 27. quòd cauſa percutientis laicum
in Parlatorio Monialium eſt merè Sæcula-
ris, & quòd Epiſcopus, ſeu eius Curia ne-
quit ſe ingerere in ea, ſed poſtea *num.* 29. ex
reſolutionibus S. Congregationis, quas re-
fert per extenſum annuit d. Cauſam eſſe
mixti Fori.

Quęro quartò, An Iudex Eccleſiaſticus
ratione loci poſſit excommunicare laicum,
qui in Eccleſia verbis iniurioſis, & contu-
melioſis afficit Clericum?

64 Videtur reſpondendum negatiuè, quia
plures Doctores negant laicum verbaliter
iniuriantem Clericum effici de foro Eccle-
ſiæ, & Iuriſdictioni Iudicis Eccleſiaſtici ſub-
ijci, prout dicunt Ignat. Lopez ad Diaz.
*pract. crim. can. cap.* 89. incip. *Sacrilegium lit. B.
verſ. quòd verum eſt*, Gloſ. *in cap. Parochianos
verbo ſatisfaciant, verſ. ſi verò de ſent. excom-
munic.* Azeuedo *recopilat. lib.* 1. *tit.* 2. *leg.* 2.
*num.* 10. & Solorzan. *de Iure Indiar. tom.* 2.
*lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 119. & reddunt rationem,
65 quia tunc nullum committitur ſacrilegiū,
vt dicunt Syluеſt. *in Summa verbo ſacrilegium
circa finem*, Ignat. Lopez *loc. cit.* Carthar. *cri-
min. deciſ.* 63. *num.* 13. *verſ. & quod Sacrile-
gium*, & Azeuedo *loc. cit. numer.* 10. & hoc
66 procedit, etiamſi iniuria facta ſit Clerico in
Eccleſia, vt aiunt Bart. *in l. ſi cui §. cùm ſacri-
legium num.* 3. *de accuſat.* Roland. *conſ.* 24.
*num.* 5. *&* 6. *lib.* 2. & Clar. *quæſt.* 38. *num.* 8.
nam licèt Eccleſię locus ſit Sacer, tamen
non deſiuit ex hoc eſſe de Territorio Prin-
cipis Sæcularis, & ex hoc ſubdit Abb. *in cap.
vltimo num.* 5. *de Immun. Eccleſ.* quòd Eccle-
ſia non habet Territorium, niſi quoad Cau-
ſas pertinentes ad Forum Eccleſiæ.

Propterea cùm excommunicatio ſuppo-
nat Iuriſdictionem in Iudice excommuni-
cante, & ſupponat etiam ſacrilegium ſe-
cundùm completam ſacrilegij rationem, vt
in terminis excommunicationis *Can. ſi quis
ſuadente Diabolo* 17. *quæſt.* 4. dicit Sperell. *de-*
67 *ciſ.* 45. *num.* 10. ſequitur neceſſario reſpon-
dendum laicum verbis iniurioſis offenden-
tem Clericum, etiam in Eccleſia non poſ-
ſe excommunicari, & ita reſpondent P. Paſ-
ſerinus *in comment. ad cap. fœlicis num.* 11. *de
pœnis in* 6. Couar. *var. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 5.
Ignat. Lopez ad Diaz. *d. cap.* 89. *lit. B. verſ.
quia nec tunc*, Sperell. *d. deciſ.* 45. *numer.* 11.
vbi ait; quòd *Canon. ſi quis ſuadente Diabolo*
17. *quæſt.* 4. non punit verba, quæ aerem
verberant, nec Perſonam attingunt, nec mi-
nus Animum, vel odium internum, ſed
factum exterius, & Archidiac. *in d. cap. ſi quis
ſuadente Diabolo num.* 9. extendit hoc etiam
ad iniuriam Clerico illatam in ſcriptis, &
plus dicit Carol. de Graſſ. *Cler. effect.* 9. *nu-
mer.* 24. *&* 25. nempè quod ſi quis mandat,
vt tantùm inferatur Clerico iniuria verba-
lis, vel realis, & Mandatarius excedat fa-
ciendo illi iniuriam perſonalem, Mandans
non incidit in excommunicationem, *d. can.
ſi quis ſuadente*, ea ratione, quia Mandans
iuſſit fieri actum, propter quem de ſui natu-
ra non incurrit in pœnam excommunica-
tionis: *& d. effect.* 9. *num.* 294. ait, quòd is,
68 qui conatur Clericum perſonaliter offen-
dere, puta quia fuit inſequutus, vel extendit
manus, vel gladium euaginauit, vel haſtam,
vel lapidem vibrauit, ſi non offendit, non
incidit in excommunicationem, quamuis
grauiter peccet, & ad hoc plures allegat
con-

concordantes, quibus addendi Azeuedo *re-
copill. lib. 1. tit. 2. leg. 2. num.* 10. & Sperell.
*deciſ. 45. num.* 1. 2. 3. 4. 5. & 63. imò etiam
69 factum, ſi ſit leue, puta, quod percuſſio
ſit leuis, non facit incidere percutientem in
excommunicationem *d. can.* 1. *ſi quis ſua-
dente*, vt ait Sperell. *d. deciſ. 45. num.* 11. in-
quiens non ſufficere, quòd percuſſio ex
mortali intentione procedat, niſi actus ſit
in ſe grauis, vt ad mortale ſufficiat, & hoc
vult etiam Ricc. *deciſ. 3. per tot. par.* 4. quia
ſecundùm Silueſt. *in Summa verbo excommu-
nicatio num. 6. ad med.* non debet iudicari
quis ſecundùm quod intendit, ſed ſecun-
dùm quod facit.

Vndè ſi ex his, quæ euidenter multùm
excedunt terminos iniuriæ merè verbalis,
non incurritur excommunicatio, multo
minùs debet ea incurri ex iniuria verbali,
argumento Text. *in auth. multò magis C. de
Sacroſ. Eccleſ.*

Et quamuis Couarr. *d. cap.* 11. *num.* 5. di-
cat Io: de Anania firmare contrarium *in
c. innotuit n. 5. de maledicis*, nihilominus non
70 video cum quo fundamento Couar. hoc
imponat Io: de Anania, qui nec verbum
quidem dicit de excommunicatione *can. ſi
quis ſuadente*. ſolùm enim dicit, quod in-
71 iurians verbaliter Cardinalem Legatum in
depreſſionem ſui Officij, & Legationis in-
cidit in pœnam *cap. fœlicis de pœnis in 6.* ob
72 rationem, quia verbum *percutere* poſitum
*in d. cap. fœlicis* latè ſumpto vocabulo com-
præhendit percuſſionem, quæ fit facto, &
etiam illam, quæ fit verbo, iuxta determi-
nationem Bart. *in l. aut facta in princ. ff. de pœ-
nis*, nam dicta Conſtitutio *cap. fœlicis* tam-
quàm fauorabilis reſpectu Cardinalium, &
Romanæ Eccleſiæ, in cuius fauorem ema-
nauit, debet extendi, & tamen Couar. *loc.
cit.* quem refert, & ſequitur Duardus *in Bul-
la Cœnæ Domini can. 11. quæſt. 22. num. 9.* indu-
cit eum ad tacitè concedendum, idem eſſe
in inferentibus iniuriam cùm verbis iniu-
rioſis quibuslibet Clericis, vt ex hoc excom-
municati ſint ſententia *Canon. ſi quis ſuadente
Diabolo*, cùm & ea Conſtitutio in fauorem
totius Cleri ab Innocentio fuerit promul-
gata: Sed vt dixi Anania hoc non dixit, &
nec dicere potuit, quia in tantum extendit
diſpoſitionem *cap. fœlicis* ad iniuriam verbis
contumelioſis factam, in quantum Text. *in
d. cap. fœlicis* vtitur verbo *percuſſerit*, quod
ſecundùm Bart. *in d. l. aut facta* eſt aptum
compræhendere verbalem iniuriam, at *in
Can. ſi quis ſuadente Diabolo* Innocetius Papa
vtitur verbis *manus violentas iniecerit*, quæ
nullatenus poſſunt referri ad iniuriam ver-
balem, vt de ſe patet, & dicunt Sperell.
Graſſ. & alij ſupracitati, & ſic non benè
Couaru. facit inductionem contra men-
tem, verba, & doctrinam Ioannis de
Anania *loc. cit.* qui nunquam tale quid di-
cere ſomniauit, & non ſolum Anania non
firmat dictam concluſionem, ſed nec firmat
aliam, quam ei appropriant Petrus Binsfel-
dius *in tract. de iniur. & damno dato cap. primo
quæſt. 9. concluſ.* 18. P. Paſſerinus *in d. cap.
fœlicis num.* 11. nempè quod proferens verba
contumelioſa in Cardinalem, incidat in pœ-
nam *dicti cap. fœlicis*, in quam ex Gloſa,
Barboſa, Diaz. Salzedo, Duard. Alter. Bo-
nacina, Scortia, Puerono ait quod illa pro-
ferens non incidit, quia percurſio verbalis
facta per verba contumelioſa eſt quædam
moralis percuſſio, quæ non includitur *in
dicto cap. fœlicis*, & nec *in Can. 11. Bullæ Ce-
næ Domini*, quia *in dicto cap. fœlicis* & *in dicto
Can. 11. Bullæ* includitur ſolum percuſſio
phyſica, qualis eſt percuſſio facta cum do-
lore & in corpus, ſeù perſonam manu, pu-
gno, baculo, ſaxo, vel alio Inſtrumento
iuxta Doctrinam Bart. Barboſ. Duard. Al-
ter. quos citat, & verum dicit, ſed non be-
nè dictam concluſionem appropriat Ana-
niæ quia Anania *loc. cit.* non ponderat, &
& nec includit in diſpoſitione *d. cap. fœlicis*,
ſimplicia verba iniurioſa, & contumelioſa
prolata in Cardinalem Legatum, ſed ea
verba contumelioſa includit, quæ dicuntur
in depreſſionem Officij, & Legationis, & ſic
ad inducendum nouitatem, & faciendum
ſeditionem, quæ præſeferunt crimen læſæ
Maieſtatis, vt innuit Text. *in cap. primo iun-
cta gloſa de maledic.* & expreſsè firmat Decian.
*tract. crim. lib. 7. cap. 50. num. 36.* & ego di-
cam infrà *in cap.* 2.

73 Nec firmatæ concluſioni obſtat Text.
*in l. ſi quis in hoc genus C. de Epiſc. & Cler.* ibi:
*Sacerdotibus, & miniſtris, vel ipſi cultui, locoque
aliquid importet iniuriæ*, quæ verba ſunt re-
portata *in d. Can. ſi quis ſuadente Diabolo* §.
*qui autem* & concordat. Text. *in* §. *ſi quis
cum Sacra Auth. de Sanct. Epiſcop.* ibi: *iniu-
riam aliquam inferat*: quaſi verba prædicta
*aliquid iniuriæ*, & *aliquam iniuriam*, debeant in-
telligi de leui, modica, & verbali iniuria,
cum arctent ſignificationem orationis ad
rem modicam, vt ex Oldrad. Tiraquel. Ho-
loandr. Theſau. & alijs motiuat Chartar.
*crim. deciſ. 63. num.* 14. & 15. quia vt reſ-
pondet Chartar. *loc. cit. nu.* 15. dicti Textus
intelliguntur quidem de leui iniuria, de
ea tamen quæ infertur cum percuſſione,
quæ poteſt eſſe leuis, & hoc deducit ex eo
quia cum dicta Iura crimen illud Iniuriæ in
Clericum collatæ appellent Sacrilegium
neceſſariò referuntur ad iniuriam, quæ in-
74 fertur facto & ſic ex percuſſione, ex qua
conficitur crimen ſacrilegij, non autem
ex Iniuria verbali, & contumelia, quæ li-
cèt facta in Eccleſia ſacrilegij crimen non
inducit.

Hęc tamen ratio non ſatisfacit, quia po-
75 teſt reuocari in dubium concluſio, quod
ſacrilegium committatur, & perfectione-
tur ſolum ex percuſſione, cum etiam ex
iniuria verbali dicta in loco ſacro, & con-

tra

tra Perſonam Eccleſiaſticam deriuet irreuerentia ipſi loco, & conſequenter ſagrilegium, quod ſecundùm D. Thomam *ſecunda ſecunda quaſt. 99.* & Siluestr. *in ſumma verbo ſacrilegium in princ.* nihil aliud eſt quam Rei ſacræ violatio, ſeù irreuerentia, & quatenus requirendus ſit actus factus in contemptum Eccleſiæ, certè actus ille iniuriandi clericum in Eccleſia, benè dicitur eſſe in contemptum Eccleſiæ, quando Diuus Paulus *primo Corint.* 11. etiam commeſſationem; & potionem in Eccleſia appellauit contemptum Eccleſiæ.

76 Vndè poterit, & forſan in hac facti ſpecie melius reſponderi, quod Text. *in l. ſi quis in hoc genus, & in dicto §. ſi quis cum ſacra* tamquam Leges Ciuiles factæ ab Imperatoribus ſunt nullæ, quamuis non vergant in damnum Eccleſiarum, & nec repugnent Sacris Canonibus, vt inquit del Bene *de Imm. Eccleſ. tom. primo cap. primo dub. 15. ſect. 6. num. 24.* Textus verò *in d. Can. ſi quis*

77 *ſuadente Diabolo* tria continet, primò continet pœnam, quam imponit contra eos, qui manus violentas in Clericos, vel Monacos inijciunt; Secundò continet, ſeù potius refert pœnas, quas humanæ Leges ſtatuerunt ſagrilegis, qui in ipſa Eccleſia, vel loco, vel cultui, Sacerdotibus, & miniſtris aliquid iniuriæ importauerint; Tertiò continet, ſeù potiùs explicat modos, quibus committitur ſagrilegium. In prima parte diſponit, in ſecunda parte nihil noui ſtatuit, ſed ſolum refert ſententiam, & verba præciſa legum Imperatorum. In tertia parte etiam diſponit, vt benè aduertit Gloſ. *ibid. verſ. qui autem*, & Chartar. *dicta deciſ. 63. num. 3.* ideò cum in dicta parte ſecunda vbi referuntur verba, quæ videntur tangere iniuriam verbalem, nihil Pontifex diſponat, & nihil ſtatuat, vt dicit Chartar. *dicto num. 3.* non poteſt dici, quod diſpoſitio in dicta prima parte ſit ampliata, & extenſa ex verbis in ſecunda parte poſitis, propterèaque remanet diſpoſitio in prima parte facta in ſuo proprio eſſe, adeout offenſio, ſiue facta in Eccleſia, ſiuè extrà Eccleſiam ſemper requiritur, quod ſit in perſonam, ad hoc vt intret excommunicatio.

78 Contrarium tamen eſſe verius, nempè quod laicus iniurians verbis iniurioſis, & contumelioſis Clericum, ſiue in Eccleſia, ſiue extra Eccleſiam poſſit excommunicari firmat, & pluribus demonſtrat poſt Fermoſinum, quem allegat Didac. Ant. Franceſ. *de competent. inter Curias quaſt. 73. num. 42. & ſeqq.* & clarè, & expreſſè Zipæus *de iuriſdictione cap. 8. num. 2. lib. primo*, & hanc opinionem ego ſequor cum temperamento tamen inferius explicando, & motiua huius aſſertionis apparebunt ex reſponſionibus, quæ dantur adductis in contrarium.

Non obſtant igitur adducta pro negatiua. Quia primum motiuum deductum ex Doctoribus negantibus Iudici Eccleſiaſtico Iuriſdictionem in laicum iniuriantem verbis contumelioſis Clericum, proſternitur ex auctoritate Doctorum, qui magis commu-

79 niter, & cum maiori fundamento dicunt, quod iniurians verbaliter Clericum, efficitur de Foro Iudicis Eccleſiaſtici, vt poſt Martam *de Iuriſdiction parte ſecunda capite 27. numero ſexto*, & Fermoſin. *cap. cum ſit generale quaſtione ſexta numer. 7. & 15. de Foro competenti* pluribus oſtendit Didacus Anton. Franceſ. *dicta quaſtione 73. num. 20. & ſequentibus*, Heuia in Curia Philippica *parte tertia §. 2. num. 6.* Diana *moral. par. prima tract. 2. reſolut.* 82. qui in ſpecie reprobat Ceuall. contrarium dicentem *in tract. de cognit. per viam violentiæ par. 2. quaſt. 59. num. 17.* & Dianam refert, & ſequitur Zipæus *dicto libro primo capite octauo*, quia etiamsi non intret ſacrilegium, cuius tamen contrarium ex Marta, & Fermoſino *locis* per eum *citatis* vult Franceſ. *dicta quaſt. 73. num. 20. & 42.* adhuc Iuriſdictio Iudicis Eccleſiaſtici excitatur ex crimine in Perſonam Eccleſiaſticam commiſſo, vt dicit Franceſ. *loco citat. num. 39. 51. & 54.* nam

80 quælibet Iniuria facta Clerico dicitur eſſe mixti Fori, vt dicit Marta *dicto cap. 27. nu. 6. & ſeqq.* Ricc. Viu. Anna, Vinc. de Franch. Vulp. citati ab Antonell. *de Regimine Eccleſiæ lib. 6. cap. 13. num. 1.* & Franceſ. *loc. cit. à num. 21. vſque ad num. 34.* vbi ait hoc procedere ratione perſonæ, ratione totius ordinis Eccleſiaſtici, & ratione Fori de Iure Diuino competentis, idem dicit Carol. de Graſſ. *cleric. effect. primo num. 577. & ſeqq.* vbi firmat, Iudicem Eccleſiaſticum eſſe competentem, quia iniuria facta Clerico dicitur facta Deo, & Chriſto, & tangit to-

81 tam Eccleſiam, & duplicem parit actionem iniuriarum, vnam Clerico offenſo, alteram Eccleſiæ, cui intelligitur facta iniuria in Perſonam Clerici, & hoc vult etiam Foller. *pract. crim. can. verbo accuſatione porrecta num. 57.* vbi expendit ad hoc Text. *in cap. poſtulaſti de Iudæis*, & idem ex Molin. Maſſuer. & Placha dicit Portules *ad report.* Molin. *§. iniuria num. 52.*

82 Et eo fortius hæc concluſio procedit quandò iniuria verbalis eſt facta Clerico in Eccleſia, vt concedit in terminis noſtris Azeued. *d. leg. 2. nu. 10.* Marta *dicto cap. 27. num. 14.* & Cyn. *in l. præſenti num. 4. de his qui ad Eccleſ. confug.* tunc enim duplex motiuum concurrit ad fundandam Iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici, vt ex Text. *in cap. cum pro cauſa de ſent. excomun.* nec qualitas iniuriæ, quæ cum ſit verbalis dicitur eſſe leuis, poteſt impedire ortum, & excitationem Iuriſdictionis in Iudice Eccleſiaſtico, quia vt reſpondet in terminis Didac. Ant. Franceſ. *dicta quaſt. 73. num. 35.* qualitas facit, quod crimen reputetur atrox, vel leue, & quod leuius, vel durius puniatur, ſed non

opera-

operatur quod Iudex habens Iuriſdictionẽ
includatur, vel excludatur à cognitione,
& impoſitione pœnæ iuxtà qualitatem de-
licti, quia plus, & minus non faciunt differre
ſpecie, & ad hoc oſtendendum vtitur di-
uerſis medijs, per te videndis, etenim cum
iniuria verbalis ſit delictum, vt inquit Fran-
ceſ. *loc. cit. num.* 43. & habeat deformita-
tem reſpectu ſui talem, qualem reſpectu ſui
habet quodlibet aliud delictum, vt de ſe
patet, debent æqua lance procedere ad effe-
ctum, vt Eccleſiaſtica Iuriſdictio excitetur,
& habeat eius cognitionem, vt benè aduer-
tit Franceſ. *d. num.* 35.

83 Secundum motiuum eſt quod iniuria
verbalis facta, & illata Clerico non parit
ſacrilegium, ſine quo Iudex Eccleſiaſticus
non procedit, ſed hoc motiuum pariter
proſternitur; quia oriri indè ſacrilegium
monſtrat ex Marta, & Fermoſino Didac.
Anton. Franceſ. *loc. cit. num.* 20. *&* 42. ſed
quatenus non adſit ſacrilegium adhuc pro-
cedit Iudex Eccleſiaſticus, tamquam com-
petens ex offenſa facta in perſonam Eccle-
ſiaſticam, vt dictum eſt ſupra ex Didac.
Ant. Franceſ. *dicta quæſt.* 73. *num.* 39. 51. *&*
54. cui addo Sperell. *deciſ.* 3. *num.* 4. *& deciſ.*
4. *num.* 6., qui plures allegat concordantes.

84 Tertium motiuum quod locus Eccle-
ſiæ tamquam de territorio, & in territorio
Principis Sæcularis non tribuit Iudici Eccle-
ſiaſtico ius procedendi, corruit, quia Ec-
ſiam habere territorium, & ſic Ius proce-
dendi ratione loci commiſſi delicti, volunt
Tuſch. *lit. I. verbo Immunitas concl.* 59. *n.* 15.
*& ſeq.* & Sperell. *infra citandus* & ſaltem con-
cordant omnes, quod Eccleſia habet terri-
torium reſpectu eorum, quæ ad Forum
pertinent Eccleſiaſticum, vt oſtendit Spe-
rell. *deciſ.* 3. *num.* 10. *& deciſ.* 4. *num.* 8. *&* 9.
& ſic non negatur Eccleſiæ territorium,
quandò offenſionis cognitio ſpectat ad Iu-
dicem Eccleſiaſticum vel quia ſit facta in
Clericum, vel quià ſit facta in Eccleſia, quia
ex tali offenſione excitatur Iuriſdictio Fori
Eccleſiaſtici ex iam dictis, & ex latè cumu-
latis per Sperell. *loc. cit.*

Quartum motiuum ex authoritate Co-
uar. & aliorum Doctorum qui ſunt addu-
cti ſupra pro contraria, nullatenus huic
opinioni refragatur, quia dicti Doctores
85 loquuntur in terminis *can. ſi quis ſuadente
Diabolo* 17. *quæſt.* 4. qui expreſsè requirit
iniectionem manus cum violentia in Cleri-
cos, vel Monacos, & ſic expreſsè requirit
percuſſionem, quæ tangat Perſonam, prout
vltra dictos Doctores aduertunt Carafa, Her-
riquez, Sanchez, & del Bene, qui hos refert,
& ſequitur *de Immun. Eccleſ. tom. primo cap.*
11. *dub:* 4. *ſect.* 5. *num.* 5. Diana *par.* 9. *tract.* 4.
*de Cenſura ob percuſſ. Cleric. reſol.* 27. & Fra-
goſ. *de Regim. Reipub. Chriſtian. lib. primo
diſp.* 2. §. *primo num.* 2. *&* 14. *tom.* 2.
86 Et quidem requirit percuſſionem grauem,
& ictum non ſufficere teſtantur del Bene
*loc. citat. num. primo* & Ricc. *deciſion.* 3. *per
tot par.* 4.

Vndè nos non ſolum dicimus non intra-
re in caſu de quo agitur, excommunicatio-
nem indictam *in dicto Can. ſi quis ſua dente*,
ſed fatemur nullam aliam, quæ ſit latæ ſen-
tentiæ, habere locum, quia non reperitur
Iure Canonico cautum iniuriantem verba-
liter Clericum, incurrere in excommunica-
tionem latæ ſententiæ ex enumeratis per
Gloſ. *in cap. eos, qui verbo Canonis de ſent. ex-
communic. in* 6. & tantum negamus hoc in
excommunicatione ferendæ ſententiæ, cu-
87 ius fulminatio non eſt deneganda Epiſco
po etiam in caſu iniuriarum verbalium in
Clericum illatarum, quandò potius excom-
88 municationem, quam pecuniariam, ſeù
aliam pœnam temporalem expedire co-
gnouerit, vt ex Text. *in Sac. Concil. Trident.
ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de reform.* dicit Sperell. *deciſ.*
4. *num.* 12. & hoc idem ex Abb. *in cap. po-
ſtulaſti num.* 6. *de Iudæis* dicit Cartar. *crim. de-
ciſ.* 72. *num.* 21. vbi ait, quod in ſacrilegio
Iudex Eccleſiaſticus imponit contra laicos
pœnam excommunicationis, & pecunia-
riam, & temporalem, & eam, quam magis
timeri cognouerit, & hoc comprobat ex au-
thoritate Calderin. Oſaſch. Franc. Marci
Mariani Soccin. Auſter. Foller. Ludou.
Montalt. Decian. Diui Thomæ, S. Anton.
*in Summa* Turrectem. Mar. Anton. Cucch.
& Bonifac. de Vital. quos refert. *dicta deciſ.*
72. *à num.* 21. *vſque ad num.* 28.

89 Poteſt addi quintum motiuum ex Text.
*in cap. inter querelas* 23. *quæſt.* 4. vbi ſancitur,
quod nec propter maledicta in Epiſcopum
poteſt deueniri ad excommunicationem
contra maledicentem: ſed non obſtat quia
ibi Gregorius hoc improbat ex quo Ianua-
rius Epiſcopus Iſidorum excommunicaue-
rat in vindictam propriæ iniuriæ, quod ſa-
cris regulis prohibetur, vt præciſis verbis
reſponſum eſt *in dicto cap. inter querelas &*
aduertunt, ibi *Gloſ. verbo propriæ*, & Ar-
chidiacon. *verbo pro defenſione & verbo nam ſi.*

Et ex his cum nullum ex motiuis addu-
ctis in contrariũ obſtet firma remanet opi-
90 nio Fermòſini, & Franceſ. dicentium lai-
cum iniurias verbales ferentem in Cleri-
cum poſſe excommunicari, & hanc opinio-
nem tenet etiam Iuſt. Georg. Falckenreich
*in tract. de action. iniuriar. Sacerdotem concer-
nent. membr.* 1. *theſ.* 13. qui citat Dedeken.
*conſil. Eccleſ. vol. prim. par.* 3. *lib. prim. membr.*
3. *ſect.* 3. *num.* 18. *pag.* 892. & ex iſto refert
fœminam, quæ Paſtori ſuo pro concione
die Paſſionis Ieſu Chriſti de falſis teſtibus
contra Chriſtum Dominum adductis di-
centi & ad ſe quoque, qui falſis teſtimonijs
hominum turpitudine, & adulterijs infa-
mium grauaretur, hiſtoriam illam accom-
modanti, non obſcuris quibuſdam inditijs,
& deſignationibus mota, vt exiſtimaret ſe

præ cæteris notari, & quaſi ipſa adulterij
Rea eſſet, perfringi, publicè reſpondit, &
ſcelerati mendacij, ac commiſſi antea bis
periurij coram omnibus arguit, fuiſſe non
ſolum eo loco, quo ſcandalum dedit, ſed
in vicinis etiam Eccleſijs publicè excom-
municatam.

Non poſſum tamen penitùs acquieſcere
Franceſ. determinationi in quantum firmat
Epiſcopum poſſe procedere contra laicum,
qui iniuriauit verbis contumelioſis Cleri-
cum ad pœnam pecuniariam, & ad excom-
municationem, non tamen ad carceratio-
nem, quamuis *loc. cit. num.* 42. hoc reſtrin-
gat, vt procedat ante ſententiam, nam lata
ſententia concedit poſſe etiam ad carcera-
tionem venire, ſiquidem cum verior ſit
opinio eorum qui dicunt, quod Iudex Ec-
cleſiaſticus de crimine laici poteſt cogno-
ſcere, poterit conſequenter eum capere, &
in carcerem mittere, vt per Text. *in cap. at-
tendendum* 17. *quæſt.* 4. *cap. contra Idolorum*
26. *quæſt.* 5. & ex Couar. *pract. cap.* 10. *num.* 2.
*verſ. primum, & verſ. ſecundo inquit* Fermo-
ſin. *in cap. at ſi Clerici quæſt.* 4. *num.* 7. *&* 8.
*de Iudic.* etenim in ſacrilegijs, alijſque deli-
ctis mixti Fori poteſt Iudex Eccleſiaſticus
90 procedere, tam ad ſpirituales, quàm etiam
ad temporales pœnas citra ſanguinem con-
tra laicos delinquentes vt ex Innoc. Butr.
Anan. Marian. Soccin. Fœlin. Bellet. Ca-
ball. Guazzin. & alijs dicit Sperell. *deciſ.* 4.
*num.* 3. & pluribus relatis Doctoribus Ciar-
lin. *controu. forenſ.* 50. *num.* 34. *& ſeqq.* Ge-
nuen. *prax. Archiepiſc. cap.* 13. *num. primo &*
3. Didac. Ant. Franceſ. *de competen. inter
curias quæſt.* 72. *num.* 11. 12. *&* 13. *& ſeqq.*
& Chartar. *dicta deciſ.* 72. *num.* 21. *& ſeqq.*
& potius carceratio, quàm excommunica-
tio videtur concedenda, non obſtante,
quod Iure Canonico attento incipiendum
ſit ab excommunicatione, & ea non profi-
ciente in ſubſidium deueniendum ſit ad
capturam, ſeù perſonalem diſtrictionem,
*vt ex cap. Odoardus* & ibi Abb. *in primo &
ſecundo not. de ſolution.* dicit Fagnan. *in cap.
ſacro num.* 25. *de ſent. excommun. & in cap. li-
cèt num.* 22. *de pœnis* nam exceptis caſibus, in
quibus Eccleſiaſticus cognoſcéret magis
expedire excommunicationem, quàm aliam
pœnam temporalem iuxta aduertentiam
Sperell. *dicta deciſ.* 4. *num.* 12. *in fine* & Char-
tar. *dicta deciſ.* 72. *num.* 21. incipiendum po-
tius eſt à carceratione, tum quia percutiens
alium in Eccleſia abſque effuſione ſangui-
91 nis non ſolet excommunicari, ſed pecu-
niaria pœna per Iudicem Eccleſiaſticum
puniri, vt per Text. *in cap. quiſquis, & cap. ſi
quis in atrio* 17. *quæſt.* 4. Turrecrem. *in cap.
ſacrilegium* 17. *quæſt.* 4. *verſ. ſeptimo quæro*
Farin. *quæſt.* 28. *nu.* 5. *& in appendic. ad tract.
de Immun. Eccleſ. cap.* 15. *num. primo &* 2. do-
cet Sperell. *dicta deciſ.* 4. *num.* 12. quem re-
tuli *hoc eod.* §. *num.* 57. tum quia quando
ſententia excommunicationis fertur à Iu-
dice, ipſe Iudex debet cautè, & multum
92 circumſpectè procedere, quia excommu-
nicatio eſt grauiſſima pœna, & maximus
93 gladius in Eccleſia *cap. dilecto de ſent, excom.
in* 6. & eſt maior pœna omnium, quas im-
ponit Eccleſia *cap. corripiantur* 24. *quæſt.* 3. &
interpretatur pœna mortis de Iure Cano-
nico, vt ex Marian. Socc. dicit Bellett. *diſ-
quiſ. Cleric. par.* 1. *de fauor. Cleric. Can.* §. 5.
*num.* 12. & ex Abb. & D. Thom. dicit Ioan.
Seguta Daualos *Direct. Iudic. Eccleſ. par.* 2.
*cap.* 13. *num.* 27. *verſ. & adeò excommunicatio,*
94 ſeparat enim à Corpore Chriſti, quod eſt
Eccleſia *cap. Engeldrudam* 3. *quæſt.* 4. *& cap.
pen. de ſent. excomm.* & tradit excommunica-
tum Sathanæ, vt per Text. *in cap. audi* 11.
*quæſt.* 2. *& cap. alia* 16. *quæſt.* 1. dici Bellett.
*loc. cit. num.* 13. & Sathana habet in excom-
municato poteſtatem *quaſi in pecore ſuo*, vt
inquit Daualos *loc. cit.* vbi refert alia multa
excommunicationis incommoda, & mali-
gnitates, & dicit, quòd Cardin. *in cap. nihil*
11. *quæſt.* 3. refert quatuordecim malignita-
tes excommunicationis.

95 Propterea excommunicatio non debet
pro quacumque re, & leui delicto fulmi-
nari, *cap. nullus* 11. *quæſt.* 3. ibi: *Nullus Sa-
cerdotum quemquam recta fidei hominem pro par-
uis, & leuibus cauſis à Communione ſuſpendas,
96 præter eas culpas, pro quibus antiqui Patres ar-
ceri ab Eccleſia iuſſerunt committentes*: & *cap.
nemo Epiſcoporum* 11. *quæſt.* 3. Gloſ. *in cap.
corripiantur, verbo maior* 24. *qu.* 3. & Bellett.
*d.* §. 5. *n.* 7. tùm demum quia excommuni-
catio debet reſeruari ſemper pro vltimo
97 remedio, quando ſcilicet nullum aliud re-
medium ſuppetit iuxta diſpoſitionem Sacri
Concilij Tridentini, quod modificauit, &
mutauit ordinem iuris antiqui *in ſeſſ.* 25. *cap.*
3. *de reform.* ibi: *in cauſis quoque criminalibus,
vbi executio realis, vel perſonalis fieri potuerit
erit à cenſuris abſtinendum*: Barboſ. *in collect.
ad d. cap.* 3. *num.* 20. M. Ant. Genuen. *pract.
quæſt.* 780. *num.* 3. Ricc. *prax. for. Eccleſ. par.* 4.
*reſol.* 199. *num.* 1. *& ſeqq.* Fagnan. *cap. Sacro
num.* 25. *de Sent. excommunicationis*, ideò quan-
do poteſt imponi pœna pecuniaria, ſeù car-
cerationis, non debet veniri ad excommu-
nicationem ex iam dictis, & hanc opinio-
nem, nempè quòd Iudex Eccleſiaſticus de-
beat priùs procedere ad mulctas pecunia-
rias, ad captionem pignorum, & perſonarũ
diſtrictionem, quàm ad cenſuras ex expreſſa
diſpoſitione Sac. Concilij Trident. *d. cap.* 3.
mordicùs defendit Io: Segura Daualos *loco
cit. dicto cap.* 13. *num.* 25. *verſ. verumtamen
omiſſis fol. mihi* 84. *& ſeqq. & num.* 35. repro-
bat Palac. Rub. *in cap. per veſtras* 2. *not.* §. *ſed
eſt pulcra n.* 17. *de donat.* & Couar. *prac. quæſt.
cap.* 10. *num.* 11. & alios contrarium dicen-
tes, & deceptos omnes aſſerit, & Daualos
refert Ridolphin. *in tract. de Brachio ſæculari
num.* 41. *verſ. contrariam.*

Nec

Nec dicatur potiùs eſſe incipiendum ab
excommunicatione, nam vt aduertit Marta
*d.cap. 27. num.8. de Iure Canonico* eſt ſpeciali-
tèr prouiſum, vt ſæculares iniuria afficien-
tes Clericos, excommunicentur per Iudicē
Eccleſiaſticum, vt ex Text. *in cap. olim de*
*iniurijs,*& *cap. vnico eod.tit.de iniurijs in 6.*quia
in dictis Canonibus non tractatur de ſimpli-
cibus iniurijs verbalibus, prout ſunt termi-
ni præſentis quæſtionis, ſed tractatur de
98 iniuria judicialitèr illata cum banno, in
quem Florentini poſuerunt Epiſcopum Fę-
ſulanum, damna, & iniurias plurimas cum
dicto banno eidem Epiſcopo irrogantes, vt
in *d. text. in cap. olim*: & tractatur de iniuria
99 paritèr iudicialiter facta, cōcedendo aduer-
sùs Perſonas Eccleſiaſticas pignorationes,
ſeu repræſalias, vt *in d. cap. vnico de iniurijs*
*in 6.* propterea cùm loquantur in diuerſis
terminis non debent, nec poſſunt allegari
ad caſus præſentis deciſionem.

Minùs dicatur, prout pariter dicit Mar-
ta *d. quæſt. 27. num.9.* quòd quælibet iniuria,
licèt cenſeatur leuis reſpectu aliorum, dici-
100 tur atrox, ſi in Clericum facta ſit, *l.præ-*
*tor ait, §.atrocem ff.de iniur.*& per conſequens
non intrat iſto caſu regula, quòd quis non
101 debeat excommunicari pro minimis cau-
ſis, vt eſt Text. *in cap. Epiſcopi 11. quæſt.3.* &
nec pro paruis, & leuibus, vt *in d. cap. nul-*
*lus*, & nec pro culpis præſeferentibus pecca-
tum veniale,vt dicit *gloſ. in d. cap. nullus ver-*
*bo nullus* quia cum iniuria verbalis in Cleri-
cum ſit atrox ex d. Text. *in §. atrocem* cauſa
dicitur eſſe magna, & cauſat peccatum
102 mortale, quod ſufficit ad ferendum excō-
municationem, vt pluribus citatis dicit Bel-
lett.*Clerical. diſq. tit. de fauor. Cleric. Canon.*
*§. 4. numer. 9.*

Reſpondetur enim concedendo totum:
ſed ex his non infertur, quòd incipiendum
ſit ab excommunicatione, quia, vt dixi ſu-
pra, excommunicatio debet eſſe in ſubſi-
dium, quandò aliud non ſuppetit remediū.
Eoque magis, quia ſi iniuria verbalis in lai-
cum non parit aliam actionem, quàm ciui-
103 lem ad æſtimationē, vt per Text. *in §.pœ-*
*næ autem inſtit. de iniurijs* inquit Rouit.*prag.2.*
*num.48. de abolition.* & Pratus *reſponſ.crim.17.*
*num. 36.* imò in Romana Curia proverbis
tantùm non dari actionem iniuriarum, di-
cit Portules *ad Repertor. Molin. §. iniuria n. 6.*
& ex Felin. *in cap. cum pro te num. 17. de ſent.*
*& re iudicata,* & Iodoc.*in pract. crim.cap.136.*
*num. 7. & 8. fol.* 228. ſubdit, quòd attento
Iure Canonico à peritis Iudicibus pro iniu-
104 ria verbali actio dari non ſolet: certè quā-
do infertur in Clericum ſatis eſt, quòd pa-
riat quidem actionem criminalem, quia
tunc iniuria ratione perſonæ iniuriatæ effi-
105 citur atrox, vt dixi, ſed talis actio eſt mo-
deratè exercenda, vt aduertit Ludou. Bel-
lus *conſ. 91. in fine,* & propterea ſi incipiatur
ab excōmunicatione, talis pœna ſecundùm
me erit exceſſiua, & vltra condignam, &
ad hoc pondero Text. *in cap. poſtulaſti de Iu-*
*dæis*, ibi: *Poſtulaſti, qualiter contra Iudæum*
*procedere debeas, qui manus iniecit in quemdam*
*Clericum violentas, ad quod breuiter responde-*
*mus,quòd ſi dictus Iudæus tuæ Iuriſdictionis exi-*
*ſtat, ipſum pœna pecuniaria punias, vel alia ſe-*
*cundùm quod conuenit temporali*, ſiquidem
exiſtimo, quòd pœna temporalis pro iniu-
ria illata Clerico ſit competens, & adæqua-
ta, non ſolùm quando non intrat excom-
municatio rationæ perſonæ exiſtentis extra
106 gremium Eccleſiæ, vt eſt Iudæus, qui ex
hoc non debet excommunicari ſecundùm
Gloſ. *in d. cap. poſtulaſti verbo pœna pecunia-*
*ria*, ſed etiam quandò non intrat principa-
liter ratione criminis, prout eſt in crimine,
de quo agitur, nam regulariter excommu-
107 nicatio non poteſt ab homine indici, niſi
pro crimine admittente, & merente pœnā
relegationis, vt ex Gloſ. Felin. Card. & Io:
Andrea dicit Foller. *pract. crim.can.verbo etſi*
*confeſſi num.* 58. dummodò tamen non vi-
deatur Epiſcopo potiùs excommunicatio-
nem, quàm aliam pœnam expedire, vt di-
xi ſupra, & ad motiuum, quo aſſeritur ex-
communicationem intrare quoties ſcelus
patratum aſcendit ad culpam peccati mor-
talis, dicimus, quòd pro tali offenſa, tunc
108 quis eſt excommunicandus, quando
non vult ſatisfacere, vt aduertit Gloſ. *in cap.*
*Epiſcopi verbo minimis 11. q.3.* tunc enim cō-
tumacia ſupplet qualitatem criminis, vt di-
cit Gloſ. *ibidem*.

Ex his concludo, quòd pro verbalibus
iniurijs à laico contra Clericum illatis in-
trat pœna pecuniaria, ſeu carcerationis, &
in ſubſidium excommunicationis, & etiam
poteſt à principio fulminari excommuni-
109 catio, quando magis quàm pecuniaria,
vel pœna carcerationis proficeret, vt dixi
ſupra ex Sperell. *d. deciſ. 4. num. 12.* & Car-
thar. *deciſ. 72. num. 21.* & hoc arbitrium, vt
dixi reſeruatur Epiſcopis etiam in Sac. Con-
cil. Trid. *d. cap. 3.* ibi: *Expedire videbitur*,
vbi Barboſa *num. 21.* infert ordinem *in dicto*
110 *cap. 3.* præſcriptum non eſſe de forma;
& citat Mar. Antonin. *var. lib. 1. reſol. 75.*
*verſ. inſuper dicet,* & Campanil. *in diuerſ.Iur.*
*Can. rub. 11. cap. 15. num. 90.* & Fagnan. *in*
*cap. Sacro num.26.de ſent. excomm.* teſtatur ita
fuiſſe reſolutum per Sac. Congregationem
Concilij.

111 Aduertendum tamen eſt, quòd Frances
*loco ſupra citato* dum voluit potius excom-
municationem, quàm carcerationem per
Iudicem Eccleſiaſticum eſſe exercendam in
laicum verbis iniurioſis Clericum afficien-
tem, potuit moueri ad ita dicendum ex ob-
ſeruatione forali in Hiſpania exiſtente, quā
refert Portules *ad Repert.* Molin. §. *iniuria*
*num.* 8. dicens in Foris, de quibus ipſe lo-
quitur expreſsè caueri, quòd pro iniurijs
verbalibus procedi nō poſſit ad captionem

perſonæ, antequam ſententia diffinitiua
ſuper ipſa iniuria verbali prolata fuerit, &
ideò Frances *ibidem* concedit ad carceratio-
nem poſſe deueniri poſt prolatam ſententiã,
& Io: Segura Daualos *in Direct. Iudic. Eccle-
ſiaſtico par. 2. cap. 13. num. 26.* dicit extare
in Hiſpania legem, quæ eſt *l. 15. tit. 1. lib. 4.
noua recopil.* nedum prohibentem laicorum
capturam per Eccleſiaſticos Iudices, eorum-
que Miniſtros faciendam, verùm etiam
omnium Diœceſum conſuetudinem in con-
trarium abolentem, veluti introductam
contra ſcientiam, & patientiam Regis: ſed
Daualos *ibidem valdè miratur* quo iure, &
qua ratione dicta lex condita fuerit, ſubdẽs:
*Nonnè Dominus cuncta bona, quæ Iob poſſede-
rat, filios, & armenta, ipſiuſque ſalutem in ma-
nu Sathanæ poſuerat, Animam autem reſeruauit?
quare igitur in Chriſtiana Republica permitti de-
bet animas hominum pretioſiſſimo ſuo Sanguine re-
demptas ſimul cum corporibus ipſis Sathanæ tradi?*
ſiquidem excommunicatio teſte Lancel-
lotto Corrado *templ. omn. Iudic. lib. 2. cap.
5. §. 4. num. 6.* afficit corpus, & Animam.
*Igitur* (ſunt etiam verba eiuſdem Daualos)
*luat corpus, & à quolibet incarceretur, ſi crimen
aliquod commiſiſſe comperitur, diſtrahantur bona,
& creditoribus adiudicentur, Anima verò ſua
Creatori incolumis reſeruetur;* Vide eum, qui
pluribus *ibidem* hoc inconueniens exagerat.

Quæro quintò, Quid dicendùm de duo-
bus Clericis ſe inuicem percutientibus in
112 Eccleſia? regula eſt, quòd ambo incidunt
in excommunicationem Anchar. *cap. ſuper
eo numero primo de ſentent. excommunicationis*
Soccin. *in d. cap. ſuper eo num. 6. & cap. per-
uenit num. 213. eodem tit.* Abb. *in cap. 1. nu. 3.
de ſent. excomm.* Graſſ. *Cleric. effect. 9. num. 7.*
& expreſsè ſancitur *in cap. 1. tit. de ſent. ex-
113 comm.* & hoc eſt indubitatè verum in duo-
bus caſibus, nempè quando non conſtat
quis fuerit aggreſſor, vt aduertunt Zabarel.
*conſ. 42. num. 1.* Abb. *in d. cap. 1. num. 3 & 5.*
& ibid. Ant. de Butrio *num. 5.* Soccin. *dicto
cap. peruenit num. 213.* Foller. *pract. crim. can.
cap. 33. num. 151.* & Iul. Carthar. *deciſ. crim.
76. num. 3.* & etiam quando conſtat quis fue-
rit inceptor rixæ, prouocator, & aggreſſor,
& conſtat, quod aggreſſus exceſſit modum
in ſe defendendo, nam & tunc ambo ſunt
excommunicati, vt inquit Zabarell. *dicto
conſ. 42.* Genuen. *pract. Archiep. Neap. c. 23.
num. 9.* Soccin. *d. cap. peruenit. num. 208.* &
*Abb. in d. cap. 1. num. 6. in fine*, aliàs enim
114 ſi conſtat de aggreſſore, & percuſſore, &
conſtat, quòd aggreſſus ad ſui defenſionem
percuſſit, tunc non ambo, ſed ſolus aggreſ-
ſor, & primus percuſſor tenetur pœna *Can.
ſi quis ſuadente Diabolo*, vt omnes, prædicti
Doctores affirmant, & ſignanter Socc. Ab.
& Carthar. *loc. citat.*

Verùm aduertendum quod ad hoc vt in-
115 tret ſupradicta regula, debet conſtare de
tribus; primò quòd percuſſerint, ſecundò
quòd animo iniuriandi percuſſerint; tertio,
quod violentèr percuſſerint, vt deducitur
ex Textu *in Can. ſi quis ſuadente Diabolo 17.
quæſt. 4.* & ex Abb. *in d. cap. 1. num. 4. de ſen-
ten. excommm.* & Graſſ. *Cleric. effect. 9. n. 311.*
116 & vt dixi ſupra *num. 64.* non ſufficit, quòd
manus eleuent ad offendendum, ſi cum ef-
fectu non percuſſerint ſecundùm commu-
nem intelligentiam, & manifeſtam literam
*d. Can. ſi quis ſuadente*, vt perpendunt Abb.
*loc. cit. num. 4.* & Doctores relati *d. num. 64.*

Propterea in quadam Cauſa mihi com-
miſſa à cl. mem. Eminentiſs. D. Card. Fran-
ciſco Barberino dicebam, quòd non pote-
rat tractari de imponenda pęna excommu-
nicationis contra duos Canonicos, qui ſe
inuicem in Eccleſia, & dum Diuina cele-
brabantur Officia ex cauſa Stalli in Choro
ſe inuicem iniuriauerant, & vt ſupponeba-
tur, etiam percuſſerant, quia pro iniurijs
non intrabat excommunicatio, niſi in ſub-
117 ſidium, vt dixi ſupra in quæſito quarto, &
de percuſſionibus non conſtabat, niſi per
118 vnicum teſtem, qui non ſuffragabatur, vel
quia nihil probat iuxta Text. *in cap. veniens,
& cap. licèt vniuerſis de teſtibus*, vel quia non
videbatur ſufficiens ad imponendam pœnã
119 ordinariam, qualis eſt excommunicatio
Carthār. *crim. dec. 60. num. 3.* & Sperell. *de-
ciſ. 48. num. 23.* Ricc. *deciſ. 87. per tot. par. 3.*
Nouar. *de priuileg. miſerab. perſonar. priuil. 4.
num. 1.* requiritur enim plena probatio, vt
dicunt dicti Doctores, vel tandem quia vr-
tatio, & impulſio facta ad inuicem cum
120 fæmoribus ſucceſſerat ad tuendam poſſeſ-
ſionem loci, quem tenebant, & ſibi com-
petere prætendebant, nam cum lege per-
mittatur, quòd quiſque ſuam tueatur *poſ-
ſeſſionem*, debebant excuſari ab incurſu in
excommunicationem iuxta opinionem
Carol. de Graſſ. *Cleric. effect. 9. num. 92. &
196.* qui multos allegat concordantes; non
potui tamẽ eos excuſare ab omni pœna, cũ
aliqua eſſet imponenda propter contentio-
nem magni exiſtimandam, tùm ratione lo-
ci, & multitudinis perſonarum in Eccleſia
121 exiſtentium, tùm etiam ratione temporis,
quo Diuina celebrabantur Officia, & ideò
non immunes à qualibet pœna, vt benè in
terminis aduertunt Carthar. *deciſ. 37. per
tot. & dec. 63. n. 21. & ſeqq.* & Genuen. *prax.
Archiep. Neap. cap. 23. n. 7. circa finem*, & hoc
quamuis non cõſtaret de autore rixæ, & cõ-
tentionis, quia adhuc ambo erant puniendi
ratione ſcandali, & interruptionis Diuino-
rum Officiorum, & etiam quia exceſſerant
moderamen in retorquendo iniurias, dùm
quilibet iniurijs prouocatus alijs verbis di-
uerſam ſpeciem iniuriarum continentibus
122 iniuriantem affecit, & ideò quilibet de
iniuria per ipſum prolata tenebatur, vt poſt
Speculat. Abb. Gaill. Decian. Myſing. Boſſ.
Harprect. & alios volunt. Matth. Berlich.
*pract. concluſ. par. 5. concl. 64. num. 24. & ſeqq.*

& Car-

& Carpzou. *pract. crim. quaſt.* 97. *numer.* 26.
*par.* 2. & Farin. *quæſt.* 105. *num.* 307. At quia
non conſtabat de autore rixæ, videbantur
puniendi pœna leui, iuxta admonitum Fa-
rin. *dicta quaſt.* 105 *num.* 307. & dixi ſuſpen-
ſionem ab ingreſſu in Eccleſiam, & à Ser-
uitio Chori paſſam per quatuor menſes, &
vltra ceſſiſſe in pœnam, & abſoluendos
123 fuiſſe cum clauſula *ex quo ſatis, &c.* & cum
præcepto de ſe à ſimilibus abſtinendo ſub
pœna arbitrio Eminentiſſimi; ſiquidem
huiuſmodi decretum non ſolùm ſolet fieri,
& practicari, quando quis fuit detentus in
124 carceribus ſecundùm Giurb. *conſ. crim.* 47.
*num.* 36. Franch. *deciſ.* 317. *num.* 5. Caball.
*crim. reſol.* 142. & Maceraten. *lib.* 3. *reſol.* 45.
*num.* 8. *& ſeqq.* ſed etiam practicatur, quan-
125 do Officialis fuit per aliquod tempus ſu-
ſpenſus ab Officio, ſeu exercitio; ſolet enim
interloqui ſuſpenſionem cedere in pęnam
vt teſtatur Capiclatto *conſult.* 33. *num.* 35.
*par.* 1.

Quæro ſextò, an pęna ſit aggrauanda,
ſi delictum fuit initiatum extra Eccleſiam,
& conſumatum in Eccleſia, puta quia Reus
proſequutus fuit Aduerſarium fugientem
ad Eccleſiā, & intus eam offendit illum, hęc
quæſtio eſt multum ventilata per Docto-
res, quia dependet ab illa *brocehardica*, an
ſcilicet in delictis attendatur finis, an prin-
cipium, de qua tractant Felin. Marſil. Boſſ.
Corrad. Marian. & alij relati à Farin. *qu.* 7.
*num.* 44. *& ſeqq.* Tiraquell. Surd. Ioan. And.
& alij relati à Merlin. Pignatel. *contr. for.* 80.
126 *per tot. cent.* 1. qui concludit eſſe attenden-
dum initium, & idem concludit Nouell. *in
pract. crim. cap. intereſt Reipublica num.* 12. &
ex Bart. *in l. quòd ait §. quod ait ff. ad leg. Iul.
de adulter.* & Remig. *de Immunit. Ecclef. fal-
lent.* 4. ait Maſtrill, *deciſ.* 297. *num.* 91. *&* 92.
127 At quòd attendi debeat locus conſumati
delicti volunt Bald. *in l. vnica num.* 12. *C. vbi
de poſſeſſ.* Bouadill. *politica lib.* 2. *cap.* 14. *nu-
mer.* 30. Baiard. ad Clar. *quaſt.* 82. *ſtat.* 10. *nu-
mer.* 112. & his relatis Mattheù *de Regim. Re-
gni Valen. par.* 2. *cap.* 8. §. 8. *num.* 112. *&* 123.
vbi ita iudicatum refert. de eadem quęſtione
agunt Carpzou. *pract. crim. quaſt.* 110. *nu.* 18.
Adrian. Beierus *de expenſis exequution. crimin.
cap.* 3. §. 16. *& ſeq.* Antonell. *de loco legali
lib.* 3. *cap.* 5. *per tot.* vbi duos caſus diſtinguit
quos non refero, ſed veniendo ad quęſitum,
dico, quòd in terminis noſtrorum Banni-
mentorum requiritur dolus, ad hoc, vt lo-
128 cus aggrauet delictum, vt dixi *in principio
huius §. verſ. ne tamen loquutio*, & ſic ingreſ-
ſus, & exceſſus caſualis, & impetuoſus fa-
ctus à proſequente, & offendente Aduerſa-
rium in Eccleſia, tamquam dolo carens nō
compræhenditur in diſpoſitione, vt in ter-
minis pragmaticæ dicit ex Hugo Hoſtien.
Ioann. Andr. Butr. & Anchar. Maſtrill. *de-*
129 *ciſ.* 297. *nu.* 92. In terminis verò Iuris Com-
munis delictum aggauatur, quia delicto
principali vnitur, & adiungitur ſacrilegium,
vt ex Phæbo *deciſ.* 216. *par.* 2. & Abb. *in cap.
vlt. n. vlt. de Imm. Eccleſ.* inquit Fælic. de Oli-
ua *de Foro Eccleſ. par.* 3. *quaſt.* 20. *num.* 88. &
ratione ſacrilegij debet ipſe delinquens du-
riùs puniri, & vtrique Foro, Eccleſiaſtio
ſcilicet, & ſæculari ſubijci ſecundùm Ver-
migl. *conſ.* 103. & Oliuam *loc. cit.* qui dicit,
quòd ſiue crimen ſit ſolùm inchoatum, ſi-
130 uè etiam conſumatum in Eccleſia à laico,
poterit inquiri delinquens ab vtroque Iudi-
ce, & puniri ab eo, qui præuenit, & ita de-
ciſum refert Phæb. *d. dec.* 216.

Verùm Antonell. *d. cap.* 5. *num.* 5. *& ſeqq.*
131 recedit ab hac opinione in caſu, quo tra-
ctatur de Cenſuris, ſeu delictis ſub cenſura
prohibitis, quia ad Cenſuram incurren-
dam requiritur actus completus, & non
ſufficit, quòd ſit inchoatus in Eccleſia
ſecundum Bonaccinam *de Cenſur. in com-
mun. diſp. prima quaſt. prima punct.* 11. *nu.* 10.
132 vbi ait, quod ſi in aliquo loco lata eſſet
per Statutum, ſeu particularem Conſtitu-
tionem excommunicatio contra Stuprato-
res Virginum, ſtuprator non incurreret
cenſuram, trahendo Virginem extra terri-
torium illius loci, & conſumando cum ea
copulam extra territorium, ex quo infert
Antonell *ibid. nu.* 6. eum, qui dum exiſtit in
133 Eccleſia, iacit ſagittam ad occidendum
Hominem exiſtentem extrà Eccleſiam non
incurrere cenſuram contra occidentem
in Eccleſia comminatam, quia delictum in-
choatur in Eccleſia, ſed extrà eam comple-
tur: è contra verò cenſuram incurrit is, qui
dum extra Eccleſiam exiſtit, ſagittam iacit
intra Eccleſiam, & Hominem in ea exiſten-
tem occidit, ob rationem quia delictum
perficitur, & completur in Eccleſia, &
134 citat Suarez, & Bonaccin. quod exiſtimo
verum ſolum in caſu quo actus in Eccleſia
factus non poſſit conſiderari, tamquam
perfectus de per ſe vt in exemplo allato ab
Antonello, nam ſi actus factus in Eccleſia
poteſt conſiderari tamquam perfectus, vt
eſt vulnus in Eccleſia inflictum ab eo, qui
intendit occidere, vtique faceret incidere
vulnerantem in cenſuram vt ex Bonaccin.
concedit Antonell. *loc. cit. num.* 8. dum fir-
mar, quod vulnerans lęthaliter alium in
135 Eccleſia incurrit cenſuram latam con-
tra occidentem in Eccleſia, etiamſi vul-
neratus moriatur extra Eccleſiam, quia
homicidium in tali caſu cenſetur commiſ-
ſum in Eccleſia, & quidem cenſetur com-
miſſum in Eccleſia ex ſola inchoatione, quia
ex illa ſequitur, quod deindè euenit vt eſt
Text. *in l. huic ſcripturæ in princ. & in l. ità
vulneratus ff. ad leg. Aquil.* & hanc diſtinctio-
nem videntur facere Bald. *in cap. primo §.
iniuria num.* 11. *verſ. quaſiuit tit. de pace iuram.
firman.* Azeuedo *recopil. lib.* 8. *tit.* 16. *l. prim.
num.* 71. & hoc idem videntur dicere Io.
Zanger. *de exception. par.* 2. *cap.* 10. *nu.* 235.
& Cat-

& Carpzou. *dicta quæſtione* 110. *num.* 22.

Cæterum etiam in terminis Iuris communis poteſt attentari, quod delictum caſu, & repentino motu commiſſum in Eccleſia
136 non ſit qualitate grauatum, quia ceſſat tunc animus committendi in legem, & iniuriam templo inferendi, vt ex Guttierez *pract. quæſtion. lib.* 3. *quæſt. prima num.* 910. *& ſeqq.* & Azeuedo *recopil. lib. primo tit.* 2. *leg.* 3. *num.* 26. inquit Vermigliol. *conſ. crim.* 103. *num.* 5. *& conſ.* 104. *num.* 9. & pluribus oſtendit etiam Iul. Caponus *diſcept. forenſ.* 42. *per tot.* & ſignanter *num.* 5. *&* 7. conſiderat verba Bullæ ſanct. mem. Gregorij XIV. ibi: *committere non verentur*, quæ denotant temeritatem, *&* irreuerentiam *& num.* 14. ait quod circumſtantia loci quando eſt caſualis, non attenditur.

Et hanc opinionem tuentur Hugo Hoſtien. Io. Andr. Butr. Anchar. *in cap. fin. de Immun. Eccleſ. locis relatis* à Maſtrill. *dicta deciſ.* 297. *num.* 92. & quamuis Farin. *quæſt.* 28. *num.* 54. teneat contrarium ſequutus Abbatem *in dicto cap. fin. de Immunit. Eccleſ.* & Clarus *in quæſt.* 30. *verſ. item* quæro dicat non practicari, quod locus Eccleſiæ in ſubitaneis caſibus, & exceſſibus non attenditur; nihilominus quia tam Farinaccius, quam Clarus *ibid.* fatentur communem eſſe opinionem eorum, qui dicunt contrarium, ſubdit ibid. Maſtrill. *num.* 93. quod in iudicando non eſt recedendum ab iſta opinione & allegat Ioann. de Viſch. Menoch. Aufrer. Couar. Alciat Nauarr. Bonacoſſ. Ficard. Innoc. Decian. & Aluar. imò miratur Maſtrill. *ibid. num.* 94. quod Farin. vir quidem celeberrimus auſus fuerit dicere, quod opinio Hoſtienſis ſit apertè falſa.

137 De delictis inchoatis in vno loco & perfectis in alio agunt Farin. *quæſt.* 7. *num.* 44. *& ſeqq.* & Fermoſin. *in cap. paſtorali quæſt.* 14. *per tot. de Foro competenti* Carleual. *de Iudic. par. prima quæſt.* 7. *diſp.* 2. *num.* 729. *& ſeeq.* qui plures faciunt diſtinctiones ad oſtendendum quandò vnus, & quandò vterque Iudex territoriorum poſſit procedere vide eos, qui plenè materiam tractant: vide etiam Gobbium *conſult.* 128. *num.* 38.

---

# Cap. I. §. XI.

Di più qualunque ſarà contratti ò mercati di qualſiuoglia ſorte in Chieſa, ò proferità iui parole laſciue, ò ſarà atti dishoneſti, caderà in pena di trè tratti di corda, ò d'vn meſe di prigionia.

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia non debet fieri ſpeluncæ latronum, & in ea emi, & vendi.*

2 *Ab ea debent arceri vana, fœda, profana, & ſtrepitus iudiciorum.*

3 *Venialia non debent exponi propè Eccleſiam. & num.* 5.

4 *Artifices poſſunt à ſuis Apothecis ponere in publicum tentoria, raſtraque, quibus venalia exponuntur, dummodo non impediant vehiculum ire.*

6 *Contractus poſſunt fieri in Eccleſia quandò vrget neceſſitas.*

7 *Contractus facti in Eccleſia valent de Iure communi.*

8 *Contrahentes tamen peccant.*

10 *Etiam in terminis Bullæ Beati Pij V.*

*Contractus facti in Eccleſia etiamſi prohibeantur ſub pœna valent, ſi res ſuper quibus fiunt ſint in commercio. & num.* 9.

11 *In Eccleſia multa poſſunt fieri licitè de quibus remiſſiuè.*

12 *Acta iudicialia Eccleſiaſtica, & etiam ſecularia concernentia Iuriſdictionem voluntariam poſſunt fieri in Eccleſia de Iure communi.*

13 *Secus de Iure Bullarum.*

14 *Teſtes poſſunt examinari in Eccleſia dummodò extrà iurauerint.*

15 *Vel ſaltem decretum de examinando ſit factum extrà Eccleſiam.*

17. *Contrarium.*

*Iuramentum eſt quædam religio ergà Deum. & num.* 16.

18 *Epiſcopi non poſſunt dare licentiam Sæculari Iudici examinandi teſtes in Eccleſia. & numer.* 29.

19 *Epiſcopi debent dare licentiam exhumandi, & viſitandi cadauera exiſtentia in Eccleſia, ſeu ſepultura, aut cœmeterio.*

20 *Contrarium.*

21 *Vide. num.* 22. 24. 25. 29. 34. *&* 35.

25 *Eſt tamen extrà Eccleſiam, & locum ſacrum facienda viſitatio.*

*Literæ directæ à Pontifice alicui Epiſcopo, ſeu Nuntio debent haberi pro lege, & vbique ſeruari. num.* 23.

26. *Epiſcopus, ſeù Vicarius concedendo licentiam Iudici laico exhumandi cadauera pro eorum recognitione facienda non incurrunt irregularitatem.*

27. *Irregularitas ex cauſa lenitatis ſolum à Papa diſpenſatur.*

28 *Laici exhumantes cadauera in Eccleſia ſepulta propria authoritate debent excommunicari.*

31 *Epiſcopus, ſeu Vicarius poſſunt dare licentiam Iudici laico recognoſcendi cadauera in loco immuni.*

32 *In Palatio Epiſcopi.*

33 *Hoc tamen non poteſt fieri in Palatio Cardinalis ſinè illius licentia.*

36 *Clauſula quæ debet apponi per Epiſcopum ſeu Vicarium in conceſſione dictæ licentiæ.*

37 *Actus recognitionis cadaueris factus à Iudice*

*Saeu-*

*Sacnlari in Eccleſia, an ſit nullus, & faciens dictam inſpectionem in Eccleſia ſit excommunicatus.*

38 *Valet, & viſitans ab excommunicatione eximitur, ſi interueniat licentia Ordinarij, quamuis Ordinarius illam impartiri nequiſſet.*

39 Text. in l. barbarius ff. de Offic. Prætor. *quomodò procedat.*

*Error communis concurrens cum authoritate Superioris facit valere, acta geſta per Iudicem Iuriſdictionem non habentem dicto num. 39. poſt med.*

40 *Ignorantia facti, & non iuris ſuſtinet ea quę facit in officio is, qui incapax illius eſt.*

41 *Ignorantia Iuris etiam ſuſtinet factum quandò probabiliter poteſt de capacitate affirmari.*

42 *Probabilitas, ſicut iuſtus error poteſt Iuriſdictionem tribuere, ſeu ſuſtinere.*

43 *Corpus delicti, quando non poteſt haberi licentia ab Epiſcopo, debet probari per teſtes, qui debent eſſe pluſquam duo.*

44 *Regulares non habent ius dandi licentiam Iudici laico viſitandi vulneratos in eorum monaſteriis, ſed ſpectat ad Ordinarios.*

45 *Iudex laicus poteſt facere recognitionem corporis delicti, licèt vulneratus, ſeù mortuus ſit Clericus, dummodò non reperiatur in loco immuni.*

46 *Confugiens ad Eccleſiam poteſt in ea citari pro cauſa criminali de ordine Iudicis Sacularis.*

*Intellige vt num. 49.*

*Indiſtinctè contrarium ex Theologis. num. 50.*

47 *Citationis exequutio facta per Nuntium eſt nudum miniſterium.*

48 *Citatio poteſt exequi, & non committi in Eccleſia.*

51 *Citatio de commiſſione Iudicis Eccleſiaſtici poteſt fieri in Eccleſia.*

52 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt exercere Iuriſdictionem contentioſam in Clericum in Eccleſia exiſtentem.*

53 *Imò poteſt eum extrahere ab Eccleſia ad effectum corrigendi pœna ſalutari, non verò corporali.*

54 *Non tamen poteſt extrahere laicos niſi pro delictis exceptis.*

55 *Et nec Clerici, & Religioſi, qui cum hac præciſa intentione gaudendi confugiunt, debent extrahi.*

56 *Sed de conſuetudine non ſeruatur.*

57 *Conſuetudo prædicta non valet.*

58 *Religioſus intra ſepta Monaſterij delinquens poteſt à ſuo Superiore conſtringi, & puniri.*

59 *Citatus in Eccleſia ſi non comparet, poteſt condemnari in pœnam pecuniariam.*

60 *Alij tenent hoc etiam quoad pœnam corporalem.*

61 *Etiam mortis.*

*Intellige, & diſtingue vt num. 63. 64. 65. 66. & ſeqq. & 72.*

62 *Sententia condemnatoria continet in ventre conditionem, quod exequatur, ſi, & quatenus condemnatus exeat ab Eccleſia.*

69 *Extractio ab Eccleſia aliquando permittitur ratione œconomicæ, & politicæ poteſtatis. & num. 71.*

70 Ricc. *contrarium tenens reprobatur. & n. 71.*

73 *Eccleſia debetur reuerentia ab eis, qui in Eccleſia exiſtunt.*

74 *Qui debent cum modeſtia ibi manere, nec debent ſtare circa Altare, vel confabulari.*

75 *Laſciuos actus faciens in Eccleſia, an gaudeat eius Immunitate.*

76 *Sacrilegium non committitur per coitum in ſchalis Eccleſia habitum cum muliere.*

77 *Debet tamen talis coitus puniri exilio, vel carcere, vel ictibus ſunis.*

78 *Laſciuia dicitur omnis actus proueniens ex petulantia, nequitia, aut incontinentia animi.*

79 *Ignem immittens in ſtuppã, qua homo laruatus eſt, punitur pœna triremium.*

80 *Frangens cellam vinariam, & vinum ad nocendum effundens punitur pœna triremium.*

81 *Delinquens per laſciuiam, hoc eſt imprudentem animi alacritatem punitur leuioribus pœnis.*

82 *Et ſi ſequatur mors hominis, punitur relegatione.*

83 *Tactus impudici in Eccleſia præſeferunt ſacrilegium.*

84 *Verba inhoneſta, ſi altiori voce proferantur in Eccleſia redolent ſacrilegium.*

85 *Inijciens in prunas piper indicum in Eccleſia poteſt ex ſumo turbare Diuina Officia.*

86 *Et debet puniri, & quomodo.*

87 *Animus attenditur in delictis.*

88 *Cachinnationes, & riſus inordinati in Eccleſia prohibiti.*

89 *Altari adhærentes, & ſuper Altari ſe reclinantes, & inter fœminas ſedentes, & cum illis loquentes in Eccleſia ſunt digni reprahenſione.*

90 *Caſus mixtus non continetur in ſimplici.*

91 *Verba inhoneſta regulariter non debent puniri, niſi in alterius iniuriam ſint prolata.*

92 *Electio in alternatiuis an ſit Iudicis, vel Rei, & num. ſeqq. vbi plures diſtinguuntur caſus.*

104 *Author ſequitur opinionem, quòd electio ſemper ſpectet ad Iudicem, & bonam reddit rationem.*

105 *Carcer eſt adinuentus ad cuſtodiam, ſed hodie datur etiam ad pœnam.*

## Contratti, ò mercati in Chieſa.

D*Omus mea, Domus Orationis*, dicit Dominus, Matth. *cap.* 21. & ideò Chri-
ſtifideles non debent eamdem Domum fa-
1 cere ſpeluncam latronum, vendendo, emẽ-
do, & ſe decipiendo in ea: hinc Bannimen-
ta, & diffuſiùs, ac pleniùs B. Pius V. *in eius*
*Conſtit.* incipien. *Cùm primum*, diſponunt,
2 quòd arceantur vana, fœda, prophana, ſtrepi-
tus Iudiciorum, & deambulationes, prout
refert etiam Gauantus *Manual. Epiſc. verbo*
*Eccleſiarum reuerentia num.* 2. qui vlterius in-
3 quit *verbo Feſti dies*, quòd venalia non de-
bent exponi propè Eccleſiam, neque ibidẽ
tentoria, raſtraue, quibus venalia exponun-
tur, proponi, alibi tamen poſſunt mecha-
4 nicam artem exercentes à ſuis apothecis
ponere in publicum, vt in via, quæ ſunt
eorum

eorum exercitij, taliter tamen, quod non impediant vehiculum ire, Text. eſt *in l. ediles in fine*, vbi Gloſ. *verbo trochos ff. de via pub.* Paccichellus *de diſtantiis cap. 6. memb. 10. num. 10.* Io: Franc. à Ponte *de Poteſt. Proreg. tit. de abundantia tit. 11. §. 6. num. 26.* qui etiam ait, quòd vendentes non poſſunt prohiberi, ne in ſuis apothecis teneant pergulam, ſeù vt dicitur tennas, quibus illi vtuntur. vt ſe foueant à vento, & pluuijs, & citat Auend. *de exeq. Mand. Reg. par. 1. c. 19. nu. 39.* ſed nullatenus eſt ferendum, quòd in
5 Ianua Eccleſiæ exponant bona ad vendendum, vt benè aduertit Petrus Iacobi *in ſua practica libellandi rub. de Statu Curiæ Romanæ num. 4.* qui ait, quòd in diebus Dominicis fiunt Nundinæ, & Mercata in aliquibus locis, & in quibuſdam Eccleſijs, etiam in Cathedralibus ad Ianuam die Dominico venduntur Perdices, & merces, & panni, & vitra, & ſotulares, & fructus: intantum, quòd aliquandò impediunt liberum introitum Eccleſiæ; & paulò infra addit eſſe neceſſarium ſuper prædictis prouidere, quòd nunquam aliquid vendatur intra Eccleſiã, nec candelæ, nec imagines cæteræ: quod ad vnguem fecit ſeruare in Vrbe Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. meus Dominus Cardinalis Iacobùs de Angelis, dum erat Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalis Vicarij Papæ Vices Gerens, qui, ſicut in reliquis omnibus, ita ſuum maximum zelum circa Cultum Dei ſemper oſtendit; Vide circa hanc materiam Nouar. *deciſ.* 145. *num.* 4. & Ricc. 255. *par.* 2. & Gratian. *deciſ. Marchiæ* 21.

Sed quæro primò an iſta prohibitio pœnalis faciendi contractus in Eccleſia procedat indifferenter in omnibus contractibus, & eoſdem faciat eſſe nullos, & inualidos? & quoad primam partem dubij reſpondendũ negatiuè, quia actus pij, vt datio tutoris, & ſimiles poſſunt in Eccleſia fieri etiam à Iudice Sæculari, vt ex Gloſ. Vant. & Abb. dixit Antonell. *de loco legali lib. 2. cap. 1. nu. 45.*
6 & extante neceſſitate faciendi contractus in Eccleſia ex eo, quia non poſſunt fieri alibi, puta quia Contrahentes non poſſunt tutè exire ab Eccleſia, eo caſu contrahentes excuſarentur à pœna Bannimentorum ſecundùm Batt. *in leg. nemo Apoſtolorum Cod. de Sacroſanc. Eccleſ.* Et quoad ſecundam partem paritèr negatiuè reſpondendum, quia bannimenta non diſponunt circa validitatem actus, & ideò remanet in diſpoſitione Iuris Communis, de quo iure con-
7 tractus ſacti in Eccleſia valent, non ſolùm ſi concernant Spiritualia, & Matrimonialia Batt. Bald. & Doct. *in l. 2. C. de Sacroſ. Eccl. & in cap. decet de Immun. Eccleſ. in 6.* ſed etiam ſi concernant res pœnitus prophanas, Bart. *in d. l. 2.* & Gloſ. *in d. cap. decet*, Antonell. *cit. loc. num.* 46. Viu. *deciſ.* 102. Nouar. *Summa Bullar. tit. de Eccleſiarum veneratione num. 5.* Azor. *inſtit. moral. par. 2. lib. 9. c. 9. q. 1.* Gloſ. *in d. cap. decet*, & Abb. *in cap. cùm Eccleſ. de Immun. Eccleſ.* qui omnes dicunt, quòd Contrahen-
8 tes peccant mortaliter, ſed contractus valent, prout valent Synodus, & Congregationes Clericorum, quidquid ſit quoad Parlamenta, & Concilia ſecundùm Gloſ. & Geminian. *in d. cap. decet*, & Franc. Ater. *in l. nemo num. 23. C. de Sacroſ. Eccleſijs*, & Bertacchin. *repert. verbo contractus* ſunt tamen circa hanc materiam notabilia verba Bald. *in l. nemo martyres C. de ſacroſ. Eccleſ. num. 4.* dum inquit quod valet contractus etiamſi ſub certa pœna prohibeatur fieri, dummodo res, ſuper qua fit contractus, ſit in
9 commercio, & actus habeat omnia eſſentialia, & ſic videtur iuxta mentem Bald. reſpondendum ad quæſitum, quod ſi fiat contractus ſuper re Eccleſiæ, quæ non eſt in commercio, non valet, ſecùs reſpectu aliarum rerum, vt etiam in terminis Bullæ
10 B. Pij V. de qua ſupra reſpondent Nouar. *in ſumma Bullarum tit. de Eccleſ. veneratione num. 5.* & Sarno *in pract. crim. tit. de diuerſ.*
11 *delict. num.* 23. Vbi recenſet multa, quæ licitè poſſunt fieri in Eccleſia, plura ex Azzor. & alijs enumerat Barboſa *de Parochis cap. 13. num. 28. & ſeqq.*

Quæro ſecundò. An ſub iſta prohibitione faciendi contractus in Eccleſia comprehendantur acta Iudicialia? & exiſtimo, quod non, quia ſtatuta pœnalia ſunt reſtringenda, vt per Text. *in cap. odia de regul. Iuris in 6.* dicit Azzor. *inſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 7. in fine* & Abbas *in dicto cap. cum Eccleſia de immunit. Eccleſ.* & proptcrea poterunt tractari iudicia Eccleſiaſtica, vt ex Gloſa, & Panormit. dicit Azzor. *loc. citat.*
12 *quæſt. prima verſ. iterum quæres*, & etiam poterunt fieri iudicia Sæcularia, quæ pertinent ad Iuriſdictionem voluntariam, nam quæ pertinent ad Iuriſdictionem contentioſam non poſſunt fieri, & ſacta in Eccleſia non tenent, vt ex Text. *in dicto cap. decet* diſtinguunt Abb. *in dicto cap. cum Eccleſia num. 6. & 8.* & Azzor. *dicto cap. 9. quæſt. 3.* Bart. *in l. nemo Apoſtolorum num. 2. & 3. C. de Sacroſ. Eccleſ.* & Alex. ibi *in addit. lit. B.* & idem Bart. *in l. actus C. de ſeruis*, ſed an actus contentioſæ Iuriſdictionis poſſint fieri à Sæculari in Domibus Eccleſiæ vide Azzor. *loc. cit. quæſt. 7.* Paul. de Caſtro *conſ. 66. verſ. ad quartum lib. primo* Tuſch. *lit. E. concluſ. 5.* P. Suarez. *tom. primo de religione tract. 2. lib. 3. cap. 4. num. 13.* & P. Auendan. *theſau. Indicus tom. 5. par. 10. tit. de abſolutione num. 21.* & 22. qui contra opinionem Pauli de Caſtro concludit non valere, ſi actus iudicialis fiat in domibus Eccleſiæ, quæ conſtituant Monaſterium, Conuentum, aut Collegium, & proinde ait electionem Prouincialis ſuiſſe nullam, etiam ex eo, quia Prorex ob turbamenta, quæ timebantur, interfuiſſet Capitulo tribus cum Auditoribus, & Fiſca-

Fiſcali, vt præſtò Regium Tribunal eſſet, ad quod poſſent Religioſi per viam violentiæ opportunos habere recurſus.

Quæro tertiò. An in Eccleſia poſſint examinari teſtes in cauſa ciuili, vel criminali? Bart. tangit hanc quæſtionem *in dicta l. nemo Apoſtolorum C. de ſacroſ. Eccleſ.* & ait quod ſi teſtes iurauerunt in Palatio, ſeù alio
14 loco extra Eccleſiam, poſſunt deindè examinari in Eccleſia, quia tunc videntur deponere in eo loco, in quo iurauerunt ad Text. *in l. ſi quandò C. de inoff. teſtam.* & Clem. *prima de offic. deleg.* & Bald. *in dicta l. nemo, & conſ. 412. lib. 3.* quem refert Alex. *in addition.* ad Bart. *d. l. nemo lit. B.* dicens hoc dictum Bart. eſſe notandum, quia ſi quis accuſat teſtem de falſo, debet deponere locum Iuramenti, nec eſt neceſſe quod ponat locum depoſitionis; ſi verò iurarunt & depoſuerunt in Eccleſia, dubitat primo de validitate actus, at deinde putat valere, dummodò decretum de examinando fiat alibi, ob
15 rationem quia recipere Iuramentum, & dictum teſtis non eſt actus contentioſus, ſed potius dicitur eſſe actus pius; eſt enim ius
16 iurandum quædam religio erga Deum; & Bartolum ſic dicentem ſequitur Geminian. *in cap. primo §. ordinarij in fine de Immun. Eccleſ. in 6.* dicens ob eamdem rationem, quod Iudex laicus non modo in domibus Eccleſiarum, ſed etiam in ipſis Eccleſijs poſſit validè prædicta agere.

17 Verùm Sperell. *deciſ. 51. num. 15.* mordicùs defendit opinionem contra Bartolum, & Giminianũ, & pluribus oſtendit prædictos actus importare Iuriſdictionem contentioſam, & conſequenter prohibitos fieri per laicum Iudicem in Eccleſia & in loco immuni iuxta Text. *in cap. cum Eccleſia extra de Immun. Eccleſ.*

Et hæc opinio Sperell. eſt hodiè inconcuſsè tenenda, ſtante reſolutione facta ſub die 2. Maij 1629. in S. Congregatione ſuper controuerſ. Iuriſdictional. præpoſita, in qua non ſolum dicitur non licere Iudici Sęculari dare Iuramentum, & examinare teſtes, vel Reum in Eccleſia, ſed eſſe etiam Epiſcopo prohibitum impartiri licentiam
18 Iudici Sæculari prædicta faciendi, vt apparet ex reſolutione prædicta per extenſum relata à Sperell. *loc. cit.* ibi: *Cenſuit Epiſcopum non poſſe huiuſmodi licentiam concedere, etiam vigore literarum Sac. Congregationis, ſed petendam à Sede Apoſtolica*, eamdem reſolutionem refert del Bene *in addit. ad tract. de Immunit. Eccleſ. verbo Epiſcopus fol. mihi* 100. *&* 101. & aliam reſolutionem factam in Anagnina 21. Ianuarij 1659. refert idem del Bene *ibid. fol. mihi* 98.

Sumpta occaſione, quam præbet Sperell. *dicta deciſ.* 51. non erit inconcruum hic videre, an Epiſcopus teneatur impartiri licentiam Iudici laico exhumandi, ſeu viſitandi cadauer exiſtens in Eccleſia, ſeù loco Immuni? & Genuenſ. *in praxi Archiep. Neap cap. 34. num. 10. fol. mihi* 152. abſolutè te-
19 net, quod Epiſcopus tenetur, & quod alias datur appellatio ad Metropolitanum, & idem videtur tenere Borgnin. Caualc. *deciſion. 18. per tot. par. 5.* ſed horum opinio reijcitur à Riccio, qui licèt *in prax. rer. quotidian. par. prima prax. irregularitatis reſolut. 452. fol. mihi* 332. ſubdubius dicat non teneri Epiſcopum impartiri dictam licentiã, nihilominus *in var. quæſt. 4. num. 2. impreſſa poſt partem 5. earumd. quotidian. rerum* tenet abſolutè quod Epiſcopus adhoc non tenetur: imò ex Lancellot. *de attentat. par. 2. cap. 4. limit. 13. num. 2.* & ex Mar. Antonin. *var. reſol. 112. lib. primo caſu* 23. firmat Epiſcopum concedentem talem licentiam incidere in irregularitatem.

Vndè Bouadilla *in politica lib. 3. cap. 15. num. 93.* quem refert & ſequitur Themud. *deciſ. 131. num. 4. & ſeqq. par. 2.* hinc deſumit argumentum, quod ſi Iudex Eccleſiaſticus non poteſt dare licentiam, Sæcularis Iudex poterit ex ſe propria auctoritate, & inconſulto Epiſcopo exhumari facere cadauer in Eccleſia ſepultum.

20 Sed horum opinio reijcitur à Diana *par. 9. tract. 7. reſol. 64.* qui expreſsè reprobat Bouadill. & Themudum ex ratione, quia Iudex laicus nullam in Eccleſia poteſt exercere Iuriſdictionem *cap. decet de Immun. Eccleſiaſt. in 6.* Genuen. *dicto num. 10. in fine*, & Poſſeuin. *de offic. Curati cap. 14. num. 8.* & quatenus in hoc ſe de facto ingerat, debet tamquam violator Immunitatis Eccleſiaſticę excommunicari, vt ex Genuen. & Poſſeuin. ſubdit Diana ibidem, & licet Bellett. *diſquiſit. Cleric. part. prima tit. 1. §. 5. num.* 149. velit quod Iudex laicus, ſi Epiſcopus, ſeu eius Vicarius in danda hac licentia ſit renitens poſſit ex ſe Cadauer exhumari facere ad hoc vt illud viſitare, & cognoſcere poſſit, ad quod allegat Marantam, Corradum, Clarum, & Scacciam; melius tamen erit tali caſu, vt monet Sgroi *lux Prælator. par. 2. cap. 5. num. 69.* probare corpus delicti per teſtes, qui debent eſſe plures, quàm duo, vt ex Scaccia aduertit Sgroi ibidem; quandò enim poteſt adhiberi remedium, & ſuppleri per viam iuris, debet ceſſare remedium facti, & violentum vulgatis iuribus, & implicitè Diana *loc. cit.* reprobat etiam Riccium, dum reprobat rationem à Riccio allatam, probando Epiſcopum concedentem licentiam Iudici laico cadauer exhumandi nullam incurrere irregularitatem, quia ad illam incurrendam requiritur quod actus qui fit, ſit cauſa proxima directa in mortem, vel mutilationem, & non cauſa remota, qualis eſt actus oſtendendi cadauer, qui eſt remotiſſimus, & ſuaptè natura non directus in mortem, vel mutilationem, eo magis quod Epiſcopus nihil operatur, ſed tantum permittit exhumari corpus, & ca-

pi informationem prout formalibus verbis
loquuntur etiam Genuen. *dicto cap.34. n.10.*
& Beliett. *d. num.* 149. & P. Bordonus *pract.*
*crim. cap. 6. nu.* 9. & hoc ex Lauorio, Aula,
Turriano replicat Diana *par. 4. tract.2.reſol.*
95. Verùm pro Riccio facit, quod Sac.
Congregatio immunitatis ſolet concedere
Epiſcopis facultatem dandi huiuſmodi li-
centiam cum expreſſione, quod Pontifex
eos præſeruat ab irregularitate, vt apparet
ex formula relata per extenſum à D.Iacobo
Pignattello *conſult. 122. num. 4. in fine tom.4.*
præſeruatio enim ſupponit quod ſinè ea
Epiſcopi concedendo talem licentiam inci-
derent in irregularitatem, & hoc ſtante
21 non erit tutum pertranſire cum Sperello
*dicta deciſ.* 51. *num.* 17. dicente totum remiſ-
ſum eſſe arbitrio Epiſcopi, quia denegatio
dictæ licentiæ indifferenter cedit in præiu-
dicium Iuſtitiæ, quód neqnaquam debet
permittere Epiſcopus qui præ omnibus de-
ſiderare debet delicta puniri, & Ciuitatem
malis hominibus expurgari vt per Text. *in*
*cap. famę de ſent. excom.* dicit Gennen. *dicto*
*cap. 34. num.* 10. E contra verò poteſt ex Pa-
ſtorali ſollicitudine multoties cognoſcere
22 minimè expedire dictam licentiam conce-
dere.

In literis tamen, quæ tempore meo exta-
bant in Cancellaria generali Legationis Ra-
uennæ directis de ordine sanct. mem. Vr-
bani Octaui Pręſidi eiuſdem Legationis non
habetur dicta Clauſula, vt apparet ex illa-
rum tenore videlicet.

*Compiacciaſi V. S. di fare intenaere, che le*
*Corti Epiſcopali di coteſta Prouincia concedino à*
*quella di V. S. le licenze d'eſumare li Cadaueri,*
*e viſitare li feriti, che ſi ritirano ne luoghi immu-*
*ni ogni volta che ſarà di biſogno per ſeruitio della*
*Giuſtitia, che così è mente di Noſtro Signore, e*
*le prego felicità. Roma 10. Nouembre 1638.*

*Di V. S.*

*Come fratello*
*F. Card. Barberino*

Quæ literæ licèt locales debent extendi
etiam extra Prouinciam Romandiolę, quic-
quid in ſimili dicat Thomas del Bene *de Im-*
*munit. Eccleſ. par. 2. cap. 16. dubit. 11. ſect. 6.*
*num.* 11. exiſtimo enim in hoc potiùs adhæ-
rendum opinioni Marij Ital. *de Immun. Ec-*
*cleſ. lib. primo cap. 5. §. 5. num. 18. & ſeqq.* &
Cutell. *eod. tit. lib. primo quæſt. 17. nu:7. & 8.*
contrarium de directo volenti, nempè lite-
23 ras ſcriptas Nuntio Neapolitano, & Ar-
chiepiſcopo Bononienſi eſſe tamquā Leges
Pontificias vniuerſaliter attendendas, & po-
teſt eſſe ratio, quia vbi militat eadem ratio
debet militare eadē diſpoſitio, vt ait del Bene
*loc.cit.c.14. dub.18. ſect.14.n.1.* & quando lex
habet rationem generalem, licèt ſit ſpecia-
lis prout Leges Iuris Communis, & Cano-
nici deſumptæ ex reſcriptis ſpecialibus Papæ
vel Imperatoris efficitur generalis, vt ex Bar-
tol. Alex. & Curd. refert del Bene *vbi proxi-*
*me num.* 18. qui *num.* 24. affert aliam con-
cluſionem ad propoſitum, ſcilicèt quod re-
ſcriptum Principis etiam in cauſis Crimina-
libus habet vim Legis, & citat Text. & Do-
ctores ibidem viden. de qua re ſcribit ple-
nè Io. de Platea *in l. neque Dorotheum C. de*
*Decurion. lib.* 10. & remiſſiuè ad eum Mon-
taluus *lib. primo tit. p. leg. 5. lit. A. partita-*
*rum.*

Addo ego aliam rationem in caſu noſtro,
nempè quia cum inſeruiat ad declarandam
controuerſiam exagitatam inter Doctores,
videtur eſſe vbique ſeruanda, quia declarat
quod vna potius quàm alia opinio ſit iuri-
dica, & tenenda, vt eſt Text. *in cap. Capella-*
*nus de ferijs*, ex quo Textu colligit Solorza-
nus *de iure Indiar. lib. 2. cap. 24. num.* 40. &
ex eo Diana *moral. par. 6. tract. 2. reſol. 4.*
*circa finem fol. mihi* 53. poſſe Summum Pon-
tificem in dubijs opinionibus declarare, quæ
ſit verior, & ſequenda, vndè cum in dictis
literis Pontifex determinauerit quæ ſit ſe-
quenda, non eſt amplius de ea ambigen-
dum, vt dicit Diana *ibidem* in caſu de quo
ipſe loquitur, & aduertunt in ſimili reſcri-
pto sanct. mem. Clemen. VIII. ad Archiep.
Panormitanum directo Sanfel. *deciſ.* 137.
*num.* 2. & Merlin. Pignattell. *contron. forenſ.*
*cap. 64. num. 21. cent. prima* & diffuſius No-
uat. *collect. ſuper pragm. in præfat. propoſitione*
7. vbi dicit facere ad hoc Text. *in fin. C. de*
*leg. & in cap. prim. 19. diſt.* & multos adducit
Doctores ità tenentes, & confert etiam Oli-
ua *de foro Eccleſiaſt. quæſt. 6. num. 64. par. 3.*
Maſcard. *de interpræt. ſtat. concl. 2. num.* 149.
Salzedo, Suarez, Fontanell. relati à Tran-
chedino *conſult. 30. num.* 42. vbi agit de con-
ſuetudine, quæ ius interprætatur.

24 At in caſu de quo agitur non eſt opus
longius immorari circa hunc articulum,
quia ex poſt multæ reſolutiones Sac. Con-
gregationis Immunitatis extant, quibus cau-
tum eſt Epiſcopos non poſſe dare licentiam
Iudici laico exhumandi cadauera à locis
immunibus ad effectum ea recognoſcendi:
Ità enim S. Congregatio cenſuit *in Ripana*
*8. Auguſti* 1645. Et *in Anagnina 21. Ianuarij*
1654. vt refert Thomas del Bene *in add. ad*
*tract. de Immun. Eccleſ.* verbo Epiſcopus *fol.*
*mihi* 98. & idem cenſuit in alia cauſa *2. Mar-*
*tij* 1639. vt refert. D. Iacob Pignattell *con-*
*ſult. 122. n.4. poſt medium to.4. & in alia 19. Iulij*
1667. quam refert idem Pignattell. *loc. cit.* &
ideo non poteſt dici quod dicta Epiſtola fa-
ciat ſtatum in alijs locis, ſed potius ſtanti-
bus reſolutionibus antecedenter factis ſub
eodem tenore, nempe *in Aeſina 17. Decem-*
*bris* 1602. *& in Sutrina prima Iunij* 1604. *& in*
*Sipontina 12. Maij* 1604. *& in Nullius 2. Maij*
1629. *& in alia 2. Martij* 1639. quas refert
D. Iacob Pignattelli. *loc. cit. num.* 4. venit
dicendum, quod Sac. Congregatio Immu-
nitatis ſemper dixit laicos non poſſe pro-
pria authoritate examinare, & alios ſimiles

actus

actus facere in Eccleſia, & in locis Immunibus & nec Epiſcopos poſſe impartiri licentiam laicis prædicta in Eccleſia, ſeu locis immunibus agendi.

Verùm quia *in dicta Nullius 2. Maij 1629.*
25 *& in Sipontina 12. Maij* 1604. prout referunt Del Bene, & Pignatell. *locis cit.* Sacra Congregatio addidit poſſe Epiſcopos, ſi velint, concedere licentiam exhumandi Cadauer, & faciendi recognitionem, & examinandi extra Eccleſiam, etiam in loco Immuni, & ſic quodammodo cauſatur confuſio, & dubietas, ſaltem apud Tyrones, operæ pretium eſſe duxi ad dilucidationem materiæ ex dictis Sacræ Congregationis reſolutionibus, & ex Doctorum traditionibus aliquas ſeligere, & firmare concluſiones, quarum

26 Prima eſt, quòd Epiſcopi, ſeu eorum Vicarij concedendo licentiam Iudici exhumādi Cadauer, & faciendi illius recognitionem in forma, non incidunt in irregularitatem, vt dicunt Genuen. *prax. Archiepiſc. Neap. cap.* 34. *num.* 10. Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 65. Bellett. *diſquiſ. Cleric. par.* 1. *tit.* 1. §. 5. *num.* 149. Diana *oper. moral. par.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 95. *par.* 9. *tract.* 7. *reſol.* 64. & P. Bordonus *pract. crim. cap.* 6. *num.* 9. & alij paſſim, ſiquidem ad incurrendam irregularitatem, quæ inducitur ex defectu perfectę lenitatis requiritur, quòd actus, qui fit, ſit principaliter, & ſufficienter directus in mortem, vel mutilationem, vt ex Nauarr. dicit Genuen. *dicto cap.* 34. *numero decimo*, vel ſaltem debet eſſe cauſa proxima, directa in mortem, vel mutilationem, vt ex Nauarr. Soto, Couar. Henriquez dicunt Genuen. Bellett. & alij ſupra citati, ſed exhumatio, & oſtenſio Cadaueris occiſi (quam Epiſcopi ſolum permittunt, nihil per ſe ipſos in ea operando) non tendit principaliter, & ſufficienter, & nec eſt cauſa proxima directa ad mortem, vel mutilationem, cum ſit actus remotiſſimus, & ſuaptè natura non ſit directus in mortem, vel mutilationem, vt dicit Genuen. *ibidem*, per conſequens non inducit, & nec poteſt inducere irregularitatem; potiſſimùm, quia etiam ſine dicta exhumatione, & oſtenſione Iudex laicus poteſt ſupplere, probando per teſtes corpus delicti, vt dixi ſupra ex Sgroi, & propterea Iudex Eccleſiaſticus cum dicta exhumatione, & oſtēſione Cadaueris non eſt omnis, & principalis cauſa condemnationis, quæ ſubindè ſequitur, quia etiam ſine illa potuiſſet ſequi: nec refert, quòd non tàm citò ſequuta fuiſſet, quia ſufficit quòd potuiſſet ſequi ſine dicta oſtenſione ad hoc, vt oſtenſio dicatur remota, vt deducitur ex Nauarr. *d. conſil.* 19. *num.* 2.

Et hæc concluſio poteſt dici fundata in reſolutionibus prædictis Sacræ Congregationis Immunitatis, nam dum cenſuit poſſe Epiſcopos, ſi velint concedere Iudici laico licentiam exhumandi Cadauer, ac faciendi recognitionem, & examinandi extra Eccleſiam, etiam in loco Immuni, vt habetur in reſolutionibus ſupra recenſitis ex Pignatell., & Del Bene, neceſſariò ſuppoſuit in illis legitimam facultatem, eo magis quia vſa fuit verbo *poſſe*, & verbo *velit*, & inſuper nullam fecit mētionem præſeruationis ab irregularitate, quā tamen pręſeruatio-
27 nem ſolus Pontifex facit, quia ipſe ſolus de ea diſpenſat, vt in terminis irregularitatis ex defectu lenitatis dicunt Nauar. Tolet. Suarez, Sanchez *locis relatis* à Carolo Antonio Theſau. *de pœnis Eccleſ. par.* 2. *verbo Iudices cap.* 2. *verſic. ſuper irregularitate*.

28 Secunda concluſio eſt, quòd laici exhumando propria authoritate, & ſine licentia Ordinarij Cadauera in Eccleſia ſepulta, debent excommunicari, vt eſt Text. *in cap. cum Eccleſia extra de Immunit Eccleſ. & in cap. decet eod. tit. de Immun. Eccleſ. in* 6. Genuen. *d. cap.* 34. *num.* 10. *propè finem*, Pignatel. *dic. num.* 4. *in prin. verſ. ſi verò laicus*, Poſſeuin. *de Offic. Curati cap.* 14. *num.* 8. & Diana *par.* 9. *tract.* 7. *reſol.* 64. *verſ. ſed hæc omnia*, Antonel. *de Regim. Eccleſ. cap.* 12. *num.* 69. Mar. Antonin. *variar. lib.* 1. *reſol. vlt. caſu* 23. *num.* 1. *in fine* Conciol. *crim. reſol. verbo recognitio reſ.* 2. *num.* 2. Farin. *de Immun. Eccleſ. cap.* 2. *num.* 56. etiamſi facta exhumatione extra Eccleſiam faciant recognitionem Cadaueris, & examinent teſtes, quia actus exhumandi Cadauer importat Iuriſdictionem, quam nullo modo poſſunt in Eccleſia exercere, vt ex dicto Tex. *in cap. decet* inquit Genuen. *loc. cit.* & importat fractionem Immunitatis Eccleſiaſticæ, vt inquit Diana *d. reſol.* 64. & licet fiat ex cauſa licita, dummodò abſque licentia Epiſcopi fiat, importat ſacrilegiū, vt ex Claro, Franc. Marc. & Rot. probat Ric. *prax. rer. quotidian. tom.* 1. *tit. prax. irregularitatis reſol.* 452. *num.* 2. *fol. mihi* 332. *col.* 2. actus verò extrahendi ab Eccleſia Cadauer exhumatum aggrauat notabiliter primum delictum, imò conſtituit delictum de per ſe punibile, & excommunicatione dignum, vt de extractione facta à Iudice laico Cadaueris è patibulo ſubtracti, & ad Eccleſiam aſportati pluribus oſtendit Franceſ. *in Paſtorali Regularium par.* 3. *vot.* 8. *per tot.*

29 Tertia concluſio eſt, quòd Epiſcopi non poſſunt concedere Iudici laico licentiam faciendi recognitionem Cadaueris, vel examinandi in Eccleſia, neque vigore literarum Sacræ Congregationis, ſed talis licentia peti debet à Sede Apoſtolica, vt expreſsè declarauit Sacra Congregatio *die 2. Martij* 1639. vt referunt Del Bene, & Pignatell. *locis ſupra citatis*, Sperell. *d. deciſ.* 51. *num.* 17. *&* 18. Conciol. *crim. reſol. verbo recognitio reſol.* 2. *num.* 5. Zuffus *ad Conſt. Barberin. n.* 48. Antonell. *d. cap.* 12. *num.* 68. Michael Ang. Donat. de Aſylia *reſol.* 36. *num.* 2. & 5. P. Bordonus

donus *pract. crim. cap. 6. num.* 10. & P. Paſſerin. *pract. crim. quaſt.* 20. *artic. vnic. num.* 5. cum enim *in cap. decet de Immun. Eccleſ.* ſtatutum ſit, quòd ab Eccleſiis, vel Cæmeterijs omnis arceatur ſtrepitus Iudiciorum, & vt ſtatuit D. Carolus *in Concil. Prouinc. Mediol. tit. 5. de Eccleſ. & eorum Cultu* ea, quæ ad cædis cognitionem pertinent à Sacris locis reijciantur, Epiſcopi non poſſunt ſuper his diſpenſare, quia ad hæc exequenda non relaxanda executores deputati ſunt, vt ex Io: Andr. *in d. c. decet n.* 5. dicit Antonel. *loc. cit. num.* 68. *in fine*, & Sperell. *d. deciſ.* 51. *num.* 14. ait, quod *in d. cap. decet* prohibitio facta eſt Religionis, & Sanctitatis intuitu, vndè nulla ratione, nulloue titulo permitti poteſt, & citat Suarez *tomo primo de Relig. lib. 3. cap. 4. num. 9.*

30 Idem eſt dicēdum, quoad recognitionem faciendam in Cæmeterio, quia Cæmeteriū eſt locus verè Sacer, & à Sacris Canonibus ſtabilitus pro loco Eccleſiaſtico, vt dicunt Sperell. *d. deciſ.* 51. *num.* 16. & Pignatel. *d. conſult.* 122. *num.* 4. *in princ. verbo quinimò* Antonell. *de Reg. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 68. Conciol. *d. reſol.* 2. *num.* 5.

31 Quarta concluſio eſt, quòd in loco immuni, puta in Monaſterio, vel porticu, vt exemplificat Pignatell. *d. conſ.* 122. *num.* 4. poſſunt Epiſcopi, ſi velint permittere, & Iudici laico dare licentiam ibidem recognitionem Cadaueris faciendi, vt paritèr expreſsè declarauit Sacra Congregatio *in dictu Sipontina* 12. *Maij* 1604. & in alia 2. *Martij* 1639. & ex Sperell. *d. deciſ.* 51. *nu.* 4. & 18. inquit Conciol. *d. reſol.* 2. *num.* 5. & idem dicit Donatus de Aſylia *d. reſol.* 36. *num.* 4.

32 Idem eſt dicendum de recognitione Cadaueris facienda in Palatio Epiſcopi, vel vt exemplificat Pignatell. *loc. cit.* in Palatio Cardinalis Titularis, nam liberum eſt Epiſcopo facultatem recognoſcendi Cadauer, vel Reum, ſeu alios ibidem examinandi concedere, vt innuit Pignatell. *loco ſæpè citato.*

23 Et quamuis poſſit dubitari, an hoc ſit verum reſpectu Palatij Cardinalis non Titularis, vel Epiſcopi extra Diœceſim exiſtentis, quia poteſt dici laicum Iudicem non egere licentia, & ſaltem non incurrere in excommunicationem, ſi ibidem exerceat actus aliquos iudiciales, & ratio eſt, quia dicta Palatia non habent Immunitatem Eccleſiſticam, licèt debeant ratione Perſonarum in illis inhabitantium haberi in veneratione, & in magno reſpectu: contrarium nihilominus reſpondet Pignatell. *loc. cit. num. 6. & ſeqq.* & plures affert rationes, quas poteris videre.

34 Quinta concluſio eſt, quòd Epiſcopi tenentur concedere licentiam exhumandi Cadauer, & aſportandi extra Eccleſiam, & locum Immunem, ad effectum vt Iudex laicus poſſit facere recognitionem cadaueris, & ſuper illo examinare, vt firmat Genuen. *d. cap.* 34. *num.* 10. cuius verba formalia ſunt: *Quapropter cum poſſit Epiſcopus id concedere, dicendum eſt, quòd omninò illud facere debeat, nam ſicut Iudex laicus tenetur Epiſcopi Iuriſdictionem adiuuare, & ſuum brachium illi præſtare* cap. 1. de offic. Ordin. *ſic Epiſcopus tenetur præſtare brachium Iudici laico, alias ad Metropolitanum appellare poſſet iuxta Innoc. & alios Doctores* in d. cap. 1. *& quidem malè faceret Epiſcopus, qui id negaret, cum præ omnibus deſiderare debeat delicta puniri, & Ciuitatem à malis hominibus purgari, cap. vt fama de ſent. excommun.* & eum ſic dicentem ſequitur Iul. Lauor. *in ſuis lucubrat. tit. 2. cap. 7. num. 31.*

35 Benè verū eſt, quòd etiam iſto caſu ſi indè oriri poſſet aliquod inconueniens, poterit Epiſcopus dictam licentiam omninò denegare, vt benè aduertit Sperell. *d. deciſ.* 51. *num:* 17. ibi: *Cautè legendum eſſe Genuenſem, quatenus docet Epiſcopum non modò poſſe dictas exhumationes concedere, ſed & teneri. Nam imò totum ſuo eſſe remiſſum arbitrio, cùm ex eius Paſtorali ſollicitudine multoties cognoſcere poſſit id minimè expedire*: & Sperell. referunt, & ſequuntur Antonell. *d. cap.* 12. *num.* 67. Conciol. *d. reſol.* 2. *num.* 3. & ponerem exemplum iuxta caſum relatum à Themudo *d. dec.* 131. in Cadauere in Eccleſia ſepulto mulieris occiſæ à Matre, ex eo quia fecerat ſe ſtuprari, & imprægnari, nam ex tali recognitione irrogaretur pernèceſſe etiam infamia mulieri defunctæ, & ideò non permittenda, quia Cadauera mortuorum debent eſſe in maxima veneratione, vt dicit Ricc. *d. reſol.* 452. *num.* 1. & corpora, & oſſa mortuorum non debent vexari, *l. ſunt perſonæ ff. de relig. & ſumpt. funer. & l. ne corpora ff. eod. & in cap. in noſtra de ſepultur.* & corpora mortuorum non debent percuti, & lacerari, *l. qui ſepulcrum C. de ſepulcr. violat.* multò ergo minùs debent infamari.

36 Aduertendum modò, quòd Epiſcopus, vel eius Vicarius concedendo licentiam exhumandi Cadauer, & extra Eccleſiam, & locum immunem recognoſcendi, bene faciet, ſi præmiſerit proteſtationem, quam inſinuat, & docet Text. *in cap. prælatis de homicid. in 6.* non puto tamen eſſe neceſſariam ex ijs, quæ dixi ſupra in prima concluſione: concedendo verò licentiam faciendi dictam recognitionem Cadaueris, vel viſitandi vulneratum, & examinandi in loco immuni, debet in dicta licentia apponere clauſulam, *dummodò ſpontè ſe vulneratus ſupponat examini*: & aliqui addere ſolent: *& dummodo non præſtetur iuramentum in loco immuni*: ſed ſicut prima clauſula eſt neceſſaria, ne in loco immuni Iudex laicus contentioſa, & violenta Iuriſdictione vtatur: ita ſecunda videtur eſſe impropria, quia vulneratus non debet extra locum Immunem ſe conferre ad iurandum cū periculo perſonæ.

Aduer-

Aduertendum etiam, quòd ſi Iudex laicus ſine dicta licentia faciat exhumationē, & recognitionem cadaueris, ipſe ſubiacebit excommunicationi, vt dixi, & inſuper actus
37 geſtus erit prorſus, & omninò nullus, itaut nequeat ſententia fundari ſuper illo, eſt Text. *in cap. decet de Immun. Eccleſ. in 6.* Abb. *in cap. cum Eccleſia n. 4. & 8. de Immun. Eccl.* & Azzor. *inſtit moral. par. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 3.* & facit Gloſ. & Bart. *in l. nemo martyres C. de Sacroſ. Eccleſ.* & Farin. *d. n. 56.* & ego diffuſiùs oſtendam infra *in cap. de armorum aſportatione.*

Sed quid dicendum ſi Epiſcopus det licentiam viſitandi, & examinandi vulneratum in Eccleſia, an valeat actus? & omiſſis iis, quæ ad ornatum Text. *in l. Barbarius Philippus ff. de Offic. Prætor.* & Text. *in cap. ſi duobus de appellat.* adducunt Doctores Canoniſtæ, & Ciuiliſtæ *in repetitione dd. legum*, & præſertim Camillus Platius *tom. 1. repetit. Ciuil. in d. l. Barbarius num.* 40. & latiſſimè Chriſtophor. Creſpi *obſeruatione 6. per tot.* re-
38 ſolutiuè cum Creſpi *loc. cit. num.* 134. aſſerendum actum omninò valere, quia autoritas, & licentia per Superiorem Eccleſiaſticum impertita operatur, vt actus valeat, etiamſi deindè detegatur inhabilitas, ſeù incapacitas, quæ antè inerat, quia interim
39 geſta ob vtilitatem publicam ſuſtinentur, iuxta Text. *in d. l. Barbarius*, ibi: *quamdiu latuit in Dignitate Prætoris*, quod eſt verum, etiamſi concedenti licentiam tãtùm latuiſſet incapacitas, vt aduertit Maſcard. *de prob. concl.* 648. *num.* 64. & Creſp. *d. num.* 134. & multò magis procedit, quandò impedimentum detectum excludēs officialem ipſo iure egeret diſputatione, prout in caſu iſto, in quo diſputant Doctores, an Iudex Secularis poſſit validè examinare teſtes in Eccleſia, vt dictum eſt ſupra, & videre eſt penès Pignatellum *d. conſult.* 122. *numer.* 4. *verſ. nam etiam in ipſis*, vbi addit, quòd autoritas Sperelli non debet præualere tot antiquis, & grauiſſimis Doctoribus; etenim quando articulus eget diſputatione reſoluendum eſſe pro validitate actus aduertit Creſpi *ibidem num.* 135. vbi vult etiam poſſe valere in futurum gerenda ob manutentionem, quæ competit, donec caſus iudicialiter decidatur, & principalem concluſionem tenet etiam Barboſa *in l. ſi quis ex alien. nu.* 110. *de Iudic.* firmans, quòd ſi concurrat autoritas Superioris, & communis error, & reputatio, quamuis Iudex careat omni Iuriſdictione, valebunt tamen geſta per eū, & idem voluerunt Abb. *in cap. ſuper literis ad finem de reſcript.* & Ant de Butrio *cap. 2. col. 4. poſt med. de dilation.* quos citat Creſpi *d. obſer. 6. num.* 141. qui ad hoc, vt valeat actus etiam contra contumaces reputat ſufficere, quòd concedens licentiam, & autoritatem fuerit in bona fide, prout ſemper præſumitur ſecundùm Bart. quem allegat *in d. l. Barbarius num.* 28. ibi: *Sed in dubio præſumitur factum bona fide*, & ideò non videtur factum malè, ſed benè, etiam quod dicta bona fides proueniat ex ignorantia Iuris, nam ſunt verba Creſpi *loco cit. num.* 146. *& ſeq. Licet regulariter ad ſuſtinendum ea, quæ*
40 *gerit in officio is, qui incapax illius eſt, non ſufficiat Iuris ignoratio, ſed error facti* Maſcard. *de prob. d. concluſ.* 648. *num.* 100. ſi tamen
41 probabiliter poſſit defendi, non dari inhabilitatem, quamuis contraria opinio verior ſit, ſufficit probabilitas ad bonam fidem conſeruandam in Electoribus (nos dicemus
42 in licentiam concedente) quia ſola probabilitas ſolet tribuere Iuriſdictionem ob vtilitatem publicam, quemadmodum iuſtus communis error, vt ex Diana *reſol. moral. par. 3. tract. 3. reſol.* 153. *& par. 5. tract.* 12. *reſol,* 32. *& par.* 10. *tract.* 11. *reſol.* 34. aduertit. Creſpi *loc. cit.*

Aduertendum tertiò, quòd licèt vt dixi, Ordinarij abſque iuſta cauſa non debeant denegare licentiam exhumandi Cadauer ad effectum, vt à Curia Sæculari extra Eccleſiam, & locum Immunem fiat recognitio in forma, nihilominùs aliquando obſtinantur, adeout nullo modo poſſint induci ad illam impartiendam, iſto caſu Iudex Sæcularis, vt ſuppleat quantum in ſe eſt, poteſt probare corpus delicti per teſtes,
43 qui Cadauer, & vulnera viderunt; probatur enim ſufficienter per teſtes ètiam ſi agatur de corpore delicti facti permanentis, vt ait Farinac. *quæſt. 7. num.* 6. Guazzin. *Reorum defenſ. 4. cap. 2. num.* 17. Caualcan. *de Brach. Regio par. 3. num.* 10. Mattheū, qui teſtatur ita fuiſſe deciſum *tract. Regim. Regni Valent. cap.* 8. §. 2. *num.* 29. & 30. & hoc non ſolùm quando adeſt difficultas, ſeu impoſſibilitas ſubijciēdi oculis cadauer, vt in caſu de quo nos agimus, concedit Scaccia *de iudic. c.* 83. *n.* 17. ſed etiā quādo Iudex ex imperitia, vel incuria omittit viſitare, & oculis ſubijcere ipſum Cadauer, tùm ex regula generali, & trita, quòd in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, vt ex Farin. *d. num.* 6. probat Mattheū *loc. cit. num.* 29. tùm etiam quia vt ſubdit Mattheū *ibid. num.* 30. durum eſt, quòd delictum remaneat impunitum ob negligentiam, vel incuriam Inquirentis, vbi per aliud medium legitimum de vera delicti exiſtentia conſtat: præſertim cum ſit cōpertum Fiſco beneficium reſtitutionis cōpetere, quoties ius Fiſci læditur in omiſſione inſpectionis à Iudice faciendæ, nam cōtra factum Iudicis Fiſcus debet reſtitui, & citat Alfar. *de Offic. Fiſcal. gloſ.* 18. *priuil.* 16. *num.* 26. itaut annullata prima Inquiſitione ex aliqua cauſa poteſt Fiſcus Ius ſuum fouendo, nouam formare inquiſitionē, & ex integro procedere, ſumendo informationem tam ſuper corpore delicti, quàm ſuper delinquente, vt benè argumentatur Mattheū *ibidem*: non improbarem tamen cautelam, quòd iſto caſu teſtes ſint plures,

quàm

quàm duo, vt docent Scaccia *de iudic. q. 83. num. 11.* & P. Sgroi *in Luce Prælatorum par. 2. cap. 5. num. 69.*

44 Aduertendum quartò, quòd multoties Superiores Regulares, in quorum Monaſterio vulnerati ſe refugiant, prætēdunt impedire viſitationem cùm prætextu, quod ipſis competat ius dandi licentiam, non tamen benè faciunt, quia huiuſmodi licentię debent concedi à ſolis Ordinarijs locorum ex Bulla ſan. mem. Gregorij XIV. de qua faciunt mentionem P. Bordonus *in prax. crimin. cap. 6. num. 9.* & P. Sgroi *in repertor. ad tract. Lux Prælatorum, verbo Cadauer ſepultum,* & Del Bene *in addit. ad tract. de Immun. Eccl. verbo Regulares*, ait ita reſolutum fuiſſe in Sacra Congregatione Immunit. *in Maceratenſi die 8. Auguſti* 1645.

45 Aduertendum quintò, quòd ſi ſit Clericus ille, qui mortuus, vel vulneratus remanſit ex vulneribus à Sæculari inflictis, Sacra Congregatio hac vtitur diſtinctione. Si Clericus vulneratus non fuerit translatus ad Hoſpitale, aliumue locum Sacrum, vel ſi mortuus, non fuerit translatus ad Eccleſiā poterit à Iudice laico, qui præuenit, fieri recognitio corporis delicti; ſi verò Clericus vulneratus, ad locum Sacrum translatus fuerit, vel mortuus, ad Eccleſiam delatus, & ſepulturæ traditus, eiuſmodi recognitio fieri ab eo non poterit abſque pręcedenti ſolita, ac legitima facultate à Sacra Congregatione Immunitatis concedenda, ita formalibus verbis teſtatur Pignatellus *d. conſult. 122. numer. 4. circa finem tom. 4.* & hæc diſtinctio videtur fundata in eo, quia laicus poteſt ex ſe facere recognitionem Cadaueris perſonæ Eccleſiaſticæ, nam cum caracter imprimatur in anima, ſtatim ac anima ſeparatur à corpore, remanet corpus abſque vllo priuilegio, & ideò laicus habet poteſtatem in illud, vt aduertit Sabellus *in praxi vniuerſali §. Corpo di delitto num.* 8. & hoc idem replicat *in Summa diuerſor. verbo corpus delicti num.* 10. & comprobatur ex Guazzin. *Reor. defenſ 39. cap. 1. num.* 14. qui ait, quòd de facto in Curia Tribunalis A. C. fuit ſuſpenſum abſque degradatione Cadauer cuiuſdam Præsbyteri, qui confeſſus fabricaſſe falſam monetam Summi Pontificis, mortē ſibi in carceribus veneno conſciuerat, & eum referunt Sabell. *in Summa loc. cit.* & de Luca *in Praxi crimin. cap. 30. num. 10. verſ. aliud ſi homicidium,* & reddit rationem Guazzin *loc. cit.* & ex eo Sabell. quia Ordines Sacri dicuntur ineſſe animæ, ac ei cohærere, remittunt tamen ſe ad Theologos, & benè, quia non tranſit hoc abſque contradictione, nam vt inquit Guazzin. *loco cit.* Sacerdos poſt mortem, ſi reſurgat, non debet iterum ordinari; prout Chriſtianus, ſi poſt mortem reſurgat, non debet iterum baptizari, Gloſ. *in cap. 2. cauſa 32. quæſt. 7.* Abb. *in cap. non poteſt de re iudic.* cum alijs, quos citant ipſe Guazzin. & Sebaſtian. Medices *in tract. mors omnia ſoluit par. 1. num.* 146. qui *in eodem tract. par. 3. num.* 73. ait, quòd dignitas non moritur, & Gerh. Feltman. *trac. de cadauere inſpiciendo cap. 6. num.* 26. ait eſſe communicandum defuncto, quod communicabatur viuenti *cap. 11. de ſepultur.* Vndè Sacra Congregatio Immunitatis, vt apparet ex Regiſtro decretorum *ſub die 3. Iulij 1674. in vna Feretrana*, dato dubio, An Prætor, & Cancellarius laicalis Curiæ, qui fecerunt recognitionem Cadaueris Sacerdotis Marci Tani ad probandum corpus delicti incurrerint in cenſuras? reſpondit *incurriſſe*, & impartita fuit facultas eos abſoluendi. Propterea non video, quomodo D. Pignatell. *conſult. 122. numer. 4. circa finem tom. 4. aſſerat contrarium.*

Conferr ad corroborandam dictam reſolutionem Sacræ Congregationis reſolutio facta pœnes Gerh. Feltman. *d. cap. 6. nu.* 29. nempè quòd recognitio Cadaueris ſcholaris in flumine ſubmerſi fiat à Rectore, & Superiore Studij, cuius reſolutionis fundamēta prolixè affert Feltman *ibid. cap. 5. & cap. 6. per tot.* qui in fine *d. cap.* 5. ait ſeruari, quòd viſitatio Cadaueris militis occiſi fit à Iudice Militari, & non à Iudice loci, in quo hybernat, aut in Præſidio eſt.

Quæro quartò, An confugiens ad Eccle-
ſiam poſſit in ea de Commiſſione Iudicis
ſæcularis verbaliter citari pro cauſa crimi-
46 nali? Affirmatiuè reſpondent Bart. *in l. præ-
ſenti C. de his, qui ad Eccleſ. confug. & in leg.
plerique ff. de in Ius vocand.* Alex. *l. in Ius vo-
cari num. 4. ff. de in Ius vocan.* Bald. *in l. 2. C. de
Sacroſ. Eccleſ.* Azeuedo *recopill. lib. 1. tit. 1.
leg. 4. num.* 7. & Adden. *ad Bart. in d. l. pleri-
que* citat Oldradum, & Romanum locis ibi-
dem relatis, & idem reſpondent etiam Ma-
ranta *in Specul. aur. par. 6. de citat. num.* 129.
Abb. *in cap. inter alia, num. 9. extr. de Immun.
Eccleſ.* Valaſc. *conſult. 81. num.* 4. Rouir.
*pragm. 1. de Iuriſdict. inuicem non turband. nu-
mer. 17. & pragm. 2. de citat. num.* 12. Sanfel.
*deciſ. 141. num. 1. & 2.* Sperell. *deciſ. 51. nu-
mer.* 26. Barboſ. *de Iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 2.
cap. 3. num.* 7. Cortiada *deciſ. 72. numer.* 25.
& adducti per D. Tarquin. Vrbanum penes
Zuffum *comment. ad Conſtitutionem Barberinam
num. 58. & ſeqq.* nam citatio per Nuncium
47 facta dicitur nudum miniſterium non im-
portans Iuriſdictionem, vt dicunt Bald. in
*l. nemo Apoſtolorum num. 9. C. de Sacroſan. Ec-
48 cleſijs*, & Aretin. *in eadem l. nemo Apoſtolorum
num.* 4. & ideò poteſt exequi in Eccleſia, li-
cet in ea non poſſit committi, vt docet Spe-
rell. *dicta deciſ. 51. num.* 26. Cortiada *d. deciſ.
72. nu.* 25. & Sanfel. *d. deciſ.* 141. qui *num.* 4.
ait, quòd citatio valet, & quòd poteſt pro-
cedi contra citatum non comparentem,
dummodò citatus non debeat puniri pœna
49 ſanguinis, & ſubdit, quòd ita fuit exe-
quutum contra eum, qui ad effectum effu-

giendi

giendi præceptum, ſeu mandatum de ſtando Domi fieri ſolitum ad euitanda ſcandala ſe in Eccleſiam contulerat, & idem replicat Sanfel. *in add. ad dictam deciſ.* 141. impreſſam in fine libri ſecundi, vbi ex Petro Pecchio *de iure ſiſtendi cap.* 6. & Borell. *Summa deciſ. tit.* 44. *de citation. num.* 74. *verſic. verbalis citatio* aſſerit hanc eſſe communem ſententiam Iuris Interpretum.

50 Contrarium de directo tenent Ang. Fulgoſ. & Anchar. *locis relatis* ab Alex. *in l. in Ius vocari num.* 4. *ff. de in Ius vocan.* Cardin. Alban. ad Bart. *in l. plerique num.* 3. *ff. eodem tit.* Ripoll. *variar. cap.* 3. *num.* 47. *& ſeqq.* & *in addit.* ad Peguer. *rub.* 6. *num.* 77. & Tarquin. Vrbanus penes Zuffum *in annot. ad Conſtitutionem Barberinam num.* 92. *& ſeqq.* impreſſa poſt *tract. de legitim. proceſſ.* Gail. *de pace publ. lib.* 2. *num.* 7. *& pract. obſeru. lib.* 1. *obſeru.* 52. *numer.* 3. Rota *deciſ.* 5. aliàs 15. *de dolo, & contumacia in antiqu.* Donat Anton. de Marin. *reſol.* 44. *num.* 10. ea moti ratione, quia ſi hoc concederetur, eſſet adinuentus modus ſic per indirectum timore ſolutionis pœnæ cõminatæ in citatione inducendi Reum refugiatum in Eccleſia ad exeundum ab ea, & mandatis Curiæ parendum, vt ex Donat. Anton. de Marin. *reſol.* 44. *num.* 7. *&* 8. & Donat de Aſyla *reſol.* 28. *&* 204. aduertit Tarquin. Vrbanus *loco citato num.* 90. *&* 94. & ad rationem adductam pro contraria opinione reſpondent Diana *reſol. moral. par.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 34. & Thomas del Bene *de Immunit. Eccleſ. cap.* 12. *dub.* 5. *num.* 4. quòd citatio quomodocumque conſideretur, quatenus committatur à Iudice, ſiuè quatenus intimetur à Nuncio, ſemper eſt actus iudicialis, ſiquidem tàm commiſſio, quàm intimatio pertinet ad actum Iudicialem, ſicut enim iudicium inualidatur, ſi deficit commiſſio citationis, quæ debet fieri à Iudice *l. neminem C. de exhib. Reis*, ita inualidatur, ſi deficit exequutio, & quòd plus eſt ſi deficit relatio Alex. *conſ.* 213. *n.* 5. *vol.* 2. & Farin. *qu.* 11. *n.* 39.

Sed hoc eſt verum ſolùm reſpectu ad Iudicem laicum, nam Iudex Eccleſiaſticus 51 non ſolùm poteſt citare verbaliter Reum in Eccleſia exiſtentem Ripoll. *var. cap.* 3. *num.* 148. *& ſeq.* & *in add.* ad Peguer. *d. rub.* 6. *num.* 77. & Tarquinius Vrbanus *loco citato num.* 95. ſed poteſt exercere Iuriſdictionem contentioſam in Clericum exiſtentem in 52 Eccleſia, illum verberando, & capi faciendo, & præceptando, vt teneat Eccleſiam loco carceris, ſub pœna pecuniaria locis pijs applicanda, & in ſubſidium excommunicationis, & Parochum in Domo Parochiali cum concubina repertum poteſt extrahere, & pnnire, vt ex Abb. Donato 53 de Aſyla, Diaz, Lopez, Guttierez, Genuen. & Ceuall. ait Tarquinius Vrban. *loco cit. num.* 76. *& ſeqq.* vbi inſuper ait, hanc opinionem remanere confirmatam ex Gregoriana, & teſtatur ſe nunquam quoad Clericos, & Religioſos audiuiſſe contrarium, non vt puniantur pœna corporali, ſed ad correctionem, & vt pœnitentia ſalutari coerceantur, & ad hoc allegat Graſſ. *Cleric. effect.* 38. *num.* 1. Bellett. *diſquiſ. Cleric.* §. 15. *per tot.* Peregr. *de Imm. Eccleſ. cap.* 12. *num.* 3. & Ciarlin. *controu. forenſ. cap.* 10. *numer.* 14. 18. *&* 20.

Aduertendum tamen, quòd Iudex Eccleſiaſticus præter citationem verbalem nihil aliud poteſt agere contra ſeculares in Eccleſiaa refugiatos, nam debent eſſe tuti in Ec- 54 cleſia, & in ea non poſſunt conſtringi, ſeù in perſona moleſtari, & nec ab ea poſſunt extrahi, niſi aliquod ex delictis exceptuatis in Bulla Gregorij XIV. admiſerint, de quibus plenum tractatum fecerunt Farinacc. Thom. del Bene, Donat. de Aſyla, Mat. Italia, Peregr. Ambroſ. *in tract. de Immunit. Eccleſ.* & nouiſſimè Cortiada *deciſ. Catalon. de Immun.* apud quos omnia benè enucleata & ad ſaturitatem inueniuntur: & quoad 55 Clericos, & Religioſos, nec procedit ſic de plano, quia ſi illi ſe cõferant ad Eccleſiã, cum hac intentione fruendi Immunitate Eccleſiaſtica, non poſſunt indè extrahi pro delictis non exceptis, ne Eccleſiaſtici ſint inferioris conditionis, quàm laici, vt ex Zabarell. Roman. Farinac. Giurb. Carthar. Decian. Genuen. Ciarlin. Diana, Del Bene, & mille alijs firmat Cortiada *deciſ.* 91. *num.* 2. *&* 4. & quamuis poſſint à ſuo Iudice pœnitentia ſalutari corripi, adhuc tamen quando ad Eccleſiam confugiunt animo, & intentione gaudendi Immunitate nequeunt extrahi ab Eccleſia, vt ex Barboſ. Viſch. Farin. ac Guazzin. ait Cortiada *d. deciſ.* 91. *n.* 9. *in fine*, & in Eccleſia pro ſalutari pœnitentia iniungenda ex cauſa Diſciplinæ nequeũt incarcerari, nec alia corporis afflictiua affici, quantumuis crimen eſſet publicum, vt proſequitur Cortiada *ibid. num.* 10. qui ta- 56 men *num.* 13. *&* 30. inquit quòd de conſuetudine hoc non ſeruatur, quia Superiores extrahunt, & puniunt Clericos, & Religioſos, & ſic ſe habere quotidianam praxim, & conſuetudinem approbatam eſſe à Summis Pontificibus volunt Carthar. *deciſ.* 82. *num.* 4. Diana *reſol. moral. par. prima tract.* 1. *reſol.* 25. & *in Summa par.* 1. *verbo Immunitas num.* 4. Del Bene *de Immun. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 10. *ſect.* 15. *num.* 10. Cortiada *d. deciſ.* 81. *num.* 30. Antonell. *de Regim. Eccl. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 48. Fagnan. *cap. inter alia num.* 77. *de Immunit. Eccleſ.* De validitate tamen huius conſuetudinis dubitant multi, 57 & præſertim Decian. *trac. crim. lib.* 4. *c.* 9. *n.* 10 *& ſeqq.* Donat. de Aſyl. *reſ.* 209. *n.* 3. *& ſeqq.* Sperell. *deciſ.* 2. *n.* 126. *& dec.* 37. *nn.* 20. *& ſeqq.* Farin. *quaeſt.* 28. *n.* 7. Vermigl. *conſ. crim.* 103. *num.* 14. *& ſeqq.* Ventrigl. *prax. Eccl. annot.* 23. §. 1. *numer.* 22. *par.* 2. & Tarquin. Vrban. qui hos refert, & ſequitur *loco ſupra cit. num.*

*num.* 115. *& ſeqq.* & Fagnan. *in cap. inter alia num.* 94. *de Immunit. Eccleſ.*

Idem eſſe affirmandum ad fauorem Religioſi in Eccleſia, ſeu Monaſterio alterius ordinis refugiato, vt ab ea inuitus ordinaria auctoritate à Superioribus Regularibus extrahi nequeat, firmat Vrban. *loc. cit. n.* 22. & hanc opinionem exceptis caſibus, in quibus Regularis intra ſepta proprij monaſterij deliquit pluries tenuiſſe Sac. Congregationem Concil. Immun. & Epiſcop. ex Candid. & Pilaia, & Diana refert Vrban. ibid. *num.* 129. *& ſeqq.* nam in caſibus, in quibus
58 Regularis deliquit intra ſepta Monaſterij, ne diſciplina regularis de facili corruat, poſſet à Superioribus licitè conſtringi, & corripi, vt ex Diana Gambacurt. Candid. Donat. de Aſil. Farin., & Italia firmat D. Tarquinius *ibid. num.* 125.

Quintò Quæro. An citatus in Eccleſia, & non comparens poſſit condemnari in pœnam corporalem, ſeu pecuniariam?, hæc quæſtio videtur ſuperflua, admiſſa, & data nullitate citationis, vt dictum eſt in præcedenti quæſito, verum quia multi Doctores tenent citationem in Eccleſia exequutam valere, ideò reſpondendum quod Sanfel. *d. deciſ.* 141. tenet partem affirmatiuam quo-
59 ad condemnandum in pœnam pecuniariam, & Corriada *deciſ.* 72. *num.* 21. & 22. tenet indiſtinctè dictam affirmatiuam ob rationem, quam affert Thomas del Bene *de*
60 *Immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 31. *n.* 15. & 16. nempè quia tunc non proceditur ratione confugij ad Eccleſiam, ſed ratione delicti, propter quod lex imponit pœnam, & del Bene *ibid.* teſtatur eſſe conſuetudine receptum, quod cum Reus ad Eccleſiam confugit in caſibus non exceptis, Iudex Sæcularis inquirit, & citare facit, & non comparentem in contumaciam huiuſmodi Reũ
61 condemnat, etiam in pœnam mortis & valet talis ſententia, quia continet in ventre
62 tacitam conditionem, quod exequatur ſi, & quatenus exeat Reus ab Eccleſia, & loco Immuni, vt innuit poſt alios, quos citat etiam Corriada *ibid. num.* 21. ſed eſt aduertendum quod del Bene *loc. cit.* non loquitur in terminis propoſiti caſus, nam praxis de qua ipſe teſtatur, procedit, & habet locum quoties Iudex facit citare Reum domi ſolitę, & vltimæ habitationis, & in eius contumaciam profert ſententiam, non obſtante quod ſibi ſit notum ipſum Reum manere confugiatum in Eccleſia, & de iſta praxi poſſum & ego teſtari, quia vidi ſic practicari, & practicaui, & in omni Tribunali ità practicatur, vt notum eſt omnibus verſatis in criminalibus ſubſellijs, ſed non eſt ve-
63 ra, nec procedit, quando Iudex facit citare dictum Reum in Eccleſia, nam tunc veriorem, & tutiorem eſſe puto opinionem Sanfel. *dicta deciſ.* 141. quod ſcilicèt nequeat deueniri ad pœnam ſanguinis, & corporalem; imò per me etiam opinio Sanfel. non reciperetur ſic de facili in practica, quia admiſſo quod quis poſſit citari in Eccleſia puto eſſe diſtinguendos quatuor caſus; Primus eſt quandò confugiens ad Eccleſiam
64 commiſit delictum, & ad ſe tuendum acceſſit ad Eccleſiam, & iſto caſu ſi citatus in Eccleſia ad comparendum, & ſe defendendum non comparet, poteſt condemnari pro delicto commiſſo citrà pœnam ſanguinis, & corporalem, iuxta opinionem Sanfel. *loc. cit.* ſecundus caſus eſt quandò quis confugit ad Eccleſiam, non ex cauſa delicti, ſed benè, nè præcepetur à Superiore ad manendum domi, vt ſolet fieri à Superioribus, quandò timetur, nè inter aliquas factiones deueniatur ad arma, & tunc ſi citatus in Eccleſia, vel præceptatus ad ſe conferendum ad domum, & indè non diſcedendum non vult comparere, & nec ad domum ſe conferre non poteſt vllatenus moleſtari in Perſona, & nec in bonis, quia iſto caſu procederetur ad pœnam contra ipſum ex cauſa confugij, & eſſet adinuentus modus per indirectum priuandi confugientes Immunitate Eccleſiaſtica, quod non eſt dicendum, iuxta ea quæ ſupra dixi *num.* 50.

65 Tertius caſus eſt, quandò is, qui confugit ad Eccleſiam, ne præcepietur ad conferendum, ſe domi, & indè non diſcedendum, citatur domi ſolitæ, & vltimæ habitationis, & tunc ſi non obedit præcepto, benè condemnatur in pœnam pecuniariam in præcepto contentam; quia citatio taliter exequuta afficit, vt ex Conciol. de Luca, Prato, & Villoſa dicam infrà *cap.* 25. *§. primo num.* 50. & pœna exigitur non ratione confugij, ſed ratione contemptus ex traditis per Vulpellum *reſp. crim.* 139. *nu.* 12. *&* 13. & ratio differentię intèr hunc caſum, & caſum præcedentē eſt, quia in iſto tertio caſu contumacia eſt legitimè contracta, quod non eſt in caſu præcedenti, & propterea ſi exigeretur pęna certè exigeretur propter ſolum confugium, quod non eſt dicendum ex ratione, & auctoritatibus adductis *d. num.* 50.

66 Quartus demùm caſus eſt quandò exiſtens in Eccleſia, ad quam propter delictum confugit, citatur non in Eccleſia, ſed domi ad comparendum, & ſe expurgandum, & iſto caſu Reus condemnatur etiam in pœnam ſanguinis abſque vlla difficultate, vt dixi, & ità debent intelligi del Bene, & Corriada, aliàs ſecundùm me malè loquerentur.

67 Poteſt contrà ſecundùm caſum dici ex Sanfelic. *dicta deciſ.* 141. *num.* 6. & 7. quod præceptum tanquam factum ad publicam vtilitatem, & conſeruationem pacifici ſtatus publici, poteſt fieri in Eccleſia, quia ſicut propter neceſſitatem ita propter publicam vtilitatem receditur à regulis ordinarijs iuris vt ex Abbate, & Innocentio ait Sanfelic. *ibidem num.* 6. *& ſeq.* ſed ceſſat obiectum, ſi conſi-

conſideretur, quod Reipublicæ quieti prouidetur cum citatione facta domi, prout dictum eſt in tertio caſu, & propterea ceſſat neceſſitas exequendI Citationem in Eccleſia, & per conſequens ceſſant omnia argumenta quæ Doctores adducunt ad oſtendendum, quod iuſtè receditur à regulis Iuris propter vrgentem neceſſitatem.

68 Rurſùs poteſt contrà tertium caſum opponi ex Donat. Ant. de Marin. *dicta reſolut. 44. num. 11. & ſeqq.* quod huiuſmodi præceptum, ſeù citatio de accedendo ad domum, & non diſcedendo importat citationem realem potiùs, quam verbalem, quià citatus debet ſe conferre ad domum, & indè non diſcedere, quod eſt verè, & propriè carceratio, nam non is tantum, qui ſub clauibus ſtat, dicitur carceratus, ſed etiam qui ad ſui libitum ab aliquo loco recedere non poteſt, vt dicunt Angel. Maſcard. Viu. Guidopap. Menoch. & Farin. citati ab ipſo de Marinis *ibidem num. 12.* & indè cum ſit citatio realis non poteſt tentari aduersùs eum, qui refugiatus exiſtit in Eccleſia, quia in ea nemo carcerari, & nec in Perſona moleſtari, aut vim pati debet, vt habetur toto *titulo de Immun. Eccleſ.* ſed reſpondetur, quod citatus domi ad ſe conferendum ad domum debet in eadem citatione aſſecurari, vt dicam infrà *cap. 25. §. primo num. 35.* alias contumacia, & ſic contemptus Iudicis ceſſaret, vt oſtendam in dicto loco, & ceſſante contemptu non poſſet propter ſolum confugium ad Eccleſiam puniri, vt dixi in dicto tertio caſu.

69 Poteſt replicari quod contumacia, & contemptus iſte habet originem, & prouenit ex ipſo confugio, & de cauſato debet iudicari, ſicut iudicatur de cauſa vulgatis iuribus, & quod adhuc huiuſmodi citatio importat conſtrictionē perſonalem, & carcerationem, licèt abſque pœna futuram, Sed reſpondetur quod iſto caſo propter publicum bonum non debent attendi regulæ ordinariæ Iuris, iuxtà aduertentiam Sanſel. quia hic verè deficit alia via prouidendi, ac inconuenientibus obuiandi vt de ſe patet, & ideò oblata ſecuritate in ipſa citatione citatus eſt tutus à pœna, & debet obedire, nec illa qualis qualis conſtrictio, & detentio, quam interim pati potoſt citatus, debet hoc prouiſionale remedium impedire, quia ratione æconomicæ, & politicæ poteſtatis non ſolum poteſt is citari, ſed etiam poteſt extrahi ab Eccleſia, vt ex Portules, & Seſſe, & Bardax. dicit Cortiada *deciſ. 66. num. 16.* qui tribus exemplis id comprobant, primo in illo, qui in cauſa Ciuili non vult obedire ſententiæ Cancellarij, & ad Eccleſiam confugit; Secundò in ſeruo ad Eccleſiam confugiente; Tertiò in filio confugiente ad Eccleſiam ne corrigatur à Patre, nam eſt certum (ſunt verba præciſa Cortiade *loc. citat. num. 17.*) *quod iſte filius non gaudet Immunitate Eccleſiæ, & Pater poteſt illum extrahere abſque metu excommunicationis* & hoc dicunt etiam Riccius *deciſ. 141: par. prima Thoro compend. deciſ. Archiepiſc. verbo filius familias*, & Creſpi *obſeruat. 3. num. 37.*

70 Et licèt Riccius *collect. deciſ. 1792.* circà medium *par. 5. fol. mihi 193.* referat, contrarium fuiſſe deciſum in Curia Archiepiſ. nempè non fuiſſe licitum Curiæ Sæculari extrahere commorantem in Eccleſia ad finem componendi pacem, & euitandi ſcandala, & propterea fuiſſe reſtitutum Eccleſiæ Montis Deo quemdam nobilem, qui prouocauerat ad ſingulare certamen alium nobilem.

71 Nihilominus non eſt recedendum à determinatione facta in dicto tertio caſu, tum quia contra Riccium tenet Creſpi *d. reſol. 3. num. 37.* tum etiam quia nos non dicimus licere Iudici Sæculari extrahere refugiatum ab Eccleſia, nec dicimus licere illum in Eccleſia citare: ſed benè dicimus, licere exiſtentem in Eccleſia citare domi, & præceptare cum oblatione aſſecurationis à pœna principalis delicti, vt ſe conferat ad domum, & indè non diſcedat, & hac citatione facta licere Iudici eumdem mulctare pœna in prœcepto cominata, quatenus non obediat etenim iſti termini valdè inter ſe diſtant, vt de ſe patet.

72 Quod eo fortius procedit, ſi Iudex in præcepto, ſeu citatione non faciat mentionem de permanentia citati in Eccleſia, nam tunc iudicatur de eo, æquè ac ſi exiſteret extra Eccleſiam contra quem eſt certum, quod citatio facta domi afficit vt ſupra dixi.

## Proferirà parole laſciue, ò farà atti dishoneſti.

Concordant Bannimenta cum Conſtitu-
tione B. Pij V. incipien. *cum primum*, qua
prohibentur fieri in Eccleſia vana, fœda,
profana, & etiam deambulationes: & con-
cordant cum Text. *in cap. decet de Immunit.*
*Eccleſ.* & concordant cum ijs, quæ in ter-
minis modeſtiæ, & reuerentiæ debitæ Ec-
73 cleſiæ ab his, qui in Eccleſia exiſtunt, po-
nit Azeued. *recopil. lib. primo tit. 2. leg. prima*
*num. 2.* & *3.* inquiens iuſtum eſſe, & neceſ-
ſarium, vt in templis magna modeſtia, &
reuerentia obſeruetur, & ideò non conce-
74 dit, vt homines iuxta Altare Eccleſiæ aſſi-
ſtant, neque circum illud, vel abſque reue-
rentia ſtent ibidem, vel inhoneſta, & con-
fabuloſa tractent, & citat Rebuff. *in 2. tom.*
*conſtit. Franc. tit. de Immunit. Eccleſ. art. primo*
*gloſ. prima num. 7.*

Quæro primò. An faciens actus laſciuos
in Eccleſia, vt ſunt adulteria, ſtupra, ſo-
75 domia, maſtrupationes, & huiuſmodi gau-
deat Immunitate Eccleſiaſtica? agit diffusè
de hac quæſtione Cortiada *deciſ. 112. à nu. 4.*

*vſque ad n.* 41. & Doctores pro vtraque parte affirmatiua, & negatiua plena manu afſert quos ibidem videre poteris ad ſaturitatem pro enucleatione Articuli: & ſi vis ſcire quam ſit hoc deteſtandum, adeas Tiraquell. connubial. *leg.* 15. *num.* 106. *& ſeqq.*

Quæro ſecundò. An habens rem Carnalem cum muliere in ſcalis Eccleſiæ commit-
76 tat ſacrilegium, & puniatur? Quo ad Sacrilegium negatiuè reſpondendum docet Sanchez *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 15. *num.* 28. *p.* 3. & remiſſiuè ad eum Farin. *quæſt.* 146. §. *ſacrilegium num.* 32. & non ſolum ſacrilegium, ſed & pollutionem excludit Sanchez *loc. cit.* quo verò ad pœnam puto, eſſe im-
77 ponendam pœnam exilij, vel ictum funis vel carceris ratione irreuerentiæ, ſcandali, & mali exempli, vt fuit practicatum tem pore quo eram Procurator Pauperum in Vrbe contra quemdam carratterium, qui ſi recte memini, fuit publicè tortus, ad quod vide Io. Bapt. Thoro *vot. deciſ.* 15. *per tot. par.* 2. vbi refert, fuiſſe condemnatum ad exulandum per ſemeſtre tempus eum, qui rem habuit cum muliere intus cameram exiſtentem ſubtus organum Templi.

Tertiò Quæro. An Bannimenta in illis verbis, *parole laſcine*, & *atti diſhoneſti*, includant ſolummodò actus libidinuſos? Et puto quod non, quia licet laſciuia regulariter ad libidinem referatur, nihilominus propriè, &
78 verè ſignificat omnem actum prouenientem ex petulantia, nequitia, & incontinentia animi, nec virtutem, & nec probitatem reuerentis, procacitateque ſe delectantis, vt explicat Calepin. *verbo laſciuia*: imò Gloſ. *in* §. *interdum Inſtit. de obligat. quæ ex delicti naſc.* explicat, quod verbum *laſciuia* denotat ſtultitiam, & concordant Carthar *deciſ. crim* 30. *num.* 15. *& ſeq.* & Budeus qui dat etimologiam dict. verb. *in leg. ex conducto* §. *ſed & ſi habes ff. de loc. & conduct.* & ideò qui per quamdam animi imprudentem alacritatem delinquit, dicitur per laſciuiam delinquere, & debet puniri, vt inquir Vulpell. *reſp. crim.* 150. *num.* 8. qui teſtatur fuiſſe
79 condemnatum ad triremes per biennium illum, qui in tripudio per laſciuiam immiſit ignem in ſtuppam, qua erat coopertus quidam laruatus, & Faber in eius *Cod. lib.*
80 *primo tit.* 5. *diff.* 8. *per tot.* ait, quod pœna triremium poteſt imponi ei, qui per ſpeciem malignæ iniuriæ deliquit, & ponit exemplum in Iuuenibus, qui cellam vinariam effregerunt, & vinum effuderunt, vt nocerent: ſed quod delinquentes per laſci-
81 uiam leuioribus pœnis, nec niſi pecuniarijs puniantur aſſerit Faber. *loc. cit. per text. in l. ex conducto* §. *ſi vis ff. locati*, & hanc potius, quam aliam Vulpell. opinionem ſequerer motus ex Text. *in l. lege Cornelia ff. ad l. Corn. de Sicar.* nam ſi laſciuia, quæ præſtulit mortem hominis, quinquennali relegatione dumtaxat coercetur iuxtà Text. *in d. l. lege Corn.* certè illa, quæ non damnum, ſed periculum tantum mortis intulit ac modum mitiori pœna debet plecti ad Text. *in auth. multò magis C. de Sacroſ Eccleſ.*

Credere ergò quod in noſtris Bannimentis compræhendantur, qui per animi imprudentem alacritatem in Eccleſia proferunt verba indecentia, & multò magis qui actus indecentes faciunt, puta tangendo partes inhoneſtas, nam tales actus præſeferunt ſacrilegium ſecundùm Vulpi. *moral. reſolut.* 26. *num.* 27. quamuis Sanchez *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 15. *num.* 21. *par.* 2. & Valent. 2. 2. *diſp.* 6. *quæſt.* 15. *punct. primo* negent quandò fiunt
84 ſine periculo pollutionis: imo quod etiam verba indecentia, & inhoneſta ſi altiori voce proferantur, importent ſacrilegium neceſſariò exprimendum in confeſſione Sacramentali, tenet Petrus de Ledeſma *in ſumma Sacramentor. de pœnitentia c.* 29. §. *ai erca d'eſta Concluſion.*, quem refert, ſed non ſequitur Sanchez *dicta diſp.* 15. *num.* 20. Et inter actus laſciuos poteſt referri caſus relatus à D. Chriſtophor. Creſpi *obſeruat.* 76. *per tot.* vbi dicit, quod quidam manens nocte natiuitatis Dominicæ in Eccleſia ſuper prunis accenſis piperis indici, & colorati quantitatem iniecit, cuius fumus circumſtantibus, ac Clericis
85 ipſis in Choro horas matutinas pſallentibus ad indecentes effectus prouocauit, itaut fuerint interrupta Diuina officia, & fuerint motæ acclamationes contrà illum, qui piper in prunas iniecit, & ipſe enſe euaginato ac clamantes laceſſiuit, & teſtatur *ibidem n.* 28. quod fuit condemnatus, vt ad vere-
86 cundiam per loca ſolita vrbis duceretur & ab Vrbe, & Regno per octo annos exiliaretur, & in caſu contrauentionis ad tempus duplicatum, & etiam ad ſoluendum quinquaginta libras iuxtà *Pragmaticâ* diſtribuendas, & aduertit Chriſtophor. Creſpi *ibidem num.* 23. quod fuit ita mitè punitus, quia fuit animaduerſum maximam partem doli in eo crimine defuiſſe, & Reum Piper in prunas inieciſſe non animo mouendi tumultum, aut Diuina officia perturbandi, aut acclamationibus vtendi, ſed bene per iocum, diuerſum omninò exitum futurum
87 ſibi perſuadentem, etenim in delictis animus potius, quam exitus debet inſpici, vt eſt Text. *in l. Diuus Pius ff. ad l. Corn. de falſ. & l. fraudis interpretat. ff. de Reg. Iuris*: eſſet tamen rigoſa hęc reſolutio, quādò factum non ſucceſſiſſet in ſolemniori anni feſtiuitate, & non fuiſſent turbata Diuina officia, quia ob ſimplicem iniectionem Piperis in prunas, & ob euaginationem enſis ſatis fuiſſet pœna verecundiæ, vel trium ictuum funis, aut exilij.

88 Cadunt etiam ſub noſtris bannimentis omnes cachinnationes, & riſus inordinati, vt per *cap. nullus Præsbyterorum de conſecrat. diſtinct.* 5. inquit Azeuedo *recopil. lib.*

*lib. primo tit. 2. leg. 4. num. 4.* & compræhenduntur etiam ij, qui ipſis Altaribus adhęrent & ſuper eis ſe reclinant, & qui inter fœminas ſedent, & cum illis loquuntur ad tradita per Azeued. *loc. cit. leg. prima per tot.* & compręhenduntur pariter qui accedunt ad Templa, & ſancta loca ea animi libidine, vt fœminas aſpiciant, & eas alloquantur, contra quos inuehuntur Tiraquell. *leg. 15. Connub. numer.* 110. Cenedo *collect.* 11. *numero tertio ad ſextum decretal. gloſa in cap. odi 24. quæſtione prima, verbo ſed ſuas* vbi loquitur de Scholaſticis, qui vadunt ad templa videndarum fœminarum cauſa: & alij quos refert Barboſa *de offic. Parochi cap. 13. numer. 29.* verum iſti potius repræhendi, moneri acritèr, & etiam à Templis eijci debent vt ex Io. Sanc. dicit Barboſa ibidem.

Quæro quattò. An verba inhoneſta, & obſcęna in iniutiam alicuius prolata in Eccleſia compræhendantur in hoc patagrapho? dic quod non, quia caſus iſte continet aliquid plus, & tamquam mixtus non con-
90 tinetur in ſimplici Vermigl. *conſ. crim. 388. num. 24.* & Rota *deciſ. 130. num. 6. poſt. 2. lib. conſ.* Farinacij. Videntur enim hic prohibita verba inhoneſta, & laſciua, etiam ſi in alicuius iniutiam verba non profetantur, ſufficit enim, quod ſint talia ad hoc, vt dicta verba inhoneſta proferens puniatur, vt in ſimill diſpoſitione aduertit Azeued. *recopil. lib. 8. tit. 10. leg. 5. num. primo*, & eſt notabilis, & exorbitans, licèt laudanda diſpoſitio, quia regulariter verba, quæ non
91 ſunt directa in alterius iuiuriam non videntur præſeferre pœnam, niſi dicamus quod lædunt Rempublicam, vt ex Ariſtotile inquit Azeued. *loc. citat. num. 2.* & tendunt in irreuerētiam loci, & Diuini Cultus ad Text. *in cap. decet de Immun. Eccleſ.*

## Pena di trè tratti di corda, ò d' vn meſe di prigionia.

Alternatiua poſita hic, & alibi in noſtris bannimentis requirit quod diſcutiamus, an
92 electio pœnæ ſit Iudicis, an verò Rei, & quia non habetur lex hoc expreſsè decidens Doctores in varias iuerunt ſententias; Gloſ. *enim in cap. ſicut Iudæi de Iudæis, & in cap. à Crapula de vit. & honeſt. Clericorum & in cap. fraternitatis 34. diſt.* quam communiter ſequi Doctores aſſerunt Anania *in dicto cap. ſicut Iudæi*, & Abb. *in d. cap. à Crapula*, tenet abſolutè, quod electio ſpectat ad Iudicem: Gloſ. verò *in leg. quicumque C. de ſeru. fugit.* quam ſequi Bart. Ang. Salyc. dicit Gloſ. *marginalis in d. l. quicumque lit. K.* tenet quod electio ſpectet ad Reum: alij vt Cyn. & Bart. *in l. prima C. de effract.* diſtinctione hanc contrarietatem concordare conati ſunt, dicendo, quod ſi verba legis ſunt directa ad Iudicem, Iudicis eſt electio, ſi directa ſunt ad Reum, ipſius Rei eſt electio: ſi verò verba legis ſunt imperſonaliter prolata etiam iſto caſu electio erit Iudicis ſecundum Panorm. & ſummam Roſell. quos ſequitur ſumma Silueſtrina *in verbo pœna num. 6.* ſed Clar. *pract. crim. quæſt. 85. num. 6.* approbat primum, & ſecundum membrum diſtinctionis, & in tertio membro ait quod ſi vtraque pœna eſt corporalis, puta ſuſpendatur, vel decapitetur, electio erit Iudicis: Si vtraque pœna eſt pecuniaria puta centum, vel dimidiæ partis bonorum, electio erit Rei: Si verò vna pœna eſt corporalis, & alia pecuniaria etiā iſto caſu electio ſpectabit ad ipſum Reum. Verum modetniores inter quos P. Paſſerinus *in prax. crim. quæſt. 27. nu. 6. & ſeqq.* tres caſus diſtinguunt: Primus eſt quandò plures pœnæ ſunt ſubordinaræ, & lex vnam imponit ſimpliciter, aliam verò in ſubſidium in caſu quo prima imponi non poſſit, & iſte non eſt caſus noſtrorum Bannimentorum, nec in eo cadit electio, quia pœna ptior in ordine debet imponi, & quatennus non poſſit illa imponi, debet imponi ea, quæ in ſubſidium primæ eſt indicta, vt inquit Paſſerin. *ibid. nu. 7.* & in hoc caſu locū non habet atbitrim Iudicis, niſi in cognoſcendo, an ptior pœna imponi poſſit, vel non poſſit.

93 Secundus caſus eſt quandò lex, impoſita certa pœna pro tali delicto, relinquit in arbittio Iudicis, vt poſſit illam augere, vt ſi lex damnat delinquentem in centum, & vltra, vel plus arbitrio Iudicis, & nec iſte eſt caſus Bannimentorum, quia in hunc caſum non cadit electio pœnæ, & non cadit aliquod Iudicis arbitrium, nam pœnam à lege determinatam, & ſpecificatam non poteſt Iudex augere, niſi concurrat qualitas, & circumſtantia, quæ aggrauet delictum, & concurrente circumſtantia aggrauante non poteſt mutare ſpeciem pœnæ: Comparatiuum enim, vt inquit Paſſeriu. *ibid num. 8.* ſupponit, & includit poſitiuum, & ideò non importat augumentum, niſi intrà eamdem ſpeciem; etenim ſi lex pro delicto imponit pœnam centum, & plus ad arbitrium Iudicis, non poteſt Iudex imponere pœnam corporalem, ſed debet ſe continere intra pecuniatiam, vt firmant Fatinac. *quæſt. 17. num. 50.* & Guazzin. *reor. defenſ. 33. cap. 13. num. 1. & 2.* quos citat Paſſetin. *loc. cit.* qui ſubdit quod tunc Iudex non debet extendere arbitrium, niſi ad paruam partem illius centum, vel ad plus ad medietatem: & aduertit quod alteratio, & mutatio pœnæ in aliam ſpeciem non poteſt fieri, etiam ſi lex diſponat quod delinquens damnetur in centum, vel ad aliam pœnam ad arbitrium, quia dictiones *alius, alia, aliud* ſunt reſpectiuæ ſimilium ex Farinac. & Guazz. quos allegat.

94 Tertius caſus eſt quandò lex alternatiuè diſponit, puta puniatur delinquens carcera-

tione per menſem, vel pecuniaria pœna, & iſte eſt caſus noſtrorum bannimentorum: Et dicit Paſſerin. *loc. cit. num. 6.* quod ſiuè lex imponat pœnas per verba actiua, ſiuè per paſſiua, ſiuè per imperſonalia, ſemper attendi debet, an verba ſint directa ad Reum, puta ſi quis fecerit hoc delictum, vel ſoluat centum, vel tribus ictibus funis plectatur: an potius ſint directa ad Iudicem, puta Iudex faciat illum fuſtigari, vel condemnet in centum, nam ſi ſint directa ad Reum, eius eſt electio: ſi ad Iudicem, Iudicis eſt electio, vt explicant Clar. Menoch. Guazzin. quos citat: quandò verò verba ſunt directa partim ad Iudicem, & partim ad Reum, electio ſpectat ad Reum ſecundum Panorm. Baiard. & Guazzin. *locis relatis* ab ipſo Paſſerin. vbi proxime, & quia aliqui Doctores dicunt, quod vbi requiritur cauſæ cognitio, electio pœnæ ſpectat ad Iudicem, & quodammodò ſic dicendo innuunt electionem nunquam ſpectare ad Reum, quia nunquam in Iudicio imponitur pœna, niſi cauſa cognita, ideò explicat id eſſe verum, quandò non eſt ſtabilita certa pœna, ſed ex circumſtantijs poteſt augeri, vel minui, nam tunc Iudicis eſt cauſa cognita pœnam eligere: ſecus quandò pœna eſt certa, quia tunc ſi verba legis ſint directa ad Reum, ipſius rei erit electio. at latius loquutus eſt Giurb. *conſil. crimin.* 26. dum articulum in quatuor caſus diſtinguit quorum.

95 Primus eſt, ſi ſtatuti verba loquantur Imperſonaliter, & ex Abb. Rip. Intrigliol. Cumia, Clar. dicit Iudicis eſſe electionem, ſi pœna à Statuto indicta ſit vtraque Corporalis, ſiuè vna ſit corporalis, & alia pecuniaria Tuſch. *concluſ.* 102. *num.* 43. *lit. E.*

96 dummodò ipſi Iudici pœna pecuniaria non ſit applicanda Iaſ. *in l.* 2. *num.* 16. *ff. ſi quis in ius voc.* Schenard. *conſ.* 16. *num.* 2. *par. prima* qui ait eſſe verum hoc, niſi contraria vigeat conſuetudo; at ſi vtraque pœna ſit pecuniaria Rei erit electo Cepol. *in l. ſi fugitini num.* 51. *& ſeqq. C. de ſeru. fugit.* Tuſch. *d. concluſ.* 102. *num.* 42.

Secundùs caſus eſt, ſi Statuti verba ſint
97 directa in Iudicem, & tunc Iudicis eſt electio Guazz. *reor. def. cap.* 12. *num. primo*, ſiuè vtraque pœna ſit corporalis, ſiuè vna ſit corporalis, & alia pecuniaria Alba *conſ.* 646. *num.* 8. ſed in alternatiuis mitiorem eligit Iudex, vt dicit ex Caualc. *de brach. reg. par.* 4. *num.* 113. quòd vult etiam Paſſerin. *loc citat. num.* 6.

98 Tertius caſus eſt, ſi verba Statuti ſint directa Reo, & tunc ipſius Rei eſt electio Guazz. *d. cap.* 12. *num. primo* Caualc. *dicto num.* 113. Clar. *quaſt.* 85. *num.* 6. & ſi diſſentiat Cepol. *in dicta l. ſi fugitini nu.* 60. *& ſeqq. C. de ſeru. fugit.* Arnold. *in cap. quoniam quaſt.* 8. *de haretic. in* 6. imo ſi partim Iudici, & partim Reo verba ſint directa, adhuc electio eſt ipſius Rei Caualc. *d. par.* 4. *num.* 113. Baiard. ad Clar. *q.* 85. *n.* 6. Tuſch. vbi ſupra, ſi pœna ſit vtraque corporalis. At ſi vna corporalis, & altera pecuniaria ſit, non poterit Reus eligere corporalem, ommiſſa pecuniaria, vt ait ex Guazzin. Caualcan. & alijs quos citat *ibid. num.* 13.

99 Quartus caſus eſt, ſi verba ſint dubia, adeo vt nequeat cognoſci, an ſint directa Iudici, vel Reo, & iſto caſu electio paritèr eſt Rei ſecundùm Dec. Rip. & Clar. relatos per ipſum *ibidem num.* 14. niſi ex veriſimili mente ſtatuentis colligatur pœnam priori loco relatam fore per Iudicem imponendam, nam tunc cenſetur ſublata Reo facultas eligendi Cancer. *variar. reſol.* 11. *num.* 29. *par.* 3. Guazzin. *d. cap.* 12. *num.* 4.

100 Sed Carpzou. *pract. crim. quaſt.* 133. *numer.* 51. *& ſeqq.* tenet indiſtinctè, quod in pœnis arbitrarijs alternatiuis ſpectet ad Iudicem electio, & ità vſum obtinuiſſe teſtatur, ea ratione quia pœna alternatiua Reo irroganda venit pro qualitate perſonæ, & ratione circumſtantiarum, quas Iudex diſcretus ponderare neceſſum habet.

101 Et licèt ex ijs, quæ ſubdit ibidem videatur loqui de pœnis ſubordinatis iuxtà caſum primum ex Paſſerino ſupra relatum vt colligitur ex verbis, ibi: *maximè cum mulcta pecuniaria carceris pœna propterea potiſſimum adiungitur, nè Reus, qui mulctam pecuniariam ob inopiam ſoluere nequit, ab omni prorſus pœna ſit Immunis, ſed vt pecunia defectum ſupleat pœna careeris.* Iuxta regulam vulgatam, quodqui non habet in ære, luat in corpore, & eo euidentiùs colligitur ex verbis ſub num. 53. poſitis ibi: *non obſtat ratio in contrarium adducta, quod ſcilicèt in alternatiuis electio ſit pœnes debitorem: vt maximè enim regulariter hoc verum ſit, fallit tamen quandò alternatina ponitur inter duo quorum vnum eſt in obligatione, alterum vero aducitur ad cautelam peculiarem in fauorem Creditoris.*

102 Et videatur etiam approbare diſtinctionem, quam faciunt Doctores ob verba directa Iudici, & verba directa Reo, vt colligitur ex verbis: *& alias quoque notiſſimi Iuris eſt, quod in alternatiuis Iuris optio Iudici detur, niſi verba ad partem dirigantur* per Text. *in cap. à Crapula de vita & honeſt. Cler.* vbi Gloſa, & Panormit.

103 Nihilominus ratio ſupraſcripta, quam primo loco affert *dicto num.* 51. & replicat *n.* 53. ibi: *& ſi enim Reus in genere ſit obligatus ad pœnam, alternatiua tamen ideò potiſſimum ſententia, vel Statuto exprimitur, vt qualitati criminis, ac conditioni perſonæ delinquentis pœna correſpondens irrogetur, quam ſolus Iudex circumſtantias verũ probè perpendens arbitrari poteſt:* certè apud me vrget maximè, & concludit abſolutè, & indiſtinctè, quod electio in pœnis alternatiuis ſpectet ad ſolum Iudicem, iuxta ſupra relatam opinionem Gloſę *in cap. ſicut Iudæi in gloſ. fin. de Iudæis. in cap. à crapula*

pula

*pula, in gloſ. fin. de vita, & honeſt. Cleric. & in cap. fraternitatis 34. diſt.* & Summa Silueſtrina *verbo pœna num. 7. circa med. verſ. & probatur*. Et hoc idem præterquam in caſu, quo agitur de pęna pecuniaria indicta cum verbis directis ad Reum, tenet, & pluribus autoritatibus, & rationibus tuetur Cæpoll. *in d. l. ſi fugitini num. 59. & ſeqq. C. de ſernis fugitinis*.

104 Et hanc ſequor opinionem, quia exiſtimo, quòd leges, & legum latores cùm odio habeant delicta, & conſequentèr delinquentes, nolint quocumque modo diſponant priuilegiare ipſos delinquentes, vt poſſint ſibi alteram ex indictis pœnis eligere.

Vtcumque tamen ſit, ſumus in caſu pręſentis §. in claris, quòd electio ſpectat ad Iudicem, cum Bannimenta loquantur per verba imperſonalia, nempè *inbeat, cadat*, prout in verbo *patiatur* explicat Guazzin *d. cap. 12. num. 1. verſ. & in propoſito, & Summa Silueſtr. verbo pœna num. 7.*

105 Nota quod hìc carcer datur ad pœnam quando de Iure Communi ſolùm ad cuſtodiam adinuentus dicitur *l. aut damnum §. ſolent ff. de pœnis, & l. eredibile C. eod. tit.* Menoch. *de arbitr. caſ. 305. num. 1. & 2.* Anan. *cap. à nobis nu. 3. de apoſtat.* Auiles Prætor. *cap.* 18. Gloſ. *verbo carcer num. 1.* at de Iure Canonico ad cuſtodiam, & ad pœnam ſeruit, *cap. qnamuis de pœnis in 6.* verùm hodie ſumpto forſan argumento ex Text. *in l. 1. §. fin. ff. de aleæ luſu, & aleator.* vidimus iam communi vſu receptum, quod etiam in Foro Sæculari ad cuſtodiam, & ad pœnam carcer aſſumitur, vt inquit Io: Segura Daualos *in Directorio Indicnm Eccleſ. for. par. 2. cap. 13. num. 2.* & ferè vbique Bannimenta, aut ſtatuta huic noſtro ſimilia reperiuntur, teſte Manzio *in Sũma proceſſ. erim. c. 3. n. 27. & ſeqq.*

Nota etiam, quòd carcer qui à principio eſt ad cuſtodiam, facta condemnatione, incipit eſſe ad pœnam, nam, vt benè aduertit Auiles *d. gloſ. carcer num. 2.* carcer, qui de Iure Ciuili principaliter eſt ad cuſtodiam, & non ad pœnam, tamen etiam ad pœnam poſtea redigitur, *gloſ. in cap. cùm Epiſcopus de offic. Ordin.* quod eſt quando poſitus in carcere non expectat aliam pœnam poſtea imponendam à Lege, vel ab Homine pro illo delicto, vt *in l. Dinus ff. de iniur.* cum aliis iuribus adductis ab Auiles *ibidem*, quando autem expectat aliam pœnam imponendam pro illo delicto, carcer eſt ad cuſtodiam, vt ex Salic. & Platea ait Auiles *ibidem*.

# Cap. I. §. XII.

Nè vuole, che auanti le Porte, ò à canto d'alcuna Chieſa ſi giuochi ad alcun gioco, nè anco di palla, ò altrimente permeſſo, mentre vi ſi celebrano li Diuini Officij, nè che vi ſi faccino ſtrepiti, ò rumori ſotto pena di trè ſcudi d'oro per ciaſcuno, e per ciaſcuna volta.

*SVMMARIVM.*

1 *Orantes, & preces Deo fundentes non debent diſtrahi.*
2 *Oratio debet eſſe ex toto corde, & mente.*
3 *Silentium eſt reuerentia quædam, tàm interior, quàm exterior.*
4 *Ludus prohibetur propè Eccleſiam, & quare, & num. 1.*
*Ludentes ſolent blaſphemare. ibidem num. 4.*
5 *Ludi quinam ſint permiſſi, & qui ſint prohibiti remiſſiuè.*
6 *Lndus pilæ, ſeu vt dicitur* del Pallone, *aut* di Boccia, *nõ poteſt probiberi niſi propè Eccleſiã.*

## Nè vuole, che auanti le porte.

Bannimenta ſupra diſpoſuerunt circa ea, quæ poterant turbare Diuina Officia intra Eccleſiam, nunc prouident circa ea, quæ poſſunt illa turbare ab extra, & concordant cum Text. *in cap. decet Domum de Immun. Eccleſ. in 6.* & cùm Bulla B. Pij V. incip. *Cùm primùm*, & cum Bannimentis Generalibus Status Eccleſiaſtici *cap. 3.* & quidem nequaquam conuenit, quod ludatur, ſeu alius fiat ſtrepitus, & rumor propè Eccleſiam, dum Diuina celebrantur Officia, non ſolùm ob reuerentiã,
1 quæ debetur loco, ſed etiam ne mentes Orantium, ac preces Deo Optimo Maximo effundentium diſtrahantur, & diſtur-
2 bentur, nam Oratio debet eſſe ex toto corde, & mente, *Clem. prima*, & ibi Card. *de celebrat. Miſſarum*, & etiam debet eſſe remota à Curis, & ſollicitudine, vt ait Card. *in dicta Clem. prima notab. 12.* & Bertachin. *repertor. verbo orandum eſt*, & ideò in loco Ora-
3 tionis debet fieri, & indici ſilentium, quod *per Iſaiam 32. circa finem* dicitur eſſe Cultus Iuſtitiæ, ibi: *Erit Cultus Iuſtitiæ ſilentium*, hoc eſt reuerentia quædam, tàm interior, quàm exterior, vt explicat Tolet. *in Summa lib. 1.* & Tapia *de iure Regni tit. de Cnltn Tribunal. cap. 1. lit. T. lib. 1.* nam ſtrepitu, & vocibus ſenſus audientium perturbatur, vt ex Text. *in cap. in loco 5. quæſt. 4.* & in Sacro Conc. Trident. *ſeſſ. 2. verſ. in ſententiis verò in fine*, ibi: *Sed quicqnid dicatur ſic mitiſſima*

*verborum prolatione temperetur, vt nec audientes offendantur, nec recti Iuditii acies perturbato animo inflectatur*; & per conſequens Oratio ex huiuſmodi ſtrepitu, & rumoribus impeditur, & ſaltem non ſit cum illa attentione, quam requirit, vt ex D. Thoma 2. 2. dicit *Summà Silueſtrina verbo Oratio num.* 6. quare bene Sacra Congregatio teſte Gauante *Manual. Epiſcop. verbo Feſti dies* prohibuit, vt dixi ſupra, exponi venalia propè Eccleſiam, aut ibidem tentoria, raſtraue, quibus venalia exponuntur proponi, quia ex his neceſſariò ſtrepitus, & vociferationes ſequuntur.

Ex alia quoque ratione prohibentur ludi
4 propè Eccleſiam, nempè quia non connenit, quòd vbi Deus colitur, audiantur blaſphemiæ, prout ſolent luſores facere Gram. *deciſ.* 11. *num.* 7. Marius Muta *ad Conſuetudines Panormitan. cap.* 72. *num.* 1. & eſt Text. expreſſus *in l. alearum vſus C. de aleatoribus*, ibi: *Ex hac inordinatione blaſphamare Deum conantur*.

Eſſet hic differendum de qualitate ludorum, & quinam ſint permiſſi, ſeu prohibi-
5 ti, ſed quia de ludis, & luſoribus iterum ſermo cadet infra ſuo loco pro nunc remitto lectorem ad Caccialup. *in tract. de ludo*, ac ad Parid. *in eod. tract.* ad Mutam *vbi ſupra*, & ad Paſchal. *de virib. Patr. poteſt. par.* 1. *c.* 3. *num.* 30. & Franc. Mar. Prat. *in add.* ad Paſchal. *d. cap.* 3. qui ex Didac. Perez plura notabilia refert in hac ludi materia: non deſeram tamen notare, quod ludus pilæ, ſicut ludus, qui vulgò dicitur *delle Boccie*, & ludus magnæ pilæ flatu plenæ, vulgò nuncupat. *Pallone*, & ſimiles ſunt de iure permiſſi,
6 nec poſſunt prohiberi, vt oſtendit Nouar. *Vaſſalor. grauam.* 63. *num.* 25. *par.* 2. prærterquam in locis propè Eccleſiam, ſeu Monaſteria exiſtentibus ob duplicem rationem ſupra recenſitam.

## Cap. I. §. XIII.

Et ordina, che qualunque orinarà nelle mura d'alcuna Chieſa, ò iui porterà alcuna ſorte d'immonditia cada in pena d'vno ſcudo per ciaſcuna volta d'applicarſi all'Eſecutore.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna indicta contra mingentes ad Parietes Eccleſiæ poteſt etiam indici contra eos, qui mingunt vbi ſunt depictæ Cruces.*

Orinerà.

Dixi ſupra, quòd illi, qui mingunt in locis, in quibus ſunt depictæ Cruces
1 non debent euadere pœnam ex autoritate Petri Iacobi *in praxi libellandi rub. de Statu Curiæ Romanæ num.* 5. nunc dico, quòd pœna debet eſſe pecuniaria iuxta Bannimenta hic, ſed vtinam imponeretur, paſſim enim homines id agunt, & nec repræhenduntur.

## Cap. I. §. XIV.

E ſe alcun Huomo di qualſiuoglia ſtato, etiamdio che foſſe Perſona Eccleſiaſtica Secolare, ò Regolare ardiſſe di entrare dentro alcun Monaſtero di Monache Clauſtrali ſenza licenza de' Superiori in ſcriptis, caderà in pena della vita, etiam che non haueſſe commeſſo altro delitto; e chi haurà tentato l'ingreſſo, e foſſe venuto all'atto proſſimo s'intenderà eſſer incorſo in pena della Galera per dieci anni.

*SVMMARIVM.*

1 *Qualitas nocturni temporis aggrauat delictum. Et monſtrat dolum. num.* 3.
2 *Tempus nocturnum quando ſit circumſtantia aggrauans, ſeù alterans remiſſiuè.*
4 *Bannimenta licet dura ſunt ſeruanda.*
5 *Qualitas Scalarum ad ingrediendum adhibitarum aggrauat delictum etiam vſque ad mortem.*
6 *Siue ad ingrediendum Monaſterium ſiue Domum priuatam. & num.* 7.
8 *De ingredientibus Monaſterium, qui tractant.*
9 *Ingreſſus vt intret pœna ordinaria debet eſſe ad malum finem.*
10 *Ingreſſus Moneſturium, ſi abſtinuit pœnitentia à delicto, poterit apud Principem inuenire miſericordiam.*
11 *Imò apud Iudicem, conſulto tamen Principe.*
12 *Ingreſſus Monaſterium ob vehementem amorem non excuſatur.*
13 *Pœna cognoſcentis carnaliter Monialem remiſſiuè.*
14 *Statuta debent ſeruari poſthabito Iure Communi.*
15 *Cognoſcens carnalitèr Monialem debet mori, etiamſi fuiſſet ab alio deflorata.*
16 *Sed Monialis detruditur in carcerem, & priuatur velo, & voce actiua, & paſſiua.*
17 *Monialis deflorata non debet inſpici ab obſtetricibus.*

18 *Pœna oſculantis Monialem remiſſiuè.*
19 *Prȩuentioni eſt locuȩ inter Iudicem Eccleſiaſticum & Sæcularem in crimine ingreſſus in Monaſterium.*
20 *Pœna mortis indicta in Bannimentis contra ſaculares, & Eccleſiaſticas Perſonas non intelligitur eſſe vltimi ſupplicij reſpectu ad Eccleſiaſticos. & num. 35. verſ. vlterius.*
21 *Pœna ſtatuenda iuxta qualitatem, & diuerſitatem perſonarum.*
22 *Ideò Eccleſiaſtici non debent puniri eadem pœna, qua ex Edicto puniuntur laici.*
*Sed pœna adaptabili. num. 24. & 30.*
23 *Pontifices quoties voluerunt imponere pœnam vltimi ſupplicij contra Eccleſiaſticos, ſemper in legibus, & Conſtitutionibus expreſſè ſtatuerunt eos eſſe degradandos, & Curia Sæculari tradendos.*
25 *Eccleſiaſtici pro quocumque crimine graui non condemnantur ad mortem, niſi in caſibus iure expreſſis.*
*Etiamſi ſit crimen læſæ Maieſtatis humanæ. numer. 29.*
26 *Eccleſiaſtici ſunt Ordinatione Diuina exempti à poteſtate Iudicis laici.*
27 *Pontifices interpretantur, & limitant ius Diuinum.*
28 *Eccleſiaſtici in nonem caſibus degradantur, & Curiæ ſæculari traduntur, & enumerantur ibidem.*
29 *Canones Antiqui, de quibus fit mentio in Synodo Toletana, non reperiuntur.* verſ. & licet.
*Legatus à Latere non poteſt diſpenſare ſuper Iure Diuino. d. num. 29.* verſ. quia vltra.
31 Moriatur *verbum* in cap. 1. de homicid. *quomodo explicandum.*
32 *Pœna capitalis triplex eſt.*
33 *Verbum* degradatio *quomodo explicandum.*
34 *Eccleſiaſtici debent pœna condigna puniri.*
35 *Eccleſiaſtici pro delicto qualificato, ſaltem conſulto Pontifice, degradantur, & Curiæ Sæculari traduntur.*
36 *Eccleſiaſtici gaudent priuilegio Canonis, Fori, & libertatis à legibus laicorum.*

## Ardiſce d'entrar dentro alcun Monaſtero.

COncordant cum Bannimentis Generalibus Status Eccleſiaſtici §. 5. niſi quod illa imponunt pœnam vltimi ſupplicij in caſu, quo quis ingrediatur de nocte, & eſt
1 optima diſtinctio, non ſolùm quia qualitas nocturni temporis in delictis attenditur ad aggrauandam pœnam, iuxta Text. *in l. Gracchus ff. de adult. & l. 2. & 4. ff. de furt.* Bart. & Bald. *in l. non minorem C. de transact.* Gram. *deciſ. 36. num.* 13. & Ripa *de nocturno tempor. cap. 17. per tot.* vbi oſtendit, quando nocturnum tempus dicatur circumſtantia aggra-
2 uans, & quando dicatur circumſtantia alterans, ſed quia qualitas nocturni ingreſſus
3 arguit manifeſtum dolum, iuxta illud, *qui malè agit odit lucem*; At noſtra Bannimenta imponentia pœnam mortis indiſtinctè, & ſine diſtinctione, an de die, vel de nocte,
4 licèt dura, ſunt ſeruanda iuxta doctrinam Gram. *deciſ. 36. num.* 13. & Scannarol. *de viſit. carcer. lib. 2. §. 35. num.* 28. Farin. Cabal. Franch. Sperell. *mox citandi*, eoque magis
5 debet ingrediens puniri, ſi ſchalis fuerit vſus ad ingrediendum, nam aſcendens nocturno
6 tempore cum ſchalis ad domum priuatam, ad tentandam honeſtæ mulieris pudicitiam, pœna vltimi ſupplicij puniendus eſt, vt ex Baldo Aret. & Gram. firmat Sperell. *deciſ. 137. num. 36. par. 2.* quam ſententiam defendunt Farin. *quæſt. 20. num.* 145. Caball. *crim. reſol. 97. num. 3. & ſeq.* & de Franch. *dec. 333. num.* 4. propterea eò faciliùs plecti ea pœna debet ingrediens cum ſchalis Monaſterium
7 Monialium, vt dicit Sperell. *loc. cit. num. 37.* qui ſtante violatione Clauſurȩ eſſe omninò ſequendam opinionem Baldi affirmat, & idem cum Sperell. volunt Thor. *compend. deciſ. verb. pœna diſchalcantis par.* 3. & De Luca ad Vinc de Franch. *deciſ. 333. num. 3.*

Et idem dicendum de ijs, qui fracto, ſeu perforato pariete ingrediuntur, quia cum hi Sacri confines non ſint tranſcurrendi, vt inquit etiam D. Paccichellus *de diſtantijs c.* 4. *membr. 5. num.* 23. quod etiam nefas, multò minùs ſunt perforandi, vt ex Myler *in Metrologia c. 25. §. 9. n. 3.* ſubdit Paccichel. *ibid.*
8 De ingrediente Monaſterium Monialium tractant Alex. *conſ. 52. lib. 3.* Bonaccina *de Clauſura quæſt. 4. punct. 5. num. 2.* Gauant. *Manual. Epiſc. verbo Monialium Clauſura num. 48. & verbo abſolutio num.* 15. Ricc. *prax. reſolut.* 543. *num. 1. & 544. par.* 1. Peguer. *deciſ. crimin.* 24. *num.* 6. Sperell. *deciſ. 137. num. 45. &* 48. Tapia *de Iure Regni rubr. 7. de Monialibus lib.* 1. Bonfin. *annot. ad Bannim. General. Stat. Eccleſ.* §. 5. Pegaſ. *ordinat. Regni Porthugàllia tom. 2. ad regim. Senat.* Palat. *gloſ.* 69. §. 18. & communiter Doctor. *in cap. frater 17. quæſt. 4* diſponit Gregorius XIII. *in Bulla* incip. *Dubijs*, quæ, & Sac. Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 5.* & Paccichell. *de diſtantijs cap. 4. membr. 3. per tot.* & ſignanter *num.* 26. videndus quia plura notabilia refert.

Sed an pœna prædicta in Bannimentis comminata minoretur ex eo, quia aliud delictum non fuit indè ſequutum? dic quod non, ſtante quòd Bannimenta imponunt pœnam mortis contra ingredientes, licèt delictum non fuerit ſequutum, nam talia Bannimenta poſſunt dici rigoroſa, non tamen iniqua, vt benè conſiderat Farin. *q. 20. num.* 145. Caball. *crimin. reſol. 97. num.* 13. De Franch. *deciſ. 333. num. 1. & 4.* & in terminis Sperell. *deciſ. 137. num. 30. par.* 2. qui plures allegat concordantes, puto tamen neceſſarium, quòd ingreſſus fuerit ad malum,
9 non ſolùm quia finis malus aggrauat, vt dicit Sperell. *loc. cit. num.* 34. ſed etiam quia Bannimenta cum verbis *etiam che non haueſſe commeſſo altro delitto*, ſupponunt; quod ingreſsus

greſsus

greſſus debeat eſſe ad malum.

Quid ſi is,qui fuit ingreſſus Monaſterium,
pœnitentia ductus abſtinuerit ab vlteriori
delicto: crederem, quòd apud Principem
10 eſſet maximum motiuum minorandi pœ-
nam, quando quis pœnitentia ductus abſti-
nuerit à conſumatione vlterioris delicti,
vt in raptu inquit Theſau. *deciſ.* 217. *num.* 1.
Peguer. *deciſ. crim.* 43. & in ſodomia Qua-
ranta *in Summ. Bullar. verbo ſodomia in tertia*
*limitatione*, & hoc eſſe licitum etiam Iudici,
11 conſulto Principe, firmat Maſtrill. *deciſ.* 55.
*num.* 29. & in terminis noſtris Sperell. *d. de-*
*ciſ.* 137. *num.* 46.

Quid ſi quis amore vehementi ductus in-
12 grediatur intra Monaſterium? non excuſa-
ri, dicunt in terminis Sperell. *deciſ.* 137. *nu-*
*mer.* 44. *& ſeq.* & Scannarol. *de Viſit. carcerat.*
*par.* 2. §. 35. *num.* 28.

De pœna cognoſcentis carnaliter Mo-
13 nialem, vide Clar. §. *Fornicatio num.* 17. vbi
Baiard. *num.* 14. *& ſeqq.* Decian. *tract. crim.*
*lib.* 6. *cap.* 20. Farinac. *quaſt.* 146. *per tot.* Ca-
ball. *crim. reſol.* 200. *num.* 71. *& ſeqq.* qui re-
fert fuiſſe Florentiæ decapitatum quendam
Medicum, qui Monialem deflorauerat, &
prægnantem reddiderat, & quòd ita exequi
debeat vbique locorum in Italia vigore
Statutorum aſſerit Marſil. *in l. vnica num.* 40.
*& ſeqq. C. de rapt. Virgin.* & ſequitur Alciat.
14 *reſp.* 745. nam Conſtitutiones, & Statuta
ſeruari debent poſthabitis cæteris Iuris Cō-
munis legibus, vt dicunt Iacob. de Beluiſ.
Gandin. Alberic. Ancharan. & alij relati
à Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. remed.* 9. *q.* 51.
*num.* 339. licèt ipſe contrarium ſentiat, vt
explicat *ibidem num.* 386.

At quid dicendum, ſi Monialis fuiſſet an-
15 tea ab alio deflorata, & corrupta? Dic quòd
adhuc morte punitur. Boſſ. *tit. de coitu damn.*
*& punib. num.* 79. & Caball. *crimin. reſolut.*
200. *num.* 72.

Monialis verò debet euadere pęnam mor-
tis, ſi paſſa fuerit ſe ſtuprari, vt inquit Farin.
*loc. cit.* qui affert ad hoc duas rationes, Fran.
Marci *deciſ.* 966. & Decian. *d. cap.* 20. & ſo-
16 lùm detruditur in carcerem, & priuatur
voce actiua, & paſſiua, ac velo, vt reſolu-
tum fuiſſe in Sacra Congregatione Epiſco-
porum, & Regularium teſtatur Sperell. *de-*
*ciſ.* 136. *num.* 53. *par.* 2.

Aduertendum hic obiter, quòd ob quā-
17 dam reuerentiam Moniales ſuſpectæ de ſtu-
pro non debent viſitari per Obſtetrices, vt
contra Iapum *alleg.* 53. *num.* 5. pluribus o-
ſtendit Sperell. *d. deciſ.* 136. *num.* 8. *& ſeqq.*
& ego poſſum teſtari, quòd *iuxta dictam de-*
*ciſionem* Sperell. fuit, me referente, reſolu-
tum in Sac. Congregatione Epiſcoporum,
& Regularium *in vna Terracinen.* & motiuis
adductis per Sperell. *loc. cit.* addebam, quòd
viſitatio non fieret ad alium finem, quàm
ad magis dehoneſtandam Monialem, quia
ad imponendam pœnam ordinariam viro
ſufficiebat iuxta Bannimenta Generalia
Status Eccleſiaſtici ingreſſus, & pernoctatio
in Monaſterio, & ſic viſitatio tamquam non
neceſſaria poterat, & debebat omitti ob re-
uerentiam, vt dicit Sperell. *loc. cit.*

18 Oſculans Monialem punitur extra ordi-
nem, vt ait Afflict. *relatus* per Decian. *di-*
*cto cap.* 20. *numer.* 16. & Farinac. *d. quaſt.* 146.
*num.* 33.

In prædictis caſibus contra Sæculares de-
19 linquentes procedit Iudex laicus æquè, ac
Iudex Eccleſiaſticus, & inter eos eſt locus
præuentioni ad tradita per Menocch. *de ar-*
*bitr. caſ.* 389. *num.* 24. & Cacheran. *dec.* 103.
qui *ibidem in fine* ait poſſe Iudicem Eccleſia-
ſticum, nō obſtante ſententia Iudicis Sæcu-
laris ratione ſacrilegij procedere ad excom-
municationem, aliaſque pœnas ſpirituales
Caball. *d. caſ.* 200. *num.* 73. Baiard. ad Clar.
*d.* §. *Fornicatio num.* 16. & alios referens Spe-
rell *deciſ.* 137. *num.* 47. *& ſeqq.*

## Etiandio che foſſe Perſona Eccleſia-ſtica caderà in pena della vita, &c.

Oritur hic non leue dubium, an ſcilicet
pœna contra Perſonas Eccleſiaſticas ingre-
dientes Monaſterium Monialium ad malū
finem, debeat eſſe mortis naturalis: & pri-
ma facie videtur reſpondendum affirmati-
uè, quia Bannimenta expreſsè illam impo-
nunt, & ideò non videntur egere aliqua
interpretatione: ſed contrarium de iure
20 veriùs exiſtimo, ſiquidem Eccleſiaſtici
tranſgredientes legem, qua ijs æquè ac lai-
cis imponitur pœna, non ſunt puniendi
eadem pœna, qua puniuntur laici, ſed mi-
tiori, ita vt dici poſſit, quòd debent puniri
eadem lege, ſed non eadem pœna, quia
decet cum Eccleſiaſticis mitiùs agere ob
conſeruationem Status Eccleſiaſtici, vt ex
Vaſquez, & Salas docet Diana *moral.* 1. *par.*
*tract.* 2. *reſol.* 8. *in fine*, qui ita vſu ſeruari te-
ſtatur etiam in pœnis ſtatutis pro violatione
legum naturalium, & Dianam, & Salas ſic
dicentes refert, & ſequitur Fermoſin. *in cap.*
*Eccleſia S. Maria quaſt.* 1. *num.* 20. *de Conſti-*
*tutionibus*: vlteriùs pœna vitæ Eccleſiaſticis
ſimpliciter impoſita in Bannimentis non
addito, quòd degradati, Curiæ Sæculari tra-
dantur, nulla ratione poteſt intelligi de pœ-
na mortis naturalis, cui ſecundùm Cano-
nes ea tantum ſimilis eſt, quando Reus de-
gradatus Iudici Sæculari traditur Innocent.
*in cap. qualiter, & quando* 2. 6. *de accuſat.* Fol-
ler. *pract. crim. canon. verb. & ſi confeſſi, aut*
*conuicti num.* 33. *&* 56. & hoc prouenit ex
21 eo, quia ſecundùm diuerſitatem Perſona-
rum diuerſæ pœnæ ſtatuendæ ſunt, iuxta
monitum Gloſæ *in cap. primo verbo diuerſitas*
24. *quaſt.* 6. Abb. *in cap.* 1. *de homicid.*

Præſertim cùm Pontifices vbi voluerunt
Eccleſiaſticos pœna mortis naturalis puniri
23 expreſsè ſtatuerunt eoſdem eſſe degradan-
dos,

dos, & Curiæ Sæculari tradendos, vt *cap. ad*
*falſariorum de crimin. falſ. cap. nonimus de*
*verbor. ſignific. cap. ad abolendum de hæretic.*
*cap. excommunicanimus de hæretic. cap. 1. de*
*hæretic. in 6.* Paulus Quartus *in Bulla* 4. §. 3.
Pius V. *in Bulla* 72. §. 3. Sixtus V. *in Bulla*
87. §. 4. Clemens VIII. *Bulla* 81. §. 3. Gre-
gorius XV. *Bulla* 34. §. 4. Vrban. VIII. *Bul-*
*la* 75. §. 4. Idem *in Bulla* 113. §. 4.

Propterea quandò Eccleſiaſticis æquè ac
laicis imponitur pœna vitæ ſimplicitèr, non
addito, vt dixi, quòd degradentur & Cu-
riæ Sæculari tradantur, ex pœnarum diſcri-
mine inter eos de Iure ſeruando erit faten-
dum, quòd tale Bannum, ſeù Statutum
24 intelligendum ſit de pœna capitali adapta-
bili Eccleſiaſticis non degradandis, quæ ne-
que in grauiſſimis criminibus excedit depo-
ſitionem cum detruſione in arctum Mona-
ſterium, vel carcerem perpetuum, quorum
loco hodie practicatur condemnatio ad tri-
remes, vt dicunt Enricus Pirrhinc *method.*
*Iur. Canon. lib. 2. tit. de Iudicijs ſect. 3. n. 110.*
& b.m. Illuſtriſs. D. meus Petrus Franciſcus
de Rubeis Aduocatus Fiſcalis *in doctiſſima*
*Allegatione* facta ad interprætationem Ban-
nimentorum, quæ manuſcripta circumfer-
tur.

Et hoc comprobatur ex Text. *in cap. at ſi*
*Clerici §. de adulterijs extra de Iudicijs*, quo
ſancitur non eſſe quemlibet Clericum, etiā ſi
ſit pro ſuis exceſſibus depoſitus, Curiæ Sæ-
culari tradendum, & meliùs ex Text. *in cap.*
*cùm non ab homine extra de Iudicijs*, quo ſanci-
tur, quòd Clerici cuiuſquam Ordinis ſiuè
in furto, ſiuè in Homicidio, vel periu-
rio, ſeu quibuſcūque fuerint criminibus de-
præhenſi ab Eccleſiaſtico Iudice ſint depo-
nendi, & ſi depoſiti, ſint incorrigibiles ex-
communicentur, & creſcente contumacia,
anathematis mucrone feriantur: poſtmodū
verò ſi in profundum malorum venientes
contempſerint, cum Eccleſia non habeat
vltra quid faciat, ne poſſint eſſe vltra perdi-
tio plurimorum per ſæcularem comprimā-
tur Poteſtatem, ita quod eis deputetur exi-
lium, vel alia legitima pœna inferatur: &
his additur ad comprobationem Text. *in*
*cap. tuæ de pœnis, & in cap. vt fama de ſent. ex-*
*comm. & in cap. de Liguribus 23. quæſt. 5. & in*
*Clement. prima de pœnis, & in cap. Clerici de*
*exceſſ. Prælator.* & huius ſanctionis ratio eſt,
25 quia Eccleſiaſtici non poſſunt pro crimine
quantumcūq; graui affici morte, niſi in ca-
ſibus in iure expreſſis, vt dicunt Domin. de
Sancto Georg. *in cap. primo 35. diſt.* Afflict.
qui eum refert *in Conſtit. Regni lib. 1. rub. 43.*
*num. 4.* Rota *deciſ.* 241. *num.* 7. Couar. *var.*
*lib. 2. cap. 20. num. 7. verſ. ea tamen.* Mar. Ita-
lia *de Immun. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 5. num. 9.*
& latè Fagnanus *in cap. cum non ab homine nu-*
*mer. 50. 65. & 71.* vbi plures allegat concor-
dantes *extra de Iudicijs*: habent enim regu-
lam pro ſe, quod non poſſint affici morte,
& hæc regula eſt fundata in Iure Diuino, ſeù
vt loquitur Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 20.*
*de Reformat.* in Diuina Ordinatione, qua ſe-
cundùm Gloſſam *in cap. ſi Imperator 96. diſt.*
quam communiter ſequuntur Doctores, &
præſertim Bald. *in auth. ſtatuimus in princ. C.*
*de Epiſc. & Cler.* Fagnan. *d. cap. cùm non ab*
26 *homine num. 79.* & alij paſſim, ſunt exempti
à Poteſtate Sæculari, & ſic à Poteſtate eius,
qui habet vindictam ſanguinis, & remanent
ſubiecti Poteſtati Eccleſiæ, & ſic Poteſtati
eius, qui ſententiam ſanguinis non poteſt
ferre, vt eſt notum, & propterea Pontifi-
27 ces, qui vt per Text. *in cap. licèt de ſeruis* di-
cit Farin. *quæſt. 63. num.* 12. Fagnan. *loc. cit.*
*num. 69.* & Enricus Pirhinc *Method. Iur. Can.*
*tit. de Iudicijs ſect. 3. num.* 115. habent Ius in-
terprætandi, & limitandi Ius Diuinum, quā-
do exiſtimarunt ſeruitio Dei, & bono pu-
blico conuenire, à regula prædicta in par-
ticulari caſu eſſe recedendum, ſpeciali, &
præciſa ſanctione caſum declararunt, &
28 & nouem caſus refert Fagnanus *in d. cap. cū*
*non ab homine num. 69. & ſeqq.* quorum ali-
qui ſunt relati in corpore Iuris Canonici, &
primus eſt in crimine hæreſis *cap. excommu-*
*nicamus §. damnati, & cap. ad abolendam §. 1.*
*de hæretic.* Secundus eſt in crimine falſifica-
tionis literarum Apoſtolicarum *cap. ad fal-*
*ſariorum de crimine falſi*. Tertius eſt in crimi-
ne inſidiarum, & conſpirationis in pro-
prium Epiſcopum, *cap. Si quis Sacerdotum*
*11. quæſt. 1.* Quartus eſt in crimine aſſaſſinij
*cap. pro humani de homicid. in 6.* Quintus ca-
ſus eſt in Clerico incorrigibili, vt *in d. cap.*
*cum non ab homine*: Alij verò caſus non ſunt
relati in corpore Iuris Canonici, ſed relati
ſunt in corpore noui Iuris Pontificij, Con-
ſtitutionibus ſcilicet, & Bullis Pontificum,
quorum primus, & iuxta ſupradictum ordi-
nem ſextus eſt in crimine ſodomiæ, vt ha-
betur *in Bulla* B. Pij V. 72. *in ordine*, incip.
*Horrendum*: Secundus & tertius, ſeu potiùs
ſeptimus, & octauus eſt in his, qui non pro-
moti ad præsbyteratum Miſſam celebrant,
aut Confeſſionem Sacramētalem audiunt,
vt habetur *in Bulla* 81. Clementis VIII. No-
nus tandem caſus eſt in crimine falſæ mo-
netæ, vt habetur *in Bulla* 75. Vrbani VIII.

In cæteris ergò remanet pro perſonis Ec-
cleſiaſticis firma regula prædicta, adeò vt
29 nec pro crimine læſæ Maieſtatis, quod om-
nium atrociſſimum ab omnibus habetur
prout re vera tale eſt, Clerici non condem-
nantur ad mortem, ſiuè prædictum crimen
committant in Pontificem, ſeù Sedem
Apoſtolicam, vt habetur *in cap. de liguribus*
*23. quæſt. 5.* ſiuè committant in Principem
Sæcularem, vt habetur in Synodo Toleta-
na 16. *in cap. de Siſberto Epiſcopo*, cuius ver-
ba refert per extenſum Diaz *pract. crim. can.*
*cap. 120.* ibi: *ipſe verò Siſbertus pro ſui iura-*
*menti tranſgreſſione, facinoriſque tanti machina-*
*tione ſecundùm antiquorum Canonum Inſtitutio-*

*nem, qua præcipitur, vt quiſquis inuentus fuerit talia feciſſe, & viuente Principe in alium atteṇdiſſe pro futura Regni ſpe à Conuentu Catholicorum excommunicationis ſententia repellatur, honore ſimul, & loco depulſus, omnibuſque rebus exutus quibuſque in poteſtatem prædicti Principis redactis perpetui exilų ergaſtulo maneant relegati; ità nempè vt ſecundum antiquorum Canonum decreta in finem vitæ ſuæ tantum communionem accipiat, excepto ſi Regia eum pietas antè abſoluendum crediderit: Simili quoque, & cæteri, qui de Religioſis, cuiuslibet ſit ordinis, aut honoris deinceps contrà Principem talia egiſſe, vel diffiniſſe reperti extiterint, cenſura mulctandi ſunt.* Et quidquid contrà has expreſſas Iuris ſanctiones dixerint aliqui Doctores, hanc opinionem, nempè prò crimine læſæ Maieſtatis non eſſe Clericos degradandos, & Curiæ Sæculari tradendos tuentur Barboſa *in cap. ſi quis laicus 22. quæſt. 5.* Diana *par. 3. tract: primo reſol.* 16. & Fermoſin. *in cap. cum non ab homine quæſt. 20. num. 4. & 5. de Iudic.* qui conſiderando quod Text. *in d. cap. ſi quis laicus* expectat Rei pęnitentiam, concludit quod licèt Clerici pro tali delicto poſſint degradari ſecundum contrariorum ſententiam, tamen non illicò abſque incorrigibilitate tradentur Curiæ Sæculari, & hinc infert Clericos proptèr læſæ maieſtatis crimen non ſubiici Sæculari Magiſtratui ipſo Iure, & citat Dianam Beltrad. de Gueuara Valenzuola contrà Venetos, Solorzan. *de Iure Indiar.* & alios plures, & hanc opinionem eſſe communiorem, & receptiorem apud Doctores, nempè Principes Sæculares, & eorum miniſtros non poſſe cognoſcere de hoc crimine contra perſonas Eccleſiaſticas, quamuis de facto aliquos aliquandò contrarium feciſſe legatur, teſtantur Boſſ. *tit. de crim. læſæ Maieſt. num. 86. & ſeqq.* Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 8. num. 6. & cap. 38. num. 9.* Gigas *de crim. læſæ Maieſt. tit. qualiter. ex quibus quæſt.* 63. Giurb. *conſ. 21. n. 5.* qui dubitant etiam, an Clerici, vtpotè non ſubditi committant tale crimen Barbat. *conſ. 21.* Alex. *conſ.* 8. Cabed. *deciſ. 83. par. 2.* plures referens Themud. *deciſ. Portugal. 106. num. 9. part. 2.* Carthar. *deciſ. crim. 66. num. 48. verſ. hanc eamdem*, & Pegas. *ad ordin. Portugal. in proœm. gloſa 54. §. 5. num. 7. tom. primo.*

Et licèt non reperiantur antiqui Canones, de quibus facit mentionem Synodus Toletana *loc. cit.* vt aduertit Diaz. *dicto cap.* 120. circa finem, nihilominus cum in dicta Synodo interuenerint ſexaginta, & vnus Epiſcopi, vt inquit Diaz ibidem, & Carthar. *deciſ. 66. num. 48. verſ. hanc eandem*, non eſt credendum, quod tot Viri Pij voluerint ſupponere Canones, qui nunquam extiterint: vlterius dicimus extare Canones, quos ſupra retulimus, & extat dicta regula pro Eccleſiaſticis in Iure Diuino fundata; pro cuius regulæ comprobatione poteſt expendi Text. *in Sacra Scriptura lib. 3. Regum cap. 2.* ibi: *Abiathar quoque Sacerdoti dixit Rex: vade in Anathoth ad agrum tuum equidem vir mortis es, ſed hodie te non interficiam, quia portaſti Arcam Domini Dei coram Dauid Patre meo.*

Nec dicatur quod in caſu, de quo agitur, ſupponitur extare Edictum factum à Legato à Latere, & ſic ab habente poteſtatem ligandi Eccleſiaſticos, quo ſub pœna vitæ tam laicis, quàm Clericis prohibetur, nè Monaſterium Monialium ingrediantur, & ſic extat ſpecifica derogatio regulæ.

Quià, vltrà quod Legatus à Latere non habet facultatem diſpenſandi ſuper Iure Diuino, cum de ſolo Pontifice loquantur Doctores de hac materia differentes Fagnan. *in dicto cap. cum non ab Homine num. 66. & 67.* & Pirhinc. *d. ſect. 3. n. 115.* & Farin. *q. 63. nu. 12.*

Reſpondetur, vt dixi ſupra, quod pœna
30 capitalis, ſeù vitæ debet explicari iuxta qualitatem Perſonarum, nam licèt reſpectu laici pœna vitæ intelligatur, & explicetur, vt ſit vltimum ſupplicium, reſpectu tamen Clerici debet intelligi, & explicari, vt ſit depoſitio, quæ inſtar mortis eſt, vt ait Fagnan. *in dicto cap. cum non ab homine numer. 42.* vbi teſtatur quod plerique verbum
31 *moriatur* poſitum *in cap. primo de homicid.* explicant, id eſt deponatur, quod habetur inſtar mortis: quamuis enim verbum *moriatur* regulariter ſit intelligendum de morte naturali, tamen hoc fallit quandò refertur ad Eccleſiam, quæ hanc pœnam non infligit, cum non habeat vindictam ſanguinis, vt ſubdit Fagnan. *loc. cit. num. 43. qui num. 44.* adducit ad hoc Text. *in cap. per venerabilem §. rationibus, qui fil. ſint legit.* vbi verba illa Deuteron. *decreto Iudicis morietur*, quæ in veteri teſtamento intelligebantur de morte naturali, in lege noua ab Eccleſia ſic exponuntur, *mori præcipitur*, id eſt per excommunicationis ſententiam, velut mortuus à communione fidelium ſeparari, nam (ſunt verba Fagnani) *vt inquit* Hoſtien. *in dicto cap. per venerabilem num. 35.* duplex eſt
„ mors, corporalis ſcilicèt quam exercet Iu-
„ dex Sæcularis cum gladio materiali per
„ quem animaduertit in facinoroſos homines
„ *l. 3. ff. de Iuriſd. omn. Iudic. & cap. ille gladium*
„ *23. quæſt. 4.* id eſt fundendo ſanguinem, ani-
„ mam, quæ dat vitam corpori extra corpus
„ vertit, & ſic anima ſeparata à corpore, re-
„ manet ipſum corpus mortuum; alia eſt
„ mors ſpiritualis, quam exercet Princeps Ec-
„ cleſiaſticus gladio ſpirituali *cap. viſis 16. quæſt.*
„ *2.* quo animaduertit in Facinoroſos ſcilicèt
„ expellendo, & ſeparando gratiam Dei, quæ
„ eſt vita, ſeù ſpiritualis Anima Animæ hu-
„ manæ: & hac Anima ſeparata, remanet Ani-
„ ma humana mortua, *vt cap. ſi quis Presbyterorum de reb. Eccleſ. non alien cap. corripiantur 24. quæſt. 3. cap. ſi quis de maior. & obbed.* vnde Auguſt. *tom. 9. tract. 49. in Ioannem*: eſt, ait, *mors, quam homines timent, ſcilicèt ſeparatio Aii-*

tio Aii-

*tio Animæ à corpore*: & eſt, *mors, quam non timent, ſcilicèt ſeparatio Dei ab Anima, qui eſt vera vita Animarum*, & de morte ſpirituali ſcilicèt depoſitionis communitèr intelligitur illa decretalis prima de homic. hactenus Fagnanus.

Et hæc explicatio eſt germana textui noſtrorum Bannimentorum, tum quia qualitas Eccleſiaſtici caracteris non permittit, & nec patitur ex iam dictis, quod intelligatur, & explicetur, de vltimo ſuplicio: tum quia pœna capitalis quę triplex eſt maxima ſcilicèt quæ eſt mortis naturalis, ſcilicèt vltimi ſupplicij: media quæ eſt mortis ciuilis, ſcilicèt damnationis in metallum: & minima quæ eſt capitis diminutio quo ad Ciuitatem, ſcilicèt deportationis, & relegationis, vt explicat Farinac. *qu.*19. *nu. prim.* & 2. Caball. *crim. reſol.* 27. *n.* 2. Guazzin. *reor. defenſ.* 33. *cap.* 7. *n.*3. Carpzou. *pract. crim. par.* 3. *quæſt.* 133. *num.* 26. Buccaron. *de different. inter ius ciuil.* & *crim. diff.* 154. *num.* 6. debet propter dictam incompatibilitatem intelligi de media, vel de minima, & nunquam de maxima vt dicunt præfati Doctores locis proximè relatis, & in ſimili,
33 de verbo *degradationis* poſito in aliqua Lege dicunt Doctores, quod debet intelligi de verbali, & non de actuali degradatione Diaz. *pract. crim. can. cap.* 120. *circa med.* & ibi: *adden. lit. E.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 415. *num.* 18. Italia *de Imm. Eccleſ. lib. primo cap.* 5. §. 5. *num.* 34. Guazzin. *reor. defenſ.* 39. *cap. primo num.* 12. Dominic. Criſpus *theor.* & *pract. crim. lib. primo tract.* 7. *de Clericor. priuil. cap.* 7. *num.* 8. tum denum quia poſito prout diximus ſupra, quod Pontifices quandò voluerunt indicere pœnam mortis naturalis contrà Perſonas Eccleſiaſticas ſemper expreſſerunt, quod deberent degradari, & Curiæ Sæculari tradi, ſequitur quod dum Legiſlator non addidit dictam Clauſulam, quam, ſciens eius facultatem adhoc non ſe extendi, conſultò exprimere ommiſiſſe viſus eſt, noluit intelligere de pœna mortis naturalis, ſed benè de ea, quam Canones imponendam eſſe perſonis Eccleſiaſticis decreuerunt.

Nec replicetur, quòd iſta explicatio facit violentiam literæ Textus Bannimentorum, in quibus pœna vitæ æqualiter laicis, ac Eccleſiaſticis indicitur; determinatio enim plura determinabilia determinans pariformiter determinat vt inquit Bald. *in l. precibus n.* 54. *C. de impuber.* & conſequenter dicendum potiùs, quòd D. Cardinalis ità ſanciendo voluerit adhærere opinioni eorum, qui firmant, quòd Eccleaſtici debent degradari, & Curiæ Sæculari tradi pro quolibet delicto damnoſo, & damnabili iuxta Text. *in cap. nouimus de verb. ſignif.* & quòd licèt Eccleſiaſtici ſint exempti de Iure Diuino à
34 Foro laicali, non ſunt tamen priuilegiati in hoc, vt quando delinquunt, non debeant pœna condigna ſceleri puniri, etenim ſeueriori pœna debent ipſi puniri ex eo quia delicta per ipſos perpatrata grauiora reputantur ratione ſcandali, quod oritur in populo, vt ex Foller. *pract. crim. can. cap.* 16. *n.* 9. dicit Carthar. *deciſion. crim.* 66. *n.*15.

Reſpondetur enim quo ad primam partem obiecti, quod licèt plures Doctores, quos enumerant Carthar. *dicta deciſ.* 66. *numer. primo* & Fagnan. *dicto cap. eum non ab homine num.* 38. aſſerant Eccleſiaſticos eſſe Curiæ Sæculari tradendos pro quolibet delicto qualificato, & ità pluriès practicatum teſtantur, & aliqui ſubdant ſaltem ità eſſe practicandum conſulto Pontifice, vt vide-
35 re eſt penès Carthar. *dicta deciſ.* 66. *num.* 32. & Fagnan. *eod. cap. cum non ab homine nu.*105. nihilominus tutior, & magis vera, ac magis communis eſt opinio contraria, vt dicunt Doctores plena manu relati à Carthar. *loc. cit. n.*48. & à Fagnan. paritèr *loc. cit. n.* 65. qui *num. ſeqq.* ad vnguem ſatisfacit, & reſpondet Iuribus, & rationibus, quibus contrarium tenentes nituntur, & concludit *num.* 105. in fine quod, quicquid dicant Doctores incontrarium adducti, tenendum eſt abſolutè, quod Eccleſiaſtici nequeant degradari, & Curiæ Sæculari tradi, niſi in caſibus in iure expreſſis, nam cum iura ad fauorem Clericorum ſuperiùs adducta ſint clara, non relinquitur locus arbitrio Iudicis, & *num.* 106. teſtatur ità diſputato articulo fuiſſe reſolutum ad fauorem Religioſi, qui vltrà plures exceſſus, decem magna furta in Palatijs diuerſorum Magnatum cum portarum, & ſcriniorum fractura commiſerat in vrbe.

Vlterius remanet firma, & inconcuſſa concluſio, quod non appoſita Clauſula, *quod Eccleſiaſtici tradantur Iudici Sæculari*, pœna mortis in Bannimento indicta reſtringitur ad mediam, & minimam capitis diminutionem ex rationibus adductis, & propterea explicatio prædicta benè adaptatur ad interpretationem Bannimentorum ex regula, quod determinatio vna duo determinabilia determinans, non determinat vtrumq; quoties non poteſt hoc fieri æqualitate ſeruata, vt explicat Bald. *in l. nam hoc Iure* §. *ſed ſi num. primo ff. de vulg.* & *pupill.*

Ad alteram verò partē obiecti reſpondetur negando totum, quia eo ipſo quod Eccleſiaſtici ſunt exempti à Foro laicali ſunt etiam exempti à pœnis laicorum, nam paria ſunt Forum non ſortiri, & Legibus non ligari vulgatis Iuribus; Vlterius huic obiecto plenè ſatisfacit D. Pignattell. *conſult. can. part.* 4. *conſult.* 2. *num.* 4. & *ſeqq.* pluribus
36 oſtendens, Eccleſiaſticos potiri priuilegio *Canonis*, priuilegio Fori, & priuilegio libertatis à Legibus, à Statutis, Ordinationibus, Conſtitutionibus, Pragmaticis, ac quibuſcumque alijs Decretis in genere, vel in ſpecie ex quauis cauſa à Principibus Sæculari-

cularibus emiſſis, & euulgatis, & cum hæc priuilegia ſint diuerſa, & inter ſe ſeparata, non valet illatio ab vno ad aliud, & hoc Lege, ratione, & autoritate probat, itàvt nihil addi poſſit.

Vide quæ dicam infra *in c.* 5. §. *primo quæſito* 10. circa hunc articulum an ſcilicèt Eccleſiaſtici poſſint pro quocunque delicto degradari, & Curiæ Sæculari tradi.

## Cap. I. §. XV.

Prohibiſce anco il fermarſi à ſonare, ò cantare, ò far bagordi appreſſo à Monaſterij di Monache per lo ſpatio di venti piedi, ſotto pena di ſcudi cento, e di trè tratti di corda, ouero oltre la pena pecuniaria, di trè meſi di prigionia.

§. 16. Di più non vuole che alcun' huomo di qualſiſia ſtato, come ſopra preſuma ſotto qualſiuoglia preteſto parlare à Monache Clauſtrali, nè ad altre Zitelle, ò Donne cuſtodite in Monaſterij ſenza licenza de Superiori in ſcriptis, ſotto pena di ſcudi dieci per ciaſcuna volta.

SVMMARIVM.

1 *Ludus iaculatorius, ſeù militaris eſt ille, quem vulgus appellat* bagordo, *& propriè* Moreſca.
2 *Sonus, & cantus prohibentur propè Monaſteria Monialium, quia Moniales poſſunt indè allectari ad ſæcularia.*
3 *Serenata apud domos proborum virorum prohibentur, ob rixas quæ poſſunt indè prouenire.*
4 *Muſica laudes remiſſiuè.*
5 Plato *muſicam à Reipublica tamquam vires effœminantem tollit.*
6 *Muſica mala.*
7 *Muſica an liceat ſeù deceat in Eccleſia remiſſiuè.*
8 *Canens propè Monaſterium, à quo Iudice ſit puniendus.*
9 *Bannum contra alloquentes Moniales valet.*
10 *Et tempore Pij Quarti fuit decapitatus quidam ſexagenarius, quia contrauenit huiuſmodi banno.*
11 *Non compræhendit Patrem, nec Fratres ex decreto Sac. Congregationis.*
12 *Licentia alloquendi Moniales debet haberi ab Epiſcopo, ſi ſubſunt Epiſcopo: Si verè ſubſunt Regularibus, debet haberi ab Epiſcopo, & Superiore Regulari.*
13 *Attenditur in hoc conſuetudo.*
14 *Licentia conceſſa Domino, vt poſſit alloqui Moniales, an ſuffragetur famulo.*
15 *Scribens Monialibus literas comprahenditur ſub prohibitione alloquendi.*
*Contrarium tenet Nauerra, & verius eſt. ibid.*
16 *Vocis viuæ indicium eſt aptius negotijs intimandis.*
17 *Conſeruatorium fœminarum non comprahenditur ſub diſpoſitione Monaſterij Monialium.*
18 *Mulier fugiens è Conſeruatorio quommodò puniatur.*
19 *Fuerunt in Vrbe punita, prout earũ auxiliatores.*
20 *De Clauſura Monialium, ſiue ſeceſſu Mulierum inſimul deuotè viuentium Vide remiſſiuè.*
21 *Ingredientes eum ſchalis dicta Conſeruatoria, qua pœna puniantur.*

Prohibiſce anco il fermarſi à ſonare, ò cantare, ò far bagordi appreſſo Monaſterij di Monache.

1 Sonus, cantus, & ludus iaculatorius, ſeu militaris, qui Vulgò dicitur *Bagordo* ſecundum Franciſcum Alumnum in Fabrica Mundi *verbo Bagordi*, & Calepin. *eodem verbo*, & poteſt exemplificari in ludo, qui hodie nuncupatur *Moreſca*, meritò prohibentur fieri propè Monaſteria Monialium,
2 quia poſſunt indè Moniales allectari ad Sæcularia, & mundana, quibus, & alijs pompis Satanæ renunciarunt, dum ſeſe Deo vouerunt, adeò vt habeantur pro mortuis, vt ait Paccichellus *de diſtantijs cap.* 4. *membro* 3. *num.* 20. & ideò, qui turbant illos ſacros receſſus, debent puniri. Et hæc videtur fuiſſe cauſa potiſſima faciendi hanc prohibitio-
3 nem, prout ad euitandas rixas, & odia, quæ propter muſicas, & ſerenatas apud Domos proborum virorum poſſunt de facile oriri, fuit in Ciuitate Neapoli facta prohibitio faciendi muſicas de nocte, vt aduertit Carolus Tapia *de Iure Regni rub.* 38. *de Muſicis noctu prohibitis lib.* 5. vbi plura refert ex
4 Platone Alex. ab Alex. & Tiraquell. *de laudibus muſicæ*; quibus addo Caſtill. *deciſ.* 140. *num.* 16. *vſque in finem lib.* 2. & Paccichell. *de diſtantijs cap.* 6. *membr.* 9. *nu.* 15. Maſcard. *ſuper tabula Cebetis par.* 3. *diſcur.* 3. *per tot.* qui ſicut, & Tapia *loc. cit.* recenſet aliquos. qui muſicam quippeque vires eneruat è
5 Republica penitus exterminarunt, inter quos Plato *lib.* 10. *de Republic.* quem ſequutus Azeuedo *recopil. lib.* 8. *tit.* 10. *leg.* 5. *n.* 2. ait, *quod voluptuoſa muſa in Canticis, & Car-*
6 *minibus acceptata, voluptas, & dolor in Ciuitate pro Lege, & ratione dominabuntur.*

De Muſica agit diffuſiuè Laur. *Beyerlinch. in theatr. vitæ humanæ*, verbo *Muſica*, vbi omnia ferè ponit materiam concernentia, & an liceat, ſeù deceat fieri in Eccleſia agit Iul. Caponus *diſcept.* 232. *num.* 36. *& ſeqq.*
7 & diffusè Iacobus Pignattell. *can. conſult.* 41.

per

*per tot. tom.3.* vbi refert hincindè opiniones pluriumSanctorum Patrum: ex quibus habetur etiam quomodo, & ex qua cauſa fuit introducta in Eccleſijs.

8 Sed quæro, An Iudex Eccleſiaſticus puniat laicum propè Monaſterium canĕrem? Dicas, quòd Thom. del Bene *in addit. ad tract. de Immunit. Eccleſ. verbo Muſicus* refert Sacram Congregationem Epiſcoporum *in Licienſi 9. Septembris 1639.* reſcripſiſſe, quòd ſi laicus cantauerit propè Monaſteria, Epiſcopus inſtabit apud Principem, vel Iudicem Sæcularem, vt eum ſeuerè puniat: ſi Eccleſiaſticus, ipſe Epiſcopus eum puniet.

## Parlare à Monache Clauſtrali.

9 De huiuſmodi Banni validitate ſcripſit
Gratian. *diſcept. forenſ. 393. num. 25. & ſeqq.*
*lib. 2.* Barboſ. *de Offic. Epiſcoporum par. 3. al-*
*leg. 102. num. 69. & ſeqq.* Alex. *conſ. 51. in*
*prin. lib. 3.* & Carol. Tapia *de Iure Regni rub.*
*7. pragm. 1. de Monialibus lib. 1. & deciſ. Nea-*
10 *pol. 16. num. 11.* vbi ex Stracca ad Crauett.
*conſ. 3.* refert tempore Pij IV. fuiſſe iuxta
diſpoſitionem Banni decapitatum ſexagenarium ex eo quia auſus fuit contra formam Banni in loco aperto, & præſente ſorore, Monialem alloqui; dura, & aſpera quidem reſolutio, quia per loquutionem cum Monialibus non læditur Clauſura, vt ait P. Thom. del Bene *de Immun. Eccl. c. 14. dub. 5. num. 19.* etiamſi vltra diſcretionem, vt ampliando dicit Pacicchellius *in tract. de diſtantijs cap. 4. membr. 3. num.28.* & licèt frequens acceſſus ad Sacra illa Septa reprobetur admodum à Iure, nihilominus pœna vltimi ſupplicij eſt prorſus in hoc caſu acceſſus, & ſimplicis loquutionis exceſſiua, cum de Iure ſit indicta pœna ſuſpenſionis Clericis, excommunicationis laicis, & priuationis Officiorum, vocis actiuæ, & paſſiuæ, & peccati mortalis Regularibus etiam Equitibus Hieroſolymitanis, vt ex Barboſa *de Iure Eccleſ. Vniuerſo lib. 1. cap. 44. n. 153. & ſeqq.* ait Pacicchell. *loco cit. num. 28.* aduertendum tamen, quòd Barboſa *loc. cit.* requirit, quòd procedat monitio antequam Clericus ſuſpendi poſſit.

Sed An Bannimentum comprĕhĕdat Pa-
trem, & Fratres? Videtur eos compræhen-
dere, quia verbum *alcun huomo* eſt multùm
generale, aptum compræhendere omnes,
vt de ſe patet. Verùm Sacra Congregatio
11 ſub die 15. Ianuarij 1616. reſpondit, Pa-
trem, ac Fratrem non indigere licentijs alloquendi cùm Moniali Filia, ſeù Sorore, dummodò non in temporibus prohibitis, & ſub die 15. Maij eiuſdem anni reſpondit, quód poſſunt itidem eas alloqui earum Filij, & alias reſolutiones Sacræ Congregationis refert Nouat. *in collect. ad pragm. de Monialibus pragm. 1. collect. 2. num. 3.* & Sellius *in ſelect. Canon. cap. 18. nu.58.* & ex Sell. Barboſa ad Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 5. n. 108. de Regul. & Monial.*

## Senza licenza de' Superiori in ſcriptis.

Qui ſint iſti Superiores? videas apud Ge-
minian. & Franch. *in cap. 1. de Statu Regul.*
*& in cap. qui Religioſis 18. quæſt. 2.* vbi etiam
Archidiac. Bellamer. & Turrecrem. & Ta-
pia *de Iure Regni rub. 7. de Monialibus prag. 2.*
*lib. 1.* Tu dic reſolutiuè, quòd ſi Moniales
12 ſubſunt Epiſcopo, licentia debet haberi ab
Epiſcopo, ſeu eius Vicario; ſi verò ſubſunt
Regulari licentia debet haberi, & ſubſcribi,
ab Epiſcopo, & à Superiore Regulari con-
iunctim, vt pluries reſpondit Sacra Congre-
gatio, & præſertim *ſub die 15. Ianuarij 1616.*
13 *Epiſcopo Regien.* & ita reſpondet Barboſa
*loc. cit. d. cap. 5. num. 113.* Verùm quòd debeat attendi conſuetudo reſpondit Sac. Congregatio, teſte Barboſ. *de Offic. & Poteſtate Epiſc. par. 3. alleg. 102. num. 76.* vbi plures adducit concordantes.

Plures quæſtiones circa hanc materiam
notabiles videas penès Quarantam *in Sum-*
*ma Bullar. verbo Monaſteria Monialium,* & Pia-
ſeccium *in prax. Epiſc. par. 2. cap. 3. art. 7. per*
*tot.* Barboſ. ad Sac. Conc. Trident. *ſeſſ. 25.*
*cap. 5. de Monial. & de Offic. & Poteſt. Epiſcop.*
*par. 3. alleg. 102. à num. 69. vſque in finem,*
Nouar. *collect. ad pragm. 3. de Monialib. collect.*
*2. & 4.* & Rouit. *eod. tit. pragm. 3.* vbi tra-
ctat remiſſiuè, an licentia conceſſa Domino
ſuffragetur famulo, & Barboſa *d. cap. 5. nu-*
14 *mer. 69.* tractat quæſtionem, An ſuffrage-
tur ſocio, & affirmat ex multis, quos citat.

15 Quæro, An ſub prohibitione alloquendi moniales contineatur literarum trãſmiſſio? negant Nauarr. *conſ. 16. de ſent. excom.* Sanchez *lib. 6. moral. cap. 6. num. 117.* Rodriquez *tom. 1. quæſt. 45. art. 1.* Tambur. Diana, & Pellizzar. *locis relatis* à Pignatell. *canon. conſult. 28. num. 1. tom. 2.* idem dicit Barboſ. ad Sac. Conc. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 5. num. 111. de Monialib.* affirmat ipſe Pignatell. *ibid. n. 2.* & vtitur plutibus argumentis ad probandũ hanc eius opinionem affirmatiuam, & præſertim hoc deducit ex axiomate Doctorum volentium, quòd prohibitus alloqui cum bannitis, vel hoſtibus Domini, vel cum Cardinalibus in Conclaui exiſtentibus, incidit in pœnam, ſi eiſdem literas ſcribit, nam differentia ſcribendi, & loquendi eſt potiùs verbalis, quàm realis, cùm eadem ſit ratio in ſcribente, & alloquente, hanc opinionem affirmatiuam tenet Muta *ad pragm. tit. 48. de pœna Cleric. & laicor. recept. bannit. num. 26. & ſeqq.* & eiſdem nititur fundamentis, quibus nixus eſt Pignatell. *loc. cit.* dicens, quòd communicatio cum excommunicatis verificatur ſiuè fiat alloquendo, ſiuè fiat ſcribendo, ſiuè fiat mittendo nuntium, & allegat Gloſam *in cap. Conſtitutionem verbo participatione de ſent. excomm. in 6.* vbi vult, quod

mittens

mittens literas excommunicato incidit in excommunicationem, ac ſi cum eo alloqueretur, ſimilis Gloſa eſt *in Clem. Summus Pontifex verbo literis eod. tit.* Couar. *in cap. Sacro de ſent. excomm. & in cap. Alma Mater par. prima §. 2. num.* 5. Roman. *in l. prima ff. de verbor. obligat.* & quòd prohibitio alloquendi cum Cardinalibus exiſtentibus in Conclaui pro Creatione Pontificis habet locum etiam in ſcribentibus literas, & allegat *cap. vbi periculum §. nulli de elect. in* 6. & Roman. *vbi proximè*, & ad fundandam concluſionem quod prohibitio loquendi cum Monialibus niſi cum licentia comprehendat etiam ſcribentes, ac mittentes nuntium allegat Aret. *in cap. Clericus diſt.* 81. Doctores *in cap. cum excommunicato* 2. *quæſt.* 3. Riminald. Iun. *conſ. 9. num.* 26. *lib.* 1. Anchar. *conſ.* 229. & Butr. *conſ.* 64. qui tamen in libris meis præſertim Riminald. Anchar. Butr. non tangunt hanc quæſtionem.

Verùm in hac facti ſpecie tenenda eſt negatiua cum Nauar. & alijs relatis per Pignatell. ob rationem, quia Bannimenta exorbitantia à iure Communi ſunt ſtrictè intelligenda, maximè quãdo ſunt pœnalia vulgatis Iuribus. Nec eſt par ratio ſcribendi, & alloquendi, quia alloquutio magis mouet, & commouet, non ſolùm quia datur replicatio, ſed etiam quia præſentia, vox ipſa, modus porrigendi conceptum aliquid plus poteſt operari, quàm ſcriptura, nàm vt di-
16 cit Symmachus *lib. 3. epiſt.* 30. aptiùs eſt negotijs intimandis viuæ vocis indicium. Non applicatur, quod dicitur de bannitis, & hoſtibus, & Cardinalibus, quia communicatio cum illis vetita eſt, quæ æquè benè fit cum literis: non tamen æquè benè cum literis turbantur Sacri Seceſſus Monaſterij, & Monialiũ mentes ex ratione modo recẽſita.

## Donne cuſtodite in Monaſterij.

Supple cum verbo *Clauſtrali*: Monaſteria enim, quæ non ſunt Clauſtralia, hoc eſt Monaſteria, quæ non habent Clauſuram, vt explicat Carolus Dufreſne *in Gloſſar. verbo Clauſtrum, & verbo Clauſtralis*, ſeu vt deſcribit D. Pacichellus *de diſtantijs cap. 4. membro 3. num.* 19. Monaſteria, quæ non ſunt murorum ambitu, & altitudine perpetuæ Sanctimonialium cuſtodiæ à Sancta Sede cum ſuis legibus deſtinata non comprehen-
17 duntur ſub hac diſpoſitione: propterea ſi quis ingrediatur Domum, ſeu Conſeruatorium, in qua, ſeu quo ſolent retineri Mulieres, vt Romæ eſt Conſeruatorium, quod dicitur *della Clemenza*, vtique non incideret in pœnam in Bannimentis noſtris ſtatutam, vt firmat Caualcan. *de Bracch. Regia fragm.* 47. dicens, quod pœna eſt extraordinaria, & capitalis in tertio capite, minima ſcilicet capitis diminutio ob loci violationem, & multò magis ſi locus ſit Religioſus, & Sacer, & *fragm. 49. verſ. hinc ſcias*, infert ex hoc: „Quod ſi qua mulier
18 inhoneſtè viuens ſponte recluſa fuerit in aliquo loco, puta Domo, Thalamo, vel alibi ad hoc, vt cuſtodiatur, & videatur, an ad meliorem vitam ſe reducat, ſi ipſa quãuis ſub claue Cuſtodis manens ſe eximat, non incidit in pœnam eximentis ſe à manibus Iuſtitiæ, quia ibi ſpontè ſua per modum prouiſionis detinetur, nàm aliud eſt locum eſſe perpetuò clauſum, etiam inuitis, aliud eſt eſſe clauſum non inuitis, & ad tempus, & ſi inibi morari nolit mulier ſolet dimitti, vt Florentiæ in Domo mulierum malè maritatarum: vndè ſiuè petita venia diſcedendi, ſiuè non, ſi diſceſſerit pœnam non incurrit *l. gracchus ff. ad l. Iul. de adult.* & qui poteſt per alium exire, multò magis per ſe ipſum vulgatis Iuribus: ſolummodo conſideratur modus exeundi, an cum fractura, vel cum clauibus adulterinis, vel cum ſcandalo, nam his circumſtantijs, vel aliqua interuenientibus, hæc mulier digna eſt pœna extraordinaria, non tamen grauiori; ſi eſt diues ſoluat Domui prædictæ pœnam pecuniariam non leuem; ſi eſt paupera relegetur in loco honeſto ad beneplacitum; nam interueniente vi, fractura, vel ſcandalo dicitur quaſi ſacrilegium feciſſe Decian. *tract. crim. tit. de ſacrileg. cap. 17. ſub num.* 13. & eſt etiam verum, quòd nullis harum interuenientibus dicitur feciſſe modo indebito, & paruipendiſſe locum, quo caſu non effugeret aliquam leuiorem pœnã, vt pœna commenſuretur delicto, *l. ſancimus l. reſpiciendum ff. de pœnis*: at ſi quis extra locum auxilium præbuiſſet facto, vel perſuaſione, & ipſa aliàs non fuiſſet è tali loco diſceſſura, tunc is maius peccatum haberet. vide ſupra *fragm.* 47. hactenùs Caualcanus: Semper igitur à pœna ordinaria, & ſic à pœna Bannimentorum receditur in caſu propoſito, quia vt replicat Caualcan. *frag.* 38. is locus non gaudet eodem priuilegio de iure, ſicut alia Monaſteria, in quibus ingreſſæ fouent Caſtitatem in futurum, vt Conuertitæ, quæ etiam Habitum Monacalem induunt, & Vitam Religioſam profitentur.

19 Et ex his, cùm eſſem in Vrbe Iudex Criminalis Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalis Vicarij dixi, quòd quædam Cinthia quæ ſua ſpontè ſe incluſerat in dicto Conſeruatorio *della Clemenza*, & aufugerat, debebat ibidem arctiùs detineri, quia hæc eſt pœna, quæ etiam Monialibus raptis infligitur, teſte Farin. *quæſt. 145. num.* 219. vel in aliquam pœnam pecuniariam Conſeruatorio perſoluendam iuxta opinionem Caualcan. *loc. cit.* Quædam verò Lucretia, quæ detinebatur in dicto Conſeruatorio ibi recluſa in forma depoſiti vſque ad tempus partus, ad hoc vt poſt editum fœtum po-

tuiſſet

tiniſſet puniri de furto, quod faſſa erat commiſiſſe in Domo D. Ioſephi Ruggerij, debebat poſt fuſtigationem pro dicto furto indictam à Bannimentis, ad exilium mitti ob fugam è dicto Conſeruatorio, ad tradita à Caualc. *d. fragm. 49. & Fragm. 38.* quo verò ad homines, qui perſuaſerunt, & adiumento fuerunt mulieribus ad diſcalandum murum Conſeruatorij, & fugiendum, & qui in francum adduxerunt, & receptarunt dictas mulieres fuerunt de anno 1670. damnati ad triremes, quia capitis diminutio, de qua facit mentionem Caualcan. *d. fragman. 47.* ex circumſtantijs concurrentibus debebat aggrauari etiam ex qualitate Perſonarum: & cùm eueniſſet de eodem anno 1670. caſus in Magnate, qui perſuaſionibus induxit mulierem repentitam eius Amaſiam ad aufugiendum è Conſeruarorio nuncupat. *delle Scalette*, & egreſſam per Ianuam appræhendit per brachium, & duxit ad eius currum, & ſucceſſiuè ad propriā Domum, non obſtante quòd poſt aliquos dies illam reſtituiſſet Conſeruarorio, fuit dictum in Congregatione Criminali Eminentiſſimi Vicarij ſub die 6. Auguſti dicti anni 1670. quòd eſſet condemnandus in pœnam relegarionis ad Ciuiratem Ferrariæ per quinquennium, & ſcutor. mille, & in caſu controuentionis ad Fortalitium Sancti Leonis ad Septennium.

20 Si vis plura alia ſcire circa Clauſuram Monialium, & circa Cœtum mulierum ſimul in Seceſſu viuentium deuorionis, & pietatis cauſa adeas D. Iacob. Pignatell. *can. conſult. 65. per tot. lib. 2.*

21 Et ſi vis ſcire quomodò debeant puniri qui cum ſchalis ingrediuntur Conſeruatorium, in quo Virgines educandæ, & cuſtodiendæ cauſa retinentur, adeas Io: Baptiſtam Thorum *compen. deciſ. par. 3. ſect. 2. verbo pœna diſcaliantis Monaſteria,* vbi refert fuiſſe ad mortem condemnarum quemdam, qui fuit cum ſcala de fune repertus intùs Conſeruatorium Virginum in quadam Cella ſuarum Cognatarum ibidem degentium.

# CAPVT SECVNDVM.

## RVBRICA

## Dell' Offeſa del Prencipe, Magiſtrati, ò Giudici, e di chi turbaſſe la quiete publica.

*Continuatio Tituli.*

Actum eſt in præcedenti Capitulo de Deo, & Sanctis, & Eccleſia, ideo benè in præſenti agitur de Principe, Miniſtris, & Republica; Principes enim Dei locum tenent in terris iuxta Text. *in auth. de conſulib. §. fin. col. 4.* propterea Exod. 22. dicitur: *Dijs non detrahes*: & incontinenti additur: *& Principi populi tui non maledices.*

## Cap. Secundi §. I.

Dopo l'offeſa di Dio, non è maggior delitto, che quello dell'offeſa del Prencipe, però S. Signoria Illuſtriſſima ſtatuiſce, ordina, e vuole, che ſe alcuno offenderà con fatti la Perſona dell' Illuſtriſsimo Legato, del Reuerendiſſimo V. Legato, ò Gouernatore di queſta Città, ouero congiurerà, ò conſpirerà, conſigliarà, ò in qualſiuoglia altro modo machinerà contro la Perſona d'alcun di loro, ouero ſcientemente fauorirà, ò aiuterà ſimili delinquenti per ſe, ò per altri in qualſiuoglia modo incorra in pena di ribellione, e di perpetua infamia, e ſia priuo d'ogni Feudo, Giuriſdizione, officio, honore, e commodo dello Stato Eccleſiaſtico, e della Città, e Contado di Bologna, e ſia punito colle pene delle Leggi, così Canoniche, come Ciuili, e delle Bolle, e Conſtitutioni Apoſtoliche, quali ſopra à ciò diſpongano; E la Caſa, doue ſarà ſtato fatto trattato di ſimile delitto (quando però ciò ſia ſtato fat-

to fatto di licenza del Padrone) ſi dourà demolire, e ſpianare da i fondamenti.

*SVMMARIVM.*

1 *Crimen læſæ Maieſtatis commitur, quando offenditur Princeps in perſona, quandò offenduntur Officiales, & quando læditur ſtatus Principis.*

2 *Criminis læſæ Maieſtatis Materia tractatur per Doctores, qui referuntur.*

3 *Crimen, ſeu nomen rebellionis ignotum noſtris Veteribus.*

4 *Doctores, qui tractant de rebellione, & rebellibus recenſentur.*

5 *Crimen læſe Maieſtatis non appropriatur terminis Bannimentorum.*

*Contrarium. num:* 8.

6 *Maieſtas accipitur quandoque pro externo ſplendore.*

7 *Sed hìc accipitur pro Iure, quod in Summa Poteſtate conſiſtit.*

9 *Cardinales habent per ſe Maieſtatem.*

10 *Et in Cardinalibus reſidet tota Maieſtas Chriſtianæ Reipublicæ.*

11 *Et habent Maieſtatem ſicut Papa.*

12 *Et ſunt Pars Corporis Papæ.*

14 *Et tempore Sedis Vacantis vicem, & locum Papæ obtinent.*

15 *Et ex eorum Cœtu ab iiſdem Papa eligitur.*

*Principis Maieſtas ex Miniſtrorum offenſione vel læditur, vel minuitur. num.* 13.

16 *Cardinales Legati multò magis Maieſtatem habent.*

17 *Etiam illi miſſi ad regendas Prouincias.*

18 *Cardinales Legati habent in Prouincia Supremam Poteſtatem.*

19 *Cardinales, licèt abſentes, dicuntur Pontifici aſſiſtere.*

20 *Cardinales in Prouincia regenda exiſtentes offendens, incidit in crimen læſæ Maieſtatis.*

21 *Quamuis habeant imperium ad tempus.*

22 Rebellare *verbum accipitur propriè pro crimine læſæ Maieſt.*

23 *Omnis rebellis læſ. Maieſt. eſt Reus, ſed non è contra.*

24 *Cardinalem offendens incidit in crimen læſ. Maieſt. in primo capite.*

25 *Contrarium. & num.* 26.

*Reſpondetur ad obiecta. num.* 29. *&* 30.

27 *Cardinales ſunt baſes, fundamenta, & columnæ Eccleſiæ, & SS. Apoſtolorum perſonam repræſentant.*

28 *Dictio* ſicut *non denotat omnimodam ſimilitudinem.*

*Aliquando eſt cauſatiua, & ponitur pro* quia. *num.* 30.

29. *Text.* in cap. fœlicis *explicatur.*

30 *Text.* in l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt. *explicatur.*

31 *Diſpoſitio Bonifacij VIII.* in cap. fœlicis de pœn. in 6. *fuit ampliata per Summos Pontif.*

31 *Gloſ. opinio* in cap. fœlicis *multò magis habet locum in Cardinali Legato.*

33 *Confiſcatio in crimine læſæ Maieſtatis practicatur etiam in Ciuitate Bononiæ, in qua pro alijs delictis non fit.*

34 *Etiam quoad priuandos filios legitima.*

35 *Etiam quoad alimenta.*

36 *Contraria opinio quoad alimenta vbique practicatur.*

37 *Filij non priuantur ſucceſſione Patris, niſi crimen læſę Maieſtatis ſit in primo capite.*

38 *Text.* in l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt. *procedit ſolùm contra filios conceptos, & natos poſt ſententiam.*

39 *Vide rationem.*

*Aliam, & meliorem. num.* 47.

*Exempla paterni criminis debent timeri potiùs in natis qui viderunt, quàm in naſcituris, qui audiunt. num.* 39.

41 *Parentes affliguntur ex afflictione filiorum.*

42 *Adeout impellantur ad fatendum crimina.*

43 *Caroli Secundi Imperatoris iudicium.*

44 *Tortura à quo incipienda.*

45 *Tempus eſt medicina doloris.*

46 *Miſer non eſt, qui poteſt miſeros generare.*

48 *Pœna criminis læſe Maieſtatis.*

49 *Conſpiratio facta in Pium IV.*

50 *Supplicij vltimi omne genus per nomen gladij denotatur* in l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt.

51 *Specialia criminis habent locum eo ipſo, quod delictum per Statutum declaratur eſſe tale.*

*Vide num.* 52. *& ſeqq.*

*Par ratio deſideratur in culpa, vt eiuſdem pœne ſit omnimodus effectus. ibid num.* 53.

54 *Lex loquens de crimine læſe Maieſtatis intelligitur in primo capite. ibidem num.* 54.

55 *Farinaccij opinio quomodo ſit vera.*

56 *Conſtitutio Principis noua non tollit conſuetudines ſpeciales locorum.*

57 *Conſtitutio alterans, & qualificans delictum intelligitur reſpectu pœnæ, & non modi procedendi.*

58 *Specialia criminis læſæ Maieſtatis ſunt multa.*

59 *Tria inter alia referuntur à D. Auctore. & numer.* 71. *&* 72.

60 *Stylus, quod quando ad Fiſcum aliquid ſpectat de bonis delinquentium omnia accipit vndè deſumptus. & num.* 69.

61 *Fiſcus poteſt vendere rem cum alijs communem, licèt diuiſibilem, etiam inuitis ſocijs.*

62 *Fiſcus occupat omnia bona Patris condemnati, & poſtea conuenitur pro detractione legitimæ.*

63 *Fiſcus occupat omnia bona Mariti, & Vxor à Fiſco dotem recuperat.*

*Niſi Vxor tempore confiſcationis habeat poſſeſſionem bonorum, ſaltem ex clauſula* Conſtituti. *num.* 66.

64 *Fiſcus occupat bona Creditoribus hypothecata.*

*Vide num.* 67.

65 *Fiſcus occupat bona fideicommiſſo ſubiecta non obſtante contradictione prætendentium.*

*Vide num.* 68.

70 *Fiſcus an litiget cum manu vacua remiſſiuè.*

71 *Cri-*

71 *Criminis leſæ Maieſtatis proceſſura ſit ſummariè de plano ſinè ſtrepitu, & figura iudicij.*

72 *Quandò crimen eſt notorium, proceditur ſine citatione.*

74 *Notorij qualitas non ſolum eſt probanda, ſed etiam Iudex debet pronunciare crimen eſſe notorium.*

*Clauſula ſimpliciter de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij non tollit ſubſtantialia delicti, ſed ſolum ſolemnitates de Iure Ciuili introductas. & num. 73.*

75 *Nec tollit repetitionem.*

76 *Iudex Eccleſiaſticus non imponit pœnam ſanguinis.*

*Tormentum Vigiliæ non infertur niſi vbi intrat pœna mortis. ibid. num. 76.*

77 *Et ab Eccleſiaſtico Iudice infertur quoties crimen eſt degradatione dignum.*

78 *Tortura decernitur ex natura, & qualitate delicti.*

79 *Eccleſiaſtici quoad torturam non reperiuntur in aliquo priuilegiati. & num. 80.*

81 *Diui Auguſtini ad Marcellinum Tribunum Epiſtola extenditur.*

82 *Epiſcopum occidens an incurrat crimen leſæ Maieſtatis, vel Parricidij.*

83 *Homicidium Epiſcopi eſt mixti Fori.*

84 *Et datur locus præuentioni.*

85 *Iudex Eccleſiaſticus in delictis mixti fori non ſolum ſpirituales, ſed etiam temporales pœnas imponit.*

86 *Etiam ſecluſa conſuetudine.*

87 *Napoli extat talis conſuetudo.*

88 *Concordia Papæ Honorij Tertij nullibi apparet, & habetur pro fabula à Maranta.*

90 *Copia proceſſus fabricati à Curia Eccleſiaſtica debet dari conſulto Pontifice Curiæ Secularí.*

62 *Et hoc eſt verum etiam è contra.*

*Licèt alij contradicant. num. 89.*

93 *Iuriſdictio vna debet per aliam adiuuari.*

94 *Cautela ne proceſſus eum repetione deſtruatur.*

94 *Iudex Eccleſiaſticus non debet, nec poteſt permittere, vt in fabricatione proceſſus contra Eccleſiaſticum aſſiſtant coniudices Curiæ Secularis ibid. num. 94.*

95 *Tortura illata in Curia Seculari non prodeſt detentis à Iudice Eccleſiaſtico.*

96 *Tortura vni illata non iuuat alijs, quia adhùc torqueri poſſunt, licèt primò tortus negauerit.*

97 *Maximè ſi inferatur cum proteſtatione pro nunc.*

98 *Delinquentes quandò omnes ſunt præſentes, poteſt Iudex ferre ſententiam contrà quem de delicto liquet, & exequi, licèt duret inſtantia contra alios.*

99 *Et hoc quamuis poſſit euenire quod alius abſoluatur.*

100 *Delinquentium in eadem cauſa poteſt vnus condemnari, quia confeſſus, & alius, quia in tortura negatiuus, abſolui.*

101 *Continentia cauſæ diuidi poteſt reſpectu eorum, qui ſunt diuerſi Fori.*

102 *Iudex Eccleſiaſticus ſemper poteſt in cauſis, in quibus eſt ſagrilegium, procedere ad pœnas ſpirituales, non obſtante, quod laicus proceſſerit ad temporales.*

103 *Excommunicandus ſi eſt carceratus debet citari ad comparendum per Procuratorem.*

104 *Domus demolitio an poſſit impediri.*

105 *Iudex tenetur ſeruare Bannimenta ad vnguem.*

106 *Bannimenta circa demolitionem Domus recipiunt tres limitationes.*

*Declara vt num. 107.*

108 *Damnum obtingens vicino ex deſolatione, & demolitione domus à quo reſarciendum.*

109 *Doctores qui tractant materiam demolitionis domorum ex delicto in Cardinales commiſſo.*

110 *Pœna demolitionis Domus eſt noua* ex cap. fœlicis de pœnis in 6.

111 *Contrarium.*

112 *Domus ex delicto demolita non poteſt ſinè licentia readificari.*

*Vide rationem. ibid.*

113 *Domus demolitio in quibus caſibus intrat.*

## Offeſa del Prencipe.

1 Crimen Maieſtatis ſeu vt dicunt Canoniſtæ crimen læſæ Maieſtatis nefandum, & omnium delictorum maximum, enormiſſimum, & atrociſſimum appellat ex Roland. à Valle *conſ.* 73. *numer.* primo & ex Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 37. *num. primo* Samuel Strykius *in trac. de iure ſenſuum differt.* 8. *cap.* 4. *de damnanda memoria num.* 5. & crimen horrendum ex Liuio *hiſtor. lib. primo*, appellat R. P. D. Hippolytus Aldobrandinus Sac. Rot. Romanæ Auditor. poſtea Clemens VIII. felic. record. in voto impreſſo *poſt. deciſ.* Remboldi *vot. primo num* 20. & deffinitur ab Henric. Bocero *in tract. de crimin. Maieſt. cap. primo num. primo* eſſe crimen publicum, quo Ciuis Romanus contra Imperatorem, vel Populum Romanum, eiuſque ſecuritatem doloſè aliquid molitur: & committitur, quandò offenditur Perſona ipſius Principis, quandò offenduntur Miniſtri, Conſiliarij, & Officiales Principis, & quandò turbatur quies publica per ſeditionem: læditur enim tunc ſtatus Principis, vt habetur *in l. quiſquis ff. ad leg. Iul. Maieſt.* & in quolibet horum capitum facta eſt in noſtris bannimentis particularis prouiſio; nam de primo, & ſecundo capite agitur in hoc primo §. & de tertio capite diſponitur particularitèr inferiùs in §. nono: & quia bannimenta ſunt clara, prout ſunt clari textus de crimine hoc diſponentes in Iure Canonico *in cap. ſi quis* 6. *quæſt. prima, & in cap. fœlicis de pœnis in* 6. & in extrauagante dierum creſcente malitia de pœnis, & in Iure Ciuili *in l. quiſquis & toto tit. ad l. Iul. Maieſt.* non immoror in huius §. explicationes cum ad maiorem elucidationem, præſertim *d. l. quiſquis C. ad Iul. Maieſt.* quæ poterit aliquibus videri obſcura ex infra dicendis

 poſ-

poſſint videri repetentes Doctores ſuper di-
ctis Iuribus, & inſuper in occurrenti caſu,
2 quem Deus auertat, poſſunt videri Gigas
*de crimine læſæ Maieſtatis*, qui diffusè tractat
de materia, Martin. de Laud. *in pari tract.*
*de crim. læſ. Maieſt.* Decian. *tract. crim. lib.* 7.
*cap.* 37. Farin. *quæſt.* 112. *per tot.* Godofred.
Abauo *pract. crim. tit. de crimine læſæ Maieſt.*
Maſſin. *de confiſc. bonor. quæſt.* 4. *num.* 65. *&*
*ſeqq.* Carpzou. *pract. crim. par. prima quæſt.* 41.
*per tot.* & nouiſſimè Raphael Viloſa *var. Iu-*
*ris differt.* 6. qui materiam per plures §. §.
diſcutit, & Cortiada *deciſ.* 94. *per totum* Bo-
cer. *in tit. de crim. læſæ Maieſt.* qui alios refe-
runt, & præfatum votum san. me. Clem.
VIII. *poſt deciſ.* Rembold. qui à *num. primo*
*vſque ad num.* 23. refert leges, quæ ſuper hoc
crimine fuerunt pro tempore latæ, & con-
queritur quod exempla prędictarum legum
non reperiantur, & quod compilatores *leg.*
*Iuliæ Maieſtatis*, quæ omnes leges de hac
materia latas continere debebat ommiſſis
ſcriptis legibus, & edictis interpretationes,
& gloſas mutilatas compilarunt, adeo vt
quid in primo, quid in ſecundo, vel tertio
capite prædictæ legis continetur nil certi ſta-
tui poſſe opinatur, ſubdens quod hoc totum
debemus incuriæ, ſocordiæque compilato-
rum.

Et circa crimen rebellionis, quod nomen
3 noſtris Veteribus non fuit cognitum, vt ex
Bart. Dec. & Anchar. dicit Boſſius *tit. de*
*crim. læſ. Maieſt. num.* 70. *circ. med.* poſſunt
4 videri Bart. *in extrauag. qui ſint rebelles* Boſſ.
*loc. cit.* Bald. *in conſ.* 23. *lib.* 2. Paul. de Ca-
ſtro *conſ.* 32. Farin. *quæſt.* 113. *num.* 66. *&*
*ſeqq.* Peregrin. *de Iure Fiſci lib.* 3. *tit.* 8. *&* 9.
*per tot.* Tuſch. *lit. R. concl.* 44. *&* 45. Gabriel.
*comm. concl. lib.* 7. *concl.* 11. Scaglion. *poſt*
*pragm. Regni allegat. Iuris diuerſor. alleg.* 3.
*num.* 161. *& ſeqq. & alleg.* 5. *numer.* 8. *&* 9.
Afflict. *conſtit. Regni tit. quæ ſint regalia verbo,*
*& bona committentium*, Gratian. *diſcept. fo-*
*renſ.* 54. *per tot. &* & Io. Battiſta de Valen-
zuola *in tract. de rebellantibus*, Conradus Bru-
nus *de ſeditionibus*, & Io. Coclæus *in appendi-*
*ce ad dictum tract. de ſeditionibus*, & poſt hæc
ſcripta in lucem editus liber D. Ignatij
Gaſtone inſcriptus diſceptationes Fiſcales,
in quo agitur de nuperrima Meſſinenſium
Rebellione, & prouiſiones indè de ordine
Regis Cattholici emanatæ referuntur.

Sed ne videar materiã pœnitus detrectare
ponam aliquas quæſtiones extra litteram, &
contextum Bannimentorum, & primò.

Quæro. An Maieſtas, & crimen læ-
ſæ Maieſtatis approprietur terminis noſtro-
rum Bannimentorum? prima facie videtur
dicendum, quod non, quia hic tractatur,
& diſponitur de crimine rebellionis, & ni-
5 hil dicitur de crimine læſæ Maieſtatis. Se-
cundò, quià licèt Maieſtas quandoque prò
6 externo ſplendore accipiatur, & in honore,
gloria, opibus, ſiuè in perſonæ reuerentia
poſita eſſe videatur iuxtà adnotata per Car-
pzou. qui alios allegat *in pract. crim. quæſt.* 41.
*num.* 18. *& ſeqq. par. prima* & Adden. ad Be-
ſold. *theſau. pract adauct. lit. M.* §. 7. *verbo*
*Maieſtas fol. mihi* 614. hic tamen accipitur
pro Iure, quod in ſumma poteſtate conſi-
7 ſtit, & dicitur eſſe ſumma, & perpetua, Le-
gibuſque ſoluta poteſtas, vt aduertunt poſt
alios Carpzou. *locis cit. num.* 23. *& ſeqq.* &
Adden. ad Beſoldum *dicto* §. 7. & nouiſſimè
eruditus Raphael Viloſa *dicta differt.* 6. §. 3.
*per tot.* quæ poteſtas cum non ſit, nec reſi-
deat pœnes Cardinales, non videtur per
conſequens reſidere Maieſtas, de qua agi-
tur.

At contrarium verius eſſe, nempè Cardi-
nales per ſe habere Maieſtatẽ euincitur pri-
8 mò ex diſpoſitione Textus *in cap. fœlicis de*
*pœn. in* 6. ſecundò ex autoritate Doctorum
Boſſ. Gomez. Clar. Decian. Farin. qui hos
refert, & ſequitur *quæſt.* 112. *nu.* 75. qui per
dictum Textum *in cap fœlicis* firmant Car-
9 dinales per ſe ipſos habere Maieſtatem, &
Fagnan. *in cap. nonnullis num.* 21. *de priuileg.*
ex Claro, quem allegat, inquit quod in Car-
10 dinalibus reſidet tota Maieſtas Chriſtianæ
Reipublicæ, & Viloſa *differt.* 6. §. 6. *num.* 3.
ex Gigante *de crim. læſ. Maieſt. lib. prim. qu.* 5.
*num.* 2. *&* 3. ait quod Cardinales habent
Maieſtatem ſicut Papa. Tertiò ex ratione,
nam Andreas de Iſernia *in Conſtit. Regni in-*
*cip. vt participatio verſ. in Cardinalibus tit. de*
*iniur.* ait, quod Papa eſt Sponſus Romanæ
Eccleſiæ, & Cardinales ſunt eius filij ſpiri-
11 tuales primi gradus, & tanquam tales ha-
bent Maieſtatem, ſicut habet Papa eorum
Pater & Gigas *hoc tit. quæſtion.* 5. *num.* 2. ait,
quod Cardinales ſunt pars corporis Papæ,
& hoc dicunt Hieronym. Manfredus *de*
12 *Cardinalibus cap.* 6. *& in deciſionibus ad Car-*
*dinalatum ſpectantibus deciſ. prima & ſecunda*,
Cohellius *de notitia Cardinalatus cap.* 8. *lit. C.*
*& D. & cap.* 16. *priuileg.* 16. Fagnan. *dicto*
*cap. quod nonnullis num.* 12. *de priuileg.* qui af-
fert ad hoc conſtitutiones Eugenij Quarti,
& Leonis Decimi, & Sixti V. & affert diſ-
poſitionem Sac. Concil. Tridentini *ſeſſ.* 24.
*cap. primo* & oſtendi ego ſupra *in præfatione*
§. *Legato à Latere*, & ideo participant quo-
que de Maieſtate eiuſdem corporis ad Text.
*in l. quiſquis ff. ad leg. Iul. Maieſt.* Farin. *dicta*
*quæſt.* 112. *num.* 75. & probat pluribus Viloſa
*dicta differt.* 6. §. 3. *num.* 30. *& ſeqq.* vbi ait,
quod generales Præfecti adeò participant de
Maieſtate eorum Principis, vt ex eorum
13 offenſione remaneat læſa, vel ſaltem dimi-
nuta eiuſdem Principis Maieſtas. Addo
aliam rationem nempè quia tempore inter-
regni, ſeu vt aiunt Sedis Vacantis Cardi-
nales vicem, & locum Papæ obtinent, vt
14 de Electoribus Palatino, & Saxonico tem-
pore interegni vicem, & locum Imperato-
ris obtinentibus dicit Gilhauſen. *arbor. indic.*
*crim. cap.* 2. *tit.* 2. *in fine*, & non ſolum Pon-
tificem

tificem eligunt, propter quam facultatem
Electores Imperij habere Maieſtatem dicit
Carpzou. *pract. crim. quæſt.* 41. *num.* 59. *&* 70.
*& ſeqq.* Sed inſuper ex cætu, & numero
15 Cardinalium regulariter Pontifex deſumi-
tur, vt eſt notum; vndè & ex hoc etiam
fatendum Cardinales habere per ſe Maie-
ſtatem; & cum hæc ſint vera in ſimplici
16 Cardinali, multò magis erunt vera in illo,
qui eſt Cardinalis, & Legatus, vt benè ad-
uertit Carol. Ruyn. *conſ.* 4. *num.* 6. *in fine*
*lib.* 5. quia ſicut honoris prærogatiua lætá-
tur, ſic auctoritate, & priuilegio fungi de-
bet ampliori, vt ex Text. *in cap.* 1. *de Offic. Le-*
*gati in* 6. ſubdit *Ruin. ibid.* etiamſi ſit ex illis
17 Legatis, qui mittuntur ad regendas Pro-
uincias Ditionis Sedis Apoſtolicæ, non ſo-
18 lùm quia iſti habent Imperium, poteſta-
temque ſupremam in Prouincijs ſibi à
Pontifice demandatis, vt de Prorege loquu-
tus firmat Viloſa *d. differt.* 6. §. 2. *numer.* 5.
*& ſeqq.* vbi expendit ad hoc ſententiam
Tholoſan. Godofred. Gigant. Afflict. No-
uar. Maſtrill. Ramirez, Sanfelic. & Cor-
riadæ, ſed etiam quia cum ſint Legati à La-
tere, & Prouinciam pro Pontifice regant,
19 dicuntur Pontifici aſſiſtere, vt pluribus o-
ſtendit Menoch. *conſ.* 99. *num.* 33. *&* 80. &
ex Menoch. alijſque Doctoribus, & Iuribus
Viloſa *d. differt.* 6. §. 6. *num.* 1. *& ſeqq.* & ex
20 hoc offendentes Cardinalem miſſum ad re-
gendam Prouinciam incidere in crimen læ-
ſæ Maieſtatis, dicunt in terminis Legati à
Latere Ancharan. *conſ.* 177. *num.* 2. *&* 3.
Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 8. Gi-
gas *loc. cit. quæſt.* 5. *num.* 1. 2. *& ſeqq.* Farin.
*quæſt.* 112. *num.* 39. Ruin. *conſ.* 4. *num.* 6. *lib.* 5.
Cortiada *deciſ.* 94. *num.* 29. nihil refragante,
21 quòd ipſi habeant Imperium ad tempus, vt
ex Grotio *de Iure Belli, & Pacis lib.* 1. *cap.* 3.
*num.* 11. Farinac. *loc. cit. num.* 39. Bart. Salic.
Alex. & alijs *in l. quiſquis ff ad l. Iul. Maieſt.*
probat Viloſa *d.* §. 2. *num.* 23. *&* 24. *& ſe-*
*quentibus.*

22 Nec verbum *rebellione* poſitum in Banni-
mentis negotiũ faceſſit, quia ſumitur pro-
priè pro crimine læſæ Maieſtatis, vt in ſimi-
li aduertit Azeudo *recopilat. lib.* 8. *tit.* 18.
*l.* 1. *num.* 1. quamuis enim, vt ait Farin. *quæ-*
*ſtione* 113. *num.* 66. non omnis qui commit-
23 tit crimen læſæ Maieſtatis dicatur commit-
tere crimen rebellionis, nullus tamen da
tur caſus, in quo quis rebellis dicatur, quin
etiam læſæ Maieſtatis Reus Iure reputetur
ſecundùm Bart. Boſſ. & Decian. quos alle-
gat. Farin. *loc. cit.* quibus addo Azeuedo *d.*
*l.* 1. *num.* 39. dicentem, quòd omnia per-
duellionis delicta ſub nomen Maieſtatis ca-
dunt, non autem omnia, quæ ſub legibus
Maieſtatis continentur perduellionis ſunt,
quòd ex Budeo, Alciato, Manuc. & Otto-
man. dicit etiam Clemens Octauus fæl. rec.
*in voto impreſſo poſt Sac. Rotæ Romanæ deciſ.*
penes Rembold. *vot.* 1. *num.* 23.

24 Quæro ſecundò, An offendentes Cardi-
nalem à Latere Legatum miſſum ad regen-
dam Prouinciam, incidant in primum ca-
put criminis læſæ Maieſtatis? & licet aliqui
dicant, quòd occidens Principis Conſilia-
rium illi non aſſiſtentem, ſed in Ciuitatem
aliquam miſſum ad Magiſtratum gerendũ,
læſæ Maieſtatis crimen non committit, Sa-
lyc. *in l. quiſquis num.* 6. *C. ad leg. Iul. Maieſt.*
Gigas Baiard. Boſſ. Roland. Decian. *locis re-*
*latis* à Giurb. qui eos ſequitur *conſ.* 59. *num.*
81. Gloſa Cyn. Lauden. *locis relatis* à Viloſa
*d. differt.* 6. §. 6. *num.* 4. & plures rationes ad
hoc aſſumptum probandum adducit per
modum dubitandi Capic. *deciſ.* 130. *num.* 41.
*& ſeqq.* vbi loquitur de Prorege, ſeu Vica-
rio Principis, prout de Prorege, & Vicario
Principis loquuntur Clar. §. *læſæ Maieſtatis*
*num.* 3. *&* 14. Suarez. *commun. opin. lit. M. n.* 9.
Gram. *deciſ.* 6. *num.* 9. & ſaltem iſto caſu non
intrare, quoad liberos diſpoſitionem *d. leg.*
*quiſquis* aſſerunt Veſſembec. §. 2. *num.* 5. *inſt.*
*de public. Iudic.* Tholoſan. Baiard. ad Clar.
Farin. & alij adducti à Io: Adelzriter *in refu-*
*tatione vindiciar. Cauſæ Palatinæ cap.* 3. *quæſt.* 3.
*num.* 15. & eſt ratio, quia pœnæ à *d. l. quiſ-*
*quis* impoſitæ quantum fieri poteſt, debent
reſtringi, tùm quia ſunt contra Iuris Com-
munis regulam, ne quis pro alterius delicto
puniatur Farin. *quæſt.* 116. *num.* 143. tùm
quia continent odium irrationabile, vt di-
cunt Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 8. *num.* 1. Ca-
ſtro *de iuſta hæreticorum punitione lib.* 2. *cap.* 19.
Vaſquez *in* 1. *p. diſp.* 135. *ca.* 3. Decian. *trac.*
*crim. lib.* 7. *cap.* 41. *num.* 19. Igneus *in leg. fin.*
*num.* 44. *ff. ad Sen. Conſult. Syllanian.* vbi ſub-
dit diſpoſitionem *d. l. quiſquis* eſſe odioſam,
iniurioſam, iniquam, & contra naturalem
rationem, ac Iuris Diuini, & humani di-
ctamen: tùm etiam quia ſi adhibeatur di-
ſtinctio quoad ipſum Reum puniendum in-
ter primum, & alia *legis Iuliæ* capita; me-
moria enim eius, qui hoc crimen committ-
tit damnatur, quando illud committit in
Principem, vel Republicam Romanam,
non verò ſi contra alios, vt eſt Text. *in leg.*
*vlt. ff. ad l. Iul. Maieſt.* §. *publica autem Inſtit.*
*de public. Iudic.* Gloſa *in l. penult. eodem tit. ff.*
*ad l. Iul. Maieſt.* Nam quando hoc delictum
committitur in alios Principes inferiores,
vel Ciuitates morte extingui dicunt Clar.
Gram. Veſſemb. Tholoſan. Farin. *locis re-*
*latis* ab Adelzriter. *d. num.* 15. *in fine*, multò
ergò magis adhiberi, & fieri debet diſtin-
ctio inter primum, & alia *d. legis Iuliæ* capi-
ta, quando tractatur de puniendo liberos,
priuando ſcilicet eos bonis paternis, vt ar-
gumentatur Adelzriter. *ibidem.*

25 Contrarium tamen etiam in hoc ſecun-
do quæſito veriùs eſſe reſpondendum cen-
ſeo, quia reuera offenſio facta in Cardina-
lem Legatum à Latere ad regendum Pro-
uinciam miſſum, dicitur eſſe, & eſt crimen
læſæ Maieſtatis in primo capite ex rationi-

bus in antecedenti quæſito adductis, quibus addo auctoritatem Aloyſij de Leo *in rub. C. ad leg. Iul. Maieſt. num. 3. poſt medium verſ. decimo quintò incurrunt*, vbi firmat incurrere in primum caput criminis læſæ Maieſtatis eos, qui Cardinales hoſtiliter inſequuntur, vel percutiunt, &c. & fundatur potiſſimũ in Text. *in d. l. quiſquis*, ibi: *De nece etiam Virorum Illuſtrium, qui Conſilijs, & Conciſtorio noſtro interſunt, Senatorum etiam, nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt, vel cuiuſlibet poſtremo, qui nobis militat*: ſiquidem vt aduertit Menoch. *conſ. 99. num. 33. & 80.* & ex eo Viloſa *d. §. 6. num. 1.* non ex hoc, quòd Conſiliatij, & Miniſtri mittuntur ad regendam Prouinciam deſinunt eſſe à latere Principis, ſed adhuc dicuntur eſſe, & ſunt de illis, qui aſſidunt Principi, tametſi non coram ipſo; nam Magiſtratuum Populi Romani appellatione venire non ſolùm eos, qui Romæ degunt, ſed & qui Prouincias regunt, eſt Text. *in l. voluit §. 1. ff. de interrog. act.* nec vllam eſſe differentiam inter Magiſtratum, qui coram Principe à latere eius actu eſt, & eum, qui Principis nomine alibi ſuo fungitur munere ex Cod. Theodoſ. Afflict. Gigant. Godofred. firmat Viloſa *loc. cit. num. 2. & 3.* Vndè offendentes Proreges, ſeu Vicarios Principis incidere in primum caput læſæ Maieſtatis concludunt Capie. *d. deciſ. 130. num. 49.* Oddo *conſ. 27. num. 17.* De Ponte *conſ. 90. num. 18. & ſeqq. lib. 1.* Carol. Petra *Magn. Curiæ rit. 274. num. 48.* Adelzriter *loc. cit. num. 16.* & Viloſa *loc. cit. §. 3. num. 51. in fine*, ibi: *Si nemo vnquam dubitauit quia Principe læſo Maieſtatis in primo capite committatur, idem certè fuerit, ſi in ſui Generalis Præfecti perſona lędatur*: & hoc replicat Viloſa *in eadem differt. §. 6.* dicens in fine: *Ex his igitur legitimè infertur eos, qui Sardinię Proregem occiderunt, idem contraxiſſe crimen, ac ſi Principem occidiſſent ipſum, ideoque legis noſtræ, pœnis Iure, meritoque ſubijci*: & hoc meliùs probat Henr. Bocer. *in tract. de crimine Maieſtatis cap. 2. numer. 19. & ſeqq.* vbi pluribus oſtendit, quòd iſto caſu committitur crimen Maieſtatis in primo capite, non perduellionis, ſed quaſi perduellionis, quod ait in nihilo differre à crimine ipſo Perduellionis, niſi in damnatione memoriæ Rei defuncti, quæ in crimine quaſi Perduellionis non intrat, vt videre eſt apud ipſum *ibidem num. 16. & 17.*

26 Eoque igitur fortius debet dici in terminis offenſionis Cardinalium, non ſolùm quia diſpoſitio *cap. fœlicis de pœnis in 6.* non recipit dubitationem aliquam, cum loquatur indiſtinctè de Cardinalibus præſentibus, vel abſentibus à Curia, cum tamen verba *d. l. quiſquis ſint dubia*, & poſſint referri potiùs ad præſentes, quàm abſentes, ſed etiam quia Cardinales ſunt maioris Dignitatis, quàm Proreges, vt oſtendit Cohell. *de notitia Cardinal. fol. 17. lit. A.* & loquentes de Electoribus Imperij oſtẽdunt Bocer, *loc. cit.* Gilhauſen. *arbor. Iudic. crim. tit. 2. num. 2. in fine*, & Carpzou. *quęſt. 41. num. 59. & 70.* Car-
27 dinales enim dicuntur eſſe baſes, fundamẽta, & columnæ Eccleſiæ, vt habetur *in Conſtit. 16. Leon. X.* ibi: *S. Romanę Eccleſię pręcipuas Catholicę Eccleſię Columnas*, & in Bulla B. Pij V. 93. *Infœlicis ſęculi*, ibi: *Ad illorum quoque perniciem infeſtiore animo incumbant, quos Spiritus Sanctus membra conſtituit Eccleſia Dei, quam ſuo ſibi Sanguine acquiſiuit*; & ex Bulla san. mem. Sixti V. 50. *Poſtquam verus*, ibi: *Ita etiam Sacroſanctę Romanę Eccleſię Cardinales repręſentantes perſonam Sanctorũ Apoſtolorum, &c. eidem Pontifici in executione Sacerdotalis Officij, & in dirigenda ipſa Eccleſia Catholica, cui pręeſt, Conſiliarij, & Coadiutores aſſiſtunt, quaſi oculi, & aures, ac nobiliſſimę Sacri Capitis partes, & pręcipuè illius membra à Spiritu Sancto conſtituta*: & §. 1. ibi: *cum itaque ipſi veri Cardines ſint, & clariſſima Eccleſię Lumina, Templi Dei baſis, firmamenta, & columina Chriſtianę Reipublicę*: habetur latiùs *in Conſtitutione* san. mem. Eugenij IV. de qua feci mentionem *in proœmio harum adnotationum*, quam refert Fagnan. *loc. cit.* & Cohell. *d. cap. 8.* vbi refert etiam Diploma Henrici Septimi Imperatoris; & ad prædicta comprobandum conferunt dicta a Pucerono *in Bulla Cœnę Domini cap. 11. num. 24. verſ. & hic eſſet, & verſ. ſed quęres.*

Opponitur huic obiectioni Text. *in cap. fœlicis de pœnis in 6.* ibi: *Sicut reus criminis læſæ*
28 *Maieſtatis ſit infamis*, dictio enim, *ſicut*, denotat ſimilitudinem, & non æqualitatem, ſeu paritatem caſus, imò, vt dicit Bart. *in Auth. de Inſtrum. cautela, & fide §. ſed etſi numer. 2.* Dictio, *ſicut*, nec facit omnimodam ſimilitudinem, & hoc expreſsè comprobatur ex Text. *in l. 4. C. de veſtibus holoſeric. libro 11.* ibi: *Alioqui ad ſimilitudinem læſæ Maieſtatis periculum ſubſtinebit*, imò poteſt dici,
29 quòd Textus prædictus *in cap. fœlicis* nihil diſponit, quod concernat incurſum in crimen læſæ Maieſtatis, etenim debet explicari, & intelligi, vt ſtatuat ſolùm, quòd percutiens Cardinalem efficiatur infamis, & pœnas in Textu recenſitas ſubeat, ſicut infamis fit, & pœnas ſubit ille, qui Reus eſt læſæ Maieſtatis, ideò debet hoc modo legi Textus ille, videlicet: *Si quis deinceps in hoc ſacrilegij genus irrepſerit, quòd Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem fuerit hoſtiliter inſecutus, vel percuſſerit, aut cœperit, vel ſocius fuerit facientis, aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit, aut conſilium dederit, vel fauorem, aut poſtea receptauerit, vel defenſauerit ſcienter eumdem, ſit infamis, diffidatus nihilominus, & bannitus, ſit inteſtabilis, vt nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad alicuius bona ex teſtamento, vel ab inteſtato vocetur, ſicut infamis, diffidatus, bannitus inteſtabilis, &c. fit ille, qui læſæ Maieſtatis committit crimen*, & hæc comprobatur interpretatio ex explicatione, quam vt refert Viloſa *d. differt. 6. §. 6.*

num.

*num.* 37. aliqui adaptant Textui *in d. l. quiſ-
quis*: dicendo Textum illum non adſtruere,
quòd læſæ Maieſtatis cōtrahatur crimen,ſed
id tantummodò,quod delicti pœna ſit mors,
bonorumque omnium publicatio æquè, at
ſi læſæ Maieſtatis crimen eſſet contractum.

Sed reſpondetur, quòd Gloſa, & Do-
ctores *in dicto cap. fœlicis* dicunt ſimpliciter
nulla prorſus habita conſideratione dictæ
dictionis *ſicut*, quod offendentes Cardina-
lem, incurrunt in crimen læſæ Maieſtatis,
vt habetur in Gloſa *ibidem verbo læſæ Maie-
ſtatis*, ibi: *Crimen læſę Maieſtatis committit,
non ſolùm machinans in mortem Principis, ſed
etiam in mortem ſuorum Conſiliariorum, ſibi
aſſiſtentium, l. quiſquis C. ad l. Iul Maieſtat.*
ideò machinans in mortem Cardinalium,
eſt reus iſtius criminis.

30 Reſpondetur ſecundò, quòd Viloſa *d.* §. *6.
num.* 37. explicando verba *d. l. quiſquis* ibi:
*Ipſe quidem vtpotè Maieſtatis Reus gladio feria-
tur*: dicit, quòd verbum, *vtpotè* poſitum
*in d. l. quiſquis*, dicitur eſſe, & eſt cauſati-
uum, idemque ſonat, ac *quippè*, vt aduertit
Caluin. *in Lexico verbo vtpotè*, & eſt Textus
*in Auth. Ingreſſi C. de Sacroſ. Eccleſ.* ibi: *vtpotè
nec Domini rerum, & in l. meminiſſe C. ad leg.
Iul. Maieſt.* ibi: *Drunciani, vtpotè Senatoris*,
vbi ait, quòd illa vox idem ſignifica, ac *quia*
& adducit etiam verba Saluſtij in Catina,
ibi: *Antonius aberat à bello, vtpotè æger, & ia-
cens*, & alijs eruditionibus adductis conclu-
dit, quòd dictio *vtpotè* poſita *in d. l. quiſquis*,
accipitur pro dictione *quia*, & ideò legit hoc
modo, *nempè ipſe quidem, quia Maieſtatis Reus
gladio feriatur*: & talis lectura debet tollere
omnem difficultatem, quæ ex dictione *ſicut*
reſultat in d. Text. *in cap. fœlicis*, quia cum
verba *d. cap. fœlicis* ſint tranſcripta, & exem-
plata ex Text. *in d. l. quiſquis* vt firmat Vi-
loſa *loc. cit. num.* 46. debent intelligi, & ex-
explicati eo modo, quo explicantur verba
*d. l. quiſquis*; præſertim cum dictio *ſicut*, &
ipſa eſt aliquando cauſatiua, & ponitur pro
*quia*, vt ex Boſſ. Alex. Tuſch. inquit Barbo-
ſa *de dictionibus, dictione 366. ſicut num.* 4. &
ita debet accipi hic; nam ſi poſita in priui-
legio cauſam ſignificat, vt in Gloſ. *fin. in
cap. examinata de confirmat. vtil. vel inutil.* di-
cit Boſſ. *tit. de Principe, & priuil. num.* 351.
ita & eo magis debet ſignificate cauſam,
quando poſita eſt in lege, vt apparet, & e-
uincitur ex verbis Boſſ. *in d. tit. de Principe,
& priuileg. num.* 351. & 352. aliàs enim di-
ſpoſitio facta *in d. cap. fœlicis*, quæ tendit ad
aggrauandum crimen in fauorem Dignita-
tis Cardinalatus, vt perpendit Pueron. *loco
cit.* illud diminueret, quod non eſt vllate-
nus dicendum, cum Succeſſores Pontifices
31 ſan. mem. Leo X. *in Conſtitutione in ord.* 15.
incipien. *Temerariorum*, & B. Pius V. *in Con-
ſtitutione in ordine* 93. incipien. *Infœlicis ſæculi*,
ampliarunt dictam diſpoſitionem Bonifa-
cij Octaui *in cap. fœlicis de pœnis in 6.* & ex-
tenderunt Leo X. ad inuadentes Domos
Cardinalium & B. Pius V. ad ſcientes, & non
reuelantes coniurationem: quæ Conſtitu-
tio ædita contra eos, qui exploſerunt archi-
buſiatam contra S. Carolum Bortomæum,
tunc in Ciuitate Mediolani exiſtentē, apertè
comprobat etiam, quòd dictum eſt ſupra,
nempè, quòd Cardinales, etiam ſi abſentes
ab Vrbe, dicuntur Papæ aſſiſtere, vt appa-
ret *in* §. 2. *in fine*, ibi: *quæ res nos grauius cō-
mouet, vehamentiuſque excitat omnia exquirere,
vt nobiliſſimæ corporis noſtri partes, vndique pro-
tegantur, quibus enim præſidio erimus, quibus ſu-
pctias afferemus, quos denique tutabimur ſi Tem-
pli Dei baſes, ſi clariſſima Eccleſiæ lumina, ſi ſpe-
ciales filios, qui pro animabus populorum pro Fi-
de, pro Iuſtitia, pro vnitate peruigilant deſera-
mus inultos.*

32 Et cum opinio Gloſæ *in d. cap. fœlicis*, ha-
beat locum reſpectu ad Cardinalem, qui ſo-
la Cardinalatus dignitate refulget, certè, &
eo magis procedit, & procedere debet, re-
ſpectu ad Cardinalem, qui Legatitiam Di-
gnitatem habet adiunctam, vt benè ad in-
curſum pęnarum *in Bulla Cœnæ* inflictarum
contra offendentes, ſeu hoſtiliter inſequen-
tes Cardinalem perpendit Pueron. *in dicto
cap.* 11. *num.* 24. *verſ. & hic eſſet, & verſ. ſed
quæres.*

Tertiò quæro, An in Ciuitate Bononiæ,
in qua non fiunt confiſcationes bonorum,
vt dixi in prooemio, debeat, & poſſit in
caſu iſto practicari confiſcatio? & reſpon-
33 dendum affirmatiuè abſque vlla prorſus
difficultate, quia ſtylus, & conſuetudo
non confiſcandi non fuit introducta
reſpectu criminis læſæ Maieſtatis, &
propterea remanet viua, & incorrecta
diſpoſitio Iuris Communis, ex conceſſis
per Doctores *citatos ſura in Prooemio* §. 12.
*numero nono*, & ſignanter per Vermigliol.
qui ad fauorem Ciuitatis ſcripſit *in conſ. cri-
min.* 1. *per tot.* & per conſequens procedit o-
mnis rigor legis, etiam ad effectum priuan-
34 di filios legitima, Farinac. *quæſt.* 116. *num.*
77 *& ſeqq.* Merlin. *de legitim. quæſt.* 30. *num.* 1.
*& ſeqq.* & Maſſin. *de confiſc. quæſt.* 4. *num.* 73.
Henr. Boecrus *in tract. de crim. Maieſt. cap.* 3.
35 *n* 89. & alij extendunt etiam ad priuandum
eoſdem alimentis, ſed hæc opinio tamquam
36 rigoroſa non fuit recepta in praxi, Farinac.
*d. quæſt.* 116. *num.* 123. Merlin. *d. quæſt.* 30.
*num.* 4. *& ſeq.* & Maſſin. *d. quæſt.* 4. *num.* 75.
Rota *deciſ.* 747. *num.* 10. *par.* 4. *diu.* & Luci-
dor. *de illegit. Cleric. & Regul. cap.* 19. *n.* 11. *&
ſeqq.* pluribus citatis ſan. me. Clemens VIII.
*in voto impręſſo poſt deciſ. Remboldi vot.* 1. *num.*
280. qui tamen loquitur de inhabilitatione
filiorum ad ſuccedendum: ſed *num.* 458. *&
ſeqq.* loquitur de alimentis, & legato ali-
mentorum, & *num.* 467. ex Baldo *in l.* 1. *n.* 3.
*C. qui non poſſ. ad liber. peruen.* reddit ratio-
nem, quare alimenta non auferantur, quia
ſcilicet alimenta exigit natura, non perſo-
na, quia

na,quia non cenſetur perſona, ſed quædam
natura exuriens illa, quæ capit, & allegat
Felin. *in cap. qualiter, & quando* il ſecondo §. 1.
*numer.* 28. *de accuſat.* & Ant. de Lara *l. ſi quis
à liberis* §. *ſed vtrum num.* 4. *ff. de liber. agno-
ſcen.* & propterea omnes inhabiles, & inca-
paces ſucceſſionis, capaces ſunt alimento-
rum, vt oſtendit san. mem. Clem. VIII. *ibid.
num.* 465. *& ſeqq.*

Aduertendum tamen, quòd filij non pri-
37 uantur ſucceſſione Patris, niſi crimen læſæ
Maieſtatis ſit in primo capite, vt docet poſt
alios Farin. *quæſt.* 116. *num.* 123.

Iterùm aduertendum, quòd licet ſit mul-
tùm controuerſa inter Doctores, An tàm
38 nati, quàm naſcituri filij in crimine læſæ
Maieſtatis bonis paternis priuentur, vt vide-
re eſt penes Clarum, Villaloh. Suarez, Go-
thofred. *locis relatis* à Io: Aldelzreiter *in re-
futatione Vindiciarum,* Io: Ioachin Aruſdorff.
*cap.* 3. *quæſt.* 4. *in princ.* qui materiam diſpu-
tat ad partes, & cum Gigante *de crimine læ-
ſæ maieſt. lib.* 3. *quæſt.* 5. *ad finem* concludit
pro affirmatiua, quam nouiſſimè tuetur
D. Io: Gaſtone *diſcept. fiſcal.* 20. *num.* 15. *&
ſeqq.* magis tamen communis opinio eſt,
quòd ſolùm filij concepti, & nati poſt ſen-
tentiam ſubiaceant pœnis *l. quiſquis C. ad l.
Iul. Maieſt.* vt poſt Ceuall. Farin. Rotam
Donat. Anton. de Marin. & Fran. Mariam
Pratum *in add.* ad Paſchal. inquit Maſſin. *di-
cta quæſt.* 4 *num.* 87. & poſt Cyn. Salyc. &
Dec. inquit Abauo *pract. crim. tit. de crim. læ-
ſæ Maieſt num.* 46. Mandoſ. Pariſ. Tiraquel.
Couarr. Marta Marin. ad Reuerter. *locis re-
latis* à D. Gaſtone *fiſcal. alleg.* 20. *numer.* 15.
Quod ſaltem de equitate admittit poſt a-
lios, quos citat Caluin. *de æquitate cap.* 12.
*num.* 6. *lib.* 1. dicens de æquitate, & benigni-
tate pœnam *dictæ l. quiſquis* non habere lo-
cum in filijs natis, & conceptis ante deli-
ctum per Patrem commiſſum, & addit ex
Bart. & Tholoſan. quòd fœminæ nullo mo-
do compræhenduntur *in d. l. quiſquis*, quod
admittit etiam Gaſtone *loc. cit. num.* 21. ſed
ratio allegata per Abauo, & alios per eum
39 relatos nempè, quia filij concepti, & nati
poſt crimen, trahunt originem ex ſanguine
infecto, proindè in his paterni criminis e-
xemplum metuitur, mihi quidem non ſa-
tisfacit, quia nulla ratio ſuadere videtur, vt
potiùs in naſcituris, quàm in natis, paterni
hoc eſt hæreditarij criminis exempla me-
40 tuantur, quinimò magis dicta exempla af-
ficiunt natos, qui viderunt proprijs oculis
Patrem hoc crimen perpetrantem, vt benè
conſiderat Io: Adlzreiter *in refutatione vin-
diciarum* Io: Ioachini Aruſdorff. *cap.* 3. *qu.* 4.
*num.* 22. *fol. mihi* 161. Decian. *tract. crim. lib.*
7. *cap.* 41. *num.* 8. Cepoll. *conſ. crim. num.* 70.
& Gaſtone *d. diſcept. Fiſcali* 20. *num.* 19. nam
teſte Horat. *de Arte Poetica.*

*Segnius irritant animos demiſſa per aures,*
*Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & quæ*
*Ipſe ſibi tradit ſpectator.*

Quod ſi hoc fit in odium Parentum, vt
dicunt Farinac. *q.* 116. *n.* 73. & Io: Adlzrei-
41 ter *loco citato quæſt.* 2. *num.* 3. vt ſcilicet eo-
rum viſcera dilacerentur tam triſti aſpectu,
42 qui potis eſt eos compellere ad crimina fa-
ciendum, prout eſt in exemplo relato ab An-
drea de Iſernia *cap.* 1. §. *publici latrones tit. de
pace tenenda*, Carolus enim Secundus Impe-
rator, cum Pater, & Filius fuiſſent de ho-
micidio accuſati, certumque eſſet alterum
43 eorum id commiſiſſe ad veritatem elicien-
dam, quaſi vſus Iudicio Salomonis, filium
ſuſpendi iuſſit, quo viſo, Pater ſe delictum
perpetraſſe confeſſus, filij incolumitatem
ſua morte redemit, quòd exemplum refert
Barbat. *in repet. cap. Rainutius col.* 43. *de te-
ſtam.* & Amerin. *de Patr. poteſt. cap.* 4 *num.* 4.
qui inſuper ex hoc dat cautelam, vt Iudices
44 ſemper incipiant à filijs torturam, quando
vna cum Patre ſunt de delicto accuſati ob
dictam rationem, & etiam quia ſemper eſt
incipiendum à debiliori, & timidiori, vt ait
Ripoll. *in addit.* ad Peguet. *pract. crim. cap.* 12.
§. 31. *num.* 5. Maranta *in ſuo Speculo num.* 1 .
*fol.* 2. & Clar. *quæſt.* 64. *verſ. quæro ſi plures*, ſi
hoc, inquam, fit in odium Parentum, cum
45 tempus ſit medicina doloris, & nullus do-
lor ſit, quem vt ait Cicero, tempus non
minuat, atque deleat, magis in principio
de miſeria filiorum contriſtantur, quam
46 poſtea; adde, quòd non eſt miſer, qui
poteſt miſeros generare, vt innuere vi-
detur facetiſſimus Martialis *libro* 6. *epigr.*
33.

*Furta, fugæ, mortes ſeruorum, incendia, luctus*
*Affligunt hominem, tàm miſer, & . . .*

vnde crederem appoſitiſſimam, & con-
gruentiſſimam eſſe rationem, quia naſcun-
tur ex nouo homine, vt benè deducitur ex
Text. *in l. ex facto* §. *ex facto ff. ad Sen. Conſul.
Trebell.* vbi Vulpianus refert quandam mu-
lierem rogaſſe filium ſuum, vt ſi ſine libe-
ris deceſſiſſet reſtitueret hæreditatem fratri
ſuo, is poſtea deportatus in Inſulam libe-
ros ſuſceperat, in qua facti ſpecie conclu-
dit conceptos ante deportationem, licèt
poſtea edantur efficere, vt conditio deficiat
poſt verò deportationem ſuſceptos, ideſt
conceptos, & editos, non prodeſſe, quia
condemnatus, & deportatus efficitur no-
uus homo, & tamquam à nouo homine
procedentes, debent omni miſeria labora-
re *l. qui in vtero ff. de ſtatu homin.* Alex. *d. l. ex
facto*; & ex eadem ratione procedit, quod
*in l. emancipatum ff. de Senatoribus* Vulpianus
ſtatuit filium Senatoris conceptum, ante-
quam Pater eius à Senatu moueatur, & ſi
natus ſit poſt Patris Dignitatem amiſſam,
quaſi Senatoris filium eſſe habendum, tem-
pus enim conceptionis eſſe ſpectandum, in-
quit Vulpianus ibidem. Sed circa articulũ,
An filij nati ante contractum hoc crimen
ſubiaceant pœnis *l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt.*

vide

vide diffuſè loquentem Henric. Bocer. *in*
*tract. de crim. Maieſt. cap. 3. num. 60. & ſeqq.*
& Clem. VIII. fœl. record. *poſt deciſ. Rem-*
*boldi voto 1. num. 436. & ſeqq.*

Quartò quæro, quæ ſit vltra confiſcatio-
nem bonorum pœna proportionata cùm
48 Bannimenta noſtra non explicent? diffuſè
pœnas omnes antiquas, ac modernas enar-
rant Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 5. per tot.*
*& cap. 39. num. 1. ſeqq. 17. & 22. & ſeqq. &*
*cap. 40. num. 41.* & Farin. *quæſt. 116. num. 1.*
*& ſeqq.* qui more ſuo innumeros alios addu-
cit, quibus addo Carpzou. *pract. crim. q. 41.*
*num. 90. & ſeqq.* Henric. Bocer. *de crim. Ma-*
*ieſt. cap. 3. num. 13. & ſeqq.* & Aloyſ. de Leo
*in rubr. C. ad leg. Iul. Maieſt. num. 8.* qui o-
mnes videntur concludere, quòd Reus hu-
ius criminis, quandoque in diſſectione in
fruſtra, & quandoque ſeueriori mortis ge-
nere punitur, & quidem in Vrbe ſolet pra-
cticari quod malleo percutiatur, & iugu-
letur, & in fruſtra ſcindatur, & ita fuiſſe
49 exequutum tempore Pij Quarti contra eos
qui occidere Pontificem conſpirarunt, te-
ſtatur Farin. *quæſt. 116. num. 3.*

Et quamuis Text. *in l. quiſquis C. ad l. Iul.*
*Maieſt.* ibi: *Ipſe quidem, vtpotè Maieſtatis*
*Reus gladio feriatur*: videatur his verbis in-
nuere, quod ſimplex mortis genus ſit indi-
cendum.

Attamen vt benè conſiderat Carpzou.
*d. quæſt. 41. num. 91. in d. l. quiſquis* per gla-
50 dium, non capitis amputationem tantùm,
ſed omne genus vltimi ſupplicij denotatur,
quia nomine gladij, quoduis extremum
venit ſupplicium iuxta Text. *in l. 3. ff. de Iu-*
*riſd. & l. 31. ff. ad leg. Iul. de adult.* & alia Iu-
ra allegata per Carpzou. *ibidem.*

Quintò quæro, An ſpecialia criminis læ-
ſæ Maieſtatis habeant locum in caſu no-
ſtrorum Bannimentorum, & quænam illa
ſint? reſpondeas in prima parte affirmati-
uè, quia Bannimenta non faciunt de non
delicto delictum, & nec addunt aliquam
qualitatem de nouo, ſed renouant diſpoſi-
tionem Iuris Communis, & propterea o-
mnia attributa de Iure communi vindicant
ſibi locum, & hoc nullam habet difficulta-
tem, imò nec aliter eſſe dicendum, quando
facerent de non delicto delictum, vel aliquã
51 qualitatem adderent, quia ſufficit, quòd
delictum ſit declaratum tale, ad hoc, vt
omnia ſpecialia criminis habeant ſuum lo-
cum, vt dicit Farinac. *conſ. 55. num. 99. lib. 1.*
52 ſed hæc illatio non eſt indifferenter vera,
quia ſpecialia, quæ tribuuntur crimini ve-
ro non extenduntur ad crimen ex lege par-
ticulari Principis declaratum tale, nam di-
citur tale per fictionem, & declarationem
factam à Principe, vt benè explicat Afflict.
*in conſtit. Regni lib. 2. rubr. 6. nu. 15.* probans
per plura media, quod ſi Princeps eximat
à pœna confiſcationis bonorum Ciues ali-
cuius Ciuitatis, quodcumque crimen com-
mittat, dummodò non ſit crimen læſæ
Maieſtatis, exceptio debet intelligi de eo,
qui verè commiſit crimen læſæ Maieſtatis,
& non de eo, qui fictè effectus eſt hoſtis
Principis per ſententiam foriudicationis, &
Afflictum ſic dicentem refert, & ſequitur
Vermigliol. *conſ. crim. 1. num. 14.* qui con-
cluſionem pluribus tuetur ibidem per totũ,
& comprobatur talis aſſertio ex Caluin. de
æquitate *lib. 1. cap. 100. num. 11.* vbi loquens
de Proclamate prohibente ſub pœna rebel-
lionis ſubditis militare pro exteris Principi-
bus, firmat caſum huiuſmodi inſeruiẽtium
exteris Principibus in militia eſſe gratiabi-
lem, & ita fuiſſe per Senatum Mediolani
reſolutum *ſub die 22. Nouembris 1619.* quam-
uis indubitatum ſit delictum rebellionis
non eſſe gratiabile ob eius enormitatem,
& grauitatem, vt habetur etiam apud Clar.
*pract. crim. quæſt. 59. verſ. in huiuſmodi*, & ibi
Baiard. *num. 90.* & reddit rationem Caluin.
*ibidem*, quia licet delicta à Iure, vel Procla-
matibus æquiparari videantur per eaſdem
pœnas, nihilominus cum diuerſa ſit culpa,
pœnæ non eumdem effectum omnimodè
53 ſortiuntur, quia par ratio deſideratur in
culpa, vt eiuſdem pœnæ ſit omnimodus ef-
fectus ad Text. *in l. fin. ff. de receptator.* effe-
ctus enim Rei, non expræſſio nominis con-
ſideratur *l. ſi vno ff. locat. l. inſulam ff. de præ-*
*ſcript. verb.* Dec. *conſ. 589. num. 10.* & ob eam-
dem rationem inquit *ibidem num. 6.* quòd
licèt vigore *Conſtit. Mediolan. tit. de pœnis*
Cuſtos Carceris teneatur eadem pœna, qua
tenebatur Reus proditorij homicidij, quem
aufugere è carceribus permiſit, nihilomi-
nus non erat Cuſtos excludendus à benefi-
cio præſentatæ, à quo excepti erant caſus
homicidij proditorij, & aſſaſſinij, & publi-
carum viarum latronum, quia vt dictum
eſt, par ratio deſideratur in culpa, vt eiuſ-
dem pœnæ ſit omnimodus effectus. De-
mùm comprobatur Afflicti aſſertio ex Mo-
lina *de Iuſt. & Iure tract. 3. diſp. 27. num. 2.*
quem refert, & ſequitur Graſſett. *de nece*
*proditoria* §. 21. *num. 14.* qui aiunt in prodi-
torio per abortum, non attendi communi-
ter rationem proditorij, eaque de cauſa
pœnam proditorij homicidij pro eo non
imponi.

54 Conferunt etiam ad eamdem rem, quæ
dicunt Salic. *in l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt.*
Dec. *conſ. 410. col. fin.* Oddo *conſ. 27. num. 17.*
*18. & 23.* Vermigl. *conſ. crim. 1. nu. 11.* nem-
pè, quòd quando lex loquitur de crimine
læſæ Maieſtatis intelligitur de illo, quod cõ-
mittitur in ipſum Principem, & ſic de illo,
quod dicitur conſiſtere in primo capite *legis*
*Iuliæ*, non autem de illo, quod conſiſtit in
ſecundo capite *dictæ legis Iuliæ*, ob rationem,
quia illud, dicitur propriæ crimen læſæ Ma-
ieſtatis, aliud verò impropriè dicitur eſſe
tale.

Propterea non eſt de facili acquieſcendũ
con-

concluſionl poſitæ per Farinacc. *d. conſil.* 55. *num.* 99. dum pro ſua opinione adducit ſolum regulam deductam ex *l. ſemper generalibus ſpecialia inſunt ff. de reg. Iuris*; nam ſatis, inquit, fuit Bullæ inducere crimen læſæ Maieſtatis in genere, quia in conſequentiam veniunt poſtea omnia generalia.

55 Poteſt tamen concluſio firmata per Farinac. procedere in caſu, de quo loquitur ipſe Farinac. quando ſcilicet Princeps, prout fecit san. mem. Sixtus V. *in Conſtit.* 75. in terminis cuius Conſtitut. loquitur Farinac. *vbi ſupra*, diſponit tranſgteſſores læſæ Maieſtatis reatum verum, ac nulla Iuris, aut hominis fictione confictum crimen incurrere, nam tunc talis diſpoſitio nullam recipit interprætationem.

Et ideò Vermigliol. *d. conſ. primo num.* 14. verſic. non obſtat, dum reſpondet obiecto deducto ex dicta Conſtitutione Sixti V. ad effugiendam vim dict. Conſtitutionis, non vtitur ſupradicto argumento, ſed aliud quærens magis proprium ſuffragium, ait, quod dicta diſpoſitio non compræhendit Ciuitatem Bononiæ, quoad præiudicium ſui priuilegij (quo gaudet, ne bona ſuorum Ciuium ibidem confiſcentur) tum ex eo, quia noua Principis conſtitutio
56 non tollit conſuetudines ſpeciales locorum, niſi id ſpecificè exprimat, tùm etiam, quia conſuetudo etiam inolcuit, quod Ciuitas Bononiæ, in præiudicialibus, diſpoſitionibus generalibus non compræhendatur, niſi vbi in ſpecie nominatur.

57 Bene verum, quod etiam in terminis dictæ Conſtitutionis Sixti V. & cuius vis ſimilis crederem non poſſe dici immutatum modum procedendi ex rationibus adductis ſupra in proœmio, & ſic licèt delictum à Principis conſtitutione alteratum, & qualificatum dici debeat atrociſſimum reſpectu pœnæ, non tamen debet dici tale reſpectu modi adhibendi in inquiſitione delicti ex rationibus ibidem adductis.

58 Quò verò ad ſecundam partem quæſiti dic, quod multa ſunt ſpecialia dicti criminis, & triginta ſpecialia refert Farin. *quæſt.* 118. *per tot.* & aliqua referunt Carpzou. *dicta quæſt.* 41. *num.* 4. *& ſeqq.* Chiſtinqus *deciſ. Belgic.* 196. *nu.* 8. *&* 13. *tom.* 4. Abauo *prac. crim. tit. de crim. læſæ Maieſtatis num.* 98. & ſeqq. Afflic. *tit. quæ ſint regalia verbo, & bona committentium num. primo & ſeqq.* Monteleon. *pract. arbitr. par.* 4. *num.* 364. *& ſeqq.* Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 37. *num.* 14. Baiard. ad Clar. §. *læſa Maieſtas numer.* 25. Ioannes Adelzreiter *in refut. vindic*, Io. Ioachimi Arnſdorff. *cap.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 25. *vſque ad numer.* 62. Capic. *deciſion.* 130. Petr. Ærod. *rerum iudic. lib.* 8. *tit.* 7. *cap.* 8. *lib.* 9. *cap.* 4. Alfaro *de offic. Fiſcal. gloſa* 20. §. 10. *num.* 330. Petra *ritu M. Curiæ* 174. *num.* 96. & Aloy. de Leo *rubri. ad l. Iul. Maieſt. num.* 9.

59 Mihi inter ſpecialia à Doctoribus relata, potiſſima eſſe videntur quatuor. Primum, quod lata ſententia, quilibet Fiſcus etiam diuerſi, ac diſtincti territorij, & diuerſi, & diſtincti dominij bona condemnati in ſuo territorio exiſtentia confiſcat vt dicunt plurimi Doctores relati ab Eminentiſſimo & Reuerendiſſimo Caſtaldo in voto pœnes Rotam *deciſ.* 536. *par.* 14. *rec.* & à quinque primarijs Romanæ Curiæ Aduocatis pœnes D. Manzium *conſult.* 357. *lib.* 3. & quidem ex ſola productione copiæ ſimplicis ſententiæ adminiculatæ cum depoſitionibus teſtium de notorietate facti deponentium, vt pluribus citatis Doctoribus, & allatis rationibus probant dd. DD. Aduocati *in Conſult.* 356. *pænes* D. Manzium *dicto lib.* 4. & apprælienſio bonorum fit eodem modo, & forma, quibus Tribunalia vti ſolent, etiam in alijs delictis, accipiendo ſcilicèt poſſeſſionem bonorum delinquentis antequam diſcutiatur vtrum ſuper illis cadat confiſcatio, vt de ſtilo teſtantur Ambroſin. *in proceſſu informat. lib. primo cap. primo nu.* 34. Ludou. Sacc. *reſp. primo num.* 29. Farinac. *in add. ad quæſt.* 25. *num.* 176. *impreſſ. poſt* 3. *lib. conſil. eiuſdem* & pro multis Eminentiſſimus & Reuerendiſſimus Caſtald. *in dicto voto impreſſo poſt deciſ. Rotæ rom.* 14. *rec. num.* 15. qui ſtylus procedit etiam ſi notorium ſit bona non ſpectare in totum delinquenti, nam ſufficit Fiſco, quod aliquid ex illis ſpectet delinquenti, ad effectum vt totum capere poſſit, reſtituturus deinde alijs partem habentibus vt dicunt Bart. & Io: de Platea *in l. vnica C. de vendit. rer. Fiſcal. lib.* 10. & Alfaro *de offic. Fiſcal. gloſa* 16. *num.* 151.

60 Et præfatus ſtylus poteſt dici introductus ex depoſitione Text. *in d. l. vnica C. de vendit. rer. Fiſcal.* ibi: *forma eſt quoties ad Fiſcum, vel minima portio rei pertinet, vt vniuerſa à Procuratoribus meis diſtrahatur, ſed pretium tantum in Fiſcum redigatur reliquum Dominis partium reſtituatur.*

61 Ex quo Textu eliciunt interprætes, & præſertim Amaya ibidem *num.* 15. *& ſeqq.* & Sebaſt. Guazzin. *de confiſc. bonorũ concl.* 13. *lim.* 44. *num.* 15. *& ſeqq.* quod Fiſcus poteſt vendere rem cum alijs communem, etiam inuitis ſocijs, & etiam ſi res ſit diuiſibilis.

62 Propterea Fiſcus occupat omnia bona Patris condemnati, & facta confiſcatione eſt ipſe Fiſcus conueniendus pro excorporatione, & detractatione legitimæ, vt ex Merlin inquit Maſſin. *de confiſcat. bonorum quæſt.* 28. *num.* 3.

63 Occupat etiam bona mariti condemnati, & vxor facta confiſcatione recuperat dotem à Fiſco vt ait Guazzin. *loc. cit. limit.* 35. *n.* 16. *in fine*.

64 Occupat etiam bona Creditoribus hipothecata, quia Creditores in pecunia prætendentes habere hipothecam in bonis delinquentis non poſſunt impedire confiſcationem, ſed, illa facta, inſtant apud Fiſcum

pro

pro ſatisfactione, vt ex Rota, inquit Farin. *in d. addit. num.* 176.

65 Demùm occupat etiam bona ſubiecta fideicommiſſo, nam vt ex Sacc. inquit Farinac. *loc. cit.* Fiſcus ſtatim nulla præmiſſa citatione capit poſſeſſionem bonorum, non obſtante contradictione prætendentium, qui poſt captam poſſeſſionem à Fiſco, comparent, & docent de Iure ſuo, & audiuntur vt formalibus verbis loquitur Farinac. *ibid.*

66 Bene verum eſt, quod ſi vxor habet tempore confiſcationis poſſeſſionem bonorum ſaltem ex clauſula Conſtituti, tunc bene poteſt impedire Fiſcum, ne ingrediatur poſſeſſionem bonorum ſibi pro dote obligatorum, donec de dote fuerit ſatisfacta vt probat Guazzin. *d. limit.* 35. *num.* 16.

67 Et creditores ſi prætendant, ſe Dominos, & poſſeſſores bonorum, poſſunt impedire confiſcationem vt colligitur ex dictis per Rotam loco relato à Farin. *d. num.* 176. *& poſt 2. lib. conſ. deciſ.* 197.

68 Et Fideicommiſſarij, donatarij, & ſimiles ſi Iura ad eorum fauorem ſint clara, ita vt omnem controuerſiam, tam Iuris, quam facti reijciant, poſſunt, & ipſi impedire confiſcationem, quia vt inquit Farin. *in d. addit.* quando de Iure contradictoris apparet in continenti, & euidenter tunc iniquum eſſet, quod in illius præiudicium Fiſcus caperet poſſeſſionem bonorum confiſcatorum ad effectum illa reſtituendi: ad euitandum enim hunc circuitum, & iuſtius, & æquius eſt, vt Fiſcus ſe abſtineat ab ingreſſu bonorum confiſcatorum, & hoc eſſe veriſſimum, & ita ſeruari vidiſſe teſtatur Farinac.

69 Prima tamen firmata concluſio, quod ſcilicèt Fiſcus capiat omnia bona, quando in illis aliquam partem habeat delinquens, nullam prorſus habet limitationem, quia Text. *in d. l. vnica*, eſt clariſſimus, & nullam admittit dubitationem, ſeu interpretationem.

70 Si cupias ſcire, an Fiſcus litiget manu vacua, videas Franc. Sodarinum *Reſponſ.* 41.

71 Secundum ſpeciale, vt regrediar ad materiam, eſt, quod in proceſſus formatione, & cauſæ expeditione, in hoc crimine proceditur ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij vt dicunt Farinac. *quæſt.* 118. *num. primo* Carpzou. *d. quæſt.* 41. *num.* 8. Decian. *d. cap.* 37. *num.* 21. & Abauo *d. tit. de crim. Leſæ Maieſt. num.* 98.

72 Tertium ſpeciale eſt, quod vbi crimen eſt notoriũ proceditur ſine citatione, vt ex Minſynger, Gaill. Althuſio, Mindano, Gabriel, Farin. & alijs probat Io: Adelzreiter in refutatione vindiciarum Io. Ioachini Arnſdorff. *cap.* 2. *quæſt.* 4. *per tot. & quæſt.* 7. pariter per totam, & abſque vlla cauſæ cognitione, vt idem Adelzreiter oſtendit *loc. cit. quæſt.* 8. & poteſt eſſe Iudex idem, qui offenſus eſt vt dicit Adelzreiter *dicto cap.* 2. *qu.* 5. præſertim *num.* 7. vbi citat. Gigant. Decian. Farinac. Sextin. Beſold. *& num.* 18. citat alios Doctores. Aduertendum tamẽ quod de notorio debet concludenter conſtare, & Iudex debet pronunciare crimen eſſe notorium vt ex Deciano, & Peregrino docet

73 Farin. *d. quæſt.* 118. *num.* 8. nam ſi crimen non eſt notorium, citatio eſt omninò neceſſaria vt eſt Textus *in extrauaganti ad reprimendum & in Clement. Paſtoralis de ſent. & re iudic.* Farinac. *d. qu.* 118. *num.* 9. Aduertendum etiam quod ſi factum ſit notorium, cauſa autem non ſit talis, concluſio non procedit, nam quando, puta homicidium eſt notoriũ, ſed neſcitur an ex vna, vel altera cauſa ſit cõmiſſum requiritur citatio vt ait *Clem.* 8. *poſt deciſ. Remboldi vot. primo num.* 359.

74 Sed an in caſu, quo delictum non eſt notorium clauſula ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, ac omniſſis omnibus, & ſingulis Iuris, & ſtyli Curiæ ſolemnitatibus, tollat ſolum proceſſum à Iure Ciuili introductum, & modum procedendi per apices Iuris, an verò tollat etiam ſubſtantialia delicti, vt ſunt probationes, & defenſiones, & omnia ea quę à Iure naturali, ſeu gentium naturali ratione inducta ſunt? & quidem hæc non tollere eſt Text. appoſitiſſimus *in clem. ſępè de verb. ſignific.* & docet Bart. *in extrauag. ad reprimendum verbo figura num.* 4. *& verbo videbitur nu.* 8. & Gigas, & Decian. quos refert, & ſequitur Farinac. *qu.* 118. *num.* 5. Natta *conſ.* 585. Lodouic. Ridolfin. *quæſtionum lib.* 2. *qu.* 30. *num.* 3. *& ſeqq.* Alex. *conſ.* 80. *num.* 15. *vol.* 4. Corneus *conſ.* 5. *num.* 10. *vol.* 2. dicta enim Clauſula nil operatur, niſi quoad ordinem, & modum procedendi, vt ait Hier. Gabriel. *conſ.* 33. *nu.* 1. *vol. primo* Riminald. *Iun. conſ.* 30. *numer.* 8. *vol. primo*, & Ridolfin. *d. qu.* 30. *num.* 7. & ideo dicta clauſula non poteſt operari, vt Iudex ad condemnandum credere poſſit vnico teſti, vt ex Corneo, Ant. Gabriell. Riminald. Iun. Farin. ait Ridolfin. *loc. cit. num.* 16. qui in fine reprobat Cauagnolum contrarium aſſerentem in Montiſferat. *decret.* 25. *num. primo*; nam vnicus teſtis facit dumtaxat præſumptionem, & ſemiplenè ſolum probat vt ex Farinac. *qu.* 63. *n.* 50. inquit Ridolfin. *ibid. num.* 14. & 15. & nec poteſt operari, vt Iudex poſſit ad dictum effectum condemnandi credere probationi veriſimili, & perſuaſiuæ, non tamen concludenti, vt pluribus oſtendit Ridolfin. *loc. cit. n.* 3. *& ſeqq.* quia probatio non concludens non dicitur legitima probatio, imò nec probatio dici poteſt, vt ex Baldo, & Decio ſubdit Ridolfin. *ibidem num.* 5. qui plures alias rationes ad hoc probandum adducit per tot. & nec poteſt operari, vt Iudex valeat procedere denegatis defenſionibus, quia defenſiones competunt de Iure naturæ vt omnes Doctores fatentur: & quod Iudex nequeat procedere denegatis, quamuis habeat

beat arbitrium amplum, & abſolutum firmant. Farin. *queſt.* 39. *num.* 15. *& ſeqq.* & Vermigliol. *conſ. crim.* 184. *num.* 3.

An ſaltem tollat repetitionem? dic quod
75 non quia verba ommiſſis omnibus, & ſingulis Iuris, & ſtyli Curiæ ſolemnitatibus, poſſunt referri ad ſolemnitates Iuris Ciuilis, municipalis, & conſuetudinarij, non autem ad repetitionem cum interrogatorijs, nam interrogatio, quæ ſolet fieri teſtibus, & reſponſio, quæ per teſtes redditur, ſunt de Iure naturali, vt notat Baldus *in rubric. C. de contrah. empt. num. primo,* & Zuff. *de legit. proceſſ. quæſt.* 211. *num.* 16. & quod clauſula prædicta non tollat repetitionem expreſsè firmat ex Marſil. *in l. de vnoquoque ff. de re iudic. num.* 20. Boſſ. *tit. de oppoſ. contra teſtes num.* 34. & Clar. *quæſt.* 45. *verſ. cæterum* Canalcan. *de teſtib. par.* 5. *num.* 200.

Quartum ſpeciale huius criminis eſt, quod poteſt fieri executio in effigiem, nempè poteſt, ſi Reus ſit fugitiuus, & contumax, ſententia in eum lata, effigies, vel ſtatua ipſius Rei ſuſpendi, decollari, rota comminui, ſeù comburri: regulariter enim in effigiē fieri non poteſt executio in criminibus, ſed ſpeciale eſt, vt fiat in caſu criminis lęſę Maieſtatis Diuinę: criminis lęſę Maieſtatis humanæ, & in caſu criminis ſodomiæ, vt probant Gomez *var. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 76. Henric. Zobel. *in tract. de executione in effigie,* (quem habeo ex dono Domini Ioannis Syluani, quem hic honoris cauſa nominatum volo ob eius amorem, & affectum ergà me) Zobel. in quam *in dicto tract. theſi* 33. *& ſeqq.* & Petrus Mullerus *de fugitiuis tit. de fuga delinquentium* §. 38. *pag. mihi* 120. qui tamen dicunt hoc habere locum reſpectu ad crimen læſæ Maieſtatis Diuinæ, quandò hæretici doctrina, vel cū blaſphemia eſt coniuncta, vel cū alijs ſimilibus criminibus, vndè turbæ excitari ſolent, vt ex Struuio explicat Mullerus *loc. cit. tit. de fuga Accuſat. hæreſeos* §. 41. *fol.* 140. reſpectu ad crimen læſæ Maieſtatis humanæ habet locum ſolum, quandò agitur de perduellione, hoc eſt quandò crimen læſæ Maieſtatis eſt in primo capite, puta in perniciem Reipublicæ, aut Principis, vt dicunt Zobell. *theſ.* 48. *&* 49. & Mullerus *d.* §. 38. *fol.* 121. reſpectu demum ad crimen ſodomiæ dicit ex Zobel. Mullerus *loc. citat. fol.* 124. executionem in effigie habere locum, quandò ex quodam exceſſu publicæ audaciæ, temeritatiſque delinquentis oritur ſcandalum, & tranquillitas publica ex hoc læditur, alias enim cum crimen ſodomiæ clam, & priuatim committatur, non temere, & ſinè neceſſitate, publica ſolemnitate ad aures hominum perferri, ſed ſupprimi debet: Et ego pluries audiui Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Dominum meum D. Petrum Franciſcum de Rubeis fęl. recordationis virum omni ęuo memorandum, quod publica punitio cuiuſdam ſodomitæ facta tempore Pontificatus ſanct. mem. Pauli V. potiùs ſcandalum, quàm ædificationem induxit.

Et quando Reus mortuus eſt fit executio in memoria, qui vſus antiquus eſt dicente Tacito *lib. 6. Annal.* quod Romę atroces sētētiæ dicebantur in effigies quoque, ac in memoriam eius: quamuis enim delicta morte delinquentis extinguantur *l. defuncto ff. de public. Iudic. & tot. tit. C. ſi Reus vel Accuſ. mort. fuerit;* nihilominus in criminibus atrocibus etiam poſt mortem manet inquiſitio, & præſertim in crimine læſæ Maieſtatis, vt eſt Text. *in l.* 6. *C. ad leg. Iul. Maieſt. &* §. 3. *Inſt. de publ. Iud. & in l. fin. ff. ad leg. Iul. Maieſt.* dummodo tamen ſit in primo capite, nam ſi quis ex alia cauſa Reus *legis Iulię Maieſtatis ſit,* morte crimen aboletur, vt eſt Text. *in d. l. fin.* & dicunt Clar. §. *læſæ Maieſtatis num.* 16. Fachin. *controu. Iur.* 33. *lib.* 9. Samuel. Strykius *de Iure ſenſuum diſſert.* 8. *cap.* 4. *de damnanda memoria num.* 6. & eo magis in crimine læſæ maieſtatis Diuinæ vt diſponitur *in cap. ſanè* 24. *quæſt.* 2. *& in cap. ſi quis Epiſcopus de hæretic. & in cap. fin. eod. tit. de hæretic. in* 6.

Et hoc in caſu inquiſitio non dirigitur contra mortuum, ſed contra memoriam eius quia contra defunctum ſententia ferri nequit vt ex Gaillo *de pace publ. lib. primo cap.* 20. *num.* 8. dicit Strykius *loc. cit. num.* 11. & in huiuſmodi proceſſu debet procedi ſeruatis omnibus de Iure ſeruandis: debet enim probari plenè delictum, quod ſupponitur commiſſum à defuncto: & ego dum agebatur de quodam Reiudaizante, & mentem ſuam declarante, tempore ſuę infirmitatis, dixi, quod erat legitimè, & plenè probandum, quod ille ſponte acceſſerat ad noſtram Sanctam Religionem, & Fidem Chriſtianam, & quod inſtructus ſponte acceperat ſacroſanctum Baptiſmum, & quod in extremo eius vitæ protulit hæc, & hæc verba, cum quibus declarauit, ſe eſſe, & velle mori in ſecta Hæbreorum proferendo hæc, & hæc verba in contemptum, & deteſtationem Religionis, & Fidei Chriſtianæ, & in laudem reſpectiuè Legis Moſaicæ: & inſuper dixi quod erat legitimè probandum, quod dum hæc, & hęc verba proferebat erat in ſana, & compoti mente, & quod cum dicta expreſſa declaratione, & peſſima mente obijt. Formato itaque proceſſu informatiuo per Curiam, & acquiſitis probationibus ſufficientibus ad conuincendum (non enim proceditur ad condemnationē memoriæ, quicquid ſit in executione facienda in effigie, niſi defunctus fuerit legitimis modis conuictus vt per Text. *in d. l. fin. ff. ad leg. Iul. Maieſtat.* inquit Strykius *loco cit. num.* 8. ſubdens non ſufficere inditia) debet formiter legitimari proceſſus, citatis filijs, & conſanguineis ſpecialiter; hæredes enim ipſius defuncti de-

bent

bent citari ad Text. *in d. l. fin.* Limneus, Gomez. Menoch. & alij quos refert, & ſequitur Stryxius *ibid. num. 9. Repertor. Inquiſit. hæretic. prauit. verbo defunctus circa finem*, ergò multò magis filij, & conſanguinei, quibus infertur infamia, vt habetur *in dicto repertorio Inquiſit. loc. cit. verſ. item ſciendum*, & ego ex ſuprabundanti cautela feci eodem tempore citari per edictum omnes alios, qui voluiſſent aſſumere defuncti defenſionem, quilibet enim admittitur ad defendendum defunctum Gloſ. *in cap. damnationis 24. quæſt. 2. & in l. ſeruum quoque ff. de procurator.* & habetur in formula poſita *in ſacro Arſinale, ſeu praxi S. Offic. fol. mihi 319.* & melius Pegna ad Emeric. *direct. Inquiſ. par. 3. comment. 92. verſ. hæc accuſatio & verſ. nequis autem fol. mihi 618.* & facta legitimatione proceſſus, quæ iſto caſu facienda eſt omninò per repetitionem teſtium cum interrogatorijs dandis per aliquē ex citatis, & quatenus nullus compareat, debet per Iudicē aſſignari defenſor ex officio, & iſte conficiet interrogatoria iuxta quæ interrogabuntur teſtes repetendi, & finita repetitione debent aſſignari termini ad faciendas defenſiones, & illis factis, & non releuantibus, Iudex deueniet ad ſententiam, qua pronunciabit NN. cum eſſet in humanis hæc, & hæc commiſiſſe, & propterea crimen perduellionis incurriſſe, & memoriam eiuſdem damnabit, & bona à die commiſſi ſceleris Fiſco applicabit, cuius formulam in crimine læſæ Maieſtatis Diuinę ponit per extenſum Repertorium Inquiſitorum *verbo ſententia verſ. quia nobis fol. mihi 707.* & in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, ſeu vt melius dicam perduellionis formulam ponit Io: Philipp. *vſupract. Inſtit. lib. 4. Ecclog. 80. n. 9.* & Grammond. *hiſtor. Gall. lib. primo* Thuan. *lib. 53. hiſtor.* Harprect. §. 3. *num. 49. Inſt. de publ. Iudic.* & Stryxius *loc. cit. num. 17.* remiſſiuè ad eos dicit, quod in ſententia relata à Grammōd. hæc ſequuntur annexa: *bona adiudicantur Fiſco, æquabitur ſolo domus, in qua ipſe natus, nunquam poſt hac ſuperinducendo area ædificio, Rauail hac æo nomine infami in omne æuum futuro.*

Sed an hęc duo, executio ſcilicèt in effigie, & executio in memoria poſſint cumulari? videtur dicendum quod non, quia executio in effigie fit quando Reus eſt viuus, ſed fugitiuus; executio autem in memoria fit quandò Reus eſt mortuus, & præſertim in crimine hæreſis habet annexam combuſtionem oſſium ad Text. *in cap. quicunque de hæretic. in 6.* vbi diſponitur oſſa eſſe exhumanda, & diſsipanda, quatenus ab alijs diſcerni, & ſeparari poſsint, & nihil dicitur de effigie, prout de ea nihil dicitur *in Concil. Conſtanſienſi ſeſſ. 8. & 2. Regum cap. 23. Ioſias Rex oſſa hęreticorum Sacerdotū ſepulchris ſuis erepta publicè comburi iuſſit*: Contrarium tamen receptum eſt in praxi ſtatuam quoque eſſe ad maiorem terrorem cumburen-dam, vt dicit Pegna ad Emeric. *direct. Inquiſit. par. 3. comment. 92. verſ. quod ſi quęres fol. mihi 620.* & Maſſinus *in ſacro Arſenal. fol. mihi 320.*

Aduertendum tamen quod memoria non damnatur, niſi crimen Maieſtatis ſit in primo capite vt dicit Bocer. *tit. de crimin. Maieſt. cap. 2. num. 16. & 17.* qui conſiderans quod *in l. quiſquis C. ad leg. Iul. Maieſt.* non ſit mentio de damnatione memoriæ prout *in l. fin. ff. eod. tit.* infert inde quod non extenditur hæc pœna quando offenduntur lateri Principis aſſiſtentes, quia tunc non intrat crimen Perduellionis, ſed quaſi Perduellionis, & omnia alia ſpecialia præterquam damnationis memoriæ habent locum.

Quæro ſextò. An Clerici in hoc crimine ſint ſubijciendi tormento vigiliæ? & videtur negatiuè reſpondendum, quia Iudi-
76 ces Eccleſiaſtici dum nequeunt imponere pœnam ſanguinis, vt ex Franc. Abbat. Diaz. & Dec. inquit Sbroccius *de Offic. Vicar. lib. primo quæſtion. 41. num. 4.* nec poſſunt deuenire ad dictum tormentum, quod non infligitur, niſi quandò Reus condemnari poteſt ad pœnam mortis naturalis, vt inquiunt Ciazz. diſcept. *ad defenſ. reor. 99. num. 5. lib. primo* & Campana
77 *ſelect. reſol. 2. num. 28.* contrarium tamen eſt dicendum in caſibus, in quibus Eccleſiaſticus poteſt degradari, & Curiæ Sæculari tradi, vt in crimine hæreſis, in conſpiratione contrà proprium Epiſcopum, & in falſitate literarum Apoſtolicarum, & alijs criminibus, quæ referuntur ab Erricio Pirhinc. *method. Iuris Can. de Iudicijs sect. 3. §. 4. num. 115.* & Fagnano *cap. cum non ab homine n. 69. & ſeqq. eod. tit.* & affero duas rationes, primò quia tunc Iudex Eccleſiaſticus habita rei confeſſione, imponit pœnam præparatoriam, nempè degradat, & Curiæ Sæculari ad vlteriorem, & condignam pœnam ipſum Reum conſignat, vt habetur pœnes Farinac. *quæſt. 4. num. 7.* degradatio enim apud Eccleſiaſticos ſimilis eſt pœnæ mortis, vt ex Innoc. & Foller. dixi in titulo præcedenti §. 14. *num. 20.* Vndè vt poſſit hoc agere debet idem Iudex habere poteſtatem inquirendi veritatem etiam per exquiſitiora tormenta iuxta Text. *in cap. circumcilliones §. noli perdere 23. quæſt. 5.* ſecundò quia
78 in decernenda tortura attenditur natura, & qualitas delicti, & non pœna, vt ex Affl. & Baldo inquit Ioſeph Ricc. *de publ. iudic. quæſt. 4. §. blaſphemia num. 18. & ſeq. par. 2.* & facit Campana *ſelect. reſol. 2. num. 61.* & ego dicam diffuſius infra in crimine monetæ falſæ: nec Eccleſiaſtici, quoad modum tormentorum reperiuntur in aliquo priuilegiati, vt apparet ex Text. *in dicto cap.*
79 *Circumcelliones.* Et licèt Abb. *in cap. cum in contemplatione num. 6. in fine de regul. Iur.* dicat communiter teneri, quod tortura

non debet eſſe ita ſeuera in Clericis, ſicut in laicis, vnde non debent ſupponi aculeis, vel fidiculis, & cum ſequuntur Diaz. *pract. crim. can. cap.* 117. *num.* 5. Viui. *com. opin. verbo Clerici non poſſunt* Clar. *queſtion.* 64. *num.* 24. *verſ. ſcias tamen* & Fermoſin. *in cap. cum non ab homine queſt.* 8. *num.* 7. *de Iudicijs*. Nihilominus hæc non procedit in delictis atrocibus, & pro quibus Clerici degradantur, & Curiæ Sæculari traduntur, vt habetur *in cap. nullus* 6. *queſt. prima* ibi; *excepta tamen maieſtatis cauſa, in qua ſola omnibus aqua conditio eſt*; euincitur etiam ex Text. *in d. cap. circumcilliones* 23. *quaſt.* 5. quem pro ſe allegat Fermoſin. *loc. cit.* ſed mihi videtur, quod apertè diſponat, quod Eccleſiaſtici poſſint aculeis, & exquiſito tormenti genere torqueri, nam dũ D. Auguſt. ſcribens Marceliano ſuadet ei ne perdere vellet paternam diligentiam, quam in ipſa inquiſitione ſeruauit, quando tantorum ſcelerum confeſſionem non extento aculeo, non ſulcantibus vngulis, non vrentibus flammis, ſed virgarum verberibus eruit, qui modus coercitionis, & à Magiſtris artium liberalium, & ab ipſis parentibus adhibetur, & ſæpè in Iudicijs ſolet ab Epiſcopis adhiberi; vtique concedit, quod potuiſſet adhibere, huiuſmodi tormenta; alias D. Auguſt. non vſus fuiſſet, adeò debili argumento, ſed dixiſſet, quod ſicut non poterat vti ſeueritate, quoad modum inquirendi, ità eo vti non poterat, quoad modum puniendi, ſed conſultò huiuſmodi modum loquendi ommiſit, quia ſciebat, quod prout ipſe D. Auguſt. ſubdit ibidem inquirendi, quam puniendi maior neceſſiras eſt: adhoc enim etiam mitiſſimi homines facinus admiſſum diligenter, atque inſtanter examinare debent, vt quibus parcant, inueniant, & hanc fuiſſe mentem D. Auguſtini deſumitur manifeſtè ex eius *Epiſtola* 158. *lib.* 2. ſcripta Marcelliano Delegato Apoſtolico, ex qua Gratianus deſumpſit contextum *d. cap. circumcilliones*, quam Epiſtolam, vt Lector poſſit ictu oculi deprehendere, quod dixi, in calcem huius quæſiti per extenſum, referam.

80 Et certè Eccleſiaſtici non ſunt, & nec debẽt in hoc eſſe priuilegiati, vt dicit Salzed. ad Diaz. *pract. crim. can. c.* 127 *lit. A. verſ. & licèt opinio*, & ex Caſſono Follerio, & Granut. & Farinac. dicam ergo infra *in cap.* 5. §. *primo num.* 119. quia delicta Eccleſiaſticorum ſunt grauiora, & punibiliora, quam delicta laicorum *l. Presbyteri C. de Epiſc. & Cler. & cap. Presbyteri* 5. *quaſt. vlt.* Crauet. *conſ.* 9. *num.* 2. Foller. *pract. crim. can. cap.* 16. *n.* 10. ergo ſunt acrius torquendi, quia, ſunt verba Farinac. *quaſt.* 41. *num.* 13. vbi delictum eſt grauius, ibi grauior eſt inferenda tortura, & propter hanc rationem non procedere in enormibus concluſionem, quod Clerici non ſunt acritèr torquendi, prout torquẽtur laici, dicit Granut. *theorem.* 18. *n.* 7. & ex eo Farin. *loc. cit.* qui in fine ait, quod ita credit eſſe veritatẽ, quicquid in contrariũ dicant Doctores non multum accuratè loquentes.

Tenor ſupradictæ Epiſtolę cum eius Summario.

,, Auguſtinus Marcellino Tribuno, vt Do-
,, natiſtas in quæſtione confeſſos atrocia faci-
,, nora, puniat citra ſupplicium capitis, non
,, quod illi mæreantur hanc Clementiam, ſed
,, quod ita congruat Eccleſiæ manſuetudini.
81 ,, Domino eximio, & merito inſigni, atq;
,, chariſſimo filio Marcellino, Auguſtinus in
,, Domino ſalutem Circumcelliones illos, &
,, Clericospartis Donati, quos de Hipponenſi
,, Eccleſia ad Iudicium pro factis eorum pu-
,, blicæ diſciplinæ cura deduxerat, à tua nobi-
,, litate comperi auditos, & plurimos eorum
,, de homicidio, quod in Reſtitutum Catholi-
,, cum Præsbyterum commiſſerunt, & de cæ-
,, de Innocentij alterius Catholici Præsbyteri
,, atque de oculo eius effoſſo, & de digito pręciſo fuiſſe confeſſos. Vndè mihi ſolicitudo
,, maxima incuſſa eſt, ne fortè ſublimitas tua
,, cenſeat eos tanta legum ſeueritate plecten-
,, dos vt qualia fecerunt, talia patiantur. Ideo-
,, que his literis obteſtor fidem tuam, quam
,, habes in Chriſto per ipſius Domini Chriſti
,, miſericordiam, vt hoc ne facias, nec fieri
,, omninò permittas. Quamuis enim ab eo-
,, rum interitu diſſimulare poſſemus, qui non
,, accuſantibus noſtris, ſed illorum notoria
,, ad quos tuendæ publicæ pacis vigilantia
,, pertinebat, præſentati videantur examini.
,, Nolumus tamen paſſiones ſeruorum Dei,
,, quaſi vice talionis paribus ſupplicijs vindi-
,, cari. Non quod ſceleſtis hominibus licentiã
,, facinorum prohibeamus auferri; ſed hoc
,, magis ſufficere volumus, vt viui, & nulla
,, corporis parte truncati, vel ab inquieti-
,, tudine inſana ad ſanitatis otium legum
,, coertione dirigantur, vel à malignis operi-
,, bus alicui vtili operi deputentur. Voca-
,, tur quidem, & iſta damnatio. Sed quis
,, non intelligat magis beneficium, quam
,, ſupplicium nuncupandum, vbi nec ſæuien-
,, di relaxatur audacia, nec pœnitendi medici-
,, na ſubtrahitur? Imple Chriſtiane Iudex,
,, pij patris officium, ſic ſuccenſe iniquitati,
,, vt conſulere humanitati memineris: Nec
,, in peccatorum atrocitatibus exerceas vlci-
,, ſcendi libidinem. Sed peccatorum vulne-
,, ribus curandi adhibeas voluntatem. Noli
,, perdere paternam diligentiam, quam in
,, ipſa inquiſitione ſeruaſti, quando tantorum
,, ſcelerum confeſsionem, non extendente
,, eculeo, non ſulcantibus vngulis, non vrenti-
,, bus flammis, ſed virgarum verberibus erui-
,, ſti. Qui modus coercitionis, & à Magiſtris
,, artium liberalium, & ab ipſis parentibus,
,, & ſæpè etiam in Iudicijs ſolet ab Epiſcopis
,, haberi. Noli ergo atrocius vindicare,
,, quod leniùs inueniſti. Inquirendi, quàm
,, puniendi neceſsitas maior eſt. Ad hoc enim,

& mi-

„ & mitiſſimi homines facinus occultatum
„ diligenter, atque inſtanter examinant, vt
„ ineniant quibus parcant. Vnde plerumq;
„ neceſſe eſt exerceatur acrius inquiſitio, vt
„ manifeſtato ſcelere, ſit vbi appareat mãſue-
„ tudo. Omnia quippè bona opera amant in
„ luce conſtitui, non propter humanam glo-
„ riam, ſed vt videant, ait Dominus, bona
„ opera veſtra, & glorificent Patrem veſtrum,
„ qui in Cælis eſt, & ideò non ſuffecit Apo-
„ ſtolo monere, vt manſuetudinem ſeruare-
„ mus, ſed vt eam etiam notam omnibus fa-
„ ceremus. Manſuetudo inquit veſtra nota
„ ſit omnibus hominibus. Et alio loco, man-
„ ſuetudinem oſtẽtantes ad omnes homines.
„ Vndè nec illa S. Dauid, quando inimico
„ ſibi in manus tradito clementer pepercit,
„ præclariſſima lenitas emineret, niſi poteſtas
„ pariter appareret. Non te ergo exaſperet
„ vindicandi poteſtas, cui lenitatem non ex-
„ cuſſit examinandi neceſſitas: Noli facino-
„ re inuento quærere percuſſorem, in quo in-
„ ueniendo noluiſti adhibere tortorem. Po-
„ ſtremò pro Eccleſiæ vtilitate miſſus es. Hoc
„ Eccleſiæ Catholicæ, aut; vt modum di-
„ ſpenſationis meæ non ſupergredi videar,
„ hoc Eccleſiæ ad Hipponenſium regio-
„ num diœceſim pertinenti prodeſſe, hoc ex-
„ pedire conteſtor, ſi non audis amicum pe-
„ tentem, audi Epiſcopum conſulentem,
„ Quamuis, quoniam Chriſtiano loquor,
„ maximè in tali cauſa, non arroganter di-
„ xerim, audire te Epiſcopum conuenit iu-
„ bentem Domine eximie, & meritò inſignis
„ atque chariſſime fili, vnde ſcio quidem
„ cauſas Eccleſiaſticas excellentiæ tuæ potiſſi-
„ mum iniunctas. Sed quia credo iſtam cu-
„ ram ad virum clariſſimum, atque ſpectabi-
„ lem Proconſulem pertinere, ad eum quoq;
„ literas dedi, quas rogo vt ipſe illi tradere,
„ & allegare (ſi opus ſit) non graueris, atque
„ ambos obſecro, ne importunam arbitremi-
„ ni, vel interceſſionem, vel ſuggeſtionem,
„ vel ſolicitudinem noſtram, & paſſiones ca-
„ tholicorum ſeruorum, quæ infirmis ad ædi-
„ ficationem ſpiritualem vtiles eſſe debent,
„ haud reciproca inimicorum à quibus paſſi
„ ſunt pœna, decoloretis, ſed potius refracta
„ iudiciaria ſeueritate, & veſtram fidem, quia
„ filij eſtis Eccleſiæ, & ipſius Matris manſue-
„ tudinem commendare minime negligatis.
„ Deus Omnipotens præſtantiam tuam bonis
„ omnibus augeat, Domine eximie, & me-
„ ritò inſignis, atque chariſſime fili.

82 Quæro ſeptimò, An homicidium commiſſum in perſonam Epiſcopi connumeretur inter crimina læſæ Maieſtatis, & debeat cognoſci tantùm à Iudice Eccleſiaſtico, & vſque ad quam pœnam?

Prima pars dubij eget diſtinctione; nam ſi Epiſcopus habet Iuriſdictionem temporalem, committitur in eum crimen læſæ Maieſtatis ſecundùm Bald. Anan. Præpoſ. Gigan. Decian. & Farin. qui hos refert, & ſequitur *quæſt.* 112. *num.* 52. ſi verò non habet Epiſcopatui annexam Iuriſdictionem temporalem; tale crimen non committitur in eum, ſed benè occidens Epiſcopum incurrit crimen paricidij, vt ex Petro Plach. Clar. Baiar. ad Clar. & Menoch. dicit Farin. *d. quæſt.* 112. *num.* 131.

83 Secunda pars dubij terminatur negatiuè per Text. *in cap. ſunt quædam* 23. *quæſt.* 5. ibi: *Sunt quædam enormia flagitia, quæ potiùs per mundi Iudices, quàm per Antiſtites, & Rectores Eccleſiarum vindicantur, ſicut cum quis interficit Pontificem Apoſtolicum, Epiſcopum, Presbyterum, ſeu Diaconum*: & ita per dictum Tex. reſponderunt Baiard. ad Clar. *quæſt.* 77. *num.* 27. & Farinac. *quæſtione* 112. *num.* 129. *in fine*.

Non tamen excluditur facultas Iudicis Eccleſiaſtici, vt deſumitur ex dictione *potius* appoſita in d. Textu, & ex rationibus (quas puto facere ad propoſitum) adductis per Didac. Anton. Frances. *de Compet. Iuriſd. inter Curias quæſt.* 73. *numer.* 21. & per Conciol. *crim. reſol. verb. delictum reſol.* 3. *num.* 1. *verſ. dictum enim crimen*, & in terminis poſt Gomeſ. Boſſ. Couarr. Farin. & Scacciam, ita firmat Alex. Ambroſ. *de Immun. Eccleſ. c.* 20. *num.* 17. & hoc idem firmat Paſſerin. *in cap. fælicis de pœnis in* 6. *& in praxi quæſt.* 26. *ar.* 11. *num.* 141. vbi reddit rationem, quia expreſsè fuit à Iure conceſſum, quòd vterque Iudex procedat.

84 Videtur igitur eſſe locus præuentioni, vt in quouis alio delicto mixti fori, in quo ſi Iudex Eccleſiaſticus prȩuenit in captura, poteſt procedere contra laicum delinquẽtem, vt poſt Auiles. Tondut. Martam, Decian. & Bellett. *locis* per ipſum *allegatis* vult Didac. Ant. Franceſ. *loc. cit. quæſt.* 72. *num.* 9. qui adducit etiam auctoritatem Sacri Concil. Trid. & Bullam B. Pij V. *in ordine* 9. incip. *ob innumeras*, & in terminis *d. cap. ſunt quædam*, ita reſpondet Fagnan. *in cap. cum non ab homine num.* 55. *de Iudicijs*.

Tertia tandem pars dicti dubij, ad quam ſcilicet pœnam poſſit condemnare Iudex Eccleſiaſticus, reſtringitur per aliquos ad ſolam pœnam ſpiritualem, vt videre eſt penes Ciarlin. qui multos refert *controu. for.* 50. *num.* 33.

85 Verùm, quòd extendatur etiam ad alias pœnas firmant Ciarlin. *loc. citat. num.* 34. & innumeri Doctores per eum adducti, quibus addo Conciol. *reſol. crim. verbo delictum reſol.* 2. *num.* 3. *& reſol.* 3. *numer.* 4. Baldax. Thomaſ. *tract. var. tom.* 4. *tit. de mixt. Foro num.* 85. Diana *in Summa verbo crimina mixti Fori num.* 2. Sperell. *deciſ.* 4. *num.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 86. *num.* 8. & Didac. Ant. Frances. *d. quæſt.* 72. *num.* 11. Imò Ciarlin. *loc. citato*. quem refert, & ſequitur Frances. ait hanc eſſe communiſſimam ſententiam, & melioribus rationibus munitam, & vltimo loco definitam à Sac. Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 2.

*cap. 2. de Refor.* & ita reſpondit Sacra Con-
greg. Epiſcoporum, & Regul. *die 5. Iulij*
1567. & ita etiam cenſuit Sac. Congregatio
Immunitatis *in vna Oppiden. 23. Iulij 1632.*
vt refert Del Bene *in addit. ad Tract. de Imm.*
*Eccl. verbo Epiſcopus.*

Et quamuis aliqui Doctores relati à Clar.
*quaſt. 37. num.* 8. velint hoc habere locum
ſolummodò vbi viget talis conſuetudo.
Nihilominus contrarium de directo tenent
86 alij, nempè quòd etiam ſecluſa conſuetu-
dine indiſtinctè poſſit Iudex procedere ad
carcerationem, & punitionem laici in ca-
ſibus mixti Fori, ſi prçuenit in captura Co-
uar. *pract. quaſtion. cap. 10. num. 2.* Tuſc. *pract.*
*concluſ. lit. M. concl. 293. num.* 42. Lelius Ior-
danus *tract. de Rom. Sed. Orig. cap. 8. per tot.* &
ſignanter *num.* 4. Clarlin. *d. contron. 50. n. 35.*
& Franceſ. *loc. cit. quaſt. 72. num.* 18.

87 Notandum obiter, quòd talis conſuetu-
do extat in multis locis, & præſertim extat
in Regno Neapolitano, teſte Genuen. *in*
*prax. Cur. Archiepiſc. Neapol. cap. 22. num. 1.*
*& 3.* & ſi aliqui dicant talem conſuetudi-
nem in dicto Regno Neapol. fuiſſe ſublatam
ex Concordia Honorij Papæ Tertij, reſ-
88 pondet Maranta Epiſcopus Iuuenacen. *in*
*apolog. pro Iuribus Eccleſiæ num.* 136. quod ta-
les aſſertiones ſunt Aniculatum næniæ, &
quòd nuſquam de hac Honorij Confirma-
tione apparuit, & in Romana Curia habent,
eam pro fabula, cùm in Bullis Apoſtolicis
& in Regiſtro Cancellariæ Apoſtolicç non
inueniatur.

Vndè reuertendo ad punctum noſtrum,
cum poſſit vterq; Iudex ex expreſſa Iuris de-
terminatione procedere, vt dixi ſupra ex Paſ-
ſerino, poterit Iudex Eccleſiaſticus impone-
re omnes pçnas ſuo Tribunali congruas.

89 Quæro octauò, an Proceſſus fabricati à
Curia Sæculari, & Eccleſiaſtica ſint ad in-
uicem communicandi in hoc crimine atro-
ciſſimo, ſi Eccleſiaſtici, & Sæculares inſi-
mul crimen commiſerint, puta Epiſcopum
occiderint? & videtur reſpondendum quòd
non, quia proceſſus Curiæ Eccleſiaſticæ nõ
ſunt conſignandi Iudici Laico, vt reſpondit
Sacra Congregatio Immunit. *in vna Terra-*
*cinen. 18. Februarij 1631.* quam refert del Be-
ne *in addit. ad tract. de Immunit. Eccleſ. verbo*
*proceſſus fol. mihi* 225. Imò Eccleſiaſticus cõ-
municando proceſſum Iudici Laico incur-
rit in irregularitatem, vt in fortioribus ter-
minis, nempe in conſignatione copiæ re-
nunciationis Clericatus, & in traditione
inſtrumenti falſæ monetæ facta à Iudice Ec-
cleſiaſtico Iudici Laico dicit Ricc. *var. q. 4.*
*num. 3. poſt 5. par. reſol. quotidian.* & reſpon-
dit Sacra Congregatio Epiſcoporum *in An-*
*drienſi 2. Maij 1594. & in Laudenſi 16. Ianuar.*
1601. vt refert Del Bene *loc. cit. fol.* 226. &
aduertit Sperell. *deciſ. 86. n.* 24. vbi admo-
net cauendũ eſſe à Carolo de Graſſ. *Cler. eſ-*
*ſect. 1. num.* 565. licet enim abſque incurſu
irregularitatis poſſit Epiſcopus oſtendere
Iudici Laico proceſſum criminalem ſuæ
Curiæ, non tamen poteſt ipſum proceſſum,
vel eius copiam tradere pro indicijs contra
complices, vt cenſuit Sacra Congregatio *in*
*dictis reſolutionibus relatis* à Del Bene.

90 Cæterũ in facti cõtingentia dixi, conſulto
Pontifice, eſſe communicandos, quia ex-
pedit Reipublicæ, & Ordini Eccleſiaſtico,
ne remaneant impunita huiuſmodi delicta
quæ iuxta Textum *in cap. ſunt quædam 23. q. 5*
potius per Mundi Iudices, quàm per Anti-
ſtites, & Rectores Eccleſiarum vindicari de-
bent; motus ex eo quia aliàs à Pontifice
91 fuit data facultas Epiſcopo Fulginatenſi
communicandi proceſſus vtriuſque Curiæ
abſque incurſu irregularitatis, vt *ex regiſtro*
*Sacræ Congregationis Immunitatis ſub die 5. Ia-*
*nuarij 1631. in Fulginaten.* refert Del Bene
*loc. cit. fol. 226. verſ. Sanctiſſimus:* ex gratia
enim ſpeciali Sanctiſſimi id fieri poteſt, vt
reſpondit Sacra Congregatio Epiſcoporum
12. *Nouembris* 1620. teſte Del Bene *ibidem*
*verſ. Epiſcopus in fine* & confert Farinac. *q. 8.*
*num. 32. circa medium*, & reperio, quod ita
fuit etiã practicatum erga Curiam Sæcula-
rem Ciuitatis Neapol. nam vigore literarũ
Summi Pontificis fuerunt per Curiam Ar-
chiepiſcopalem conſignati quidam inquiſi-
ti de moneta, vnà cum proceſſu in dicta
Curia Eccleſiaſtica fabricato, vt refert Ric-
cius *deciſ. 329. per tot. par. 3.* de qua deciſio-
ne facit mentionem Sperell. *deciſ. 86. nu. 24.*
92 *par. 1.* & vice verſa cum fuiſſent in Regno
Neapolitano occiſi quidam milites à diuer-
ſis, inter quos erat Clericus Ambroſius de
Martino, fuit à Prorege tranſmiſſa copia
proceſſus Pontifici, vt teſtatur Sanfelic. *de-*
*ciſ. 238. verſ. eſſendo ſtato deſtinato par. 2.* ete-
93 nim debet vna Iuriſdictio per aliam adiu-
uari, vt per Text. *in cap. cùm ad verum 96.*
*diſt. & in cap. nec licuit 17. diſt.* Gloſ. *in cap. 2*
*de maledic. & in cap. 1. de Offic. Ordin.* firmat
Farin. *d. q. 97. num.* 83.

Et quia poteſt dubitari ne ex tali com-
municatione proceſſus, cum repetitione
facienda in Curia ſæculari deſtruatur totus
proceſſus, quatenus teſtes in repetitione
coram alio Iudice recedant à priori dicto,
poterit huic inconuenienti occuri cum
94 concordia, quod in caſu repetitionis de-
beat illa fieri à Miniſtris Curiæ Sæcularis
cum interuentu Iudicis Eccleſiaſtici, & è
contra, prout fuit practicatum in ſupradi-
cto caſu relato à Sanfelic. *deciſ.* 248. vbi cum
D. Iuſtino Gentili Commiſſario Apoſtolico
interuenerunt etiam Officiales Regij ad re-
petendum teſtes, qui repetiti coram Com-
miſſario Apoſtolico, aliter quàm coram
Regijs depoſuerunt; quamuis enim Ec-
cleſiaſtici Iudices non debeant, nec poſſint
permittere, vt in fabricatione proceſſus cõ-
tra Eccleſiaſticos aſſiſtant Coniudices ex
parte Principis Sæcularis, vt cenſuit Sacra

Con-

Congregatio Immunit. in Taurinen. 20. Iu-
nij 1638. vt refert del Bene loc. cit. nihilo-
minus ad effectum, de quo in præſenti agi-
tur, benè poſſunt permittere, quia talis aſſi-
ſtentia tendit potius contra laicum in Curia
ſæculari proceſſatum, quàm contra Eccle-
ſiaſticum, & ſaltem hoc non controuerti-
tur, ſi fiat cum diſpenſatione Pontificis, vt
fuit dictũ in præfata Taurinen. 20. Iunij 1638.

Sed an iſto caſu tortura illata in Cu-
95 ria ſæculari proſit detentis à Iudice Eccle-
ſiaſtico? dic, quòd non, quia indè nullum
96 fit præiudicium iuſtitiæ, dum tortura etiã
in eodem Tribunali, & ab eodem Iudice
illata vni, non impedit proſequutionem, ſeu
illationem torturæ in alium, quamuis ille
prius tortus in negatiua perſiſtat, maximè
97 ſi fiat cum proteſtatione, procedatur pro
nunc contra iſtum vt benè docet Giurb,
conſ. crim. 87. num. 23. qui teſtatur in fine ita
fuiſſe exequutum, & melius Caualc. de
Brach. Reg. par. 4. num. 158. qui ait, quod vbi
98 omnes delinquentes ſint præſentes Iudex
benè poteſt ferre ſententiam contra vnum
ſi liquet de cauſa, & contra eum exequi,
licet adhuc duret inſtantia contra alios Fe-
lin. in cap. cum inter num. 10. de ſent. & re iud.
ibi: vnde ſi plures accuſantur vna accuſatione,
vel inquiſitione poſſet iudicari contra vnum ſaluo
proceſſu cõtra reliquos: & in fortioribus termi-
nis Spada conſ. crim. 106. per tot, & ſignanter
num. 3. ait ſufficere, quòd adſint inditia
contra complices de eorum participatione,
quia tunc poſſunt torqueri, ſicuti potuiſſent,
torqueri, ſi adhuc alij ſocij eſſent abſentes,
& in fortijs Curiæ non eſſent.

99 Et hoc eſt verum, quamuis poſſit eueni-
re, quòd alius debeat dimitti, & liberari,
quia non eſt inconueniens, quòd vnus ex ſo-
cijs torqueatur propter inditia, & puniatur
100 propter ſuam confeſſionem de delicto, de
quo alius ſocius abſoluitur, eo quod in ne-
gatione perſiſtit, quia eo caſu non dicitur
deficere Ius, ſed probatio, vt aduertit Spa-
da d. conſ. 106. num. 3. in fine & alii, quos ad-
duxi infra in cap. de homicidio, & facit ad hoc
etiam doctrina Caball, crim. reſol. 75. nu. 11.
qui adducit concordantes Felin. in d. cap. cum
inter n. 10. de ſent. & re iudic. Gomeſ. variar.
lib. 3. c. 1. n. 88. & Ang. de malefic. & ibi Au-
guſt. in add. verbo, & Andream Marci n. 2.

Eoque facilius debet ita practicari, quan-
do cauſa ventilatur coram diuerſis Iudici-
bus, nempè contra Eccleſiaſticos coram
Iudice Eccleſiaſtico, & contra laicos corã
Iudice Sæculari, prout paſſim euenit, non
101 obſtante continentia cauſæ, quia non eſt
inconueniens, quòd continentia cauſæ di-
uidatur reſpectu eorum, qui ſunt diuerſi
Fori, & diuerſos Superiores recognoſcunt,
vt ait poſt alios Vermigl. conſ. crim. 210. n. 5.
& latius Cortiada deciſ. Cathal. 9. num. 73. &
in adden. ad d. deciſ. 9. poſitam poſt 2. volumen,
& Caſtropal. tom. 2. tract. 12. diſp. vnic. pun-
cto 6. num. 11. quem refert, & ſequitur Cor-
tiada d. add. circa finem, & pluries decreuit
Sacra Congregatio Immunit. nempè in
Nullius Foroſempron. die 13. Februarij 1663.
& in Amerina 28. Septembris eodem anno 1663.
vt refert Del Bene in add. ad tract. de Immun.
Eccleſiaſtica, verbo cauſarum cognitio verſ. in
complicitate.

102 Sed an detenti à Curia Sæculari propter
homicidium Epiſcopi poſſint durãte carce-
ratione excommunicari à Iudice Eccleſia-
ſtico? iuxta diſpoſitionem Text. in cap. fe-
licis de pœnis, nam eſt compertum apud o
mnes, Iudices laicos in crimine ſacrilegij
cognoſcere ſolùm, quoad pœnas tempora-
les, & per conſequens remanere locum Iu-
dici Eccleſiaſtico procedendi, & conde-
mnandi quoad pœnas ſpirituales, Decian.
tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 1. Farin. q. 28.
num. 62. Guazzin. Reor. defenſ. 1. cap. 11. n. 20.
Carol. de Graſſ. effect. Cleric. 1. num. 620.
Giurb. conſ. crim. 70. num. 16. & Sperell. de-
ciſ. 4. num. 1. & prima facie videtur dicen-
dum, quòd non, quia ſi citentur, dum ha-
bent legitimum impedimentum comparẽ-
di, non poſſunt haberi pro contumacibus:
103 contrarium tamen eſt veriùs, quia poſ-
ſunt citari, non quidem ad comparendum
perſonaliter, ſed per Procuratorem, & non
comparentes debent declarari excommuni-
cati, quia citatus ad comparendum per Pro-
curatorem, quamuis per ſe nequeat com-
parere, tenetur omninò illum mittere, a-
liàs ſententia ritè, & rectè fertur contra
eumdem, vt in terminis firmat Riccius in
tract. var. quæſt. 1. per totum impreſſ. in fine
libri quinti quotidian. reſolut. & mouetur per
Textum in cap. intelleximus de Iudic. Afflic.
deciſ. 268. num. 3. Rota in antiq. deciſ. 31. &
in nouis deciſ. 406. & deciſ. 454. Capell. Tho-
loſ. deciſ. 143. & reſpondet rationi, quam
adducit Farin. quæſt. 99. num. 147. ad firman-
dum, quòd impeditus comparere, non te-
netur mittere Procuratorem, & quod facta
notificatione impedimenti, proceſſus eſt
nullus ipſo iure; dicens dictam concluſio-
nem procedere, quando non eſt expreſſum
in iure, quod teneatur comparere per
Procuratorem, secùs quando hoc repe-
titur iure cautum, vt in Text. in d. cap. in-
telleximus, & Riccij opinio comprobatur ex
adductis à Cornazan. deciſ. 80. num. 3. & 4.

104 Quæro nonò, An indicta in Bannimen-
tis noſtris demolitione domus, in qua eſt
tractatum crimen læſæ Maieſtatis, poſſit il-
la aliquo prætextu impediri? Multi Do-
ctores tractant hanc quæſtionem, quos re-
cenſent Foller. ad Conſtit. Regni lib. 1. tit. poſt
Mundi Machinam num. 41. & tit de Offic. Iuſti-
tiarij num. 47. & ſequentibus Farinac. qu. 116.
num. 35. & ſeqq. Fontanell. de pact. nuptial.
clauſ. 6. gloſ. 2. par. 2. num. 10. & ſeqq. Decian.
tract. crim. lib. 7. cap. 40. num. 37. Capic. de-
ciſ. 130. num. 33. Tu dicas, quòd Banni-
menta

105 menta ſunt ſeruanda ad vngnem, & Iu-
dex ſtantibus Bannimentis non poteſt attē-
dere Doctorum opiniones, vt pulchrè ad-
uertit Gigas *de crim. læſæ Maieſt. quæſt. 36.*
Clar. *quæſt. 82. num. 4. ſtat. 8. verſ. ſed pone*, &
alij relati plena manu à Farin. *d. q. 116. n. 35.*
105 Fallit tamē in tribus caſibus: primò, quā-
do domus fuit data in dotem: ſecundò, quā-
do maritus nulla habet alia dona, ad quæ
vxor poſſit pro ſatisfactione habere regreſ-
ſum; tertiò, quando domus, quæ deuaſta-
ri debet, eſt communis cum alia perſona:
his enim tribus caſibus non permittitur
demolitio, & deuaſtatio, non obſtante,
quòd Statutum diſponat cōtrarium Foller.
*d. tit. de Offic. Iuſtitiarij num.* 49. & latiùs Fa-
rinac. *d. quæſt. 116. num. 36. & ſeqq.* dummo-
107 do Fiſcus non velit ſatisfacere de ſuo,
quia iſto caſu deuaſtaretur ſecundùm Farin.
*loc. cit. num. 36.* qui allegat Decian. *tract.
crim. lib. 7. cap. 40. numer. 37.* & Baiard. ad
Clar. *quæſt. 82. num. 98.* Nec eſt curandum,
quod domus ſit dotalis, quæ videtur habe-
re quamdam prærogatiuam, vt ſicut ex cō-
tractu, ita ex delicto alienari non poſſit ſe-
cundùm Gigan. & Baiard. *locis relat.* per Fa-
rinac. *d. quæſt. 116. num. 38.* quia ſatisfacta
vxore de pretio debet ſequi demolitio in
deteſtationem criminis, & ad hoc vt alij
deterreantur, & ab huiuſmodi crimine ab-
ſtineant, & vt infamiæ notam ruina perpe-
tua teſtetur ad Text. *in cap. fælicis de pœnis
in 6.*
108 Quid dicendum de damno, quod, dum
deſtruitur domus delinquentis, infertur do-
mui Vicini? Videas Gigan. *de crim. læſæ Ma-
ieſt. quæſt. 39.* & remiſſiuè Foller. *dicto tit. de
Offic. Iuſtitiarij num. 30.* Quid dicendum de
demolitione domus ſubiectæ Maioratui?
vide Barboſam *in cap. fælicis de pœnis in 6. nu-
mer. 21. & ſeqq.*
109 De hac domorum deuaſtatione, & de-
molitione contra occidentes, ſeu hoſtiliter
inſequentes Cardinales S. Romanæ Eccle-
ſiæ, expreſsè diſponit Text. *in cap. fælicis de
pœnis in 6.* & loquuntur Gloſa, & omnes
repetentes, & præſertim Barboſ. *in d. cap. fæ-
licis num. 19.* plures etiam refert Gratian. *di-
ſcept. Forenſ. 179. num. 3.* & ibi de Luca *in
animaduerſ.*
110 Dicunt Doctores, quòd domorum de-
molitio eſt noua pœna inducta *ex d. cap fæ-
licis*, & in ſpecie hoc aſſerit Afflict. *in cap. 1.
§. & bona committentium col. 4. ſpecial. 37. tit.
quæ ſint regalia*, vbi de occiſoribus Iſerniæ,
& quod illorum domus fuerint deuaſtatæ
ex noua pœna impoſita juxta diſpoſitionē
111 *cap. fælicis* ſed Gratian. *loc. cit. num. 8.* ex
Gigan. *de crim. læſæ Maieſt. quæſt. 33. num. 5.
par. 1.* dicit, quod vſu erat antiquitùs tem-
pore Romanorum.
112 Facta demolitione domus ex delicto,
non poteſt amplius reædificari, ſine Princi-
pis licentia, quia deſtruitur ad infamiam
delinquentis, & ad exemplum aliorum.
Gratian. qui concordantes allegat *d. diſcept.
179. num. 12. & ſeqq.*
113 Alia plura erudita, & notabilia ponit
Gratian. *in d. diſcept. 179. per tot. & in princ.*
inquit, domus demolitionem imponi con-
tra blaſphemos, contra occidentes Cardi-
nales, & contra rumpentes pacem.

---

# Cap. II. §. II.

Quelli, che ſapeſſero douerſi fare tal eccesſo, e non lo manifeſtaſſero, ò potendo prouederci, non lo faceſſero, caderanno in pena della morte, e di dieci mila ſcudi.

*SVMMARIVM.*

1 *Delicto committendo, quis obuiare tenetur tàm in crimine læſæ Maieſtatis, quàm in crimine parricidij.*
2 *Sciens conſpirationem tenetur reuelare ribellionis tractatum contra ſuum Principem.*
3 *Farinac. tractat diffuſiſſimè de quæſtionibus contingibilibus in materia reuelationis conſpirationum.*
4 *Reuelatio, & obuiatio delicti conſpirationis copulatiuè requiruntur.*
5 *Dictio*, aut, *aliquando disiungit, & aliquando coniungit.*
6 *Præſertim in pœnalibus.*
7 *Et tunc retinet naturam alternatiuè tantùm quoad ordinem.*
8 *Obligatio denunciandi coniurationem contra Cardinalem initam procedit etiam ſecluſa correctione fraterna.*
9 *Fallit in Patre, & 18.*
10 *Reuelare non tenetur is, cui immineret graue damnum.*
*Explica vt in num. 11.*
12 *Et nec, qui non poteſt probare.*
*Nec is, qui non eſt ſubditus. num. 15.*
*Explica vt num. 16.*
13 *Non ſubditus non committit crimen læſæ Maieſtatis.*
14 *Non ſubditus ſollicitans ſubditum ad offendendum Principem committit crimen læſæ Maieſtatis.*
17 *Vxor non tenetur reuelare, & Maritum accuſare.*
19 *Vxori non licèt Maritum bannitum occidere.*
20 *Non reuelans coniurationem contra Principem, incurrit de Iure Communi in crimen læſæ Maieſtatis.*
*Explica vt num. 21.*
22 *Reuelare quis non tenetur ſequuto delicto.*
23 *Quid in terminis Bullæ B. Pij V.*
24 *Sciens antè delictum, & non reuelans, an excuſetur,*

*tuſetur, ſi reuelet ſolùm ſequuto delicto.*

25 *Obligatio reuelandi reſtringitur ad actiones contentas* in cap. fœlicis de pœnis in 6.

26 *Reuelare non tenetur, qui ſcit ſub ſigillo Confeſſionis Sacramentalis.*

27 *Confeſſarius reuelans Confeſſionem qua pœna puniatur.*

28 *Sciens ſub ſecreto, ſeu ſigillo naturali, an reuelare teneatur. & num. 29.*

30 *Schedulam inueniens, in quà ſint ſcripta alicuius peccata an cælare teneatur.*

31 *Propter dictam ſchedulam peccatorum penes aliquem repertam, non proceditur contra eum in Foro Fori.*

## Quelli, chę ſapeſſero, e non lo manifeſtaſſero, ò potendo prouederci, non lo faceſſero.

COncordant Bannimenta cum Iure
Communi, nam etiam de Iure Com-
muni quis tenetur obuiare delicto com-
1 mittendo non ſolùm in crimine læſæ Ma-
ieſtatis, ſed etiam in crimine parricidij Fe-
lin.Plach. & Oſaſc. *locis relat.* à Farin. *q.* 51.
*num.* 55. Et pariter ſciens conſpirationem
2 tenetur reuelare tractatum, conſpiratio-
nem, ſeu rebellionem contra ſuum Princi-
pem, vt per Text. *in l. quiſquis §. id quod C.*
*ad leg. Iul. Maieſt.* & Doctores, quos allegat
vult Farinac *d. quęſt.* 51. *num.* 69. *& ſeqq. &*
*quęſt.* 118. *num.* 38. & Io: Adelzreiter *in re-*
*futatione vindiciarum* Io: Ioachini Arnſdorff.
*cap.* 3. *quęſt.* 2. *n.* 34. & plures citans D.Caro-
lus Petra magnæ Curiæ *ritu* 274. *num.* 102.
*verſ. at pro Bartoli ſententię tuitione.*
3 Et quia omnes quæſtiones contingibiles
diffuſiſſimè tractantur à Farin. *d. quęſt.* 51.
*per tot. & quęſt.* 130. *num.* 61. *& ſeqq.* remit-
to Lectorem ad eum.
Quæro primò An obuians delicto, ſatiſ-
faciat diſpoſitioni bannimentali, quamuis
non reuelet conſpirationem? etenim vide-
tur, quod dictio, *aut*, poſita inter reuelare,
& obuiare contradiſtinguat hos duos ter-
minos ita, & taliter, vt alterum eorum fie-
4 ri ſufficiat: Et poteſt attentari vtrumque
eſſe neceſſarium, nàm licet dictio alterna-
tiua, & diſiunctiua, *aut*, regulariter requi-
rat alteram partem diſpoſitionis eſſe veram,
5 vt inquit Barboſ. *dict.* 46. *num.* 3. Aliquan-
dò tamen ſtat coniunctiuè, vt aduertit idem
Barboſ. *loc. cit. num.* 5. & in terminis Ro-
man. *conſ.* 65. *num.* 8. & aliquando ſtat am-
pliatiuè, vt requirat concurſum vtriuſque
6 partis, & hoc maximè in pœnalibus, vt in
puncto eiuſdem alternatiuæ firmat Carena
*de S. Officio par.* 2. *tit.* 13. §. 15. *num.* 65. *verſ.*
*neque obſtat*, & tunc retinet tantùm naturã
alternatiuæ quoad ordinem, vt declarat
7 *Rebuff. in concord. tit. de collat. §. ſtatutarius*
*verbo aut*, quem refert Barboſa *d. diction.* 46.
*num.* 3. hæc quæſtio coincidit cum illa, quam
ventilat Pueron. *ad Bullam Cœnę cap.* 11. *in ſcholij elencho num.* 7. *verſ. poſtremo fol. mihi* 385. an ſcilicet obligatio denunciandi coniurationem contra Cardinalem iuxta Bullam B. Pij V. incipien. *Infœlicis ſęculi, in ordine* 93. procedat, etiam ſecluſa correctioue fraterna, itaut quis teneatur denunciare, etiam ſi ſperet priuatim monendo eum, qui lædere vult, à praua voluntate retracturum, vel potiùs quis tantùm teneatur poſt correctionem ſine fructu adhibitam, coincidunt, vt dixi, termini Bannimẽtorum, & termini huius quæſtionis, quia prout in illis, ita & in iſtis terminis poteſt ſufficere, quòd quis à malo retrahatur, & impediatur: & pro deciſione quæſtionis Pueron. *ibid.* refert Alterium *lib.* 5. *tom.* 1. *de cenſuris diſput.* 12. *c.* 6. *col.* 16. dicentem teneri reuelare etiamſi monuerit, & ſperet emendationem, quia, dum denunciatio imponitur fauore publici boni, ob incolumitatem ſcilicet Cardinalium, vtpotè Chriſtianæ Reipublicæ Principum Prælatorum, non habet locum, nec ſufficit ſecreta monitio; & etiam, quia Legislator non intendit tàm impedire crimen, quàm punire: & refert de directo Alterij ſententiam oppugnantem Duardum *in Bulla Cœnæ can.* 11. *quæſt.* 19. *num.* 11. dicentem, quòd ſi quis ſciat aliquem parare inſidias huiuſmodi Prælatis, & probabilitèr per ſecretam admonitionem illum receſſurum à tali facinore, tunc debet præmittere ſecretam correctionem, cum hæc Iure Diuino præcipiatur, *in cap. ſi peccauerit* 2. *qu.* 1. *& cap. nouit de Iudic.* niſi tamen ex dilatione denũciationis talis criminis immineret periculum multitudini: ſed ipſe Pueron. concludit ſententiam Duardi eſſe magis piam, cui ipſe adhæret; Sententiam verò Alterij, quam probat etiam Bonac. *de Cenſur. in partic. diſput.* 1. *quæſt.* 12. *punct.* 3. *num.* 15. eſſe magis veram, & hanc opinionem tenet etiam Fermoſin. *in cap. nouit quæſt.* 29. *num.* 4. *& quæſt.* 31. *num.* 11. *de Iudic.* & mouetur ea ratione, quia talis obligatio reuelandi, & denunciandi impoſita eſt, & tendit ad punitionem delicti, & non ad emendam; aliã rationem affert Caſtropalaus *tom.* 1. *tract.* 6. *diſput.* 3. *punct.* 13. *num:* 5. nempè quòd in peccatis, quæ ſunt contra bonum commune, vt hæreſis, & proditio raro, vel nunquam præſumi poteſt correctio delinquentis ex ſecreta monitione; ideoque denunciandus ſtatim eſt delinquens, vt bono cõmuni prouideatur, & maximè ſtante præcepto lato à Iure, vel ab homine; Nolunt enim Superiores, cuilibet particulari committere iudicium ferre, an per ſecretam correctionem delinquens poſſit emendari, ſed ipſi Iudices eſſe volunt, & ad hoc plures Caſtropalaus allegat concordantes, & ita practicari in Tribunalibus extat exemplum relatum à D.Carolo Petra *ritu* 274. *num.* 103. *circa finem, verſ. hancque aſperitatem.* Nam

Franciſcus Auguſtinus Thuanus ſententia Tholoſani parlamenti fuit ſecure percuſſus, ex quo non reuelauerat coniurationem licèt eam deteſtando diſſuaſiſſet, quam ſuus intimus amicus inierat contra Cardinalem Richeliù, primum Regis Miniſtrum, Concludendum tamen, quod reuelatio poteſt ſtare ſine altero copulatorum, hoc eſt reuelans poteſt euadere pœnam, etiam ſi inſimul non obuiat delicto, dummodo periculum non ſit in mora, quia tunc eius partes ſuplet Iudex, & Superior; at obuiatio delicti nullo modo poteſt ſtare ſine altero, nempè ſine reuelatione, quia in iſto ſecundo caſu, quis non poteſt eſſe ſecurus, prout ſecurus eſt in primo, quod remedium ſit ſufficiens, vt aduertit Caſtro palaus *loc. cit.* Fallit tamen in Patre, qui ſi fi-
9 lium obiurgando, & minis perterrendo remouit à tractatu inchoato non tenetur ad aliquam reuelationem, cum videat Principem tutum, vt dicit Farinac. *quæſt.* 51. *nu.* 85, amor enim paternus debet eum à dicta obligatione reuelationis eximere, dum reuelatio non tendit ad alium finem, quam ſupponendi filium periculo vitæ *argumento text. in leg. milites* §. *desertorem ff. de re milit.* cum alijs Iuribus adductis à Farinac. *dicta queſtion.* 51. *num.* 82. vide exemplum Parris non reuelantis apud Oſaſch. *deciſion.* 80. *in fine.*

Quæro ſecundò. An pęna mortis, & pecuniaria ſcutor, decem millium hic indicta, ſit ſemper contra non reuelantes exequenda? Dic quod non, quia licet in grauibus, cuiuſmodi eſt crimen de quo loquimur, ex metu, & periculo concitandi in ſe odium eorum, qui deteguntur, excuſari quis non poſſit, vt inquit Pueron. *loc. citat. numer.* 7.
10 *verſ* 30. *videtur;* nihilominus ſecús eſſet dicendum ſi metus eſſet grauis, & certò imminens, vt aduertit idem Pueron. ibidem, & Caſtropalaus *loc. cit. tract.* 6. *diſp.* 3. *punct.* 14. *n.* 7. quia cum graui detrimento nemo tenetur damnum alteri imminens impedire, vt dicunt præfati Doctores; Verum quia Ca-
11 ſtropalaus *ibidem* hoc limitat in caſu, quo damnum eſſet commune, quale reſultaret ex occiſione Principis vt docent Farin. *q.* 51. *n.* 69. *in fine,* & Caſtropal. *d. punct.* 13, *n.* 5. ibi; *hæreſis, & proditio.* Etenim tunc quis tenetur damnum aliquod pati, vt commune damnū euitetur vt ait Caſtropal. *d. n.* 7. & etiam quia poteſt reuelatio fieri, & teneri ſecreto, vt conſiderat Pueron. *loc. cit.* Ideò valdè dubito de firmata concluſione; Princeps enim certioratus poteſt mille modis impedire, ne damnum imminens reuelanti accidat, vt innuit Boſſ. *tit. de crim. læſæ Maieſt. num.* 48. *verſ. in practica tamen*, quem referunt Claud. ad Bertazol. *conſ.* 107. *lit. B.* & Farinac. *dicta quæſt.* 51. *num.* 76. qui licèt loquatur de eo, qui non reuelat ex eo, quia non poteſt reuelationem probare, nihilominus ratio, quam reddit, quia ſcilicèt ſemper Princeps poteſt dicere, ſi reuelaſſes, prohibuiſſem, beniſſimè confert etiam ad comprobationem propoſitæ conſiderationis à me factæ.

Item nec eſt dicta pęna exequenda, quando, prout mox dixi, qui ſcit coniurationem,
12 non habet modum illam probandi, ſiquidem ſi non potens probare reuelat exponit ſe duplici periculo, quia irritat coniurantes, & concitat contra ſe illorum odium, & ponit ſe in periculo ſubſtinendi in tormentis, quod aſſerit, & forſan etiam in periculo ſubeundi notam, & pœnam calumniatoris ex latè adductis à Farinac. *dicta quæſt.* 51. *nu.* 75. Et ideo qui iſto caſu non reuelat debet excuſari, ſi non à toto, ſaltem à tanto vt ex Boſſ. *loc. cit. num.* 49. inquit Farinac. *dicta quæſt.* 51. *num.* 78.

Eximitur etiam à dicta pœna non ſubdi-
13 tus, nam ſicut non ſubditus conſpirans in Principem non committit crimen læſæ Maieſtatis, vt ex Gloſa. Gigan. Gomes. Roland. Clar. ait Farin. *dicta quæſt.* 51. *num.* 80. & pro mille D. Carolus Petra *magn. Curiæ ritu* 274. *num.* 80. qui ibid. *num.* 42. *verſ. verum eſt*, agit etiam de alia broccardica quæſtione
14 an non ſubditus committat crimen læſæ Maieſtatis, ſi ſollicitet ſubditum ad illud patrandum contra ſuum Principem, & pro affirmatiua reſolutum contra quendam Iu-
15 lium Fortem refert *ibidem in fine;* Itá ſciens conſpirationem, & illam non reuelans dictum crimen non committit, vt benè argumentatur Farinac. *dicto num.* 80, *in fine*, & Petra *eod. num.* 80. *verſ. quod ſi forenſis* Gigas *de crimine læſæ Maieſt. lib.* 2. *tit. quomodo, & per quos crim. læſæ Maieſt. prob. qu.* 20. *nu.* 3.

Sed aduertendū, quod hæc concluſio non
16 procedit, ſaltem quoad pęnā, quandò extat Statutum, ſeu conſtitutio expræſsè obligans non ſubditos ad reuelandum ſub pœna criminis læſæ Maieſt. prout expræſsè diſponit Conſtitutio B. Pij Quinti *la* 93. *in ordine incipiens Infælicis ſæculi*, de qua feci mentionem ſuprà; nam iſto caſu non ſubditus non euitaret incurſum dictæ pœnæ, vt conſiderat Duard. *in Bulla Cœnæ cap.* 11. *quæſt.* 19. *num.* 5.

Secundò aduertendum, quod hoc non procedit in terminis noſtrorum Bannimentorum, in quibus diſpon itur ſimpliciciter, quod non reuelans incurrit pœnam mortis, & pecuniariam ſcut. decē millium, & ſic non habemus neceſſitatem intrandi in dictam quęſtionem, an non ſubditus non reuelans incurrat in crimen lęſę, quia hic nihil dicitur de crimine læſæ Maieſtatis. Eſto enim quod is non ſit Reus dicti criminis, non tamen effugiet pœnam Statutam, ſi non reuelat, dummodò habeat notitiam Bannimentorum, vt dicimus de Forenſe in Legatione delinquente: Et quidem Doctores ſupracitati nihil aliud firmant, niſi quod crimen læſæ Maieſtatis non incurrunt, ſed

ex hoc non infertur quod non incurrant pœnam contra ommittentes reuelationem criminis expræſsè ſtatutam, vt de ſe patet.

Eximitur etiam à dicta pœna Vxor, quæ ſciens tractatum, quem facit ſuus Vir
17 contra Principem, non tenetur reuelare, ne dicatur coniugem prodere, & fidem coniugalem frangere, vt ex Andr. de Iſernia, Gigan. Afflict. & Oſaſc. dicit Farin. *dicta quæſt.* 51. *n.* 81. nam cum coniuges cenſeantur, & dicantur eſſe vna caro, ſequitur quod ſicut is, qui contra Principem machinatur non compręhēditur in excommunicatione impoſita contra non reuelantes, tum quia non tenetur quis ſe ipſum prodere, tum etiam quia complices ipſi non cenſentur comprænenſi in conſtitutione facta contra non reuelantes, vt in terminis dictæ *Conſtit. Beati Pij V. infelicis ſeculy la* 93. dicit Pueroni *ad Bullam Cœnę cap.* 11. *in ſcholis Elenco nu.*7. *verſ. tertio videntur*: ita Vxor, quæ ſcit machinationem, quam contra Principem facit maritus, debet ab obligatione reuelandi excuſari, & eximi, quia quodammodo hoc eſſet ſe ipſam prodere, quod repugnat, vt dixi: præſertim, cum vxor dicatur particeps tribulationum, & infortuniorum mariti, vt dicit, Lazzat. *de monitor. ſcrt.* 3. *q.* 9. *n.*43

Nec obſtat, quod Patri non licèt ommittere denunciationem, niſi in caſu, quo delicto à filio committendo, penitùs obuiauit vt dixi ſupra ex diſtinctione, quam facit Farinac. *dicta quæſt.* 51. *num.* 85. ergo nec vxori debet licere eam ommittere.

Quia non eſt par ratio, cum coniugalis amor cæteros omnes affectus videatur ſuperare propter Dei optimi maximi Oraculum: *Relinquet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Geneſ.* 11. *& Matthæi* 19. *& Eſdra* 3. *cap.* 4. *homo Patrem ſuum relinquit, qui enutriit illum, & ſuam regionem, & ad mulierem ſe coniungit, & cum muliere remittit animam ſuam, & neque Patrem meminit, neque Matrem, neque regionem*, & paulò poſt: *Diligit homo vxorem ſuam magis quam Patrem, aut Matrem*; ex quo illud Propertij *lib.* 4.

*Omnis amor magnus, ſed apertè in Coniuge maior*

Hinc videmus, quod inter Doctores controuertitur, an Patri liceat omittere reuelationem contra filium Principi inſidiantem, vt videre eſt pœnes Farinac. qui pro negatiua, & pro affirmatiua militantes adducit *dicta quæſt.* 51. *num.* 82. *&* 83. at vxori nemo dicit non licere eam omittere, vt videre eſt penès eundem Farinac. *ibid. num.* 81. & dicit Molfeſ. *ad conſuetud. Neapolit. par.* 4. *de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt.* 47. *num.* 32. quod vxor tenetur in omnibus ſeruare fidem marito,
29 & ſicut non poteſt ex hoc maritum bannitum occidere, vel mandare ab alio occidi, vt ex Cępoll. Andr. Afflict. Menoch. Gigant. Garzia, & de Franch. dicit Molfeſ. *loc. cit.* & quatenus occidat, ſeù mandet occidi poteſt puniri, vt dicunt præfati Doctores, ità, & eo minus debet prodere, & maritum conſpirantem reuelare.

Quæro tertiò. An pęna hic indicta exorbitet à pœna Iuris communis? Dic, quod eſt longè minor, & mitior, quia, vt dixi ſupra, Bannimenta non diſponūt, quod non reuelans incurrat in crimen læſæ, & tamen
20 de Iure communi non reuelantem tractatum contra Principem effici Reum læſæ Maieſt. firmant Bart. cuius eſt originale dictum *in l. vtrum n.* 3. *verſ. item de eo ff. ad leg. Pompe. de parricid.* Salyc. *in leg. quiſquis* §. *id quod nu.* 16. *C. ad leg. Iul. Maieſt.* & alij quos referunt, & ſequuntur Farinac. *queſtion.* 51. *numer.* 69. *&* 71. & D. Carolus Petra *magn. Curiæ ritu* 274. *num.* 102. *&* 103. & quamuis Bald. *in quodam conſilio incipien. quamquā allegata ſint multa*, quod conſilium non reperitur impræſſum, vt dicit Farinac. *loc. cit. num.* 70. velit contrarium, & in *eodem conſilio* deploret memoriam fideliſſimi Militis D. Donati de Barbadoris, qui fuit cum aliquibus ſequacibus decapitatus, & ſubdat, quod propter hoc dictum *in dicto* §. *vtrum* anima Bartoli, & omnium, qui eum ſequuntur cruciatur in Inferno, vt referunt Alex. in addit. ad Bart. *in dicto* §. *vtrum lit. E. Angel. de maleſic. verbo hai tradito la tua Patria nu.* 11. Marſil. *in dicto* §. *vtrum num. primo ff. ad leg. Pompe. de Parricid.* Placha *epitom. delict. cap.* 28. *num.* 30. & hanc Bald. ſententiam tenent Marſil. *loc. citat.* & Salyc. *in l. raptores num.* 23. *C. de raptu Virginum*, vbi loquutus de opem præſtantibus ait, quod Iudices imitantes opinionem Peruſinorum in hoc, proprias occidunt animas, & Io. de Anania *in rubr. de iis, qui filios occiderunt num.* 6. ait, quod aſſeſſores euntes poſt opinionem Bartoli, & occidentes homines ſolùm propter ſcientiam, & non reuelantes, omnes ſunt homicidæ, & eandem opinionem ſequuntur Felin. Hieron. Cucchal. & alij quos refert Farinac. *dicto num.* 70. & Suarez. in ſuo Theſauro *recept. opin. lit. M. num.* 8. dicit, quod opinio contra Bartolum eſt verior, & communior vt refert Farinac. *dicto num.* 70. *in fine*. Nihilominus non recedendum ab opinione Bartoli tum quia ea à Doctoribus magis communiter recepta eſt vt ait Farinac. *dicta quæſt.* 51. *num.* 71. tum etiam, quia ea recepta eſt in praxi apud Tribunalia, vt dicit Angel. *in d. verbo hai tradito la tua Patria num.* 11. *circa finem*, & Auguſt. de Arimino *ibi in addit.* ait, quod in facti contingentia ita ipſe practicauit contra vnum potententem, qui ſuo Principi non reuelauit tractatum committendum contra eundem Principem ſuum ſuperiorem, & quidem fundata remanet in Text. *in dicta leg. quiſquis* §. *penult. C. ad leg. Iul. Maieſt.* qui ſi

benè ponderetur, prout illum ponderat
Olalch. *deciſ.* 80. *num.* 4. negari non poteſt,
quin Bartoli ſententiam confirmet vt opti-
mè aduertit Farinac. *d. num.* 71. & ad Bal-
dum, qui, vt dictum eſt, contrarium aſſerit,
reſpondet cum Menchac. *quæſt. Illuſtrium*
*cap.* 32. *in fine* D. Carolus Petra *d. num.* 103.
ipſum Baldum non reſpexiſſe ad excidia,
quæ ex perduellione oriuntur, & nulla eo-
rum ſuo tempore expertum fuiſſe, & Au-
guſt. ad Angel. *loc. cit. d. num.* 11. ait, non
credere, quod Baldus obtinuerit liberari
Florentiæ illum militem pro quo conſuluit,
licèt fuiſſe liberatum aſſerat Roman. *in leg.
prima* §. *occiſorum in fine ff. ad Sillan.* quia ſunt
verba Auguſti *propter exorbitantiam iſtius cri-
minis Iura ita voluerunt*, vt apparet ex Textu
*in* §. *alia Inſtit. de publicis iudic. & in dicto* §.
*vtrum*, & hanc Bartoli aſſertionem pluribus
tuetur Igneus *in l. fideicommiſſum num.* 47. *&
ſeqq. ff. ad Senat. Conſult. Sillan.* & Bocer. *in
tract. de crim. Maieſt. cap.* 2. *numer.* 40. *& plu-
ribus ſequentibus*.

Non eſt tamen exiſtimandum, quod Do-
minus Cardinalis in his Bannimentis receſ-
ſerit ab opinione Bartoli, quia eam non
crediderit veram, ſed potius, quia optimè
ſciebat, quod dict. Bartol. opinio habet lo-
21 cum ſolum quandò non reuelatur coniura-
tio & machinatio, quæ fit contra ipſummet
Principem, nam quando coniuratio fit con-
tra inferiorem a Principe, quales ſunt Prin-
cipes recognoſcentes Superiorem; & qua-
les ſunt Miniſtri lateri adhærentes ipſi Prin-
cipi, tunc non reuelantes, niſi adſit conſti-
tutio hoc expreſsè determinans, prout ſan-
ciuit B. Pius V. *in d. Conſtitutione Infœlicis ſæ-
culi*, non dicuntur, & nec efficiuntur Rei
læſæ Maieſtatis, vt ex Gabriele *lib.* 7. *con-
cluſ. vlt. num.* 7. innuunt Farinac. *d. quæſt.* 51.
*num.* 87. *&* 88. & Auguſt. ad Angelum
*dicto verbo hai tradito la tua Patria d. num.* 11.
& Angel. *in l.* 2. *ff. de parricid.* vbi dicit ma-
lè, & iniquè factum fuiſſe per eos, qui de-
capitare fecerunt Ciues non reuelantes tra-
ctatum contra ſuam Ciuitatem, de quo
non erant participes; contrarium ſentiens
ſi tractatus fuiſſet contra Principem, vel
Papam ſanciuit nihilominus pœnam mor-
tis, & pecuniariam ad tollendam contro-
uerſiam, quæ poterat oriri ex opinione Do-
ctorum inter ſe de directo pugnantium,
etiam in fortioribus terminis, vt videre eſt
penès Farinac. *d. quæſt.* 51. *num.* 72. *&* 73. &
ſequutus forſan fuit ſententiam Parlamenti
Tholoſani, de qua ex D. Carolo Petra feci
mentionem ſupra.

Quæro quartò. An hæc Bannimentalis
diſpoſitio obligans ſcientes ad reuelandum
habeat locum ſolum ante ſequutum deli-
ctum, an etiam illo ſecuto, hoc eſt an obli-
get ad reuelandum etiam ſecuto delicto ex
coniuratione machinato? & videtur dicen-
22 dum quod non, quia diſponit, & obligat
ſolùm eos, qui ſciunt ante factum, vt de-
ducitur ex verbis, *quelli che ſapeſſo doverſi
fare tale eccesſo*; & ita eſſe intelligendam
hanc diſpoſitionem deducitur ex conſide-
ratis in terminis *d. Conſtit. Beati Pii V. infœli-
cis ſæculi* à Pueron. *in Bulla Cœnæ cap.* 11. *in
ſcholiis Elencho num.* 7. *verſ.* 4. *conſtat*; in tan-
23 tum enim firmat Pueron. *ibi*, quod dicta
Conſtitutio inducit obligationem reuelan-
di tam ante delictum adhoc vt non per-
ducatur ad effectum; quam poſt delictum
adhoc vt Reus puniatur, in quantum Pon-
tifex in dicta Conſtitutione vtens amplia-
tiua, *& ſi crimen non dum commiſſum fuerit*
includit vtrumque tempus, & cum hic
non habeatur dicta Clauſula, nec aliud ver-
bum denotans, quod etiam ſequuto effectu
ſciens teneatur reuelare, & manifeſtare de-
linquentes, debemus diſpoſitionem ſtrictè
intelligere, vt tantum compræhendat, quan-
tum ſonat. Propterea euitatur hic dubium,
24 quod excitat Pueron. *ibidem*, an ſcilicèt
ſciens ante delictum, & non manifeſtans,
cum tamen fortè manifeſtatione futurum
fuiſſet, vt crimen impediret, effugiet cen-
ſuram, & pœnam, ſi reſipiſcens reuelet poſt
ſequutum delictum? in quo articulo, vide-
tur dicere, quod vbi indultum reſipiſcen-
tiæ eſt generale, tam pro tempore ante de-
lictum, quam pro tempore ſequenti, quia
dum etiam poſt factum adhuc ſupereſt tem-
pus manifeſtandi, videtur excuſari poſſe,
qui poſt factum reuelat, quod ante factum
ſciuit, ſi adhuc ignotum ſit à quo nam, &
cuius opera, & culpa crimen patratum ſit:
quia cum obligatio manifeſtãdi duret quo-
ad vſque delictum poterit impediri, vel pu-
niri, eo igitur vſque ſuſpenduntur pœnæ,
ſed concludit, quod hoc non poteſt proce-
dere in terminis dict. Conſtitutionis volen-
tis, quod reſipiſcens omni noxa penitùs li-
beretur, ſi rem adhuc incognitam retexerit,
nam dictio, res, includit delictum, non
autem delinquentem, vt ipſe ait, Verum
ego excepto caſu Statuti præciſi valdè dubi-
to de veritate ſuprad. concluſionis per eum
firmatæ, quia non eſt par ratio reuelationis
ante factum, & reuelationis poſt factum,
quia reuelatio ante factum, includit ſalu-
tem Principis, & ſimul punitionem machi-
nantis, quia in hoc crimine etiam ſolus co-
natus punitur, vt eſt ſancitum *in d. l. quiſ-
quis C. ad leg. Iuliam Maieſtat.* reuelatio verò
poſt factum includit ſolum punitionem vt
de ſe patet, & ſic non eſt veriſimile, quod
Princeps velit hos duos caſus æquiparare,
& condonare non reuelanti pœnam ſi de-
linquens poſt delictum patratum reuelet id,
quod ante delictum reuelare debebat; dato
tamen quod procedat theſis firmata à Pue-
rono, dubitarem de alia ſua concluſione,
*quia res adhuc dicitur incognita ſi poſt patra-*

*tum*

*tum delictum delinquens ignoratur*, nam dictio, & verbum, *res*, eſt generale vt eſt Text. *in l. prima ff. de rebus creditis, & in l. rei appellatio ff. de verborum ſignif. vbi Gloſ. verbo continet*, ait etiam liberum hominem appellatione *rei* venire.

25 Quæro quintò. An hæc Banulmentalis diſpoſitio obliget reuelare, quicquid fuerit attentatum contra Superiorem? dic quod non, quia debet reſtringi iuxta terminos *l. quiſquis C. ad leg. Iul. Maieſti & iuxta text. in cap. fœlicis da pœnis in 6.* vt benè aduertit Pueron. *loc. ſupracitato dicto numer. 7. verſ. quinto habetur*, dicens quod Conſtitutio B. Pii V. *infœlicis ſæculi*, obligat reuelare ea, quæ tendunt in actiones, quæ *dicto cap. fœlicis* damnantur.

Quæro ſextò, an obliget eos, qui ſciunt
ſub ſigillo confeſſionis? Dic, quod nullo
26 modo aſſicit eos, qui ſciunt ſub ſigillo confeſſionis Sacramentalis, nam confeſſarius non compræhendi poteſt ſub tali diſpoſitione *c. ſi Sacerdos de offic. ordin. c. dilectus de exceſſibus Prælatorum cap. Sacerdos de pœniten. diſt. 6. & cap. omnis de pœnis*, nam ſicut confeſſio Sacramentalis eſt de Iure Diuino, ità pariter eſt dicendũ de eius non reuelatione, vt ſcilicèt cenſenda ſit de Iure Diuino, vt ex Turrecrē. D. Thom. Angel. de Malefic. inquit Farin. *quæſt. 51. num. 94.* & ideò pro quouis delicto atrociſſimo nequit reuelare, vt de crimine læſæ Maieſtatis, de quo nos hic loquimur exemplificat ex Angel. Gigan. Gabriel. Arnald. Alber. Farin. *ibid. nu. 99.* & ex Carond. Chriſtin. & Larrea dicit Carolus Petra *M. Curt. ritu 274. numer. 103. in fine*: propterea peſſimè feciſſe quemdam Confeſſarium, qui Regi reuelauit Machinationem, quam in confeſſione audiuit contra eundem tractari, imò, & ipſum Regem malefeciſſe procedendo contra machinantem, quicquid dicant quidam Canoniſtæ relati à Godofred. Abauo caſum iſtum referente *tract. de reatibus quæſt. 6. num. 17. & ſeqq.* firmat Carena *de S. Offic. par. 2. tit. 17. num. 88.* dicens Principem, qui aliquid accipit de pœnitente à Confeſſario, non poſſe vti dicta ſcientia contra Reum abſque ſacrilegio, & fractione ſigilli iuxta opinionē Abb. Gillin. *in reſol. caſ. conſcient. Verbo ſigillo Confeſſionis Sacramentalis num. 2.* & idem eſſe in crimine hæreſis exemplificant Arnald. Albert. Scot. Riccard. *locis relatis* à Farinac. *loc. cit. num. 100.* & idem eſſe in quouis alio delicto enormi, & enormiſſimo, damnoſo, & damnabili, nam pro liberando toto Orbe ab iniuſta conflagratione nequit ſigillum confeſſionis Sacramentalis infringi, neque ſi vniuerſa Eccleſia, totaque Fides Chriſtiana perire deberet, vt ex Diana *par. 5. tract. 11. reſol. prima* formalibus verbis inquit Vulpi *moral. reſolut. 177. num. primo verbo ſigillum qui num. 3.* ait procedere *etiamſi Pontifex (per impoſſibile) præcipere confeſſario ſub pœna excommunicationis, vel alia qualibet pœna corporali, vt confeſſionem alicuius reuelaret*, etenim Confeſſarius non tenetur obedire, quià confeſſarius tunc ſcit non vt homo, ſed vt Deus, & tanquam talis non ſubiacet Pontifici, & citat D. Thom. & hoc idem pluribus citatis vult Farinac. *dicta quæſt. 51. num. 101.* & procedere etiamſi pœnitens daret licentiam reuelandi ex Scoto, Fabro, Cantera, & alijs firmat Carena *loc. cit. num. 90.* & pluribus citatis P. Thoma Frances *conſult. in re morali conſult. prima per totam vbi num. 5.* aſſignat rationem quia ſigillum confeſſionis Sacramentalis non eſt inductum ſolum ad fauorem confitentis, ſed etiam ad fauorem Sacramenti, cuius tamen contrarium tenere Dominicanos, & Ieſuitas dicit Carena, *ibidem*, & comprobant hanc contrariam opinionem Suarez, & Diana *locis relatis* à Vulpi *moral. reſol. 178. num. 12.* & plures Doctores relati à Farinac. *dicta quæſt. 51. num. 111. qui num. 112. & 113.* dicit quomodò probetur talis licentia, quã
debere eſſe in ſcriptis dicit Vulp. *ibid. nu. 13.*
27 & Farin. *n. 95.* dicit quomodò, & qua pœna puniatur Confeſſarius confeſſionem reuelans, & Doctoribus per eum citatis addo Petram ad Capyc. *deciſ. 149. lit. A. circ. med.* & Vulpi qui plures citat *moral. reſolut. 182. nu. primo & ſeqq.* verbo *ſigillum*, & P. Thom. Frances *loco citato conſult. 2.* & Farinac. *ibid. num. 100.* quærit an Confeſſarius poſſit reuelare peccata committenda, vide reſolutionem apud eum, & apud Abauo *d. quæſt. 6. num. 17. & ſeqq.* & Vulpi *loc. cit. reſol. 177. num. 8.* & Diana *par. 5. tract. 11. reſol. 25.* & Igneum *in l. fideicommiſſum num. 53. & ſeqq. ff. ad Senat. Conſult. Sillanian.*

Quò verò ad eos, qui ſciunt ſub ſigillo
naturali, tres caſus ſunt diſtinguendi. Pri-
28 mus eſt in crimine læſæ Maieſt. vel alia re concernente bonum commune, & tunc tenentur reuelare Siluester *in Summa verbo ſecretum §. primo* Tolet. *lib. de ſeptem peccat. mortalib. cap. 45. num. 5.* Vulp. *loc. cit. reſol. 176. num. 2.* Secundus caſus eſt in alijs delictis committendis, & paritèr tenentur reuelare, quià nemo tenetur cælare, quod vergit in damnum tertij Vulpi *reſol. 176. nu. 9. verbo ſecretum* Menoch. *de præſumpt. lib. primo quæſt. 89. num. 12.* intellige vt reueletur delictum, ſed non nominetur delinquens, vt dicit Farinac. *d. quæſt. 51. nu. 100.* tertius caſus eſt in delictis commiſſis, & tunc interrogati à Iudice tenentur reuelare, ſed non tenentur ſpontè accedere ad reuelandum, & benè diſtinguit Farinac. *dicta quæſt. 51. num. 114.*

Cadit hic difficultas, an ſtante edicto in-
29 bente reuelationem, ſcientes ſub ſecreto teneantur reuelare? & videtur affirmatiuè reſpondendum, quia edictum interpellat pro Iudice, vt probat Lazzarius *de Monitor. ſect. 2. quæſt. 16. num. 6. & quæſt. 17. num. 19.*

Cadit

Cadit etiam alia difficultas, an ſcilicet reperiens ſchedulam, in qua ſint ſcripta pec-
30 cata alicuius, & inter alia peccata enumeratum ſit aliquod delictum, teneatur cælare æquè ac notitiam habuiſſet in confeſſione Sacramentali? affirmatiuè reſpondet Diana *par.* 5. *tract.* 11. *reſol.* 27. negatiuam verò tuetur Vulp. *in dicta reſol.* 178. *num.* 11. qui ait iſto caſu intrare ſolùm ſecretum naturale: ſed quicquid ſit de hac opinione, certum eſt, quod in Foro Fori ex huiuſmodi
31 ſchedula non proceditur contra eum, qui illam ſcripſit, vt deciſum refert Ricc. *deciſ.* 172. *num.* 8. *& ſeqq. par. prima* vbi pluribus oſtendit non fuiſſe procedendum contrà eum, penès quem fuit reperta quædam chartula ſuorum peccatorum per ipſum ſcripta, vt meliùs ſua peccata confiteretur, & intèr cætera facinora repertum fuerat ſcriptum ſe pluriès commiſiſſe peccatum contrà naturam.

---

# Cap. II. §. III.

## Chiunque potendo, non perſeguitaſſe il Delinquente, ò Delinquenti caderà in pena della Galera per cinque anni.

*SVMMARIVM.*

1 *Edictum de Malefactoribus capiendis valet. & num.* 4.

2 *Homines particulares non poſſunt cogi ad capiendum malefactores.*

3 *Officiales, qui anhelant lucrum in ſtatu Eccleſiaſtico vexant Vaſſallos ex eo, quia non capiunt malefactores ad formam* Conſtit. Sixti V. *& malè faciunt.*

5 *Nobiles non debent compelli ad malefactores capiendum.*

6 *Malefactorem capere cum periculo propriæ vitæ nemo tenetur.*

7 *Edictum de malefactoribus capiendis quosnam compræhendat.*

### Non perſeguitaſſe.

Valere Edictum de malefactoribus perſequendis, & capiendis euincitur ex
1 Bulla ſanct. mem. Sixti V. *in ordine* 6. §. 3. & ex Doctrina Bald. *in l. ſi quis in hoc genus num.* 10. *C. de Epiſcop. & Cleric.* Io. de Platea *in l. cum Nauarchorum C. de Nauicul lib.* 11. Petra ad Capic. *deciſ.* 149. *lit. A.* Andreas de Iſernia *in cap. Regni incip. pœnam circa finem tit. de Bannitis & foriudicatis* & Afflict. *in ead. Conſtit. pœnam num.* 86. & Andr. & Afflict. dicunt eſſe de Iure communi Text. *expreſſum in l. Metrodorum ff. de pœnis.* & in tantum tenentur, & obligati ſunt capere, vt ſi non valent de per ſe tenentur clamare, & vociferare, & implorare auxilium aliorum contra eoſdem malefactores, vt capiantur, vt ſubdunt Andr. & Afflict. *ibidem* & non ſolum ad hoc tenentur, quandò extat Conſtitutio qualis Bulla prædicta Sixti V. & edictum, quale eſt iſtud, ſed inſuper tenentur occurrere, & capere ad ſimplicem requiſitionem Officialis, & non accurrentes puniuntur, vt dicit Bald. *loc. cit. num.* 11. *& Angel. in l. prima C. de Nili agerib. non rumpend.* Pariſ. *de Sindic. verb. brachium numer. primo.*

Verùm quod particulares homines non poſſint cogi, & compelli ad capiendum, ſeù cuſtodiendum malefactores tenent ipſi An-
2 dr. de Iſern. *in Conſtitutione Iuſtitiarij num.* 30. *in fine tit. de Iuſt.* & Affl. *in dicta Conſtitutione Iuſtitiarij num.* 10. Surdus *conſ.* 83. *num.* 3. *& 4. per tot. vol. prim.* Guazzin. *de confiſc. bonor. concl.* 13. *ampl.* 84. *num.* 2. vbi ait, quod eſt
3 notandum, quià quotidiè in Statu Eccleſiaſtico Officiales anhelantes extorquere pecunias à ſubditis vigore Bullæ Sixti V. vexant dictos Vaſſallos ex cauſa præfata; ſed quicquid ſit de veritate huius, vel alterius opinionis (teneo enim pro nunc, quod edictum
4 factum ab habente facultatem imponendi angariam, hoc eſt onus perſonale, valet ex conceſſis per Surd. *loc. cit. num.* 5.) certum eſt valere, & obligare, quoties agitur de crimine læſæ Maieſt. & proditionis, vt dicunt Andr. de Iſernia *dicta Conſtitutione Iuſtitiarij num.* 40. & Afflict. *in eadem conſtit. Iuſtitiarij num.* 10. *& in conſtit. pœnam num.* 86.

Aduertendum tamen cum Ant. Correa *in fragm. num.* 71. & cum Pereyta *de manu Regia cap.* 33. *num.* 5. qui D. Corream allegat, quod in auxilio exhibendo ſemper ratio conditionis perſonæ habenda eſt, vt ſcilicèt
5 Alguazelus, hoc eſt Birruarius non imploret auxilium à perſona nobili ad capiendum aliquem, quia illius perſonæ conditio non patitur, vt tale auxilium ſinè dedecore exhibere queat: quarè hæc perſecutio debet fieri à perſonis, quibus non ſit dedecus perſequi, nam huiuſmodi ordinationes, vt ſubdit Pereyra *loc. cit.* ſemper debent intelligi, & accipi ſeruatis circumſtantijs loci, & perſonarum; imò nec ille, qui ad capiendum delinquentem vocari poteſt, tenetur abſolu-
6 tè capere, nec periculum vitæ ſubire, vt Reos appræhendat, ſed facere debet, quantum bono modo faciendum videbitur, vt ait Pereyra *loc. cit.* & hoc vltimum firmat etiam Afflict. *d. conſtit. pœnam num.* 86.

Vide materiam penès Farin. *quaſt.* 103.
7 *num.* 15. qui refert dictam Bullam Sixti V. & refert Carauit. *ſuper prag. Regni de exulib. num.* 64. *& ſeqq.* dicentem, quod talis conſtitutio reſtringitur ad perſonas habiles ad gerendum arma, & ideò non ligare minores annorum 18. & nec Senes, Doctores, inſir-

infirmos, & ſimiles; vide Caplibanc. de Baron. *tom. 2. pragm. 19. cap. 95. num. 12. & ſeq. & cap. 99.* Eſcobar. *de ratiocin. adminiſtr. cap. 25. nu. 21.* Baldax. de Angel. ad Foller. *verbo audiantur excuſatores num. 173. verſ. occurrit mihi*, & remiſſiuè Io. Dexart. *ad cap. Regni Sardiniæ lib. 3. tit. 12. cap. 14.* Vide Marium Mutam *ad capitula Regni Siciliæ tom. primo cap. 12.* vbi firmat quod licèt regularitèr perſonæ priuatæ non adſtringantur ad capturam, & cuſtodiam captiuorum, quia adhoc tenentur prouiſionati, cæterique cuſtodes, & vt aiunt ſocij, nihilominus quandoque ad hoc coguntur, & animalia eorum auferuntur etiam ad deferendum corpora damnatorum, cum hoc tendat, & cedat in fauorem Reipublicæ, & publicæ vtilitatis, cuius fauore dicunt Doctores, quod capiuntur equi, boues, currus, & ſimilia pro illis tranſportandis, Bart. qui loquitur de condemnato ad furcas *in l. iubemus C. de ſacroſ. Eccleſ.*, & alij quos refert Muta *ibid. num. 2.* ſubdens *num. 3.* quod debet huic tali ſolui ſalarium; imò ex Ripa *de peſte c. 4. num. 127.* ait quod tenetur Reſpublica, vel Superior loci ſoluere pretium illorum bouum, quia dici ſolet à Ruſticis, quod dicti boues de cętero non arabunt, vel ſi arabunt, terra non germinabit fructum, & allegat Parid. de Puteo *de Sindic. verbo captura verſ. an ſi Officiales* & Boer. *deciſ. 303. nu. 5. in fine*, & quod hoc ruſtici habent ab experientia: fatetur tamen Muta *ibid. num. 4.* dubitare, quod hoc ſit ſuperſtio, nihilominus experientia eſt rerum magiſtra; & ego audiui, quod quoties cadauera defunctorū deferuntur in Rhedis ad ſepelliendum, Equi, niſi eis fiat emiſſio ſanguinis, incipiunt tabeſcere.

---

# Cap. II. §. IV.

Mà chi auanti il ſucceſſo paleſarà ſimile trattato, ò machinatione alli Superiori, quando bene anco foſſe vno de' Congiurati, purche non ſia il principale, guadagnarà l' impunità, e ſcudi mille da pagarſi del ritratto delle pene de' delinquenti.

*SVMMARIVM.*

1 *Impunitas debetur de Iure communi reuelanti in crim. laſ. Maieſt.*
2 *Et etiam in crimine ſimoniæ.*
3 *Et in quouis alio delicto occulto.*
4 *Impunitas debetur etiam ſi reuelans acceſſit ad reuelandum poſt aliquod tempus, & conſilio alterius factionis.*
5 *Debetur ei, qui animo præmeditato armatus inceſſit ad committendum delictum, ſed antè exequutionem reuelauit.*
*Reus criminis, qui ſe ipſum prodit, debet abſolui dicto num. 5.*
6 *Condemnatio non poteſt ſequi ex confeſſione delicti facta in accuſatione, ſeù reuelatione, quia dicitur incidenter facta.*
7 *Attenditur principaliter quod ſit, & non quod venit in conſequentiam.*
8 *Conatus nec in crimine aſſaſſinij punitur, niſi deuentum ſit adactum proximum, nempè inſultum.*
9 *Pœnitentia in delictis re integra iuuat.*
10 *Delicta obuiare dicitur, is, qui certiorem facit eum, qui offendi debebat.*
11 *Pœna extraordinaria intrat contrà eum, qui acceptat facere delictum, & adhoc incedit armatus tùm ex capite turpis pacti, tum ex capite conatus.*
12 *Sed pœna non eſt corporalis.*
13 *Carceratio paſſa cedit in pœnam.*
14 *Iudicis diſcretioni ſe committere malum.*
15 *Homines prompti ad delinquendum ſunt eradicandi.*
16 *Et hi ſunt, quibus peccatum veniale euadit mortale.*
17 *Impunitas promiſſa debet ſeruari, etiamſi ſit promiſſa à non habente facultatem. & numer. 21.*
18 *Impunitas à ſolo Principe conceditur reuelentibus crimina.*
20 *Et etiam à Proregibus.*
*Non tamen à Baronibus niſi hoc habeant in inueſtitura. num. 19.*
21 *Conceſſa tamen eſt ſeruanda.*
22 *Nemo debet ſub fide publica decipi, & num. 44. verſ. inſuper.*
23 *Impunitas non eſt danda principali delinquenti.*
24 *Impunitas concedenda primo venienti debet hoc ſpecificari in edicto ad tollendum diſputationes.*
25 *Impunitatis edicto quæ ſunt apponendæ conditiones. & num. 24. & 27.*
26 *Impunitas etiam carceratis prodeſt ſecundum vnam opinionem.*
28 *Impunitas non eſt ſeruanda ei, qui conditiones non adimplet.*
29 *Praxis procendendi contra eum, qui non adimplet conditiones appoſitas in edicto impunitatis, & num. 45. in fine.*
30 *Impunitas non eſt ſeruanda ei qui probat per inditia delictum.*
31 *Contrarium.*
32 *Et hac contraria opinio ſeruatur in praxi, dummodo inditia ſufficiant ad torturam contra pręſentes, & tranſmittendum inquiſitionem contrà abſentes.*
33 *Et quando inditia non ſunt talia non valet impunitus dicere, quod ſtabit in tortura cum denunciatio.*
34 *Conditio* dummodò non ſit de principalibus *in quibus verificatur.*
35 *Impunitus etiamſi non nominet fratrem gaudet impunitate.*

36 *Imò*

36 Imò non eſt neceſſe, quod omnes detegat, & contra omnes rem ponat in clarum, quia ſufficit, quod probet contra maiorem partem.

38 Verum omnes tenetur nominare preter fratrem.
Impunitus iuuatur diligentiis, & probationibus, quas facit Fiſcus, & num. 37.
Vide, num. 38.

39 Impunitus debet purgare maculam in tortura.
Impunitus non nominans omnes ſocios in examine, ſed in tortura an gaudeat impunitate, dicto num. 39. verſ. ſed an debeat.

40 Impunitas data pro homicidio ſimplici non prodeſt qualificato.

41 Qualitas aſſaſſinij conſtituit nouam ſpeciem delicti.

42 Impunitatis ſpe eductus ab Eccleſia, debet Eccleſiæ reſtitui, ſi impunitas ex aliquo capite non ſuffragatur ei.

43 Ceſſat in delictis exceptis in Bulla Gregorij.

44 Intellige vt explicatur hoc numero.

45 Impunitas quandoque ſeruari debet potiùs ex politica, quam quia ſit de Iure.

46 Impunitus non relaxatur, niſi reſtituta re furata. Ità fuit reſolutum. num. 50.

47 Gratia reſpectu concedentis eſt latè interpretanda, ſed reſpectu tertij ſtrictè.

48 Intelligitur etiam hoc de impunitate.

49 Princeps ſi expreſsè non remittit damna, & intereſſe, non intelligitur tertio praiudicare.

50 Condemnatus ad exilium, & ad intereſſe partis mittitur in exilium reſeruato parti ſuo Iure.

51 Dummodò inſtet Curia, & Fiſcus non retardandam pœnam publicam pro intereſſe priuati.

52 Secus ſi deficiat talis inſtantia.

53 Et multoties Fiſcus non vult inſtare.

54 Pœna publica quacumque ſit, non debet retardari ob priuatas cauſas.

55 Index conſtito ſibi de paupertate carcerati, & obſtinatione creditoris in denegando aſſenſum, poteſt, ne carceratus marceſcat in carceribus, decretare, quod luat in corpore, vel quod Creditor habeat fidem de debito, donec deueniat ad meliorem fortunam.

56 Carceratio perpetua eſt ſpecies ſeruitutis.
Nemo poteſt ſe libertate priuare. ibid. num. 56.

57 Impunitatem habens pro vno delicto, ſi dum examinatur ſatetur aliud delictum diuerſum debet pro hoc delicto puniri.

58 Pœna tamen extraordinaria.

59 Licèt Riccius dicat nulla pœna puniri poſſe.

60 Sed Princeps poteſt conſiderare, & reſpicere ad ea, quæ num. 45. dicta ſunt.

61 Impunitas promiſſa à Parte offenſa Reo, qui indè confeſſus eſt, non eſt ſeruanda.

62 Contrarium quoad pœnam ordinariam.
Quid dicendum ſi accedat aſſenſus Baronis. ibid. num. 62. verſ. quid dicendum.

63 Confeſſio extorta ſub ſpe, & promiſſione impunitatis, non ſufficit ad condemnandum, & nec ad torquendum ſecundùm vnam opinionem.

64 Præſertim ſi fuit reuocata.
Intellige vt num. 65.

66 Impunitatis formula.

67 Impunitatis Edictum.

68 Teſtes non poſſunt cogi ad denunciandum, & reuelandum delinquentes, & delicta.

69 Bannum, ſeù Edictum contra teſtes ſcientes ſucceſſum rixæ, ſeu criminis, quod debeant reuelare, non valet.

70 Contrarium de conſuetudine.

72 Barones, & Iudices non poſſunt facere Edicta contra teſtes, & nec debet paſſim, ſed in aliquo caſu particulari fieri.

73 Reuelare multi non tenentur, & qui ſint. & num. 74. vbi an ſeruetur in practica.

75 Reuelare non tenentur qui non poſſunt probare.

76 Contrarium.
Concilia vt num. 78.

79 Sed procedit conciliatio in crimine læſæ Maieſtatis.
Bartolum cruciari in Inferno perhibetur ob certam propoſitionem. num. 77.

80 Præmium pecuniarum reuelanti, vel capienti malefactorem à quo poſſit conſtitui.

81 Homines ſpe præmij facilius applicant ſeruire Reipublicæ.

82 Præmium indicere ordinariæ Iuriſdictionis non eſt.

83 Aſſignatur ratio.

84 Præmium ex cuius burſa ſumitur.

85 Princeps iuſta ſubſiſtente cauſa diſponit de bonis ſubditorum.

86 Tiraquelli opinio quomodo intelligenda.
Gubernatores, & Poteſtates Terrarum habent ſolum Iuriſdictionis exercitium. num. 86.

87 Bart. ſibi contrarius conciliatur.

88 Gubernatores poſſunt tribus concurrentibus ſtatuere præmium reuelanti, ſeu capienti malefactorem.

89 Præmium promiſſum à non habente facultatem, debet à Principe dari.

90 Ratio habetur. & num. 89.

91 Magiſtratus perpetui qui proprio regunt nomine poſſunt dicta Proclamata facere, imò Statuta condere.

92 Dummodò præmium promiſſum ſit à Baronali Burſa ſoluendum.

93 Iudicis licentia ſufficit vt Partes Offenſæ poſſint conſtituere præmium pro delinquentium captura.

94 Vniuerſitates an poſſint conſtituere ſalaria.

95 Edicta præmium promittentia occidentibus bannitos non ſolùm ſunt licita, ſed neceſſaria.

96 Edictum contra delinquentes nondum condemnatos, quod poſſint occidi an ſit validum, & iuſtum. & num. pluribus ſeqq. & num. 118.

101 Diſtinctiones Auctoris circa hoc, & 105. & 113.

102 Bulla Sixti V. contra notorios, & publicos delinquentes, & facinoroſos homines.
Verbum, profligere, quid ſignificat. n. 102.

103 Pragmaticæ contra notorios delinquentes, & facinoroſos homines quomodo intelligendæ.

104 In notorijs, & enormiſſimis criminibus priùs de pœna, quàm de inquiſitione ſolemni ritu formanda agitur.

Noto-

Notorium quomodo tale declaretur remiſſiuè. ibidem num. 104.

105 Banniendi de proximo vigore Edicti poſſunt occidi.

106 Delati, & accuſati, ſi non ſunt notorij delinquentes, vel de proximo banniendi non ſolùm non poteſt edici, quod occidantur, verum etiam nec tuta conſcientia poteſt proponi præmium ipſos capientibus, & num. 107.

Edictum de occidendo habet tacitam vim condemnationis. d. num. 106.

Edicta talia, vt poſſint publicari, tria requiruntur. num. 106.

108 Captura eſt in arbitrio Iudicis, qui poteſt incipere à captura etiã antequã cõſtet de delicto.

109 Differunt captura, & edictum de capiendo.

110 Perquiſitio non debet fieri in aliqua Domo abſque adminiculis.

111 Admonentur Iudices, ne curent capi delinquentes cum periculo vitæ.

112 Iudex, an & quando poſſit ordinare, quod delinquens capiatur viuus, vel mortus.

113 Impunitas, ſeù præmium occidendi delinquentes, non comprehendit delinquentes occultos.

114 Deus iudicat ſolus de occultis.

115 Princeps ad elucidandum delicta debet adhibere media iuridica, & minùs periculoſa.

116 Pœnam, qui non luit in hoc mundo, luit in alio.

117 Deus in hoc mundo punit delinquentes, & non punit, & quare?

119 Princeps poteſt ordinem iudicialẽ præpoſterare.

120 Probatio delicti poteſt fieri poſt mortem Rei.

121 Habetur tamen pro ſuſpecta.

Ratio affertur. ibidem.

122 Delinquentes poſſunt impunè occidi in caſibus à Iure expreſſis.

123 Pater poteſt impunè occidere filiã, & adulterũ.

124 Concurrentibus tamen ſex requiſitis copulatiuè. & num. ſeqq.

130 Pater non poteſt occidere filiam viduam, vel virginem in fornicatione deprahenſam.

131 Contrarium cum rationibus. & num. 133.

132 Rationes adductæ pro hac contraria opinione reijciuntur. & num. ſeq.

134 Ratio noua affertur ad tuendam hanc contrariã opinionem, quam ſequitur Autor vt nu. 136. 138. & ſeqq.

135 Maritus poteſt impunè occidere Vxorem in adulterio deprahenſam num.

Contrarium. num. 137. & 148.

136 Patria Poteſtas ſuper vitam filiorũ eſt reſtricta ad ſolam filiam in fornicatione deprahẽſam.

138 Siue ſit nupta, ſiue virgo, ſiue vidua, dummodò ſit in patria poteſtate.

139 Proponuntur contraria.

140 Reſpondetur ad obiecta. & num. 141.

142 Lex fundata in ratione ampla, & generali non eſt ſtrictè interpretanda.

143 Ius datum Patri occidendi Filiam, & Adulterum, an dicatur odioſum, vel fauorabile.

145 Pater occidendo Filiam, & Adulterum, non concurrentibus ſex dictis requiſitis qua pœna puniatur. num. 146.

147 Pater occidendo adulterum telo reſiſtentem, an & qua pœna puniatur.

149 Maritus poteſt impunè occidere Adulterum, ſi ſit vilis, & abiectæ conditionis.

Declara vt num. 50.

151 Et inſuper tenetur ſtatim dimittere Vxorem.

152 Suſpectus de adulterio, ſi fuerit ter monitus à Marito, & inuentus cum Vxore, poteſt occidi.

153 Dummodò ſit vilis, & abiectæ conditionis.

154 Maritus non obſeruando formam l. Iul. & Cõſtitutionis Iuſtiniani occidendo Adulteros, excuſatur à pœna ordinaria.

155 Dummodò ex improuiſo, & non ex internallo occidat.

156 Maritus occidens adulterum etiam ex internallo, eſt dignus gratia Principis.

157 Iudex poteſt dare ordinem occidendi notorium delinquentem, ſtante Bulla Sixti V. ſeu de proximo banniendum, dummodò adſit Statutum, quod committens tale delictum ſit ipſo iure diffidatus.

158 Sententia Legis tantùm operatur, quantum ſententia hominis.

159 Appellatio non datur à grauamine Statuti.

160 Iudex proceſſatus, ex quo ante ſententiam dedit ordinem capiendi Craſſatorem, aut viuum, aut mortuum.

161 Edictum conſtituens præmium, & impunitatem ad fauorem occidentis Bannitum, comprahendit Clericos.

162 Contrarium.

163 Prima opinio eſt verior.

164 Clerici, tanquam Ciues, poſſunt vti Statuto laicorum.

165 Quòd verum eſt ſi vtantur tamquam priuilegio, non tamquam lege.

166 Clerici occidentes bannitum non poſſunt puniri à Iudice Eccleſiaſtico.

167 Fiunt tamen irregulares.

168 Irregularitas incurritur ſemper ex homicidio, excepto caſu neceſſariæ defenſionis.

169 Irregularitatis pœna non reſtringitur ad remotionem homicidæ à miniſterio Altaris, ſed præſefert etiam corporis afflictiuam in Eccleſiaſticis.

Etiam minoribus ordinibus initiatis. num. 182.

Aſſignatur ratio ibidem.

Diſtingue. num. 184.

170 Clerici in Sacris poſſunt puniri ab Eccleſiaſtico ob occiſionem banniti.

171 Pœna extraordinaria tantùm.

Reprobatur Marta. num. 174.

172 Occiſio banniti non eſt iniuſta, ſed eſt ſolùm illicita Clericis, ideò non eſt propriè homicidium.

173 Homicidium committitur, ſi interuenit formalis, & materialis læſio Iuſtitiæ.

175 Clerici in Minoribus, ſi ſint Beneficiati, poſſunt puniri ab Eccleſiaſtico ob occiſionem Banniti.

176 Secus ſi non ſunt beneficiati.

177 Aſſignatur ratio, quia Canones diſponentes de Clericis non comprahendunt Minores non beneficiatos.

Bb Et

178 *Et occidendo ſolùm venialiter peccant.*
179 *Multi tenent, quod etiam laici occidendo bannitum peccant mortaliter.*
180 *Etiamſi bono zelo Iuſtitiæ occidant.*
181 *Vide diſtinctionem. & num. 182. 199. 201. & 202.*
183 *Irregularitas ob defectum lenitatis incurritur etiam à laicis Iuſtitiæ executoribus.*
185 *Clerici in minoribus Ordinibus initiati immiſcẽdo ſe ſæcularibus facto Clericatui renunciãt.*
186 *Clerici occidentes, ſi vrgeat neceſſitas ſui, vel proximi, non puniuntur.*
*Nec incurrunt in irregularitatem. d. num. 186.*
187 *Marſilij opinio teſtantis Clericos non eſſe puniendos ob occiſionem banniti, eſt verior, & in Tribunalibus recepta.*
188 *Occidens bannitum ex inimicitia, & odio poteſt puniri.*
189 *Eccleſiaſtici occidendo bannitum, quando, & quibus caſibus poſſint petere præmium, & obtinere indultum. & pluribus num. ſeqq. vbi quatuor proponuntur caſus.*
196 *Edictum contra bannitos non comprehendit Eccleſiaſticos bannitos.*
197 *Princeps an poſſit bannitum occidi facere extra ſtatum. vide ibid. & num. ſeqq.*
*Author non aſſentitur in hoc opinioni Theologorum annuentium. num. 200.*
198 *Bannitus poteſt etiam occidi in Eccleſia quoties in ea delinquat, ſi Eccleſiaſticus non prouidet.*
204 *Aſſaſſinus vbique poteſt occidi.*

## Guadagnerà l' Impunità.

ETiam de Iure Communi debetur Im-
punitas complici reuelanti, quando
1 agitur de crimine læſæ Maieſtatis, vt eſt
Text. *in leg. quiſquis §. fin. C. ad l. Iul. Maieſt.*
Et hoc ſecundùm Gloſam *in cap. ſi quis
Papa in fine Gloſ. Magn. diſt. 79.* eſt ſpeciale
2 tàm in crimine læſæ Maieſtatis, quàm in
crimine ſimoniæ, quæ duo pari paſſu am-
bulare, & inter ſe æquiparari exiſtimat. Ve-
rùm procedere etiam quoad alia delicta
3 occulta ſanciuit Text. *in l. edicto 13. ff. de Iu-
re Fiſci, in auth. nouo Iure C. de pæn. Iud. qui
malè iudic. in l. omnes §. fin. ff. de re milit.* Bart.
*in l. Senatus cenſuit §. Senatus ff. de Iure Fiſci,*
Gloſſ. *in d. Auth. nouo Iure verbo meretur* The-
ſau. *quæſt. forenſ. lib. 3. quæſt. 57. num. 3.* &
hoc habet locum etiam ſi ſerò, & vſus ali-
quo conſilio, & factioue acceſſerit ad re-
4 uelandum, & rem patefaciendam: Vn-
dè licèt inquiſitus per aliquos dies occaſio-
5 nem expectaſſet occidendi hominem, & a-
nimo præmeditato armatus inceſſiſſet ſi
ſpontè ſe defert, & mandantem accuſet
non punietur, vt per Text. *in d. l. quiſquis §.
fin. C. ad leg. Iul. Maieſt.* probat Theſaur. *di-
cta quæſt. 57. num. 2.* & ex hac doctrina ego
cum eſſem Procurator Pauperum in Vrbe,
conabar defendere quemdam Fæliciſſimum
Caſciolam, qui requiſitus ab N.N. ad occi-
dendum N.N. inceſſit per Vrbem armatus
ad huiuſmodi mandatum exequendum, &
poſt nonnullos dies pœnitentia ductus ac-
ceſſit ad dictum N.N. & certiorem reddidit
de hoc mandato, & ſpontè etiam Iudicem
adiuit, & rem ex ordine iudicialiter expo-
ſuit; etenim dicebam, quod erat liberè, &
impunè dimittendus, & vltra Text. *in d. §.
fin.* & doctrinam Theſau. *d. quæſt. 57.* allega-
bam Text. *in l. ſi quis in graui §. vtrum autem
ff. ad Senat. Conſult. Sillan.* ibi: *& magis eſt,
vt ille hoc præmio dignus ſit, qui vltrò ad accu-
ſationem proſilit* Gloſa *in l. 1. §. ſed & conſti-
tutio verbo litem perire ff. de calumnia.* Reus
enim criminis, qui ſe ipſum prodit, debet
abſolui ſecundùm Beſoldum Theſau. *pract.
Adauct. lit. R. §. 83. fol. mihi* 848. & Bodin. *de
Republica lib. 1. cap. 1. num. 2.* qui ad ita di-
cendum mouentur ex text. *in l. vnica C. de
famoſ. libell.* & vlterius dicebam, quòd præ-
6 dictus Fęliciſſimus non debebat condemna-
ti, tùm quia confeſſio erat facta in accuſa-
tione, ſeu reuelatione, quæ tamquam fa-
cta incidenter contra ſe ipſum, non debe-
bat vllatenus attendi, vt poſt Bald Salyc. &
7 alios citatos, vult Farin. *q. 11. n. 196.* quia in
omni diſpoſitione attẽditur, quod principa-
liter fit, & non quod venit in conſequentiã
ſecundũ eumdem Farin. *loc. cit. & conſ. 115.
nu. 5. lib. 2.* tùm quia omne delictum erat in
8 conatu, qui nec in crimine aſſaſſinij puni-
tur, quaudo non fuit deuentum ad actum
proximum, hoc eſt ad inſultum, & actum
offenſionis Adden. ad Farin. *conſ. 4. verbo
effectu verſ. limitatur ſecundò dicta concluſio, &
in verbo proximum verſ. attamen veriùs;* tùm
demùm, quia ab vlteriori delicto ſe retra-
xerat ſua ſpontè; & quidem eſt certum,
9 quòd in hoc crimine datur locus pœniten-
tiæ re integra, vt ait Decian. *tract. crim. lib. 9
ca. 30. num. 37.* & propterea cum ipſum
pœnituiſſet agere, quod promiſerat, & non
contentus pœnituiſſe, acceſſit etiam ad di-
ctum N.N. eumdemque præmonuit, vt ſibi
10 caueret; non debebat ad aliquid teneri e-
tiam ex quo præmonendo occidendum
quantum ad ſe obuiauit delicto, vt per Tex.
*in l. quiſquis §. fin. C. ad l. Iul. Maieſt.* aduer-
tit Theſau. *d. quæſt. 57.* & Bimius *conſ. 82. nu-
mer. 11.* Opponebatur, quod ſaltem debebat
11 ille puniri pœna extraordinaria tàm ex
capite conatus, quàm ex capite turpis pacti
iuxta monitum Decian. *loc. cit. cap. 30. nu-
mer. 14. & num. 37. verſ. aut reuocat.* ſed repli-
cabam, quòd de hoc erat quæſtio, An ſci-
licet pro his exceſſibus intraſſet impunitas,
quia nullum aliud delictum commiſerat, &
ex Iuribus ſupradictis, & auctoritatibus Do-
ctorum merebatur impunitatem: & quòd
in omnem caſum pro conatu, & turpi pa-
12 cto non poterat irrogari pœna corporalis,
vt in terminis aſſaſſinij firmat Aug. ad An-
gel. *de maleſic. verbo & Sempronium mandato-
rem num. 8. in fine,* & Decian. *d. cap. 30. n. 13.
in fine,* & quòd propterea ſtãte carceratione
paſſa

paſſa debebat illa computari in pœnam,
13 prout in ſimilibus caſibus ſolet per Iudices
interloqui Giurb. *conſ. crim.* 47. *numer.* 36.
Franch. *deciſ.* 317. *num.* 5. Caball. *crim. reſol.*
142. Monald. *conſ.* 137. *num.* 8. *vol.* 2. Ma-
ceraten. *lib.* 3. *reſolution.* 45. *num.* 8. *& ſeqq.*
Ludou. à Sarauia *de Iuriſdictione Adiunctor.*
*quæſt.* 20. *num.* 11. Io: Segura Daualos *Dire-*
*ctor. Iudic. Eccleſ. par.* 2. *cap.* 9. *verſ. hic cre-*
*derem*, præſertim, quia etiam in caſu relato
per Theſau. *d. q.* 57. aderat conatus, & turpe
pactum, & tamen Reus fuit liberè, & im-
punè dimiſſus, vt teſtatur ipſe Theſau. *ibi-*
*dem* in fine. Non valui tamen tam benè
cantare, quin iſte, ſtante maximè eius mala
qualitate, fuerit condemnatus, & tranſmiſ-
ſus ad triremes, & ideò conſulo complici-
bus in delicto commiſſo, ſeu committendo,
vt petant, & obtineant impunitatem, ante-
quam ſe committant diſcretioni Iudicum,
14 qui multoties quærunt ſcirpum in ouo, vt
dici ſolet; & quidem benè, quia huiuſmo-
di homines prompti ad delinquendum, ſunt
15 eradicandi ob bonum publicum è Ciuita-
te, & Republica, & iſti ſunt, quibus peccatũ
veniale euadit, & euadere debet mortale,
16 & contra hos poteſt Iudex amplecti opi-
nionem minus communem: & ſic Iudex
contra Caſciolum potuit ſequi opinionem
eorum, qui dicunt Reum, qui ſe ipſum
prodit, non eſſe abſoluendum, & ſunt Ba-
iard. ad Clar. *quæſt.* 27. *num.* 10. Bart. *in l.* 3.
*§. ex ſtipulatu ff. ad Sillan. & in l.* 4. *§. ſi tibi in*
*fine ff. de condit. ob turp. cauſ.* Quando verò
obtinuerunt impunitatem, poſſunt eſſe tu-
17 ti, & liberi ab omni ſcrupulo, quia pro-
miſſa eſt omninò ſeruanda, etiam ſi fuerit
promiſſa à non habente auctoritatem Fa-
rin. *quæſt.* 81. *num.* 276. *&* 280. Martin. del
Rio *diſquiſ. Magical. lib.* 5. *ſect.* 10. *verſ. ſanè*
*fateor* Scannarol. *de viſit. carcerat. lib.* 2. *§.* 3.
*cap.* 3. *num.* 3. qui alios allegat concordan-
tes, & ita eſt etiam dicendũ, quando impu-
nitas fuit promiſſa in publico Edicto, quia
18 licèt ſolùm Supremi Principis ſit cõcedere
indultum, & impunitatem reuelantibus
crimina Maſtrill. *de Magiſt. lib.* 3. *cap.* 4. *nu-*
*mer.* 310. *& cap.* 7. *num.* 1. *& ſeqq.* Ripoll. *de*
*Regal. cap.* 45. *num.* 48. Catalan. *de indult. q.* 4.
*num.* 12. Io: Grand. *de bello exulum tit. de quan-*
*titate quæſt.* 2. *num.* 4. Thor. *eod. caſuum ſele-*
*ctor. caſ.* 4. *num.* 42. & plures citans Baſilico
*crim. deciſ.* 2. *num.* 14. Nouar. *Vaſſal. grau.* 55.
*num.* 1. *par.* 2. Merlin. *controu. forenſ. cap.* 33.
*num.* 8. *cent.* 1. Gizzius *in add.* ad Capiclatr.
*deciſ.* 71. *num.* 5. & propterea Barones etiam
19 habentes Feudum in Dominium non poſſe
illam concedere, niſi in ſpecie in priuilegio
habeant talem facultatem, firmant Maſtril.
*loco cit. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 271. *& ſeqq. to.* 2.
Merlin. *d. cap.* 33. Nouar. *ſuper. prag. rub. de*
*abolit. num.* 11. Oſaſch. *deciſ.* 101. Carol. Ta-
pia *lib.* 5. *Iur. Regni tit. de abolit. cap. miſericor-*
*diam*, & Nouar. *d. grauam.* 55. qui ampliat
hoc procedere etiam ſi præuia partis offen-
ſæ remiſſione promittãt impunitatem, imò
20 aliqui tenent, quod nec Vicarij Regis va-
lent mandare, quod delinquens deponat
impunè, vt videre eſt penes Ant. de Ballis
*lib.* 1. *de inditijs quæſt.* 26. *num.* 72. qui tamen
ſubdit, quòd in Regno ſine ſcrupulo paſ-
ſim à Proregibus conceditur per Banna cũ
21 ampliſſimis promiſſionibus: Nihilomi-
nùs vtcumque promiſſa ſiuè à Baronibus,
ſiuè ab alijs inferioribus, debet à Principe
22 omninò ſeruari, quia nemo ſub fide publi-
ca debet decipi vt benè aduertunt Farinac.
Del Rio, & Scannarol. *locis ſupra citatis*,
quibus addo Rouit. *pragm.* 1. *de guidatic. nu-*
*mer.* 55. Merlin. Pignatell. *contr. forenſ.* 53.
*num.* 14. Farin. *conſ.* 53. *num.* 9. *&* 10. & Can-
cer. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 314. ſed circa
articulum An Barones poſſint, vel ne dare
impunitatem, vide quæ dicam infra *num.* 62.
*verſ. quid dicendum*.

## Purche non ſia il Principale.

Regulariter non ſolet ſpecificari in Edi-
cto, quòd datur impunitas ipſis delinquen-
tibus, ſine qua ſpecificatione ipſi non com-
23 præhenduntur, vt inquit Bart. *in l.* 4. *§. ſi*
*tibi ff. de conditionem ob turp. cauſ.* Clar. *q.* 27.
*num.* 5. Baiard. *in addit. num.* 10. Guazzin.
*reor. defen.* 18. *cap.* 2. *num.* 11. Scannarol. *de*
*viſit. carcer. lib.* 2. *§.* 3. *cap.* 3. *num.* 18. ſed
ob bonum publicum aliquando expreſsè
in Edicto conceditur complicibus Caball.
*crimin. reſol.* 29. *num.* 1. & Guazzin. *d. cap.* 2.
*num.* 13. vbi ait eſſe de Iure, vt vni ex com-
plicibus concedatur impunitas, vt alios
complices propalet, quia in occultis melius
eſt vni parcere, quàm ignorare delinquen-
tes, debet tamen exprimi, quòd datur prin-
cipali ſi ſint plures, vt aduertit Scannarol.
*loc. cit. num.* 19.
24 Et optimũ eſt exprimere in Edicto, quòd
primo venienti conceditur ad effugiendam
diſputationem, An ſi omnes reuelauerint,
omnes debeant eſſe immunes, de qua Iaſ.
*in l. conuentionum num.* 5. *ff. de pact.* Rouitus
remiſſiuè *in pragm.* 2. *num.* 4. *de commiſſ. non*
*deſtinan.* Mancin. *tract. de confeſſ. cap.* 3. *art.* 2.
*num.* 14. *& ſeqq.* & vbi in Edicto non eſt fa-
cta talis expreſſio, debet ſecundùm Baldax.
Corrad. Zahnnium *de mendacijs lib.* 2. *c.* 48.
*num.* 7. *verſ. reſultat ex præmiſſis*, poſtquam
primus acceſſerit, reuocari publicè promiſſa
25 impunitas. Et bonum pariter erit ad re-
mouendum omne dubium explicare, quod
conceditur ſpontè comparenti, dummodò
non ſit carceratus, ſeù in poſſe Curiæ de-
tentus: quamuis enim carceratis non com-
petere impunitatem dicant *Ludou. deciſ. Lu-*
*cen.* 15. *num.* 73. & Guazzin. *d. cap.* 2. *nu.* 13.
Scannarol. *de viſit. carcer. lib.* 2. *§.* 3. *cap.* 3.
*num.* 19. qui ait nec eſſe dandam impunita-
tem reuelanti conſocium apud Curiam in-

 ditiatum

ditiatum, Farin. *quæſt.* 51. *num.* 91. Nihilo-
26 minus contrarium de directo tenet Io: Gràdis *de Bello exulum de quantitate quæſt.* 3. *nu.* 1. & ita vidi practicatum de ordine Sac. Conſultæ de Anno 1659. in Ciuitate Firmi, vbi eram Locumtenens in Criminalibus, ad fauorem Marci Marochi de Portella Aſculi, cui Gubernator dictæ Ciuitatis Aculi, qui non erat Iudex dictæ Cauſæ, promiſerat impunitatem, non obſtante quòd ille eſſet carceratus, inditiatus, & principaliſſimus in furto cum fractura commiſſo in Apotheca D. Ioannis Baptiſtæ Butti in Ciuitate Firmi.

Et vltra recenſitas conditiones, aliæ duæ ad tollendam omnem controuerſiam de-
27 bent ſpecificari, nempè quòd integrè veritatem fateantur, & quòd delictum, & delinquentes ponant in clarum, vt de obligatione dicendi integram veritatem aduertūt Scannarol. *loc. cit. num.* 7. Capiblanc. *de Baron. prag.* 6. *num.* 141. & de obligatione ponendi delinquentes in clarum, hoc eſt probationes contra ſocios nominatos ſubminiſtrandi dicunt Bald. *in l. ex varia C. de delator. lib.* 10. Clar. *quæſt.* 27. *num.* 6. Guazzin. *d. cap.* 2. *num.* 2. Giurb. *conſ. crim.* 22. *per tot.* Spada *conſ.* 118. *num.* 2. *& ſeqq. lib. primo,* Scannarol. *loc. cit. num.* 16.

Vnde aliqua prædictarum conditionum
28 deficiente, impunitas non eſt ſeruanda, ſed reuelans condigno ſupplicio afficitur, quia debet ſeruare ea, ad quæ ſe obligatum eſſe voluit, vt ait Baſilico *crim. deciſ.* 2. *num.* 26. & Spad. *loc. cit. & ita executum refert* Giurba *d. conſ. crim. in fine* contra quemdam Danielem, qui fuit laqueo ſuſpenſus, & ità bis exequutum Neapoli teſtatur Sanfelic. *deciſ.* 222. *num.* 4. & ita etiam exequutum contra alium in eadem Ciuitate dicit Montanus *forenſ. contron.* 71. *in fine,* & Capiblanc. *de Baronibus pragm.* 6. *num.* 142. obſeruato tamen
29 modo procedendi, de quo infra *num.* 45. *in fine.*

Sed An ſufficiat, quòd crimen probet per inditia, & præſumptiones? partem negati-
30 uam tenent Bald. *in l. prima C. quibus cauſ. ſeru. præm.* Dec. *cap.* 2. *limit.* 9. *num.* 97. *de probat.* Surd. *conſ.* 54. *num.* 8. Viuius *deciſ.* 196. *num.* 4. Ball. *lib.* 1. *tit. de indit. quæſt.* 26. *num.* 78. & Boſſ. *tit. de confeſſis per torturam nu.* 28. ampliat hoc etiam in caſu, quo Reus ex inditijs ſubminiſtratis fuit tortus, & confeſſus, quod ante eum dixit Bald. *loc. cit.* reddens rationem, quia tunc probatio potiùs eſt facta officio Iudicis inquirentis, quàm per i-
31 pſum delatorem. Affirmatiuam verò tuetur Giurb. *conſ. crim.* 22. *num.* 21. & Scannarol. *de viſit. carcerat. lib.* 2. §. 3. *cap.* 3. *n.* 16. Merlin Pignatell. *contron. forenſ. cap.* 33. *n.* 3. *& cap.* 64. *num.* 12. Maſtrill. *de Indultu c.* 29. *num.* 22. Baſilico *crim. deciſ.* 2. *num.* 28. Spada *conſ. crimin.* 118. *num.* 2. *lib.* 1. Et hoc Iure
32 hodie vtimur in Tribunalibus, dummodò inditia, & præſumptiones ſufficiant ad condemnandum contumaces, & ad torquendum præſentes, vt teſtantur Nouar. *Vaſſallor. granam.* 55. *num.* 4. *lib.* 2. Merlin. *contron.* 64. *num.* 11. Maſtrill. *de indult. cap.* 29. *nu.* 22. *&* 28. & remiſſiuè Petra ad Capic. *deciſ.* 149. *num.* 1. qui ſubdit, quòd reuelans ſi non habet probationes, ſeu inditia ſufficientia non valet dicere ſe velle ſtare in tortura, cum denunciato, cum non valeat ſibi pœnam corporalē imponere, & allegat Marſil. *in l. prima num.* 4. *ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* & Parid. de Put. *de ſindic. verſ. tortura c.* 13. & praxis prædicta fulcitur ea concluſione, quā communiter Doctores firmant, quod
33 in occultis, & difficilis probationis Lex cōtentatur probatione coniecturali Caball. *crim. reſol.* 254. *num.* 12. *& reſol.* 295. *nu.* 34. Caualc. *deciſ.* 27. *num.* 7. *par.* 5. Bertazzol. *conſ. crim.* 41. *num.* 21. *& conſ.* 105. *num.* 9.

Ad intelligentiam conditionis appoſitæ, *dummodo non ſit de principalibus,* nota quòd
34 dicta concluſio verificatur tantùm in inſtigatoribus, hortatoribus, ſuaſoribus, & conſultoribus, vt docent Giurba *conſ crim.* 22. *num.* 7. & Coſta *de ſubſidio remed.* 20. *nu.* 11. & facit Foll. *pract. crim. verbo & ſi confitebuntur num.* 112. Bertazzol. *conſ. crim.* 143. *& conſ.* 190. *lib. primo,* & Ballus *lib.* 1. *var. de inditijs quæſt.* 26. *num.* 78. qui remiſſiuè loquitur & Baſilico *crim. deciſ.* 2. *num.* 30. An autem mandans dicatur principalis, vel acceſſorius, contrariantur Bertazzol. *d. conſil.* 190. & Coſta *d. remed.* 20. *num. decimo.*

Ad intelligentiam alterius conditionis, *dummodò dicat integrè veritatem:* nota quòd etiamſi non nominaret fratrem, adhuc im-
35 punitate frueretur, quia illum non tenetur nominare, tamquam non veniat perſona fratris ſub generali ſermone, vt pluribus oſtendit Scannarol. *loc. cit. num.* 8. *&* 9. plus
36 dicit Baſilico *d. deciſ.* 2. *num.* 29. nempè, quod non eſt neceſſe, quod omnes ſocios detegat, & quòd proſunt impunito diligentiæ, quas facit Fiſcus ad probandum delictum, & ita
37 ſeruari in M. R. C. teſtatur, *& num.* 32. inquit, quòd ſufficit ponere caſum in claro contra maiorem, vel æqualem partem ſociorum: ſed praxis, de qua teſtatur Baſilico *d. num.* 29. forſan non admittetur de facili apud alia Tribunalia, quia qui acceptat im-
38 punitatem cum conditione dicendi integrā veritatem, ſi malitiosè, & ſtudio aliquem præter fratrem nominare omittit, non debet gaudere impunitate ex ijs, quæ dicta ſunt ſupra *num.* 28. prout non admittetur, quòd ipſi impunito proſint diligentiæ factæ per Fiſcum in probando delictum, vt ex Alberic. inquit Sanfelic. *deciſ.* 222. *num.* 3. *&* 4. & ante omnes Bald. *in dicta l. prima num. primo C. quibus cauſis ſerui præm.* benè verum, quod in caſu Sanfelicij ille impunitus fuit in contumacia, & forſan malitia probare recuſauit, vide Montan. *controuerſ.* 71.

qui

qui in fine refert fuiſſe de anno 1636. in Collaterali Concilio prouiſum Titium non gaudere Indultu, ex quo cum promiſiſſet in lucem prodere pluros delinquentes diuerſorum delictorum in quibus & ipſe particeps fuerat, quædam ex delictis expreſſis probauit, & ſocij criminis fuerunt furca ſuſpenſi: quædam verò non probauit. nam ex quo non probauit omnia, vt promiſerat, fuit ei denegatum indultum.

Et ad intelligentiam omnium, quæ dicta ſunt: nota, quod reuelans ſub ſpe impu-
39 nitatis debet purgare maculam in tortura, vt omnibus eſt notum: audiui tamen plures conqueri de dicta Illatione torturæ, & non benè, quia iuxta diſtinctionem Capiblanc. *de Baron. pragm.6. num.*145. & de Luca ad Franc. *deciſ.* 459. habentes gratiam ſimpliciter non tenentur deponere vti teſtes, vt ait Farin. *quæſt.* 6. *num.* 1. *in fine*, Dec. *conſ.* 137. *num.*12. & ſic eò minus debent pati torturam ad conualidandum dictum: at qui accedunt ad reuelandum ſocios tacitè ſe obligant ad dictam torturam, ſine qua eorum dictum nihil valet ad afficiendum conſocios, vt benè perpendunt Caball. qui alios allegat *crim. reſol. 29. per tot.* Scannarol. *loc.cit. num.*17. & Thor. *vot.deciſ.* 70. *nu.* 79. *& ſeqq. par.* 1. Franch, *deciſ.* 459. Ballus *var. lib.* 1. *tit. de Inditijs quæſt.* 26. *num.* 90. & Capiblanc. *prag.* 6. *num.* 139. *&* 140.

Sed An debeat gaudere impunitate, ſi in huiuſmodi tortura nominet alios ſocios, quos in plano examine non nominauerat? affirmatiuè reſpondendum videtur, quia donec pendet, & durat cauſa ſemper poteſt addere, & alios nominare, cum non ſit præfixum tempus, nec modus nominandi in primo, in ſecundo, vel in tertio, ſeu vlteriori examine; & ſic quandocumque ante expeditionem cauſæ poteſt addere, & nominare ad Text. *in l. qui fundum ff. de contrahen. empt.* vbi Gloſ. *verbo triginta*, & Bart. *in fine.* Nec facit, quòd in tortura fatetur, quia tortura non datur ad vlteriorem veritatem habendam, ſed datur ad conualidandam depoſitionem ad hoc, vt magis afficiat ſocios nominatos, vt dixi, & proptera additio etiam ſi facta ſit in tortura dicitur eſſe voluntaria, & ſpontanea. Contrarium tamen deciſum refert Capiblanc. *de Baron. pragm.6. num.* 139. *& ſeqq.* ob duas rationes, Primò, quia nominauit in tortura, & ſic coactè. Secundò, quia differendo, & tacendo nominationem dictorum ſociorum, commiſit falſum, & ſic gratia non debebat prodeſſe ei, qui in illa deliquerat *l. Papinianus §. meminiſſe ff. de inoffic. teſtam.* ſed mihi dura videtur hæc reſolutio ex rationibus ſupra allatis, quæ comprobantur ex adductis à Puerono *ad Bullam Cœnæ Domini cap.*11. *in Scholij elencho num.* 7. *verſ. quare conſtat.*

Quæro primò, An promiſſa impunitate pro ſimplici homicidio extendatur ad homicidium qualificatum, puta proditorij, vel aſſaſſinij qualitatem habens? & reſponden-
40 dum eſt negatiuè, quia qualitas illa adiecta
41 homicidio nouam conſtituit delicti ſpeciē Felin. *cap. ex parte* il primo *nu.* 38. *de reſcrip.* Farin. *conſ.* 10. *num.* 17. *&* 27. Giurb. *conſ.* 22. *num.* 15. *& ſeqq.* & ita reſponderunt in terminis Giurb. *dicto conſ. crim,* 22. *num.* 15. *& ſeqq.* & Scannarol. *de viſit. Carcerat. lib.*2. §. 3. *cap.* 3. *num.* 7. & ita fuiſſet concluſum in hoc Tribunali contra Hieronymum Baculum, qui confeſſus pluſquam centum capita furtorum addidit pro coronide duo homicidia per eum, & alios complices nominatos commiſſa, vnum cum qualitate proditionis, & alterum cum qualitate aſſaſſinij, niſi fuiſſet cum dicta ſpe impunitatis
42 eductus ab Eccleſia, cui videbatur reſtituendus, vt ex Decian. Guazzin. Giurb. Vermigl. Farinac. & Ciarlin. & alijs, concludit Cortiada *deciſ.* 77. *num.* 2. *par.* 2.

Et quamuis ob huiuſmodi homicidia ille non fuiſſet tutus in Eccleſia *ex diſpoſit.*
43 *Bulla ſan. mem. Gregor. XIV.* & per conſequens non debuiſſet eductus ab illa iuuari, vt diſtinguit Cortiada *d. deciſ.*77. *num.*3. Nihilominus fuit conſidetatum, quòd contra Reum nec fumus aderat de prædictis delictis exceptis, & Curia fundabatur dumtaxat in eius confeſſione facta ſub ſpe impunitatis, quæ poſtmodum in omnibus eius partibus verificabatur, ſed ipſe dederat mo-
44 dum habendi dictas verificationes, & ideò ex hoc eductus, debebat reſtitui Eccleſiæ, prout fuiſſe in facti contingentia deciſum teſtantur Fortun. Garzia *in repetit. l. conuentionum num.* 15. *ff. de pactis* Hieron. Ceuall. *com. opin. quæſt.* 282. *in fine*, & ex his Farin. *quæſt.* 81. *num.* 282. dato enim principio vitioſo probatio delicti excepti ſuperueniens non impedit, quin Reus debeat reſtitui Eccleſiæ ex traditis, & allegatis à Ciarlin. *in contron.* 10. *num.* 36.

Inſuper verba impunitatis erāt ſatis āpla, & potuit indè moueri ad reuelandum ca, quæ nullatenus patefeciſſet, ſi non credidiſſet ſe ſecurum, & immunē ab omni pœna: Additur, quod omnibus innotuerat conceſſio impunitatis, & non poterat omnibus eſſe nota qualitas criminis per eum patrati, & minus omnibus poterat innoteſcere, quòd huiuſmodi crimen qualificatum non compræhenditur in conceſſione, & promiſſione impunitatis, quamuis prægnantiſſimis, & generaliſſimis verbis concepta, & pro-
45 pterea fuiſſet apud vulgares homines ſcandaloſa condemnatio dicti facinoroſi, & ex condemnatione, & exequutione multi deinceps deterreri poterant, & Principis, ſeu Iudicis promiſſioni haud fidere potuiſſent, quòd fuiſſet Gubernio nimis damnoſum, & ita reperio, quòd reſpectu publicæ fidei, & quòd indicium atrocis facinoris profeſſus fuerat & pietatis, & bonæ politicæ cauſa,

bono

bono magis exemplo, quàm conceſſo Iure
iuxta Taciti monitum fuit practicatum cũ
impunito principali, & autore criminis, cui
fuerat conceſſa impunitas cum clauſula,
*dummodò non fuiſſet principalis* reſtatur Hie-
ron. Baſilico *decif. crim. 2. num. 7.*

Et quamuis in caſu Baſilici *d. decif. 2. nu. 7.*
fuerit Reus condemnatus in pœnam extra-
ordinariam, nihilominus nobis viſum fuit
magis proficuum Gubernio impunitatem
ad vnguem ſeruare, & eumdem Baculum
dimittere cum exilio è carceribus cum cõ-
minatione vltimi ſupplicij in caſu contro-
uentionis: Quando tamen Iudex iſto caſu
vult venire ad pœnam ordinariam, vel ex-
traordinariam, obſeruet modum proceden-
di, quem tradit Baſilico *d. decif. 2. num. 31.*
& indicat Giurb. *d. conſ. crim. 22. in princ.*

Quæro ſecundò. An Fures, quibus fuit
data impunitas, debeãt relaxari à carceribus
re furata non reſtituta Domino? & reſpon-
46 dendum negatiuè, quia Principis gratia
non debet eſſe alteri damnoſa Gabriel. *tit.
de Iure quæſit. non tollen. concl. prima* Menoch.
*de arbitr. caſ.* 48. *num.* 5. Giurb. *conſ. crim.*
47 57. *numer.* 7. adeo vt gratia, quæ reſpectu
Principis concedentis late eſt interpretan-
da, reſpectu tertij debet ſtrictè intelligi Alex.
*conſ* 215. *num.* 4. *vol.* 7. Eugen. *conſ.* 95. *n.* 16.
50 *&* 52. & Giurb. *conſ. crim.* 22. *num.* 26. qui
48 loquitur in terminis impunitatis conceſſę
& idem innuit Rouit. *ſuper pragm. prima de
abolit. n.* 41. qui citat Ang. *in, l. venia C. de in
ius vocan.* & Caſſan. *conſuetud. Burgund. tit.
de Iuſtices & Droictz. rubr. prima* §. 5. *nu.* 163.
& conſentit Sanfelic. *decif.* 53. *num.* 37. *tom.
primo*, vbi ait, quod ſi expreſsè non remit-
49 tat Princeps damna, & interreſſe non in-
telligitur tertio præiudicaſſe Nellus *de Ban-
nitis* 2. *part.* 3. *temp. num.* 7. Maſtrill. *de
indultu cap.* 21. *num.* 9. D. Carolus Petra
*M. Cur. ritu* 275. *num.* 21. *verſ. at licere tom.* 3.
*fol. mihi* 595. & D. Io: Bapt. Muccius *in di-
lucidatione* ad Sanfelic. *decif.* 53. *num.* 9.

Et memini, quod ita fuit reſolutum in Ci-
uitate Firmi contra ſupradictum Marcum
Marochum de Portella Aſculi, & in hoc
Tribunali contra Hyerouimum Baculum,
qui ſtante eius extrema paupertate, reſerua-
to iure parti ciuiliter agendi, fuit relaxatus
è carceribus cum exilio à toto Statu Eccle-
ſiaſtico ſub pœna vltimi ſupplicij, & hoc
51 quia Curia inſtetit pro executione derceti,
& proteſtata fuit non eſſe ob intereſſe pri-
uatum retardandam pœnam publicam,
52 alias non potuiſſet relaxari non ſatisſacta
parte, vt docent Ferrer. *obſeruat. par.* 3. *cap.*
338. *circa finem* Caball. *crim. reſol.* 146. *num.
primo & ſeq.* Guazzin. *reor. defenſ.* 2. *cap.* 8.
*num.* 23. Manſon. *de cauſa execut. ampliat.* 13.
*num.* 54. Farinac. *in fragm. lit. C. num.* 619.
Conciol. *reſol. crim. nub. captura reſol.* 7. *n.* 7.
Rouit. *pragm. prima num.* 7. *de relegat.* Scan-
narol. *de viſit. carcerat lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 28.
*& lib.* 3. *cap.* 11. *&* 17. *num.* 20. de Franch.
*decif.* 317. *num.* 6. & Carolus Antonius de
Luca *ibidem in obſeruatione num.* 6. & propte-
rea vidi in Vrbe per plures annos detentum
quemdam Io: Baptiſtam Caponum pro
furto commiſſo in domo Dominorum de
Centinis, pro cuius relaxatione, & tranſmiſ-
ſione in exilium, ad quod fuerat condem-
53 natus, nunquam voluit Dominus Fiſcalis
inſtare, quamuis fuiſſet perſuaſus, quod
tuta conſcientia potuiſſet, non ſolum quia,
54 quæcunque ſit pœna pro delicto impoſita
ad vindictam publicam, differenda diù non
eſt executio, maximè ob priuatas cauſas Me-
noch. *de arbitrar. quæſt.* 98. *lib. primo*, Caball.
*reſol. crim.* 146. *num.* 18. ſed etiam quia, per-
55 ſiſtente creditore in obſtinatione denegan-
di aſſenſum, poteſt Iudex, ſibi conſtito de
paupertate carcerati, ne iſte marceſcat in
carceribus, arbitrari, quod luat in corpore,
& quod creditor habeat fidem de debito,
donec perueniat ad meliorem fortunam
Peguer. *decif. crim.* 6. *n.* 13. & Caball. *crim.
reſol.* 67. *num.* 3. qui alios allegat concor-
dantes: eoque facilius, quia alias inuen-
ta eſſet via detinendi perpetuò Reos in car-
ceribus pro debito, & ità poſt hæc ſcripta
reperio dicere Io: Seguram Daualos *direct.
iudic. Eccleſ. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 19. ibi: *quia
relinqueretur in poteſtate accuſatoris perpetua
Rei incarceratio, quę pacto adhuc fieri non poteſt,*
66 *eſſet enim ſpecies ſeruitutis, atque nemo poteſt
ſe libertate priuare l. nec ſi C. de liber. cauſ. l. in-
credibili C. de pœnis l.* 2. *ff. de liber. homin. exhi-
ben.*: *Et num.* 22. ponderat adhoc Doctri-
nam Panormit. *in cap. finem litibus num.* 4.
*verſ. nota vlt. de dolo, & contumacia* dicen-
tis, quod quandò ex parte Rei eſt pœna, &
ex parte actoris debentis recipere eſt inte-
reſſe debet fieri comutatio de pecuniaria
in corporalem, vnde (ſunt verba Seguræ)
*ipſe illud in praxi ſeruarem, vt prius liquido
comperta Rei paupertate actori præciperem, vt
vel pęna commutationi conſentiat, vel Reum ex
carceribus dimitti eligat, præſtita prius iuratoria
cautione de ſoluendo, cum primum ad pin-
guiorem fortunam deuenerit: nam altero debemus
eſſe contenti, ne miſer condemnatus carceris affli-
ctione, vel fame pereat, quod in laicis obſeruan-
dum erit, ſecus tamen in Clericis, qui vtcumque
pecuniaria pœna plectantur data eorum pauperta-
te dimittendi ſunt à carceribus ſub prædicta cau-
tione iuratoria, vt reſoluit Gutierez de Iuramen-
to confirm. cap.* 17. *num.* 27. Vnde poſt hæc
ſcripta cum alias eueniſſet caſus in Vrbe in
perſona Antonij Pampili carcerati pro furto
pro quo ſumpſerat impunitatem, ſacra
viſitatio carceratorum tale fecit decretum
ad fauorem eiuſdem.

Die 27. Septembris 1686.

„ Antonius Pampilus Mediolanen. pro fur-
„ to D. Marchioni del Drago eius Domino
„ impunitus, relaxetur cum exilio à toto ſub
„ pœna triremium per ſeptennium irremiſſi-
biliter

„ biliter etiam pro prima vice ad formam „ Decreti Congregationis criminalis Tribu„ nalis Gubernij Vrbis, & quo ad intereſſe „ partis ſtante atteſtatione D. Aduocati Pau„ perum facta in plena viſitatione de eius „ paupertate,& inhabilitate ad ſatisfaciendum „ dicto D. Marchioni, & ſtante recuſatione „ conſenſus eiuſdem, de quo fuit pluriès re„ quiſitus de ordine Sac. Viſitationis à D. Ala„ manno SaltinoProcuratore ſubſtituto Cha„ ritatis, & carceratorum, & diuturna carce„ ratione eiuſdem, facta per eundem Anto„ nium Pampilum obligatione de ſoluendo „ ſummam debitam ad formam proceſſus „ quatenus deuenerit ad meliorem fortunam „ relaxetur gratis cum intimatione vſque „ ad primam viſitationem.

57 Quæro tertiò. An ſit liberè dimittendus is, qui promiſſa ſibi impunitate ob aliquod delictum particulare, dum examinaretur faſſus fuit incidenter etiam aliud delictum diuerſum ab illo, propter quod promiſſa fuit impunitas? Carena *tract. de S. Offic. par. 3. tit.* 8. §. 4. *num.* 26. tenet quod debet puniri, & refert Senatum Mediolani condemnaſſe ad triremes per triennium quemdam Io: Baptiſtam Broccham, qui habens literas impunitatis propter quoddam homicidium faſſus incidēter fuit detuliſſe ſclopos rotatos, & cum bannitis conuerſaſſe contra formā Proclamatum, & ſubdit hoc nullam habere difficultatem, dummodò non imponatur pœna ordinaria delicti, ad quam nunquam confeſſus delictum incidenter poteſt condemnari, vt poſt Farinac. Canter. & Ludouic. Gilhaus. aduertit Carena *loc. cit. n.* 2.

58 (at "tur pœna")

59 *& ſeqq.* licèt Riccius *dec.* 52. *per tot. par. prima* dicat ad nihilum prorſus teneri: Bene tamen verum eſt, quod Princeps poteſt etiā

60 in hoc caſu habere in conſideratione, ea quæ allata ſunt per Hier. Baſilico *dicta deciſ.* 2. *num.* 7. & per me ad fauorem Hyer. Baculi in primo quæſito: cæterum impunitas reſtricta, & promiſſa pro vno ſpecificato delicto, non debet pati vllam extenſionem. Vide quæ de confeſſione incidenter facta dixi ego ſupra *in cap. primo* §. *primo nu.* 139.

61 Quæro quartò. An impunitas promiſſa à parte offenſa Reo, qui indè confeſſus fuit delictum, & ſocios nominauit, proſit ipſi Reo? Et videtur reſpondendum negatiuè, quia fides data à parte non poteſt dici fides publica, & Reus non debet credere ei, qui nullam ſpeciem, ſeù inſignia Magiſtratus, & perſonæ publicæ præfefert, vt in fortioribus terminis innuit Affl. *deciſ.* 4. *num.* 5. qui allegat Ang. *in l. conuentionum ff. de pactis* & Bald. *in cap. primo colum.* 11. *de pace Conſtan.* & in terminis quod priuatus non teneatur ſeruare promiſſa vult Marc. Anton. Blanc. *in ſua pract. fol.* 36. *num.* 43. Ballus *lib. primo var. tit. de inditijs quæſt.* 26. *num.*85. & Io: Andr. *ad ſpeculat tit. de furtis in rubr. circa finem*. Verum quod proſit ad eximendum confitentem à pœna ordinaria delicti probat Carpan. *ad nouas conſtit. Mediol. tit. de homicid. & alijs criminibus exeuſand. num.* 19. *fol. mihi* 241.

Quid dicendum, ſi in tali promiſſione acceſſerit, & interuenerit Baronis aſſenſus? dixi ſupra *numer.* 22. Reo ſuffragari impunitatem, ne fide publica decipiatur: Baronibus tamen non competere ius concedendi impunitatem, etiamſi partis remiſſio præcedat, firmant Merlin. Pignatell. & Nouar. *locis ibid. adductis*: Verùm quia concluſio ſic ſimpliciter accepta, prout eam accipiunt etiam Danza. Nouar. Maſtrill. & Thor. *locis relatis* à Scialoya *de foriudic. cap.* 24. *num.* 95. & prout eam tetuli ego ſupra *num.* 19. non eſt vera, cum rationes quibus innititur Capiblanc. *d. pragm.* 6. *n.* 139. non minus vrgeant quam illę, quibus innititur Pignatell. *dicta controuerſ.* 33. ideò Scialoyia *dicto capit.* 24. *numer.* 95. conatur has diſſidentium opiniones conciliare dicendo, quod opinio Capiblanc. procedit, quando impunitas conceſſa eſt ſimplici inquiſito nondum condemnato, nam Barones poſſunt facere gratias inquiſitis eorum iuriſdictionum ante ſententiam vt dicunt de Franch. *deciſ.* 370. Rouit. *in rub. de abolit. num.* 11. & ipſe Scialoya *loc. cit. num.* 95. *circa finem & de foro competen. cap.* 50. *nu.* 2. *&* 3. opinio verò Merlin. Pignatell. procedit, quandò impunitas datur iam condemnato, & bannito, hoc enim caſu nullo pacto poſſunt Barones ius aliquod prætendere, quia lata ſententia expirat eorum Iuriſdictio in condemnatum, & acquiritur ius ſupremo Principi, & tunc condemnatum gratiare ſolius Principis ſupremi eſt, vt ex Franch. Boſſ. & alijs oſtendit Scialoya *d. numer.* 95. quem refert, & ſequitur D. Carolus Petra *M. Cur. ritu* 4. *num.* 7. & iuxtà hanc diſtinctionem eſſe explicandum Text. *in d. l. non omnes* §. *fin. ff. de re militar.* vt ſcilicet procedat ante latam ſententiam, non verò poſt illam lectam, latamque ex Tiraquell. Placha, & Menoch. vult D. Nicolaus Antonius *de exilio lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 10. Iſta diſtinctio in ſe vera eſt ſecundum me, ſed non cadit, & nec adaptari poteſt ad deciſionem propoſiti caſus, quia impunitas oblata ad effectum habendi notitiam, & probationem delicti, & delinquentium excludit condemnationem, imò ſupponit quod delinquentes non ſint Curiæ noti. Vndè exiſtimo quod Barones benè poſſunt authorare impunitatem à Iudice, ſeu parte promiſſam in omnibus caſibus, in quibus extat lex expreſsè diſponens concedendam eſſe impunitatem, etenim ſi permittunt Iura, quod ex cauſa, vt ſcilicèt delicta, & delinquentes reuelentur, concedatur impunitas vni ex delinquentibus, vt ex Bart. & Tiraquell. Plach. Odd. & Alban. *in addit.* ad Bart. firmat Farinac. *quæſt.* 6. *num.* 14. & eſt Text. *in l. non*

*l. non omnes §. fin. ff. de re milit. & in l. vnica*
*C. de his, qui ſe deferunt lib.* 10. *& in l. pen. ff. de*
*cuſtod. reor. & in l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt.*
vtique ſtanre expreſſa diſpoſitione Iuris Cō-
munis nō ſolùm qui habent Iuriſdictionem
perpetuam, quales ſunt Barones, ſed & ij,
qui habent Iuriſdictionem ad tempus, qua-
les ſunt Iudices Ordinarij, poſſunt ex huiuſ-
modi legitima cauſa impunitatem concede-
re, vt ex Romano *ſing.* 537. inquit Alban.
*in lucubrat. ad* Bart. *in d. l. ſi qua num.* 13. &
ratio eſt, quia omnium, quæ ſtatuta ſunt
de Iure, Iudices ſunt executores, vt ait Im-
perator *in proœm. Inſtit. §. Cumque hoc*, nam
Iudex eſt viua vox legis *l. nam & poſteriores*
*ff. de Iuſtit. & Iure*, & Claud. Clanriuncula *de*
*Offic. Iudic. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 5. & ex eo Xa-
mar. *de Off. Iudic. lib.* 1. *quæſt.* 1. §. 3. *nu.* 38.
ait: *Magiſtratum legem eſſe loquentem: legem*
*autem mutum Magiſtratum*; & ideò quòd lex
dicit, poteſt & Iudex dicere, & confert ad
huius aſſertionis comprobationem opinio
Franc. de Amaya *in l. vnica num.* 20. *C. de*
*præbendo Salario lib.* 10. dicentis Decuriones,
licèt *in d. l. vnica* eis prohibitum ſit conſti-
tuere alicui ſalarium ſine licentia, & con-
ſenſu Principis, poſſe nihilominus ſalarium
conſtituere in caſibus à lege expreſſis: In
cæteris autem, in quibus lex non promittit
impunitatem, Barones non poſſunt autho-
rare impunitatem à ſuo Iudice, vel à Parte
offenſa promiſſam, niſi hanc facultatem ha-
beant expreſsè in inueſtitura, vel niſi ha-
bentes ius gratiandi, ante prolatam ſenten-
tiam impunitatem concedant ex ijs, quæ di-
cta ſunt ſupra.

63 Quæro quintò, An confeſſio extorta ſub
ſpe, & promiſſione impunitatis noceat con-
fitenti? Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 276. ait non
ſufficere ad condemnandum, imò neque
ad torquendum ſufficere firmat Lucatell.
*tract. de quæſt. Iudic. inſpect.* 5. *num.* 96. qui
contra Farinac. *loc. cit. nu.* 300. & Guazzin.
*reor. defenſ.* 20. *cap.* 24. *num.* 10. ait quod iſta
confeſſio ſub promiſſione impunitatis ex-
torta nullum facit inditium, quando à Reo
64 fuit reuocata, & allegat Imol. *conſ.* 109. ſed
quia Boſſ. *in pract. tit. de confeſſ. per tortur.*
*num.* 13. tenet contrarium, ſuper hoc cogi-
tandum reliquit: ſed non recedas ab eius
opinione, quia vt ipſe Lucatell. *ibid.* ſubdit
eſt magis tuta pro Iudicum conſcientia, &
facit ratio, quam adducit Farinac. *ead. quæſt.*
81. *num.* 280. quia ſcilicèt multi ſub ſpe im-
punitatis falſum dicunt de ſe, & alijs; cre-
dentes enim ſe confitendo liberos non ad-
uertunt, nec curant contrà ſe, & alios
mentiri, & hoc pluries eueniſſe teſtatur Fa-
rinac. *ibidem*, ſiquidem ſi iſta ratio debet
conſiderari ad eximendum confeſſum à pœ-
na vt probat pluribus Farinac. *d. num.* 276.
neſcio videre, quare non debeat conſidera-
ri ad eximendum eumdem à tortura: fallit
65 tamen hoc, quando extant inditia, quæ
confeſſionem corroborent, vt benè poſt
alios innuit Guazzin *loc. cit. num.* 10. *in fine*:
vide Couarr. Clar. Menoch. Plach. Gomez.
Azzeued. Decian. Paſchal Bouadill. Scaccia.
Thor. & alios, quos refert Cortiada *deciſ.*
77. *num.* 15. & vide Carena *de S. Offic. par.* 3.
*tit.* 2. *num.* 47. & Conciol. *crim. reſol.* 23. *per*
*tot. & num.* 9. *verbo confeſſio*: & omnium ple-
nius Farinac. *d. quæſt.* 81. *num.* 276. *& ſeqq.*
apud quos materiam plenè tractatam in-
uenies.

66 Quæro ſextò. Quænam ſit formula im-
punitatis? ponit illam per extenſum Scan-
narol. *de viſit. carcer. lib.* 2. §. 3. *c.* 3. *n.* 2. ibi:
,, Col tenore della preſente per l'autorità del
,, noſtro officio concediamo libera, e franca
,, impunità, e perdono ad N. ſopra l'homi-
,, cidio commeſſo in perſona di N. & altri de-
,, litti da reuelarſi da lui, e nelli quali eſſo in
,, qualunque modo haueſſe, ò poteſſe hauer
,, participatione, e complicità alcuna, pur-
,, che egli non ſia il principal delinquente, e
,, liberamente, e ſenza repugnanza giudicial-
,, mente deponga la pura, e mera verità cir-
,, ca li detti delitti tanto contro ſe medeſimo,
,, quanto contro altri delinquenti complici,
,, e partecipi con l'eſpreſſione delle douute,
,, e neceſſarie qualità, e circonſtanze di luo-
,, go, tempo, cauſa, e conteſti à ſegno tale,
,, che ſi poſſa venire alla giuſtificatione de de-
,, litti, & alla punitione de delinquenti per
,, giuſtizia, altrimenti vogliamo che la pre-
,, ſente non gli ſuffraghi. In fede &c. dato &c.

67 Quandò verò conceditur impunitas per
edictum poterit formari prout reperio fuiſ-
ſe alias formatum hoc modo videlicèt.
,, E così graue & atroce il delitto dell'aſſaſſi-
,, nio commeſſo ſotto il dì . . . dentro queſta
,, Città in perſona di N. Che volendo l'Emi-
,, nentiſſimo, & Reuerendiſſimo Sig. Cardi-
,, nale Legato venire in cognitione de' delin-
,, quenti, complici, fautori, recettatori, &
,, conſapeuoli di detto delitto per dar loro il
,, douuto, e condegno caſtigo ad eſempio
,, d'altri; Per il preſente publico Editto S. E.
,, ordina, e commanda à qualſiuoglia perſo-
,, na di qualunque ſtato, grado, e conditio-
,, ne ſi ſia, che habbia, ò ſia per hauere in
,, qualſiuoglia modo, ſcienza, ò notitia di
,, detti delinquenti, ò alcuno di loro debba
,, denuntiarlo al Signor Auditore del Torro-
,, ne dentro il termine di dieci giorni dal dì
,, della publicatione del preſente Editto ſotto
,, pena d'eſſer reputato complice, partecipe,
,, e conſenziente di detto delitto, e d'altre
,, pene ad arbitrio di S. E. Promette in oltre
,, l'E. S. à qualunque perſona, che nel termi-
,, ne ſudetto darà, ò farà capitare in mano
,, della Corte detti delinquenti, ò alcuno di
,, loro, ò almeno ſomminiſtrarà indirij tali,
,, per li quali ſi poſſa contra di loro giuridica-
,, mente procedere à tortura ſe ſaranno carce-
,, rati, ò alla condanna ſe ſaranno contumaci,
,, la nominatione di vn bandito di ſimile, ò
mino-

„ minore delitto ad arbitrio dell' E. S. e la ri-
„ cognitione di ſcudi mille da pagarſegli ſub-
„ bito dal Depoſitario della Camera. Et in-
„ oltre concede S. E. libera impunità, e la
„ nominatione come ſopra ad vno de delin-
„ quenti, purche non ſia il principale, non ſia
„ carcerato, narri intieramente la verità del
„ fatto con tutte le ſue qualità, e circonſtan-
„ ze, e ſomminiſtri inditij da procedere con-
„ tro gl' altri à tortura, ò alla condanna co-
„ me ſi è detto. E preme tanto il caſtigo de
„ delinquenti, che il ſudetto Signor Cardinal
„ Legato dà la facoltà à delinquenti d'vcci-
„ derſi l'vn l'altro impunè, & al primo delin-
„ quente, che occiderà vn Reo di detto de-
„ litto, oltre al perdono, e nominatione,
„ ſi promette ſcudi. . . auuertendo, che que-
„ ſta facoltà ſi dà à partecipi, e complici del
„ delitto, e non al principale, e mandante, anzi
„ à chi occiderà il principale, ò mandante
„ con prouare che ſia tale, ſe li sborſeranno
„ ſubito ſcudi . . . Dichiarando, che le dette
„ promeſſe haueranno luogo, ſe in termine
„ d' vn meſe dal giorno della publicatione
„ del preſente Bando ſi daranno le notitie ri-
„ cercate, e domandate di ſopra nel preſente
„ Bando, mà contro il principale, ò man-
„ dante il termine ſarà di cinque meſi. Auuer-
„ rano però tutti d' vbbidire per non incorre-
„ re nelle pene comminate, che s'eſequiran-
„ no ſenza ammettere ſcuſa, ò preteſto alcu-
„ no. Dato in Bologna &c.

68 Quæro ſeptimò, Occaſione huius edi-
cti, an poſſint cogi teſtes ad denunciandum, & reuelandum? de Iure communi non poſſunt cogi præter quam in crimine læſæ Maieſtatis, & alijs de quibus Bart. *in l. vtrum ff. ad leg. Pomp. de parricid.* & dixi ego ſupra hoc *eodem cap. in princ.* quia regulariter nemo inuitus cogitur reuelare delictum commiſſum, vel committendum *l. 4. §. ſi tibi vbi I aſ. ff. de condic. ob turpem cauſ.* Bertazzol. *conſ. crim.* 107. *num.* 10. *& conſ.* 343. *nu. prim.* & ex hac ratione aliqui Doctores firmant non ſolum teſtes non teneri ad manifeſtandum delinquentes, & delicta, vt aiunt præfati Doctores, & Bald. & Bartol. & communiter ſcribentes *in l. ciuile C. de furtis*, & pluribus relatis Hieron. Baſilico *crimin. de-*
69 *ciſ.* 6. *n.* 22. Sed banna contra teſtes, & alios ſcientes ſucceſſum rixæ, ſeu criminis, non eſſe valida aſſerunt, & ſubdunt, quod dicta banna non debent per ſuperiores fieri, & quod non incurritur pœna Baiard. ad Clar. *quæſt.* 27. *num.* 8. *& ſeq.* & Sola *ad ſtat. Sabaud. tit. vt nemo inuitus num.* 18. ait ab huiuſmodi proclamationibus tanquam inducentibus nouam praxim, & Reo præiudicialem eſſe abſtinendum. De conſuetudine tamen
70 ſeruatur contrarium ob fauorem publicũ, & huiuſmodi banna valere, & obligare ad pœnam, ſiue procedatur ex officio, ſiue ad inſtantiam Partis teſtantur Clar. *d. quæſt.* 27. *num.* 4. Neuizzan. *Silua nuptiali lib.* 3. *nu.* 30. Farinac. *quæſt.* 51. *num.* 19. Criſpolt. *caſ. militar.* 23. *nu. primo*. Aduertendum tamen quod licet Sola *ibidem num.* 11. videatur dicere, quod idem ſit edicere, quod quis denunciet, & edicere, quod quis teſtimonium ferre debeat; nihilominus eſſe maximum diſcrimen inter vnum caſum, & alium
71 euincitur ex congeſtis per Maſtrill. *dec.* 282. per tot. Et Nouar. *vaſſallorum grauam.* 407. *per tot.* qui ait, quod Barones non poſſunt edicere, quod ſcientes tale maleficium accedant ad Curiam ad deponendum, & ſubdit quod grauarentur vaſſalli, ſi pro tali cauſa, & Bannimentis per Barones exigeretur pę-
72 na; nam ſoliùs eſt Principis dicta banna facere, & nec paſſim, ſed in aliquo caſu Principi bene viſo, & conueniente Maſtrill. *d. deciſ.* 282. *in fine*, & Nouar. *loc. cit. nu.* 4. *verſ. tum etiam quia*.

73 Quæro octauò. An ſtante validitate huiuſmodi edicti teneantur omnes indifferenter ſub pęna reuelare? & præmiſſo, quod hic habetur ſermo de alijs delictis, quam hæreſis, & læſæ Maieſtatis, de quibus loquuti ſumus ſupra *hoc eod. capit.* §. 2. *dicas* quod eximuntur Medici, Procuratores, Aduocati, Chirurgi, & omnes alij, qui ſecreto crimina norunt, ad hoc vt pro corpore, vel anima remedium adhibeant Chiſpolt. *caſ. milit.* 23. *num.* 23. *& ſeq.* Neuizzan. *Silua nuptial. lib.* 3. *verb. monitoria nu.* 47. Lazzar. *de monitor. ſect.* 2. *quæſt.* 16. *num. primo & ſeq.* eximitur etiam is, qui crimen ſub promiſſione de non reuelando propalatum habet Chriſpolt. *d. caſ.* 23. *num.* 12. Farinac. *qu.* 51.
74 *num.* 21. ſed Farinac. *num.* 22. ait quod hoc non ſeruatur in practica. Item eximuntur Coloni, Serui, Famuli, Filij, Vxores, & aliæ ſimiles perſonæ, quæ tenentur defendere, Farin. *d. q.* 51. *n.* 27. *&* 41. Plach. *epith. delict. c.* 22. *n.* 16. item eximuntur ij, qui habent notitiam de delinquentibus poſt publicationem Banni Bertazzol. *conſ. crimin.* 107. *n.* 11. *lib. primo & conſ.* 343. *per tot. lib.* 2. Farinac. *quæſt.* 51. *num.* 20. & ij, quibus ob reuelationem immineret periculum, & mors, Bimius *conſ.* 82. *num.* 5. & Pueron. & Ca-
75 ſtropal. *citat.* §. 2. *numer.* 10. Rurſus eximitur etiam qui non poteſt probare, vt dicunt Cephal. *conſ.* 462. *num.* 38. *& ſeq. vol.* 4. & Bald. Salyc. Angel. & Dec. *locis relatis* per Abauo *de reatib. quæſt.* 7. *num.* 68. & dixi ſupra *d.* §. 2. *num.* 12. Verùm quia in hoc
76 puncto alij dicunt contrarium, & præſertim Bart. *in l. vtrum ff. ad leg. Pomp. de parric.*
77 cuius animam cruciari in Inferno per hanc Doctrinam exclamant ſupra citati; ideo Abauo vbi proximè conciliat has opinio-
78 nes, dicendo, & puto diſtinctionem eſſe veram, quod prima opinio procedit in accuſatione iudiciali, quam nemo valet tenetur inſtituere, ſi poſtmodum non valet probare; Secunda verò procedit in ſimplici denunciatione, ſeu admonitione facienda, &

hanc diſtinctionem probari per Alciatum
*in l. Cato* §. 4. *ff. de verb. obligat.* aſſerit Aba-
uo vbi ſupra, quibus addo Cagnolum, Me-
noch Matthæum, Boer. Facchineum, &
Hier. Baſilico, qui hos refert, & ſequitur
*deciſ. crim. 6. num.* 20. Aduerte tamen quod
79 iſti Doctores loquuntur in terminis crimi-
nis læſæ Maieſtatis, quod habet hoc ſpecia-
li per Text. *in l. quiſquis ff. ad legem Iul. Maieſt.*
contrarium fortaſſe dicendum in alijs cri-
minibus non atrociſſimis.
80 Quæro nonò. An quilibet Iudex valeat
ſtatuere præmium ſaltem pecuniarium re-
uelanti, vel capienti malefactores? Et pri-
ma facie videtur reſpondendum affirmati-
uè, quia pręmia fuerunt introducta, & pre-
ſtantur iuſtiſſima ratione, vt ſcilicet ſpe prę-
mij facilius homines applicent ſeruire Rei-
81 publicæ, vt in puncto ait Eſcobar. *de ratio-
cin. cap. 26. num.* 33. Grat. *conſ.* 44. *num.* 18.
*vol.* 2. Carauit. *pragm. de exulibus num.* 30.
Contrarium tamen veriùs eſſe exiſtimant
Clar. *quæſt.* 29. *num.* 6. & Guazzin. *reor. de-
fenſ.* 18. *cap.* 2. *num.* 4. niſi in caſu particulari
alicuius delicti atrocis, vt ipſi declarant *ibi-
dem*; indicere enim prœmium capientibus
82 malefactores iuriſdictionis ordinariæ non
eſt, & eos præmiare non licèt poteſtati, ſed
Principi, ſeù communitati ſuperiorem non
recognoſcenti, vt inquit Merlin. Pignatell.
*controu. forenſ.* 53. *num.* 17. de Ponte *de poteſt.
Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſolit.* §. 4. *nu.* 52. Fa-
rin. *conſ.* 53. *num.* 9. *& quæſt.* 103. *num.* 193.
Dec. *in l. prima num.* 17. *ff. quod quiſque Iur.*
& ante omnes Bart. *in l. nulli ſalarium C. de
præbend. ſalar. lib.* 10. *num.* 2. & hoc idem
voluit Io: Baptiſta Thor. *in addition.* ad Io:
Grand. *de Bello exulum ſpecial.* 36: & eſt ra-
83 tio quia Ordinarius Iudex non habet facul-
tatem diſponendi de pecunia delinquentis,
offenſi, ſeù Fiſci, ab altero quorum debet
84 illa exburſari ſecundum Guazzin. *reor. de-
fenſ.* 18. *cap.* 2. *num.* 19. Angel. *de malefic.
verbo quod fama publica num.* 72. Baiard. ad
Clar. *q.* 27. *n.* 13. Io: Baptiſta Thor. *loc. cit. ſpe-
cial.* 36. & Io: Franc. de Ponte *d.* §. 4. *nu.* 52.
& cum ſolus Princeps diſponat de pecunia
Fiſcali, & de pecunia, & de bonis ſubdito-
85 rum, iuſtà tamen ſubſiſtente cauſa, vt eſt
Text. *in l. vnica C. de prębend. ſalar. lib.* 10.
vbi Rebuff. & Io: de Platea, & Io: Franc. de
Ponte *loc. cit. tit. de abbundan. Ciuit.* §. 6. *n.* 16.
& Merlin. Pignatell. *controu. forenſ.* 70. *n.* 4.
debemus neceſſariò concludere quod abſ-
que ipſius Principis conſenſu, & aſſenſu non
poſſit proponi edictum de præmiando ca-
pientem malefactores: & licèt Tiraquell.
*de reuocat. donat. verbo donatione largitus n.* 33.
poſt Bart. Bald. & alios *locis per eum relatis*
dicat quod Poteſtas poteſt de bonis Fiſci re-
munerare illum, qui cæpit malefactorem;
86 attamen debet intelligi cum grano ſalis, vt
ſcilicet procedat eius dictum conſulto Prin-
cipe, & non alias, quia Ciuitatum Guber-
natores, & Poteſtates habent ſolummodò
iuriſdictionis exercitium Merlin. *controu. fo-
renſ.* 33. *num.* 4. & ideo Bart. *in l. prima ff. de
iuſt. & iure* ait quod ſi faciunt hoc Guberna-
tores cum voluntate ſuperioris valet edi-
ctum, alias non, & tali medio debet conci-
liari idem Bart. qui videtur ſibi contrarius
87 *in l. 4. C. de nauicular. lib.* 11. nam ex ſua met
diſtinctione beniſſimè ſaluatur, & hoc vult
quoque Baiard. ad Clar. *in pract. quæſt.* 27.
*num.* 13. ibi: *cum conſenſu Regentium Ciuitatem*;
& cum prædicta diſtinctione ſunt intelli-
gendi Doctores, qui videntur aſſerere con-
trarium; vel ſaltem debemus eorum opi-
88 nionem admittere tribus copulatiuè con-
currentibus, nempe quod delictum ſit atro-
ciſſimum, & ſeuera pęna dignum: quod ce-
leri expeditione indigeat; & quod aditus ad
Principem facilis non detur, vt innuit Clar.
*d. quæſt.* 29. *num.* 6. & Baiard. ad eum *nu.* 17.
ibi: *conſulo Iudicibus vt inconſulto Principe hoc
non faciant ſi tempus concedit*; Et ſic in hac ma-
teria ponēda eſt regula quod Iudex non po-
teſt per edictum generaliter proponere, &
promittere pręmium cuicunque capienti
malefactores, quia vt benè aduertit Clarus
*loc. cit. num. 6. in fine*, hoc eſſet condere le-
gem, quod non licet niſi ſupremis magi-
ſtratibus. Alia regula ponenda eſt, quod
Iudex poteſt proponere, & promittere
præmium per edictum in aliquo caſu par-
ticulari atrocis delicti vt dixi ſuprà ex
Clar. & Guazzin. quibus addo Bart. *in leg.
cum nauarchorum num.* 3. *C. de nauicular. lib.*
11. Et tunc ſi concurrant copulatiuè dicta
tria requiſita. Tertia regula ponenda eſt
quod Iudex poteſt pręmium proponere &
promittere, & ſpecificare per edictum in
omnibus caſibus, in quibus adeſt diſpoſitio
legis decernentis pręmium reuelanti, ſeu
capienti malefactores, nam tunc, quia Iu-
dex eſt executor legis, vt dixi ſupra *num.* 62.
non debemus hoc ei denegare; Quarta
regula ponenda eſt quod vbi Iudex promit-
89 tit pręmium in caſu quo non poteſt illud
promittere, tunc ſi delinquens fuit captus
vigore edicti, & capiens prætendit pręmium
in edicto promiſſum, ne capiens remaneat
defraudatus fide publica Princeps tenetur
obſeruare ea, quæ ſuus Iudex inferior pro-
miſit ad tradita per Eſcobar, *de ratioc. cap.*
26. *num.* 33. & à Merlin. Pignatell. *controu.
forenſ. cap.* 33. *nu.* 12. *&* 13. *& cap.* 53. *nu.* 14.
& Iacob. Cancer. variar. *reſol. lib.* 2. *cap.* 2.
*num.* 314. qui poſt Blanch. quem citat ait
ſeruandum eſſe à Superiore, quod inferior
90 promiſit, quaſi nec tali caſu cenſeatur fa-
ctum citrà Superioris licentiam, & conſen-
ſum, quod dicit etiam Farinac. *conſ.* 53.
*num.* 10. ſaltem vt reintegretur de omnibus
expenſis factis, vt ait Alex. ad Bart. *in l. nul-
li ſalarium C. de præbend. ſalar. lib.* 10. &
Guazzin. *d. cap.* 3. *num.* 9.

Intellige tamen prædicta habere locum

ſolùm

ſolùm in Iudicibus ordinarijs ad tempus
conſtitutis, ſecus enim eſt dicendum in Of-
91 ficialibus, & Magiſtratibus perpetuis, qui
regunt proprio nomine, vt in Marchioni-
bus, Comitibus, & ſimilibus, vt inquit
Alex. *conſ.* 124. *num.* 5. *lib.* 4. Roueſcal. *in*
*addit. lit. N.* qui citat Crauet. *de antiquit. tem-*
*por. in vlt. particul.* 4. *quaſt. princ. num.* 6. *verſ.*
*ad iſtud reſpondetur*, & Alex. ſequitur Iaſon
*in l.* 1. *num.* 11. *ff. de Iuſt. & Iure*: ſiquidem
huiuſmodi Rectores non ſolùm in eorum
Ditione poſſunt Proclamata facere, verum
etiam & Statuta condere, vt ex Bart. & Pet.
de Anchar. & alijs firmat Alex. *loc. cit.* dum-
92 modò tamen conſtituant dictum premium
ex prouentibus ad Burſam Baronalem ſpe-
ctantibus, vt benè aduertit Iaſ. *in d. l. prima*
*num.* 11. *in prima, & ſecunda limitatione* Capi-
blanc. *d. pragm.* 6. *nu.* 143. & Io: Bapt. Thor.
ad Io: Grandem *de Bello exulum in ſpecial.*
36. *circa finem*, & hoc mihi probat Text.
*in l. ambitioſa ff. de decretis ab ord. facien.* iun-
cta Gloſ. *ibi verb. reſcindi*, & iuncto Text.
*in l.* 4. *C. de annon. & tribut. lib.* 10. ſancitur
enim *in d. l. ambitioſa* eſſe reſcindenda decre-
ta ambitioſa Decurionum ſiue dimiſerint
debitorem, ſiuè largiti ſint, ſiuè decreue-
rint de publico alicui, vel prædia, vel edes,
vel certam quantitatem præſtari. Ergò ſi de-
bent reſcindi, vtique valent, vt pluribus o-
ſtendit Gloſ. *dicto verb. reſcindi*, & quia
Vlpianus *in d. l. ambitioſa* ſubdit nihil valere
huiuſmodi decreta, debet intelligi nihil va-
lere in præiudicium Publici, & Commu-
nitatis, quia vt eſt Text. *in d. l.* 4. *C. de an-*
*nonis, & tributis lib.* 10. & ait Gloſ. *loc. citat.*
*verbo reſcindi, is, qui promiſit, ſeu remiſit,*
*ſiuè ſit Vicarius, ſiuè Rector Prouinciæ de-*
*bet de proprijs facultatibus dare*; & ſi hoc
eſt verum in contractu donationis, prout
eſt *in d. l. ambitioſa, & in d. l.* 4. vtique ſine
vlla prorſus difficultate erit verum in con-
tractu innominato *facio vt facias*, in quo
maior eſt obligatio promittentis, & maius
eſt fundamentum validitatis, vt de ſe patet.
Propterea ſi Vicarius, ſeù Rector non ex-
pectata condemnatione, ad quam eum te-
neri ſancitum eſt *in d. l.* 4. velit ex ſuis facul-
tatibus præmium proponere, validè pote-
rit, quia ad nihil vltra compelli inuitus
poterit.

93 His ſtantibus non placet aſſertio Io: Bapti-
ſtæ Thor. *d. ſpec.* 36. requirentis Superioris
licentiam, quando ab ipſis Partibus offenſis
conſtituitur præmium illud offerētibus pro
captura delinquentium, quatenus velit ſub
nomine Superioris intelligere Principem,
ſeu Proregem, puto enim quod ſufficiat
licentia Baronis ex rationibus ſupra allatis.

94 Quò autem ad Vniuerſitates, an ſcilicet
poſſint conſtituere ſalaria ponit Ioan. Paul.
Montanus *de adminiſtrat. rerum Vniuerſitatis*
*pragm.* 5. *de Salario*, Calic. & Mexia *locis rela-*
*tis* ab Otero *de Official. cap.* 16. *num.* 12.

95 Quæro decimò occaſione eiuſdem Edicti,
An licitè inuitentur homines cum præfi-
xione, & aſſignatione præmij, & mercedis
ad occidendum bannitos? arguit pro, &
contra Marcell. Megalius *variar. tom.* 1. *re-*
*ſol.* 59. & tandem *num.* 5. remanet pro affir-
matiua dicens, quòd pro vindicta, & vtili-
tate publica non ſolùm eſt licita talis aſſi-
gnatio mercedis, ſed in grauibus delictis
eſt etiam neceſſaria ad hoc, vt mali homi-
nes ſimilia perpetrare terreantur: & moue-
tur, quia ſicut non peccat ille, qui ſoluit,
& promittit mercedem Miniſtro iuſtitiam
exequenti; ita nec peccat qui promittit, &
ſoluit mercedem illis, qui occidunt banni-
tos illos, qui in cōtumacia iuridicè damna-
ti ſunt ad mortem: pari enim paſſu ambu-
lant, cum quilibet ipſorum ſit iuſtæ ſenten-
tiæ exequutor: & in hoc ſolùm, vt addit
Megal. *ibidem*, differunt, quòd Miniſtro iu-
ſtitiæ parua merces eſt debita, cùm ſine pe-
riculo iuſtitiam exequatur, alijs verò ma-
gna merces debetur, cum multis ſe labori-
bus, & periculis exponant ad hanc iuſtitiam
exequendam.

96 Quero vndecimò, An validè, & iuſtè de-
tur facultas occidendi delinquentes nondū
condemnatos? & prima facie videtur re-
ſpondendum negatiuè, quia non eſt ſingu-
lis concedendum, quod per Magiſtratum
publicè fieri poteſt *l. non eſt ſingulis ff. de reg.*
*Iur.* & iudiciorum vigor, Iuriſque publici
tutela in medio eſt conſtituta, ne quiſque
ſibi permittere valeat vltionem *l. nullus C. de*
*Iudæis*: At affirmatiuè reſpondendum ſua-
97 det Text. *in l. liberam, & l. opprimendorum*
*C. quando liceat vnicuique ſine Iudice ſe vindic.*
in quarum prima vnicuique licentia datur
interficiendi milites populatores, hac addi-
ta ratione, *melius enim eſt occurrere in tempore,*
*quàm poſt exitum vindicare, veſtram igitur vo-*
*bis permittimus vltionem, & quod ſerum eſt pu-*
*nire iudicio, ſubiugamus Edicto, vt nullus par-*
*cat militi, cui obuiare telo oporteat, vt latroni.*
In ſecunda verò permittitur Prouinciali-
bus, hoc eſt ſingulis Prouinciæ hominibus,
ius opprimendi deſertores Militiæ, ibi: *Cun-*
*cti enim aduerſus latrones publicos, deſertoreſq;*
*Militiæ ius ſibi ſciant pro quiete communi exer-*
*cendæ publicæ vltionis indultum*: & ad com-
probationem Grotius *de Iure belli, & pacis*
*lib.* 2. *cap.* 20. *theſi* 17. *num.* 2. adducit illud
dictum Tertulliani: *In Reos Maieſtatis, &*
*publicos hoſtes omnis homo miles eſt*; & ſubdit
Grotius: *Atque in hoc differt ius occidendi exu-*
*les, quos bannitos vocant, ab iſtarum legum ſpe-*
*cie, quod ibi procedit ſpecialis ſententia: hic*
*Generale Edictum, quod accedente facti euidentia*
*vim lata ſententia obtinet*: & Grotium refert,
& ſequitur Georg. Adam. Struuius *de vin-*
*dicta priuata cap.* 3. *aphoriſm.* 7. & hoc non
repugnare Legibus Chriſtianis monſtrat
Creſpi *obſeru.* 60. *num.* 24. quia non tamquā
vltio, ſed tamquam publica delicti vindicta,

& legis executio ex zelo iuſtitię permittitur: etenim iſto caſu is, qui vltionem ſumit, non procedit tamquam vltor, ſed tanquam legis Miniſter, & Iuſtitiæ exequutor, vt dicit Creſpi *loc. cit.* quam rationem ex Filluccio affert etiam Struuius *dicto cap. tertio aphor. ſeptimo numer.* 3. & plurimi caſus huiuſmodi facultatis à legibus tributæ hominibus priuatis reſeruntur à Creſpi *loc. citato n.* 16. *& ſeqq.* à Ioh. Zeithopſ. *de iure occidendi præhenſum in adulterio par.* 2. §. 99. à Struuio *per tot. tract. de vindicta priuata*, & à Ferretto *conſ.* 31. *num.* 9. *lib.* 1. & octuaginta duo caſus, in quibus poteſt quis propria auctoritate impunè ſibi ius dicere refert Iacob. Calicius *in Margherita Fiſci in rubrica caſus, in quibus propria authoritate poteſt quis ius ſibi dicere fol. mihi* 105. *& ſeqq.* quamuis Ioan. Otho. Thabor. *in armentario Iuſtiniani tit. de abuſu armor. colore, vel obtuitu vindictæ publicæ cap.* 3. *ad tit. C. quando liceat vnicuique*, prædicta omnia acerrimè impugnet.

98 Cùm igitur in his legibus facultas conceſſa ſit in ſuis caſibus procedendi de facto, poteſt ab alijs Principibus idem ius ſtatui, vbi, vtilitate publica poſtulante, viderint expedire, vt his formalibus verbis ait Chriſtophor. Creſpi *d. obſeru.* 60. *num.* 43. qui ex Baldo Dec. Alberic. Calicio, & Portules ad Molinam firmat, quod in diuerſis Republicis plura ſimilia emiſſa fuerunt Statuta.

99 Verum, quia modus procedendi de facto odioſus eſt nimis, & facillimè in eo committuntur exceſſus, vt aduertit Creſpi *loco cit. num.* 52. & nos oſtendimus infra, idcò non ſolum cum circumſpectione magna, ac prudentia eſt procedendum, ſed ad duo eſt aduertendum, vt tradit Creſpi *loc. citato num.* 53. *&* 54. primò quòd conſtet euidenter de eo, qui delictum commiſit: procedere enim de facto contra aliquem, ſi notorius non eſſet reus, magnum eſſet grauamē, & actio contra iuſtitiam, quam nec Princeps poteſt concedere, quia vt eſt Text. *in l. abſentem ff. de pœnis*, non debet quis ex ſuſpicionibus damnari, cum ſatiùs ſit impunitum manere facinus, quàm Innocentem condemnare, & multò minus de facto ad punitionem contra ſuſpectum tantùm, & non conuictum procedere, vt ex Mario Burgo, & Farin. dicere proſequitur Creſpi *d. num.* 53. imò Dicaſtill. *de Iuſt. & Iure lib.* 2. *tract.* 1. *diſp.* 10. *dubit.* 1. *num.* 14. *tit de iniuſt. quæ committ. in homicid.* ait peccare mortaliter Patrem, ſi filiam repertam in adulterio occidat, quando occidit ante Iudicis ſententiam, nam eſt contra Ius Naturæ occidere eam inauditam, & ante ſententiam, quamuis impunè id fieri permittant leges propter iuſtum, & nimium dolorem.

100 Secundò, vt procedatur de facto ita vt non ſit cauſa maioris tumultus ad Text. *in l. non eſt ſingulis ff. de regul. Iur.* quia vbi adſit talis timor, non eſt procedendum ad occiſionem Edicto permiſſam, & ad hoc Creſp. *dicto num.* 54. plures allegat concordantes.

101 Ego tamen in re tàm graui exiſtimo eſſe procedendum cum aliqua diſtinctione, ne cum alieno diſcrimine incertum, & ceruelloticum ſit iudicium, & arbitrium, & ita diſtinguerem. Aut illi, contra quos datur talis facultas ſunt notorij delinquentes. Et ſecundùm Marſil. *in rub. ad leg. Corn. de falſ. num.* 52. & Carpan. *ad nouas Conſtit. Mediolan. cap. homicida num.* 669. non valet Edictum, quia nemo poteſt occidi ante ſententiam, & Bannum: ſed ex iam dictis con-
102 trarium eſt ſtatuendum, & in Statu Eccleſiaſtico habemus Bullam san. mem. Sixti V. *in ordine* 6. §. 2. ibi: *Aliiſque ſimilibus notorijs delinquentibus, & facinoroſis hominibus etiam nondum condemnatis, eorumque fautoribus, & complicibus, quos omnes noſtros, dictæque R. E. rebelles, ac publicos hoſtes eſſe decernimus*, & ibi: *vſque ad vltimam eorum profligationem perſequantur, ac vt capiantur, & appræhendantur, ſeù profligentur*: hoc enim denotat verbum *profligere*, vt dicit Farin. *quæſt.* 103. *numer.* 169. & in Vrbe extare Banimenta refert idem Farin. *conſ.* 55. *num.* 80. *&* 81. & in Regno Neapolitano extare plures pragmaticas hoc idem ſancientes referunt Rouit. *tit. de exulib. pragm.* 10. *num.* 2. Laganar. *in additione ad eum in rub. tit. de ſent. foriudicat. §. tertius caſus eſt, & §. quartus caſus eſt*.

103 Circa tamen intelligentiam, & interpretationem dictarum pragmaticarum ſunt viden. Rouit. *vbi proximè*, Campana *ſelect.* 37. *per tot*, D. Orilia *in obſeruat. ad d. reſol.* 17. Capiblanc. *de Baron. pragm.* 8. *par.* 2. *num.* 127. *& ſeqq. tom.* 1. *& cap.* 52. *num.* 13. *& ſeqq. to.* 2. Nouar. *deciſ* 33. *num.* 4. *&* 6. *deciſ.* 39. *per tot. & deciſ.* 80. *& collect. ad pragm.* 10. *de exulibus num.* 1. Scialoya *de foriudic. cap.* 10. *nu.* 15. *& ſeqq.* Thor. *vot.* 25. *lib.* 2. Ioann. Grand. *de Bello exulum ſpecial.* 65. *per tot.* & ex noſtraribus Chartar. *capto bannito cap.* 3. *num.* 76.

104 Vide etiam Matheù *de re crim. contrau.* 29. *num.* 1. *& ſeq.* vbi ait, quòd in notorijs & enormiſſimis delictis priùs de pœna, quā de criminis inquiſitione ſolemni ritu formanda agitur, & refert exemplum Romanorum, & indicat *num.* 3. *in fine* modum declarandi notorium.

105 Aut illi, contra quos datur facultas prædicta, ſunt de proximo banniendi. Et Edictum valet, & illi, contra quos fertur, poſſunt occidi, vt eſt Text. *in l. qui pœnæ §. Diuus Pius ff. de manumiſſ.* Caball. *reſol.* 275. *numer.* 14. Felin. *in cap. fin. de Iudæis in* 1. *not.* Io: de Arnono *ſingul.* 80. Marſil. *ſing.* 106. *& conſ.* 94 *num.* 16. Ferrett. *conſ.* 334. *num.* 3. *lib.* 2. Zuccar. *deciſ. Lucen. Ciuil. & crim. deciſ.* 9. *num.* 3. Iaſ. *in l. diuortio §. interdum numer.* 15. *ff ſolut. matrim.* & in Auth. *ſi qua mulier num.* 23. *C. de Sacroſ. Eccleſ. & in l. admonendi in prima lectura num.* 58. *ff. de iureiur.*

*& conſ.*

*& conſ.* 133. *num.* 15. *vol.* 1. & hanc concluſionem eſſe communiter receptam dicit Io: Baptiſta Cauatius *in conſ.* 5. *num.* 7. impreſſ. per Carpan. *ad nouas Conſtit. Mediol. tit. de homicid. & alijs criminibus* .

106 Aut illi, contra quos datur dicta facultas non ſunt notorij, & nec ſunt de proximo banniendi, ſed ſunt tantummodò delati, & accuſati, & non poſſunt cum dicto Banno diffidari, quia cum huiuſmodi Edictum habeat tacitam vim condemnationis, non poteſt ferri, & publicari abſque legitimis præcedentibus inditijs, vt innuit Muta *decis.* 7. *num.* 8. Ferrett. *d. conſ.* 334. *num.* 3. *verſ. ſed in iſto caſu*, & Zuccar. *d. deciſ.* 9. *numer.* 34. imò Farinac. *quæſt.* 32. *num.* 53. requirit, quòd concurrant tria ad hoc, vt poſſit tale Edictum pulicari: Primò quòd delictum commiſſum ſit capitale, & pœna mortis dignum; Secundò, quod de tali delicto commiſſo ab eo, contra quem fertur Edictum, conſtet ex actis. Tertiò, quòd de eodem delicto conſtet notoriè, plenè, liquidè, & talitèr quòd is, contra quem publicatur Edictum, ſi captus eſſet nullam poſſet facere defenſionem, aut probationem in contrarium: aliàs eſſet innocentem condemnare, & facere executionem ante
107 condemnationem. Et non ſolùm iſto caſu non poteſt publicari Edictum de occidendo, ſed nec tuta conſcientia poteſt proponi præmium de capiendo; etenim licèt
108 captura ſit in arbitrio Iudicis, qui in criminalibus poteſt à captura incipere, etiam antequam conſtet de delicto Text. *in cap. ſi Clericus de ſent. excommun.* Caballin. *ad Conſt. Marchiæ cap.* 3. *lib.* 4. Menoch. *de arbitr. caſ.* 88. & Baiard. ad Clar. *quæſt.* 28. *num.* 11. at-
109 tamen valdè differt committere capturã, & èmittere Bannum de capiendo cum promiſſione præmij, quia cum id præſeferat quamdam notam infamiæ, præſertim apud probos viros, non debet fieri, niſi contra diffamatos, & inditijs grauatos, vt in ſimi-
110 li dicit de perquiſitione facienda in aliqua domo pro re furata depræhendenda, Buccaron. *de different. inter Iudic. ciuil. & crimin. differ.* 67. *num.* 13. *&* 14. qui plures allegat
111 concordantes, ideò benè Caſon. *de indit. & tortur. rubr. de captura, & carcer. numer.* 13. *verſ. item limita*, *& num.* 24. & ex eo Farinac. *d. quæſt.* 32. *num.* 53. admonet Iudices, vt caueant ne delinquentes capi curent cum periculo vitæ, niſi ex actis liquidò contra ipſos delinquentes conſtet, aliter punirentur in Sindicatu, & idem vult Baldaxar de Angelis *in add.* ad Foller. *pract. crim. verbo notatos capiat de perſona numer.* 66. vbi mutuatus verba à Farinaccio *loc. citat.* ait, quòd ad hoc, vt Iudex poſſit com-
112 mittere, quòd quis capiatur viuus, vel mortuus, tria requiruntur ad hoc, vt ſine periculo ſui Sindicatus poſſit hoc birruarijs mandare. Primò quòd delictum commiſſum per capiendum ſit capitale: Secundò, quòd de tali delicto per capiendum commiſſo conſter notoriè, plenè, liquido, taliter (& eſt tertium requiſitum) quod capiendus, ſi capi poſſet viuus, nullam poſſet facere defenſionem, & probationem in contrarium, aliàs eſſet innocentem condemnare, & citat Angel. *de maleſic. verbo fama publica num.* 54. *ad finem verſic. non obſtat dictum* Bald. dicens, quòd ideo Iudex apud Bald. *in l. addictos num.* 3. *C. de Epiſc. audient.* ita mandauit, quia agebatur de iam damnato, qui ad ſupplicium ducebatur, & periculum erat ne à conſanguineis eriperetur; Sed Ricciul. *de perſonis, quæ in ſtatu reprobo verſantur lib.* 12. *cap.* 5. *numer.* 25. *& ſeqq.* addit quartum requiſitum, vt ſcilicet abſit ſeditionis periculum, prout contigiſſe Peruſij refert Amadeus *in tract. de Sindic. verſ. quod miles poſt num.* 201. qui dicit vidiſſe hac de cauſa Populum inſurgentem contra Poteſtatem, eiuſque familiam, quæ vulnerauerat quemdam captum, & refert Ricciull. *ibidem num.* 24. tempore Pontificatus Gregorij XIII. hac eadem ex cauſa Romæ totam furentem ſurrexiſſe in Lictores; & vix poſt reciprocas inter Lictorum, & Ciuium cædes ſeditionem quieuiſſe, Primario Lictore, quem *Bargellum* vocant, ob temeritatem capite plexo, quod refert etiam Farinac. *quæſt.* 32. *num.* 57. vis enim; vt ſubdit Ricciul. *ibid. num.* 25. non eſt adhibenda niſi vbi pacis perturbatio non timetur, *cap. noli in fine* 23. *quæſt.* 1. aliàs ſatiùs erit in mandati relaxatione ſuperſedere, donec opportunior ſe offerat occaſio, Lucas de Penna *in l. prohibitum n.* 12. *C. de Iure Fiſci lib.* 10. & indiſtinctè Ricciul. *ibid. num.* 24. monet Iudices, quod mandatum de capiendo Reũ viuum, vel mortuum eſt periculoſum, & *num.* 29. ait non eſſe relaxandum niſi contra publicè proſcriptos, ſeu bannitos, & tunc ſolùm in caſu, quo abeſt ſcandali periculum. Vide Mutam *d. deciſ.* 7. *num.* 8. qui allegat Caſon. Butrigar. Bologn. Monticel. Lignan. Arias. Caball. Ang. *de Maleſic.* Foller. & alios.

113 Aut demùm illi, contra quos datur dicta facultas ſunt omninò occulti, & videtur dicendum cum Ballo *variar. lib.* 1. *tit. de inditijs quæſt.* 26. *num.* 73. (qui improbat conceſſionem impunitatis) quod eſt res periculis plena, tum quia ribaldi poſſunt indè ſumere incentiuum occidendi ſuos inimicos, vel faciendi impoſturas ad lucrandum præmium, tùm etiam quia Deus munus in iu-
114 dicando de occultis pro ſeipſo reſeruauit *cap. erubeſcant* 32. *diſtinct. & cap. ſicuti de Simon.* & Bald. *in l. cum oportet num.* 14. *C. de bon. quæ liber.* relatus à Ballo *loc. cit.* ait quòd occulta detegere, pertinet ad Sapientiam Diuinam, cui clareſcunt mortalium ſecreta, quæ hominibus ſunt incognita, ideò vt
115 concludit Ballus *ibidem*: *Media iuridica, & minus*

*minus periculoſa perquirant Principes ad clarendum delicta*. Nec curandum, quòd delicta
remanerent impunita, quia huic obiecto
occurrit Anacletus Papa *in epiſt.* 1. *relata in
cap. ſi omnia 6. quaſt.* 1. ibi: *Si omnia in hoc
ſaculo vindicata eſſent, locum Diuina iudicia
non haberent*, & D. Chriſoſt. *homil.* 46. *ad
Popul. Antioch.* ait: *Nec ab omnibus hic exigit*
116 *Deus ne Surrectionem deſperes, & Iudicium
deſinas expectare, quaſi omnes hic reddant rationem: nec rurſum omnes abire permittit impunitos, ne rurſum omnia prouidentia carere putes.*
117 *Verùm punit, & non punit: & in quantum punit oſtendit, quòd hic punit, & illic rationem expoſcat. In quantum autem non punit, facit vt
credas, quòd eſt aliquod poſt praſentem peregrinationem tremendum Tribunal*, & D. Auguſtinus
*contra epiſt. Parmeniani lib.* 3. *cap.* 2. *ſol. mihi*
74. dicit: *Miſericorditer igitur corripiat homo,
quod poteſt, quod autem non poteſt patienter ſerat, & cum dilectione gemat, atque lugeat, donec
aut Deus deſuper emendet, & corrigat, aut vſq;
ad meſſem differat eradicare zizaniam, & paleam
ventilare*: & faciunt alia, quæ in propoſito
pro eliminandis omnibus generibus tormentorum refert Beſold. *Theſau. practic. ad-
auct. lit. P.* §. 11. *fol.* 727.

118 Et quamuis poſſit dici, quòd Princeps,
eorumque Vicarij, ſeu Locumtenentes benè, & prudenter huiuſmodi Banna poſſunt
permittere ad extirpandum infructuoſos
palmites, & ad expurgandam Rempublicam à malis hominibus ad tradita per Farinac. *quaſt.* 51. *num.* 19. & per Chriſtophor.
Creſpi *obſer.* 60. *num.* 43. qui oſtendit, vt dixi ſupra, quòd ſtantibus legibus concedentibus priuatis hominibus facultatem procedendi de facto, occidendi ſcilicet adulteros
*l. patri, & l. nec in ea ff. ad l. Iul. de adult. &
l. gracchus C. eod.* depopulatores agrorum, &
itinera frequentata obſidentes *l.* 1. *C. quando
liceat ſine Iudice*: Raptores Virginum, vt *in
l. vnic. C. de rapt. virg.* & huiuſmodi, benè
poſſunt Principes in alijs caſibus, vbi viderint bono publico expedire, id ſtatuere: &
motiua in contrarium adducta ceſſare videantur ex conſideratione, quòd facultas
datur contra delinquentes, hoc eſt contra
eos, qui verè, & cum effectu perpetrarunt
delictum, & occiſores tenentur ad hoc, vt
obtineant præmium, & euadant pœnam,
iuſtificare plenè, & concludenter, quòd occiſus admiſerit delictum: vndè poteſt dici,
quòd iſte modus non differat in alio, quàm
in præpoſteratione ordinis, nam quòd debebat fieri ante executionem pœnæ, fit poſt
illam executam, & exactam, & quidem
non eſt in iure nouum, aut abſurdum, quod
119 Principes valeant ordinem agendi iudicialia præpoſterare, vt notant Bald. *in cap.* 1.
*col.* 3. *ſi inter Domin. & Vaſſall.* & ibi Andr.
Barbatia *in addit. lit. D. circa medium*, Abb.
*in cap. in cauſis de re iudicata*, & Bettachin,
*repert. verbo Ordo Iuris, & verbo Ordinis omiſſio*; nec iſto caſu Principes aſſumunt ſibi
munus iudicandi de occultis, quia ipſi non
iudicant, ſed certo modo, vt ita dicam, delegant authoritatē iudicandi, & exequendi,
& conſtituunt in Iudices, & executores eos
omnes, qui habent notitiam, & ſcientiam
de delinquentibus, & inſimul habent promptas; & paratas probationes ad oſtendendum
eoſdem fuiſſe delinquentes, quod comprobatur *ex l. vnica C. de raptu Virg.* ibi: *conuicti
interficiantur*, & *in l. patri datur ff. ad legem Iul.
de adult.* & ex traditis per Campanam *ſelect.
reſolut.* 27. *num.* 4. & ibi Dominus Orilia
*in addit. num.* 8. & latiùs Creſpi *d. obſer.* 60.
*num.* 29. *& ſeqq.* poteſt enim tali caſu ad pro-
120 bādam impunitam occiſionem fieri probatio delicti poſt mortem Rei, vt ex Franc.
Marci, Maſtrill. Eugen. & Guazzin. aduertit D. Orilia *loc. cit.* quibus addo Farin. *conſil.* 113. *num.* 8. Bart. *in tit. qui ſunt rebelles
verbo rebellando verſ. circa ſecundum num.* 22.
Anchar. *conſ.* 439. *col.* 11. Ruin. *conſ.* 4. *to.* 5.
*n.* 20. Boſſium *tit. de deſenſ. Reor. n.* 62. Porrò
remiſſiuè ad Boſſium *faſcicul. rer. crim.* §. *homicidium ſol. mihi* 120. & Ferret. *conſ.* 31. *numer.* 8. *& ſeqq. lib.* 1. qui ait ita fuiſſe practicatum Romæ ad fauorem Ducis Vrbini,
qui Rauennę occidit Cardinalem Alidoſiū,
quem poſtea probauit fuiſſe proditorem,
criminis læſæ Maieſtatis Reum, & ab Eccleſia Romana diffidatum, & tanquam talem occidiſſe, & propterea per quinque
Cardinales, quibus ſan. mem. Iulius Secundus eum toto Conciſtorio cauſam commiſit, fuit iudicatum Ducem nullas pœnas
propter prædictum homicidium incurriſſe,
& lata dicta ſententia fuit damnata memoria dicti Cardinalis occiſi: & Ferrettum ſic
dicentem refert Eugen. *conſ.* 22. *num.* 86. &
Ruin. *d. conſ.* 4. conſulit in eadem cauſa, in
qua ſcripſit Ferrettus *d. conſ.* 31. & addo etiam Antonell. *de loco legali par.* 3. *cap.* 12.
*num.* 55. Vbi explicat hoc procedere ſolum
in caſibus in Iure expreſſis, & addo Ancharan. *conſ.* 277. *num.* 2. *circa medium, & d. conſ.*
439. *col.* 2. qui omnes pluribus oſtendūt poſſe delinquentem occidi, & poſtea probari
delictum.

Nihilominus non recedas à prima opinione, quia non eſt danda ribaldis occaſio
vagandi cum tanto diſcrimine vitæ, exiſtimationis, & famæ Virorum proborum, vt
bene aduertit Gizzarellus *deciſ.* 15. *num.* 13.
15. *&* 16. vbi quòd reijciuntur *in Sac. Conc.*
121 *Neapol.* informationes tanquam ſuſpectę
quando capiuntur poſt mortem, & factam
occiſionem prætenſi delinquentis: compertum enim, quod quandoque occiduntur inſontes ab his, qui ſperant præmium, vel indulgentiam, & eos occiſos baptizant delinquentes publicos, & bannitos, & inſcribunt
nomina facinoroſorum, qui iam viuunt,
& hoc innuit etiam Io: Grand. *de Bello
exulum prædicam. quantitatis quæſt.* 3. *num.* 18.

& Creſpi

& Cteſpi *obſer. 63. num. 52. & ſeqq.* ad quod
vide Campanam *d. reſol. 17. num. 4. circa*
*finem*.

Ceſſat tamen hæc argumentatio in caſi-
122 bus in Iure expreſſis vt dicit Antonellus
*loc. cit. cap. 21. num. 55.* & præſertim debet
ceſſare in Patre occidente filiam, & adulte-
rum, & in marito occidente adulterum,
123 quia vltra quod habent ius ſpeciale, ha-
bent etiam præſumptionem, quòd coacti
procedant ad necem, cum qua certo mo-
do ſe infamatos reddunt.

Iſtis igitur adhibitis diſtinctionibus puto
ſatisfactũ iri noſtro quæſito, & ad alia neceſ-
ſaria pro enucleatione materię pertrãſire de-
berẽ: verùm adhuc, licèt extra contextum,
immorandum hic duxi, quia cum Patri, &
Marito non competat hoc ius occidendi
indiſtinctè, ſed benè cum certis, & in iure
expręſſis conditionibus, non erit omninò
extra rem eas recenſere; licebit igitur, ex-
cepto foro conſcientiæ, cuius reſpectu cer-
tum eſt peccare mortaliter, vt probat Di-
caſtillus *loco* per me *citato in hoc §. num. 99.*
& ſanciuit san. mem. Alexander VII. *die*
24. *Septembris* 1665. damnando propoſitio-
nem, qua dicebatur, quòd non peccat Ma-
ritus occidens propria auctoritate Vxorem
in adulterio depræhenſam, vt habetur *in*
*Bullario tom. 6. in Appendice fol. 2. quæ eſt Con-*
*ſtitutio in ordine* 19. quam refert P. Thomas
Frances. *conſultat. in re morali conſult. 5. num. 1.*
licebit, inquam, Patri impunè filiam, & a-
dulterum occidere iuxta Text. *in l. patri, &*
*in l. nec in ea ff. ad l. Iul. de adult.* ſi ſex requi-
124 ſita copulatinè concurrant; Primò, quòd
filiam, & inſimul adulterũ occidat, vt ad li-
terã diſponit Tex. *in d. l. Patri, & in l. nihil inte-*
*reſt ff. eod.* ibi: *dum vtrumque occidat*: nã ſi al-
terũ occidit, *lege Cornelia*, Reus erit: & duas
aſſignat rationes Zeithoph. *de iure occidend.*
*præhenſum in adulterio par.* 2. §. 46. vna eſt,
quia lex parem in adulterum, & filiam ita
depræhenſos indignationem, & ſeueritatem
exigit; altera eſt, vt huiuſmodi homicidia
eo rarius committantur, quia vt aliàs pietas
paterni nominis plerumque conſilium pro
liberis capit, ita & patrem hoc in caſu filiæ,
& conſequenter ipſi adultero parſurum eſſe
lex præſumit.

125 Secundò, quod in ipſa turpitudine, ſeù
vt ait Labeo. in ipſis Rebus Veneris, ſeu vt
ait Ant. Matthęus *de criminibus tit. de adulter.*
in quinta linea Amoris reperiat, & occidat,
vt eſt Text. *in l. quod ait lex ff. eod. tit.* ſed quod
ſufficiat, ſi reperit in præludijs adulterij, plu-
ribus citatis Doctoribus probat Farin. *quęſt.*
121. *num.* 42. Marta *deciſ.* 61. *numer.* 14. &
Carolus Ant. de Luca ad Vinc. de Franch.
*deciſ.* 678. *num.* 8. *verſ. requiritur autem*, &
Carthar. *deciſ. crim.* 3. *num.* 4.

126 Tertio, quod reperiat eos in ipſa turpi-
tudine in domo propria, vel Generi *l. nec in*
*ea §. ius occidendi, & in l. quod ait §. ſufficit,*
ibi: *Quare non vbicumque deprahenderit Pater,*
*permittitur ei occidere, ſed domi ſuæ, Generiue*
*ſui tantùm, ff. eod.* ea ratione, quia maiorem
iniuriam legiſlator putauit, quod auſa fue-
rit filia adulterum admittere in domum
Patris, ſeù Mariti, vt ait Gabriel de Bellis
*tit. de delictis cap. 3. §. 1. num.* 5. qui domum
accipiendam pro domicilio, in quo Pater,
ſeu Maritus inhabitat, licet non ſit propria
firmat *ibid. num.* 4.

127 Quartò quod in continenti vtrumque
occidat, vt eſt Text. *in d. l. quod ait §. quod*
*ait*, ibi: *Sic erit accipiendum ne occiſo hodie a-*
*dultero, reſeruet vt poſt diem filiam occidat, vel*
*è contra; debet enim propè vno ictu, & vno im-*
*petu vtrumque occidere, æquali ira aduersùs v-*
*trumque ſumpta*: quod eſt intelligendum,
prout explicat Textus ibidem nempè *quòd ſi*
*non affectauit, ſed dum adulterum occidit, profu-*
*git filia, & interpoſitis horis apprahenſa eſt à Pa-*
*tre, qui proſequebatur, in continenti videbitur oc-*
*cidiſſe.*

128 Quintò quòd filia ſit in Patris poteſtate;
vt eſt Tex. *in d. l. Patri*, ibi: *Cum filia, quam in*
*poteſtate habet*, & ideò hoc ius non habet
Pater, qui ſit filiusfamilias, & ſic ipſe ſit in
ſui Patris poteſtate, vt habetur *in d. l. Patri*
*in fine, & in l. ſic eueniet ff. eod.* quod tamen
ex Licinio Ruffino temperatum fuiſſe te-
ſtatur Cuiacius *lib. 21. obſeruat. cap.* 8. & ex
eo Gabriel dę Bellis *loc. cit. num.* 2. vt ſcilicet
Patri quoque filiofamilias permitti debeat,
vt filiam in adulterio deprębenſam occide-
re poſſit: & nec prædictum ius habet Pater
quando filia ab ipſo Patre, vel à Lege, ſeu
Statuto eſt emancipata, vt ſcribunt Paſchal.
*de Patr. poteſt. par. 1. cap. 5. num.* 5. Tapia *de*
*Iure Regni lib. 5. tit. de adulter. cap. ſi Maritus*
*num.* 26. Farin. *quæſt.* 121. *num.* 34. Ant. Mat-
thæus *de crim. tit. de adulterio, & ſtupro cap.* 3.
*num.* 13. *verſ. igitur ſi emancipata*, Angel. *de*
*maleſ. verbo che hai adulterato num.* 12.

129 Sextò, quod ſit nupta, nam ſi ſit vidua
ius occidendi Patri non competit ex Text.
*in d. l. nec in ea §. in accuſatione*, vbi *Patri ius*
*quærelandi filiæ viduæ ſtuprum non conceditur*, er-
gò à fortiori, quod tantò minus poſſet illam
occidere arguunt Decian. *tract. crim. lib.* 9.
*cap.* 15. *num.* 19. Farinac. *quæſt.* 121. *num.* 37.
Baiard. ad Clar. §. *homicidium num.* 169. Pa-
ſchal. *de Patr. poteſt. par. 1. cap. 5. num.* 7. Ca-
ball. *crim. reſol.* 300. *num.* 89. Angel. *d. ver-*
130 *bo che hai adulterato num.* 15. Idem dicunt
aliqui Doctores quando filia eſt virgo, quia
nec iſto caſu Patri competere ius necis aſſe-
runt in ſpecie Raphael Cuman. *in d. l. Patri*
§. *in accuſatione* Iodoch. *pract. crim. cap.* 89.
*num.* 23. Baiard. ad Clar. *d. §. homicidium*
*num.* 169. Farinac. *d. quæſt.* 121. *nu.* 38. Greg.
Lopez *ad ll. fori Hiſpan. l. 14. tit. 17. par.* 7.
*verbo Caſado*, quem refert Tapia *dicto cap.*
*ſi maritus num. 26. verſ. quid autem*, Ludouicus
Gilhauſen. *arbor. Iudic. crim. cap. 2. tit.* 18.
*de adulter. num.* 18. Perez C. *ad l. Iul. de adult.*
*num.*

*num.* 20. & Zeithoph *de iure occidendi præhenſum in adult. par.* 2. § 57. & reddit rationem Lopez *loc. cit.* quia non reperitur expreſsè cautum in aliqua lege Iuris cōmunis, quod Patri liceat filiam virginem in fornicatione repertam occidere, & ideò cum huiuſmodi ius vindicandi de facto, & propria auctoritate ſit triſte, & mali exempli, debet ſtrictè intelligi vt aduertit Antonius Matthęus *loc. cit. num.* 14.

131 Contrarium tamen tuentur Tapia *loc. cit.* & Carolus Antonius de Luca ad Franc. *dicta deciſ.* 678. *verſ. patri ius competit*, ob rationem, quia ſi pater poteſt occidere maritatam, quæ habet cuſtodem, nempe maritum, ad cuius honorem pertinet etiam cuſtodia, multò magis poterit occidere virginem, & viduam, quæ ſub ſolius patris cura, & cuſtodia permanent.

132 Sed certè hæc ratio non ſatisfacit, quia ſi metiendum eſſet huiuſmodi ius occidendi ex ratione cuſtodiæ, illud competeret auo, fratri, & alio coniuncto in defectum patris prædefuncti, & tamen Textus *in d. l. patri* expreſsè omnibus alijs, quam patri dictum ius adimit, ibi: *itaque nemo alius ex parentibus idem iure faciet*. Vel ſaltem competeret patri filiofamilias, & marito, & tamen patri filiofamilias, & marito expreſſe adimimitur hoc ius, vt habetur *dicta leg. patri in fine*, ibi: *ſed nec filiusfamilias pater, &c.* in *l. nec in ea §. ſed qui occidere ff. ad l. Iul. de adult.* ibi: *ideo autem patri, & non marito mulierem, & omnem adulterum permiſſum eſt occidere*.

133 Pro vt nec ſatisfacit alia ratio pro contraria opinione adducta, nempè quia in accuſatione viduæ filiæ, non habet pater ius præcipuum, vt dicit Text. *in d. l. nec in ea §. in accuſatione*; ergo ſi non habet ius præcipuum accuſandi, quod eſt minus, nec habet ius occidendi, quod eſt maius: ſiquidem Textus *ibidem*, non dicit, qnod pater non habet ius accuſandi, quia omnia iura hoc ei tribuunt; ſed ſolum dicit, quod non habet *præcipuum*; hoc eſt ipſe ſolus, quia vt ait Gloſa *ibid.* verbo præcipunm, extraneus ſicut ipſe Pater poterit accuſare; propterea non valet argumentum indè deſumptum, quia re vera pater poteſt accuſare, ſicut extraneus, & poterit tanquam pater occidere, vt euincitur *ex dicta l. Patri*. Nec obſtat Text. *in l. marito §. fin. ff. ad leg. Iul. de adult.* ibi: *rectius dicetur eos ius occidendi habere, qui iure Patris maritiuè accuſare poſſunt*, quaſi requirat ius præcipuum, & ſpeciale, hoc eſt quod ob poteſtatem patriam ſine ſuſpicione calumniæ, & ob verum dolorem accuſent, & accuſationem poſſint ad libitum abolere, vt explicat Ioann. Zeithoph. *de iure occiden. deprahen. in adult. par.* 2. §. 7. & 8. cum non ſufficiat ius quibuslibet competens etiam extraneis, ad accuſandum: Reſpondetur enim, quod, ſi bene ponderetur Text. *ibidem*, hoc non firmat, aliàs ſequeretur, quod alius, quam pater, ſeu maritus habeat ius occidendi, quando Iura ſunt clara quod nemo alius illud habet, vt dictum eſt ſupra ex verbis expreſſis *dicta l. Patri*, ibi: *itaque nemo alius ex parentibus idem iure faciet*, ſed tantum *in dicto §. fin.* Iuris Conſultus firmat, quod Patri, ſeù marito, non competit ius accuſandi, ſi ſint lænones, vel alia infamia ſint notati, vt aperte legitur *in leg. ſi maritus ff. ad leg. Iul. de adul.* & aduertit *Gloſ. in d. leg. marito verbo accuſare*, & in conſequentiam adimit eis etiam ius occidendi, quia periniqunm eſſet vt pudicitiam Pater, vel maritus à filia ſeù vxore exigerent, quam ipſi nō exhibent *leg. ſi vxor §. Iudex ff. ad leg. Iul. de adult.* & malos filiæ, vel vxoris mores accuſarent, quorum ipſi ſunt autores vt ex Steph. de Phedericis *de interpr. legum par. prima num.* 156. & Caſſono *ſingul. quæſt. crim. cap. primo num.* 3. *conſiderat* Zeirhoph. *loc. cit.* §. 8.

134 Dicendum igitur quod ius occidendi competat patri indiſtinctè in filias, non ex ſupradictis rationibus, ſed benè ex iure antiquitus Patri tributo, vt firmat Gabriel. de Bellis *tit. de delictis cap.* 3. *§. vnico num.* 7. Antiquitùs enim patres habebant in liberos ius vitæ, & necis, vt apparet ex Text. *in leg. in ſuis ff. de lib. & poſthum. & in l. fin. C. de Patria poteſt.* & hoc ius fuit proprium Romanorum iuxtà Text. *in §. ius autem inſtit. de Patria poteſt.* quod explicat Piccardus *ibid.* dicendo, quod ius iſtud Patriæ poteſtatis dicitur proprium fuiſſe Ciuium Romanorū, ex eo quia illud ſuis moribus receperunt ſtatim ab initio naſcentis Ciuitatis non à Græcis, aut alijs nationibus edocti, & deindè à Romulo fuit confirmatum ſpeciali lege, qua edixit parentum in liberos omne ius eſſe relegandi, vendendi, occidendi: & ex hiſtorijs ita non ſemel practicatum ait Pinell. *C. de bonis mater. rub. par.* 2. *nu.* 17. maximè ob diſciplinam militarem, & vtilitatem Reipublicæ, vt ex Budeo *in l.* 11. *ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* aduertit Pinell. *dicto n.* 17. & ob ſolius pudicitiæ reſpectum, vt ex Text. *in l.* 11. *§. initium ff. de orig. Iur.* vbi fit mentio de occiſione filiæ inſontis à Virginio impune facta, quam refert Pinell. *ibidem*.

135 Et hoc ius fuit datum etiam maritis in vxorem in adulterio depræhenſam ex lege, quam refert Aul. Gellius *noct. attic. lib.* 10. *c.* 23. ibi: *in adulterio vxorem tuam ſi deprahendiſſes ſine iudicio impunè necares*, & ex alia lege Romuli, quam refert Tiraquel. *lib.* 5. *coniubial. num.* 13. & ex eo Ameſcua *de poteſt. in ſe ipſum lib. primo cap.* 13. *num.* 12. *in fine*: cuius legis verba ſunt: *Adulterij conuictam vir, & cognati, vti volent, necanto*.

136 Sed hoc ius generale, & amplum datum Patribus occidendi liberos ſuos leges poſtetiores, & humaniores fauendo liberis ſemper minuerunt, vt tradit Emil. Ferett. *in*

*leg. filium quem num.* 120. *C. famil. Erciſcund.* Corras. *in eadem leg. filium, quem num.* 79. & Pinell. *loc. cit. num.* 18. imo ad ſolum caſum turpis impudicitiæ, qua filiæ ſeſe, & familiam commaculant reſtrinxerunt, vt videre eſt *in dicta leg. patri & d. l. nec in ea, & l. diuus ff. ad l. pomp. de parricid.* & ideò bene Pinell. *loc. cit. num.* 19. & ex eo Petrus Theodoricus *iudic. criminal. cap. 6. de adulter. num.* 86. & ex Fabro, & Hilleger Zeithoph *de iure occid. deprahenſ. in adult. part.* 2. §. 45. aduertunt quod antiqui iuris vitæ, neciſque in liberos veſtigium ſolum durat in patre reperiente filiam in actibus venereis, vt expreſsè cautum, & ſancitum eſt in Text. *in d. l. quod ait lex*.

137 Maritis verò omninò dictum ius necis in vxorem ablatum fuit *ex leg. nec in ea §. ideò autem ff. ad legem Iul. de adult.* & redditur *ibidem* ratio differentiæ, quare patri, & non marito, mulierem, & omnem adulterum permiſſum eſt occidere, nempe quia plerumque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit, hoc eſt, vt explicat Struuius *de vindicta priuata cap. 8. aphoriſ. primo num. 6. pietas, affectuſque patris in filiam continere eum poteſt, vt neutrum interficiat: cæterum mariti calor, & impetus facilè decernentis fuit refrænandus*; vt formalibus verbis reſpondit Papinianus *in d. l. nec in ea §. fin.*

138 Remanet ergo in hac parte incorrectum ius antiquum datum patri in filias in turpitudine coitus illiciti repertas, dummodo concurrant circumſtantiæ, & qualitates de quibus ſupra dictum eſt: Et ſicut antiquitus hoc ius erat patri tributum in omnes filias tam nuptas, quam virgines, vel viduas, nam ante *legem Iuliam de adulterijs*, nuptæ maritorum, & propinquorum ſimul: innuptæ verò propinquorum ſolùm coercitioni ſubiciebantur; vt ex Briſſ. Rob. Sueton. Tacit. & Forſt. oſtendit Petrus Theodoricus, *loc. cit. cap. 6. num.* 84. qui ex Bodin. *Method. hiſtor. cap. 4. pagin. 78. & primo de Repub. 3. pag.* 29. aſſerit contra Cujacium coercitionem ad mortem incluſiuè potuiſſe extendi *ex lege Romilia* de qua facit mentionem Halicarnaſſeus *lib.* 2. Ità & hodie integrum, & indiſtinctè Patri competit in eaſdem omnes non ſolum, quia nullibi reperitur in Iure cautum, quod virgines, & viduæ eximantur, ſolum enim excipiuntur illæ, quæ non ſunt ſub patria poteſtate, vt colligitur ex Text. *in d. leg. Patri & in d. l. ſic eueniet*; ſed etiam quia ſecundum Ant. Fabrum *lib. primo iuris prud. Papin. tit. 8. princ.* 3. & Io: Zeithoph. *in tract. de iure occidendi præhenſum in adulterio part. 2. §. 4.* ius patriæ poteſtatis id ipſum exigere videtur. Vlterius non minus propter iuſtum dolorē Patri *lex Iul.* id conceſſiſſe videtur, vt ex Bachou. conſiderat Zeithoph *de iure occidendi præhenſum in adulterio dicta par. 2. §. 4.* iuſtum autem dolorem ſicut ex maritatæ adulterio, ita, & forſan eo magis ex fornicatione, & impudicitia filiæ Virginis, ſeù viduæ Pater percipit, & ſentit, & propterea non eſt facienda differentia inter vnum caſum, & alium.

139 Duo tamen adhuc poſſunt opponi, primum quod ius occidendi metitur ex Iure præcipuo accuſandi iuribus ſupra allegatis, & ſic non metitur ex antiquo Iure vitæ, & necis patri tributo in liberos: ſecundum quod Text. *in d. l. patri, & l. nec in ea §. ius occidendi, & in l. quod ait lex ff. ad l. Iul. de adult.* loquitur ſolum de adultera, & ideo cum hoc ius occidendi ſit triſte, vt ait Ant. Matthæus *de criminib. tit. de adult. cap. 3. n.* 14. ſtricte, & ad litteram debet intelligi, vt proſequitur Matthæus & Faber. *loc. cit.* & Zeithoph pariter *loc. cit.* §. 9.

140 Verum quoad primum obiectum iam dixi quod ex Text. *in dicta leg. marito §. fin.* non poteſt deſumi argumentum validum ad oſtendendum, quod ius occidendi dependeat à iure præcipuo accuſandi, quia in tantum ibi pater repellitur, in quantum eſt turpis perſona; vlterius reſpondetur, quod vbi extat lex, ſeù ſtatutum, tribuens huiuſmodi ius præcipuum, vt in ſtatu Eccleſiaſtico *ex conſtitutione Marchiæ lib. 4. cap. 69. §. item quia propter* ibi: *in criminibus inceſti, adulterij, ſtupri, fornicationis nullus accuſando, vel defendendo priuatim, vel publicè admittatur, niſi eſſet pater &c.* debet penitus, & omninò ceſſare prædicta obiectio.

141 Ad ſecundum verò obiectum reſpondetur quod ex quo *in dictis ll.* facta fuit mentio de ſola adultera, non excluduntur virgines, & viduæ, nam Iuriſconſutus *in d. l. patri & l. ſic eueniet*, non fundat diſpoſitionem, ſeù licentiam, ſeù permiſſionem occidendi in qualitate adulterij, ſed benè in qualitate patriæ poteſtatis, quæ tam nuptā quam viduam, & Virginem compræhendit, vt de ſe patet, & ideo ſpecificatio adulterij non poteſt reſtringere diſpoſitionem in generali ratione fundatam: quod verò lex quando continet ius triſte, ſit ſtricte interpretanda, & intelligenda procedit vbi lex
142 non eſt fundata in ratione ampla, & generali ad Text. *in l. eum lege, & ibi gloſ. ff. de teſtam. cap. ſi quam de ſent. excom.*; Et reſpondetur ſecundò ius occidendi tributum Patri non tam odioſum eſſe, quia licèt ſit odioſum ante factum, poſt factum poteſt
143 dici fauorabile, quia fauet patri, qui iuſto dolore occidit vt benè reſpondet Zeithoph. *de iure occidendi præhenſum in adulterio par. 2. §. 10. in fine*.

144 Homicidium igitur, ſeu homicidia filiæ maritatæ, ſeu viduæ, ſeu Virginis reſpectu ad Patrem erunt omninò impunita, ſi prædicta ſex requiſita concurrant, vt concludunt iura, & Doctores mox citati.

145 Quod ſi non omnia ſimul concurrant, puniri debet, ſed citra mortem *l. ſi adulterium §. Imperator ff. ad leg. Iul. de adult. & leg.*

*proſpiciendum ff. de pœnis* & plerumque exilio iuxta Text. *in l. Graccus C. ad l. Iul. de adult. & l. prima §. vlt. ff. ad l. Corn. de ſicar.* & Giſlauſen. *dicto cap.* 18. *num.* 18. nec obſtat quod Text. *in l. nihil intereſt ff. ad leg. Iul. de adult.* diſponat altero ex requiſitis deficiente occidentem fieri Reum *legis Corneliæ* ibi: *dum vtrumque occidat, nam ſi alterum occidat lege Cornelia Reus erit*, hoc eſt pœna mortis punitur, vt ex Gloſ. *in l. prima §. fin. verbo reſcripſit ff. ad Cornel. de ſicar.* & Salicer. *in l. frater num. primo & 5. C. eod. tit.* ait de Luca ad Vinc: de Franch. *deciſ. 678. verſ. quæ verba*, vbi reddit huius aſſerti rationem, quia lex in materia homicidij dicens ignoſcendum eſt, intelligitur quoad pœnam legis Corneliæ, ergo dicendo *lege Cornelia Reus erit*, intelligitur de pœna mortis, & allegat Caball. *crim. reſol.* 300. *num.* 9. nam fit quidem Reus legis Corneliæ, ſed non pœna *eiuſdem legis* puniri debet, vt explicant Ant. Mattheus *loc. cit.* Gabriel. de Bellis *tit. de delictis cap. 3. §. vnico num.* 26. & Io: Zeithoph *de Iure occidendi præhenſ. in adult. par. 2.* §. 112. dicens quod non illicò qui *dicta lege* Reus eſt ordinaria illius pœna plectitur *arg. leg. prima §. 3.* ibi: *leniendam pœnam ff. ad leg. Corn. de ſicar.* ſiquidem interficiens ex iræ calore ordinariam *leg. Corneliæ* pœnam euitat, ſi iuſtam iræ cauſam habeat, vt ex lege *ſi adulterium §. Imperator. ff. ad leg. Iul. de adulter.* Valentin. Farin. Treuil. & Bochou. ibi *in addit.* dicit Zethoph *loc. cit.* §. 102. ad pœnam enim ordinariam requiritur dolus malus, vt habetur *toto tit. ff. & C. ad l. Corn. de ſciar.* quem dolum malum iracundia excludit vt ex Voltz. ſubdit Zeithoph. *loc. cit.* Contra tamen eos qui dicunt ceſſantibus
146 requiſitis intrare ſolum pœnam exilij, dico quod re vera nequit ſtabiliri certa regula, quia iuxta concurſum, ſeu defectum requiſitorum pœna minui, vel aggrauari debet ex proportione geometrica vt ex Flamin. Carthar. *poſt. deciſ.* 66. Iuliui ſui filij docet Theſau. ſeu Senatus Sabaudiæ penes Theſau. *forenſ. quæſt.* 13. *num.* 11. *& ſeq. par.* 3. ità vt concurrente ſolo vno requiſito, & quinque alijs ex recenſitis deficientibus, non pœna exilij, quæ eſt remota per quinque gradus a pœna mortis, ſed intrat pœna alia magis exemplaris, quod tamen non firmo, quia nolo in hac re recedere à mitiori.

147 Puto tamen quod hoc fallat quando adulter in adulterio repertus telo reſiſtit, & ſic vim cum libidine coniungit, vt bene aduertunt Matthæus *de criminibus tit. de adulter. tit. 3. num.* 19. & Zeithoph *de iure occidendi præhenſum in adulterio par.* 2. §. 110. & etiā quando caſus euenit de nocte ad Text. *in leg. Gracchus C. ad legem Iul. de adult.* quia nox operatur, quod Pater non poſſit diſcernere, & habere modum in operando, nam nox, & dolor inconſultus, ideſt improuiſus factum releuant, vt in terminis mariti occidentis de nocte adulterum non vilem bene perpendit Farinac. *quæſt.* 121. *num.* 106. quem ſequitur de Luca ad Vinc. de Franch. *dicta deciſ. 678. verſ. ſecundò textus ille.*

148 Quo ad maritum dixi quod ius occidendi vxorem fuit ei per *leg. Iul. de adulter.* penitus, & omninò ademptum *leg. in ea §. fin. leg. ſi adulterium §. Imperator. ff. ad legem Iul. de adulter. leg. prima §. fin. ff. ad leg. Corn. de ſicar.* Ant. Matthæus *de crim. tit. de adult. cap. 3. n.* 13. Carpzou. *pract. crim. par. 2. quæſt. 51. num.* 28. Io: Zeithoph *de Iure occiden. præhenſ. in adult. par. 2. in princ. lit. H.* & plurimis citatis Farinac. *quæſt.* 121. *nu.* 57.

149 At remanſit ei ius occidendi adulteros *à lege 12. tabul.* tributum cum verbis, *mœchum in adulterio depræhenſum necato*, de qua poſt alios mentionem facit Struuius de vindicta priuata *cap. 8. aphoriſm. primo num. primo*; reſtrictum tamen eſt *à lege Iulia* ad ſolos adulteros viles, & abiectæ conditionis *leg. marito ff. ad Iul. de adulter.* iuncta *l. Gracchus C. eod. tit. & l. humilem C. de inceſt. nupt.* Ant. Matthæus *loc. cit.* Zeithoph *loc. cit.* §. 58. Farin. *qu.* 121. *nu.* 54. *& ſeqq.* & videtur eſſe ratio, quia maiore iniuria, adeoque maiore dolore afficitur bonus vir, ſi vilem quempiam, quam ſi honeſtum in adulterio vxoris depræhendat, creſcit enim iniuria ex perſona eius, qui eam facit *l. ſed ſi vnius §. quædam ff. de iniur.* & propterea ex hoc Auguſtus, qui hanc *leg. Iuliam condidit* iuxta opinionem Harpreck. & Carpzou *locis citat.* à Zeithoph *de iure occidendi præhenſum in adul. par. 2. §. 2.* ſumpſit motiuum ſanciendi, quod maritus occidens adulterum vilem euadit omninò impunitus, vt elici ex Text. *in leg. quod ait. §. quare ff. ad leg. Iul. de adulter.* ibi: *ratio redditur, quia maiorem iniuriam putauit legislator. &c.* aduertit Zeithoph *loc. cit.* §. 65.

150 Requiritur nihilominus ad impunitam occiſionem, quod hos viles reperiat, & depræhendat in actibus venereis cum vxore in domo propria, nam ſi reperiat in domo ſoceri, vel alibi, non occidit impunè, vt eſt Text. *in l. marito ff. ad l. Iul. de adulter.* Gloſa *in leg. Gracchus verbo occidi C. eod. tit.* Farin. *dicta quæſt.* 121. *num.* 94. Zeithoph *loc. cit.* §. 69. & Struuius *dicto cap. 8. num.* 3.

151 Et inſuper debet vxorem dimittere ſine mora, vt habetur *in dicta leg. marito §. præcipitur* Salyc. *in dicta leg. Gracchus numer.* 7. Zeithoph *loc. cit. num.* 71.

152 Verum Iuſtinianus Imper. *nouell. 117. cap. bis quoque* auxit ius maritis, vt occidere poſſint eos, quos habent ſuſpectos de adulterio, ſi ter monitos, reperiant cum Vxore in domo propria, vel adulteri, aut in popinis, aut ſuburbanis locis, ſcilicèt aptis ad ſuſpitionem huius turpitudinis, vt habetur *in dicta nouell. 117. cap. 15. & in Auth. ſi quis C. ad leg. Iul. de adult.* Farinac. *d. quæſt.* 121. *num.* 125. Struuius *dicto cap. 8. num.* 8. Carpzou. *prac. crim. par. 2. quæſt. 51. num.* 28.

Zei-

Zeithoph *loco citato* §. 72. *& ſequentibus*.

153 Sed aduertendum quod hæc Iuſtiniani Conſtitutio procedit retentis terminis *legis Iul.* nempè vt adulter ſit vilis, & abiectæ conditionis, vt reiectis Airerio, & Bacchou. firmat Zeithoph *loc. cit.* §. 68. ex autoritate Cyn. *d. auth. ſi quis num.* 6. & Angel. *ibidem in princ.*

154 Aduertendum ſecundò, quod mariti ſi non obſeruent formam *à dicta l. Iulia* & à *conſtitutione Iuſtinian.* traditam, non condemnantur ad pœnam ordinariam *legis Corneliæ de ſicarijs*, ſed ob iuſtum dolorem in extraordinariam tantum iuxta Text. *in l. ſi adulterium* §. *Imperator ff. ad l. Iul. de adulter. & l. Gracchus & l. quamuis C. eodem tit.* vt pluribus oſtendit poſt alios Zeithoph *loc. cit.* §. 107. *& ſeqq.* & Ant. Mattheus *de criminib. tit. de adulter. cap. 3. num.* 19.

155 Aduertendum tertiò, quod matitis, qui non obſeruant formam à legibus præſcriptam in occidendo adulteros, remittitur poena ordinaria eo ſolum caſu, ſi ex improuiſo, & abſque interuallo, & deliberatione occidant ad Text. *in l. quod ait* §. *quod ait ff. ad leg. Iul. de adult. & in dicta leg. Gracchus* §. *ſed ſi legis*, Farinac. *queſt.* 121. *num.* 105. de Luca ad Vinc. de Franch *deciſ.* 178. *verſ. quinto pœna, & verſ. ſed reſpondetur*.

156 Cæterum etiam ſi ex interuallo occiderint poſſunt ex benignitate Principis ſperare, & habere remiſſionem, ſaltem, quoad pœnam ordinariam, quia huiuſmodi iniuria viris ingenuis ſemper eſt præſens, vt conſiderat Farinac. *conſ.* 141. *num.* 32. vbi poſt quam *per totum conſilium* oſtendit maritum ex interuallo occidentem pœna ordinaria *legis Corneliæ de Suarijs* teneri, demum *dicto num.* 32. concedit Principem facilius moueri poſſe ad gratiam, licèt Giurb. *conſ.* 80. & Gizzarell. *deciſ.* 18. contendant, quod de Iure ad minorationem pœnæ ſit deueniendum ob dictam rationem, quia *honor ſemper cor prçmit*, de qua re ego latius dico *cap. 7. in rub. ſub num.* 60.

Quæro duodecimò. An Iudices ordinarij poſſint dare talem facultatē? puto quod poſſint in primo, & in ſecundo caſu dumtaxat.

157 Et quidem reſpectu primi caſus, eſt omninò certum competere eiſdem facultatem prædictam, quia cum ſit de Iure Bullarum, quod notorij delinquentes poſſint impune offendi, & occidi, non debet denegari Iudicibus facultas ordinandi executionem eorum, quæ de Iure fieri poſſunt.

Reſpectu verò ad ſecundum caſum puto eadem ratione Iudicibus competere dictam facultatem, dummodo adſit ſtatutum, ſeù lex municipalis diſponens, quod committens tale delictum ſit ipſo facto diffidatus,
158 nam tantum operatur ſententia ficta à lege, quantum ſententia lata ab homine vt per *leg. cum quaſi* §. *ſi plures ff. de fideic. liber.* argumentatur in terminis Io: Baptiſta Cauatius *conſ.* 5. *num.* 7. *impreſſ. penès* Carpan. *ad nouas conſtit. Mediolan. tit. de homic. & alijs criminibus*; ſecùs eſt quoad Principem, qui poteſt etiam, quod non adſit tale ſtatutum, ſeu lex municipalis, edicere quod de proximo banniendus impunè occidatur.

Nec facit quod Alex. *in leg.* 3. §. *ſi ſeruus num.* 10. *ff. de acquir. poſſeſſ.* auferat hanc facultatem Iudici ob rationem, quia poterat appellare is, qui de proximo erat banniendus: Nam appoſite nimis huic obiecto ſatiſfacit Cauatius *loc. cit. num.* 8. dicendo, quod
159 à grauamine ſtatuti non datur appellatio Bart. *in l. ſi ſecundum legem C. de Iure Reipub. lib. 11. & in l. omnes populi in quaſt. 5. ff. de Inſt. & Iure*, & in terminis Alberic. de Roſat. *tract. de ſtatut. quaſt.* 94. Conſulo tamen, & admoneo Iudices, ne ſe ingerant in hac materia, quia memini quod de anno 1662.
160 fuit de ordine Sacræ Conſultæ proceſſatus Gubernator Mantianæ, qui iuſſerat exequutoribus, & hominibus terræ, vt graſſatorem caperent aut viuum, aut mortuum, & cum graſſator fuiſſet interfectus, ipſe Gubernator multum inſudauit ad reportandā abſolutionem. Vide, & ſunt addendi Doctoribus allatis in antecedenti quæſito Iuſt. Meier. *ad tit. ff. ad l. Corn. de ſicar. theſ.* 5. & Petr. Theodoric. *iudic. crim. tom. 2. tit. de neceſſaria defenſione cap. 11. num.* 59. qui aiunt quod mandata, quibus lictoribus Sontem vel viuum, vel mortuum capiendi poteſtas conceditur, effreni, & viliſſimo hominum generi nonniſi grauiſſimis de cauſis fieri debent. Vide Foller. *pract. crim. verbo notatos capiat de perſona num.* 30. & Baldaſſar. de Ang. *in addit.* ad Follet. *ibidem num.* 76. & remiſſiuè ad Foller. Proſper. Petra *in addit.* ad Gram. *deciſ.* 41. *num.* 8. qui vlterius quçrit àn ſtante dicto mandato quis poſſit impunè occidi, & an impunè occidatur, ſi poterat viuns præhendi, quia ſe proiecerat in terram, & tamen fuit occiſus, vide eum, & Menoch. quem citat *de arbitr. Iudic. caſ.* 578.

161 Quæro decimotertiò. An in ſupradicto Banno, ſeu Edicto compræhendantur perſonæ Eccleſiaſticæ? & affirmatiuè reſpondent Marſil. *conſ.* 11. per tot Ambroſin. *deciſ. 25. vol. primo* Ricc. *deciſ.* 99. *ſeu* 100. *per tot. par. 2. fol. mihi* 88. Carol. de Graſſ. *clerical. effect. 2. num.* 374. Baiard. ad Clar. §. *homicidium num.* 259. *in fine* Io: Baptiſta Cauat. *in conſil. impreſſo penès* Carpan. *ad nouas conſtitut. Mediol. tit. de homicidio, & alijs crimin. exeuſ. incip. Inquiſitio contra N.N. n.* 10. *& ibidem in alio conſil. in ordine 4. incip. prior ſententia* Bartholomæus Galluc. *ibid. dicto conſ. 4. à num. primo vſque ad num.* 22. Pater Graſſet. *de nece proditoria* §. 12. *in additione in fine operis impreſſa num.* 42. *& ſeq.* vbi probat Clericos eſſe compræhenſos in huiuſmodi edicto ob rationem, quia bannitus

eo ipſo, quod eſt generalitèr diſſidatus à le-
gitimè banniente amittit ius ad vitam in
ordine ad omnes intra territorium banniẽ-
tis, qui conſtituuntur quaſi lictores, ſeù
vindicatiuæ Iuſtitiæ Miniſtri contra eumdẽ
bannitum, & propterea eius occiſio intra
dictum territorium non eſt contra Iuſtitiã,
quicumque ſiuè Clericus, ſiuè laicus occi-
dat, Carol. Ant. Theſaur. *in prax. tit. de
pœn. par. 1. cap. 38. verſic. aduertendum tamen
in fine*, Nauar. *de reſtit. lib. 2. cap. 3. num. 218.*
Petr. Anton. Lazzar. *in addit.* ad Nauar. *in
Summa verbo bannitus num. 9.* Foller. *pragm. 1.
de exulibus num. 3. in fine*, Farin. *quaſt. 103.
n. 142.* D. Orilia ad Campanã *ſelect. reſol. 23.
num. 12. & ſeqq.* & huius opinionis rationes
plurimas afferunt Marſil. *d. conſ. 11. per tot.*
Ricc. *d. decis. 99.* Carthar. *crim. decis. 1. à
num. 18. vſque ad num. 57.* & nouiſſimè Petr.
Franc. Paſſerin. *problem. legal. 3. à num. 1. vſ-
que ad num. 12.*

162 Negatiuè verò nempè Eccleſiaſticos nõ
compræhendi in Edicto dicunt Gloſa *in c. 2.
verbo latronem extra de homicid.* Marta *de Iu-
riſdict. par. 4. cap. 67. num. 11. & ſeq. & voto
355. num. 3.* Carol. de Graſſil. *lib. 2. Regal.
Franc. Iur. 17.* Lancellott. Corrad. *templ. om.
Iudic. lib. 1. cap. 1. l. Imperat. §. 4. verbo de-
linquentes num. 4. & 8.* Gregor. Sayr. *in Claui
Regia caſ. conſcient. lib. 7. cap. 11. num. 3. in
fine*, & alij, quos refert, & ſequitur Carthar.
*crim. decis. 1. num. 191. & ſeqq.* & huius ne-
gatiuæ opinionis fundamenta plura refe-
runt Ricc. *decis. 99.* Carthar. *d. decis. 1. à nu-
mer. 59. vſque ad num. 194.* & Petrus Franc.
Paſſerin. *d. problem. 3. à num. 13. vſque ad nu-
mer. 25.*

163 Mihi videtur, quòd prima opinio ſit ve-
rior, quia etiam ſi Clerici, & Perſonæ Ec-
cleſiaſticæ non compræhendantur explicitè
in Statuto laicorum ex defectu poteſtatis, &
voluntatis, in quo fundatur baſis negatiuæ
opinionis, vt aduertit D. Orilia ad Campa-
nam *d. reſol. 23. num. 12.* nihilominus im-
plicitè compræhenduntur, nam ipſi quip-
164 pe qui Ciues, poſſunt vti Statuto, & diſpo-
ſitione Statuti laicorum, vt ex Bart. Natta,
Roman. & Rota firmat Sperell. *decis. 11. nu-
mer. 9. & 10.* qui ſubdit eſſe ſpeciale in Eccle-
ſia, & Clericis, vt poſſint iuuari lege, quam
contra ſe non tenentur admittere, *& nu. 28.*
ex Baldo, & Surdo, inquit, quòd Clerici
tunc vtuntur Statuto, tamquam priuilegio,
165 non tamquam lege, & hæc opinio eſt cõ-
munis, & in Tribunalibus recepta, vt infe-
riùs dicam, & reperio huius opinionis eſſe
Emanuel Aluarez Pegas *in eius doctiſſimis
Commentarijs ad ordinat. Portugallia in proœm.
gloſa 54. §. 5.* qui relatis opinionibus affir-
matiua, & negatiua cum argumentis hinc
indè deductis concludit Clericos eſſe com-
præhenſos, quia Conſtitutio fauorabilis
eos compræhendere debet. Intellige tamen
vt hoc procedat, prout inferius *in 15. quæ-
ſito* explicabo.

166 Quæro decimò quartò, An Clerici oc-
cidentes bannitum poſſint, etiamſi com-
præhendantur in Statuto, proceſſari, & mo-
leſtari, & puniri à Iudice Eccleſiaſtico pro-
pter dictam occiſionem banniti? Marſil.
*in fine d. conſ. 11.* tangit hanc quæſtionem,
& reſpondet negatiuè, & indubitatum aſſe-
rit, quòd Curia Epiſcopalis, oſtenſo ſibi
Banno iuxta doctrinam Bart. *in l. vbi pactum
num. 10. C. de tranſact.* debet deſiſtere à pro-
ceſſu inchoato contra ipſum occiſorem: ſed
hæc aſſertio non tranſit ſic de plano, quia
167 ſi Clericus occidendo bannitum incurrit
irregulatitatem, vt ipſe Marſil. concedit *in
princ. d. conſ.* & cum eo Scialoya *de foriudic.
cap. 17. num. 8.* & Petr. Franc. Paſſerin. *pro-
blem. legal. 3. num. 99.* Dicaſtill. *de Iuſt. & Iu-
re lib. 2. tract. 1. diſput. 10. dubit. 1. num. 13.
tit. de iniuſt. quæ committitur in homicidio*; ete-
168 nim excepto caſu occiſionis admiſſæ ex
cauſa neceſſariæ defenſionis iuxta Text. *in
Clem. vnica de homicid.* in omnibus alijs caſi-
bus Eccleſiaſtici occidendo incurrunt irre-
gularitatem, *cap. ſuſcepimus, cap. de cætero,
cap. tua nos, cap. Ioannes extra de homicid.* ſe-
quitur de neceſſe, quod debeat etiam pœ-
na temporali puniri, quia pœna irregulari-
169 tatis non eſt reſtricta ad ſolam remotionẽ
homicidæ à Miniſterio, & Seruitio Altaris,
ſed incurſa ab Eccleſiaſticis extenditur etiã
ad pœnam corporis afflictiuam, vt habetur
in Concilio Toletano 11. *can. 6.* relat. à Gra-
tian. *cap. his, à quibus num. 3. quæſt. 8.* ibi: *His,
à quibus Domini Sacramenta tractanda ſunt iudi-
cium Sanguinis agitare non liceat, aliàs, & hono-
re Ordinis priuetur, & loco, ſub perpetuo quoq;
damnationis teneatur relegatus ergaſtulo.*

170 Vndè alij dixerunt, quòd poſſunt puni-
ri, ſi ſint in Sacris, & quidem pœna homi-
cidij, vt dicit Marta *de Iuriſdictione caſ. 67.
num. 15.* ſed repræhenditur in hoc Marta
à P. Graſſett. *de nece prodit. in add. ad §. 12.
num. 49.* & à Petro Franc. Paſſerin. *d. proble-
171 mat. 3. num. 42* qui ſolùm pœnam à Iudi-
ce arbitrandam admittunt, quia, cum oc-
ciſio banniti diſſidati non ſit iniuſta, ſed ſo-
172 lùm illicita Clericis, tamquam contra
Religionem, & decentiam eorum Status,
vt poſt Graſſett. Valer. & Nauar. aduertit
Paſſerin. *loc. cit. num. 38. & ſeqq. & 94. & 95.*
& per conſequens non ſit, nec dici poſſit
propriè homicidium, quod requirit non
173 ſolùm formalem, ſed etiam materialem
læſionem Iuſtitiæ, vt dicit Paſſerin. *loc. cit.
num. 39. & de pollutione Eccleſia diſp. 5. cap.
25. num. 4. in fine*, proindè non ordinariam
homicidij, ſed extraordinariam dumtaxat
174 pœnam meretur: & ad authoritatem
Martæ reſpondent eumdem loqui ſine fun-
damento, cum Diaz, quem allegat *in pract.
crim. can. cap. 94. ſeu 97. num. 1.* ſupponat ho-
micidium iniuſtum, & voluntarium, qua-
le non eſt illud, quod committitur in ban-
nitum.

175 Et

175 Et poſſunt etiam puniri, ſi in Minori-
bus Ordinibus conſtituti, ſint Beneficiati,
vt dicunt Graſſett. *loc. cit. num.* 48. & Paſſe-
rin. *d. problem.* 3. *num.* 97. nam Canones
prohibentes, vel præcipientes aliquid Cle-
ricis compræhendunt tàm eos, qui ſunt in
Sacris, quàm eos, qui ſunt Beneficiati, vt
ex Emanuel. Sà *aphoriſm. verb. Clericus nu.* 2.
dicunt Graſſett. *loc. cit. num.* 47. *in fine* Paſſe-
rin. *d. problem.* 3. *num.* 97. & vlterius ſicut
Clerici in Sacris conſtituti occidendo ban-
nitum peccant mortaliter, vt ex Tambur.
Marta, Molina, Tolet. Scot. firmat Graſſet.
*d. num.* 47. ita etiam morraliter peccant in
Minoribus Ordinibus conſtituti, ſi ſint Be-
neficiati, vt ex Molina, & Theſau. ſubdit
Graſſett. *ibidem*, & idem vult Dicaſtill. *de*
*Iuſt. & Iure lib.* 2. *tract.* 1. *diſp.* 10. *dubit.* 10.
*num.* 123.
176 Conſtituti verò in Minoribus Ordinibus,
& non Beneficiati, non debent, & nec poſ-
ſunt ob occiſſionem banniti moleſtari, tùm
quia ex iam dictis non compræhenduntur
in prohibitione, & diſpoſitione Canonum,
177 ſiquidem Statuta de Clericis diſponentia,
de Clericis Maioribus, & Beneficiatis ſunt
intelligenda, & interprætanda, vt conſide-
rat etiam Cepoll. *conſ.* 29. *num.* 6. *verſ. item*
*eodem modo reſpondetur*, & ex eo Illuſtriſs. &
Reuerendiſs. D. Seuerolus in docto, & eru-
dito reſponſo pro D. meo Iulio Guaſco
eius Patruo reddito *in Romana Penſionis n.* 14.
Licèt enim ſit vetitum Clericis negotijs ſæ-
cularibus ſe immiſcere, ne ab obſequio Ec-
cleſiæ, cui ſunt addicti, diſtrahantur iuxta
Text. *in can. Ciprianus, & can. & hi, qui* 21.
*quæſt.* 3. hoc tamen intelligitur de Clericis
in Maioribus, & Sacris Ordinibus conſtitu-
tis, qui Eccleſiæ inſeruire tenentur ob Be-
neficium, quòd in illa obtinent, non autem
de Clericis tantummodò tonſuratis, & non
Beneficiatis, quia cum iſti Eccleſiæ addicti
non dicantur, & nauigare, vxorem ducere,
& alia plura explere poſſint, de quibus *in*
*cap.* 1. *de Cler. coniug. & in cap. cum ex eod. de*
*elect. in* 6. vtique ſæcularibus ſe immiſcere
non prohibentur, vt formalibus verbis di-
cit præfatus D. meus Seuerolus *loco cit. nu-*
*mer.* 3. *&* 4. tùm etiam quia Clerici in Mino-
ribus conſtituti, & non Beneficiati occiden-
178 do bannitum non peccant, niſi ad ſum-
mum venialiter tantùm, vt ex Soto, Graff.
Tolet. Valentia, Sayr, Reginald. Caſtropa-
lao, Guazzin. Tambur. Graſſett. & alijs con-
cludit Paſſerin. *vbi ſup. num.* 96.
179 Non deſunt tamen Doctores firman-
tes, quòd etiam laici occidendo bannitos
mortalitèr peccant, vt ſunt Gloſ. Abb. Ar-
chidiacon. Bald. Anan. Alber. Duenn. Ce-
uall. Gagliard. Moton. Plach. Ripa, & alij,
quos refert Carthar. *d. deciſ.* 1. *numer.* 183.
180 etiamſi bono zelo Iuſtitiæ occidant. Mar-
ta *de Iuriſdictione par.* 3. *capit.* 8. *numer.* 25.
& Carthar. *d. num.* 183. *in fine*, & pro hac o-
pinione facit diſtinctio allata à Grotio *de Iu-*
*re Belli, ac pacis lib.* 2. *cap.* 20. *de pœnis nu.* 17.
Harprect. *Inſtit. tom.* 4. *§. item lex Cornelia*
*fol.* 125. Ant. Mattheus *de criminib. tit. de Si-*
*car. num.* 6. *fol.* 531. & his relatis Hier. Baſi-
ſilico *crim. deciſ.* 16. *num.* 31. *verſ. diſtinctio-*
181 *nem*, quòd ſcilicet occiſio mandata à lege
eſt ſine peccato ob rationem, quia tunc
quilibet eſt executor legis, & ſic nullum
182 eſt peccatum: occiſio verò permiſſa à le-
ge ſemper eſt cum peccato, quia condona-
tio pœnæ ob iuſtum motiuum non opera-
tur, quòd non habeat locum generale legis
Diuinæ præceptum, *Non occides*. Vndè cum
Edictum huiuſmodi non præcipiat, quod
banniti occidantur, ſed ſolùm permittat, &
cum præmio alliciat alios ad occidendum;
non liberat, nec poteſt hos liberare à pec-
cato mortali ex ſententia prædictorum
Doctorum.

Sed quicquid ſit de veritate huius aſſer-
tionis, circa quam remitto Lectorem ad
Diuum Thomam, S. Auguſtinum, Moli-
nam, Aragon. Medin. Couarr. Silueſt. Az-
zor. Tolet. Ricc. Menoch. Beia *locis relatis*
à Dicaſtillo *de Iuſt. & Iure lib.* 2. *tract.* 1. *di-*
*ſput.* 10. *dubit.* 1. *num.* 3. *&* 7. *tit. de iniuſt. quæ*
*committitur in homicid.* durum mihi videtur,
quòd Clerici in Minoribus Ordinibus con-
ſtituti ſi non ſint Beneficiati, non incurrant
aliam irregularitatem, quam lenitatis, quã
etiam laici Iuſtitiæ executores, in vindicta
183 Sanguinis ſeſe ingerentes, incurrunt, vt
oſtendit Maiolus *de irregul. lib.* 2. *cap.* 10. *per*
*tot.* & in terminis noſtris fatetur Paſſerin. *d.*
*problem.* 3. *num.* 93. qui citat Campanil. *di-*
*uerſ. Iur. can. rub.* 11. *cap.* 23. *num.* 8. Suarez
*de cenſur. diſput.* 47. *ſect.* 6. *num.* 6. & Bordon.
*Theolog. Moral. lib.* 7. *quæſt.* 18. *cap.* 11. *num.*
79. nam Clerici, qui Seruitio, & Miniſte-
rio Dei ſe offerunt, & Tonſuram, ac Or-
dines Minores ſuſcipiunt, habent maiorem
obligationem, tàm ex honeſtate naturali,
quàm ex Sacrorum Canonum diſpoſitione
abſtinendi ab occiſione, & à quolibet actu
contra decentiam, & ſtatum Religionis ten-
dente, vt ex Suarez aduertit Paſſerin. *loco*
*cit. num.* 95. *& in tract. de pollutione Eccleſ. di-*
*ſput.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. & ſic vltra incurſum
in irregularitatem ex defectu lenitatis debet
184 incurrere etiam pœnas alias indictas *in di-*
*cto cap. his, à quibus* 23. *quæſt.* 8. loquitur e-
nim Text. generaliter, & generaliter de o-
mnibus intelligi debet ex adductis à Soto
*de iuſt. & iure lib.* 5. *quæſt.* 1. *art.* 4. *verſ. nam*
*qui*; Propterea concluſio poteſt habere lo-
cum in eo ſolùm caſu, quo Clericus in Mi-
noribus non ſeruat requiſita Sacri Concil.
Tridentini, & eſt ratio, quia tunc ceſſat
ſcandalum, indecentia, & irriuerentia cum
habeatur pro laico, & talem ſe eſſe facto
oſtendat, quamuis enim Clerici de Iure non
185 poſſint renuntiare Clericatui, poſſunt ta-
men de facto, hoc eſt, ſæcularibus ſe im-
miſcen-

miſcendo, vt docent Farin. *quæſt.* 8. *num.* 14. & pluribus citatis Cortiada *deciſ.* 12. *n.* 30. & confert Text. *in c. ex parte* il terzo *de priuileg. & in c. perpendimus de Sent. excomm.* & Anton. Graña *in cap. cum nō ab homine n.* 10. *de Indic.* Et ad hanc concluſionem probandam facit mirabiliter doctrina, quam refert Theſaur. *de pœnis par.* 2. *verbo Iudices cap.* 2. *verſ. irregularis*, dicens, quòd irregularitas in Clericis no ſolùm dicitur ex defectu lenitatis, ſicut in laicis, ſed etiam ex delicto, cum in eam incidant ex facto contra Canonum prohibitionem grauem, vt *cap. ex literis de exceſſ. Prælat.* Valentia *tom.* 3. *diſp.* 3. *quæſt.* 16. *punct.* 4. Tannerus *tom.* 4. *diſp.* 6. *quæſt.* 10. *num.* 211. Auila *par.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 5. *dub.* 5. §. *ſed contra*, qui notat talem irregularitatē non dici ex delicto, quaſi ex homicidio iniuſto, ſed ex delicto ob præcepti Eccleſiæ tranſgreſſionem.

186 Alij igitur, & melius dicunt, quod Eccleſiaſtici poſſunt puniri ſi voluntariè, & abſq; neceſſitate deueniunt ad occiſionem bannitorum; ſecus ſi neceſſitate vrgente hoc faciunt, puta pro defenſione propria, aut innocentis proximi, aut boni publici, vt firmant relati à Paſſerin. *d. problem.* 3. *numer.* 50. & multis citatis Iul. Caponus *diſcep. forenſ.* 33. *num.* 21. *tom.* 1. qui ait licere Clericis ſumere arma, & bannitos occidere, quando Patria obſeſſa eſt à bannitis, & laici non valent ſoli reprimere eos: In tali enim caſu non eſt credibile Eccleſiam velle punire irregularitatis pœna Clericos facientes id, quod Iure naturæ facere tenentur, vt ex Lenzana argumētatur Paſſerin. *loc. cit. num.* 52. qui allegat etiam Suarez de Cenſuris *diſp.* 47. *ſect.* 2. *num.* 12. dicentem ſibi indubitatum eſſe, quòd Eccleſia numquam prohibeat ea, quæ ſunt de lege naturali, aut quòd puniat aliquem, propterea quòd impleuerit legem charitatis, & præſtiterit id, quod niſi præſtitiſſet, peccaſſet.

187 Cæterùm opinio Marſilij eſt communis vt dicit D. Orilia ad Campanā *reſol.* 23. *n.* 13. & fatetur Carthar. *d. deciſ.* 1. *n.* 260. *& ſeqq.*, eſt recepta in Tribunalibus, & iuxta illam pluries fuit indicatum Ricc. *dicta deciſ.* 99. *alias* 100. *num.* 8. *par.* 2. Ambroſin. *deciſ.* 23. *vol.* 1. Carthar. *loc. citat. num.* 268. nec validis deſtituta eſt argumentis, vt videre eſt penes ipſum Marſil. *d. conſ.* 11. *per tot.* Ricc. *d. deciſ.* 99. latius apud Carthar. *d. deciſ.* 1. *à num.* 18. *vſque ad num.* 57. & Petrum Fran. Paſſerin. *d. problem.* 3. *à num.* 1. *vſque ad numer.* 12. & quamuis Sacerdos, de quo loquitur Carthar. *d. deciſ.* 1. fuerit condemnatus ad triremes per quadriennium, & exilij perpetui à Ciuitate, & Diœceſi Mediolani, vt teſtatur Carthar. *d. deciſ. in fine*: nihilominus illa reſolutio non facit ſtatum, quia, vt aduertit D. Orilia *d. reſol.* 23. *n.* 10. plura alia concurrebant delicta ab illo Sacerdote commiſſa, & vlterius procurauerat homicidiū bāniti ex inimicitia, & odio, quo

188 caſu occiſio banniti eſt punibilis etiam in laicis Carthar. *d. deciſ.* 1. *num.* 187. *& ſeq.* Giurb. *conſ. crim.* 3. *num.* 8. *&* 13. Guazzin. *de pace quæſt.* 61. *num.* 1. Caualc. *deciſ.* 11. *numer.* 24 *par.* 1. Ambroſinus *deciſ.* 23. *num.* 4. Graſſ. *Cleric. effect.* 2. *num.* 375. & D. Orilia *d. num.* 10. qui ex his, & alijs concludit, quòd non poteſt deſumi quale fuerit votū, qualeque motiuum talis condemnationis.

189 Quæro decimo quinto, An Clerici, & Eccleſiaſtici occidentes bannitos poſſint petere præmium, & remiſſionem delicti, & pœnæ, quibus innodati exiſtunt? & videtur reſpondendum negatiuè, quia ex Edicto Principis ſæcularis cogeretur Epiſcopus facere gratiam Clerico, quàm per ſe ipſum nunquam conceſſurus fuiſſet, quòd non eſt dicendum, vt in fortioribus terminis firmat Carauita *pragm.* 1. *de exulibus num.* 42. vbi volens indagare cauſam, & rationem,

190 quare fuerit ſtatutum, quod occidens bannitum ad gaudendum indultū debet eſſe incola ad minùs per quinquennium illius Prouinciæ, vbi bannitum occidit, aduertit hoc eſſe, quia alias indultus expediendus capienti, ſeu occidenti bannitum in aliena Prouincia pro delictis per eum commiſſis tractaretur, & expediretur coram Iuſtitiario illius Prouinciæ, coram quo non eſſet proceſſus, in quo talis petens indultum eſſet inquiſitus, propter quod non videretur conueniens, quòd Iudex domicilij, & cauſæ haberet caſſare ſuos proceſſus exiſtentes contra illum bannitum indultatum ad mādatum Iuſtitiarij alterius Prouinciæ, qui nō eſſet ſuus Superior; & ſubdit Carauita *ibid.* quod hoc inconueniens duraret, etiam quādo bannitus mitteret pro copia proceſſus ad illam Curiam, vbi extaret, & etiam quando præſentaret bannitum viuum, vel mortuum coram Iuſtitiario ſuæ Prouinciæ. Vndè ex hac conſideratione Carauitæ poſſumus nos cum maiori fundamento, ſtante Fori, & Hierarchiæ diuerſitate, inferre ad caſum propoſitum, quia nullo modo conuenit, quòd Curia Eccleſiaſtica caſſet ſuos proceſſus ob indultum expeditum, & Edictum publicatum à ſæculari.

191 Sed propinquiùs accedendo ad materiā, dicas, quòd Carauita *in eadem pragm.* 1. *numer.* 117. tractat quæſtionem propoſitam ferè in terminis noſtris, & concludit, quòd ſi Clericus eſſet bannitus à Iudice Laico pro crimine aſſaſſinij, poterit ab eodem Iudice indultari ob capturam, vel mortem alterius banniti: ſi verò pro alio crimine debet priùs diſcuti ſuper eius Clericatu, & ſi non veniat remittendus, poterit à Iudice Laico indultari. Si autem remiſſioni locus eſſet, non poſſet Iudex ſæcularis indultare eum, quia fieret præiudicium Iudici Eccleſiaſtico, ad quem remiſſio ſpectat. Vndè ex his videtur concludendum, quòd Clerici præſentata,

tata, & præmio gaudere minimè debeant. Verum, quia hæc aſſertio poteſt parere confuſionem, ſi ita generalitèr accipiatur, exiſtimo melius eſſe quod materia diſtinctionibus, & per caſus dilucidetur.

192 Primus caſus eſt quando Clericus non bannitus, nec proceſſatus, nec aliter criminoſus occidit bannitum, & tunc vel prætendit non eſt proceſſandum, & puniendum à Curia Eccleſiaſtica, vel prætendit pręmiū & nominationem in edicto Principis Sæcularis pollicitam: ſi prætendit pręmium exburſari, & nominationem à Iudice Sæculari expediri ad ſui fauorem, certè non poteſt repelli ex rationibus allatis per Graſſet. *loc. cit. num.* 43. *& ſeq.* & ex rationibus allatis per me ſupra *num.* 163. *verſ. mihi videtur*, nempè, quia Clerici licèt non compræhenſi in ſtatuto poſſunt tanquam Ciues vti ſtatuto, & etiam quia indultus à Principe promiſſus debet late interprætari contra eumdem Principem ex his quæ dixi ſupra *num.* 47. ſi verò prætendit non fore moleſtandum à Curia Eccleſiaſtica ex eo quia occiſio bāniti eſt a lege, & Principe permiſſa, iam ſupra diximus varias eſſe Doctorum opiniones, ſed opinionem Marſilij eſſe communem, & in tribunalibus practicatam.

193 Secundus caſus eſt quando Clericus eſt bannitus à Iudice laico ob crimen aſſaſſinij, & ad obtinendum abſolutionem, & liberationem occidit alium bannitum, & iſto caſu poterit indultari à Iudice laico, & nequit puniri à Iudice Eccleſiaſtico ob homicidium banniti ex rationibus allatis per Carauit. *d. pragm. prima num.* 113. *&* 117. Maſtrill. *de indultu cap.* 3. *num.* 13. *&* 19. *& c.*29. *num.* 16. Thoro *in ſupplem. deciſ. verbo Clericus fol.* 88. & Iul. Capon. *d. diſcept.* 33. *n.*22. Baiard. ad Clar. §. *homicidium numer.* 259. Graſſ. *Cleric. effect.* 2. *num.* 377. Farinac. *quæſtion.* 103. *num.* 143.

194 Tertius caſus eſt, quandò Clericus eſt bannitus tanquam laicus à Iudice Sæculari ob delictum non exceptum, & tunc ſi occidit alium bannitum, non poterit ob occiſionem dicti banniti moleſtari à Iudice Eccleſiaſtico vt dictum eſt ſupra, ſed quoad liberationem, & indultum ſui ipſius duæ ſunt inter ſe pugnantes opiniones vna D. Oriliæ ad Campan. *dicta reſolut.* 23. *à nu.* 11. *vſque ad num.* 17. vbi non ſolum dicit Clericum eſſe indultandum ob rationem, quia non deficit poteſtas, quia Clericus eo ipſo, quod eſt bannitus per Iudicem laicum eſt effectus de eius Foro; ideò Iuris eſt, vt eiuſdem ſtatutis ligetur, cum Forum ſortiri, & ſtatutis ligari procedant pariformiter ex Carol. de Graſſ. *Cleric. effect.* 2. *num.* 374. *&* 375. & etiam quia Clericus vti laicus bannitus non debet eſſe deterioris conditionis, quam alius bannitus merè laicus: rurſus eſſet iniquum quod paſſiuè compræhendatur in banno, actiuè verò excludatur ex Graſſ. *Cler. effect.* 3. *nu.* 399. *&* 500. *& effect. primo num.* 377. ſed inſuper *num.* 18. refert ità fuiſſe reſolutum ad fauorem Iacobi Mancini de Ciuitate Caſtelli. Altera opinio de directo contraria eſt Carauitæ *pragm. prima de exulibus num.* 117. qui ait quod iſto caſu debet prius diſcuti ſuper Clericatu, & ſi non veniat remittendus poterit à Iudice laico indultari: ſi autem remiſſioni locus eſſet, non poteſt Iudex Sæcularis ipſum indultare, etiam quod cæpiſſet, vel occidiſſet alium bannitum, quia fieret præiudicium Iudici Eccleſiaſtico, ad quem remiſſio ſpectaret. Et hæc poſterior opinio eſt magis tuta, quia Clericus non iudicatur niſi à Iudice Eccleſiaſtico; quamuis graue crimen commiſerit *c. cum ſit generale de Foro compet. & c. Clerici, vbi DD. de Iudic.* etiamſi effectus ſit Clericus poſt patratum delictum, vt plutibus oſtendit Fagnan. *cap. magnus num.* 25. *&* 64. *ſeq. de obligat ad ratioc.* vbi refert reſolutionem Sac. Congregationis: quod procedit tàm in condemnando Text. *in cap. ſatis euidenter 96. diſtinct.* quam in abſoluendo *l. nemo ff. de regul. Iur.* Farinac. Bald. Aufrer. Marta, & alij relati à Chartar. *dicta deciſion. prima num.* 135. Fermoſin. *cap. at ſi Clerici quæſtion.* 6. *num.* 2. *de Iudic.* Propterea reſolutio, de qua facit mentionem D. Orilia *loc. cit.* eſſet magna reſolutio, & forſan in iure non ſubſiſteret, niſi ratione exercitij, & ex defectu requiſitorum Sac. Concilij Tridentini inquiſitus fuiſſet exiſtimandus merus laicus: poteſt enim Clericus facto, exercēdo ſcilicèt negotia Sæcularia, clericatui renunciare, vt dixi ſupra *n.* 185. & iuribus ibi allatis addo Textū & Doctores *in c. tuæ de apoſt.* Poteſt tamen Iudex Sæcularis concedere ſuo modo abſolutionem Clerico in ſuo Tribunali proceſſato, & condemnato, declarando ſcilicèt nullam, & inualidam eſſe ſententiam à ſe latam, vt declarando Gloſam *in auth. Clericus C. de Epiſc. & Cleric.* docet Chartar. *d. deciſ. prima num.* 139.

Nec dicatur quod ſi Clericus poteſt vti Statuto laicorum, vt dictum eſt ſupra, debet etiam in hoc iuuari: Quia reſpondetur, quod iuuatur in his, quæ dependent à Iudice, & Principe Sæculari, qui edictum fecit, non verò in his, quæ dependent ab alijs ſuperioribus arg. eorum, quæ diximus ſupra *n.* 47.

195 Quartus caſus eſt quando Clericus bannitus eſt in Curia Eccleſiaſtica, & occidit bannitum ad obtinendum liberationem, & licèt ob occiſionem banniti non poſſit puniri ex traditis ſupra, nihilominus non poteſt petere indultum, & abolitionem proceſſus in Curia Eccleſiaſtica exiſtētis ex rationibus adductis à Carauita, quæ eo fortius vrgent in caſu iſto, cum nec Imperator, nec alius Princeps Sæcularis poſſit aliquod ſtatuere per legem quantumuis generalem, quod perſonis, vel rebus Eccleſiaſticis afferat præiudicium, vt ex Canoniſtis

*in cap.*

*in cap. primo de noui oper. nunciat.* & ex Felin. & Abb. *in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit.* & Gallin. *de verb. ſignif. lib.* 10. *cap.* 34. *nu.* 22. dicit Chartar. *dicta deciſ. prima numer.* 159. Fermoſin. *in dicto cap. Eccleſia S. Mariæ quæſt.* 25. *num.* 51. *& ſeq. de Conſtitutionibus*, & faciunt duæ rationes adductæ à Pegaſ. *in dicta gloſ.* 54. §. 5. *num.* 7. *& ſeq.* Prima eſt, quod ſicut non poteſt Clericus à laico condemnari, etiam in Crimine qualificato læſę Maieſtatis, vt de communi cum multis probat etiam Themud. *deciſ.* 106. *num.* 9. *& ſeq. par.* 2. ità nec poteſt abſolui, vt dicit Maſtrill. *de indultu cap.* 3. *num.* 16. Secunda ratio eſt, quia ſicut Papa non poteſt reſtituere laicum in territorio, & Regno immediato Principis Sæcularis, vt dicit Bald. *in cap. cum te num.* 4. *de re iudic.* ità nec Princeps Sæcularis poteſt reſtituere Clericum ſibi prorſus incompetentem, vt dicit Maſtrill. *d. cap.* 3. *num.* 17.

196 Quæro decimo ſeptimò. An in edicto compræhendantur Eccleſiaſtici paſſiuè, hoc eſt, quando reperiuntur banniti? negatiuè reſoluunt Caball. *caſ. crim.* 60. *num. primo & ſeq.* Vinc. de Franch. *deciſion.* 463. *num. primo &* 2. vide diſtinguentem Maſtrill. *de indultu cap.* 3. *num.* 19. Scialoya *de foriudic. cap.* 17. *num.* 8. de Luca ad Vinc. de Franch. *dicta deciſ.* 463. *n. primo* Farinac. *q.* 103. *n.* 315. *in addit. & num.* 318. Baiard. ad Clar. §. *homicidium num.* 169. Anſald. *de iuriſdictione par.* 2. *tit.* 11. *cap. primo num.* 64.

197 Quæro decimoſeptimò. An Princeps, qui banniuit aliquem in pœnam vltimi ſupplicij, poſſit tuta conſcientia eumdem delinquentem bannitum occidi facere extra Statum? Iſte caſus ob cuiuſdam noti hominis ferocitatem fuit *hic* Bononiæ diſcuſſus, & ventilatus tempore Legationis clar. mem. Eminentiſſimi D. Cardinalis Lazzari Pallauicini Domini mei, & ex conſulta, & voto Theologorum fuit reſolutum poſſe, quoties bannitus continuat eſſe moleſtus ſubditis, & quietem publicam perturbat.

Comprobatur hæc aſſertio ex traditis à Maſcardo, Ceuall. & Pereira *locis relats* à Iulio Capono *diſcept. forenſ.* 33. *num.* 18. *tom. primo*, qui tamen reprobat eos, dicentes poſſe bannitum occidi in Eccleſia, quoties
198 ibi delinquat, puta receptus, & alia delicta committendo in oppreſſionem Vaſſallorum, quia tunc, ſi Superiores Eccleſiaſtici requiſiti nolunt prouidere, vel ſunt negligentes, Princeps Sæcularis benè procedit non per modum Iuriſdictionis, & auctoritatis, ſed per modum defenſionis Reipublicæ ſtatus ad tales inquietos homines deſtruendos, ne vi opprimantur ſui ſubditi, & vaſſalli; & comprobatur in terminis ex traditis à Sayro *in Claui Regia lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 14. *poſt medium* vbi firmat ſolere Principes dare facultatem occidendi delinquentes extrà Statum etiam promiſſo pręmio, & hoc fieri ait ex tacito Principum, & Regum conſenſu de puniendis malefactoribus, & etiam ex quo talis actus non tam ſit iuriſdictionis, quam neceſſariæ defenſionis, qua Reſpublica, aut Ciuitas vna ſe defendere ſtudet à talibus malefactoribus, ne ſibi, aut alijs noceant in futurum.

199 Vlterius quilibet bannitus poteſt occidi etiam in Foro poli, & conſcientiæ, quoties zelo iuſtitiæ occidatur, vt pluribus citatis Doctoribus diſtinguit Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 348. Marta *de iuriſdictione par.* 4. *caſ.* 67. *num.* 14. Carol. de Graſſ. *efec. cleric.* 2. *n.* 375. Riccius *deciſ.* 100. *par.*

200 Non poſſum tamen aſſentiri dictæ opinioni quia, quod bannitus poſſit occidi extra territorium bannientis repugnat regulis Iuris, & Doctorum aſſertionibus, de quibus fusè Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 208. Sanfelic. *deciſ.* 385. *num.* 5. *par.* 3. & Seuerin. *in adddit. verſic. ità & Magiſtratus* Nouar. *pragm. prima de exulib. collect.* 2. *num.* 3. Rouit. *pragm. de exulib. in rub. nu.* 7. Campana *ſelect. reſol.* 23. *num* 8. Caball. *crim. reſol.* 264. *num.* 31. Rota *deciſ.* 394. *num.* 7. *&* 8. *par.* 5. *recent.* D. Orilia *in obſeruat.* ad Campan. *reſol.* 20. *num.* 25. & Azzeuedo *recopil lib. primo tit.* 2. *leg.* 3. *num.* 7. vbi ex Marſil. *pract. criminal. verbo aggredior. num.* 35. Miratur de Papa Iulio Secundo, qui fecit ſuſpendere quindecim bannitos Bononienſes captos, & extractos è loco Mirandulæ alterius iuriſdictionis, Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit. n.* 11. Berlich. *pract. concl. par.* 4. *concl.* 6. *num.* 30. & eſt ratio, quia bannum non producit effectum ſuum extra territorium bannientis *l. fin. de iuriſd. omn. Iudic.* Nelius *de bannit.* 2. *par.* 2. *temp. quæſt.* 56. *in fine* Farin. *quæſt.* 103. *num.* 208. & Campana *d. reſol.* 23. *nu.* 8. & conſequentèr actus occiſionis eſt illicitus vt dicit Sayrus *loco ſupra cit. dicto num.* 14. *in fine*, vbi reſidet pro hac opinione, quoties non adſit conſenſus Principis territorij, in quo delinquens exiſtit.

201 Inſuper dicta aſſertio, nempè quod occidens zelo iuſtitiæ non peccet, non eſt vndèquaque tuta, vt videre eſt penes Hieronym. Baſilicò *crim. deciſ.* 7. *num.* 51. vbi refert Vaſquez *lib.* 4. *illat.* 8. & Sotum *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 3. *art.* 2. abſolutè negantes contra Fortun. & Couar. licere quemquam ſine peccato occidere, & alios hoc firmantes affert Baſilicò *deciſ. crim.* 16. *num.* 30. *verſ. Ad illud verò an ſine peccato.*

202 Et licet Baſilicò tam *in deciſ.* 7. *num.* 51. *verſ. diſtinctionem verò: quam in deciſ.* 16. *numer.* 30. *verſ. diſtinctionem verò adhibuerunt*, cum Grotio *de Iure Belli, & pacis lib.* 2. *cap.* 20. *de pœnis num.* 17. & Harprect. *inſtit. de public. Iudic.* §. *item lex Cornel. tom.* 4. *fol.* 1225. & Anton. Matthæus *de crim. tit. ad leg. Cornel. de ſicar. num.* 6. vt retuli ſupra *num.* 180. dicat licere ſine peccato occidere in illis caſibus, in quibus lex iubet cædem alicuius

publici

publici latronis, vel foriudicati, aut hoſtis publici, quilibet enim tunc fit exequutor legis: ſecus in alijs caſibus, in quibus lex non iubet, ſed permittit ſolum, vel tollerat, quod quis occidatur, vt in reperto in adulterio, vel raptu iuxta Text. *in l. vnic. C. de raptu Virgin. & in l. Patri datur ff. ad legem Iul. de adulter.* nam condonatio pœnæ, quam lex facit ob iuſtum motiuum non operatur, quod non habeat locum generale præceptum Diuinæ Legis *Non occides*, Vt dixi ſupra *num.* 182.

203 Nihilominus, quia lex non poteſt producere effectum ſuum extra territorium bannientis, vt ait Thomas Frances *de re morali conſult. 17. numer. 7. poſt medium verſ. & meo videri*, quia eſſet iuridictionem exercere in alieno territorio abſque beneplacito Domini proprietarij immunitatis talis territorij, reſtringi debet concluſio firmata per Grotium, & alios, ad eos, qui reperiuntur, & occiduntur in territorio, vbi extat talis lex.

204 Et opinio Theologorum, qui, vt dixi, conſuluerunt contrarium poteſt procedere in caſibus relatis à Marcello Megalio *variar. tom. primo reſol. 60. num. 5. & ſeq.* Primò quando Princeps alterius territorij requiſitus bannitos punire neglexit, nam cum liceat eo caſu illi bellum mouere, vt firmat Megal. *ibidem*, multò magis licebit prædictos bannitos occidere, quia cui conceditur quod eſt plus, conceditur etiam quod eſt minus; Secundò quandò Princeps alterius territorij non requiritur, vt puniat prędictos bannitos, quia ex probabilibus coniecturis conſtat vel illum hoc non eſſe facturum, ſaltem ſecundum qualitatem delicti, vel ex requiſitione obuenturum Principi requirenti aliquod notabile præiudicium; Tertiò quando iſti eſſent banniti pro crimine aſſaſſinij, nam aſſaſſini poſſunt vbique capi, & occidi iuxta Text. *in cap. pro humani de homicid. in 6.* Boſſ. quem citat Megal. *loc. cit. in tit. de mandat. ad occidend. num. 19.* Farinac. *quæſt. 103. num. 213. & 214.* & Ferret. *conſ. 330. num. 6. & in fine lib. 2.* qui hoc extendit ad quodcunque aliud delictum grauiſſimum, & qualificatum, prout ad omnia delicta maiora hoc extendit Megal. *ibidem num. 6.* qui firmat licere etiam occidentibus extra territorium mercedem promittere, cum acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis, vt ſubdit Megal. *ibidem*, & forſan ex aliquo ex dictis motiuis moti fuerunt dicti Theologi, quod non poſſum aſſerere, quia dicta conſultatio facta fuit paulò ante ingreſſum meum ad Auditoratum.

## Cap. II. §. V.

Qualunque offenderà in preſenza con parole ingiurioſe alcuno delli ſudetti Illuſtriſſimo Legato, Reuerendiſſimo ViceLegato, ò Gouernatore, ouero in loro abſenza, e con penſiero d' indurre genti à machinare contro la ſalute loro, ſparlerà contro di loro, ſarà punito di pena corporale etiamdio ſino alla morte incluſiuè.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba* con penſiero d' indurre genti à machinare, *an regant totum* §. num. primo 3. & 23. verſ. ſed eſto.
2 *Iniuriæ verbales contra Principem non præſeferunt pœnam rigoroſam.*
4 *Niſi quando ſũt dictæ in depreſſionem dignitatis.*
5 *Tunc enim accedunt ad crimen læſæ Maieſtatis.*
*Et niſi dictæ ſint in præſentia. num. 41.*
6 *Iniuriæ prolatæ ad ſubtrahendum Principi ſubditorum obbedientiam, & dictæ in præſentiam, & faciem illius æquiparantur circa pœnam. & num. 7.*
*Vide, num. 8.*
9 *Iniuriæ verbales contra Principem quando conſtituant crimen læſæ Maieſt. & num. 10.*
10 *Machinare conſiſtit in arte verborum.*
11 *Iniuriæ verbales prolatæ in Imperatorẽ fuerunt punitæ carceratione, ſeu pœna pecuniaria.*
12 *In Principem pœna relegationis in Inſulam.*
13 *In Cancellarium, ſeù Principis Conſiliarios relegatione.*
14 *In Præſidentem Sac. Concilij Neapolit. carceratione, & ſuſpenſione ab officio.*
15 *In Præſidem abſentem, & nondum admiſſum ad officium relegatione.*
16 *Contra Conſiliarium Ducis Sabaudiæ infamia, & pallinodia.*
17 *Contra Regios Officiales relegatione per decenniũ*
18 *In Cardinalem Epiſcopum Bononiæ pœnitentia iuxta* Epiſtolam S. Cypriani.
19 *Et carceratione.*
20 *Maledicens Proregi proferendo verba infamatoria poteſt condemnari ad mortem.*
*Contrarium. num. 23.*
21 *Doctor, qui in memoriale dixerat Neapoli quod Magiſtratus Regis, viris doctis ommiſſis, dabantur viris ignorantibus, fuit capite plexus.*
22 *Sed factum fuit improbatum à Philippo Secundo, qui cogitauit punire Iudices.*
24 *Pœna mortis pro iniuria verbali contra Principem non debet arbitrari, niſi concurrat qualitas machinationis, vel alia ſimilis.*
25 *Iniuriæ verbales regulariter puniuntur exilio.*
26 *Concurrente qualitate pœna poteſt eſſe corporis afflictiua.*

27 *Etiam vſque ad mortem incluſiuè.*

28 *Iniuriæ verbales contra Principem, ſeu eius lateri aſſiſtentem non concurrente machinatione, vel alia ſimili, puniuntur relegatione.*

29 *Dicta ex hominis perſona ſunt penſitanda.*

*Verba plerumque iactatione, magis, quàm opinione, & authoritate proferuntur. dicto numero 29.*

30 *Verba iniurioſa proferens ex imprudentia minùs punitur, quàm qui illa profert in depreſſionem Dignitatis.*

31 *Nobiles propter aliquid loquuntur, & eorum verba excitant nouitates.*

32 *Maledicens Principi in eius præſentia oſtendit maiorem contemptum.*

33 *Niſi qualitas perſonæ excludat animum malignandi.*

34 Text. in l. vnica C. ſi quis Imp. maledix. *intellectus quoad illud verbum remittendum.*

35 *Arbitrium ex graui circumſtantia eſt extendendum.*

36 *Quod debet etiam regulari ex qualitate obloquutionis.*

37 *Superiori debetur honor, & reuerentia.*

38 *Non ſolùm, qui obloquitur, ſed & qui irreuerenter loquitur, puniri debet.*

39 *Philoſophus, quia declamauit in Proconſulem, quòd delicatior eſſet, vix fuſtium ictus, & exilium effugit.*

40 *Pœna non debet ſemper eſſe eadem, ſed irreuerentiæ correſpondens.*

41 *Pœna mortis impoſita à Bannimentis, vt habeat locum, requiritur obloquutio animo machinandi, vel cum qualitate valdè ſimili.*

42 *Iniuria prolata in abſentem, an ſemper ſit punibilis.*

43 *Statutum puniens eum, qui Officialem iniuriat, intelligitur de iniuria ratione Officij.*

*Quod iniuria ſit ratione Officij probatur ex coniecturis, & præſumptionibus. num. 46.*

*In dubio iniuria non præſumitur illata contemplatione Officij. num. 47.*

44 *Cardinales offendens etiam ex priuata inimicitia incurrit crimen læſæ Maieſtatis.*

45 *Officiales Principis offendens ex odio priuato, non incurrit crimen læſæ Maieſtatis.*

43 *Bannimenta an habeant locum non ſequuto effectu machinationis, & num. ſeqq.*

49 *Statuta requirunt effectum.*

50 *Fallit, quando puniunt ſolùm conatum non ſequuto effectu.*

51 *Et nihilominus, etiam ſtante Statuto, eſt in arbitrio Iudicis ex cauſa minuere pœnam.*

52 *Obloquutio facta ad effectum inducendi populum ad mutationem Dominij, punitur vltimo ſupplicio.*

53 *Pœna mortis an poſſit imponi pro crimine iniuriarum de Iure Communi.*

*Gloſ. opinio* in §. in ſumma Inſt. de iniur. *non procedit in delictis attentatis. num. 55.*

54 *Conſuetudo loci eſt attendẽda in pœnis infligẽdis.*

56 *Arbitrium extendere vſq; ad pœnam mortis non poſſunt Iudices inferiores, & pedanei, niſi conſulto Principe.*

57 *Arbitrium extendere vſque ad pœnam mortis incluſiuè qui, & quando poſſint.*

*Arbitrium in pœnis imponendis quomodo regulari debet remiſſiuè. num. 60. in fin.*

58 *Concitantes rumorem aduerſus Gubernatores, Poteſtates, Theſaurarios, incurrunt pœnas* Conſtitutionis Marchiæ in Statu Eccleſ. *& quibus pœnis, & quando puniantur de Iure Communi.*

59 *Machinatio, quia conſiſtit in animo, coniecturis probatur.*

60 *Cauendum à pallidis, macilentis, habentibus paruam barbam, & vocem fœmininam.*

## Qualunque offenderà.

VErba, *con penſiero d' indurre genti à ma-*
*chinare*, videntur referri ſolùm ad ob-
1 loquutionem factam in abſentia, & ſic
non debent regere, & regulare omnia con-
tenta in præſenti paragrapho; Verum quia
2 verbales iniuriæ in Principem prolatæ ex
Aurea Conſtit. Imperatorum Theodoſij,
Arcadij, & Honorij *in l. vnica C. ſi quis Im-*
*perat. maledix.* pœnam ſaltem rigoroſam
non præſeferunt, vt apparet ex contextu *di-*
*ctæ l. vnicæ*, ibi; *Si quis modeſtiæ neſcius, &*
*pudoris ignarus improbo, petulantique maledicto,*
*nomina noſtra crediderit laceſſenda, ac temulentia*
*turbulentus obtrectator temporum noſtrorum fue-*
*rit, eum pœnæ nolumus ſubiugari, neque durum*
*aliquid, nec aſperum volumus ſuſtinere: quoniam ſi*
*id ex leuitate proceſſerit, contemnendum eſt: ſi ex*
*inſania, miſeratione digniſſimum: ſi ab iniuria,*
*remittendum. Vndè integris omnibus ad noſtram*
*ſcientiam referatur, vt ex perſonis hominum di-*
*cta penſemus, & vtrum prætermitti, an exquiri*
*debeant cenſeamus.* Ideò dicendum ad hoc, vt
Bannimenta minùs quam fieri poſſit Iuri
Communi derogent, quòd dicta verba, *con*
3 *penſiero d'indurre genti à machinare*, debeant re-
ferri ad omnia contẽta in paragrapho, quia
verbales iniuriæ, & obloquutiones, ſiue in
præſentia, ſiuè in abſentia Principis prolatę
ſolùm quando proferuntur in depræſſionẽ
4 Dignitatis, & Officij approximantur, & ac-
cedunt ad crimen læſæ Maieſtatis, vt dicunt
5 Ioannes Baptiſta Valenzuela *conſ. 164. nu-*
*mer. 49. & 50. vol. 2.* Natta *conſ. 592. num. 23.*
*& ſeqq.* Cenſal. *in d. l. vnica §. primo num. 24. C.*
*ſi quis Imper. maledix.* & in terminis iniurian-
tis verbaliter Cardinalem à Latere Legatũ
in depręſſionem Legationis inquit Anania
*in cap. 1, num. 5. de maledicis*, quem ſequitur
Felin. *in cap. non dubium de ſent. excommunic.*
& quamuis Valenzuela *d. conſ. 164. num. 49.*
*& 50.* relatus à Cenſal. *d. §. 1. num. 24.* vi-
6 deatur idem ſtatuere in eum, qui verbis
maledicis ſubditorum obedientiam conatur
ſubtrahere, & in eum, qui verba maledica,
& contumelioſa in eiuſdem Principis præ-
ſentia profert: his enim duobus caſibus ait
poſſe procedere contrariam opinionem,
nempè ſententiam eorum, qui ex verbis in-
iurioſis

7 iurioſis in Principem crimen læſæ Maieſtatis oriri aſſerunt, quos referunt, & ſequuntur Matthæus *de criminibus, tit. læſæ Maieſtatis cap. 2. num. 22.* & Bocer. *tract. de crim. læſæ Maieſtatis cap. 3. num. 5.*

Nihilominùs non poteſt negari, quin caſus ſint diuerſi, quia vnus continet con-
8 temptum, & irreuerentiam: alter verò caſus vltra contemptum, & irreuerentiam continet etiam venenum occultum, quo ſi non occidere Principem, ſaltem turbare, inquietare, & debilem reddere ſtudet; propterea qui in præſentia Legati profert verba maledica, & iniurioſa, ſi non habet intentionem ſubleuandi gentes ad faciendam nouitatem, & tumultum, non debet puniri eo modo, & eadem pœna, quibus puniri debetis, qui in præſentia, vel abſentia cum tali intentione obloquitur, quia, vt di-
9 xi, ex iniuria verbali non committitur crimen læſæ Maieſtatis, vt *ex d. l. vnica* Gigan. Crauett. Decian. Natta, & Maſcard. probat Cenſal *loc. cit. nu.* 16. & ex Afflict. & Foller. dicit Bertazzol. *conſ. crim.* 28. *num.* 6. vbi Add. addit Vrſell. ad Afflict. & Burſatt. & ex Menoch. & Carpzou dicit Hieronym. Baſilico *deciſ. crim. 26. num. 2. qui num. 23.* refert ita fuiſſe deciſum; & hoc idem firmant Barboſ. *in cap. fœlicis num. 5. de pœnis in 6.* & Paſſerinus *in eodem cap. fœlicis num.* 11. Azeuedo *recopil. lib. 8. tit.* 18. *leg.* 1. *num.* 30. Ruin. *conſ.* 145. *vol.* 5. & Gilhauſen. *arbor. iudicial. crim. tit. 3. num.* 2. Petrus Binsfeldius *in tit. de iniurijs, & damno dato cap. 1. quæſt. 9. concluſ.* 17. vbi plures allegat concordantes, & conatur hoc euidenter oſtendere, tùm quia in Iure crimina maledictionis, & læſæ Maieſtatis ponuntur ſub diuerſis titulis, ergò ait, *diuerſa ſunt crimina*, nam ex diuerſitate titulorum diuerſitas criminis arguitur iuxta opinionem Abbatis, Oldrad. Gimiñiani, quos allegat: tùm quia diuerſitas pœnæ arguit diuerſitatem delicti, vt inquit Bald. *in conſ. 48. lib. 3.* Federic. de Senis *conſil.* 61. at diuerſæ ſunt pœnæ maledicentis Principi, & committentis crimen læſæ Maieſtatis *l. 1. C. ſi quis Imper. & in C. & ff. ad leg. Iul. Maieſt.* tum demum quia horum duorum criminum diuerſitas oſtenditur arguendo à crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, nàm in Deo, & Chriſto crimen læſæ Maieſtatis, & crimen Maledictionis diſtinguuntur, & vt ſeparata ponuntur, & longè diſpar eſt pœna vtriuſque, vt patet *ex tit. de hæret. & alio de maledic.*

Requiritur igitur ad incurſum in cri-
10 men læſæ Maieſtatis, quod inſimul concurrat etiam intentio machinandi, quàm in arte verborum conſiſtere ex Text. *in l. prima §. 1. ff. de dolo* ait Gigas *tract. de crim. læſæ Maieſt. lib. 3. q. 5. nu. 2.* & hoc videtur velle Gilhauſen. *d. tit. 3. num.* 2. dum ait, quòd ſi quis maledixerit Principi, debet remitti iuxta *text. in l. vnica C. ſi quis Imperat. maledixer.* ſi verò maledicat de imperio, vel de eius poteſtate, tunc puniendus eſt, quia tunc verè lædit Maieſtatem, & dicit hoc probari *in cap. Salonitanæ*, vbi Gloſ. *verb. laxari 63. diſt.*

Hinc fit, quòd apud Tribunalia, & per Doctores materiam tractantes nunquam fuit pro ſola iniuria verbali in Principem, vel lateri Principis aſſiſtentes, tractatum de imponenda pœna mortis, ſiquidem refert ex Suetonio, & Dione Cenſalibus *in repet. d. l. ſi quis Imperat. maledixer. §. 1. n.* 11. quod
11 Auguſtus fuit contentus detractores pœna pecuniaria mulctare, *& num.* 12. ex D. Ant. refert, quòd Tiberius Cæſar tantùm cum carcere puniuerit Agrippam ſibi Imperium detrectantem.

Horat. Giouagnon. *reſp. 94. lib.* 1. refert
12 fuiſſe quemdam Nobilem punitum relegatione, & confiſcatione bonorum, ex quo verba iniurioſa in Principem protulerat, & lætitiam oſtendit ex inuaſione, & occupatione arcis ab inimicis facta.

Bertazzol. *conſ. crim. 28. in fine lib.* 1. refert fuiſſe de Principe obloquentem, & de bello inferendo gratulantem damnatum ad triremes.

Hieronymus Baſilico *d. deciſ. 26. num.* 3. refert, quòd Franciſcus Pititto ex quo maledicta in Principem coniecerat fuit condemnatus per triennium ad Inſulam Pantellatiæ.

Carpzon. *pract. crim. quæſt. 94. num. 38. p.* 2.
13 ait, quòd maledicens alicui eorum, qui à latere Principis ſunt, quales ſunt Cancellarius, Conſiliarij, & huiuſmodi nobilioris ſortis, & honeſtioris conditionis Viri, & in eos iniurias atroces euomere non reformidauit, poteſt in exemplum, quo alij imposterum ab huiuſmodi temeritate abſtineant, relegatione perpetua puniri.

Sanfelic. *deciſ. 63. num. 5. par.* 1. refert,
14 quod quidam Regens M. Curiæ, qui non paruit Decreto Præſidentis Sacri Conc. & Actuario denuncianti, reſpondit irreuerenter, fuit carceratus, & ab Officio ſuſpenſus, & deindè ad preces eiuſdem Præſidentis reſtitutus.

Idem Sanfelic. *d. deciſ. 63. num.* 19. refert,
14 quòd quidam Nobilis de Licio fuit relegatus in Caſtro per quinquennium, ex quo verba iniurioſa protulit in Platea contra Perſonam Præſidis abſentis, electi, & nondum admiſſi ad exercitium Officij.

Abauo *de reatibus quæſt. 7. num.* 60. refert,
16 quòd quidam Brucelles pro contumelioſis verbis prolatis contra Conſiliarium Sereniſsimi Ducis Sabaudiæ fuit notatus infamia litris iuxtà diſpoſitionem Text. *in l. Iudici ff. de iniur.* & quòd Conſiliario aſſiſtentibus ſex alijs, alta, & intelligibili voce declarauit ſe habere, & reputare dictum Conſiliarium pro homine probo, & honorato.

Reuerter. *deciſ.* 242. refert, quòd profe-

17 rens verba iniurioſa contra Regios Officia-
les fuit condemnatus ad relegationem per
decennium, licèt aliqui votaſſent pro rele-
gatione ad quinquennium per Text. *in l.fin.*
*ff.de iniur.*

Ferrantes Gargiareus *patrocinio* 13. *num.* 1.
*& ſeqq. par.* 1. refert quòd iuxta S. Cypria-
18 num *lib.* 3. *epiſt.* 9. fuit in iſta Ciuitate Bo-
noniæ pœnitentiatus quidam Canonicus,
qui petita venia D. Cardinali Archiepiſco-
po dictæ Ciuitatis alteratè dixerat, quòd nõ
credebat mentem Pontificis relatam ab eo-
dem D. Cardinale Archiepiſcopo ita ſe ha-
bere, *& ibid. num.* 3. *& ſeqq.* refert quod fuit
19 proceſſatus, & carceratus, non tamen dicit
an fuerit punitus, D.N. qui prædicto Domi-
no Cardinali in præſentia imprudenter, &
abſque vlla reuerentia dixerat, quòd rema-
nebat malè ædificatus de illa pœnitentia il-
lata ſupra dicto Canonico, & quòd Domi-
natio Sua Illuſtriſſima non proceſſerat vti
Pater, ſed vt Iudex rigoroſus, & quòd non
ſeruabat Sacros Canones; Vide alios Do-
ctores, & exempla Tribunalium, quæ re-
feram infra *hoc eodem cap.* §. 6. *num.* 11. *&*
*ſequentibus*.

Nec dicatur, quòd Reuerterius *deciſ.* 50.
20 *part.* 2. refert fuiſſe per Conſiliarios reſpon-
ſum, quod maledicens Proregi in eum pro-
ferendo verba infamatoria poteſt conde-
mnari ad mortem, vel ad triremes, & quan-
dò concurreret nobilitas iniuriantis, ad rele-
21 gationem, & quod Camillus Borellus *de*
*Magiſtr. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 11. refert fuiſſe
Neapoli capite plexum quemdam Doctorẽ
ex eo, quia in quodam memoriali dixerat
Magiſtratus Regis, Viris doctis omiſſis, igno-
rantibus dari.

Et ſic dantur, contra ea, quæ dixi ſupra,
exempla condemnationis vltimi ſupplicij,
tàm pro iniurijs oretenus illatis, quàm pro
iniurijs in ſcripto effuſis, quæ naturam ver-
balium retinent, vt dicunt Farin. *conſ.* 123.
*num.* 6. Nouar. *collect.* 1. *num.* 16. *rub. pragm.*
*de iniur.* Pratus *reſp. crim.* 17. *num.* 25. & alij
multi per eoſdem citati.

22 Reſpondetur enim, quòd condemnatio,
de qua Borellus, fuit improbata à Rege
Philippo Secundo, & parum abfuit, quin
in Magiſtratus, qui eam pœnam inflixerant,
grauitèr animaduertiſſet, vt teſtatur Borell.
*loc. citato num.* 12.

23 Reſponſum verò, de quo Reuer. *d.deciſ.*
50. improbatur à Donat. Ant. de Marinis *in*
*obſeru.* ad Reuerter. *d. deciſ.* 50.

Sed eſto, quod dicta qualitas machinan-
di non regat, nec qualificet totum paragra-
phum ex ponderatis per Valenzuel. *d. conſ.*
164. *num.* 49. *&* 50. adhuc tamen, quia non
24 eſt impoſita præcisè pœna mortis, non de-
bet talis pœna arbitrari, niſi concurrat di-
cta qualitas machinandi, vel alia ſimilis.

25 Primò quia iniuriæ verbales regularitèr
non præferunt maiorem pœnam exilio,
nam pœna arbitraria, de qua diſponit Text.
*in l. apud Labeonem* §. *ait Prætor ff. de iniur. l.fi-*
*nali ff. eod.* §. *in ſumma Inſt. eod. tit. de iniur.*
exemplificatur, & reſtringitur ad exilium
per Text. expreſſum *in d. l. fin. ff.de iniur.* ibi:
*cæteri autem vel exilio temporali, vel interdictio-*
*ne rei certæ coercentur*; quando verò concur-
rit aliqua qualitas tunc arbitrium poteſt ex-
tendi etiam ad pœnam corporis afflictiuã,
26 vt dicunt Bald. *in cap. cum te in princ. de re iu-*
*dic.* Laderch. Imol. *conſ.* 182. *num.* 1. Ioſeph
Ludouic. *deciſ. Lucen.* 4. *num.* 20. & his rela-
tis Carthar. *deciſ.crim.*68.*num.*25. Imò etiam
27 ad mortem incluſiuè ſecundùm Gloſ. *in di-*
*cto* §. *in ſumma*: Sed iſto vltimo caſu requi-
ritur, quòd concurrat qualitas grauiſſimi
facti, & quòd in loco conſueuerit dari pœ-
na mortis pro ſimili delicto, vt explicat Pra-
tus *reſponſ. crim.* 17. *num.* 31. & ego dicam
infra *num.* 53. Vnde eum pro verbalibus in-
28 iurijs illatis in Principem, ſeu eius lateri aſ-
ſiſtentes, Tribunalia non ſint ſolita excede-
re pœnam relegationis, vt aduertit, & mon-
ſtrat Pratus *d. reſp. crim.* 17. *num.* 51. & euin-
citur ex caſibus per me ſupra recenſitis, non
eſt amplius diſputandum de extenſione ar-
bitrij vltra relegationem, quando non con-
currit, vt dixi, qualitas machinationis, vel
alia ſimilis.

Secundò, quia Imperatores *in d. l. vnica*
*C. ſi quis Imperat. maledix.* ex perſonis homi-
29 num dicta penſitanda eſſe ſtatuerunt, quia
cum plerumque verba magis iactatio-
ne proferantur, quàm aliqua opinione, &
auctoritate, vt ex Text. *in c.deindè* 26. *diſtinct.*
conſiderat Cenſal. *d. l. vnica C. ſi quis Impe-*
*rat. maledix.* §. 1. *num.* 22. non eſt æquum
30 punire eum, qui ex imprudentia, lubrico
linguæ, irreuerentia, verba iniurioſa, &
impia profert, æquè ac illum, qui in depreſ-
ſionem Superioritatis, & Dignitatis, & Of-
ficij iniurioſè loquitur in Superiorem. Vn-
dè Borell. *in tract. de Magiſtr. lib.*3. *cap.* 3. *nu-*
*mer.* 9. *& in conſ.* 76. *num.*20. *cent.* 1. ait, quòd
31 aduerti debet, an ſit nobilis, & authorita-
tis, an verò ſit plebeus, & impotens, & in-
fimi ſtatus is, qui iniurias profert, quia ex
verbis nobilis, & hominis alicuius auctori-
tatis poſſunt excitari nouitates, & huiuſmo-
di viri propter aliquid loquuntur, & ſubdit
ex dicto Claudij Cæſaris: *Non ita de pulice,*
*ſicut de fera vindictam eſſe ſumendam*: quam-
32 uis enim maledicens Principi in eius præ-
ſentia oſtendat maiorem contemptum, &
pernicioſiùs det exemplum, & Maieſtatem
Principis lædat ſi non in prima, ſaltem in ſe-
cunda ſpecie, vt ex Iacob. Gothofredo *in l.*
*quiſquis C. Theod. ad l. Corn. de Sicar.* inquit
Viloſa *diſſert.* 6. §. 4. *num.*30. *& ſeqq.* ibi: *Se-*
*cundum Maieſtatis crimen voco læſæ Veneratio-*
*nis, videlicet quoties Principibus veneratio fa-*
*cto, dictonè aliquo atroci violatur*, nihilominus
33 ſi qualitas perſonæ excludit animum, &
coniecturas malignandi, excludit etiam
pœnam

pœnam rigoroſam ad Text. *in d. l. vnica*
34 nam eſto, quòd ly verba, *ſi ex iniuria remit-
tendum* explicari debeant, ideſt condemnan-
dum iuxta aduertentiam Bocer. Menochij,
& Carpzou. quos refert, & ſequitur Baſili-
co *crim. deciſ. 26. num.* 4. adhuc tamen Im-
perator ex perſonis hominum dicta penſi-
35 tanda eſſe, & ſic arbitrium ex graui circum-
ſtantia extendendum eſſe decreuit.

Tertiò quia nedum ex perſonis, ſed ex
36 qualitate oblocutionis debet arbitrium re-
gulari, cum non ſit æquum puniri irreue-
rentem eo modo, quo puniri debet contu-
melioſus oblocutor, cum iſti duo termini
valdè diſtent inter ſe, vt innuit Cyriac. *con-
37 trou. 26. num.* 29. & quidem reuerentia cui-
libet Superiori debetur, vt diſponit Text. *in
cap. quis*, vbi Archidiac. *num. 3. de offic. dele-
gat. in 6. & in l. 2. C. de offic. Præfect. Prætor. &
in l. cum ſalutatus*, & ibi Gloſa *verbo proceſ-
ſiſſet C. de ſent. paſſ.* quod non tantùm obti-
net in Magiſtratu Summo, aut poſteriori,
ſe & ad Magiſtratum ſubordinatum perti-
net, iuxta dictum Principis Apoſtolorum
*Petr. 2. verſ. 13. cuiuſuis ordinationi ſubiecti
eſtote propter Dominum*, vt aduertit Zahnnius
*de Mendacijs lib. 2. cap. 65. num.* 2. & qui ho-
38 norem, reuerentiam, & obſequium loquē-
do de Domino non præſtat, debet puniri
Ciriac. *loc. cit.* Zahnnius pariter *loc. citat. nu-
mer.* 4. Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 265. *num.* 26.
*& ſeqq.* Pariſ. de Put. *de Sindic. verbo notorium
cap. 1. num.* 13. Farinac. *d. quæſt.* 105. *nu.* 389.
*&* 392. Botell. *de Magiſtr. lib. 3. cap. 3. nu.* 12.
39 qui refert, quòd quidam Philoſophus apud
Lucianum *in Demonaſte* vix fuſtium ictus, e-
xiliumque effugit, ex quo in Proconſulem,
quod delicatior eſſet, & corpus ſæpè vnge-
ret, acriùs, & vehementius declamaſſet; ſed
pœna non debet eſſe indifferenter vna, at
40 caſui, & irreuerentiæ correſpondens ad
Text. *in l. fin. ff. de iniur.* Farinacc. *d. quæſt.*
105. *num.* 56. Berlich. *pract. concl. par. 5. con-
cluſ. 61. num.* 9. Carpzou. *pract. crim. qu.* 94.
*num. 4. par.* 2. Franc. Maria Pratus *conſ. crim.*
17. *num.* 28. Cenſal. *d. l. vnica* §. 1. *num.* 17.
*C. ſi quis Imper. maledix.* & in terminis noſtris
hoc apertè docet Cyriac. *d. controu. 26. n.* 39.
ibi: *Sicque pœna huius Communitatis in hoc pri-
mo capite erit arbitraria, grauior pro contumelia,
& iniuria, lenior pro irreuerentia.* Vndè con-
41 cludendum, quod ad hoc vt pœna mortis
poſſit indici vigore Bannimentorum, requi-
ritur, quòd oblocutio, ſiuè in præſentia,
ſiuè in abſentia D. Card. Legati debet fieri
cum animo machinandi, vel cum qualitate
valdè ſimili,

42 His poſitis ad ornatum Bannimentorum,
quæro primò, an ſemper iniuria prolata in
abſentes ſit punibilis? & videtur dicendum,
quòd ſic per Text. *in l. item apud Labeonem
§. conuicium ff. de iniur.* Farin. *quæſt.* 105. *in
princ.* & Peguer. *deciſ. crim.* 13. vbi ait, quod
*in Concil. Catalon.* fuit punitus pœna exilij is,
qui abſenti protulit verba contumelioſa.
At Couar. *var. reſol. cap. 11. lib. 1. verſ. ve-
rum vt ad propoſitum*, quem refert, & ſequi-
tur Sanfelic. *deciſ.* 63. *nu.* 19. diſtinguit, quod
aut verba ſunt prolata eo animo, vt in in-
iuriati abſentis notitiam perueniant, & pro-
ferens ea punitur; aut verba ſunt prolata
eo animo, vt ea cælentur, & ea proferens
non punitur, quia iſto ſecundo caſu potiùs
detractor, quam contumelioſus dici debet.
Vide Franc. Mar. Prat. in annot. ad Paſchal.
*de Patr. Poteſt. par. 6. cap. 10. verſ. eaque.*

43 Quæro ſecundò, An iniuria debeat eſſe
prolata ex cauſa, & ratione officij? Dic af-
firmatiuè, quia Bannum, ſeù Statutum di-
ſponens, quòd inferens iniuriam Officiali
puniatur, debet intelligi quando iniuria
fit illi vti Officiali Roland. *conſ. 1. num. 32.
lib.* 3. Farinac. *quæſt.* 112. *num.* 152. Sed con-
44 trarium quoad offenſionem quæ fit Cardi-
nalibus ob priuatam inimicitiam firmant
Gloſ. *in cap. fœlicis de pœn. in 6.* & Farinac.
*quæſt.* 112. *num.* 102. & eſt ratio, quia ha-
bentes Maieſtatē per ſe, prout habere Car-
dinales oſtendi ſupra, neque ex priuata, &
particulari inimicitia ſine incurſu criminis
læſæ Maieſtatis offenduntur, vt dicunt Boſſ.
*tit. de crimin. læſæ Maieſt. num.* 41. & Burſatt.
*conſ. 147. num. 15. circa med. lib.* 2. & hanc
opinionem pluribus tuetur Bocerus *tract. de
crimine Maieſtatis cap. 2. num. 29. & ſeqq.* re-
manet tamen firma concluſio reſpectu ad
alios in hoc paragrapho nominatos, quia
licèt Afflict. Clar. Neuizzan. & Carol. Mo-
lin. *locis relatis* à Burſatt. *d. num.* 15. dicant
crimen læſæ Maieſtatis incurri ex offenſio-
ne Officialium Principis, etiam ſi odio pri-
45 uato fiat; verior tamen eſt opinio aſſeren-
tium non incurri crimen læſæ, niſi odio, &
in damnum Principis, vel ex cauſa Officij
Officiales offendantur, vt dicunt præfati
Doctores, & Crauett. *conſ. 6. num.* 79. Brun.
*conſ.* 69. Bero. *conſ. 78. num. 9. vol.* 1. Boſſ.
*tit. de bonor. public. num.* 57. Neuizz. & Gig.
relati à Burſatt. *dicto num.* 15. & alij, quos
refert, & ſequitur Farinac. *quæſt.* 112. *num.*
150. ſubdens, quòd Fab. Anna *conſ. 7. nu.* 28.
ex Calder. *conſ. vltimo tit. de accuſat.* excu-
ſat à crimine læſæ Maieſtatis quemdam, qui
Ciuitatem ingreſſus cum turba bannitorum
illius Gubernatorem occiderat ex odio par-
ticulari, & ſan. mem. Clem. 8. *in voto im-
preſſo poſt deciſ. Remboldi voto 1. num. 30. &
ſeqq.* & ſignanter *num.* 59. *&* 60. excuſat à
crimine Perduellionis, & Maieſtatis eum,
qui ob particulare odium, & ex cauſa pri-
uata occidit Vexilliferum Reipublicæ Lu-
canæ. Concedit tamen Farinac. *ibidem num.*
151. ex Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 5. nu-
mer.* 31. quòd quamuis iſto caſu non com-
mittatur crimen læſæ, tamen offenſio gra-
uius punitur; Apparet autem, quòd offen-
ſa eſt facta intuitu, & contemplatione Of-
ficij, Iuriſdictionis, & Dignitatis, ex con-
iectu-

46 iectutis, & præſumptionibus Capic. *de-
ciſ.* 130. *num.* 12. Roland. *conſ.* 1. *numer.* 35.
*vol.* 3. Farin. *quæſt.* 17. *num.* 41. *&* *quæſt.* 112.
*num.* 154. & Amat. *deciſ. Ferrar.* 36. *num.* 10.
Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 5. *&* 28.
& Pariſ. de Put. *de Syndic.* §. *iniuria Officialis
cap.* 3. *num.* 5. Caball. *crim. reſol.* 128. *In fine*
Guazzin. *reor. defenſ.* 1. *cap.* 18. & Prat. *reſp.
crim.* 13. *num.* 11. & pro multis Xamar. *de
Offic. Iudic. par.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 38. qui ait,
quòd præſertim coniectura eſt ratione Offi-
cij fuiſſe commiſſam, quando committitur
Sedenti pro Tribunali, vel in actu execu-
tionis, aut alio iudiciario actu: & ex
Narbona ponit exemplum, quando circa
actum; & exercitium iuriſdictionis Iudicis,
vel circa quamcumque operationem reſpi-
cientem adminiſtrationem iuſtitię litiga-
tor aſſertione Iudicis iratus illi contu-
meliam infert, Iudicem mentiri aſſeueran-
do, vel melius, aut vtilius fore aſinũ ipſius
loco ſupponi, quo rectius cauſæ diſcerne-
rentur, vel clamando, & proteſtando Præto-
rem nefandum perpetraſſe crimen, quod
vltimum ex Narbona refert contigiſſe Præ-
tori Murciæ, & propterea iniuriantem la-
queo ſuſpenſum fuiſſe: Et ſubdit Xamar ibi-
dem ex Caball. *d. reſol.* 128. *num.* 10. quod
ad ſciendum etiam, an offenſa ſit facta ali-
cui, vt officiali, vel vt priuato inſpici debet
origo offenſæ, & vnde habuerit dependen-
tiam. Et quando ceſſant coniecturæ, & non
47 apparet de cauſa offenſionis pręſumendum
eſt potius offenſam factam fuiſſe ratione
particularis inimicitiæ, quam publici offi-
cij ad hoc, vt maius delictum excludatur.
Roland. *d. conſ. primo num.* 36. *& ſeq.* Fari-
nac. *quæſt.* 17. *num.* 43. & Amat. *dicta deci-
ſion.* 36. *num.* 11. Xamar. *loc. cit. num.* 40.
& Clem. Octauus *dicto voto primo nu.* 61. vbi
citat Ruyn. *conſ. primo nu.* 2. *&* 3. *lib.* 5. *&
conſ. primo num.* 36. *lib.* 3. Decian. *conſ.* 18.
*num.* 352. *lib. primo* Menoch. *conſ.* 99. *nu.* 16.
*lib. primo*: Andreas tamen de Iſernia *in feud.
cap. primo verbo pęnæ committentium num.* 84.
*tit. quæ ſint regalia*. vult quod onus proban-
di incumbet dicenti tale crimen ob priua-
tam cauſam commiſſum fuiſſe: ſed vt ad-
uertit Clem. Octauus *loc. citat. numer.* 63.
Iſernia loquitur quãdo effectus eſt ſequutus,
quia puta Prorex eſt interfectus, & Regnũ
à Fide defecit, vel ab alio Principe occupa-
tum eſt; nam tunc ob illum effectum ſubſe-
quutũ præſumptio ſtat contra eum, qui oc-
cidit, quia præſumitur ea de cauſa interfe-
ciſſe: ſed effectu non dato, ſi res remanet in
ambiguo ſubintrat regula ſupra firmata,
quod in dubio præſumitur ex cauſa priuata
occiſus vt firmat Clemens Octauus *dicto
num.* 63.

Quæro tertiò. An Bannum habeat lo-
cum, non ſequuto effectu machinationis a-
48 nimo conceptæ? reſpondeas quod ſequuto
effectu ſeditionis, tumultus, aut offenſio-
nis in perſonam intrat pœna rebellionis, &
criminis læſæ Maieſtatis, de qua *in primo* §.
*huius capituli* habetur, & ideo de neceſſe di-
cere debemus, quod in præſenti §. tracte-
tur ſolum de oblocutione facta cum inten-
tione commouendi tumultum contrà Per-
ſonas Legati, Prolegati, ſui Gubernatoris,
& ſic ſola oblocutio cum mala illa inten-
tione ſufficit etiam alio non ſecuto incon-
uenienti, & hoc apertiſſimè euincitur ex
verbis *con penſiero d'indurre*, quæ non deno-
tant, nec requirunt effectum, vt de inſe-
quutione animo capiendi Cardinalem pro-
hibita *in cap. fęlicis de pœnis*, dicit Farin.
*quæſt.* 112. *num.* 82. licèt enim Bannimenta,
ſicut Statuta ſint intelligenda, vt habeant
49 locum ſolúm, quando delictum eſt cum
effectu commiſſum, vt dicit Maſcard. *de
interpræt. ſtatut. concl.* 2. *num.* 213. nihilomi-
nus hoc non procedit, quando Bannimen-
50 ta, ſeu Statuta expreſsè puniunt conatum
etiam ſi non ſequatur effectus Tiraquel. *de
pœnis cauſa* 39. *num. primo & ſeq.* Petr. Can-
tonius penès Carpan. *ad nouas conſtit. Mediol.
tit. de homicid. n. primo fol. mihi* 239. Gram.
*deciſ.* 36. *num.* 12. Pratus ad Muſcatell. *de
probat. delict. tit. de ictu ſcop. verſ. at quæſtio*.
55 Sed quia plures Doctores tenent, quod
etiam in terminis Statuti diſponentis ex-
preſsè de conatu requiritur ad pœnam ordi-
nariam delictum eſſe conſumatum, vt ex
Bald. Gram. Boer. Neguſan. Siluan. & Fa-
rin. dicit Giurb. *conſ. crim.* 46. *num.* 38. poſſu-
mus conciliare dicendo, prout dicunt Tiraq.
& Cantonius *loc. citat.* eſſe in arbitrio Iudicis
ex cauſa minuere pœnam Statuti expreſsè
punientis conatum, ſi effectus non ſit ſe-
quutus, & hoc voluit D. Cardinalis hic
cum verbis *etiamdio ſino alla morte incluſiuè*.
52 Quæro quartò. Quid dicendum de illo
qui obloquitur cum intentione inducendi
populum ad mutationem Dominij? iſte
caſus videtur omiſſus, nam omnis ſermo
in Bannimentis expreſſus reſpicit offenſio-
nem in perſona, & non in ſtatu, & ideò
remanet in diſpoſitione Iuris communis, de
quo Iure talia agens, vel etiam tractans age-
re punitur vltimo ſuplicio, vt per Text. *in
l. proditores ff. de re milit. & in l. penult. ff. ad l.
Iul. Maieſt. & l. ſi quis aliquid ff. de pæn. & l.
3. §. ſi quis autem ff. de ſicar.* probat Abauo
*de reatibus quæſt.* 7. *num.* 69. *verſ. autores ſedi-
tionis & num.* 74. *& ſequenti*. Sed bannimen-
ta noſtra excogitarunt etiam iſtum caſum,
vt apparet in hoc eodem *cap.* §. 9. de quo
inferiùs ſuo loco aliquid dicam.
53 Quæro quintò. An pro crimine iniuria-
rum potuiſſet imponi pœna mortis, quandò
in Bannimentis non fuiſſet expreſsè ſanci-
tum ibi *ſarà punito di pena corporale etiamdio ſi-
no alla morte incluſiuè*? Gloſ. *in* §. *in ſumma Inſtit.
de iniur.* de qua feci mentionem *in c.* 1. §. 10.
*n.* 31. *& ſeq.* in quo loco aliquid dixi pro ip-
ſius Gloſæ intellectu, tenet partem affirma-
tiuam

tiuam, & communiter à Doctoribus ad hoc
allegatur ; Siquidem in arbitrarijs valet Iu-
dex imponere pęnam mortis naturalis Bart.
*in l. ſi abſens. num. 4. ff. vbi pupilli educar. deb.*
Maranta *diſp. 3. num.* 15, Franch. *deciſ.* 504.
*num.* 10. *&* 11. Tuſch. *lit. P. concl.* 217. *nu-
mer.* 36. Abb. & Felin. *in cap. ex literis de
conſtit.* & eſt Text. *in leg. ſacrilegij la prima
ff. ad ad leg. Iul. pecul.* vbi dicitur, quod dato
quod pœna ſacrilegij ſit arbitraria, quia
pro qualitate perſonæ irrogatur, tamen
quandoque aliqui ſacrilegi combuſti fue-
runt, & ſic probat quod Iudex in pœnis
arbitrarijs poteſt imponere pœnam com-
buſtionis, & ſic mortis naturalis, vt aduer-
tit Maranta *loc. cit.* At Gloſa *in cap. Inquiſi-
tionis verbo accuſationis de accuſationibus* tenet
de directo contrarium ex Gloſa *in d. l. ſacri-
legij verbo conſiderandum* ob rationem, quia
Iudicis arbitrium debet eſſe æquitati conſo-
num, nec pęnas alterare poteſt Luca ad
Vinc. de Franc. *dicta deciſ.* 504. *num. primo*
& Iudex in arbitrarijs ſequi debet diſpoſitio-
nem Iuris omni adhibita moderatione vt
ex Bald. Valenzuol. Simanch. Giruba dicit
Conciol. *crim. reſol. prima num. primo verbo
Iudex.*

In hac contrarietate Boſſ. *tit. de iniur. nu-
mer.* 30. dicit primam opinionem habere
locum, quando iniuria eſt enormis, & quæ
non in ſolo verbo, ſed etiam in facto con-
ſiſtit conſiderata perſona offenſa, & conſi-
derato loco offenſæ: Io: Franc. de Ponte *de
poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſolit.* §. 2. *n.* 13.
*&* 16. ait dictum ſupradictæ Gloſ. *in* §. *in
ſumma procedere in Principe*, qui de nouo po-
teſt pœnam mortis imponere, & non in
alio Iudice, qui coram Principe, vel ipſo
conſulto non iudicet, & citat Clar. *quæſt.* 13.
& Maranta *diſput.* 3. poſt ſpeculum aureum,
Menoch. *de arbitr. lib. primo quæſt.* 86. & Fa-
rinac. *quæſt.* 17. *num.* 39. & 60. & ſubdit quod
ad effectum vt poſſit practicari opinio Glo-
ſæ requiritur cauſa maxima, & vrgentiſſi-
ma, & quod delicta ſint grauiſſima, & exor-
bitantia, prout in caſibus relatis à Vinc. de
Franch. *deciſ.* 504. à Franc. Marci, *deciſ.* 509.
& ab ipſomet de Ponte *d.* §. 2. *num.* 16. Do-
nat. Ant. de Marin. *in obſeru. ad Reuerter. de-
ciſ.* 50. *num.* 5. ait opinionem Gloſæ prædi-
ctæ non habere locum, niſi interueniat ac-
cuſatio, & querela iniuriati, & fundat hanc
diſtinctionem in Text. *in d.* §. *in ſumma* re-
quirente, quod offenſus quærelam expoſcat:
Io: Bapt. Thor. *in Codic. caſuum ſelector. alleg.*
10. *num.* 2. *& ſeq.* ait Gloſam *in d.* §. *in ſum-
ma*, non loqui de morte naturali, ſed de ci-
uili, & quatenus loquatur de morte natu-
rali communitèr eſſe à Doctoribus repro-
batam, & citat Menoch. Clar. Suarez,
Gram. Afflic. Carauit. Vaſq. & alios quos
refert Farinac. *quæſt.* 17. *num.* 34. vel ſaltem
ait procedere in caſibus in quibus iniuria
eſſet adeò atrox, vt ex eius circumſtantijs, &
qualitatibus Iudex moueatur ad ſe exten-
dendum vſque ad mortem, puta quia Reus
intuliſſet alapham Officiali, & allegat Bald.
*in cap. primo* §. *iniuria de pace iuram. firm. in
principio.* Idem Io: Bapt. Thor. ſeu Franc.
Bermundez penès eum *loc. cit. alleg.* 11. *nu-
mer.* 18. firmat quod opinio Gloſæ habet
locum, quando in Regione, vbi fuit patra-
tum delictum, alias fuit impoſita pœna
mortis pro huiuſmodi iniuria ob rationem,
54 quia conſuetudo loci eſt attendenda in pœ-
nis infligendis Felin. & Franc. *in cap. inter
cætera de reſcript.* Cæpol. *conſ.* 39. nam tunc
certa dicitur ſecundum Gloſam *in l. quid er-
gò* §. *pœna grauior ff. de his qui not. infam.* &
ſubdit quod ità intelligit *dictam gloſam in* §.
*in ſumma* Bald. *in l. fin. ff. de rer. diuiſ. & in
l. prima numer.* 3. *C. de his qui latro.* Angel.
*in l. miles* §. *edictum ff. de militar. teſtam.* Alex.
*conſ.* 111. *vol.* 2. & Menoch *de arbitr. qu.* 86.
*num.* 26. quibus addo Carolum Tapiam *de
Iure Regni lib.* 5. *tit.* 33. *de iniur. cap. vt digni-
tatum verſ. pro qualitate iniuriæ* qui ex Alex.
*conſ.* 5. *circa finem vol. primo* & ex *Apoſtilla
eius Genitoris* ait *gloſam in* §. *ſumma* procedere
dumtaxat in caſu quo delictum de Iure, vel
de conſuetudine eſſet dignum morte *& in
fine dicti num.* 18. Bermundez adaptat aliam
limitatiorum *ad prædictam gloſam* vt ſcilicèt
55 non procedat in delictis attentatis, quia
tunc pœna non poteſt extendi vſque ad
mortem, ad quod firmandum plures addu-
cit concordantes, quibus addo Io: Gratian:
*regula* 44. & Portules ad Melinum *in reperto-
rio verbo arbitrium num.* 8. *fol. mihi* 262. Farin:
diffuſiſſime diſcutit opinionem ſupradictæ
Gloſæ *in quæſt.* 17. *à num.* 34. vſque in finem,
56 & concludit quod Iudicibus inferioribus,
& pedaneis non licet niſi conſulto Principe
extendere arbitrium vſque ad pœnam mor-
tis pro delicto atroci, & qualitatibus aggra-
uato, vt videre eſt *d. qu.* 17. *num.* 58. & 60.
At Iudicibus Superioribus permittit dictam
extenſionem, dummodo concurrant inſi-
mul atrocitas criminis, conſumatio, & per-
fectio eiuſdem criminis, & qualitates, &
circumſtantiæ tales, quæ de Iure, vel de con-
ſuetudine pro ſimili delicto pœnam mortis
mereantur, vt videre eſt *dicta quæſt.* 17. *n.* 35.
48. 53. 58. *&* 67. Giruba *conſ. crim* 6. diſtin-
57 guit tres caſus primus eſt in Principe, & eſt
de indubitatis, quia Princeps habet faculta-
tem augendi pœnam vſque ad mortem in-
cluſiuè Farinac. Ponte, Guazzin. Giurb. re-
lati à Carol. Ant. de Luca ad Vinc. de
Franch. *dicta deciſ.* 504. *num.* 2. & alijs rela-
tis Conciolus *crim. reſol. prima num.* 8. *verbo
Iudex.* Secundus caſus eſt in maiori Magi-
ſtratu, & Supremis Iudicibus, & in iſto caſu
datur etiam pro indubitato, quod pœna
poſſit extendi vſque ad mortem, vt ex eo-
dem Giurba, & Guazzin. dicit de Luca
*dicto num.* 2. quod eſt verum etiam in Iudice
arbitrante conſulto Principe, vt ex Farinac.

& Giur-

& Giurba firmat Conciol. *loc. cit. n.* 9. Tertius caſus eſt in inferiore magiſtratu, & in iſto tertio caſu omnes tenent pœnam ad mortẽ non eſſe extendendam, quia tales Iudices debent ſequi diſpoſitionem Iuris omni adhibito moderamine, vt videre eſt penès Giurbam *loc. cit.* quem ſequuntur de Luca *dicto num.* 2. *in fine*, & Conciol. *dicta reſol. prima num.* 6. Vndè acquieſciendum his diſtinctionibus, addito ſolum quod in dicto tertiò caſu non eſt deneganda Iudici facultas imponendi pœnam mortis naturalis, quando pro delicto alias fuit impoſita pœna mortis, quia cum eo caſu pœna ſit certa, vt dictum eſt ſupra, quilibet Iudex poteſt illam indicere, vt ex Dec. firmat Giurba *ibidem num.* 16.

58 Quæro ſextò. Ad maiorem ornatum noſtrorum Bannimentorum, an extet in Statu Eccleſiaſtico aliqua Conſtitutio contrà concitantes rumorem aduerſus Gubernatores Ciuitatum? dic quod in ſpecie diſponit de hac concitatione tumultus aduerſus Gubernatores, Poteſtates, & Theſaurarios Conſtitutio Marchiæ *lib.* 4. *cap.* 46. vbi confiſcationem bonorum, priuationem beneficiorum, ac infamiam tam delinquẽtibus, quam eorum filijs irrogat: ſed quoad pœnam capitalem nihil penitùs diſponit vt conſiderat Farinac. *conſ.* 205. *num.* 23. cum velit ibi Pontifex, quod Poteſtates vtantur Legibus aduerſus delinquentes, quas Catholici Principes ediderunt, & ſic quoad hoc debent attendi termini Iuris communis, vt ſcilicèt tunc pœnis ſeditionis puniantur inſultantes, offendentes, concitantes rumorem, & vim facientes Poteſtatibus, vel locis, in quibus habent reſidentiam, quando id fecerint ratione officij Capic. *deciſ.* 130. *num.* 5. Clar. *quæſt.* 68. *num.* 36. nam ſi odio particulari id egerint non ſeditionis, ſed alijs pœnis iuxta delicti qualitatem puniri debent Bart. *in l. capitalium* §. *ſolent ff. de pœn.* Iaſ. *conſ.* 167. *vol.* 4. Surd. *conſ.* 40. *num.* 38. *lib. primo* Gram. *vot.* 19. *num.* 2. & Bald. *in l. prima* §. *huius ſtudij* 13. *ff. de Iuſt. & Iure* Menoch. Roland. Farinac. Andr. de Iſernia, & alij quos refert, & ſequitur Thor. *Cod. rer. iudicat alleg.* 10. *num.* 12. *& ſeq.*

59 Quæro ſeptimò. Quomodò apparebit de intentione machinandi? dic quod ea, quæ conſiſtunt in animo coniecturis probantur *cap.* 2. *de renunt. in* 6. *& l. dolum C. de dolo* Maſcard. *de probat concl.* 898. *num.* 5. *vol.* 2. & Farinac. *conſ.* 30. *num.* 140. & ſic ex præcedentibus, & ex ſequentibus deducitur Farinac. *d. conſ.* 30. *nu.* 95. *& conſ.* 57. *num.* 2. *&* 20. & Vermigl. *conſ. crim.* 31. *numer.* 16. Et ex qualitate perſonæ, loci, & temporis, vt dicit in terminis Farinac. *quæſtion.* 116. *numer.* 170. vbi monet *cauendum*
60 *à pallidis, & macilentis ab habentibus paruam barbam, & vocem fœmininam* quia ipſe non ſemel, ſed pluries ab huius qualitatis hominibus fuit proditus; crederem tamen hoc non eſſe generaliter verum: Vide pro regulando arbitrio in imponenda pœna ea, quæ in hac materia ponit Farinac. *quæſtion.* 116. *num.* 147. *& ſequentis.*

# Cap. II. §. VI. & VII.

E perche è parte di leſa Maeſtà l' offeſa che ſi fà à Giudici; S. S. Illuſtriſſima ordina, e commanda, che ſe alcuno offenderà nella perſona alcun Magiſtrato, ouero Giudice Ciuile, ò Criminale della Città, ſia punito con la pena dell' vltimo ſupplicio, mà ſe l' offeſa ſarà di parola ſolamente, il delinquente incorrerà in pena della Galea per anni dieci; intendendo ſempre, quando l'offeſa, ò ingiuria di tale Magiſtrato fuſſe per cauſa dell' officio, ò della Giuriſdittione, che eſercita, ò vero per ingiuria del Superiore, poiche ſe alcuno ſi ſentirà grauato da qualſiuoglia Giudice, douerà ricorrere à S. S. Illuſtriſſima, & aſpettare la debita ſodisfattione di Giuſtitia &c.

§. 7. E ſe ciò foſſe per altra cauſa, che dell' officio la pena ſarà conforme à quanto ſi dirà nel Cap. 10. di perſona graduata, e generalmente nel Capitulo 11.

*SVMMARIVM.*

1 *Magiſtratus nomine qui veniant. & num.* 3.
2 *Qui de eis tractent.*
4 *Crimen læſæ Maieſt. vt incurratur proptèr offenſionem in Officialem, debet Officialis habere merum, & mixtum imperium.*
5 *Princeps non ſolum debet reddere tutos ab offenſione Officiales, & Magiſtratus, ſed debet etiam illos habere ſub protectione, vt ab omnibus eiſdem reuerentia, & veneratio exhibeatur.*
6 *Qui reuerentiam magiſtratui, & Officialibus non exhibuerunt, quomodò fuerint correpti & ſeqq.*
9 *Magiſtratibus reuerentiam non exhibentes incurrunt pœnam quaſi ſacrilegij.*
10 *Magiſtratui reuerentiam etiam exempti exhibere tenentur.*
*Sed debent puniri à ſuo Iudice, vt dicitur ibid.*
11 *Magiſtratui omnis illata iniuria dicitur atrox, & quarè.*

12 *Iniuria facta Officiali Papę dicitur facta ipſi Papæ.*
13 *Et punitur pœna capitali etiam ſi ſit facta Officiali ob priuatam inimicitiam.*
14 *Iniuria verbalis in Officialem illata regulariter non punitur pœna mortis. & num. 17.*
15 *Quomodo puniatur iuxtà ſtylum Tribunalium.*
16 *Et an de ſtylo Tribunalium fuerit vnquam impoſita pœna mortis pro iniuria verbali.*
17 *Suſpendens burſam in furca in iniuriam Officialium fuit execcatus.*
18 *Alapha illata Prætori, vel Officiali debet pœna mortis plecti.*
19 *Quod eſt omninò verum quandò offenditur Officialis, qui habet merum, & mixtum Imperium.*
20 *Iniuriam factam eſſe in odium Superioris apparet ex coniecturis.*
21 *Iniuria facta Officiali non poteſt à ſolo Officiali remitti.*
22 *Magiſtratus, ſeu Officialis inferior non comprehenditur in Banno.*
23 *Magiſtratus vt dicitur de Collegij, an compræhendatur in Banno.*
24 *Officialem offendens in rixa vel prouocatus quomodo puniatur.*
25 *Verbum Iudicis iniurioſum non infamat, ſed prouocat ad iram.*
26 *Officialem offendens, licet depoſuerit veſtem, quia ſibi fuit dictum, quod officio reuerentia exhibetur, nihilominus punitur eadem pęna.*
27 *Offenſa leuis non compræhenditur in Banno.*
28 *Officialem electum, & nondum admiſſum offendens quomodo puniatur.*
29 *Offendens Officialem in Sindicatu debet puniri æquè ac offendiſſet in Officio.*
30 *Officiali dicens* al Sindicato t'aſpetto *vel* che gl'hà fatto torto, *vel in precibus, quod iniquè & prætio ſententiam tulit debet puniri & quomodo.*
31 *Officiali ſcribens literas iniurioſas quomodo debet puniri.*
32 *Iudex criminalis eſt dignior Ciuile.*
33 *Nemini licèt ius ſibi dicere.*
34 *Officialis male agens non debet à partibus offendi.*
*Et vide rationes ibidem.*
35 *Recurrendum ad Superiorem pro obtinenda iuſtitia contra Officiales malè ſe gerentes.*
36 *Et quando nullus eſt Superior recurrendum eſt ad Deum orationibus.*
37 *Iuſtitia conſeruat Regnum.*
38 *Princeps debet per ſe gubernare.*
*Quid ſibi incumbat, vt bene gubernet ibidem.*
39 *Princeps etiam per alios gubernat, ſed debet eligere viros conſcientiatos, & doctos.*
40 *Princeps malus à bonis Conſiliarijs corrigitur, bonus à malis corrumpitur.*
41 *Ferdinandus Rex habebat libellū nominū virorū bonæ opinionis, & illos officijs proponebat.*
42 *Et Comes de Lemos eos inuitos cogebat exercere officia.*
43 *Eccleſia eget viris literatis, non aſinis ferratis.*
44 *Catalani rebellantur contra Regem quando non facit eis iuſtitiam.*
45 *Philippus Rex Macedonum occiſus à Pauſania ob non adminiſtratam iuſtitiam.*
46 *Idem euenit alijs.*
47 *Iulius ſecundus mandat in eius bulla viſitari Statum Eccleſiaſticum quotannis, & puniri Officiales delinquentes in Officio.*

## Se alcuno offenderà nella perſona alcuno Magiſtrato, ouero Giudice.

NOmen *Magiſtratus* compræhendit diuerſas ſpecies Magiſtratuum, & offi-
1 cialium, nam appellatione magiſtratus veniunt tam Iudices ordinarij, quam delegati ad vniuerſitatem cauſarum, ac etiam Priores, & Antiani, & Conſeruatores Ciuitatum, vt colligitur ex traditis ab Alex. *in l. eum qui ff. de iuriſdic. omn. Iudic.* Bertachin. *repert. verb. magiſtratus*, & Iaſ. *in l. prim. col. prima & 2. ff. de officio eius &c.* vbi Magiſtra-
2 tuum ordines, & totam materiam tractat recenſendo, qui dicantur superilluſtres, illuſtres, ſpectabiles, & exempla omnium ponit. Difficultas tamen eſt, an hic nomen *Magiſtratus* debeat accipi in lata ſignificatio-
3 ne, itá vt ne dum Iudices Ciuiles, & Criminales, ſed & Domini Antiani, & Domini de Collegijs compræhendantur? Et reſpondendum affirmatiuè tum attento iure communi per Text. *in l. prima ff. ad leg. Iul. Maieſt.* vbi alternatiue loquitur de occidente Magiſtratum, vel de occidente eum, qui habet imperium, vel poteſtatem, vt aduertunt Rayner. de Foroliuio, & Raphael Cuman ibidem prout eos refert Farinac. *quæſt. 112. num. 146.* tum etiam attenta diſpoſitione Bannimentorum hic; dum enim faciunt mentionem de Iudice Ciuili, vel Criminali, inter quos enumerantur Domini Antiani, & Domini de Collegijs, qui non ſolum Ciuilem Iuriſdictionem, ſed & quamdam habent etiam coercitionem, vt dicam infra *cap. 24.* non ſolum eos includunt, ſed faciunt ceſſare controuerſiam inter Doctores agitatam, an ad hoc vt intret crimen læſæ Maieſtatis offenſio debeat eſſe in Officialem habentem merum & mixtum
4 imperium, vt videre eſt penès Farinac *dicta quæſt. 112. num. 146. & ſequen.* voluit enim legislator eos æquiparare quoad reuerentiam eiſdem debitam, & benè, quia ſicut
5 Summus Pontifex, itá & Cardinalis á Latere Legatus debet eos omnes indifferenter habere ſub protectione, etiam quoad effectum, vt omnis reuerentia, & veneratio eiſdem omnibus habeatur, & præſtetur, quia vt inquit Caſſiodorus *variar. epiſt. 12. ſi Princeps Magiſtratus quos elegit uereri non curat, ſe quoque minus verendum facit, ex quo ſi Populus Principis membra in Magiſtratibus paruipendere didicit, ipſum quoque Principem paulatim contemnere adſueſcit,* & propterea cum Seruilius Iſſauricus, vt ex Dion. Caſſio refert Gratian. *diſcept. forenſ. 538. num. 63.* co-

gnouiſſet illum in iudicio vadimonium habere, qui ſibi pedibus Vrbem ingredienti obuiam factus equo non deſiluit, ſed recta
6 prætereuectus fuit, rem eam Iudicibus enarrauit, & ij tanta indignatione correpti fuerunt, vt indicta cauſa hominem condemnarint, & Giurb. *conſ. crim.* 38. *in fine* refert quemdam nobilem Panormitanum con-
7 demnatum ad exulandum extra Vrbem per ſex menſes, quia Tribunalis Conſiſtorij Præſidem ex propoſito non ſalutauit. Et hoc procedit etiam in alijs Officialibus, vt pluribus oſtendit Giurb. *dicto conſ.* 38. per
8 tot. ad fauorem Octauiani Oſſia iuſtitiæ Capitanei, qui fecit ſibi acceſſiri Veſpaſianum Patritium Aethnenſem, vt temeritatis, & audaciæ ſuæ cauſam diceret, nam Octauianum prætereuntem non ſalutauerat; cumque excuſationem aliquam proponere non potuiſſet, iuſſit eidem, vt in honorem iuſtitiæ caput ſuum reuerenter detegeret, & abnuente, ſummo impetu manus violentas in illius pectus iniecit, corpus concuſſit, biretum á capite in terram dimiſſum conculcauit, ac publico in carcere eumdem reclusit; quem dicit rectè prædicta omnia feciſſe, & M. R. C. decreuiſſe anno 1593. Capitaneum moleſtandum non fuiſſe. Et iure etiam meritò ſuperiores procurant, quod Officialibus præſtetur reuerentia, nam illa debetur parentibus à filijs *leg. ſi poſtliminium* §. *filius quoque ff. de capt. & poſtlimin. reuerſ. & l.* 2. *ff. de in ius vocan. & l. prima ff. ſi quis Iudic. non obtemper. & l. iniurarum* §. 2. *ff. de iniuri.* & debetur à minoribus erga maiores, vt ex Text. *in l. potiores C. de officio Rector. Prouinc.* & ex Gloſa, Luc. de Penna, Abb. Hugo. Afflict. & alijs probat Cyriac. *controu.* 26. *num.* 17. *& num.* 19. & quidem de iure naturali iuxta Text. *in l. veluti ff. de iuſt. & iure*, ita vt nulla ratione denegari poſſit, vt dicit Cyriac. *loc. cit. nu.* 19. & ideo etiam debetur Magiſtratui, qui loco parentum, & pro ſuperioribus haberi debent à ſubditis ex traditis à Capiblanc. *de Baron. cap.* 56. *num.* 15. *& ſeqq. lib.* 2. *& ſingul.* 74. *&* 139. Cyriac. *dicta controu.* 26. *num.* 17. *& ſequen.* Zahñio *de mendacijs lib.* 2. *cap.* 65. *num. prim.* Bald. *loco cit. à Placha epith. delict. lib. primo cap.* 6. *num.* 3. Giurb. *dicta conſ.* 38. *per tot.* & Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 184. *num.* 55. *& ſeqq. & eſt text. in l. omnem honorem C. quando prou. non eſt neceſ. & in l.* 2. *C de offic. Praefec. Prætor. & in l. ex agentibus C. de priuil. Agent. in reb. lib.* 12. cum alijs adductis per Mutam ſuper Conſuetud. Panormit. *cap.* 8. *num.* 13.
9 & contrafacientes incurrunt pœnam quaſi ſacrilegij lo: de Platea *in l. prima C. de domeſt. & protect. lib.* 12. *& in l. prima C. vt dignit. ordo ſeruetur lib.* 12. Bart. *in tract. de inſignis, & armis*, & Muta *loc. cit. num.* 16. & Pater Auendanus *theſau. Indic. tomo primo tit.* 4. *cap.* 13. §. *primo num.* 101. *fol. mihi* 129. quæ pœna dicitur eſſe arbitraria à Capiblanc. *d. ſing.* 74. Cyriac. *dicta controu.* 26. *num.* 37. & hoc extenditur etiam ad exemptos, qui Magiſtra-
10 tui reuerentiam exhibere tenentur; vt firmant alijs relatis Cyriac. *controu.* 26. *nu.* 20. Capiblanc. *d. cap.* 56. *num.* 11. Bald. *in leg. fin. C. de oper. liber.* Caſſan. *catalog. glor. Mundi conſid.* 72. *par. prima* & Gratian. *diſcept.* 284. *num.* 61. & in addit. ad deciſ. Marchiæ *deciſ.* 232. *num.* 6. *&* 7. Baron. *de corpore eiuſque partibus tomo* 2. *tit. de capite in addit. ad num.* 13. *&* 14. & ſic Clericus, qui ex propoſito Iudici laico debitum honorem non ſeruaret illum ſalutando, deberet pœnam pati, vt ex Bouadill. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 89. & Seſſ. *de inhibit. cap.* 7. §. 3. *n.* 198. ait Giurb. *loc. cit. num.* 15. à ſuo tamen Prælato, vt dicit Auendanus *in theſau. indic. tom. primo tit.* 4. *cap.* 13. §. *primo num.* 104. qui teſtatur fuiſſe à ſuo Prælato mulctatum exilio Sacerdotem qui contentioſius, quàm decerer peregit cum collitigante ſuo præ foribus Tribunalis Auditorij Regis, vbi res agebatur; ſubdens, quod Prælatus fuit monitorijs Iudicum ad id incitatus; & hoc idem eſſe faciendum quando Eccleſiaſtici malitioſè, & in contemptum pertranſeunt ante Gubernatorem, vel alium Miniſtrum, & Officialem Curiæ Sæcularis nullo reuerentiæ ſigno adhibito oſtendit ipſe P. Auendanus *ibidem* §. 2. *numer.* 105. *& ſequentibus*, vbi contra Pereyram *de manu Regia par. prima cap.* 7. *num.* 42. & Bouadill. *politica tomo primo lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 89. dicentes poſſe iſto caſu Officiales Sæculares perſonas Eccleſiaſticas mittere in carcerem ad effectum conſignandi Superioribus, vel eas pœna pecuniaria mulctare, validè oſtendit eis non licere primum, niſi Eccleſiaſticus ſit paratus in crimine proſequi, aut id veriſimiliter rimeatur, & hoc fundat in Text. *in cap. vt fama de ſent. excomm.* Secundum verò nullo penitus modo eis licere dicit, & concordat in hoc cum Diana *par. prima trac.* 2. *reſol.* 26. & Megala *in* 3. *par. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 35. vide rationes quas ipſe adducit, qui reprobat etiam, & reſpondet D. Felician. à Vega *cap. ſi diligenti de Iudic.* & D. Villaroel. *par. prima pacific. gubernat. quaſt. prima art.* 8.

Cum igitur tam grauiter peccet, qui Magiſtratum, & Iudices non veneratur, ac colit, dicendum quod grauiſſimè delinquit, qui inſuper violat, ac offendit facto, vel verbis, vt argumentatur Zahnnius *loc. cit.*
11 *num.* 4. omnis enim iniuria Magiſtratui illata eſt atrox per Text. *in l. Prator. edixit* §. *atrocem. vbi gloſ. ff. de iniur. &* §. *atrox iuſtit. eod. tit.* Farin. *qu.* 105. *nu.* 198. Menoch. *caſ.* 263. *num.* 5. qui loquitur de iniuria facta Tribuno Plebis, & Plach. *Epithom. delictor. lib. primo cap.* 6. *num.* 3. qui loquitur de iniuria illata Senatori, & eſt ratio quia iniuria illata Magiſtratui, & Iudici cenſetur illata ipſi Ciuitati, & Principij Corrad. *in pract. titul. de iniurijs num.* 5. *fol.* 403. Menoch. *de arbitr. caſ.*

*caſ. 263.* & Theſ. *deciſ.* 229. Vnde Bald. *in cap. primo §. iniuria in princip. de Pace iuram. firman. & in cap. primo numer. 2. de Offic. Deleg.* cum Innocent. *ibidem*, ait quod iniu-
12 ria facta Officiali Papæ dicitur facta ipſi Papæ, & quod punitur pœna capitali, etiamſi ſit facta offenſio Officiali Papæ, vel Poteſtati alicuius terræ propter ſingulatem inimici-
13 tiam, quia iſta iniuria eſt facta perſonæ in poſſeſſione Eccleſiæ vt notatur *in leg. peregrè §. quibus ff. de acquir. poſſeſſ.* Et reprobat Bart. diſtinguentem inter iniuriam factam ex priuata inimicitia, & factam ex cauſa officij. Aduertendum tamen, quod noſtra Bannimenta approbant opinionem Bart. & cum eius diſtinctione procedunt; pro vt bene etiā diſtinguunt caſum offenſionis facto illatæ, & caſum offenſionis verbis factæ, ſiquidem etiam de iure communi iniuria verbo illata
14 Magiſtratui non punitur pœna mortis, vt in fortioribus terminis nempè in iniuria verbali illata Principi, ſeu eius lateri adhærentibus oſtenſum eſt in §. antecedenti. & in his proprijs terminis firmant Boſſ. *tit. de iniur. num.* 39. Farinac. *quæſt.* 105. *num.* 202. Menoch. *caſ.* 263. *nu.* 7. Sed cum inter atroces iniurias ſit aliquis gradus, vt aduertit Placha *epitom. delict. lib. primo cap. 6. num. 3. in*
15 *princ.* quandoque imponitur pœna palinodiæ, vt ſcilicèt proprio ore publicè fateatur ſe falſum dixiſſe Franc. Marci *deciſ.* 34. *nu.* 6. *lib.* 2. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 68. *num.* 55. & *in §. iniuria num.* 49. quandoque imponitur pœna trium ictuum funis, & veniam petat flexis genibus, vt in caſu relato à Carena *de S. Offic. par. 2. tit. 17. §. 9. num.* 28. quandoque imponitur pœna relegationis, vt practicatum refert Franciſcus Bermundez de Caſtro penès Io: Bap. Thoro *Cod. caſuum ſelectorum allegat.* 12. *num.* 26. Vbi dicit qood Don. Io: de Aualos fuit perpetuò relegatus ob verba ad aures dicta Officiali; quod Dux Montis Alti, quia per Nuntium verba non ſolita miſit Officiali, fuit ad tempus relegatus: quod Dux Rocæ Montis Dragonis deambulando per Ciuitatem, ex quo Officialis caput non detexerat, verba minatoria protulit, fuit relegatus per decennium: & quod Veſpaſianus de Palmerio, qui abſenti Officiali intulit iniuriam, deportatus fuit in Inſulam: quandoque imponitur pœna triremium, vt in caſu relato à Godofred. Abaiio *de reatibus quæſt. 7. num.* 60. qui dicit fuiſſe condemnatum ad triremes per quinque annos Nicolaum Munerium, ex eo quia Miniſtros Iuſtitiæ parum honeſtè compellaſſet, nec debitum honorem exhibuiſſet, & inſuper fuit etiam iuſſus, vt in publica Audientia nudo capite, & toto corpore ſolo induſio tectus in Magiſtratus dicta reuocaret, & à Senatu veniam peteret. Et licet poſ-
16 ſe extendi pœnam vſque ad mortem, etiam pro iniuria verbali dicta Officiali tradant Boſſ. *tit. de iniur. num.* 38. *per text. in §. ex diuerſo*, vbi Gloſa *Auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio*, & Fragoſ. *de regimine reipub. Chriſtian. par. prima lib. 4. diſp. 10. num.* 154. qui ait quod Rex Luſitaniæ fecit decapitare quemdam Nobilem ex eo, quia intulerat iniuriam Officiali Iudicis, qui ipſum Nobilem ex officio notificauerat, quaſi Saluaguardiam, ac protectionem, & ſecuritatem, quam Rex Officialibus exhibet, fregiſſet, & Io: Gran. *de bello exulum ſpecial.* 98 *num.* 2.
17 *qui inquit*, Comitem Vxenti priuaſſe oculis quemdam Io: Baptiſtam de Florauante Ciuitatis Aquilæ inquiſitum de ſuſpenſione burſarum in furcis (tacitè enim innuebat ille ex dicta ſuſpenſione burſarum, quod vendebatur Iuſtitia; nam vulgò dici ſolet *hà impiccato la borſa*) nihilominus nō eſt recedendum à firmata concluſione ex rationibus, & auctoritatibus adductis *in §. antecedenti* & hic; & ad exemplum relatum à Io: Grand. reſpondetur quod iniuria, de qua ipſe loquitur, refert potius qualitatem facti, quam verbi, & accedit ad qualitatem libelli famoſi, vt pluribus citatis inquit Farinac. in terminis Stercorantis, ſeu cornua affigentis ad parietes *quæſt.* 105. *num.* 469. ad exemplum relatum à Fragoſ. reſpondetur debere illud reprobari ex ijs quæ ex Borello, & Donat. de Matin. dixi *in §. antecedente num.* 22. & 23. Et ad doctrinam Boſſij reſpondetur illam procedere in terminis, in quibus ipſe loquitur, vt ſcilicet accuſans calumnioſè Officialem in Sindicatu de venalitate Iuſtitiæ, & de tirannide puniatur pœna mortis, qua ſubijci debebat Officialis, ſi accuſatio vera fuiſſet.

Pro iniuria verò facto illata, intrat pœna
18 mortis, vt ſi detur Colaphus Prætori, vel alteri magno Officiali, vel aliter verberaretur, ſecundum Baldum, cuius eſt originale dictum, *in cap. primo §. iniuria de pace Iuramento firmanda in princ.* vbi Barbatia *in apoſtilla marginali* Bonif. Vitalin. *tit. quibus ex cauſis poſſit ad mortem condemnari col. prima* Arnon. *ſing.* 13. Boſſ. *tit. de iniur. num.* 30. de Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſol. §. 2. numer.* 18. Ricc. *collect.* 1783. & *deciſ.* 31. *numer.* 5. & *deciſ.* 300. & alij relati Io: Bap. Thoro *Codic. rer. iudic. allegation.* 10. *in fine*, *qui allegat.* 11. *in fine* refert fuiſſe condemnatum ad mortem quemdam ob alapham illatam Officiali, & quod ita fuit exequutū. Quod eſt indubitanter verum quando facto
19 offenditur Magiſtratus, qui merum, & mixtum habet Imperium, vt inquiunt Gigas *de crim. læſ. Maieſt. lib. primo rub. qualiter & a quibus crim. læſ. Maieſt. committ. quæſt. 26. numer. primo* Farinac. *quæſt.* 112. *num.* 46. & *ſeq.* & vt dixi ampliat hoc Bald. *in d. §. Iniuria*, vt procedat etiam ſi quis percutiat ob inimicitiam priuatam, quem ſequitur Ruin. *conſ.* 81. *num.* 6. *lib.* 4. Imo iſto caſu poteſt prætendi, quod intret pœna criminis læſæ Maieſtatis iuxta doctrinam Ludou. Bolognini

gnini *conſ.* 75. *per totum* vbi ait quod A. qui extraxerat enſem contra Epiſcopum Suffraganeum D. Cardinalis Archiepiſcopi hujus Ciuitatis Bononiæ, & Vicarium offenderat inciderat in crimen læſæ, & in pœnam *cap. fœlicis de pœnis in* 6. quamuis offenſio in perſonam dicti Epiſcopi ſecuta non fuiſſet vide eum, & rationes, quas copioſe adducit per totum *dictum conſilium*.

Verum in hac Legatione ſunt ſeruanda Bannimenta, quæ ſtatuunt, quod offendens Magiſtratum in perſonam vltimo ſuplicio puniatur, ſi ex cauſa officij fecerit, offendens verò verbis tantum puniatur pœna triremium per decennium, & quod prædicta debent procedere etiam quando Magiſtratus, ſeu Officialis offenditur in odium, ſeu iniuriam Superioris.

Quæro primò, Quomodo cognoſcatur,
20 quòd offenſa ſit facta in odium, & iniuriā
Superioris? Dic, quod colligitur ex conjecturis, & indicijs, & præſumptionibus, & quòd non apparente cauſa, propter quam fuerit offenſus Officialis, præſumitur facta in odium Domini Boſſ. *de crimin. læſæ Maieſt. num.* 35. Burſatt. *conſ.* 147. *num.* 15. *in fine*; præſertim ſi offendens aliàs ipſum Superiorem odio habuit Capiclat. *decis.* 130. *numer.* 13. Roland. *conſ.* 1. *num.* 5. *lib.* 3. Decian. *d. cap.* 5. *num.* 5. *verſ. puta ſi Dominum*, & Farin. *loco cit. num.* 51. vide quæ dixi *in anteced.* §. *num.* 46.

Quæro ſecundò, An iniuria illata Magi-
21 ſtratui poſſit per ipſam perſonam offenſam
remitti? Dic, quòd non ex iis, quę dixit Bellapert. *in l. ſi conuicij nu.* 9. & Abber. *in eadem l. ſi conuicij num.* 4. *C. de iniurijs* Gandin. *de maleſ. tit. de pœn. num.* 26. nam Iniuria non eſt facta ipſi tantum, ſed Communitati, & toto Populo Ciuitatis, & Principi, quem ipſe repræſentat Roland. à Valle *conſ.* 48. *num.* 4. *lib.* 2. confert Text. *in cap. contingit de ſent. excom.* & comprobat Gloſa *in cap. primo verbo punire de pœn. in* 6. Bouad. *lib.* 3. *polit. c.* 1. *num.* 41. & Scannarol. *de viſit. carcerat. lib.* 2. §. 35. *cap. vnic. num.* 44.

Quæro tertiò, An Magiſtratus inferior
22 contineatur in Banno? Reſpondendum
negatiuè, vt in Officialibus reſidentibus in Curia Serici, Lanæ, admiratus, Siclæ inquit Thor. *Cod. rerum iudic. alleg.* 10. *num.* 8. *&* 9. qui citat Leopoldum Haxlaman. *in diſput.* 7. *ad ſeptimam partem pandectarum de iniur. concl.* 3. prout nec contineri Officiales Baronum, ex quo non cenſentur eſſe Officiales Regis Carauir. Franch. & Foller. *locis relatis* per Thor. *loc. cit. caſ.* 58. *num.* 11. *&* 12. Iacobus Gagliardus *de delic. ment. & act. tit. de vuln. & percuſſ. lib.* 3. *fol. mihi* 184. *verſic. item vulnerans Officialem*; & Rouitus *prag. de abolit. num.* 34.

Sed quid dicendum de Magiſtratu com-
23 muniter nuncupato *di Colleggi*? poſſet ali-
quibus videri, quòd compræhendatur in Banno ex eo, quia in dicto Magiſtratu ſemper adeſt vnus ex Dominis Senatoribus; ſed re vera de ipſo iudicandum eſt idem, quod diximus de Magiſtratu inferiori ex auctoritate Doctorum mox citatorum: nec perſona Senatoris, qui interuenit ad regimen dicti Magiſtratus poteſt inducere contrarium, quia Salyc. *in l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt.* Capic. *decis.* 130. *num.* 43. Boſſ. *tit. de crim. læſ. Maieſt. num.* 9. & Thor. *loc. cit. caſ.* 58. *numer.* 9. dicunt, quòd ſi Princeps de ſuis Collateralibus Conſiliarijs crearet Præſidem Prouinciæ, vel Capitaneum Ciuitatis, & aliquis eumdem offenderet, non committeret crimen læſæ Maieſtatis, ex quo tunc non eſſet de Conſilio re, ſed nomine. Vide tamen circa hoc vltimū, quæ dixi ſupra *hoc eodem ſecundo Capite* §. *primo num.* 17. *&* 18. *& ſeqq.*

Quæro quartò, An ſi non eſſet in Ban-
nimentis facta mentio expreſſa de correlati-
24 uitate offenſionis ad Officium, & Dignita-
rem offendens Magiſtratum in rixa, vel prouocatus incideret in pœnam prædictam Bannimentorum? Et quoad primam partem quæſiti negatiuè reſpondet Thor. *d. caſ.* 58. *num.* 10. allegans Gram. *conſ. crim.* 29. vbi ponit caſum in Regente M. C. V. qui in rixa occidit Iudicem M. Curię: & quoad ſecundā partē quæſiti pariter negatiuè reſpōdēdum, quia, vt dixi aliàs in iſtis Annotationibus, ſicut officium non poteſt efficere, quòd quis ex offenſa non iraſcatur, ità non poteſt, nec debet efficere, quòd non excuſetur à tanto, vt notat Alex. *conſ.* 140. *num.* 9. *vol.* 2. & Thor. in terminis quæſtionis noſtræ *in d. allegat.* 10. *num.* 19. 20. *& ſeqq.* qui ad hoc allegat Text. *in l. nec Magiſtratibus ff. de iniur.* And. & Afflict. *in Conſtit. Regni cos tantùm in* 4. *&* 5. *notabili* Parid. de Put. *de Sind. cap.* 6. *verſ. ſindicentur etiam Officiales per tot.* Io: de Platea *in l. prohibitum circa finem C. de Iure Fiſci lib.* 10. & Luc. Penna *in d. l. prohibitum num.* 15. Add. ad Alex. *conſ.* 144. *vol.* 2. Maranta *diſp.* 1. *num.* 34. & Afflict. *in conſtit. Pacis cultum*: licèt enim dicatur, quòd ver-
25 bum Iudicis iniurioſum non infamat *l. ver-
bum C. ex quibus cauſis infamia irrogetur*, Ricc. *decis.* 31. *num.* 6. *par.* 1.; benè tamen prouocat ad iram, & homo intenſo dolore permotus, tamquam non exiſtens in plenitudine intellectus debet excuſari iuxta *l. qui cū maior* §. *ſi libertus ff. de bon. libert.* Bald. *in c.* 1. §. *ſi quis verò de pace Iuramento firmanda*, Luc. de Penna *in d. l. prohibitum num.* 15. & Thor. *d. alleg.* 10. *num.* 20. *&* 29. Contrarium de directo tenet idem Thor. *alleg.* 11. *in fine* vbi teſtatur, quòd Marcus Antonius de Alexan. fuit capite plexus, *& num.* 21. *& ſeqq.* ex Caſſaneo Cathal. *glor. mundi p.* 8. *conſid.* 13. *in princ.* aſſerit quòd ſi prouocatus dicat Officiali, quod ſi non eſſet ob reuerentiam Of-
26 ficij, benè eum caſtigaret, & Officialis de-
ponat veſtem, & offendatur, dictus offen-

dens

dens incurrit pœnam verberantis Officialem, quia Officialis non poteſt à ſe abdicare Officium *l. legatis ff. de Offic. Proconſ. l. fin. C. de defenſ. Ciuitatis* Io: Faber. *in l. ſeruus C. de pœn.* Aduertendum tamen, quòd in caſu Thor. non aderat prouocatio, vt benè deducitur *ex relatis in alleg.* 11. eiuſdem Thori, & quod Caſſancus non loquitur de pœna ordinaria, aliàs iniquè loqueretur, quia non eſt iuſtum, quod prouocatus non excuſetur à tanto ex adductis ſupra.

27 Quęro quintò an compręhendatur offenſa leuis, ſeu minima? Dic quòd non ex Capiblanc. *de Baron. pragm.* 5. *num.* 72. Ioſeph de Melle ad Gizzarellum *dec.* 24. *num.* 24. imò offenſa debet eſſe facta cũ effectu, quia non ſufficit attentata Rouit. *pragm.* 5. *de abolit. num.* 35.

28 Quæro ſextò, An compræhendatur offenſa facta Officiali electo, & nondum admiſſo? Vide Sanfelic. *deciſ.* 63. & Prat. ad Paſchal. *de patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 10. *verſic. eaque adeò*.

29 Quæro ſeptimò, An compræhendatur offenſa facta Officiali tempore, quo ſtat in Sindicatu? Bald. *in cap.* 1. *de pac. iuram. firman.* Menoch. *caſ.* 263. *num.* 10. & Caball. *caſ.* 111. reſpondent affirmatiuè, idem dicit Boſſ. *tit. de iniur. num.* 39. quem citaui ſupra.

Quærò octauo, An compræhendatur is,
30 qui dixit: *al Sindicato t'aſpetto?* reſpondeas negatiuè, quia potiùs minas, quàm offenſionem verba prædicta redolent, & ſic debet puniri iuxta terminos Iuris Communis Scaglion. *ſuper ritu Magnæ Curiæ* 291. *num.* 6. Caraban. *ſing. ſind. Official.* 221. & idem puto dicendum de eo, qui dixit; *che gl' hà fatto torto:* Menoch. *conſ.* 403. *numero nono verſ. verum*, ibi: *& idem pariter dicendum de eo, qui in precibus dicat Iudicem iniquè, pretio, & precibus ſententiam tuliſſe*, idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 263. *n.* 8. Quid de eo, qui dixit Iudici, vel alio Officiali: *Alla Sede Vacante t'aſpetto?* dic, quòd pœna vltimi ſupplicij Romæ fuit punitus quidam N. N. nullam enim admittit interpr̃ætationem, quod ſic loquens intelligat de vindicta iuris vt de ſe patet.

31 Quæro nonò, An compræhendatur is, qui epiſtolam iniurioſam ſcribit Officiali? dic quòd iniuriæ illatæ in ſcriptis retinent naturam iniuriarum vebalium, vt dixi ſupra ex Farin. *conſ.* 123. *num.* 6. Nouar. *collec. prima numer.* 16. *rub. pragm. de iniur.* & Prato *reſp. crim.* 17. *num.* 25. licet, Vt verum fatear, multum differant, quia verba oretenùs prolata cum aere diſperduntur, in ſcriptis verò illata perpetuo manent, vt ex Tholoſan. & Vela aduertit Laurent. Matthęu. *de re crim. contro.* 74. *num.* 3. *par.* 2. & Mareſca penès Anellum de Sarnò *pract. crimin. par.* 2. *formul.* 10. *verſ. his diximus* Vide de hac re loquentem Carthar. *crim. deciſ.* 68. *in princ. & num.* 24. *in fine*, vbi defendit fuiſſe quemdam Parochum iuſtè condemnatum ad exilium ex eo quia Vicario Foraneo ſcripſerat epiſtolam iniurioſam recenſitam de verbo ad verbum *ibidem num.* 7. in qua dicebat dictum Vicarium magis eſſe dignum Officio Carnificis, quàm Officio Sacerdotali, & eumdem appellauerat latronẽ, eiclicum, vulgò *forfante*, item & malignum, rapacem, & prędonem, & vide etiam Franc. Mar. Prat. *reſp. crim.* 17. qui defendit eum, qui Gubernatori ſcripſerat epiſtolam iniurioſam, quā de verbo ad verbum exemplauit. *nu.* 5.

### Giudice Ciuile, ò Criminale.

32 Quis ſit dignior Iudex criminalis, vel Ciuilis? Vide Vincent. de Franc. *dec.* 388. & Carol. Ant. de Luca *ibidem in additione*, qui diſputat articulum ad partes, & vide Capiblanc. *de Baron. prag.* 8. *par.* 2. *num.* 260. *lib.* 1. qui omnes concludunt pro Iudice criminali ob rationem, quia habet merum imperium, & hoc vtimur Iure in hac Ciuitate Bononiæ, vndè mirandum de antenominatione Iudicis Ciuilis.

### S'alcuno ſi ſentirà grauato da qualſiuoglia Giudice douerà ricorrere à S.S. Illuſtriſsima, & aſpettare la debita ſodisfazzione di Giuſtizia.

33 Plura colliguntur ex Textu. Primo, quòd nemini licet ius ſibi dicere, ſeù vindictam facti ſibi aſſumere *l. penult. ff. de vi priuata, l. non eſt in ſingulis ff. de regul. Iuris*, & propterea non procederet hic opinio Arnoni *ſing.* 13. & Caraban. *ſing. ſindic. offic.* 108. qui dicunt, quòd iniurians in Sindicatu Officialem, qui malè ſe geſſit in Officio, concuſſiones, & extorſiones commiſit, non punitur pœna rigoroſa indicta, & impoſita contra offendentes, & iniuriantes Officialem, nam ex hoc non eſt permittendum, quòd priuati homines, qui debent obedire, & reueren-
34 tiam Iudici exhibere, contra eos inſurgant vindicta facti, tum quia ſalus, & incolumitas Reipublicę conſiſtit in obedientia, & reuerētia debita Superioribus, vt per Text. *in l. in defenſoribus C. de defenſor. & in l. ſemper ff. de iur. immun.* inquit Baſilico *deciſ. crim.* 10. *num.* 1. dicens aliàs deſtrui, & perturbari fundamentum, & tranquillitatem Vitę Ciuilis: tùm quia nullus vnquam Munus iudicandi vellet obire, cum videret à ſceleſtis offendi, & iniurijs affici eos, qui ab omni offenſa, & iniuria ſecuri eſſe deberent, vt dicit Baſilico *ibid: num.* 2. tùm demum quia ſub prętextu vis, & violentię à Magiſtratibus, & Iudicibus illatę aperiretur ianua licentioſiùs agendi contra eoſdem, quòd eſſe abſurdiſſimum per Text. *in l.* 38. *ff. de rei vendic.* Federic. Mindan. *de mandat. Iudic. lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 33. *& ſeq.* aduertit Baſilico *d. deciſ.* 10. *num.* 22. & inſuper quilibet eſſet Iudex in cauſa propria contra diſpoſitionem Text.

*in l.*

*inl. prima C. nequis ites*, *& l. nulli C. de Iudic.*
& ſequerentur ſcandala, tumultus, & Ci-
uitates replerentur confuſione, nam fran-
gerentur carceres, impunè vulnerarentur
ſatellites, & manus ponerentur in Iudices,
& armata manu quiſque ſe defenderet, &
eſſet malum quouis malo grauiſſimum, vt
proſequitur Baſilico *loc. cit. num.* 25. idem
probat ex D. Thoma. & alijs Capiblanc. *de
Baron. pragm. 3. num.* 41.

35 Secundò, quòd grauati debent recurrere
ad Superiorem pro Iuſtitia, & conuenit cum
dictis à Peguer. *pract. crim. cap. 2. num.* 15. ibi:
*Et Prouincia, quæ à Principe, ſeu à Præſide ini-
quo patitur flagellum adeat Superiorem, ſi talem
habuerit, quem continuò roget, vt huiuſmodi af-
flictio, & calamitas ab eis tollatur, vbi verò non*
36 *cognoſceretur Superior, ad quem recurri poſſet,
remedium eſt orare Deum, quod dignetur inter il-
lum, & inimicos ſuos ſtabilire, & confirmare
concordiam, & pacem, & gratiam, & miſeri-
cordiam ſuam ſuper illum oſtendere, & infundere,
omneque odium, & iracundiam, quam, & quod
contra eius ſubditos habet, extinguere, & miti-
gare.* Quamuis enim licere vaſſallis offen-
dere, & occidere in graui caſu Dominum
tyrannicè ſe gerentem, ex Baldo, Viuio,
Grammat. dicat Capiblanc. *de Baron. pragm.
3. num.* 40. & multò magis licere vaſſallis
rebellare contra Dominum, & Principem
tyrannum ex Capic. *decis.* 69. *n.* 32. Campa-
gna *c. Reg.* 131. & Andrea *c. 1. n. 18. qui ſucce.
tenen.* ſubdat Capibl. *loc. cit.* nihilominus hęc
propoſitio fuit reprobata, & damnata in
Concilio Conſtantienſi per rationes addu-
ctas à D. Thoma, Capic. Luca de Penna,
& Salgado *locis relatis* à Capiblanc. vbi pro-
ximè *num.* 41. & Peguer. pro deciſione no-
ſtri quęſiti affert *loco cit. cap. 3. ſub num. 3. le-
gem Cod. Theod. ſub tit. de accuſat.* quę his ver-
bis ſcripta eſt: *Si quis eſt cuiuſcumque loci, or-
dinis, dignitatis, qui ſe in quemcumque Iudicum,
Comitum, Amicorum, vel Palatinorum meorum
aliquid veracitèr, & manifeſtè probare confidit,
quòd non integrè, atque caſtè geſſiſſe videatur, in-
trepidus, & ſecurus accedat, interpellet, me, ipſe*
(vtinam ſic dicerent, & facerent omnes
Principes) *audiam omnia, ipſe cognoſcam, &
ſi fuerit comprobatum, ipſe me vindicabo.*

37 Tertiò, quòd Principes debent de Iuſti-
tia prouidere, & rectè quidem, quia Iuſti-
tia Regnum conſeruatur, vt ait Giurb. *conſ.
crim. 1. num.* 15. 20, *&* 28. & pluribus exem-
plis monſtrant Peguer. *loco cit. cap. 3, num. 2.
& ſeq.* Caſſaneus *conſuetud. Burgund. tit. de
Iuſtices, & Droictez. verſ. Reipublicæ verò* &
pluribus relatis ſententijs D. Auguſtinus *de
Ciuitate Dei lib. 7. cap. 19.* imò omnium ma-
38 ius in Principe debitum eſt vt per ſe regat,
cum ad hoc illi ſint dati introitus, & regalia,
vt ait Foller. *pract. cenſual. §. Nicolaus n.* 222
Afflict. *Conſtit. Regni rub. 32. num. 13. lib. 2.*
Joſeph Ludou. *concluſ. 15. tit. de gabellis ver-
ſic. ſolet dubitari*, & Royas *epit. ſucceſſ. cap.* 34.
*num.* 10. *& ſeq.* nam poſitus eſt, vt faciat Iu-
ſtitiam, & iuſtum iudicium *cap. Regnum* 2.
*q.* 5. & Diuus Hieronymus ſuper Hieremiam
*cap.* 22. ait: *Regum proprium officium eſt facere
Iudicium, & Iuſtitiam, & liberare de manu ca-
lumniantium vi oppreſſos:* vnde Seneca *lib. de
conſolat. ad Polib. cap.* 26. ſcripſit: *Omnium
domos illius vigilantia defendit, omnium otium il-
lius labor, omnium delicias illius induſtria, omniũ
vacationem illius occupatio:* & Socrates aduer-
tit, quod Rex eligitur, *non vt ſui ipſius curam
habeat, & ſe molliter curet, ſed vt ij, qui eum
elegerunt, benè, beatèque viuant:* & dicitur ſer-
uus communis, dum recipit ſtipendia à to-
ta Republica. Et hoc Principes debent fa-
cere etiam ex eo, quia ex adminiſtratione
Iuſtitiæ parant pacem, quietem, & tranquil-
litatem ſubditis, & per conſequens ſibi ipſis,
quia in quiete illorum, & ipſi conquieſcunt
*cap. 1. de offic. leg. in* 6. Frideric. de Senis *con-
ſil.* 185. *n.* 1. Tuſch. *concl.* 670. *num.* 1. *lit. P.*

Recta autem adminiſtratio Iuſtitiæ
conſiſtit in illis tribus punctis: quid ſcilicèt
deceat ſecundùm honeſtatem: quid liceat
ſecundùm æquitatem: & quid expediat ſe-
cundùm vtilitatem, vt inquit Anchar. *con-
ſil. 66. num.* 3. ſeù in illis tribus præceptis,
quæ recenſuit Imperator *in princip. Inſtit.* ho-
neſtè viuere: alterum non lædere: ius ſuum
vnicuique tribuere: horum prima præcepta
reſpiciunt immediatè perſonam Principis,
qui ſicut cæteris hominibus dignitate præ-
ſtat, ita nec emulatione, nec odio affici, nec
priuatis ſtudijs, & affectionibus obnoxius eſ-
ſe debet, vt ait Paſchalius ad Tacitum *lib.
3. annal.* ſuper illis verbis: *Nunc Deum mune-
re Summum Pontificem etiam ſummum hominem
eſſe non emulatione, non odio, aut priuatis affe-
ctionibus obnoxium:* & Tiberius apud Tacitũ
*lib. 4. annal. cæteris mortalibus*, ait; *In eo ſtant
conſilia, quid ſibi conducere putent: Principum
diuerſa eſt ſors, quibus præcipua rerum ad famam
dirigenda*; Tertium præceptum perſonam
Principis reſpicit mediatè, & immediatè;
immediatè, quia, vt dixi, debet per ſe re-
gere, & Iuſtitiam facere, & debet dare au-
dientiam ſubditis, & eos audire; etenim
ſic ſciet multa, & prouidebit ad multa, &
multis, imò omnibus, & hinc Thepompus
dicere ſolebat, quòd Regna conſeruantur,
dicendo, & audiendo veritatem, vt refert
Io: à S. Maria *in politica cap.* 29. §. 1. media-
tè autem, quia cum Principes non poſſint
per ſe ſolos omnia proſpicere, & videre,
vt ex Xenophonte inquit Io: de S. Maria
*loc. cit. cap.* 33. debet aſſumere in partem ad-
39 miniſtrationis gubernij viros ſingularis in-
duſtriæ, exploratæ fidei, & grauitatis, ac
ſapientiæ, vt expreſsè dicit Textus *in l. vnica
ff. de Off. Præfect. Prætor.* expedit enim Rei-
publicæ regi, & gubernari à Sapientiſſimo,
vt ait de Nigris *in prælud. cap. Regni num.* 24.
& Sapientum conſilio negotia expediri ſta-
tuit Text. *in l. humanum C. de legibus*, & Sacra
Scri-

Scriptura ad vnguem tales Viros delineat
Exod. *cap.* 18. ibi : *Vltra vires tuas eſt nego-*
*tium , ſolus illud non poteris ſuſtinere : prouide*
*autem de omni Plebe Viros potentes , & timentes*
*Deum , in quibus ſit veritas , & qui oderint aua-*
*ritiam , & conſtitue ex eis Tribunos , & Centu-*
*riones, & Quinquagenarios, & Decanos , qui iu-*
*dicent populum omni tempore* ; & ſimilis bonus
Textus eſt Deuteron. *cap.* 17. vndè ſatis eſt,
quod niſi per ſe , ſaltem per bonos , doctos,
& conſcientiatos Officiales Iuſtitiam mini-
ſtrari curent ex traditis per Capiblanc. *de*
*Baron. procem. num.* 100. vbi refert ſententiam
Darij dicentis : *Meliorem eſſe Rempublicam , in*
40 *qua Princeps malus, dummodò apud ſe Sapientes,*
*& boni ſint Conſultores, quia vnus malus à mul-*
*tis corrigitur , ſed multi mali Conſultores vnum*
*vincunt* , & refert etiam dictum Diocletiani:
*quod bonus , & cautus Imperator à callidis Con-*
*ſultoribus venditur*. Satisfaciunt igitur Prin-
cipes eorum conſcientiæ, & obligationi ,
vbi Doctores inſignes , & literatos, & bonę
conſcientiæ penès ſe retinent, & Officijs
præponunt *l.* 1. *C. de diuerſ. Offic. lib.* 12. Gra-
tian. *diſcept.* 184. *num.* 48. Prat. *in add.* ad Pa-
ſchalem *de patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 3. *verſ. eſt ta-*
*men* , & Capibl. *de Baron. pragm.* 3. *num.* 125.
*par.* 1. in quo loco poſt Io: Anton. de Nigris
*in cap. Regni* 35. & ego addo Affl. *in Conſtit.*
incip. *Cordi Nobis lib.* 2. *rub.* 5. *num.* 3. refert
41 quòd Rex Ferdinandus Primus habebat li-
bellum nominum , & cognominum viro-
rum bonæ opinionis , & ſecundùm diuerſi-
tatem Officiorum illos ad Officia eligebat ,
& ſubdit idem Capiblanc. *ibidem num.* 127.
quod ita obſeruabat etiam Comes de Le-
42 mos , qui homines huiuſmodi inuitos pro
publica vtilitate ad Officia cogebat , prout
ad acceptandum Auditoratum Prouinciæ
Calabriæ coegit ipſummet Capiblancum, &
ita debent facere omnes Principes , qui , vt
habetur *in l. omnium C. de teſtament.* dicuntur
habere omnia iura in ſcrinio pectoris , non
quia verè ſint doctiſſimi , ſed quia habent ,
ſeu habere debent penès ſe Viros ſcientia-
tos Marcheſ. *de commiſſ. tit. de Sanct. D. Noſt.*
*Papæ referend. cap.* 1. *num.* 28. & ex Velaſco
*conſult.* 51. *num.* 6. & Capella Tholoſ. *quæſt.*
472. ait Don Franc. Vico *ad pragmat. Sardi-*
*niæ tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 1. *num.* 10. *fol. mihi* 47.
& maximè Pontifices , quia Eccleſia , tàm
in Eccleſiaſticis , quàm in temporalibus e-
43 get Viris literatis, & non Aſinis Ferratis Af-
flict. *d. Conſtit. Cordi Nobis d. num.* 3. de Ni-
gris *d. cap.* 35. *num.* 9. Gratian. *diſcept.* 184.
*num.* 48. & eſt originale dictum Io: Monaci
*in cap. eum ex eo de elect. in* 6. & qualitates, quę
concurrere debent ad qualificãdum in ſpe-
cie huiuſmodi viros ad Officia eligendos
monſtrat diffusè Laur. Mattheù *de Regimine*
*Regni Valent. cap.* 2. §. 2. *num.* 72. *vſque in fi-*
*nem* . Non tamen debent Principes curam
gubernij etiam Viris conſcientiatis totaliter
relinquere , & ipſi ad venationem, & volu-
ptates ſe dare , ſed iuxta monitum Sacræ
Scripturæ Exod. *cap.* 18. faciant vt Miniſtri
quidquid maius fuerit , referant , & ipſi mi-
nora tantummodò iudicent, nam vt ſubdit
Text. ſacer , ibi : *Si hoc feceris , implebis Im-*
*perium Dei , & præcepta eius poteris ſuſtentare ,*
*& omnis hic populus reuertetur ad loca ſua in*
*pace* . Et moniti ſint Principes, quòd populi
aliquando rebellantur contra ſuos Domi-
nos , ex eo , quia non recipiunt Iuſtitiam
ab eis, & dicit Andreas de Iſernia *in tit. de feu-*
*dis cap.* 1. *col.* 6. *tit. de milite Vaſſal. qui contu-*
*max eſt*, quem refert Afflict. *in Conſtitutione*
*Regni lib.* 1. *rub.* 26. *num.* 2. quòd Cathalani,
44 & Hiſpani faciunt guerram ſuis Dominis,
quando non habent Iuſtitiam ab illis, & Io:
Baptiſta Picus *in annot. ad cap.* 10. *tom.* 2. *The-*
*ſaur. Critici* , & Doglionus *in Compendio hi-*
*ſtoriar. par.* 1. *chron. anni* 3623. aiunt , quod
45 Philippus Rex Macedonum fuit occiſus à
Pauſania, quia non vlciſcebatur iniuriam ſi-
bi illatam ab Attalo de nefando vitio illum
tentante , de quo Ouidius *in Ibin.*

*Aut vt Amyntiaden turpi dilectus amore*
*Oderit , & ſæuo vulneret enſe Puer* .

46 Et idem eueniſſe Tatio Regi Romanorum,
& multis alijs enumeratis per Ariſtotilem
aduertit Vincentius Caſtell. *de Offic. Regis lib.*
4. *cap.* 15. *in princ.*
Hinc ſanctiſſimè, & prudentiſſimè Iulius
47 Secundus *in Bulla in ordine* 8. incip. *Ex iniun-*
*cto*, mandat Clericis ſuæ Cameræ Apoſtoli-
cæ Præſidentibus , vt quot annis aliquot ex
eis deputent ad viſitandum loca Status Ec-
cleſiaſtici , & inquirendum , & puniendum
Gubernatores, & Officiales in eorum Offi-
cio delinquentes .

## Cap. II. §. VIII.

Et offendendoſi pur anco la Mae-
ſtà del Prencipe in dare , ò pigliare il
ſoldo , & andar à ſeruire altri Pren-
cipi ; S.S. Illuſtriſſima inherendo al-
le Coſtituzioni Apoſtoliche , & al
Bando dell' Illuſtriſſimo Sign. Car-
dinal Borgheſe , per ordine eſpreſſo
di N. Signore publicato in queſta
Città ſotto li 22. del preſente. Pro-
hibiſce, che alcuno di qualſiuoglia
ſtato , &c. ſottopoſto à queſta Lega-
tione non ardiſca , ò preſuma dare,
nè pigliare ſoldo , ò in qualſiuoglia
modo direttamente , ò indirettamen-
te militare in ſeruigio di qualſiuoglia

Poten-

Potentato, Prencipe, Republica, ò Signore ſenza licenza della S. Sede Apoſtolica, ò de' ſuoi Miniſtri ſotto pena della vita, & altre pene contenute in detti Ordini già publicati in queſta materia, li quali vuole, che quì ſi habbino per eſpreſſi, e regiſtrati.

*SVMMARIVM.*

1 *Subditi Status Eccleſiaſtici nequeunt abſque licentia Pontificis militare pro alio Principe.*

2 *De materia tractant Auctores enumerati ſub iſto num. 2.*

3 *Soldi, & Soldati, ſeù Solidati etimologia.*

4 *Milites exautorati, & militia miſſi ſiunt catuli in ſyluis, & lupi rapaces in nemoribus.*

5 *Milites alterius Principis non poſſunt intrare, & manere in Statu Eccleſiaſtico ſine licentia Pontificis.*

6 *Inuadentes Ciuitatem non ad ſubtrahendum illam Eccleſiæ, ſed vt regnent in ea, prout regnat factio contraria, incidunt in pœnam* Bullæ Leonis X.

7 *Secus ſi ſint facinoroſi, & banniti, qui occidunt, deuaſtant, & ſpoliant bonis eorum inimicos.*

8 *Bannum prohibens Subditis militare pro alio Principe, non poteſt dici prudenter factum.*

9 *Contrarium.*

10 *Militantes contra Principem confœderatum eorum Principi naturali, dicuntur rebelles.*

11 *Et poſſunt puniri tàm ab eorum Principe, quàm à Principe confœderato.*

12 *Bannitus an poſſit militare pro extero Principe ſine licentia, & num. 13.*

13 *Banniti non amittunt ea, quæ ſunt iuris communis, & multò minus ea, quæ ſunt Iuris naturalis.*

14 *Subditi tenentur de Iure naturali præſtare obedientiam, & reuerentiam eorum Domino.*

15 *Pœna contra militantes pro alienis Principibus ſine Pontificis licentia, an ſint ad vnguem exequenda.*

## Dare, ò pigliare il ſoldo, & andare à ſeruire altri Prencipi.

1 SVbditi Status Eccleſiaſtici nequeũt militare in fauorem alterius Principis abſque expreſſa licentia Summi Pontificis, & S. Sedis Apoſtolicæ, vt diſponunt Bannimenta Eminentiſs. D. Cardin. Burgheſii de ordine san.me. Pauli V. emanata de anno 1610. ad quæ ſe referunt hæc noſtra, & propterea omnia diſpoſita in illis habent locum in iſtis ex vi, & efficacia relationis, nam relatum continetur cum omnibus ſuis qualitatibus in referente, vt dixi *in proœmio* §.11.*n*.10.

2 De huiuſmodi prohibitione agit latè Mundius *de Comitibus Palat. cap.* 5. *num.* 78. *& ſequẽtib.* & remiſſiuè *Add.* ad Beſold. Theſaur. *pract. adauct. lit. S.* §. 85. *fol. mihi* 893. qui ait, quòd militãtes nõ ſolùm amittunt priuilegia, ſed omnia bona ſua confiſcationi, & demolitioni ſubmittunt; ſimilis diſpoſitio huic noſtræ extat in Dominio Mediolani teſte Caluino *de æquitate lib.*1.*c.*100. *num.* 10. vbi ait, quòd in illo Dominio vigent Proclamationes prohibentes ſubditis eiuſdem Dominii, ne alienis Principibus in Militia inſeruiant ſub pœna rebellionis, quę capitalis eſt.

3 De Etimologia *Soldi*, & *Soldati*, ſeu *Solidati* plenè tractat Add. ad Beſold. *loc. proximè cit.* vbi ſubdit, quòd milites exauctorati,
4 & militia miſſi, militum nomen prætendentes, reipſa *ſiunt Catuli in ſyluis, & Lupi rapaces in nemoribus*, ad quod citat Bald. *in lege prima in fine C. qui bon. ceder. poſſ.* Et quo tempore cœperint Romani dare ſtipendia militibus tradit ex Marin. Freccia, Petro Gregorio Tholoſan. & ex Tito Liuio Solorzan. *de Iure Indiar. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 53. & ſi vis ſcire quæ ſint incommoda militiæ, & quæ mala ex militia proueniant, adeas Eraſmum *in adagiis, verbo dulce bellum inexpertis*, & Andream Cludium *de conditione furtiua cap.* 52. *num.* 95. *& ſeqq.* qui plura Poetarum dicta affert. Et ſi ſcire cupis quid ſignificat verbum vſitatum in militia, & inter milites, *paga*, & *impreſtanza*, adeas Magon. *Lucenſ. deciſ.* 24. *per tot.*

5 Quæro modò an milites alterius Principis poſſint intrare in Statũ Eccleſiaſticum abſq; licentia Pontificis? Leo X. *in Conſt.* 13. *Inter graues*, milites non militantes ad ſeruitium Sedis Apoſtolicæ prohibet recipi in Statu Eccleſiaſtico abſque Sedis Apoſtolicę licentia, cuius Bullæ occaſione quærit ibidem Cherub. *in compend. Bullarum ſchol.* 1.
6 quid ſi Factio vnius Ciuitatis extans extra Ciuitatem armata manu velit intrare, & ideò inuadat eam Ciuitatem, non vt eam ſubtrahat Eccleſiæ, ſed vt in ea regnet, vt regnat Pars contraria, An incurrat in diſpoſitionem dictæ Bullæ? & respondet affirmatiuè ex Caiet. *Summa* Armilla, Nauarr. & Graff. *locis* per eum *allegatis*, ob rationem, quia talis inuaſio tendit ad turbandum Statum Eccleſiæ, quod pacificum haberi nequit, quoties in eo regnant huiuſmodi Fa-
7 ctiones: & contrarium concludit in caſu bannitorum, & facinoroſorum, qui inuaderent Ciuitatem Status Eccleſiaſtici, & Domos inimicorum, illis trucidatis, destruant, & bona ſurripiant, quia potius res priuatorum, quàm Papæ inuadere, & deſtruere cenſentur, & allegat Vgolin. *ad Bullam Cœnæ Domini cap.* 29. §. 1. vbi refert exemplum de quodam famoſo bannito *Marco Sciarra* nuncupato, qui Terras Eccleſiæ ingrediebatur ad patrãda huiuſmodi mala:

ſed

ſed quoad incurſum in excommunicationē
in Bulla Cœnæ fulminatam, contra Vgoli-
num tenet nouiſſime Pueronus *in comment.
ad eamdem Bullam cap.* 20. *num.* 12. *verſ. ſed
non eſt*, qui bannitos excuſandos putat eo
ſolùm caſu, quo doloſè, & furtiuè ad ſim-
plicem deprædationem ingrediuntur.
8 Quæro ſecundò, An huiuſmodi Ban-
num ſit cum prudentia factum? Et videtur
dicendum, quòd non, quia ſubditi non
poſſunt reddere ſe aptos ad militandum pro
Statu Eccleſiaſtico in caſu neceſſitatis: ſed
9 contrarium eſt veriùs ob rationem, quia
non prohibetur ſimpliciter, ſed cum requi-
ſito licentiæ ad hoc vt Pontifex poſſit di-
ſcernere, an expediat, quod ſubditus mili-
tet contra Amicum, Confœderatum, ſeu
contra eum, qui poterit indè offendi, &
quærere occaſionem, vt fecit Lupus de
Agno.
10 Imò dicit Gigas *de crim. læſæ Maieſt. lib.* 3.
*tit. de rebellibus quæſt.* 21. *num.* 1. *& ſeqq.* quòd
ſumens arma contra Principem confœde-
ratum Principi ſuo, poteſt puniri tamquam
rebellis, quia videtur iſto caſu contra ſuum
Principem arma ſumere, & citat Baldum
*in l.* 2. *col. antepen. verſ. & nota C. de ſeruit. &
aqua*, & Sigiſmund. Lofredo *conſ.* 5. *num.* 35.
& ſecundùm aliquorum doctrinam poteſt
13 tamquam rebellis puniri non ſolùm à ſuo
Principe, ſed etiam à Principe confœdera-
to, vt videre eſt penès Bald. Bart. & Lofred.
quos refert, & ſequitur Gigas *loc. cit. num.* 3.
*&* 4.
12 Quæro tertiò, An bannitus pro aliquo
crimine in Statu Eccleſiaſtico poſſit ſine li-
centia accedere ad ſeruiendum pro milite
Principi extraneo? Videtur dicendum,
quod ſic, quia bannitus amittit omnia
Iura Ciuitatis, & transfuga, & hoſtis Ciui-
tatis reputatur, vt dicit poſt alios, quos ci-
tat Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 276. ſed contra-
13 rium eſt veriùs, quia cum hodie banniti
non amittant, quæ ſunt Iuris Communis,
& multo minùs, quæ ſunt Iuris Gentium,
ſeù Naturalis Bart. *in l.* 1. *num.* 3. *C. de here-
dib. inſtit.* & ibi Angel. *num.* 1. & Alex. *nu.* 4.
& Farin. *quæſt.* 102. *num.* 1. per conſequens
non liberantur ab obedientia, & reuerentia,
14 quam debent Domino, quia obedientia,
& reuerentia debetur à ſubditis Domino de
Iure Naturali, vt dicit Gigas *de crim. læſæ
Maieſt. lib.* 1. *quæſt.* 68. *num.* 9. & Capiblanc.
*de Baron. prag.* 3. *num.* 55.
15 Quæro quartò; An pœna mortis indicta
in bannimentis contra militantes pro alie-
nis Principibus ſine licentia Pontificis ſit ad
vnguem exequenda? Agit de hac quęſtione
Caluin. *loc. cit. n.* 11. & reſpondet negatiuè,
& in facti contingētia fuiſſe contrauentores
tranſmiſſos ad triremes teſtatur *ibidem*, imò
dicit de anno 1616. fuiſſe liberatum ab o-
mni pœna eum, qui inſeruierat Reipublicæ
Venetæ contra Turcas.

# Cap. II. §. IX.

In oltre commanda, che alcuna perſona non ardiſca di fare alcun trattato, ò conſpirazione ad effetto d'innouare coſa alcuna in queſta Città, e ſuo Territorio in pregiudizio del pacifico, e quieto ſtato, e che perciò alcuno non ardiſca nella Città, Contado, ò Diſtretto ſonare all'armi, conuocare genti, ò concitare il Popolo à rumore, tumulto, ò ſeditione, gridando, ò conuocando il nome d'alcun Potentato, Fazione, ò Parentado, nè ſeguitare, ò fomentare quelli, che faceſſero tali azzioni ſotto pena della morte; eccetto però ſe ciò faceſſe contro à Banditi; ò altri facinoroſi, come à ſuo luogo ſi dirà.

*SVMMARIVM.*

1 *Seditio eſt crimen grauiſſimum, & atrociſſimum, & dicitur eſſe proximum crimini læſæ Maieſtatis.*
2 *Eſt publicæ quietis perturbatio.*
3 *Quid propriè ſit deſcribitur. & num.* 10.
4 *Seditiones ſunt peſtes Reipublicæ.*
5 *Et malorum multorum ſunt cauſa. & num.* 6.
7 *Seditionis crimen non eſt inferius tyrannide.*
8 *Seditiones omni ſtudio ſunt reparandæ, & euitandæ.*
9 *Seditio multis modis, & cauſis committitur. & num.* 11.
12 *Seditiones, & tumultus quæ de cauſa fieri ſoleant. & num. ſeqq.*
16 *Seditionis pœnæ quæ. & num. ſeqq. vbi tres caſus diſtinguuntur.*
19 *Seditioſi Nobiles, Burgenſes, & alij diuites ſeueriùs puniuntur, quàm plebei, & pauperes.*
20 *Ratio aſſertur.*
21 *Bannimenta, licèt generalitèr loquantur, & non diſtinguant authores, & ſimplices aſſeclas.*
22 *Nihilominùs cum hac diſtinctione ſunt intelligenda, niſi omnes præcedente tractatu ſeditionem inſecerint.*
23 *Verbum,* audeat, *denotat, & requirit manifeſtum dolum.*
24 *Dolus in dubio non præſumitur præceſſiſſe.*
25 *Bannimentorum diſpoſitio ceſſat, ceſſante qualitate in ea requiſita.*
26 *Seditioſi in Ciuitate Bononię quomodo fuerint puniti.*

27 *Decian. dicens, quòd Aſſecla in crimine ſeditionis teneantur ſolùm ad damna, & intereſſe, quomodo intelligendus.*

28 *Seditio, Tumultus, & Rumor, an differant inter ſe.*

29 *Captus à Birruariis, clamans ad arma, & populum concitans ad ſe eximen. non comprahenditur in Bannimentis.*

30 *Seditionis author, an ſemper ad mortem condemnari debeat. & num. ſeqq.*

31 *Statutum puniens pœna mortis Ciuitatis ſtatum turbantem, intelligitur, ſi hoc faciat principalitèr non ſecundario.*

32 *Seditionis author non punitur pœna mortis, ſi verba adhibita in acclamatione poſſint interpratari in bonam partem.*

33 *Præſens, & conſentiens, an comprahendatur ſub verbo,* fomentare.

34 *Gens ad hoc vt dicatur, quot homines requirantur remiſſiuè.*

35 *Seditionis, & tumultus author quando quis dici poſſit.*

36 *Scholarium acclamationes, etſi mali cauſa fuerint, non comprahenduntur in Bannimentis.*

37 *Seditioſi vltra pœnam bannimentalem, an aliquam aliam ſubeant, vbi quod incurrunt excommunicationem.*

38 *Seditionis crimen plura habet ſpecialia, & numer. 39.*

40 *Seditio quomodo probetur, & quomodo teſtes deponere debeant remiſſiuè.*

41 *Seditionem ſedare ad quem ſpectet, & quomodo in hoc procedi debeat.*

*Seditioni obuiandum, ne accidat, nam poſtea difficile reparatur. d. num. 41.*

AGitur hic de crimine ſeditionis, quod
1 eſt grauiſſimum, & atrociſſimum, vt
per Text. *in l. p. C. de ſeditioſ.* & ex autorita-
te Nouat. Decian. Afflic. dicit Io: Baptiſta
Gargiareus *tract. de ſeditioſis cap. 2.* Boerius
*de ſeditioſis quaſt. 7. num. primo* Catalan. *de*
*indultu cap. 38. lim. 11. num. 2. & 45.* Farinac.
*quaſt. 113. num. 178.* Azzeuedo *recopil. lib. 8.*
*tit. 15. leg. prima num. 2.* & Abauo *in pract.*
*crim. tit. de crimine laſ. Maieſt. num. 149.* dicit
eſſe crimen proximum crimini læſæ Maie-
ſtatis humanæ; eſt enim publicę quietis per-
2 turbatio arg. *leg. prima & 2. C. de ſeditioſ.* &
ſicut in Bannimentis noſtris diffinitur per
verba *trattato, ò conſpiratione ad effetto d'innoua-*
*re*, ita in Text. *in l. prima ff. ad l. Iul. Maieſt. di-*
3 *citur eſſe conſilium dolo malo initum, quo obſides*
*iniuſſu Principis interciderent, quo armati homi-*
*nes cum telis, lapidibusuè in Vrbe ſint, conueniant-*
*uè aduerſus Rempublicam, locauè occupentur, vel*
*templa: quoue cætus, conuentuſuè fiat; homines*
4 *ad ſeditionem conuocentur*; Et quia ſeditiones
ſunt peſtes Reipublicæ, vt ex Reuſner *par. 4.*
*deciſ. 17. num. 13.* ait Gargiar. *d. cap. 2. nu. 5.*
5 & ſunt cauſa multorum malorum, vt ſub-
dit Gargiar. *ibid. cap. 6. num. 2. & ſequen.* vbi
in fine ex Boer. refert ex ſeditionibus oriri
homicidia, adulteria, meretricia, raptus,
fornicationes, monialium violationes, ra-
pinas, furta, incendia, ſacrilegia: alios fa-
me mori, alios igne comburi, alios deca-
pitari, alios detruncari manibus, lingua,
& reliquis membris, etiam, quod verecun-
dum eſt dicere, pudendis, & occaſione ſedi-
6 tionum in Clericis continentiam, & in Re-
ligioſis deficere vitam regularem; ex qui-
bus colligitur veriſſimum eſſe aſſertum
7 Azeued. *loc. citat. num. 3.* nempe crimen
ſeditionis nil tyrrannide inferius eſſe, quip-
pè quod veluti rabies quædam paulatim
totam inficit Ciuitatem, & demum in Tyr-
ranidem erumpit; ideò omni ſtudio repa-
8 randæ, & euitandæ, & impediendæ ſunt oc-
caſiones, quæ poſſunt illas cauſare, vt be-
nè monet Gargiar. *loc. cit. in cap. primo, &*
*cap. 8. per tot.*
9 Seditionem multis modis, & ex diuerſis
cauſis committi apparet ex recenſitis *in d. l.*
*prima ff. ad l. Iul. Maieſt.* Decian. *tract. crim.*
*lib. 7. cap. 7.* Farinac. *d. quaſt. 113. num. 176.*
*& ſeqq.* & Io: Baptiſta Gargiare. *de ſeditio-*
*ſis per totum tractatum*, & ſignanter *cap. 7.*
Azzeuedo *d. l. prima nu. 4. & 5. 6. 7.* & con-
cordant noſtra Bannimenta, in quibus Do-
minus Cardinalis ante omnia deſcribit ſedi-
10 tionem, dicens eſſe conſilium dolo malo
initum ad faciendam nouitatem in Ciuitate,
ſeu territorio in præiudicium pacifici, &
quieti ſtatus Ciuitatis, & deinde progredi-
tur ad modos particulares faciendi ſeditio-
11 nem cum ſonitu ſcilicèt, & pulſatione
Campanæ ad arma, & cum conuocatione,
& concitatione tumultuoſis clamoribus fa-
cta, ſupple dicendo, *arme, arme*, vt in exem-
plo relato à Boſſ. *tit. de crim. laſ. Maieſt. nu-*
*mer. 7. in fine*, & à Farinac. *quaſt. 113. n. 185.*
*vel rouina, rouina*, vt in caſu relato à Dec.
*conſ. 256.* & à Decian. *d. cap. 7. num. 21. &*
*cap. 19. num. 43.* & Farinac. *d. quaſt. 113. nu-*
*mer. 186.* vel dicendo, *ferra, ferra, amazza,*
*amazza*, vt in caſu relato ab Horatio Perſio
*conſ. crim. 46. vel amazzate, amazzate* vt in
caſu relato à Surdo *conſ. 40. lib. primo* vel di-
cendo *popolo, popolo*, vt in exemplo allato
à Gargiar. *loc. cit. cap. 4. num. 4.* vel inuo-
cando nomen alicuius Potentis, Factionis,
vel Cognationis prout olim contingebat in
inuocatione *Gebellinorum, vel Guelphorum*
de quibus plura Bart. *in tract. de Guelphis, &*
*Gebellinis*, & Cotta in Memorial. verbo
*Guelphorum*, & prædicta ad finem faciendi
rumorem, tumultum, ſeu ſeditionem, ad
turbandum Statum Ciuitatis, vel Comita-
tus, quia vt ex Deciano dicit Farinac. *loc. cit.*
*nu. 184.* vt plurimum iſti ſeditioſi nituntur
mutare leges, ordines, ac Magiſtratus Ci-
uitatum.

At non recenſet Dominus Cardinalis
motiua, propter quæ fiunt à populis ſedi-
12 tiones, & tumultus, & tres cauſas, ſeu mo-
tiua refert Boer. *in tract. de ſeditioſ. in princi-*
*pio num. primo & ſeq.* à quo de verbo ad ver-

bum

bum mutuatus eſt Azzeuedo *loc. cit. num.* 4.
13 *& ſeq.* primum motiuum oritur ex Superioris, ſeu Officialis inordinata procuratione proprij commodi, puta quod ſuperior nimis intendit ſuæ vtilitati, ita vt inde ſubditi grauentur, & affert exemplum de *Roboam.* relatum *in Sac. Script. lib.* 3. *Regum*
14 *capit.* 12. Secundum motiuum oritur ex Superioris partialitate, puta quod aliquos grauent nimis aliquos verò ſubditos nimis ſubleuent, & affert exemplum *de Tribu Beniamin*, quæ ob partialitatem, & dependentiam, quam habebat ex Tribu ſua Ciuitas Gabaa noluit punire ſcelus commiſſum ab hominibus dictæ Ciuitatis, & inde orta fuit diſcordia inter eos, & alias Tribus & propter hoc mouentes bellum contra eos, penè totam gladio peremierunt: & hoc exemplum relatum eſt *in Sacra Scriptura Iu-*
15 *dicum cap.* 19. *&* 20. Tertium motiuum oritur ex impunitate delictorum, puta quod Superior non puniat delicta, nam ex hoc datur audacia malis ad lædendum alios, & ſubdit Azzeuedo *ibid. nu.*8. quod Ariſtoteles *politicorum lib.* 5. *c.* 2. *&* 3. vndecim ſeditionum cauſas enumerat, quas explicat, & extēdit Philippus Scherbius in diſcurſu ſuper ipſum Ariſtot. *d. lib.* 5. *c.* 2. *&* 3. *& c.* 4. plura refert exempla ſeditionum ex paruis rebus exortarum, de quibus vidēdus etiā Laurent. Beyerlinc. *theatr. magn. vit. human. lit.* 5. *verbo ſeditio.*

16 Circa pœnam ſeditionis tres caſus diſtinguuntur de Iure communi. Primus eſt quādo concitantes rumorem aliud delictum non committunt, & cæſi virgis dimittuntur, aut eis ſpectaculum interdicitur ſi vnica vice tantum ſic deliquerint ad Text. *in leg. capitalium* §. *ſolent ff. de pœn. & in leg. ſi quis aliquid* §. *authores ff. eod. tit.* Capyc. *dec.* 130. *numer.* 4. & Farinac. *quæſt.* 113. *num.* 202.

17 Secundus eſt quandò facientes tumultū, & rumorem, vel concitantes populum ad rumorem percutiunt, ſeu vulnerant, & puniuntur arbitrio Iudicis acrius tamē author, quam alij vt dicunt Aym. *conſ.* 224. *num.* 4. Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 19. *num.* 7. & Menoch. *arbitr. caſ.* 394. *num.* 78. & Farinac. *quæſt.* 113. *num.* 196. vbi ait quod eſt notabilis, & æqua declaratio; & idem mihi probat Canter. *quæſt. crim. cap. de crim. læſ. Maieſt. num.* 15. *circ. med.*

19 Tertiùs eſt quandò committunt etiam homicidium, & tunc author tumultus pœna furcarum, & Aſſeclæ alia extraordinaria plectuntur: ſeueriùs tamen puniendi no-
19 biles, Burgenſes, & alij Diuites ſeditioſi, quam plebei, & pauperes vt ex Mar. Laud. & Oldrad. inquit Godofred. Abauo *loc. cit. num.* 158. nam iniquiſſimum eſſet innocentes, & miſerabiles perſonas puniri pro delicto nobilium, & diuitum, qui in talibus ſe-
20 ditionibus, & congregationibus illicitis omnem habent auctoritatem, plebei verò, & pauperes penitus nullam, imò habentur tanquam ſerui, famuli, ac ſubditi dictorum nobilium, & diuitum, quibus parere, & eorum mandatis obſequi coguntur, vt formalibus verbis proſequitur Abauo ibidem. Et quod dicitur de homicidio procedit in quouis alio delicto, & in quouis alio facto ſequuto in ſeditione, ex quo ingens ſcandalum ſequatur, vt ex Text. *in l. prima verbo grauiſſima C. de ſeditioſis*, Gloſa, Salyc. Maranta, Iodoch. Decian. Farin. & alijs aduertit Mathæu *de re crim. controu.* 17. *num.* 30. qui ex Text. *in l. ſi quis aliquid* §. *autores ff. de pœn.* & ex Liuio *li.* 8. *hiſtor.* & ex Vegetio *de re milit. lib.* 3. conſtituit eandem differentiam, vt ſcilicèt autores puniantur vltimo ſupplicio: alij verò extraordinaria pęna mulctētur.

Et licèt Bannimenta nulla facta diſtin-
21 ctione an ſequutum ſit aliquod delictum, vel non, & nulla facta diſtinctione inter autores, & ſimplices aſſeclas tam concitantes tumultum, campanas ad arma pulſantes; conuocantes gentes; ac nomen alicuius magnatis, factionarij, ſeu familiæ inuocantes, quam ij qui ſequuntur, aut calorem præbent pœna vltimi ſupplicij plectūtur, dummodo prædicta non egerint ad effectum proſequendi bannitos, ſeu alios facinoroſos.

Nihilominus dictę diſtinctiones non ſunt
22 reſpuendæ, niſi in caſu, quo omnes inito conſilio, hoc eſt data opera, & præmeditate actiones *in hoc* §. prohibitas fecerint, nam cum Bannimenta loquantur, & diſponant
23 cum verbo *ardiſca*, quod de ſui natura denotat, & requirit dolum, & quidem manifeſtum in contrafaciente, vt alias dixi ex Cauat. *de interpret. ſtatut. conſ.* 9. *num. primo & ſeq.* Farinac. *quæſt.* 87. *num.* 32. Ricc. *variar. reſol.* 29. *num. primo & ſeq.* Cyriac. *controu.* 248. *num.* 12. In dubio enim non cen-
24 ſetur præceſſiſſe malitia, vt dicunt Honded. *conſ.* 200. *num.* 29. *& ſeq. lib.* 2. & Farinac. *quæſt.* 113. *num.* 200. ſequitur quod ceſſante qualitate doli à Bannimentis requiſita
25 ceſſat etiam diſpoſitio, & res redit ad terminos Iuris communis. Propterea cum de
26 menſe Februarij 1671. per quinque menſes ante meum Aduentum ad Auditoratum Turroni contigiſſet in hac Ciuitate ſeditio, & tumultus popularis occaſione annonæ, ſeu potiùs edicti annonam concernētis fuit facta diſtinctio perſonarum, & factorum iuxta Text. *in l. capitalium* §. *ſolent, & in leg. ſi quis aliquid* §. *autores ff. de pœnis l. deſertorem* §. *qui ſeditionem ff. de re milit.* & iuxta auctoritates Doctornm, quos refert Farinac. *quæſtion.* 113. *nu.* 194. & Gargiar. *loc. cit. cap.* 12. *num.* 4. & Autores, & qui fecerunt ſe Caporales, vel aliquid fractis ædibus Piſtorum ex illorum bonis ſubtraxerunt, fuerunt furca ſuſpenſi ex Text. *in l.* 3. §. *item qui actor ff. ad ſicar* ibi: *item qui autor ſeditionis fuerit*, & ex Text. *in l. hi qui ædes ff. de vi publica* ibi: *qui ædes alienas, aut villas expillauerint, effregerint, expugnauerint, ſi quidem in turba cum*

*telis fecerint capite puniuntur.* Farinac. *d. quæſtion.* 113. *num.* 202. Matthæu *de re crim. controu.* 17. *num.* 30. & Gargiar *loc. cit. cap.* 14. *n.* 17. furtum enim in ſeditione commiſſum aggrauat delictum etiam reſpectu ad eos, qui non ſunt autores, vt aduertit Azzeuedo *loc. cit. num.* 13. alij verò vel ad triremes, vel ad exilium ſecundum cuiuslibet grauē, vel leue factum fuerunt tranſmiſſi iuxtà doctrinam Gailli *de pace publica lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 33. & Farinac. qui eum refert *dicta quæſtion.* 113. *num.* 196.

27 Et licèt Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 19. *num.* 7. dicat quod Aſſeclæ tenentur tantùm ad damna, & intereſſe, debet tamen intelligi in caſu quo ſolum de præſentia, & de delectatione obortæ ſeditionis imputantur, vt conſiderat Crauet *conſ.* 224. *num.* 4. quem refert Farinac. *loc. cit. nu.* 208. alias Decian. ſibi contradiceret, dum eodem *cap.* 19. *numer.* 26. ait quod ſi quis ſimpliciter acclamationibus popularibus ſe accommodauerit, & nihil aliud admiſerit, & nec ante fuerit à Præſide admonitus, fuſtibus cæſus dimittitur, aut etiam ſpectaculis eis interdicitur.

28 Quæro primò. An ſit differentia inter *rumorem, tumultum, & ſeditionem?* vide Caballin. *in annot. ad Conſtit. Marchię lib.* 4. *c.* 77. *lit. A.* & Farinac. *quæſt.* 113. *num.* 177. *& ſeq.* Sanct. Gregorium *in homilia* 35. *in Euangel.* Benedict. Pereyra *elucidar.* §. 603. Gargiar. *loc. cit. cap.* 10. Azzeuedo *recopil. lib.* 8. *tit.* 15. *leg. prima num.* 11. & 12. qui aſſignat differentiam inter *ſeditionem, ſciſma, bellum, rixam, tumultum, & in fine num.* 12. ait tumultum excitare, & turbare Ciuitatem eſſe, quando congregantur homines armati, & ſit aliqua violentia, ità vt claudantur apothecæ populariurn, & omnes arma capiunt; & hoc idem ex Boſſio *tit. de crim. læſ. Maieſt. nu* 65. dicit Farin. *dicta quæſt.* 113. *num.* 184.

Quæro ſecundò. An compræhendatur in 29 Bannimentis is, qui cū eſſet captus à birruarijs & quæreret ſe eximere è manibus Curię, clamauit ad arma, & populum concitauit? dic quod non, quià non punietur pœna ſeditionis, ſed arbitraria, ac etiam pecuniaria ſecundum Siluan. *conſ.* 43. *num.* 14. *&* 18. & Farinac. *quæſt.* 32. *nu.* 25. & faciunt tradita per Laur. Matthæū *de re crim. controu.* 17. *num.* 6. *&* 7. & confert Catalan. *de indul. cap.* 38. *limit.* 11. *n.* 84. qui ex Iaſ. *conſ.* 167. *incipien. in iſtis inquiſitionibus volum.* 4. & Dec. *conſ.* 256. *incip. in cauſa inquiſitionis* & Gram. *vot.* 19. *num. primo* ait quod ſi ſeditio accidentalitèr interuenerit, etiam Autor ſeditionis mitiùs debet puniri; ſed in Vrbe incurreret pœnas impoſitas *in Conſtit.* Gregorij XIII. la 12. *in ordine* Sixti V. la 6. *in ordine.*

30 Quæro tertiò. An autor ſeditionis debeat ſemper condemnari ad mortem? dicas quod ſi ſeditio concitata, & facta ſit contra Principem non ſolum intrat pęna mortis, ſed intrat crimen, & pœna criminis læſæ Maieſtatis, vt reſpondent Farin. *quæſt.* 113. *num.* 192. Catalan. *de indultu cap.* 38. *limit.* 11. *num.* 20. & Azzeuedo *recopil. lib.* 8. *tit.* 15. *leg. prima num.* 15. *&* 16. qui extendit hoc ad ſeditionem excitatam eo animo, vt Princeps, vel Reſpublica inde lædatur: ſi verò facta ſit contra alios pœna de Iure communi erit arbitraria, quandoque furcarum, quandoque ſubiectionis ad beſtias, quandoque deportationis vt ex Text. *in d. l. ſi quis aliquid* §. *fin. ff. de pœnis,* & Crauet. *conſ.* 224. firmat Farinac. *ibid. num.* 194. Gargiar. *dicto cap.* 12. *num.* 4. Decian. Menoch. Baiard. ad Clar. & Gaill. *locis relatis à* Farinac. *loc. cit.* 195. *& ſeq.* Imo mitiori pœna plectitur, ſi per accidens tumultum, & ſeditionem cauſauit vt dixi in quæſito antecedenti, & pluribus oſtendit Farinac. *loc. cit. nu.* 199. etiam ſi Statutum adſit quo caueatur puniendum

31 pęna mortis eum, qui ſtatum quietum Ciuitatis turbat, quia intelligitur, ſi principalitet hoc agat, non ſi ſecundariò Gigans, Nell. Clar. Decian. Menoch. *locis relatis à* Farinac *loc. cit. num.* 199. Gargiar. *cap.* 13. *num.* 15. & Azzeuedo *loco cit. num.* 18. & 32. Cataldin *de ſindicatu num.* 31. & ſanct. mem. Clem. 8. *in voto impreſſo poſt deciſ. Remboldi voto primo num.* 40. Felin *in rub. de tregua, & pace num.* 6. Marſil. *ſing.* 247. Brun. *conſ.* 69. *num.* 7. Ruyn. *conſ. primo numer.* 4. *lib.* 5. *& conſ.* 145. *num.* 20. *& ſeq. eod. lib.* 5. quicquid dicat Burſatt. *conſ.* 147. *num.* 28. *lib.* 2. qui poteſt ſaluari ex eo quia Statutum Mirandulæ, de quo loquitur, habet verba nimis ampla, & prægnantia, *ne quis faciat, vel attentet quicquam, quod ſit, vel eſſe poſſit contra bona, ſtatum pacificum, & tranquillum &c.* Vl-

32 terius dicas autorem non eſſe puniendum pęna mortis, ſi verba adhibita ab acclamante poſſunt interpræta ri in bonam partem, vt in caſu Dec. *conſ.* 256. vbi defendit eum, qui alta voce in oppido Aſulæ acclamauerat, quod Marchio Mantuæ malè faciebat auocando duos carceratos de manibus Poteſtatis Aſulæ, & quod hoc facere non poterat, quia illud oppidum erat ſeparatum à Iuriſdictione Mantuæ, & propterea vociferabat, *ruina, ruina,* & Dec. ſic dicentem referunt Decian. *tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 21. *& cap.* 19. *num.* 43. Azzeued. *loc. cit. num.* 36. Farinac. *d. quæſt.* 113. *num.* 186. qui *num.* 181. dicit ex Foller. *pract. crim. verbo item quod commiſit crimen læſę Maieſtatis nu.* 25. eſſe excuſandum eum, qui in exercitu dixit non debere mirari Principem, ſi milites committerent ſeditionem, & tumultum poſtquam eis non ſoluuntur ſtipendia: quia dicta verba debet interpræ tari in bonam partem, & ac ſi eſſent prolata ſine dolo. Et nec pœna mortis punitur autor, ſi in loco extet conſuetudo taliter acclamandi, & concitandi Populum, vt ex Deciano, & Crauetta dicit Farin. *loc. cit. num.* 189. & Azzeued. *d. l. prima num.* 39. *&* 40. & nec dicta pœna

poena punitur ſi ex punitione maiora ſequerentur ſcandala Decian. *loc. cit. cap. 19. numer. 46.* Azzeuedo *d. l. prima num. 42. & ſeq.* qui hoc explicat procedere, vt eo tunc omittatur punitio differendo ad tempus, quo ceſſet timor, & periculum.

Quæro quartò. An præſens, & conſen-
33 tiens comprçhendatur ſub verbo *fomentare*? exiſtimo quod non, ſi nihil aliud egerit, quia verbum *fomentare* ſignificat dare fomentum, nempè calorem, & animum cum aliquo dicto, vel facto: ſed iſte puniretur iuxtà ea, quæ notat Crauetta *conſ. 224. num. 4.* & ex eo Farinac. *quæſt. 113. num. 208.*

Quæro quintò. Ad intelligentiam ver-
34 borum *connocare gente* quot homines requiruntur adhoc, vt dicatur Gens? Vide apud Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 7. num. 13.* & remiſſiuè Azzeuedo *recopil. lib. 8. tit. 15. leg. prima nu. 14.* & vide Boer. *de ſeditioſis 3. præmiſſo num. primo.*

Quæro ſextò. Quandò quis poſſit dici
35 autor ſeditionis, & tumultus? Vide Farin. *dicta quæſt. 113. num. 195.* & Azzeuedo *loc. cit. num. 15. & ſeqq.* qui ait quod autores dicuntur principales illi, quorum autoritas maxima eſt, & qui primi ſunt in concitanda plebe, vt notatur *in l. quiſquis C. ad leg. Iul. Maieſtat. & in l. 2. C. de ſeditioſ.* dicitur quod nullus debet tumultuoſis acclamationibus populum concitare, alias punietur vti autor tumultus, & affert Azzeu. *nu. 21.* exemplum dicendo veluti, cum quis percurrit Ciuitatem turbulenter acclamando *arma, arma*, vel *viuat, viuat talis*, vel *moriatur, moriatur talis*, vel tumultum excitat, vel conuenticulam collecta multitudine in aliqua parte Ciuitatis, vel domo, in ſecreto, vel publico facit, quia ex hoc, vt ſubdit Azzeuedo *ibid. num. 22.* pax loci, & tranquillitas violatur, & idem eſſe ait, ſi qualitercumque ad ſe trahere plebem aduerſus publicam diſciplinam alia ratione tentaret *ex leg. prima C. de ſedit.* vel ſi pro inuadendo aliquo officio, vel honore in Ciuitate, vel in fauorem, aut damnum alicuius Officialis tumultuoſis clamoribus populum concitaret; acclamationes enim iſtæ multum turbant Ciuitatem, & magna pariunt ſcandala: firmat tamen *nu. 24. & ſeq.* quod publicæ acclamationes in laudem, vel vituperium alicuius Iudicis non ſunt prohibitæ, modò ſint veræ voces, nec ad libidinem à litigantibus effuſæ ad Text. *in l. iuſtiſſimos C. de Offic. Rector. Prouinc.* & hoc dicunt etiam Decian. *dicto cap. 19. num. 13.* & Farinac. *d. qu. 113. num. 187.* dubito tamen valde an ex Text. *in dicta leg. iuſtiſſimos* eliciatur conclusio prædicta, nam quando Imperator ibi loquitur de vocibus contra Officiales iniuſtos emittendis vtitur verbo *accuſare*, & ideò bene Decian. & Farinac. monent Prouinciales, ne talia agant, quia Decian. teſtatur vidiſſe quemdam, qui harum acclamationum contra Præſidem autor fuit immediate ſuſpenſum, & Azzeuedo *loc. cit.* monet, quod etiã acclamationes ſcholarium pro aliquo Cathedræ oppoſitore acclamantium *victor, victor talis*, maxime ſunt euitandæ, quia concitant animos contrariorum, dantque occaſionem ſcandalis.

36 Sed vtcumque ſit, acclamationes, quæ fiunt à ſcholaribus, etiam ſi inde aliquid mali euenerit, non compræhenduntur in Bannimentis, cum ſcholares habeant in priuilegijs ius acclamationis, vt dicit Benedictus Pereyta *in Accademia, ſeù Republica litteraria §. 491. num. 13.* inquiens quod ſcholares, qui in accademia ſe honeſtè geſſerunt, & ſtudio literarum ſe impendentes ſcientiã compararunt, habent priuilegium acclamationis, vt ab alijs excipiantur plauſu, & his repetitis vocibus *viuat, viuat*, & allegat Rebuff. Cyn. Bologn. *in auth. habita C. ne fil. pro Patre*, qui hoc eliciunt ex verbis Text. *vt cum omnes bona facientes* & ex Tex. *in l. prima C. de Quæſtor. lib. 12.* vbi Gloſa dicit, *quæſtores, qui ſe benè geſſerunt in ſuo Officio, debent excipi cum acclamatione Populi clamantis viuat, viuat* & ex dicto Text. *in l. iuſtiſſimos* vbi Imperator iuſtiſſimos, & vigilantiſſimos Iudices acclamationibus collaudandi omnibus poteſtatem facit.

37 Quæro ſeptimò. An ſeditioſi vltra pœnam in Bannimentis impoſitam aliquam aliam ſubeant? reſpondeas affirmatiuè, quià per Bannimentorum diſpoſitionem ſunt ſublatæ pœnæ Iuris communis, quæ debent imponi à Iudice, non autem quæ ipſo Iure incurruntur, vt inquit Sanchez *de matrim. lib. 3. diſ. 48. num. 8. verſ. verum abſque dubio* Ayllon. ad Gomez. *var. lib. 3. cap. primo n. 33.* ideò nulli dubium, quod ſeditioſi incurrunt etiam in excommunicationem indictam *in cap. coniurationum, & in cap. conſpirationum 12. quæſt. prima, & in cap. ſeditionarios 46. diſtinct.* Abb. *in cap. fin. de teſtib.* Azzeued. *loc. cit. nu. 27.* Gargiar. *loc. cit. cap. 17. nu. 4.* efficiuntur infames vt ex Turrecrem. *in dicto cap. ſeditionarios num. primo*, inquit Gargiar. *d. cap. 17. num. primo*, & tanquam tales repelluntur à teſtimonio ferendo Azzeuedo *loc. cit. num. 28.* Gargiar. *d. cap. nu. 5.* Decian. *d. cap. 19. num. 32.* efficiuntur irregulares vt ex Borgas. ait Gargiar. *d. cap. 17. num. 3.* & remora appellatione iudicantur, vt pluribus citatis dicit Decian. *loc. cit. n. 31.* Azzeuedo *ibid. num. 30.* vbi ſubdit quod debet tamen differri executio, & debet reſcribi Superiori, & hoc idem vult Gargiar. *cap. 18. num. 2. & 3.*

38 Quæro octauo. An crimen ſeditionis habeat ſpecialia? reſpondeas quod Catalanus *de indultu cap. 38. limit. 11. numer. 46. & ſeqq.* octo ſpecialia huius criminis refert, & cum remiſſiuè ſequitur Gargiar. *loc. cit. c. 8. num. 9.* qui *num. 10.* ait quod contra ſeditionarios ſolent promulgari leges, & fieri ſtatuta,

tuta, quod teſtes contra ſeditionum autores recepti non poſſint redargui de falſo, & nec eorum nomina publicentur, & allegat Decian. *d. cap. 19. num. 15.* qui fundat hoc dictum in auctoritate Caccialupi *in l. omnes populi num. 40. ff. de iuſt. & iure*: vide de hoc ſpeciali loquentem Catalan. *vbi ſupra n. 59.*

39 Quæro nonò. Quomodò procedendum in hoc crimine? dic quod ſuperfluum eſt hoc quæſitum, quia inter ſpecialia huius criminis poteſt annumerari, quod ſeditionarij in crimine depræhenſi poſſunt ſtatim, abſque ordine Iudiciario puniri, vt ex Bald. *in l. ſi quis num. 2. ff. de rer. diuiſ.* inquit Gargiar. *d. cap. 18. num. primo*, quomodò autem

40 probetur ſeditio, & quomodò teſtes debeanr deponere, ad hoc vt concludant fuiſſe factam ſeditionem ponit videndus Azzeuedo *loc. cit. num. 39.*

41 Quæro decimò. Ad quem ſpectat ſedare ſeditionem? dic quod ſpectat ad Magiſtratum, & Officiales, vt per Text. *in §. deindè, Auth. de mandat. Princip.* Accurſium & Iacob de Beluiſu, Luca de Penna, Parid. de Put. inquit Catalan. *de indultu cap. 38. limitat. 11. num. 55. & ſeq.* vbi quod propterea Magiſtratus abſque incurſu in excommunicationem *can. ſi quis ſuadente Diabolo 17. quæſt. 4.* poterit arcere Clericos à tali ſeditione, & ſubdit *nu. 57.* quod Officiales in hoc deſides debent officio priuari: & prædicta, omnia à quo forſan mutuatus eſt Catalan. dicit etiam Boer. *de ſeditioſ. in cap. 1. n. 6. & 7.*

Et Officiales aduertere debent vt principijs obſtent, & cauſas ſeditionum eradicent remedijs, quæ docet P. Io: Marquez in eius Gubernatore Chriſtiano *lib. primo cap. 23. §. 2. fol. 174. & ſeq.* nam cætera maleficia tunc perſequenda vbi facta ſunt, at in ſeditione prouidendum, nec accidat, quia vbi euenir, iudicia fruſtrà implorantur: nam vt ait Vagnotius *in ſupellectile politica par. 3. §. 7090. fol. mihi 637. nel tempo di graui & importanti tumulti, non è bene occuparſi in caſtigare, mà in pacificare, e quietare*: imò tunc debent eſſe circumſpecti tam circa modum operandi, quam circa modum loquendi, vt benè monet Vagnotius *loc. citat.* ibi: *quando ò Vaſſalli, ò Popoli s'amutinano, ſi corre gran pericolo da Prencipi, ſe non pongono mente non ſolo à quelche fanno, mà à quel che dicono: perche in ſimili tumulti vna parola, & vna lettera poſſono far più male che molti armati*: ſed ad ſedandandam Plebem vti tunc debent opera alicuius viri grauis, qui in exiſtimatione apud Populum exiſtat, iuxtà exempla relata à Patre Io: Marquez. *loc. cit. fol. 177. lit. C.* vbi hoc oſtendit etiam ex Virgilio *primo Aeneid.*

*At veluti magno in Populo eum ſæpè coorta eſt*
*Seditio, ſæuitque animis ignobile vulgus,*
*Iamque faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat,* (quem ſi
*Tum pietate graue, ac meritis ſi forte virum*
*Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus adſtant,*
*Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*

# CAPVT TERTIVM.

## RVBRICA

## Che alcuno non ardiſca violare le mura, ò porte della Città, nè le Carceri, e che non ſi facci reſiſtenza, nè offeſa alla Corte, nè ſi vſurpi il nome di eſſa.

Continuatio iſtius tertij Capituli ad præcedentē colligitur ex lectura textus Bannimentorum in principio, vbi Dominus Cardinalis inquit, quod annectit hanc ad præcedentem rubricam, & materiam criminis læſæ Maieſtatis, quia violatio murorum, & portarum Ciuitatis, ſeù Carcerum, ac reſiſtentia, quæ fit Curiæ tangit aliquo modo Maieſtatem Principis, & quidem ex his remanet læſa Maieſtas, quia ſufficit, quod res ſit Cæſaris, ſeu ſub Cæſaris protectione exiſtat, adhoc vt venerari, & reuereri debeat, & quoties debitus honor, & reuerentia, & veneratio non exhibetur Principi, & rebus ad Principis ſecuritatem, & amplitudinem eius Imperij pertinentibus, incurritur crimen læſæ Maieſtatis in ſecunda ſpecie, vt ex Iacobo Gothofredo *in l. quiſquis C. Theodoſ. ad l. Cornel. de Sicar.* & Raphaele Viloſa *differt. 6.*

§. 4. *num.* 31. dixi *in præcedenti cap.* §. *primo*, & in terminis ait Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 36. *num. primo* quod Maieſtatis læſæ crimen attingit murorum Vrbis tranſgreſſio, quippè qui Sancti, & Imperij Maieſtatem tueri dicantur. Iure igitur meritò poſita eſt hæc præſens rubrica pro continuatione materiæ in præcedenti ſancitæ.

## Cap. III. §. I.

Poiche il violare le mura, ò porte della Città, ò vero le Carceri, & il far reſiſtenza alla Corte in parte tocca la maeſtà del Superiore: però S. S. Illuſtriſſima ordina, e vole, che, ſe alcuno in qualunque modo romperà, ò piglierà alcuna delle porte della Città, ò violentarà alcuno delli Cuſtodi d'eſſe, ò ſcalerà le mura della Città di giorno, ò di notte, ò vero entrerà nella Città, ò vſcirà fuori di eſſa per altro luogo, che per le porte ſolite, ò in alcun modo violerà le dette porte, ò mura, cada in pena della forca.

*SVMMARIVM.*

1 *Muri, & portæ Ciuitatis dicuntur res ſanctæ, & quare.*
2 *Non poſſunt violari, & nec occupari puta illis ædificium appodiando,*
3 *Dummodo appodiatio officiat.*
4 *Non poſſunt collapſi reædificari ſine licentia Superioris.*
5 *Poſſunt tamen reaptari; etiam.*
6 *Sine licentia.*
7 *Solarium quid ſit.*
8 *Spartacus quid fecerit prope Romam remiſſiuè.*
9 *Turris de Superioris ordine diruta non poteſt abſque eiuſdem licentia reparari.*
10 *Baleſtrerias facere in ædificio non eſt licitum ſine licentia.*
11 *Suſpicio eſt contra conuerſantes cum malis hominibus.*
12 *Villæ ædificatæ ſine muris non poſſunt muris muniri ſine licentia.*
13 *Muri & portæ Ciuitatis ſunt ſanctæ, & quodammodo iuris Diuini quoad violationem, & alienationem.*
14 *Nam quoad reliqua ſunt Ciuium, ſeù Principis.*
15 *Portę Ciuitatis dicuntur ſanctæ* ex Conſtitutione Imper. Iuſtiniani.
16 *Violans muros, & portas alterius Ciuitatis, quam Romanę an vltimo ſupplicio affici debeat.*
17 *Cuſtodia portarum, & murorum etiam antiquis temporibus adhibita.*
18 *Clerici tempore belli an teneantur ad cuſtodiam murorum.*
19 *Aduocati an teneantur ad cuſtodiam, portæ, & murorum Ciuitatis.*
20 *Verbum* pigliare, *idem eſt, ac* inuadere.
21 *Inuaſio portæ, vel murorum Ciuitatis poteſt fieri ex diuerſis reſpectibus.*
Verbum deſtruere, occupare, detinere, *quid ſignificet d. num.* 21.
*Portam Ciuitatis paruo temporis ſpatio occupans ad effectum ſe ab inimicis defendendi, vel illos offendendi non incidit in pœnas Bannimentorum d. num.* 21.
*Duces, & Milites factionis inuadentes, aut occupantes aliquam Ciuitatem etiam ſine animo illam ſubtrahendi à dominio Sedis Apoſtolicæ incidunt in cenſuram Bullæ d. num.* 21.
22 *Inuaſio portæ, vel murorum Ciuitatis an includat in eius ratione formali animum hoſtilem.*
23 *Banniti in magno numero diſcurrentes, & oppida deprædantes incurrunt in excommunicationem* in Bulla Cęnæ *fulminatam.*
24 *Facinus enorme in Ciuitate Bononiæ patratum in die Paſchatis.*
25 *Portas Ciuitatis claudere, vel aperire propria auctoritate nemini licèt.*
26 *Ciues Romanos alia via, quam per portas egredi non licèt.*
27 *Violatio portæ, ſeu murorum Ciuitatis crimen læſæ Maieſtatis attingit.*
28 *Violatio murorum Ciuitatis pluribus modis poteſt contingere, & referuntur modi.*
29 *Violans portas Ciuitatis, ſeu muros, ſeù illos tranſcendens non punitur ſi ceſſet dolus.*
30 *Tranſcendens muros Ciuitatis ad occidendum bannitum non punitur.*
31 *Et nec is, qui fugiendo è manibus Curiæ illos tranſcendit.*
32 *Quid ſi fugiens erat iam carceratus.*
33 *Tranſcendens foſſam Ciuitatis non punitur pœna tranſcendentis muros.*
34 *Quomodo puniri debeat.*
35 *Pœna tranſcendentis muros Ciuitatis ceſſat effectu non ſequuto.*
37 *Diſtingue.*
*Sed quid in tentante tranſcendere muros fortalitij num.* 36.
39 *Pœna tranſcendentis muros ceſſat etiam tempore pacis.*
40 *Diſtingue.*
41 *Tranſcendens muros Ciuitatis ad effugiendum impetum inimicorum non tenetur pœna Bannimentorum, & ſupra ſub num.* 30.
42 *Conſuetudo ingrediendi per muros excuſat.*

1 MVri, & Portę Ciuitatis dicun-
tur res Sanctæ, vt eſt Text.
*in §. Sanctæ Inſtit. de rer. diuiſ.*
ob eam rationem, quia ſpe-
cialiter, & certa pœna indi-
cta ex legis ſanctione muni-
tæ, & defenſæ ſunt ab hominum iniu-
ria, vt per Text. *in l. Sanctum ff. de rerum di-
uiſ.* inquit Oynotim. *in d. §. Sanctæ numer.* 1.
dicens, quòd propriè res Sanctæ dicuntur,
quæ nec Sacræ, & nec prophanæ ſunt, ſed
ſanctione quadam ab hominum iniuria cō-
firmatæ: & licet Muri, & Portæ Ciuitatis
Deo nō ſint dicatæ (ſunt verba Oynotomi)
Sanctæ tamen dicuntur, quia firmitate lega-
li ſunt roboratæ, & iuſſæ cuſtodiri, & non
violari, & certæ pœnæ contra violatores
ſunt introductæ, vt *in d. §. Sanctæ*, & com-
probat Pacicchellus *de diſtantijs cap. 5. nu. 4.*
& Diuini quodammodò Iuris, & in nullius
bonis eſſe dicuntur *in eodem §. Sanctæ, & in
l. 1. ff. de rer. diuiſ. & in l. 2. ff. ne quid in loco Sa-
cro fiat*, eam ob rationem, quia Supremi Iu-
ris ſunt, *vt dicam infra*: & ideò non ſolùm
2 non poſſunt violari, ſed nec poſſunt occu-
pari ab aliquo priuato, puta coniungendo
illis aliquod ædificium, vel aliquo modo
appodiando, vt per Text. *in l. ædificia C. de
oper. public.* dicunt Angel. & Oynotim. *d. §.
Sanctæ* Petrus Iacobi *in pract. rub. de foſſatis,
& muris num.* 3. Corn. *conſ.* 237. *numer.* 1. *&
ſeqq. lib.* 2. *& conſ.* 76. *num.* 9. *lib.* 3. & Boer.
*deciſ.* 232. *num.* 4. & Paccichell. *loc. cit. dicto
num.* 4. quod modificat Faber, & ex eo Oy-
notim. *in d. §. Sanctæ*, & Corn. *conſ.* 33. *num.*
13. *lib.* 4. vt non liceat alicui ædificium mu-
3 ris Ciuitatis coniungere, vel appodiare, ſi
vſui publico ſit impedimento, & noceat, &
Corn. *loc. cit.* fundat hoc eius dictum *in l.* 11.
*§. ſi quis nomine ff. ne quid in loco pub.* & licèt ap-
podiatio ſemper aliquo modo vſui publico
nocere comperiatur, quia ſaltem impe-
pedit, ne tempore ſuſpecto milites run-
dando mùros circumeant; nihilominùs vi-
di in plurimis locis, & Ciuitatibus huiuſ-
modi ædificia muris publicis coniuncta, &
appodiata, vt teſtatur etiam Corn. *dicto con-
ſil.* 33. *num.* 13.

Et non ſolùm non poſſunt violari, & oc-
4 cupari; ſed nec poſſunt collapſi reædificari
ſine Superioris licentia, vt eſt Text. *in l. ſacra
§. muros ff. de rer. diuiſ.* intellige tamen, vt
5 non poſſint refici, nam reaptari poſſunt ſine
licentia, vt aduertit Mynſing. *in eod. §. San-
cta*, & ita intelligendus eſt Camillus Borel-
lus *de Magiſtr. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 44. dum
teſtatur, quòd in Regno Neapolitano paſ-
ſim Ciuitates, Barones, ac Domini ſiue li-
centia reparant mœnia, & muros, & hoc i-
dem ſeruari in Gallia ex Guimiet, & Cop-
pin. refert idem Borell. *ibidem*, qui tamen
6 *num.* 47. ſubdit quòd ad refectionem Arciū,
& Turrium ſemper diceret exigi licentiam
Regis, & hoc idem vult quoad refectionem
murorum Ciuitatis, & Vrbium, & Caſtro-
rum in confinibus, vel locis Maritimis exi-
ſtentium; & quoad Turres, & Arces, vt ne-
queant ſine licentia Principis, ſeu Præſidis
refici, volunt etiam Franc. de Claperijs *in
centur. cauſ. fiſcal. cauſ.* 22. *quæſt.* 2. *num.* 1.
Bald. *in l. ſi vt proponis* la ſeconda *C. de nupt.*
Innoc. *in cap. Piſanis de reſtit. ſpoliat.* Alex. ad
Bart. *in l.* 2. *ff. de oper. public.* & alij relati à
Caballin. *ad Conſtit. Marchiæ cap.* 45. *lit. A.
lib.* 2. & Gratian. *diſcept.* 432. *per tot.* Et ex his,
ac ex expreſſa diſpoſitione *Conſtit. Marchiæ
d. lib.* 2. *cap.* 45. *de fortalit. non ędific. &c.* Cum
eſſem Aduocatus Fiſcalis in Prouincia Ro-
mandiolæ dixi, quòd erat puniendus D. Cę-
ſar N. de Briſighella, qui habens prædium in
loco nuncupato, *Rontana*, vbi erat quædam
Turris multis ab illinc annis diruta, ex quo
erat receptaculum, ac hominum facinoro-
ſorum aſylus, illam nullo habito Principis
conſenſu, reparauerat, muros extollendo,
ianuam apponendo, & alia neceſſaria ad
habitandum faciendo, quamuis enim pro
eodem Cæſare diceretur, quòd Turrim, ſeu
Fortalitium reparauerat ad effectum ne fa-
cinoroſi, ac banniti potuiſſent ſe in dicto
loco recipere, & ex hoc ſe liberare à mali-
gnantium hominum aſtutijs, ac verſutijs,
cum potuiſſent ei imputare receptationem
eorumdem bannitorum, vndè potiùs lau-
dandus, quàm puniendus, & opus cuſto-
diendum, quàm deſtruendum ad Text. *in l.
2. §. aduerſus eum ff. ne quid in loco publ.* ibi:
*Aduerſus eum, qui molem in mare proiecit inter-
dictum vtile competit ei, cui fortè hæc res nocitu-
ra ſit: ſi autem nemo damnum ſentit, tuendus eſt
is, qui in littore ædificat, vel molem in mare ia-
cit*: & quòd opus non debeat demoliri eſt
bonus Text. *in l.* 2. *§. ſi quis nemine probibente*,
vbi Doctores, & Gloſ. *ff. eod. tit. ne quid in loco
publico* Ruin. *conſ.* 165. *num.* 3. *lib.* 4. Sufficit
enim quòd condemnetur ciuiliter ad ſoluē-
dum Fiſco certam pecuniarum quātitatem
loco annuæ penſionis, quod in iure dicitur
7 *Solarium*, vt *in d. §. ſi quis nemine probibente*
habetur, & hoc in pœnam non obtenti Su-
periorum conſenſus.

Nihilominùs replicabam his non ob-
ſtantibus Cæſarem condemnandum in pœ-
nam ſtatutam in dicta Conſtitutione Mar-
chiæ *d. cap.* 45. & ea ceſſante in pœnam ex-
traordinariam iuxta notata per Menoch *de
arbitr. caſ.* 483. *num.* 4. & opus fore omninò
demoliendum per Text. *in l. ędificia C. de
oper. publ.* ibi: *Vel inſidias vicinitas reformidet*:
tunc enim ſoluitur pro tali ædificio Solariū,
vt ait Caball. *crim. reſol.* 100. *num.* 40. quan-
do nullum vſui publico damnum ſit alla-
turum, ſecùs quando vicinitas reformidat
inſidias bannitorum, ac aliorum facinoro-
ſorum, prout erat in illo caſu, in quo da-
mnū maximū non ſolùm Briſighellæ, ſed
& Valli Ammonis contingere poterat; Sci-
8 mus enim quid fecerit propè Romā Spar-

tacus,

tacus, de quo mentionem facit Appianus
Alexandrin *de Bello Ciuil. lib.1.pag.mihi* 31.
Ad motiua in contrarium adducta repli-
cabam; Primò, quòd Cæſari non fuit lici-
tum etiam pro bono loci, & Villæ guber-
9 nio Turrim reficere abſque Principis licen-
tia, vt firmat Boſſ. *tit. de via publica num.* 4.
maximè cum de Superioris ordine fuiſſet
Turris annis retrò elapſis diruta ex adductis
à Gratian. *diſcept.* 432. *num.* 14.
Secundò, quòd ex prædicta reaptatione,
& refectione banniti magis tutos in dicta
Turri in vertice montis poſita ſeſe reddere
potuerant, nec ipſe eos potuerat impedire,
vt retroactis temporibus contingerat.
Tertiò, quòd in muris prędictę Turris i-
pſe Cęſar fecerat relinquere plures, & con-
10 tinuas cannonerias, ſeù baleſtrerias, quòd
non erat licitum ad tradita per Boer. *deciſ.*
320. *num.* 7. & Gratian. *d. diſcept.* 432. *nu.*9.
etenim hoc apertè oſtendebat malum ani-
mum ipſius reaptantis, qui habens, vt aſſe-
rebatur, correſpondentiam cum malis ho-
11 minibus, & bannitis eiuſdem farinę eum il-
lis eſſe ſuſpicabatur ad notata *in cap. innotuit
de elect.* Bart. *in l. ſi plures* §. *quamuis, &* §. *ſi
parens ff. de adminiſtr. tutor.*
Et vt ad ſermonem murorum regrediar,
eſt omninò indubitatũ, quòd ſi Oppida, ſeù
12 Villę ſint ſine muris ędificatę, nequeunt
abſque Principis licentia ſe męnijs, & pro-
pugnaculis munire, vt contra Capyc. &
Luc. de Penna, & Bart. pluribus oſtendit
Montan. *de Regalibus verbo Palatia in Ciuita-
tibus num.*7. ſequutus Afflict. *in Conſtit. Caſtra
num.* 2. *circa med.* & de Ponte *de Poteſt. Proreg.
tit. de elect. offic.* §. 1. *num.* 6.
Et quia ſupra dixi, quòd Muri, & Portę
Ciuitatis quodammodò Diuini, hoc eſt ſu-
premi Iuris ſunt, & in nullius bonis exiſtunt
ad Text. *in d.* §. *Sanctę*, puto aduertendum,
quòd hoc eſt verum ſolùm quoad violatio-
13 nem, & alienationem, vt bene conſiderant
Mangrella *in add.* ad Bart. *in l. ſi quis violauerit
ff. de rer. diuiſ.* & Rolan. à Valle *conſ.* 84. *nu.*
20. *lib.* 2. nam quoad reliqua, munitionem
14 ſcilicet, refectionem, ac conſeruationem,
vt explicat Corn. *conſ.* 33. *num.* 6. *lib.* 4. mu-
ri dicuntur eſſe, & ſunt Ciuium, vt dicunt
Mangrell. *loc. cit.* & Capyc. *deciſ.* 27. *numer.*
41. *& ſeq.*, ſeu ſunt Principis, quatenus de
eiuſdem Principis pecunia conſtructi ſint,
vt firmat Roland. *loc. cit. num.* 21. 22. *&* 23.
Aduertendum etiam, quòd olim Portę
Ciuitatis non erant Sanctę, & nec eiuſdem
15 Iuris ac Muri Ciuitatis habebantur, vt ex
Plutarch. *in problem.* aduertit Gloſa *in dicto*
§. *Sanctę verbo adde quod vetus*: Sed Lnpera-
tor Iuſtinianus *in d.* §. *Sanctę* & Sanctas, &
muris ęquiparatas eſſe voluit: & hoc idem
ſanciuit Eminentiſſimus D. Cardinalis Iuſti-
nianus in noſtris Bannimentis, nam eiuſ-
dem Iuris Portas, & Muros Ciuitatis eſſe
voluit quoad violationem, dum ęqualem
pœnam impoſuit contra violatores Portę
Ciuitatis, & violatores, ſeu tranſcenſores
murorum Ciuitatis: Imò certo modo di-
ctam Imperatoris Conſtitutionem amplia-
uit, dum pœnam vltimi ſupplicij imponit
aduerſus eos, qui Cuſtodibus Portę vim fa-
ciunt: & quidem prudenter D. Cardinalis
expreſsè ſanciuit pœnam vltimi ſupplicij
contra violatores Portę, ſeù Muri Ciuita-
16 tis, quia neceſſe fuit pręcidere controuer-
ſiam, quę extat inter Doctores, An violans
Muros, & Portas alterius Ciuitatis, quàm
Vrbis Romę vltimo ſupplicio debeat affici,
vt videre eſt penès Farinac. *queſt.* 20. *nu.*152.
& Matth. Berlich. *deciſ.* 70. *num.* 3. *par.* 1.
Roland. *d. conſ.* 84. *num.* 25. Polidor. Ripa
*de noctur. temp. c.*16. *n.*7. & Borell. *de Magiſtr.
lib.* 4. *cap.*30. *num.* 9. *& ſeqq.* qui tamen cum
Ripa firmat, quòd hodie non eſt attenden-
da diſtinctio inter Vrbem Romam, & alias
Cittitates, quia alię ſunt in Mundo Ciuita-
tes, quę ſuos habent Principes ſui Iuris, &
potiuntur Iure, & auctoritate, qua potieba-
tur Roma, dum Orbis tenebat Imperium,
quales ſunt Conſtantinopolis, Vienna, Ci-
uitates, in quibus reſident Reges, & Ciui-
tates Venetiarum, Mediolani, Taurini, Flo-
rentię, & alię ſimiles, & hoc idem videtur
aſſerere Ludou. Rodolphinns *concl.* 7. *nu.*2.
*verſ. ſed fortè dicendum*, vbi poſtquam retulit
opiniones Doctorum pro vtraque parte, &
poſtquam ex Albetic. *in l. fin. num.* 1. *ff. de
rer. diuiſ.* dixit Bergomi fuiſſe decapitatum
quemdam, qui muros Ciuitatis tranſcen-
derat, conciliat diſſidentium opiniones,
dicendo, quòd tranſcendens muros Ciuita-
tis Superiorem recognoſcentis, non debet
mori: ſecus verò ſi tranſcendat muros Ci-
uitatis non recognoſcentis Superiorem,
& mouetur ex adductis à Decian: *tract. crim.
lib.* 8. *cap.* 28. *num.*11. volente, quòd crimen
peculatus ſicut committitur à ſurripiente
rem Vrbis Romę, ita & Ciuitatis non re-
cognoſcentis Superiorem: ſed quicquid ſit
de hoc articulo in terminis Iuris Commu-
nis, certum eſt, quòd vbi extat ſpeciale Sta-
tutum, illud eſt ſeruandum, vt inquit Ro-
dolphin. *d. num.* 2. *in fine*.
Aduertendum tertio, quod Portarum, &
17 Murorum cuſtodia etiam antiquiſſimis tē-
poribus fuit iu vſu, vt habetur in Sacra Scri-
ptura Ieremię *cap.* 37. *verſ.* 12. ibi: *Cumque
perueniſſet ad Portam Beniamin erat ibi Cuſtos
Portę per vices, nomine Ierias filius Selemię filij
Hananię, & apprehendit Ieremiam Prophetam*,
& Otero *de Officialibus p.*2. *cap.* 13. *num.* 4. ex
Ariſtotile 6. *politicor. Oportet*, ait *in pace, &
in bello Portarum, & Murorum vacare cuſtodię.*
An autem tempore belli Clerici, & Per-
18 ſonæ Eccleſiaſticæ debeant, & poſſint ob-
bligari & cogi ad cuſtodiam? Agit de hoc
Otero *loc. cit. num.*5. qui allegat Text. & ibi
Hoſtien. & Abb. *in cap.* 2. *& cap. non minus de
Immun. Eccleſ.* Gregor. Lopez, Luc. de Pen-

na, Caſſan. Gaſpar. Stephan. Ripa, Guttierez.
Azeued. Bouadill. & alios plures.

Et An Aduocati cogi poſſint ad cuſtodiã
19 Pontis, vel Oſtij tractat diffusè Otero *loco
cit. num. 6. & ſeqq.* vbi rationes hincindè ad-
ducit; *vide eum in occurrenti caſu.*

## Romperà, ò piglierà alcuna delle Porte della Città.

Videtur procedere diſpoſitio Bannimen-
torum, quoties interuenerit intentio intro-
ducendi, & faciendi aliquam nouitatem
contra bonum publicum, vel Portam Ci-
uitatis per longum tempus detinendi: idem
20 enim importat verbum *pigliare*, ac verbum
*inuadere*, ſeu aggredi, circa quod verbum
dicit Vgolin. *de cenſur. Pontif. reſeruat. par. 2.
cap. 20. §. 1. num. 3. & ſequenti*, quòd inua-
21 ſio fit, vel vt locus inuaſus deſtruatur, vel
ſpoiietur, vel detineatur, vel occupetur, &
ſubdit, quod deſtruere ſignificat id, quod
ſtructum eſt diruere, & vaſtare: occupare,
verò ſignificat captum vi illud tenere: deti-
nere verò ſignificat ſpontè, poſtquam quis
aliquid adeptus eſ', tenere, vbi nec ipſe oc-
cupauit, nec inuaſit, ſed ſucceſſione aliquid
habuit: quæ verba refert etiam Duardus
*ad Bullam Cœnæ Domini lib. 2. can. 20. quæſt. 4.
num. 1.* & ideò non incidit in pœnam huius
paragraphi is, qui paruo temporis ſpatio ex
accidenti, & ad effectum ſe defendendi ab
inimicis, vel illos offendendi accipiat vnam
Portam Ciuitatis, & illam teneat, ac in ea
ſe foueat cauſa habendi ad ſui libitum in-
greſſum, vel egreſſum, vel impediendi in-
greſſum, vel egreſſum inimicis, vt in ſimi-
li aduertit Cherubinus *in ſchol. 2. ad Bullam
13. Leonis X.* ex Vgolino *d. cap. -0. §. 1.*

Verùm Duardus *loc. cit. q. 4. n. 3.* oſten-
dit, quòd verbum *inuadere*, ſeu verbum *de-
22 ſtruere* non includunt in eorum ratione for-
mali hoſtilem incurſum, ſed denotant, &
important repentinum aggreſſum iuxta il-
lud Virgilij *Aeneid. lib. 1.*

*Inuadunt Vrbem vino, ſomnoq; ſepultam.*

& lib. 3

*Nunc inuade viam, vaginaq; eripe ferrum.*

& ſubdit, quòd aliquando paria ſunt inua-
dere, ac iniuſtè detinere *cap. ſæpè de reſtitut.
ſpoliat.* imò quòd ſignificat idem, ac rapere,
ſeù occupare *l. inſtrumenta C. ad exhib. & l. 2.
C. de act. empt.* & ideò ſecundũ ipſum Duar-
dum datur inuaſio ſine aliquo hoſtili incur-
ſu, ſicut datur inuaſio cum armis, & ſine
armis, vt *in d. l. inſtrumenta*, & ibi Gloſa:
& datur etiam, vt ipſe Duardus ait *ibidem
q. 5.* inuaſio abſque intentione ad longum
tempus detinendi, & ex his concludit, quod
ſi in Terris Romanæ Eccleſię ſint factiones,
quarum altera extra exiſtens inuadat de fa-
cto, deſtruat, occupet, aut detineat Ciui-
tatem, quamuis non intendat eam ſubtra-
here ex Dominio Sedis Apoſtolicæ, neque
in aliquo lædere iura Eccleſiæ; nihilomi-
nùs Duces, ac milites huiuſmodi factio-
nis in cenſuram Bullæ incidunt: tantò
fortiùs, vt ſubdit ex Alterio *de cenſuris in
explicatione Can. 20. Bullæ Cœnæ cap. 1. col. 2.
verſic. reſpondeo*, quia tales factiones, ſeu in-
uaſiones regularitèr non fiunt quin liberũ
regimen Ciuitatis ſubtrahatur: vnde eam-
23 dem cenſuram incurrere bannitos, & alios
facinoroſos in magno numero diſcurren-
tes, quando terras Eccleſiæ deprædantur,
benè exiſtimat Pueronus *in comment. ad eam-
dem Bullam Cœnæ cap. 20. num. 12. 20. & 21.*
Propterea horum Doctorum attenta ſen-
tentia poterit attentari, quod in hac diſpo-
24 ſitione compręhenſi ſunt illi, qui mane diei
2. Aprilis 1673. in quo die celebrabatur So-
lemniſſimum Feſtum Paſchatis Sanctiſſimę
Reſurrectionis Domini Noſtri ad effectum
interficiendi Cap. Innnocentium Mancinũ
Baroncellum Curiæ Turroni laruati poſue-
runt ſe archibuſijs præ manibus in Porta
Ciuitatis, S. Mamoli nuncupata, & dum
expectabant, quòd Barõcellus cum birrua-
rijs regrederetur ab Eccleſia Sãctiſs. Annũ-
ciatæ extra dictam Portam poſita, ad quam
ille ad audiendum Sacrum acceſſerat, im-
pedierunt eos, qui egredi è Ciuitate vole-
bant, & ſtatim ac Baroncellus cum birrua-
rijs peruenit ad Pontem dictæ Portæ, illum
eleuarunt, & cum Luchettis Pontem ſic
eleuatum incatenarunt, & interim alij eo-
rum ſocij archibuſiatas in dictum Baron-
cellum exploſerunt, ex quibus Baroncellus,
& duo birruarij interempti, & alij vulnera-
ti remanſerunt, & dictum pontem ſic ele-
uatum, & incatenatum lucchetonibus re-
liquerunt, forſan ad hoc ne birruarij potuiſ-
ſent ingredi Ciuitatem, & eos perſequi: ſi
quidem verificatur in caſu enarrato vera, &
effectiua inuaſio Portæ Ciuitatis in Banni-
mentis prohibita, & verificatur etiam, quod
dicit Duard. *loc. cit.* nempè quod indè libe-
rum Regimen Ciuitatis fuit ſubtractum, &
inſuper quies publica Ciuitatis fuit turbata
ex illo impedimento præſtito ab eiſdem ho-
minibus laruatis, & armatis his, qui egre-
di è Ciuitate neceſſitatem habebant: & his
additur, quòd ſecundùm Paul. Voet §. *San-
25 cta quoque Inſt. de rer. diuiſ.* nemini licet pro-
pria auctoritate claudere, vel aperire Por-
tas Ciuitatis.

## Scalerà le mura della Città, ouero entrerà nella Città, ò vſcirà fuori di eſſa per altro luogo, che per le Porte ſolite, ò in altro modo violerà le dette Porte.

Deſumptus eſt iſte paragraphus ex Text.
*in l. ſi quis violauerit ff. de rer. diuiſ.* eadem e-
nim diuiſio, & diſtinctio, imò ferè eadem
eſt

eſt loquutio d. Textus, ibi: *Si quis violaue-
rit muros capite puniatur: ſicut ij, qui tranſcendūt
ſcalis admotis, vel alia qualibet ratione*: diuerſa
tamen vtriuſq; eſt ratio ad ita ſanciendum,
nam Pomponius *in dicta lege ſi quis violaue-*
26 *rit* motus fuit, quia Ciues Romanos aliò
quàm per portas egredi nō licet, cum id ho-
ſtile, & abominandū ſit: D. verò Cardina-
27 lis, motus fuit, vt ipſe ait in principio, quia
Maieſtatis læſę crimen attingit Murorum
Ciuitatis violatio, & quidem eorum viola-
tio, & tranſgreſſio tamquam Sanctorum,
& imperij Maieſtatem tuentium ſapit cri-
men læſæ Maieſtatis, vt aduertit Decian.
*tract. crim. lib. 7. cap. 36. num.* 1. nemo enim
nec Ciues, nec Princeps poteſt vnquam eſ-
ſe ſecurus, ſi muros cuiuis tranſcendere li-
ceret, vt ſubdit Decian. *loco cit num.* 4. & per
conſequens Princeps ex ſollicitudine, quam
coactus eſſet ſubire pro ſalute propria, &
28 ſubditorum, remaneret notabiliter offen-
ſus ex murorum violatione.

Poteſt murorū violatio cōtingere pluri-
bus modis, quando ſcilicet rūpuntur, vt ex
Claro, & Fabio à Montel. dicit Farin. *q.* 20.
*num.* 147. quando perforantur, & quando
debilitantur cum fouea propè muros facta,
ad hoc vt muri cadant, vt proſequitur Fa-
*rinac. loc. citat.* demum & quando tranſcen-
duntur *ad text. in d. l. ſi quis violauerit*.

Ne autem Bannimenta exorbitent multū
à Iure Communi, debent recipere omnes
Interpretationes, quas Ius commune reci-
pit.

Quatum prima eſt, vt non procedant
29 quando non adfuit dolus, & animus vio-
landi muros, vt ex Claro, Tiraquell. De-
cian. inquit Farinac. *quæſt.* 20. *num.* 149. &
afferuntur tria exempla: Primum eſt in eo,
30 qui tranſcendit muros Ciuitatis de nocte
ad hoc, vt Bannitum intra exiſtentem
occidat, & hunc arbitraria pœna puniri di-
cit ex Nello, Farin. *loc. cit.* ſequuntur Me-
noch. *de arbitr. caſ.* 483. *num.* 7. Ruin. *conſ.* 2.
*num.* 8. *lib.* 5. Burſat. *conſ.* 134. *num.* 1. De-
cian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 36. *num.* 7. Iaſ. *in
l. ſi quis nec cauſam num.* 30. *ff. ſi cert. petat.* Se-
cundum exemplum eſt in eo, qui fugiendo
è manibus inimicorum cum quærentium
vt occiderent, muros tranſcendit, & hunc
nulla pœna puniri dicunt Decian. *d. cap.* 36.
*num.* 8. Odd. *conſ.* 53. *num.* 20. & Ludou. Ri-
dolphin. *d. concl.* 7. *num.* 10. & afferunt ra-
tionem, quia iſte incumbit rei licitæ, dum
ſaluti propriæ conſuluit, nam vnicuique licet
quomodocumque ſanguinem ſuum redi-
mere *vulg. iurib.* Tertium exemplum eſt in
31 eo, qui fugiendo è manibus Satellitum cū
ſequentium, muros tranſcendit, & hunc,
quia non volens, ſed coactus muros tran-
ſcendit, extraordinaria puniri dicunt Boer.
*deciſ.* 232. *num.* 1. Oddo *d. conſ.* 53. *num.* 20.
Decian. *d. num.* 8. Clar. *quæſt.* 68. *verſ. muros
Ciuitatis*, Claud. ad Bertazzolum *conſ.* 35.
*lit. C.* & Farin. *d. num.* 149. dicens quòd lex
quantumuis præcisè loquatur ſemper ſumit
interpretationem, & declarationem, niſi
iuſta, & legitima cauſa contrarium ſua-
deat.

Verùm dubitat de hoc vltimo exemplo
Ripa *in tract. de noct. temp. cap.* 19. *num.* 20.
quoniam inquit ſubeſt dolus, & maximum
Reipublicæ incommodum, & ideò tran-
ſcendens hoc caſu videtur muros violare:
hoc vult etiā Rodolphin. *d. concl.* 7. *n.* 2. *verſ.
quoad exemplum*, niſi in caſu iuſtæ fugæ, quia,
vt ait, ſi eſſet criminoſus aufugiendo daret
operam rei illicitæ, & peccaret, vt de iuſtè
capto aufugiente dicunt Boſſ. Felin. Dec. Ti-
raquell. quos ipſe Rodolphin. allegat *ibidem*:
Imò *verſ. quo verò ad exemplum* dubitat an
tranſcendens muros ad occidendum banni-
tum debeat excuſari; ſiquidem tenet, quòd
is det operam rei illicitæ, & delinquat oc-
cidendo, licèt habeat impunitatem à Sta-
tuto, dummodò Statutum non dicat, quòd
licitè offendi poſſit. Sed non recedas à pri-
ma firmata opinione, quæ eſt magis com-
munis, & etiam magis æqua: ſed ſi vis ſe-
qui opinionem Ripæ, aduertas, quod ipſe
32 loquitur in terminis fugæ carcerati, prout
loquitur Rodolphin. *loc. citat.* quo caſu po-
teſt (conſulto Principe) vltimo ſupplicio
affici, maximè quando erat carceratus pro
criminibus grauibus, iuxtà caſum relatum
à Farin. *d. quæſt.* 20. *num.* 150. quem refert
Borell. *de Magiſtr. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 42.

Secunda eſt, quando non muri, ſed fo-
uea tantùm Ciuitatem circumdat; nam
33 tunc non intrat pœna mortis Rom. *ſing.*
745. Roland. à Valle *conſ.* 84. *num.* 29. *vol.* 2.
Boer. *d. deciſ.* 232. *num.* 1. Clar. *d. q.* 68. *verſ.
muros Ciuitatis*, vbi refert quemdam Franci-
ſcum fuiſſe fuſtigatum, ex quo per foſſam
Ciuitatis tranſierat, & Stephanum de Ni-
gnano fuiſſe in contumacia condemnatum
in tribus ictibus funis, ex quo ingreſſus fue-
rat foſſas Oppidi Serauallis Farin. *loc. citato
num.* 148. & Rip. *loc. cit. num.* 21. qui ait,
quòd Remi exemplo deberet mori; ſed
non recedendo ab extraordinaria concludit
quod per Text. *in l. Deſertorem* §. *ſi verò ff. de*
34 *re milit.* debet tantùm exauctorari, hoc eſt
Dignitatis cingulo priuari, quatenus ſit in
Dignitate, vel ſaltèm debet mitti in exiliū,
vel ad peius iuxta opinionem Romani *d. ſin-
gul.* 743. & Roland. *d. conſ.* 84. *num.* 29. *lib.* 2.
debent ei crura abſcindi. Et ita tenendum
quicquid velit Ludou. Rodolphin *d. concl.* 7.
*num.* 6. qui diſtinguendo caſum tranſcen-
dentis foſſam Ciuitatis non recognoſcentis
Superiorem; & caſum tranſcendentis foſ-
ſam Ciuitatis Superiorem recognoſcentis,
dicit primo caſu intrare pœnam capitalem:
ſecundo verò caſu intrare pœnam extraor-
dinariam: nam indiſtinctè dicendum eſt,
quòd iſto caſu intret ſolùm pœna extraor-
dinaria iuxta Doctrinam, & Sententiam

ſupradictorum Doctorũ, quæ magis æqua,
imò iuſto conformior mihi videtur, quia
cum faciliùs tranſcendatur foſſa, quàm
tranſcendantur muri, minor malitia eſt in
illo, quàm in iſto, & ideò minor etiam de-
ber eſſe pœna, vt oſtendam *infra* dum agam
de furtis *in cap.* 14.

Tertia eſt, quando effectus non fuit ſe-
35 quutus, & ſic niſi verè quis muros tran-
ſcenderit non eſt decapitandus, vt inquit
Gloſ. fin. *in l. ſi quis violauerit ff. de rer. diuiſ.*
quæ explicat verba Tex. *tranſcendere voluerit*,
ideſt voluntariè tranſcenderit, quam expli-
cationem ſequuntur Bart. *ibid.* Boer. *deciſ.*
*232. num.* 1. Rodolphin. *loc. cit. num.* 9. &
Farinac. *quaſt.* 20. *num.* 150. qui propterea
36 dicit, quòd malè fuiſſet decapitatus Cæſar
Caietanus, qui detentus in Arce S. Angeli
fuit ſuprauentus in actu tranſcendendi mu-
ros Arcis prædictæ, niſi crimina, pro qui-
bus detinebatur, fuiſſent capitalia. Rip. ta-
men *loc. cit. num.* 27. & 28. putat diſtinguen-
dum, vt affectus non puniatur, ſi pœniten-
tia ductus affectans tranſcendere, non tran-
ſcendit, aliàs ſecus ſi ex impotentia, alioq;
ſuperueniente impedimento non potuit
tranſcendere.

Quarta eſt, quando tranſcenduntur muri
38 ex cauſa Reipublicæ vtili, puta ad perſe-
quendum bannitum, vel capiendum alios
malefactores, nam tunc trãſcendentes nul-
la pœna tenentur, vt ait Ripa *loc. cit. num.*
*29. & ſeqq.* & Burſatt. *conſ.* 134. *num.* 23. *vo-*
*lum.* 2. contrarium tamen volunt Farinac.
*loc. cit. num.* 149. Menoch. *de arbitr. caſ.* 483.
Nell. *de bannit. par.* 2. *noct. temp. num.* 13. qui
volunt eſſe puniendos pœna arbitraria. Sed
concorda has diſſenſiones, dicendo, quòd
prima opinio procedit quando aliter banni-
tus interfici non poſſit, vt dicit Burſatt. *loc.*
*cit.* Secunda verò opinio procedit quando
bannitus poteſt occidi, etiamſi muri non
tranſcendantur.

Quinta eſt, vt non procedant niſi tem-
39 pore belli, vt iudicatum fuiſſe refert And.
de Iſer. relatus à Gram. *Conſt. Regni* incip.
*Iuſtitiarij per prouincias num.* 6. *tit. de Iuſtitiar.*
*aſſeſſor. &c.* Afflict. *in Regni Conſtit. Cum ſatis*
*num.* 12. *tit. de Official. reprob.* Ludouic. Ro-
dolph. *d. concl.* 7. *num.* 7. Clar. *d. quaſt.* 68.
*verſ. muros Ciuitatis*, & ibi Baiard. *in add. nu-*
*mer.* 73. & 74. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 90. *num.*
14. Farin. *quaſt.* 20. *num.* 151. & Ripa *cap.* 19.
*num.* 32. nam tempore pacis pœna erit ex-
traordinaria, vt omnes teſtantur excepto
Decian. qui *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 36. *num.* 9.
tenet, quod etiam tempore pacis tranſcen-
dentes muros Ciuitatis ſunt capite punien-
di, & mouetur ad ita dicendum, quia Tex.
*in l. fin. ff. de rer. diuiſ.* generaliter loquitur,
neque diſtinguit tempus pacis à tempore
belli, ſicut nec diſtinguit *lex prima Longobar-*
*dorum tit. de furtis*, quæ impoſuit pœnam
tranſcendenti muros: ſed in hoc reijcitur
Decianus à Ludou. Rodolphin. *d. concluſ.* 7.
*num.* 7. *verſ. cæterum* vbi ex Luca de Penna
*in l. Colonos num.* 12. *verſ. item attenditur C. de*
*Colon. Illiric. lib.* 11. firmat quòd in punien-
dis delictis attenditur qualitas temporis, vt
pacis, & belli, & mouetur ex Text. *in l. non*
*omnes poſt princ. ff. de re milit.* in qua cauetur,
quòd aliter punitur miles, qui in pace deſe-
ruit, & aliter qui in bello; nam deſertor
tempore pacis militiam perdit: tempore
verò belli capite punitur; vnde cum vna
lex ſeruiat ad interpretandam aliam, quæ
indiſtinctè, vel obſcurè loquatur, benè
poterit induci Tex. *in d. l. non omnes* ad expli-
candum, & declarandum Text. *in d. l. fin. ff.*
*de rer. diuiſ.* Verùm in honorem Deciani de
noſtra iuriſprudentia adeò benemeriti poſ-
ſumus dicere cum Ripa *dicto cap.* 19. *nu-*
*mer.* 34. quòd procedat prima opinio in
40 tranſcẽdentibus muros Ciuitatis in quibus,
non reſidet Princeps, vel quæ non ha-
bentur loco Fortalitij, & Caſtrorum; Se-
cunda verò, & ſic Deciani opinio procedat,
reſpectu Ciuitatum, & illorum Oppidorum,
in quibus tamquam in Præſidio quodam
degit Princeps, vel præcipua totius Regio-
nis tutelæ ſpes iacet, vt eſt Fortalitium, &
Ciuitas habita loco Fortalitij, & hoc eſſe
verum, & procedere in quouis alio loco, ad
cuius tutelã poſiti ſunt Cuſtodes dicit Vul-
pell. *reſp. crim.* 80. *num.* 3. ibi: *Niſi tamen*
*muri cuſtodirentur, prout in aufugiente, & ſe di-*
*mittente per funem ab Arce Senogaliæ ego (ple-*
*riſque etiam reclamantibus) obſeruaui, & in pra-*
*xim deduxi*: & quamuis Ludou. Rodolphin.
*d. concl.* 7. *num.* 4. dubitet de hoc dicto Vul-
pell. ex quo Vulpell. nec lege, & nec ratione
eius dictum comprobat, nihilominus for-
tis, & vrgens eſt ad comprobandum di-
ctum Vulpelli ratio adducta à Ripa vbi pro-
ximè nempè quia in tali loco cuſtodito
præcipua totius Regionis tutelæ ſpes repo-
ſita eſſe ſolet.

Sexta eſt interpratatio generalis, vt diſpo-
ſitio non procedat, quando iuſta, & legiti-
ma cauſa ad muros tranſcendendum ſua-
deat, vt tradit Farin. *d. quaſt.* 20. *numer.* 149.
41 nam eſſet iniquum punire hominem, qui
ad effectum fugiendi ab inimicis eum occi-
dere volentibus muros Ciuitatis tranſcen-
dit, vt dixi ſupra: & neque procedit vbi ex-
42 tat conſuetudo egrediendi, & ingrediendi
per muros, & alia loca, quam per Portam,
vt fieri in loco Occiminiani dicit Cephal.
*conſ.* 204. *num.* 47. & 49. *vol.* 2. & fieri Cre-
monæ dicit Ludou. Rodolphin. *d. concl.* 7.
*num.* 8. & ſic quando corrunt muri in aliqua
parte Ciuitatis, & homines incipiunt indè
egredi, & ingredi, non auderem ob huiuſ-
modi vſum procedere contra aliquem ad
pœnam, niſi edicto priùs hoc inhibeatur,
vt benè aduertit Cephal. *dicto conſ.* 204. *nu-*
*mero* 49.

Ca

## Cap. III. §. II. ad VI.

Qualunque ſforzerà, ò in qualſiuoglia modo romperà Porta, ò Cancello, Feneſtra, ò Muro d'alcuna Prigione per fuggire, ò far fuggire altri, ſe ſara carcerato, incorrerà in pena di confeſſato delitto, per lo quale fuſſe carcerato, e ſe il delinquente non fuſſe carcerato cadrà in pena duplicata à quella, che ſi ſaria douuta al carcerato, quando foſſe ſtato colpeuole del delitto, per lo quale foſſe ſtato carcerato, la qual pena in caſo di violenza con armi s'eſtenderà ſino alla morte incluſiuè.

§. 3. E chì ardirà di eſcarcerare alcuno carcerato con aſtutia, ò ingano, fraudando il Giudice, ò Noraro, ò Cuſtode, ſe il prigione fuſſe ſtato carcerato per cauſa criminale incorrerà nell'iſteſſa pena, con la quale ſarebbe ſtato punito il carcerato in caſo di confeſſato delitto, ò maggiore ſempre corporale, quando il delitto non fuſſe capitale.

§. 4. Mà ſe la carceratione ſarà per cauſa ciuile, in tutti i detti caſi il delinquente caderà in pena corporale ad arbitrio di S. S. Illuſtriſſima, e ſarà tenuto à danni, & intereſſi della Parte.

§. 5. Et in ciaſcuno delli ſudetti caſi, ſe bene non foſſe ſeguito l'effetto, nè anco ſi foſſe venuto all' atto, come ſopra, ſarà nondimeno punito il delinquente di pena etiandio corporale ad arbitrio di S. S. Illuſtriſſima.

§. 6. Auuertendo li Guardiani, e loro garzoni, che debbano tener buona cura delle chiaui de' Raſtelli, e Porte di dette Carceri; ritenendole preſſo di ſe, à fine, che per negligenza loro non ſegua alcuno de' ſudetti delitti, altrimente ſaranno puniti di pena corporale ad arbitrio di S. S. Illuſtriſſima.

*SVMMARIVM.*

1 *Carceres, & omne id, quod ab iniuria hominum defenſum, & munitum eſt Sancti nomine appellari merentur.*
2 *Carceres ædificantur pro bono publico. & n. 5.*
3 *Principis, & ſubditorum tutelæ ſpes, ſicut in Muris, & Portis Ciuitatis, ita & in Carceribus fundata dici poteſt.*
4 *Ex carceribus exurgit Theſaurus Principis, non quia indè veniunt pœnarum compendia, ſed quia prouenit pax, & tranquillitas. & num. 5.*
6 *Carcer ad cuſtodiam, & ad pœnam datur.*
7 *Carcer directus eſt ad terrorem malorum, & ſolamen bonorum.*
8 *Iuſtitia habet ad latus Pacem eius Germanam Sororem.*
9 *Auget regale faſtigium.*
10 *Princeps debet inuigilare, quòd rectè miniſtretur Iuſtitia, & quòd Miniſtri habeantur in honore.*
11 *Proreges nō habent Iuriſdictionem in Regentes.*
12 *Officiales Iuſtitiæ Miniſtri debent habere votum liberum.*
13 *Carceres à violatione debent eſſe immunes, tamquam inſtrumenta ad Iuſtitiæ incolumitatem ordinata.*
14 *Miſſeni, & Liuius appellabant Carcerem* Theſaurum.
15 *Vide rationem.*
16 *Facultates Prouincialium exhaurientes debent puniri tamquam exhaurientes Arcam Principis.*
17 *Carcerum violatores Theſaurum, & Perſonam Principis lædunt, & ideò grauiſſimè puniendi.*
18 *Carcerum violatores non ſemper capite plectuntur.*
19 *Carcerum violationis materia obſcurè à Doctoribus eſt tractata.*
20 *Carceres frangere cogitans non debet puniri.*
21 *Dummodò non deuenerit ad aliquem actum exteriorem.*
22 *Frangere conſpirantes, & tractantes, & ad actum aliquem exteriorem non deuenientes, non puniuntur, ſed arctiùs ſunt cuſtodiendi.*
23 *Frangere incipientes arbitraria pœna plectuntur.*
24 *Sanfelic. explicatur.*
25 *Aufugiens è carcere ſine fractura, ſed ex negligentia Cuſtodis punitur pœna arbitraria.*
26 *Carceratus non debet exire, etiamſi poſſit.*
27 *Cuſtos tenetur eadem pœna, qua tenebatur carceratus, qui ob eius negligentiam aufugit.*
28 *Aufugiens è carcere cum fractura de iure non habetur pro confeſſo.*
29 *Contrarium vigore Bannimentorum.*
*Et qua pœna punitur de Iure Commune. n. 31.*
30 *Inditia ad torturam ſufficiunt ad condemnandum in contumacia.*

*Carce-*

32 *Carceratus pro debito, ſi aufugit cum fractura Carcerum qua pœna puniri debet.*

33 *Quid ſi inſers etiam violentiam commentarienſi.*

34 *Carceratus iniuſtè impunè frangit carceres, & aufugit.*

35 *Contrarium.*

36 *Etiam ſi adeat Superiorem.*

37 *Vide rationem.*

38 *Concilia opiniones.*

39 *Condemnatus ad Carceres, ſi fractis Carceribus aufugit, non debet puniri iuxta Text.* in l. eos ff. de cuſtod. reorum, *ſed benè iuxta Text.* in l. capitalium §. ita ff. de pœnis.

40 *Condemnatus ad Carcerem habet maius motiuũ aufugiendi, & libertatem procurandi, quàm is, qui nondum condemnatus eſt.*

41 *Sanguinem ſuum redimere cuilibet licet.*

42 *Condemnati à Tribunali S. Officij ſi frangunt Carceres, puniuntur ab eodem Tribunali.*

43 *Contrarium.*

*Et hæc contraria opinio defenditur aduerſus opinionem Danzæ, Sanfelic. Tonduti, & Quaſanda, quorum rationes reijciuntur poſt num. 58. & expenditur ad hoc doctrina Bartoli, qui fuit adductus pro prima opinione d. num. 58.*

44 *Carceres frangere eſt ſpeciale delictum, ſpeciali pœna puuibile.*

46 *Pœnitentiati indiſtinctè conueniri poſſunt apud Iudicem Sæcularem, tàm quoad criminalia, quàm quoad ciuilia.*

46 *Ex delicto reportare commodum, & præmium abſurdum eſt.*

47 *Dauza* de pugna Doctorum tit. de Carcer. & Carcerat. *reprobatur.*

48 *Text. verba* in l. nullum C. de Teſtibus *ſunt ampla, & generalia.*

49 *Text. prædicti diſpoſitio procedit contra iuriſdictionem Iudicis, etiam non ſui, quouis modo offendentem ibidem.*

50 *Offenſio principalis attenditur, & non ea, quæ venit in conſequentiam,*

51 *Carcerum effractor non excluditur ab indulgentia, excludente offendentes Officialem, quia indulgentia quoad Principem concedentem debet ſtrictè, & in propria ſignificatu intelligi. & num. 52.*

53 *Text.* in d. l. nullum *non tribuit iuriſdictionem priuatiuè.*

54 *Carcerum laicalium fractor, ſi fuerit Clericus, non poteſt à Iudice laico puniri.*

*Quia Iudex laicus non ſolùm eſt incompetens. ſed eſt incapax iuriſdictionis in Eccleſiaſticos. num. 56.*

55 *Gloſ. opinio* in d. l. nullum *communiter reprobatur.*

57 *Carcerum effractio ſi ſit facta in odium S. Officij, tunc cauſa ſpectat priuatiuè ad Inquiſitorẽ.*

58 *Non ſolùm Carceres frangens, ſed & quoduis aliud delictum intus carceres committens punitur à Iudice Carcerum.*

*Auxilium duplex eſt, facti ſcilicet, & iuris, & datur exemplum vtriuſque ſub num. 58. verſ. non obſtant rationes.*

59 *Fugiens à Triremi quodammodo dicitur fugere è carcere.*

60 *Quomodo punitur, & num. ſeqq.*

66 *Remigotti ſi aufugiunt è domo, in qua retinentur à Capitaneo mitiùs debent puniri.*

*Vbi etiam in fine habetur quomodo quidam fuit punitus.*

67 *Remigotti aufugientes ad Eccleſiam, an gaudeant Immunitate vide plures diſtinctiones caſuum. & num. 68.*

69 *Aufugiens è loco pro relegatione aſsignato, quomodo punitur.*

70 *Diſtinguuntur quatuor caſus ibidem. & n. ſeqq.*

76 *Aufugiens è fortalitio quomodo puniri debet.*

77 *Aufugiens è loco pro carcere aſsignato quomodo puniri debet.*

78 *Quatuor caſus diſtinguit Giurba, & referuntur. & num. ſeqq.*

83 *Aufugiens è loco aſsignato pro carcere, grauatur inditio reſultante ex fuga.*

84 *Refutatur Viloſa.*

85 *Diſcedens è domo facit teneri fideiuſſorem ad pœnam conuentam, & ad extraordinariam, ſi ipſe fideiuſſor ſit in dolo.*

86 *Si verò ipſe careat dolo, & principalis diſceſſit, & aufugit, tenetur tantùm ad pœnam conuentam.*

87 *Si diſceſsit animo redeundi, & fuit reuerſus, fideiuſſor ad nihil tenetur.*

88 *Siuè diſceſſerit ex cauſa Amoris, ſeu alia cauſa.*

89 *Si diſceſsit animo fugiendi, ſed pœnitentia ductus fuit reuerſus: fideiuſſor tenetur iuxta veriorem ad medietatem pœnæ.*

90 *Et ad medietatem pœnæ tenetur etiam ſi principalis ſit extra locum repertus à birruarijs.*

91 *Aufugiens è loco pro carcere aſsignato, & ad Superiorem accedens liberat à pœna ſe, & fideiuſſorem.*

92 *Maximè ſi per ſæuitias Iudicis diſceſsit.*

93 *Iuſta cauſa fugiendi facit ceſſare contemptum Iudicis.*

94 *Turpe eſt hominem poſſidere, & pœnam exigere.*

95 *Fiſcus non poteſt exigere pœnam, quando ex contrauentione damnum non ſentit.*

96 *Prætoriæ ſtipulationes ſemper debentur, quando illis controuenitur.*

97 *Maximè ſi interuenit iuramentum.*

98 *Declara vt num. 99. & 100.*

101 *Recurrens ad Superiorem nulli facit iniuriam.*

102 *Nec dicitur controueniſſe.*

103 *Nec aufugiſſe.*

104 *Recurſu facto ad Superiorem ligantur manus Iudicis Inferioris.*

105 *Fideiuſſor liberatur ſaltem ope exceptionis, ſi à Iudice, & alio Miniſtro fiat innouatio, & poſt innouationem Reus aufugiat à domo pro carcere aſsignato.*

106 *Ampliatur concluſio hæc.*

107 *Fideiuſſor, qui promiſit, quòd Reus non diſcedat è certo loco liberatur ſi Curia Reum in alium locum conijciat.*

108 *Siuè locus ſit magis arctus, ſiuè ſit magis amplus.*

*Limita vt num. 110.*

*Obli-*

109 *Obligatio intelligitur durare, donec in eodem ſtatu res maneat.*

111 *Fideiuſſor de tuto carcere cenſetur promittere etiam de fideli cuſtodia cuſtodis.*

112 *Fideiuſſor liberatur, quando Iudex dat Reo licentiam diſcedendi.*

113 *Quomodocumque ſit data licentia.*

314 *Etiam cum clauſula* rata, & firma manente fideiuſſione.

115 *Imò liberatur à pœna in fideiuſſione contenta, etiam ipſe principalis.*

116 *Vnde datur cautela.*

117 *Cautela ſtipulandæ fideiuſſionis de tuto carcere.*

118 *Cautela in citatione de repræſentando.*

119 *Fideiuſſor liberatur, quando Iudex abſque citatione ad repræſentandum mittit birruarios ad capiendum Reum.*

*Nouatio non inducitur, niſi expreſsè dicatur. d.num. 119.*

120 *At ſufficere coniecturas probatur.*

121 *Fideiuſſor liberatur, ſi Reus pro eadem cauſa capiatur à birruarijs.*

122 *Etiamſi adſit clauſula,* toties, quoties.

123 *Imò liberatur, etiamſi pro alia cauſa ſit captus, dummodò fideiuſſor proteſtetur.*

124 *Fideiuſſor liberatur quando Iudex facit renouare fideiuſſionem pro eadem cauſa.*

125 *Sed hoc non tranſit abſque contradictione.*

126 *Liberatur etiam quando Iudex minatur de conijciendo Reum in arctiorem carcerem, nam ſi ex hoc timore aufugit, fuga dicitur procedere ex culpa Iudicis.*

127 *Fideiuſſor an liberetur, etiamſi obligatus ſit cum clauſula,* toties, quoties, *quando poſt repræſentationem. & poſt proteſtationem factam à fideiuſſore nolle amplius teneri, Iudex mandat relaxare Reum, renouata cautione, & de hac renouatione non apparet.*

128 *Fideiuſſor an liberetur, ſi proteſtetur Iudici ſe amplius nolle teneri remiſſiuè.*

129 *Fideiuſſor antequam admittatur ad faciendam dictam inſtantiam, & proteſtationem, debet Reum in carceribus præſentare.*

130 *Et liberatur, quando Reo repræſentato, ſeu in carcere exiſtente proteſtetur nolle teneri.*

131 *Fideiuſſor poteſt quandocunque Reum repræſentare, etiam Reo, & Iudice repugnantibus.*

132 *Fideiuſſor liberatur Reo carcerato pro alijs delictis, licèt in fideiuſſione ſit appoſita clauſula toties quoties.*

133 *Quo caſu ſufficit verbalis præſentatio facta per fideiuſſorem.*

135 *Carcer quid ſit.*

136 *Dicitur à coercendo, ſeu à Cœlo, & carendo.*

137 *Deſtinatur ad detinendum, caſtigandum, & ad ſupplicium.*

138 *Ad pœnam improbatur à iure ciuili, ſed admittitur de iure Canonico, & ſeq.*

140 *Iudex Eccleſiaſticus non imponit pœnam ſanguinis.*

141 *Carcer ad ſupplicium erat in vſu antiquis temporibus.*

*Sed hodie huiuſmodi vſus receſſit ab Aula, niſi quod multoties Nobiles in carceribus ſtrangulantur, vel capite truncantur. dicto numero 141.*

142 *Plura circa hanc materiam carcerum vide remiſſiuè.*

143 *Carcer ſecretus differt à Carcere publico, & carcer publicus differt à carcere priuato.*

144 *Carcer priuatus temeritate priuatorum inſtitutus improbatus eſt.*

145 *Carcer publicus dicitur qui expenſis Reipublicæ ædificatur, conſeruatur, & cuſtoditur.*

146 *Imò quæuis domus ex decreto Iudicis pro carcere aſſignata dicitur carcer publicus.*

147 *Et fugiens fractis muris, vel oſtio punitur, ac ſi ex carceribus publicis aufugiſſet.*

151 *Contrarium.*

148 *Statutum volens quod debitor in vinculis audiatur aduerſus inſtrumentum, habet adimplementum ſi det cautionem de habendo domum pro carcere, & num. 170.*

149 *Debitori habenti domum pro carcere debent à creditore ſubminiſtrari alimenta, & numero 169.*

152 *Locus pro carcere aſſignatus largo modo dicitur carcer, ſed verè non eſt carcer.*

154 *Carceris appellatione in materia odioſa, & ſtricta non venit detentio in palatio, domo, vel Ciuitate.*

155 *Secus ſi agatur de interpretatione legis, vel de re fauorabili.*

156 *Citatus ad alibi comparendum excuſatur, ſi habet præceptum vel dederit fideiuſſionem de non diſcedendo.*

157 *Captus ad inſtantiam alterius Iudicis debet conſignari primo Iudici, qui eum ſub fideiuſſione detinebat.*

158 *Intellige ſi captus fuerit pro eodem delicto.*

159 *Limita in Iudice Eccleſiaſtico, qui non poteſt Reum conſignare Iudici Sæculari ob timorem irregularitatis.*

160 *Contrarium. & num. 161.*

161 *Reſpondetur ad adducta pro prima opinione, & ſeq.*

165 *Dicta prima opinio habet locum quando ſæcularis procedit ad capturam contra detentum per Iudicem Eccleſiaſticum in domo, vel Ciuitate cum cautione de habendo illam pro carcere.*

166 *Arreſtum à Iudice laico contra detentum in carceribus Eccleſiaſticis non poteſt practicari.*

167 *Præſertim in carceribus conſtitutis intra Palatium Epiſcopi, etiam ratione immunitatis, licet Palatium ab Eccleſia ſit ſeparatum, & ita refertur deciſum per Sacram Conſultam.*

167 *Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. Caſſarellus laudatur. in fin.*

168 *Ductus à birruarijs ad carceres exiſtentes intra Palatium Epiſcopale, & ſic intra locum immunem non poteſt allegare immunitatem.*

171 *Nobili ſi aſſignetur palatium, vel Ciuitas pro carcere, & eidem detur cuſtodia dicitur ſatisfactum ſtatuto diſponenti quod accuſatus detineatur in carceribus & num. 172.*

Con-

173 Contractus factus à detento dami cum præcepto de non exeundo non valet, ſi non fuerint ſeruata ſolemnitates requiſita in contractibus carceratorum.

174 Statutum quando agitur de fauendo Rea, debet latè interpratari.

175 Secus quandò agitur de puniendo Reum.

176 Bannimenta loquentia ſimpliciter de carcere comprabendunt omnes, qui quoquo modo à Iudice, vel ſub clauibus, vel ſub præcepto, vel cautione detinentur.

177 Prout ſi loquantur de detentis in vinculis.

179 Secus ſi Bannimenta loquantur expreſsè de carcere publico.

178 Verbum Carcer, vincula, Cuſtodia comprabendunt omnem detentionem. dicto numero 178.

180 Magon. Dec. Lucenſ. 90. num. 6. per Authorem non approbatur.

181 Carceris reparatio, & conſtructio ad quem ſpectet, & ſeqq. & 190.

188 In Ciuitate Bononia carceris reparatio fit expenſis Cam. Apoſtolica.

189 Idem eſt de compedibus ferreis, & alijs inſtrumentis neceſſarijs.

191 Idem eſt de catenis, cippis, & vinculis ferreis vide plura remiſſiuè.

192 Modus procedendi contro Reum, qui è carceribus aufugit traditur latè, & ſeqq.

194 Reus perquirendus eſt per Praconem in loco, in quo detinebatur adhoc, vt appareat de fugo.

196 Eccleſiaſtici aufugientes de carcere non comprabenduntur in dd. Bannimentis, & quoad eos ſeruandum eſt Ius commune.

197 Frangentes carceres Baronum de Comitatu Bononia non comprabenduntur in dd. Bannimentis.

198 Bannimenta ſunt ſtricti Iuris, & tantum diſponunt quantum loquuntur.

199 Bannimenta quondo ſunt contro Ius commune ſunt accipiendo, vt litera iacet, & non poſſunt extendi vltrà caſum expreſſum.

200 Princeps magis laditur ex delicto commiſſo in loco vbi reſidet, quam alibi.

201 Statuta Ciuitatis Dominantis ſeruantur in defectum Statuti loci.

202 Fallit quando Statutum Ciuitatis dominantis ob aliquam ſpecialem rationem reſtringitur ad eam.

203 Vbi non militat eadem ratio, nec militat diſpoſitio.

Diſpoſitio regulatur, & reſtringitur ſecundum rationem ſcriptam, d. num. 203.

204 Crimen læſæ Maieſtatis non incurritur ex eximitione detenti per Iudices inferiores.

205 Carceratus in carceribus Ciuitatis Bononiæ ad inſtantiam Baronis, ſi aufugerit habetur pro confeſſo.

206 Aufugiens fracto carcere, ſi habuerit iuſtam cauſam aufugiendi non habetur pro confeſſo.

207 Tortus iniaſtè fugiens à carceribus non habetur pro confeſſo.

208 Fugiens è carceribus ſine fractura non habetur pro confeſſo, & mitius punitur.

209 Eximens carceratum è carceribus cum fractura punitur eadem pœna, qua puniendus erat principalis pro delicto, pro quo detinebatur.

Vigore Bannimentorum tenetur pęna duplicata ibidem.

210 Intellige, & explica, vt hìc.

211 Verba, quando fuſſe ſtato colpeuole del delitto, quomodo intelligenda.

212 Eximens carceratum non admittitur ad probandum eximitam non eſſe debitorem.

213 Eximens carceratum pro leui delicto cum fractura non poteſt puniri niſi pœna duplicata.

214 Contrarium tamen fuit ſeruatum per Senatum Mediolani.

215 Pœna à lege grauata non poteſt quidquam addi, niſi qualitate, vel circumſtantia interueniente.

216 Verba in caſo di violenza con armi, vltra fracturam requirunt violentiam factam Cuſtodibus carcerum, ſeù alijs ad abuiandum fractura accurrentibus, & num. 217.

217 Armatus dicitur inferre violentiam etiam armis non extractis.

218 Conatus de generali conſuetudine non punitur.

219 Quod procedit etiam in fractura carcerum.

220 Verba fugire, e far fuggire important actum perfectum.

Bannimenta non habent locum, niſi delictum ſit perfectum d. num. 220.

221 Verbum voluerit quomodò intelligendum.

222 Birruarius, vel alius Officialis carceratum eximens magis punitur:

223 Aſtutia, & fraus ſunt Sinonyma.

Fraus propriè eſt contra Fidem d. num. 223.

224 Mulieres ſunt magis apta ad aſtutiam adhibendam.

225 Mulieres, quæ cum aſtutia viros è carceribus exemerunt referuntur.

226 Factum egregium Senatus Bononienſis.

227 Florianus de S. Petra laudatur.

228 Aſtutia eximens carceratum punitur de iure pœna extraordinaria.

230 Vxoris amor, & obedientia erga maritum debet eam excuſare.

Imò debet præmiari, d. num. 230.

231 Vel ſaltem ex gratia liberari.

232 Fallit in extraneo, qui licèt aſtutia & fraude exemerit, punitur extraordinariè.

233 Eximens ſe ipſum è carceribus aſtutia debet puniri.

234 Contrarium.

235 Eximens dolo carceratum puta falſo mandato ſeuerè punitur.

236 Eximitio facto cum fractura carcerum, ſeù per aſtutiam, aut fraudem differunt, quia primo caſu Bannimenta imponunt pęnam duplicatam, quamuis detentus fuiſſet innocens in ſecundo caſu imponunt pœnam in quam eximitus fuiſſet condemnandus.

237 Ratio affertur, & num. 238.

239 Carceres violans offendit ipſum Principem.

240 Eximens è carceribus detentum pro cauſa Ciuili punitur vt plurimum pęna pecuniaria, aut exilij, aut corporis afflictiua etiam triremium, & num. 242.

Repre-

241 *Reprobatis contrarium tenentibus.*

243 *Carceres maioris Tribunalis frangens magis punitur, quam frangens Tribunalis inferioris.*

244 *Etiamſi eſſet pro debito detentus.*

245 *Caporales conſpirationis fractionis magis puniuntur.*

246 *Carceratus pro debito carceres frangens non punitur alys pęnis, quam ſupradictis etiamſi occaſione d. fracturæ aufugerint etiam detenti pro crimine, & num. 247.*

248 *Contrarium tamen ſi detentus pro debito eſſet ex Caporalibus, & auctoribus fractura.*

249 *Dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo, quod ſequitur quando veriſimiliter cogitauit, aut cogitare potuit, vel cogitare debebat de eo, quod indè facile ſucceſſurum erat.*

250 *Cogitatio ſimplex de frangendo carceres, & aufugiendo non punitur.*

*Suſpecti nihilominus arctiùs ſunt cuſtodiendi, dicto num. 250.*

251 *Cuſtodes carcerum appellantur* Commentarienſes *in Iure.*

252 *Carcerum Inuentor fuit Tarquinius Rex.*

253 *Contrarium.*

252 *Carcerum Inſtitutor pro Clericis fuit Papa Eugenius Secundus dicto num. 152.*

254 *Cuſtodes carcerum, ſeu Commentarienſes tenentur etiam de negligentia.*

255 *Negligentia in commentarienſe habetur pro dolo.*

256 *Contra Commentarienſem ſemper præſumitur quod neglexerit.*

257 *Præſumptione prædicta ſtante nempe quod neglexerit, Commentarienſis punitur arbitrio Iudicis quamuis adhibuerit diligentiam, quam aly adhibent.*

258 *Dummodò non probet caſu carceratum aufugiſſe.*

259 *Commentarienſis ſi fuerit in vero dolo punitur eadem pęna qua fugiens puniri debebat.*

260 *Sed an dicta pęna debeat eſſe illa impoſita aufugienti in contumaciam, vel illa, qua Reus punitus fuiſſet, ſi è carceribus non aufugiſset.*

261 *Commentarienſis qui dolo fecit fugere carceratum detentum pro aſſaſſinio, ſeu proditorio non excluditur à Beneficio gratiæ, prout aſſaſſinus, ſeu proditor.*

262 *Commentarienſis, ſeu* Cuſtos *carcerum, quas diligentias facere teneatur. & n. 263. & ſeqq.*

266 *Acetum cum vrina mixtum ſuper pauimento iniectum facit marceſcere cæmentum.*

267 Carta *ſi fuerit cum vrina, vel ſucco limonis, aut aluminis ſcripta licèt appareat alba, nihilominus appoſita propè ignem apparent literæ.*

268 *Commentarienſis non debet eſſe domeſticus, & familiaris cum carceratis.*

269 *Rixantes in carceribus puniuntur tribus ictibus funis.*

*Laudatur* Pragmatica Regni, *per quam pro inſultibus etiam rixoſis, & accidentalibus intus carceres imponitur pęna triremium contra plæbeos, & relegationis contra nobiles dicto numer. 269. in fine.*

270 *Commentarienſis tenetur adhibere diligentias tam circa homines viles, quam nobiles & num. 271.*

*Niſi nobilis eſſet detentus pro leui debito, vel leui cauſa criminali, aut eſset in caſu abſolutionis d. num. 271.*

272 *Commentarienſis non liberatur a cuſtodia, licèt Iudex alium ponat ad cuſtodiam carcerati.*

273 *Commentarienſis an poſsit retinere carceratum pro mercede ſibi debita.*

284 *In Vrbe de conſuetudine non poteſt detinere niſi pro alimentis præſtitis in ſecretis carceribus.*

275 *Commentarienſis an aliquid poſsit exigere à teſtibus pro alimentis ſeu portello.*

276 *Commentarienſis non poteſt aliquem excarcerare ſine licentia in ſcriptis, ab Officiali, qui illum incarcerare fecit.*

*Vbi etiam habetur, qua pęna fuerit Commentarienſis punitus.*

## Sforzerà, ò romperà.

AEquiparantur in noſtris Bannimentis
caſus violationis carcerum: violatio-
nis murorum: & violationis portarum Ci-
uitatis, vt dixi *in §. antecedenti;* tum quià ſi-
cut muri, & portæ Ciuitatis, ità & carceres,
& omne id quod ab iniuria hominum de-
1 fenſum, & munitum eſſe debet, *Sancti* no-
mine appellari, & denominari merentur
iuxtà Text. *in l. ſanctum ff. de rer. diuiſ.* Cu-
man. *conſ. 106. num. 3.* & Laur. Matthæu *de*
*re crim. contron. 17. num. 11.* (licèt Viloſa *de*
*fugitiuis cap. 18. §. 2. nu. 29.* contendat alios
carceres quam Romanæ Vrbis nec Sanctos,
nec Sacros dici poſſe) tùm quia ſicut muri,
2 & portæ Ciuitatis, ità & carceres pro bono
publico conſtruuntur, vt inquiunt Tholoſ.
*Sintagm. Iuris vniuerſ. lib. 36. cap. 25. num. 34.*
Peguer. *deciſ. crim. prima num. 4. circa finem*,
3 & Raphael Viloſa *de fugitiuis d. cap. 18. §. 2.*
*num. 15. & ſeq.* tum, quia ſicut in muris, &
portis Ciuitatis, ità & in carceribus poteſt
dici fundata præcipua Principis, & ſubdito-
rum tutelæ ſpes, imò & eo fortius talis ſpes
poſita dicitur eſſe in carceribus, quia inde
4 exurgit verus theſaurus Principum, non
quia inde veniunt pœnæ, mulctæ, pœna-
rum compendia, tranſactiones, compoſi-
tioneſque vt voluit Camill. Borellus *de*
*præſtantia Regis Cathol, cap. 27. num. 2.* relatus
5 à Villoſa *loco cit. num. 49.* Sed bene quia
indè quies, pax, tranquillitas, & denique
omne bonum prouenit, vt dicit Villoſa
*ibidem num. 50.* etenim carcer ſiue ſit ad cu-
6 ſtodiam, ſiuè ad pœnam iuxtà diſtinctio-
nem quam faciunt Villoſa *d. cap. 18. §. pri-*
*mo num. 36.* & Afflict. *conſtit. Regni lib. primo*
*rub. 63. num. 15.* & Parexa *de editione inſtrum.*
*par. 2. tit. 8. reſol. 2. num. 9.* qui plura alle-
7 gat iura, ſemper directus eſt ad terrorem
malorum, & ſolamen bonorum, vt ſcili-
cèt mali emendentur *cap. prodeſt. 23. quæſt. 5.*

gloſ. in cap. ad reprimendum de offic. ordin. & boni inter malos quiete viuant cap. non fruſtrà 23. quæſt. 5. & Afflict. in conſtitut. Regni poſt Mundi machinam num. 23. Et ſic carcer ſemper directus eſt ad iuſtitiam, quæ non ſolum
8 habet ad latus pacem eius germanam ſororem, vt ex Gloſ. Io: Andrea, & aliis aduertit Afflict. d. cap. poſt Mundi machinam nu. 38. Sed benè adminiſtrata ſubditis auget regale
9 faſtigium, ideſt magnitudinem, & altitudinem Principis, vt eſt Text. in l. prima in princ. Cod. de nouo Codice componendo, & ex Dominic. in cap. vlt. col. 11. de re iudic. in 6. oſtendit Afflict. loc. citat. lib. 1. rub. 71. n. 7.

Propterea ſicut Princeps pro conſeruatione, & augumentatione ſuæ Ditionis de-
10 bet inuigilare, quod rectè miniſtretur Iuſtitia, & quod Miniſtri habeantur in honore etiam ab iis, quibus ſubordinati exiſtunt, vt dicunt Tapia Suprem. Ital. deciſ. 3. per tot. & Sanfelic. deciſ. 62. per tot. qui vlterius
11 volunt Proregem nullam habere iuriſdictionem in Regentes, quos nec proceſſare, & nec carcerare poſſunt, aut debent ad hoc, vt iſti ſint timore vacui, & liberi in votis
12 proferendis in deciſione cauſarum, & ab aliis magis reuereantur, vt ex Luca de Penna, & Io. Franc. de Ponte & aliis dicunt Tapia & Sanfelic. loc. citat. Ità pari
13 ratione curate debent, vt carceres, & ſacroſancti habeantur, & immunes ab omni violentia, & violatione, & iniuria exiſtant tanquam inſtrumenta ad iuſtitiæ incolumitatem ordinata. Vlterius poteſt carcer appellari Theſaurus Principis, prout carcerem
14 eorum Theſaurum appellabant Miſſeni vt refert Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 3. cap. 5. & carcerem etiam Theſaurum appellabat Liuius decad. 4. lib. 9. vt refert Viloſa d. §. primo num. 48. & ſeq. quia ſcilicèt Princeps de-
15 bet eandem curam habere de carcere, quam habet de Aerario, & ſicut exhaurientes Pro-
16 uincialium facultates, tanquam exhaurientes arcam Principis, grauiſſimè debent puniri ex eo quia Principem offendere dicuntur Luc. de Penna in l. originarios in fine C. de agricolis & cenſitis lib. 11. & Sanfel. diſcept. vnica de donatiuo impreſſa poſt primum librum deciſionum eiuſdem num. 21. ita grauiſſimè debent puniri illi, qui violare carceres
17 audent, nam & Theſaurum, & perſonam Principis lædunt, vt inquit Tholoſan. dicto cap. 25. num. 34. & ex Cuman. conſ. 106. numer. 3. & Boſſ. tit. de effract. carc. num. primo innuit Villoſa d. §. 2. num. 20. Et non ſolum carcerum violatio violationi murorum, & portarum Ciuitatis, & violationi theſauri, & ærarii publici, & violationi Eccleſiæ æquiparatur, vt ait Muta ad pragmat. Siciliæ tit. 45. de pœna inſultantium carceratos num. 8. valet enim quodammodo, vt ipſe ait, argumentum de Eccleſia ad carceres, ex quo vterque ſit Sacer, & magnæ reuerentiæ, & dicit hoc replicaſſe deciſ. 36. num. 16. & 21. & deciſ. 39. num. 12. & propterea ait Muta d. tit. 45. num. 7. quod ſicut Eccleſia conſecrata pollui non debet, & nec violari, imò polluta ſanguine reconcilianda eſt per Epiſcopum, ſecundū adducta per Cardin. in clem. prima §. 1. q. 4. de exceſſ. Prælat. & ſuſtert pœnam autor pollutionis quoties eſſet ſoluendo Bertach. in repertorio verbo Eccleſia concl. 24. tom. 3. Bellamera conſ. 20. num. 19. Ita nec ſanguine madere poteſt carcer ipſe, nec pollui, vide eum de hoc latè loquentem.

Verùm quia non eſt æquum, quod de-
18 ueniatur ſemper, & indiſtinctè ad pœnam capitalem contra carcerum violatores, vt videre eſt penès Farin. quæſt. 30. per tot. & Villoſa loc. cit. §. 2. per tot. & iſti conque-
19 runtur quod materia ſit obſcurè tractata à Doctoribus vt dicunt Farinac. quæſt. 30. numer. 33. & Villoſa loc. cit. num. primo afferam concluſiones aliquas in praxi receptas, & conabor materiam pro viribus meis dilucidare per caſuum diſtinctionem.

20 Primus caſus eſt in cogitante carceres frangere, & aufugere, & hæc ſola cogitatio non eſt punibilis, nec in crimine læſæ Maieſtatis Gloſ. in l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt. Clar. quæſt. 91. Menoch. caſ. 360. nu. 2. & 26. & Caualcan. de brach. Reg. par. 4. nu-
21 mer. 195. & 196. dummodò tamen non fuerit deuentum ad aliquem actum exteriorem, vt præfati Doctores aduertunt.

22 Secundus caſus eſt in multis carceraris inter ſe conſpirantibus ad frangendos carceres, quos non fregerunt, nec frangere cæperunt, ſed ſolum deuenerunt ad tractatum, & iſto pariter ſecundò caſu tractatus, & conſpiratio eſt impunibilis, quia intrà ſoliùs cogitationis confines videtur conſiſtere ad tradita per Bald. in l. non ideò minus num. 13. C. qui accuſ. non poſſ. Menoch. caſ. 360. numer. 10. & Giurba conſ. 64. num. 7. qui dicit quod nulla pœna tenentur, qui domi ſuæ tractant de occidendo Seium, nec vltra progrediuntur, & reddit rationem, quia iſti nemini inferunt iniuriam; puto tamen quod iſti ſic conſpirantes ſint in arctiores, & tutiores carceres detrudendi per Text. in l. eorum ff. de cuſtod. reor. vbi Alber. verbo cuſtodiendum Boer. dec. 215. num. 22. Boſſ. tit. de carcer. num. 5. & aliquando etiam eorum audacia reprimitur cum vinculis, compedibus, & manicis ferreis Farinac. quæſt. 30. num. 84.

23 Tertius caſus eſt in incipientibus carceres frangere, qui non perfecerunt delictum aufugiendo; forſan quia fuerunt præuenti, vel quia ſe pœnituerunt propter rei difficultatem, aut timore pœnæ, aut aliqua de cauſa noluerunt, vel non potuerunt aufugere, & tunc omiſſis, quæ à Doctoribus in medium afferuntur, cum ad ſaturitatem vſque habeantur apud Farinac. d. quæſt. 30. nu. 25. & ſeqq. veritas eſt, quod arbitrio Iudicantis

tis

tis puniri debent non pœna capitis, vel ad
ad menſuram criminis, pro quo detinentur,
ſed pro qualitate tantum conſpirationis, &
fracturæ, iuxta tradita per Ludouicum Pe-
guer. *decis. crim.* 1. *num.* 5. Vermigliol. *conſ.*
*crim.* 396. *num.* 16. Raphael Villoſa *de fugi-*
*tiu. cap.* 18. §. 2. *num.* 52. *& ſeqq.* Cuman.
*d. conſ.* 106. *num.* 2. & Farinac. *d. num.* 25.
qui ait ſæpè vidiſſe hos effractores, dum-
modò ſint viles, publicè torqueri, & ali-
quando pro delicto, pro quo detinebantur
tortos actius, quàm inditia requirebant, im-
punitos euaſiſſe, quamuis dicat Sanfel. *de-*
*ciſ.* 47. *num.* 3. fuiſſe laqueo ſuſpenſos quoſ-
24 dam, qui cum conſpiratione tentarunt
frangere carceres, & aufugere, licèt non
aufugiſſent, qui poteſt intelligi, pro vt eum
explicat Villoſa *de fugitiuis cap.* 18. §. 4. *n.* 27.
vt loquatur de pœna mortis impoſita ratio-
ne delicti, propter quod incarcerati erant,
vel poteſt dici ità fuiſſe penès Sanfel. deter-
minatum ex ſpeciali lege, vt inquit Io: Ba-
ptiſta Thoro *in addit.* ad Ioan. Grandem
*de bello exulum prædicam. pati quæſt. prima nu-*
*mer.* 3. *circa finem verſ. verum aliquando patet.*
25 Quartus caſus eſt in fugiente à Carceri-
bus abſque tamen fractura, ſed propter ne-
gligentiam Cuſtodis, & tunc aufugiens pro
motu Iudicis punitur, *l.* 1. *ff. de effract. & ex-*
*pilat.* Peguer. *d. deciſ.* 1. *num.* 4. Farin. *d. quæſt.*
30. *num.* 159. *& ſeqq.* plures cumulat Garon.
*ad nouas Conſtit. Mediol. lib.* 4. *tit.* 6. *de pœnis*
*art.* 113. *num.* 2. vbi ait ex Boer. *deciſ.* 215. *nu-*
26 *mer.* 13. quod ideò punitur, quia non debet
exire, etiam ſi poſſit, quod vult etiam Glo-
ſa *in l. ſuccurritur verbo putat ff. ex quib. cauſ.*
*maior.* & Cuman. *d. conſ.* 106. Cuſtos tamen
27 tenetur eadem pœna, qua tenebantur car-
cerati, qui aufugerunt, vt pluribus docet
Farinac. *quæſt.* 31. *num.* 4. & Sanfelic. *deciſ.*
46. *num.* 14. ſed vide quæ de commentarien-
ſibus latiùs dicam infra.

Quintus caſus eſt in frangente carceres,
28 & è fractura fugiente, & iſto pariter quinto
caſu de Iure Communi arbitrio Iudicis pu-
nitur, vt ait Farin. *d. quæſt.* 30. *num.* 24. *&*
34. quem refert, & ſequitur Raphael Villo-
ſa *de fugitiuis cap.* 18. §. 2. *num.* 30. Sed me-
liùs eſt, vt Iudex condemnet iſtum ex fuga
è carceribus contumacem, & abſentem in
pœnam criminis, pro quo detinebatur, non
quia frangens carceres habeatur pro con-
feſſo, nam hæc opinio non eſt vera de Iure
29 (contrarium tamen ſtatuitur in noſtris Bā-
nimentis §. 2. *verſ. Se ſarà carcerato*, prout
cautum etiam reperitur in Regno Valentiæ
teſte Mattheù *de Regim. Regni Valent. cap.* 8.
§. 9. *num.* 65. qui ait vigore Conſtitutionis
foralis ſeruari in dicto Regno opinionem
eorum, qui tenent ex fractione carceris
confeſſionem ſequi) nam vt dixi de Iure
Communi hæc opinio non eſt vera, vt plu-
ribus demonſtrat Farin. *d. quæſt.* 30. *num.* 43.
& ſequitur Villoſa *de fugit. cap.* 18. §. 2. *n.* 39.
qui *num.* 41. oſtendit Tex. *in l. eos ff de cuſtod.*
*& exhibit. reor.* in quo fundant ſe ij, qui con-
trarium aſſerunt, non probare id, ad quod
adducitur, quia ibi ſolùm diſponitur am-
plius eſſe cuſtodiendos, vt ſcilicet iterum
non euadant, & inſuper puniendos, licèt
innocentes reperiantur de eo crimine, pro-
pter quod in carcerem compacti ſunt, non
pœna confeſſati criminis, ſed pœna effracti
carceris, vel de fuga, quæ Iudicis arbitrio
relinquitur: ſed illum in contumacia con-
demnet in pœnam dicti criminis, pro quo
detinebatur, quia ex tali fractura, & fuga
reſultàt inditium ſatis notabile contra ipſū
fugientem ſuper ipſo delicto, hoc enim in-
dicium concurrentibus alijs, quæ fuerunt
ſufficientia ad ipſum capturandum, poterit
ſufficere ad tranſmittendam inquiſitionem,
quia inditium, quod ſufficit ad torturam,
quale exiſtimatur quoties cum vno inditio
remoto concurrunt adminicula, vt eſt no-
30 tum, & probat Farinac. *quæſtione* 37. *nu-*
*mero* 45. ſufficit etiàm ad tranſmittendam in-
quiſitionem, & Reum in contumaciam
condemnandum, vt ait Farin. *d. quæſt.* 30.
*num.* 43. *& quæſt.* 11. *num.* 16. Quod eſt verum,
quando delictum, pro quo aufugiens deti-
nebatur, eſt capitale, aliàs pœna eſſet aggra-
31 uanda propter fracturam, & fugam, & ideò
ſi delictum, pro quo detinebatur, ſit leue, &
mereatur pœnam pecuniariam, vel corpo-
ralem, ſed non atrocem, poterit Iudex con-
demnare in pęnam grauiorem, citra tamen
mortem, ad effectum vt delinquens non
euadat, reſpectu ad fugam, & carceris fra-
cturam, penitus impunitus, vt benè aduer-
tit Farin. *loc. cit.* à cuius opinione non eſt de
facili recedendum in criminalibus; & hinc
32 eſt, quòd ſi detentus pro delicto ciuili car-
ceres fregit, & aufugit, propter fugam, &
fracturam debet arbitrio Iudicis puniri, mi-
tiùs tamen, quàm ſi detentus fuiſſet pro cri-
minali cauſa, vt ait Caball. *crimin. reſol.* 8.
*num.* 6. Capiclatr. *deciſ.* 76. *num.* 16. *lib.* 1. &
Io: Bapt. Thor. *vot.* 41. *per tot. par.* 1. qui o-
mnes, quidquid ſit de rigore Iuris Commu-
nis, affirmant, quòd numquam de facto vi-
derunt imponi aliam pœnàm detentis pro
debito, qui cum fractura aufugerunt è car-
cere, quàm exilij temporalis, pecuniariam,
aut ictuum funis. Et prædicta ſunt veriſ-
33 ſima, dummodò non fuerit illata violen-
tia Cuſtodi carcerum, nam ſi fuerit illata
Cuſtodibus violentia, aufugiens ſuſtineret
grauiorem pœnam ea, quam pateretur, ſi
aufugiſſet ſine violentia, vt ait Farin. *dicta*
*quæſt.* 30. *num.* 203. qui ſubdit, quòd ſi au-
fugiens vſus fuerit violentia taliter, vt Cu-
ſtos remanſerit interfectus, tunc carceratus
illum interficiens debet vltimo ſupplicio
puniri Iodoch. *pract. crimin. cap.* 18. *rubr. de*
*effract. carcer.* & Bonifat. Vitalin. *de Maleſ.*
*rub. de carcer. priu. vel fract. &c. num.* 8. *verſ.*
*ſed ſi carceratus*, & Matthæù *de re crim. cont.*

17. *nu.*14. & putat Farin. *ibid.* eſſe dicendum
idem ſi fuerit Cuſtos vulneratus, etiamſi
mors non fuerit inde ſequuta, quia adhuc
Iudex poterit mortem arbitrari contra illũ,
qui vulnus impegit, vt fracto carcere aufu-
geret, quia arbitraria poteſt extendi vſque
ad mortem, Gomez. *var. reſ. tom.* 3. *tit. de
iniur. num.* 8. Clar. *quaſt.* 83. *verſ. ſed quæro,*
Ioſeph Ludou. *decif. Lucen.* 15. *num.* 17. *& ſeq.
par.* 1. & Rimin. *conſ.* 327. *num.* 15. *& conſ.*
245. *num.* 7. *lib.* 3. ſed diuerſimodè practica-
tum refert Cortiada *deciſ.* 82. *num.* 20. dicit
enim fuiſſe condemnatum ad mortem
Bartholomæum Pamies, & Petrum Ioan-
nem Baſſons, ac Iacobum Beſora minores
ad fuſtigationem publicam, ac ad triremes
perpetuas, ex quo fractis aliquibus ianuis
carcerum, in quibus detinebantur, cum
baculis ferreis inſultarunt Cuſtodes, & per-
cuſſionibus malè tractarunt, & violenter
ab eis eripuerunt claues, & alios carceratos,
clamando libertatem, liberari tentarunt: &
alia vice eueniente caſu fuiſſe Franciſcum
Balthaſſarem condemnatum ad triremes
per decennium ex eo, quia ictibus pugionis
læthaliter vulnerauit Cuſtodes carcerum
ad effectum fugiendi ab eis, & ſubdit Farin.
*ibidem nu.* 204. quòd ſi violentia Cuſtodibus
facta ſanguinem non cauſauit, pœna mortis
numquam eſt imponenda, licèt benè fracti
carceris pœna ſit aggrauanda, propter ag-
grauantem qualitatem violentiæ.

34 Sextus caſus eſt in eo, qui cum eſſet iniu-
ſtè captus aufugit fractis carceribus; & in
iſto caſu aliqui tenent, quòd impunè aufu-
git Clar. *quaſt.* 21. *num.* 26. Bertazz. *conſ. cri-
min.* 35. *num.* 33. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 182. *num.* 6.
*volum.* 2. & alij per Caball. adducti *reſol. cri-*
35 *min. caſ.* 42. *num.* 1. Alij tamen contrarium
tuentur, & ſunt Boer. *deciſ.* 215. *num.* 30. &
Farin. *quaſt.* 30. *num.* 130. *& ſeqq.* & Caball.
36 *loc. cit. num.* 3. qui ait procedere etiamſi au-
fugiens adeat Superiorem, & ſequuntur eũ
Fachin. *controu. Iur. lib.* 9. *cap.* 72. & Raphael
Viloſa *de fugitiuis cap.* 18. §. 3. *num.* 39. *&* 40.
qui dicit ita fuiſſe iudicatum Mediolani, &
quidem non eſt permittendum, quòd car-
cerati impunè poſſint frangere carceres, ex
quo prætendunt capturam iniuſtam, & ad
Superiores accedant, quia frangere carceres
37 eſt res mali exempli, & redundat in con-
temptum Iudicum, & Iuſtitiæ, vt inquit
Caball. *loc. cit. n.* 2. *&* 4. & vlteriùs carceres
tamquam pertinentes ad Principẽ, & ſub e-
ius protectione exiſtentes, *vt ſup. oſtendi*, & tã-
quam res Sacra, & pro bono publico con-
ſtituti, & conſtructi, vt poſt multos, quos
citat, inquit Viloſa *loc. cit. num.* 16. *& ſeqq.*
nullatenus debent violari, vt ex Cuman.
Boſſ. Tholoſ. & Viloſa dixi ſupra: quando
enim aliud ſuppetit medium legale appella-
tionis, & recurſus non eſt recurrendum ad
remedium facti cum ſcandalo, & malo
exemplo, vt aduertit Caball. *loc. cit. num.* 2.
& ita quidem dicerẽ, ſed non audeo recede-
re à contraria opinione ob praxim Tribuna-
lium de qua teſtatur Farin. *in add. ad quaſt.* 30.
*num.* 142. qui ita apud nos inconcuſsè ſer-
uari, & ſeruaſſe affirmat, & ita etiam ſerua-
tum fuiſſe Neapoli teſtantur Anna *in addit.
nouiſſ. ad rub. de vaſſall. decrepit. ætat. num.* 58.
118. *& ſeqq.* & Thor. *compend. deciſ. verb. car-
ceris effractor, & verb. opem præſtans par.* 1. poſ-
38 ſunt tamen conciliari opiniones cum di-
ſtinctione, quam facit Guazzin. *reor. defenſ.*
5. *cap.* 4. *num.* 13. vt ſcilicet opinio Caballi
ſit tenenda, quando poſſet dubitari an ca-
ptura eſſet, vel non eſſet iuſta, tunc enim
aufugiens debet puniri, quia pro Iudice
præſumitur: Contraria autem opinio te-
nenda, quando notoriè conſtaret de iniu-
ſtitia capturæ, hanc diſtinctionem ſequitur
D. Petrus Mullerus *de fugitiuis tit. de fuga ar-
reſtatorum* §. 31. *fol. mihi* 95.

39 Septimus caſus eſt in eo, qui condemna-
tus ad carceres, in illis manens detentus
conſpirauit, & fregit. Et cum pœna ca-
pitalis, de qua *in lege eos ff. de cuſtodia Reo-
rum & in lege prima ff. de effract.* procedat
ſolùm quando Rei, qui retinentur in car-
cere ad cuſtodiam, antequam damnentur,
aufugiunt, debet talis conſpirans, & fran-
gens puniri iuxta Text. *in l. capitalium* §. *ita,
& in cuſtodijs ff. de pœnis* vt in terminis aduer-
terunt Menoch. de *arbitr. caſ.* 530. *num.* 19.
*& ſeqq.* Farin. *fragm. crim. verbo bannitus nu-
mer.* 96. *par.* 1. Conciol. *verbo exilium, reſol.
crim.* 1. *num.* 10. & Creſpi *obſeruat.* 79. *num.* 3.
qui ait, quòd conſpirantes aufugere poſt-
quam iudicati sũt extra ordinem puniri ſo-
lent, verberibus cædi, & ad triremes tranſ-
mitti, & numquam ad capitalem pœnam
damnari, & ſubdit, quòd id iuri congruit
ex Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 404. Thoro *com-
pend. deciſ. verbo frangere,* & Peguer. *deciſ.* 1.
Hinc ait Pegna ad Emeric. *direct. Inquiſ. p.* 3.
*comment.* 35. *verſ. & hac vera in fine,* quòd
hi duo caſus longè diuerſi ſunt, & quod nec
pari Iure cenſeri debent, & conuenit Ber-
tazzol. *d. conſ. crim.* 35. *num.* 15. *lib.* 1. & po-
neſt eſſe ratio differentiæ, quia vt proſequi-
tur Bertazzol. *ibidem*, iuſtiorem habet cau-
40 ſam fugiendi, qui condemnatus eſt, eo, qui
non eſt condemnatus, quia iſte poteſt ſe de-
fendere, & ſperare abſolutionem, & ideò
meretur aliquam excuſationem is, qui eſt
41 condemnatus, nam licet ei qualibet via
ſaguinem ſuum redimere, quod innuit etiã
Tholoſan. *ſyntagm. Iuris vniuerſ. lib.* 36. *cap.*
25. *nu.* 34. & ita conſultus pro veritate dum
eram Locumtenens Eminentiſſimi Vicarij
in Vrbe reſpondi in cauſa R. Emanuel Gar-
ziæ, & Reu. Hieronymi Salò, qui conſpira-
runt, & fregerunt vnum cancellum Erga-
ſtuli in Ciuitate Corneti, in quo pro pœna
detinebantur: in qua cauſa exortum fuit no-
tabile dubium. An ſcilicet Superior Er-
gaſtuli, qui erat Illuſtriſsimus, & Reue-
ren-

rendiſsimus D. meus D. Franciſcus Ginet-
tus, nunc exigentibus meritis ad Cardina-
latus apicem, & Archiepiſcopatus Firmi e-
uectus, eſſet Iudex comperens contra iſtos
Monacos, qui fuerunt tranſmiſſi ad Erga-
42 ſtulum à Sacroſancto Tribunali Sanctiſſi-
mæ Inquiſitionis, & videbatur dicendum,
quòd non, quia durante tempore pœniten-
tiæ ſunt ſubiecti d. Tribunali, dictumq; Tri-
bunal procedit contra violantes pœniten-
tias, & à carceribus fugientes, vt in puncto
reſponderunt Guido Fulcodius *in quæſt. 13.
impreſſ.* per Carenam *poſt tract. de S. Officio fol.
mihi 343.* Emeric. *direct. Inquiſ. queſt. 97.* &
Pegna *ib. cõment. 146. verſ. & quantũ ad primũ.*
43 Sed dixi contrarium eſſe veriùs, quia ex
fractura Ergaſtuli offenſus eſt Superior dicti
loci, cum iuriſdictio ob carcerum violatio-
nem lædatur, vt ex Vinc. de Franch. *deciſ.
679.* & Farin. *quæſt. 30. num. 1. & ſeqq.* dicit
Capibl. *de Baron. pragm. 8. par. 1. numer. 225.*
qui propterea refert, quòd dum multi Au-
dientiæ Calabriæ carceres frangere coniu-
raſſent, inter quos erat quidam Marchionis
Vallis Vaſſallus de homicidio inquiſitus, de
quo remiſſionis pendebat articulus, fuit di-
ctum, quòd præfatus Vaſſallus Marchionis
Vallis erat remittendus quoad cauſam, pro-
pter quam detentus erat, nempè quoad ho-
micidium, non verò quoad cauſam con-
ſpirationis fracturæ carcerum, & quod ideò
terminata cauſa homicidij in Curia Barona-
li, quatenus Superiori pœnæ locus remane-
ret, deberet reſtitui carceribus Regiæ Au-
dientiæ iuxta praxim, quam docent Cara-
uit. *ritu 269. num. 14.* & Foller. *pract. crimin.
verbo carcerentur in fine*, & hanc reſolutio-
nem Capiblanchi referunt Carolus Anto-
nius de Luca *in obſeru.* ad Vinc. de Franch.
*d. deciſ. 679. num. 4.* & Carena *de S. Offic. p. 2.
tit. 17. §. 21. num. 78. & ſeqq.* qui eamdem
44 approbat ex ratione, quia delictum fractio-
nis carcerum eſt ſpeciale delictum ſpeciali
pœna punibile, & proindè infert, quòd In-
quiſitor S. Officij ſit Iudex competens ad
puniendum eum, qui cum ad Inſtantiam
Epiſcopi non habentis tutos Carceres deti-
netur in Carceribus S. Officij, illos frange-
re tentat: & refert, quod in Dominio Me-
diolani Curia Cremonæ ſolet damnare ſub-
ditos feudatariorum detentos in Carceribus
Prætorijs nomine feudatarij, ſi Carceres
frangant, relicto iure feudatarijs eos pu-
niendi pro delicto, pro quo ſunt carcerati;
eamdem reſolutionem Capiblanc. & deter-
terminationem Carenæ refert, & ſequitur
Fermoſin. *in cap. Vergentis de hæretic. in fiſcal.
de Confiſc. bonor. alleg. 54. num. 11. & 12.*
Nec obſtare viſum fuit, quòd ex Fulcodio,
& Emeric. adduxi ſupra, quia illis ſatisfacit
Pegna ad eumdem Emeric. *d. quæſt. 97. com-
men. 146. verſ. Cæterum alij inſignes* vbi probat,
45 quod pœnitentiari indiſtinctè cõueniri poſ-
ſunt apud Iudicem laicum (ſupple ſi ſint ſæ-
culares) tàm quoad criminalia, quam quo-
ad Ciuilia, & allegat Innoc. Panormit. Co-
uar. Simanch. & Royas, & affert tres ratio-
nes. Primò quia ſecundùm communem
Iuris regulam laici regulariter quoad Ciui-
lia, & criminalia ſubſunt Iudicibus Sæcula-
ribus, & ab hac regula non reperiuntur in
iure Ciuili, vel Canonico publicè pœniten-
tes excepti. Secundò quia ſi contraria opi-
nio eſſet vera maximum Reipublicæ incõ-
modum accederet, quoniam huiuſmodi
pœnitentes audaciores eſſent ad delinquen-
dum, intelligentes non fore ſe tam ſeuerè
puniendos per Iudices Eccleſiaſticos, quàm
per ſæculares, & ideò reportarent commo-
46 dum, & præmium ex delicto, quod eſt ab-
ſurdum, & iniuſtum. Tertiò, quia ſi in his
omninò Inquiſitorum poteſtati ſubderen-
tur pœnitentiati, iam Inquiſitores extrà cau-
ſam hæreſis, alia negotia, & delicta tracta-
re cogerentur, quòd eſt nominatim inhibi-
tum *in cap. accuſatus §. ſanè de hæret. in 6.* &
hanc quæſtionem ita poſt Couar. *pract. qq.
cap. 34. num. 3. & ſeqq.* Simanch. *de Catholic.
Inſtit. cap. 46. numer. 17. & 20.* Royas *Fidei
ſing. 98.* Cenedo *Collect. 34.* Azeuedo *recopil.
lib. 4. tit. 1. leg. 10. num. 56.* Decian. *tractat.
crimin. lib. 5. cap. 24. num. 9.* Bouadilla *polit.
lib. 2. cap. 17. num. 147.* Farinac. *quæſt. 186.
num. 37.* & pluribus alijs terminat D. Franc.
Vico *ad pract. Sardiniæ lib. 1. tit. 7. cap. 6. nu-
mer. 11.* pœnitentiati enim ſubiacent Iudici
pœnitentianti ſolùm reſpectu ad pœniten-
tiam, vt inquit Vico *loc. cit. & eod. tit. 7. cap.
4. num. 19.*
47 Et nec obſtat Danza *de pugna Doctor. tit. de
carcerario, carceribus, & carceratis num. 14. to. 1.*
quia eum reprobant Carena, & Fermoſin.
*locis cit.* Et quidem benè; quia ratio vndè
mouetur non ſubſiſtit in Iure, & nec in Fa-
cto: non ſubſiſtit in Facto, quia fundans ſe
in reſolutione facta penes Capiblanc. de
qua ſupra, ſupponit, quod ille Vaſſallus
Marchionis Vallis fuit remiſſus ſimpliciter
ad Baronem, & non eſt verum, quia ille
fuit remiſſus quoad homicidium dumtaxat,
& cum clauſula, quod ſi ſuperiori pœnæ lo-
cus remaneret, deberet reſtitui carceribus
Regiæ Audientiæ, & ſic reſolutio, quam
ſupponit eſſe ad ſuæ opinionis fauorem, eſt
euidenter contra ſe. Non ſubſiſtit in Iure,
quia ſi ad tribuendam Iuriſdictionem, quam
dat Iudicibus Text. *in l. nullum C. de teſtibus*,
eſſet attendenda diſtinctio, quam facit Dã-
za, nempè quòd offenſio ſit facta principa-
liter Tribunali, ſeu Iudici, ſecus ſi ſit facta
ſecundariò, & in conſequentiam, certè
numquam, ſeu multùm de raro haberet lo-
cum diſpoſitio d. Text. *in l. nullum*, quia re-
gulariter falſitates committuntur à teſtibus
principaliter ad iuuandum Parti, pro qua
deponunt, & tamen nemo, quem viderim,
dicit, quod teſtis falſus ex quo non depo-
nit principaliter ad offendendum Iudicem

eſſu-

effugiat eiuſdem Iudicis Iuriſdictionem, &
ſi quis ex Doctoribus hoc aſſereret, loque-
retur ſine fundamento, & contra verba
48 Text. *in d. l. nullum*, quæ ſicut ſunt ampla,
& generalia, vt apparet, ibi: *vel teſtimonij*
*verborum improbitas, vel rei qualitas flagita-*
*uerit*, & ibi: *quicumque aures eius offenderint*,
& ibi: *quorum voces falſitate, vel fraude*
*non carere perſpexerit*, itá generaliter debet
49 intelligi vulgatis iuribus: præſertim cum
diſpoſitio d. Text. *in l. nullum* non ſolùm
procedat in teſte falſo, ſed in omni per-
ſona, quæ quouis modo Iuriſdictionem Iu-
dicis non ſui offendit, vt ex verbis illis:
*quicumque aures eius offenderint*, & ex Cyn. &
Petr. *ibidem* & ex Vinc. de Franch. *deciſ.* 722.
*verb. vnus ex Dominis* Capiblanc. *de Baron.*
*d. prag.* 8. *c.* 37. *n.* 9. *tom.* 2. Salzedo ad Diaz.
*pract. crim. can. cap.* 97. *verſ. nec illud præter-*
*eundum*, Farin. *quæſt.* 8. *num.* 26. *& quæſt.* 67.
§. 2. probat Galeot. *reſp. Fiſcal.* 1. *num.* 2. 3.
*&* 4. debet per conſequens habere locum e-
tiam in caſu, quo detentus in carceribus
Iudicis non ſui audet illos effrangere, cum
aures, & quies d. Iudicis ex dicta fractura
lædantur, vt ex Vinc. de Franch. & Farin.
dixi ſupra, quibus addo Text. *in l. ſi pecu-*
*niam* §. *ſed ſi acceperit*, ibi: *Propter fugam offen-*
*ſus*: & ibi Alex. *num.* 2. *verſ. nota quod fuga*
*inducit offenſam ff. de condict. cauſa data*, &
Rouit. *in pragm. prima numero* 33. *tit. de abo-*
*litionibus*.
50 Et quamuis Vinc. de Franch. *d. deciſ.* 679.
*num.* 5. & Rouit. *d. num.* 33. dicant non eſſe
attendendam offenſionem, quæ venit in
conſequentiam, ſed tantùm eam, quæ fit
principaliter, & adducant exemplum, quod
poſuit Foller. *ſuper commento indulgentiæ con-*
*ceſſæ in anno* 1554. cuius nullam facit men-
tionem Rouitus, nempè quòd effractor
carcerum, & ab eis fugiens debet gaudere
indulgentia, licèt ab eadem ſint excluſi hi,
qui delinquunt contra Miniſtros Iuſtitiæ,
quia licèt ob fugam, & fracturam cenſean-
tur offenſi miniſtri, tamen quia talis offen-
ſio non fit principaliter in perſonam Mini-
ſtrorum, ſed in conſequentiam, idcircò
non poteſt effractorem carcerum excludere
á dicta indulgentia; nihilominùs hæc eo-
rum aſſertio, licèt vera in ſe, patitur difficul-
tatem reſpectu rationis, in qua fundatur,
51 quia ratio propter quam effractor carcerũ
non excluditur ab indulgentia non eſt illa,
quam ipſi adducunt, nempè quia offenſa
non eſt directa principaliter in Officiales,
ſed vera, & germana ratio eſt, quia indul-
52 gentia á Principe conceſſa debet ſtrictè, &
in proprio ſignificatu intelligi quoad Prin-
cipem concedentem, vt pluribus oſtendit
Belluga *in Specul. Princip. rub.* 29. *num.* 1. *&*
*ſeqq. per tot.* & ideò debet intelligi de offen-
ſa facta in perſonam Officialium, quia hu-
iuſmodi offenſa eſt verè, & propriè offen-
ſio, & omnis alia dicitur largo modo offen-
ſa, vt explicat Bart. *in l. licitatio* §. *quod illi-*
*citè num.* 5. *de public. & vectigal.* vbi ait, quod
quandoq; offenſa dicitur fieri in perſonam
ſtrictè, vt quando tangitur perſona, vel res
cohærens perſonæ, & quod in iſta ſignifica-
tione accipitur, quandocumque agitur ad
pœnam contra aliquem ex ſuo delicto, &
rationabili odio infligendam.
53 Aduertendum tamen, quòd Text. *in d. l.*
*nullum* non tribuit Iudici offenſo Iuriſdictio-
nem priuatiuè, vt firmat Vinc. de Franch.
*deciſ.* 147. *numer.* 3. *& deciſ.* 679. *num.* 3. *&*
*deciſ.* 722. *num.* 24. Bald. *in d. l. nullum* Afflic.
*deciſ.* 229. Theſau. *deciſ.* 266. & ideò etiam
in caſu, de quo agitur hic, erit locus præ-
uentioni, vt innuit Carena *d.* §. 21. *num.* 78.
in quantum à principio dicit, quod videtur
dicendum Epiſcopum ſolum eſſe Iudicem
competentem, & deindè concludit Inquiſi-
ſitorem poſſe hunc carceratum punire.
54 Aduertendum ſecundò, quòd ſi deten-
tus eſt Clericus, vel Perſona Eccleſiaſtica,
non poterit Iudex ſæcularis in illum ani-
maduertere, licèt eius carceres fracti ſint,
vt explicando Text. *in cap. aliud* 11. *quæſt.* 1.
in quo cauetur, pœnitenti meliùs expeten-
dum Eccleſiaſticum, quàm forenſe iudi-
cium firmat Pegna *loc. cit.* dicens, quòd
pœnitentes illi, de quibus ibi Leo loquitur,
non erant hæretici Eccleſiæ reconciliati, ſed
erant Religioſi homines, qui ſtatum pœ-
nitentiæ profitebantur, qui quodammodò
Eccleſiaſtici erant, nam per manus impoſi-
tionem cilicium accipiebant, & veſtitum
commutabant. Communitèr enim repro-
55 batur á Doctoribus Gloſa, quæ *in d. l. nullum*
vult Iudici ſæculari competere ius animad-
uertendi in Eccleſiaſticos eius aures offen-
dentes: eius enim dictum eſt deſtitutum
56 ratione, quia Iudex laicus non ſolum eſt
incompetens, ſed eſt incapax iuriſdictionis
in Eccleſiaſticos, vt pluribus oſtendit Ga-
leot *reſp. fiſcal.* 1. *num.* 12.
57 Aduertendum tertiò, quòd vbi fractio
carcerum eſſet facta in odium S. Officij,
tunc cauſa ſpectaret priuatiuè ad Inquiſito-
rem, vt docet Fermoſinus *dicta alleg.* 54. *nu-*
*mer.* 12.
58 Aduertendum quartò, quòd concluſio
firmata nõ ſolùm procedit in fractura car-
cerum, ſed in quouis alio delicto intus car-
ceres mutuatos commiſſo, vt dicit Tondur.
*de præuent. part.* 2. *cap.* 46. *num.* 11. *& ſeqq.*
& dicit eſſe locum præuentioni, & explicat
Sanfel. *deciſ.* 63. *num.* 13.

Poſt hæc ſcripta peruenit ad meas opera
Doctiſſimi Domini Don Petri Quæſada, &
Pilo, qui *diſſert. Iuris* 25. tractat copioſè de
hoc articulo, & adducit rationes pro vna,
& altera parte: vndè operæ pretium eſſe
exiſtimaui motiua à tanto Viro pro hac
parte ponderata ad comprobationem meæ
opinionis adducere; & contrarijs, quibus
ipſe D. Quæſada adhæret pro viribus meis,
& quan-

& quantum in me eſt reſpondere.

Ex dictis igitur per D. Queſada *à num.* 10. *vſque ad num.* 25. comprobantur ea, quæ ego adduxi.

Dicit enim, quòd effractor debebat puniri à Gubernatore, tùm ratione continentiæ, & indiuiſibilitatis cauſæ, cuius ratione cognitio, & punitio ad Gubernatorem Regium tamquam maiorem ſpectabat, ex quo cum dicto Vaſſallo Baronis etiam alij Regis Vaſſallis conſpirauerant ad carceres frangendum, & citat Text. *in l. contra pupillum §. qui ad maius ff. de re indicata*, Afflict. *decis.* 56. & Regen. Vico *in pragm. tit.* 18. *cap.* 4. *num.* 17. qui tenet Vaſſallum Baronis inſimul cum Regio deliuquente à Tribunali Regis puniendos ambos eſſe priuatiuè quoad alios Peguer. *decis.* 124. *tom.* 2. Thoro *compend. decis. par.* 2. *verbo remiſſio alienius vaſſalli in medio fol.* 564. & Sanſel. *decis.* 273. *par.* 2. tùm ratione loci delicti, carceris ſcilicèt in territorio Regis immediatè exiſtentis, potior enim eſt locus patrati delicti ad hoc, vt pœna in eodem loco delicti data, magis terreat, & à malo alios diuertat, & allegat Text. *in l. capitalium §. famoſ. ff. de pœn. cap. quapropter* 2. *quaſt.* 7. *cap. ad deliberandum de Iudic.* Intrigliol. *decis.* 49. *numer.* 7. *lib.* 1. Facchin. *contr. Iur. lib.* 9. *cap.* 20. tùm demum quia cum cuſtodia carceris ſub Ditione, Regimine & Directione Regiæ Gubernationis reperiatur, inde carceris effractio, & fuga ab eo tentata, in odium, offenſam, ac iniuriam eiuſdem Regiæ Gubernationis videtur directa, & allegat Caſtill. *decis.* 248. *num.* 2. *tom.* 3. Belletr. *disquiſ. Cleric. par.* 1. §. 5. *num.* 18. Sanſel. *decis.* 250. *num.* 12. *tom.* 2. Merlin. *controu.* 100. *num.* 1. & Thoro *loc. ſupra cit.* Hinc dicit euenire, quod quoties carcerati Baronales pro maiori cuſtodia, vel alio quouis prætextu Regijs carceribus mancipati inibi rixantur de ordine Officialium Regiæ Audientiæ, vel Regiæ Gubernationis ictibus cordæ publicè plectuntur iuxta praxim, quam docent Danza *de pugna Doctorum tit. de carceribus, & carceratis num.* 7. & Nouar. *Vaſſallor. grau.* 155. *num.* 2.

Verùm in contrarium ipſe Dominus Quæſada *à num.* 26. *vſque in finem*, adducit duas potiſſimum rationes mox in reſponſionibus referendas: adducit autoritatem Tonduti *de præuention. tom.* 2. *cap.* 46. *numer.* 11. & 12. & adducit rem iudicatam: refert enim *num.* 26. fuiſſe in caſu ſuo deciſum articulum ad fauorem Domini Marchonis de Monte Maior, vt ſcilicèt ipſe Marchio animaduerteret in Saluatorem Porqueddu etiam pro fractione carceris, & fuga tentata, & ex Sanſelicio *decis.* 63. *numer.* 13. refert ita alias fuiſſe deciſum Neapoli, & cum hac opinione ipſe D. Quæſada reſidet.

Sed ex hoc non eſt recedēdum ab opinione Capibl. Carenæ, & Fermoſ. cum rationes pro illa allegatæ multum ſtringant.

Nec obſtant rationes, quæ pro contraria adducuntur, non prima, nempe quod Iudex mutuando carceres præſtitit tantum auxilium facti, & per conſequens ex fractura illorum iuriſdictio non prorogatur iuxta Doctrinam Bart. *in l. à D. Pio §. ſententiam Romæ num.* 6. *verſ. ſi verò præſtet auxilium facti ff. de re iudic.* quem ad hoc allegant D. Quæſada, Tondutus, & etiam Sanſelic. *locis ſupracitatis*, quia Bartolus eis non ſuffragatur, quia, ni fallor, Bartolus non dicit id explicitè, & nec implicitè, & vt legenti appareat referam eorum verba; Sanſelic. cuius videtur originale dictum *in dicta deciſion.* 63. *num.* 13. ſunt „ Idem fuit iudicatum cum „ nomine M. C. quidam in carceribus alterius Tribunalis detineretur, ibique deliquerit, nam adhuc ipſius M. C. erit cognitio, „ ille erat competens Iudex, cuius nomine detinebatur, & non prorogatur iuriſdictio „ ratione delicti commiſſi in carceribus alterius Iudicis, qui præſtitit tantùm auxilium „ facti, ad quod facit doctrina Bartoli *in leg. à Diuo Pio §. ſententiam Romæ verſ. ſi verò præſtet auxilium facti ff. de re iudic.*

Verba Tonduti *in d. cap.* 46. *nu.* 11. & 12. ſunt „ Si de mandato alicuius Iudicis Superioris habentis authoritatem exequendi „ in terra Baronis, ſeu Feudatarij quidam fuiſſet per mutuatos carceres detentus in vinculis, & intra illos carceres Baronis, alteriuſque Iudicis carceres mutuantis delictū „ aliquod commiſiſſet, Iudex competens illius delicti erit Magiſtratus ille, de cuius „ mandato iſte erat carceratus, quia cum Iudex ille, cuius carceres mutuati ſunt ſolum „ auxilium facti præſtiterit executioni, ſequitur illius iuriſdictionem non fuiſſe prorogatam per delictum illud intrà carceres cōmiſſum, vt probatur ex notatis per Bart. *in leg. à Diuo Pio* 15. *§. ſententiam Romæ ff. de re iudic.* vbi dicit quod vnus Iudex auxilium „ alteri duobus modis præſtare poteſt. Primò „ præſtando illi auxilium veluti excommunicando, vel interdicendo, aut iuriſdictionem „ denegando. Secundò per auxilium facti puta concedendo familiam, milites, birruarios, & ſimilia, & tunc ſi quis reſiſtat familiæ, aut aliam iniuriam inferat, non dicitur „ facta offenſa ſecundo Iudici auxilium facti „ præſtanti, ſed primò, qui auxilium petijt: „ Ideò in caſu appellationis non recurritur ad „ Superiorem præſtantis auxilium, ſed ad Superiorem primi Iudicis requirentis.

Verba D. Quæſadæ *loc. cit. num.* 29. ſunt „ Ratio eſt, quia Regia Gubernatio, vel quandò alius Iudex permittit in proprijs carceribus Reum alterius Iuriſdictionis detineri, „ tunc auxilium facti præſtat, adhibet, & accommodat coercitioni, executioni, ac punitioni ex alterius Iudicis Imperio promanantì, ex quo fonte ſequitur, quod delictum à car-

,, à carcerato confectum rendat immediatè
,, in offenſam Iudicis, ex cuius ordine detine-
,, tur, quem tangit per conſequens illius vin-
,, dicta; licèt etiam tendere videatur in odium
,, Iudicis detinentis de facto ratione territorij,
,, hoc tamen ſecundario, ac per accidens pro-
,, cedit: exemplo docemur relato per Barto-
,, lum *in leg. à Diuo Pio §. ſententiam Romæ ff.*
,, *de re iudic.* vbi docet vnum Iudicem alteri
,, duobus modis auxilium præſtare poſſe: pri-
,, mò auxilium iuris ſcilicèt excommunican-
,, do, interdicendo, vel iuriſdictionis exerci-
,, tium haud permittendo. Secundò de facto
,, puta accommodando familiam armatam,
,, qua hypotheſi, reſiſtentia, ac iniuria illata
,, familiæ mutuatæ, ac accommodatæ tendit
,, in odium, ac offenſam Iudicis petentis au-
,, xilium, cui per conſequens arridet animad-
,, uerſio, & vltio iniuriæ Iudici auxilianti in-
,, flictæ; tunc namque reſiſtens, ſeu impe-
,, diens, ne quiſquam capiatur, ſeu captum
,, eripiens, turbare dicitur ſolum illius iuriſdi-
,, ctionem, cuius iuſſu Reus capiendus erat.

Verba Bartoli *in d. §. ſententiam Romæ nu-
mer. 6.* ſunt ,, Quæro quid ſi in exequen-
,, do modus exceditur, & ità poteſt appellari,
,, vtrum appellabitur ad Superiorem primi
,, Iudicis iudicantis, an verò ad Superiorem
,, Iudicis exequentis, ſeù auxilium dantis?
,, Reſponde ſi Iudex alius exequitur ad literas
,, alterius, ad ſuperiorem ipſius exequentis ap-
,, pellabitur. Nam ipſe exequitur vigore ſui
,, officij, non vt delegatus ab alio, quia hoc
,, non poteſt delegari, vt dictum eſt. Si verò
,, ipſe non exequitur, ſed exequenti præſtat
,, auxilium, tunc ſiquidèm præſtat auxilium
,, Iuris, vt puta excommunicando, interdi-
,, cendo, vel iuriſdictionem denegando, tunc
,, ab ipſo appellatur, quoniam ipſe actus eſt,
,, qui me lædit. Si verò præſtat auxilium fa-
,, cti, puta concedendo primo Iudici fami-
,, liam, milites, & ſimilia, tunc à primo Iu-
,, dice appellatur, quia ipſe eſt, qui lædit mi-
,, niſterio alterius.

Eccè igitur, quod Bart. loquitur ſolùm de Iudice, ad quem debeat interponi appellatio in caſu, quo familia mutuata excedit: Tondutus verò, Quæſada, & antè eos Sanfelic. loquuntur de Iudice, ad quem debeat recurri, in caſu, quo Reus, contrà quem mutuati ſunt carceres, delinquat in illis. Iſti ſecundū me ſunt termini penitùs, & omninò diuerſi, etiā quia in terminis caſus poſiti per Bartolum non poteſt habere locum diſpoſitio Text. *in leg. nullum C. de teſtibus* in terminis verò caſus poſiti per Tondut. Quæſada, & Sanfel. Vindicat ſibi locum diſpoſitio d. Textus, & ideò non eſt mirum, quod in hoc caſu Iudex mutuans carceres ſit Iudex competens ſaltim cumulatiuè, vt dixi ſupra, quia tunc ex miniſterio, & ex diſpoſitione Legis fit progatio iuriſdictionis Iudicis per aliud incompetentis: propterea ſatis benè Tondutus *loc. cit. num.* 13. concedit dari hoc caſu præuentionem intèr vnū, & alium Iudicem, maximè ſi Iudices ſint ſub diuerſis Principibus. Nec meretur Tondutus in hoc repræhendi à D. Quæſada dicente *dicto num.* 29. quod Tondutus fallit ſe ex diametro, dùm docet poſſe dari locum præuentioni in præfata figura, nempè quādò carceratus in mutuatis carceribus delinquit: nulla enim, vt ipſe D. Quæſada ait, præuentio, nec oculo intellectus conſpici queit, Reus carceratus inuenitur in territorio alieno; & in mutuatis carceribus, quomodò ergò competere poterit præuentio, ſi iam Reus eſt ſub fortijs Curiæ: præuentus per conſequens præuentione reali, quæ eſt potentior eſt præſerenda verbali Cancer. *var. par. 2. cap. 2. num.* 228. Valenzuol. *conſ.* 131. *num.* 12. *tom.* 2. Tondut. *de præuent. cap.* 5. *n.* 12. Non, inquam, parcat mihi D. Quæſada, meretur Tondutus in hoc reprehendi, quia nulli dubium, quod carceratus pro vno Tribunali ſtante conſenſu mutuantis poteſt pro alio delicto ad inſtantiam alterius Tribunalis præuenientis arreſtari, vt eſt omnibus notum, & firmat Foller. *pract. crim. verbo, vel carcerentur n.* 26. per conſequens non malè loquutus fuit Tondutus, ſi in exiſtentem in carceribus dari præuentionem aſſirmauit.

Secunda ratio, quam aſſignat D. Quæſada *num.* 32. eſt quod detentus in carceribus mutuatis, ſi propter enixam fugam, ac fractionem carceris fieret de iuriſdictione Iudicis carceres mutuantis eſſet in Vaſſalli facultate effugere iuriſdictionem Baronis, illamque elidere, alteriusuè prorogare, quod ſane diſſonum, nefaſque luſtratur; Vaſſallus namque Baronalis non valet ſe ſubiicere ſpontè in præiudicium Baronis Domini Feudatarij iuriſdictioni alterius, & citat Bald. Bart. Iaſ. Frecc. Abb. Gratian. Valenzuol. de Ponte, etiamſi Iuriſdictio, quæ optatur prorogari, eſſet regia, & ſuperior, quia nihilominùs non venit admittenda in præiudicium Baronis prorogatio Capic. *deciſion.* 9. Franc. *deciſ.* 529. Rouit. *in pragm. 2. tit. vbi delicto quis conueniri debet* Sanfel. *deciſ. 29. numer.* 4. habet enim Baro iuriſdictionem priuatiuam in prima inſtantia, etiamſi in inueſtitura non dicatur Signoroll. *conſ.* 108. cum alijs Doctoribus inibi citatis. Et nec iſta ratio poteſt obſtare, quia haberet locum, & ſatis vrgeret, ſi contenderetur, prout contendebatur in caſu ab ipſo Domino Quæſada relato, quod ex delicto in carceribus commiſſo à detento tota cauſa eſſet auocanda à Barone, quod & ego exiſtimo eſſe abſonum, quia nihil habet commune cauſa fractionis carcerum cum cauſa, propter quam Reus frangens carceres, erat detentus, & propterea bene apud eum fuit denegata prætenſa auocatio, vt ipſe D. Quæſada teſtatur *ibid. num.* 26. Sed non habet locum, & nec vrget dicta ratio, quando Iudex fracti carceris contendit, & prætendit

fracto-

ctotem carceris, vel alium in carceribus de-
linquentem punire pro fractura, vel delicto
in carceribus patrato, poſtquam delinquens
ſit expeditus à ſuo Iudice pro præiudicijs,
pro quibus erat antea detentus, prout fuit
practicatum Neapoli in caſu relato à Capi-
blanc. *d. pragm.* 8. *par. prima num.* 225. nam
iſto caſu ceſſant omnia motiua, quæ pro
Barone adduxit D. Quæſada.

Vnde omnibus penſatis perſiſto in ſupra
firmata opinione, quam veriſſimam exiſti-
mo & pro qua non deeſt res iudicata, vt te-
ſtantur citati Doctores.

In caſu autem, in quo conſultus reſpon-
di, vt dixi ſupra, poterat conſiderari quod
fractio carceris fuit tentata in controuen-
tionem pœnitentiæ impoſitæ à S. Officio,
& ideò idem Tribunal poterat meritò de
tali controuentione cognoſcere ex iis, quæ
ex Couarr. *pract. qq. cap.* 34. dicit Vico *dicto*
*cap.* 5. *num.* 11. & Fermoſin *loc. cit.* per me
ſupra *num.* 57.

Sed hæc eſt nimis ſubtilis excogitatio,
quia in dubio alio in contrarium non appa-
rente omnis detentus principaliter quærit,
& intendit frangere carceres ad ſe liberan-
dum, & non ad contemnendum Iudicem
vt dixi ſupra *num.* 50.

59 Octauus caſus eſt in fugiente à triremi-
bus, (quę quodamodo carceres dici poſſunt,
vt ait Caball. *crim. reſol.* 8. *num.* 41. Garron.
*ad nouas Conſtit. Mediolani lib.* 4. *tit.* 6. *de pœ-*
*nis artic.* 112. *num.* 4. & faciunt tradita à Vi-
loſa *de fugit. cap.* 18. §. 3. *num.* 3. *& ſeqq.*) tra-
ctant de hac quæſtione, & circa pœnam hu-
60 ius octaui caſus inter ſe de directo oppu-
gnant Vinc. de Franch. *deciſ.* 140. *num.* 8. *&*
*ſeqq.* & Caball. *dicta reſol.* 8. *num.* 48. *& ſeqq.*
ſiquidem Vinc. de Franch. *loc. cit.* refert,
quod re diſputata in Sac Concil. duo ex Iu-
dicibus fuerunt in voto, quòd aufugiens è
triremibus, ad quas in perpetuum fuit da-
mnatus, debebat damnari in pœnam mor-
tis naturalis per Text. *in l. capitalium* §. *in e-*
*xulibus, & in l. aut damnum* §. *in calcariam ff. de*
*pœn.* vbi datur regula, quod pœna debet per
gradus aggrauari, & quod datur pœna mor-
tis, quando poſt vltimam pœnam alius gra-
dus pœnæ non ſupereſt, prout eſt in con-
demnatis ad triremes perpetuas: cæteri ve-
61 rò Conſiliarij fuerunt in voto, quod debe-
bat remitti ad triremes ob rationem, quia
non reperitur iure cautum, quod aufugiens
è triremibus debet mori, cum pœna trire-
mium fuiſſet legum latoribus incognita, &
Iudices fuerint ſoliti comminare pœnam
mortis in caſu fugæ, ſignum euidens, quod
ſimplex condemnatio hoc non operatur, &
ita fuiſſe reſolutum teſtatur, quia pœnæ
ſunt moliendæ, & ſubrogatio facta ab ho-
mine debet intelligi, prout homines intelle-
xerunt eã cum dicta comminatione apponi
ſolita: & cum hac opinione ipſe reſidet.
62 Caballus vero *loco cit.* reſidet cum opi-
nione illorum duorum Iudicum relata pri-
mo loco à Vinc. de Franch. & contendit,
quod damnatus ad triremes perpetuas aufu-
giens ab illis debet omninò mortis natura-
lis pœnam ſubire, tum quia ſicut deportari
in Inſulam, ſi inde aufugiunt, capite ple-
ctuntur *dicto* §. *in exulibus, & in leg. relegati*
*ff. de pœnis*, ità eadem pœna debent puniri
damnati perpetuò ad triremes, ſi ex illis fu-
gam arripiunt, quia pœna triremium in
63 locum deportationis ſucceſſit, vt ait Ca-
ball. *ibidem. num.* 43. & Farinac. *quæſt.* 19.
*num.* 14. & 15. & pro multis Cortiada *deci-*
*ſion.* 86. *num.* 25. ſubrogatum enim debet
64 ſapere naturam eius, in cuius locum ſub-
rogatur *leg. ſi cum* §. *qui iniuriarum ff. ſi quis*
*caut.* tum quia alias delictum fugæ remane-
ret impunitum in detrimentum Iuſtitiæ; &
Reipublicæ, & plures alias recenſet ratio-
nes; & reſpondet contrarijs, & pro ſe affert
autoritatem Alex. Turramini Senenſis *in*
*repet. leg. non puto ff. de iure Fiſci in p. p. cap.* 3.
*num.* 62. *& ſeqq. vſque ad num.* 76. & ita fuiſſe
iudicatum aſſerit: imò ſubdit quod etiam
condemnati ad tempus debent vltimò ſup-
plicio puniri, ſi cum fuga aliqua qualitas
aggrauans concurrat, puta quod offendant
Officiales triremis, vel diſponant de adducē-
do Triremes ad Furcas, vel alios Iufideles,
nam iſto caſu debent damnari ad mortem,
etiamſi fuga non ſit ſequuta, & refert quod
in facti contingentia tres fuerunt malo tri-
remis ſuſpenſi, & cæteri amputationem
narium, & auricularum fuerunt paſſi, ne
Princeps, ſi omnes fuiſſent morti traditi,
opera triremis careret.
65 Verùm has diſſidentes opiniones conci-
liant Farinac. *in fragm. lit. B. num.* 94. Guaz-
zin. *Reor. defenſ.* 5. *cap.* 4. *num.* 27. Cortiada
*deciſ.* 86. *num.* 65. dicendo quod opinio Ca-
balli eſt tenenda, quandò concurrit aliqua
qualitas aggrauans, vel quando in ſenten-
tia adeſt comminatio mortis: opinio verò
Vinc. de Franch. eſt tenenda, quandò deſi-
cit comminatio, & deficit qualitas aggra-
uans fugam, nam his deficientibus æquior
eſt deciſio facta per Sac. Conc. Neapolit. à
qua in iudicando non eſſe recedendũ dicit
Farinac. *dicto num.* 94. & ſequuntur de Luca
ad Franc. *dicta deciſ.* 140. *num.* 2. & Conciol.
*crim. reſol. prima num.* 8. *verbo exilium*, licèt
in puncto Iuris opinio Caballi ſit verior, vt
concedit Farinac. *dicto num.* 94. & ſequun-
tur Carena *de S. Officio par.* 3. *tit.* 13. *num.* 76.
Antonell. *de tempore legali lib. primo cap.* 52.
*num.* 3. & Conciol. *loc. cit. num.* 9.
66 Quid dicendum ſi fortiatus, ſeu Remi-
gettus non aufugit à triremi, ſed à domo
Capitanei, in quam ab ipſo Capitaneo fuerat
ductus, vt ei inſeruiret? puto, quod non
procedat Doctrina Caballi, quia minus eſt
fugere è domo, quam è triremi, & ideo
non ſunt æquipollentia, ſed diuerſa, quia
minor ratio eſt in vno, quam in alio, vt in

ſimili benè ponderat Hier. à Monte relatus à Farinac. *quæſt. 30. num. 48.* & vlterius nequit negari ſugam è domo non eſſe tanti mali exempli, & inſuper Caball. *loc. citat. num. 41.* requirit, quod fugiat vi, & fractis catenis, quod aduertit etiam Antonell. *de tempor. legal. lib. primo cap. 52. num. 4. in fine*, & memini quod tempore, quo ego eram Procurator Pauperum in Vrbe contingente caſu de anno 1662. in Iacobo Meliorino de Spinetulo, qui erat condemnatus ad triremes perpetuas, fuit per Illuſtriſſimum Dominum Andreolum Fiſcalem Cameræ Apoſtolicæ, & Auditorem Exercitus condemnatus, vt obtruncatis priùs naſo, & auribus rediret ad triremes.

67 An debeant gaudere immunitate Eccleſiaſtica, ſi aufugientes è triremibus ad Eccleſiam ſe contulerint? Sanſel. *deciſ. 271. per tot.* tenet quod non gaudent, & refert, quod, eueniente caſu, fuerunt remiſſi ad triremes cum condirione, quod ob ſugam eis exaſperati pœna non debuiſſet ſub pœna excommunicationis; & ità alias pluries fuit obſeruatum, vt videre eſt apud eumdem Sanſel. & eiuſdem opinionis ſunt Antonius Gamma *dec. 362.* Marta *de Iuriſd. par. 11. cap. 51. num. 17.* & Villadiego *in ſua politica cap. 3. num. 215.* & Guazz. *reor. de-*
68 *fenſ. 1. cap. 37. num. 37.* ſed contrarium tuentur de Marinis *quotid. quæſtion. cap. 177.* Diana *p. p. tract. primo reſol. 40.* del Bene *de immunit. Eccleſ. tom. 2. capit. 16. dub. 10. ſect. 9. per tot.* & Giurb. *conſ. crim. 30. per tot.* qui plures caſus diſtinguit in quolibet tamen gaudere Eccleſiaſtica Immunitate firmat, & primò dicit quod damnatus ad tempus, vel in perpetuum, ſed nondum tranſmiſſus, ſi fracto carcere ad Eccleſiam confugiat, debet gaudere Immunitate. Secundo dicit quod fugiens ad Eccleſiam, dum tranſportabatur ad triremes, ſi fractis vinculis liber ad eam confugiat, gaudet; ſecùs ſi ligatus à Miniſtrorum manibus ſe non liberauit, puta quia Miniſtros ſecum traxit ad Eccleſiam, cum illi eum noluerint deſerere. Tertiò dicit, quod ductus ad triremes ſi aufugit indè ad Eccleſiam, gaudet illius immunitate. Quartò dicit, quod ſeruientes in triremibus *di buona voglia*, vt vulgò dicitur, ſiuè poſt finitum tempus pecuniam pro ſeruiendo acceperint, ſiuè fuerint retenti à Miniſtris, etiam poſt tempus in locatione præfixum inuiti, & nolentes, ſi aufugerint ad Eccleſiam, gaudent. Vide rationes, doctrinas, & auctoritates plena manu allatas à Giurb. *loc. cit. per tot.* eoſdem caſus, & rationes reaſſumpſit nouiſſimè Cortiada *deciſ. 86. per tot.* vbi pleniſſimè, & diffuſiſſimè materiam tractat, & omnes ferè ſcribentes hic indè adducit; Vide eum in occurrenti caſu.

69 Nonus caſus eſt in aufugiente à Loco pro relegatione aſſignato, & quatuor caſus diſtinguunt DD. de hac materia loquentes.

70 Primus caſus eſt in relegato ad tempus minus quinquenio, & omnes fatentur, quod ſi fregerit relegationem tempus, quod ſupereſt, duplicabitur, Menoch. *de arbit. caſ. 530. num. 26.* Capiblanc. *de Baron. cap. 33. num. 5. par. 2.* Franc. *deciſ. 140. num. 3.* Farin. *fragm. verbo bannitus num. 83.* Scannarol. *de viſit. carcerat. lib. 2. quæſt. 31. cap. primo num. 17.* & Sauell. *in prax. verb. confinati num. 11.* Giurb. *conſ. crim. nu. 47. nu. 21.* Guazzin. *defenſ. 3. cap. 23. in princ.* Conciol. *verbo exilium reſol. prima num. 2.* Carena *de S. Offic. par. 3. tit. 1. n. 75.* & Antonell. *de temp. legal. lib. 1. c. 52. n. 4.*

Secundus eſt caſus in relegato per ſex,
71 aut ſeptem annos, & quia iſto caſu ſi duplicaretur relegatio, eſſet vltra decennium, debet condemnari in relegationem perpetuam Peguer. *deciſion. criminal. 41. num. 11.* Pacianus *conſ. 115. num. 32.* Giurb. *conſ. 47. num. 22.* Clar. *quæſt. 71. num. 13.* Capiblanc. *loc. cit. num. 5.* & Franc. *dicta deciſ. 140. nu. 3.*

72 Verùm quod & iſto ſecundo caſu debeat duplicari tempus relegationis tenent Tuſch. Clar. & Caball. *locis relatis* per Farinac. qui hos ſequitur *in fragment. verbo bannitus numero 85.*

73 Tertiùs eſt caſus in relegato per decennium, & euadit perpetua Farinac. *loc. citat. num. 86.* Clar. *dicta quæſt. 71. num. 13.* Peguer. *deciſ. 41. num. 9.* Franch. *deciſ. 140.* & de Luca *in addit. num. primo* Carena, Antonell. & Concioll *loc. cit.*

74 Quartùs caſus eſt in relegato in perpetuum, & hic controuertitur inter Doctores an ſit indicenda pœna mortis, an verò triremium, etenim Clar. *loc. cit. num. 13.* & Caball. *crim. reſol. 8. num. 47.* tenent, quod iſto caſu frangens relegationem ſit puniendus pœna vltimi ſupplicij, & hanc eamdem opinionem tenent Gomez *var. tom. 3. cap. 8. num. primo* Menoch. *de arbitr. caſ. 530. nu. 28.* Cumia *de Sindic. cap. 24. num. 53.* & Antonell. *d. cap. 52. num. 3.*

75 At Vinc. de Franch. *d. dec. 140. num. 9. & ſeq.* & Capiblanc. *dicto cap. 33. num. 6.* Farinac. *dicto verbo Bannitus num. 90.* Guazzin. *def. 33. capit. 27. numer. 5.* Carena *de S. Offic. par. 3. tit. 13. num. 75. & ſeqq.* Conciol. *dicta reſol. 1. n. 4.* & Peguer. *dec. crim. 41. n. 5. & 10.* tenent quod ſit condemnandus ad triremes perpetuas niſi in ſententia ſit comminata pœna mortis in caſu contrauentionis, quia pœna comminata eſſet exequenda Menoch. *caſ. 530. num. 28.* Peguer. *deciſ. crim. 41.* nec eſt amplius locus arbitrandi, quando comminatio certæ pœnæ eſt facta Honded. *conſ. 100. num. 59.* Barz. *deciſ. 77. num. 14. & 15.* Valenzuol. *conſ. 92. num. 89.* Marta *vot. 161.* & his relatis Capiblanc. *loc. citat. num. 6. in fine* Giurba, qui multos alios cumulat *dicto conſ. 47. num. 24.* Conciol. *di 7a reſol. crim. prima num. 6.* & Pacian. *conſ. 155. num. 27.* & iſta vltima opinio tanquam verior,

rior, & conformis Textui *in l. relegati ff. de pœnis & in leg. Capitalium §. in exulibus verſ. qui relegatus ff. eod. tit. & in leg. Mathematicos Cod. de Epiſc. aud.* eſt in iudicando omninò tenenda, vt dicunt Farinac. *dicto verbo bannitus num.* 90. *in fine* Giurb. *conſ. crim.* 47. *numero* 23. & Conciol. *verb. exilium dicta reſol. prima num.* 4. qui ex Farinac. *loc. citat.* dicit, quod Gomez, & eius ſequaces ſine lege, & ſine auctoritate Doctorum loqnuntur.

76 Decimus caſus eſt in aufugientibus à fortalitio, aut domo, & loco pro carcere aſſignato. Et quoad fugientes de fortalitio, quod non intrat pœna mortis, quando non ſumus in Vrbe Roma: aut in tempore Belli, pluribus oſtendunt Farinac. *quæſt.* 20. *num.* 149. & 152. *& in addit. ad dictum qu.* 20. *num.* 150. *impreſſ. poſt* 3. *librum Conſiliorum eiuſdem*, & Polid. Ripa, qui plures etiam allegat concordantes *in tract. de noct. temp. cap.* 19. *num.* 32. ſed vide quæ dixi ſupra §. *ſcalerà le mura*.

77 Quò verò ad aufugientes à loco pro carcere aſſignato; aduerto quod Giurb. *conſil. crim.* 34. pleniſſimè, & doctè ſuo more retulit quatuor opiniones Doctorum Primã ex Vulpel. *conſ. crim.* 139. dicente pœnam exigi debere ſi domi ſub fideiuſſione detentus exierit, quam vis fuerit reuerſus. Secundam ex Carrer. ex diametro contrarium volente *in pract. tit. de indit. & tort.* §. *ſecundum iudicium num.* 20. Tertiam ex Farinac. dicente ad integram pœnam non teneri *quæſt.* 30. *num.* 77. Et quartam ex Bolognetto dicente *in leg. ſi Inſulam num.* 113. *ff. de verb. oblig.* quod purgatio moræ non admittitur, ſi quis cum pœna tenetur redire ad carceres infra menſem, & elapſa hora non redijt, quod illa admittitur ſi promittens Reum totiès, quotiès, renuntiato etiam termino vltramarino, illum vltrà terminum repræſentauit, dummodò pœna non ſit realiter exacta, & quod detentus domi ſub fideiuſſione de non diſcedendo incidit in pœnam ex ſola poſitione pedis extra domum.

Quibus opinionibus relatis Ipſe diſtinguit
78 quatuor caſus meræ ſcilicèt voluntatis: meræ neceſſitatis: obedientiæ: & credulitatis.

79 Et primò caſu putat cum Farinac. *conſ.* 122. *num.* 31. (cui addo Catauit. *ritu* 163. qui non meretur repræhendi à Muſcatell. *de fideiuſſ. p.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 19.) quod egreſſus tenetur ad medietatem pœnæ, & quod iſte non poteſt dici habuiſſe animum reuertendi, ſi extra locum fuerit à birruarijs captus, ſi verò de per ſe reuerſus fuerit, inquit quod nullatenus tenetur, & citat Caualc. *de brach. reg. par.* 2. *num.* 250.

80 Secundò caſu abſolute vult non committi ſtipulationem, & citat Ambroſ. *deciſion.* 49. *num.* 11. Lanat. *conſ.* 7. *num.* 9. & alios.

81 Tertiò caſu inquit neceſſe eſſe obedire Principi iubenti, & pœnam ex receſſu, ad effectum obediendi ſequuto, non committi iuxta opinionem Honded. *conſ.* 94.

82 Quartò tandem caſu ait, quod credens bono vito, excuſatur à pœna, ſi exijt, & hoc pluribus oſtendit.

Ego in hac materia cum tot Viri eximij ſcripſerint, & eam plenè diſcuſſerint, acquieſco eorum traditionibus, & præſertim acquieſco diſtinctionibus adductis à Giurba *loc. cit.* nihilominus ad maiorem dilucidationem eorum quæ occurrere poſſunt, ſignanter circa fideiuſſores colligam aliquas concluſiones.

Prima Concluſio eſt, quod controuentio promiſſioni de non diſcedendo conſiderata reſpectu ad Reum fugientem efficit, quod ipſe aufugiens, ſiuè perſiſtat in fuga,
83 ſiuè ad carceres à birruarijs reducatur, debet haberi, & cenſeri aggrauatus ex inditio reſultante ex dicta fuga è loco pro carcere aſſignato ità vt poſſit in contumacia condemnari in pœnam criminis, pro quo detentus erat vt dixi ſupra *num.* 28. *& ſeqq.* præſumitur enim aufugiſſe ex conſcientia patrati criminis, vt dicunt Doctores per me citari *hoc eodem* §. *verſ. quintus caſus eſt*, & deducitur ex Text. *in leg. ſi quis Reum ff. de Cuſtod. reor.* vbi in tantum fideiuſſor vltra pœnam pecuniariam non tenetur, in quantum caret dolo in non exhibendo: vndè ſi fideiuſſor dolo, non exhiberet, deberet teneri vltrà pœnam pecuniariam etiam ad aliam extraordinariam Iudicis arbitrio, vt expræſsè ſancitur *in d. leg. ſi quis Reum*: multò ergò magis Reus ipſe, qui nullatenus dici poteſt carere dolo, debet vltrà pœnam in promiſſione contentam etiam grauari inditio ex ipſa fuga reſultante, vt dixi, & ideò non poteſt ſubſiſtere aſſertio Domini

84 Viloſæ *de fugitius cap.* 18. §. 3. *num.* 9. dicentis quod ille, cui domus aſſignatur pro carcere, a qua promittit, ſeu fideiuſſorem preſtat de non diſcedendo ſub aliqua pœna pecuniaria, ſi diſcedat ſolum incidit in pœnam, de qua in promiſſione, ſeu fideiuſſione, quam concluſionem antè ipſum Villoſam tenuit Io: Andr. *in ſua mercuriali cap. fruſtra de regul. Iuris in* 6. *num.* 13. *& ſeqq.* & Io: Vinc. de Anna *alleg.* 40. *in principio verſ. ego autem*, *& per totam tom. primo vbi numer.* 8. *&* 19. teſtatur ità fuiſſe iudicatum, & mouentur ea ratione, quià debemus eſſe contenti pœnis legalibus *leg. ſi ità ſtipulatio ff. de verb. obligat.* & in omnem caſum, quandò ex facto proueniunt duæ actiones vna ex lege, & alia ex homine, vna tantum experiri poteſt legalis ſcilicèt, vel Conuentionalis, vt eſt Textus *in leg. qui fidem ff. de pactis*, & Anna *loc. cit.* fundat ſe etiam in dicto Doctorum, qui *in leg. vbi pactum, & in leg. ſi quis maior, & in leg. ſi diuerſa Cod. de tranſact.* dicunt, quod ſi quis venit contra tranſactionem, tenetur ad pœnam, ad reſtitutionem datorum, & ad obſeruantiam tranſactionis,

 & ta-

& tamen vnum alternatiuè peti poteſt, & fundat ſe etiam *in leg. 2. §. fin. ff. naut. Caupon. Stab.* vbi datur actio furti, & actio honoraria contra Caupones, vna tamen exercetur; duæ enim pœnæ non irrogantur, vt ait Andr. de Iſernia, quem allegat Anna *ibid. num. 3.* Vlteriùs quandò concurrunt pro vna re duæ pœnæ inuicem confunduntur, & ſemper maior pœna, ſcilicèt corporalis abſorbet minorem pœnam, ſcilicèt pecuniariam, vt ad coadiuuanda motiua Vinc. de Anna argumentatùr Ant. de Ballis *variar. lib. 4. de quæſt. partic, quæſt. 4. num. 60. & ſeqq.*

Non, inquam, ſubſiſtit aſſertio prædicta Villoſæ, quia Text. *in d. l. ſi quis Reum*, quem pro ſe allegat, loquitur in fideiuſſore, & non debet extendi ad Reum ipſum; & vlterius loquitur cum præſuppoſito, quod fideiuſſor careat dolo in non exhibendo: & contrarium determinat, quandò dolo non exhibet; propterea, ſi fideiuſſor dolo deſiens in cuſtodia habere, quem ſuſcepit, vel dolo fecit, quod Reùs diſceſſerit è loco pro carcere aſſignato, ex diſpoſitione *d. l. ſi quis Reum*, tenetur ad pœnam conuentionalem, & inſimul ad pœnam arbitrio Iudicis explicandam, debemus abſque vlla difficultate ex diſpoſitione *eiuſdem legis*, dicere quod fideiuſſor, ex quo promiſit, quod Reus non diſcederet, debet teneri ad pœnam conuentionalem, & quod Reus ex quo dolo diſceſſit, debet teneri ad pœnam Fiſcalem, vt poſt Gloſ. *in auth. de iudicib. §. quia vero verbo det mulctam* expreſsè vult Bart. *in l. non impoſſibile ff. de pactis*, quem ſequuntur Paul. de Caſtro *in eadem l. non impoſſibile num. 6.* & Ant. de Ballis *d. tit. de quæſt. partic. quæſt. 4. num. 59. & ſeqq.* vbi reſpondet obiectioni, quod pœna rupturæ confinium tanquam maior abſorbet pœnam conuentionalem pecuniariam, tanquam minorem, dicit enim quod *fideiuſſio eſſet fruſtatoria ſi non tenerentur fideiuſſores, cum per eam eſt cautum de ſeruando confinia, & ſi non tenerentur, ad quid eſſet præſtita? & ſimiliter, fruſtra præſtarentur fideiuſſores de ſeruanda pace, ſi facta offenſione non tenerentur fideiuſſores: & ſimiliter illæ, quę præſtantur dę non offendendo vxorem, cum ſub prætextu dictarum fideiuſſionū vxor conſignatur marito, ſi ea offenſa non tenerentur, quia ſemper maior pœna eſt offenſionis, quam pecuniaria fideiuſſionum*, & propterea accedit ad opinionem Bartoli, quem ſequitur etiam Laganarius *in addit.* ad Rouitum *pragm. 4. lit. A.* & eamdem opinionem tenet etiam Io: Belitz *proceſſ. crim. tabula 4. queſito 7.* vbi quærit an pœna cautionis à fideiuſſoribus ſoluta, nihilominus criminaliter aduerſus Reum ſit procedendum? Et reſpondet affirmatiuè, quia pœna cautionis à fideiuſſoribus promiſſa intelligitur concernere contumaciam fideiuſſorum non ſiſtentium, vel exhibentium Reum: non verò plectit ipſum crimen facinoroſi, ideoque, vt ait, *iniquiſſimum foret graue, & atrox crimen pœna tantummodò pecuniaria coerceri*, & citat Carpzou. *pract. crim. quæſt. 112. num. 133. & ſeqq.* qui ita iudicatum fuiſſe refert, & ita iudicatum ait Coller. *proceſſ. execut. par. 2. cap. 3. n. 104.* & quidem hęc opinio non eſt deſtituta rationibus; plures enim poſſunt adduci; quarum prima eſt quia pœnę ſunt ſeparatæ, & à diuerſo fonte proueniunt, à Lege vna, & ab homine alia, & ideo ambæ debentur, vt benè conſiderat Ball. *loc. cit. n. 64. in fine*; ſecunda eſt quia pœna cōuentionalis debetur cumulatiuè ex eo quia prouenit ex inobedientia, vt ait Gloſa *in d. auth. de Iudicibus §. quia verò verbo det mulctam*. Tertia eſt quia agitur de contemptu Iudicis, quo caſu vtraque pœna debetur *leg. non diſtinguamus in principio ff. de arbitr.* & Text. & ibi Gloſa *in leg. ſi quis à ſocio ff. pro ſocio* Bertazol. *conſ. 16. num. 10.* Ballis *d. num. 64.*

Ad motiua in contrarium poteſt reſponderi, vt reſpondet Gloſa *in d. verbo det mulctam* poſſe procedere, quandò pœna ſuccedit loco rei, vt promittis dare Codicem, & ſi non dabis, promittis decem, quo caſu non debetur vtrumque; vel poteſt reſponderi, quod non procedunt in iniuria, quæ fit Regi, & Curiæ, nam tunc non fit pęnarum, & delictorum confuſio, vt dicit Bolognett. *conſ. 33. num. 27.* vide eum, & vide de Ballis *loc. cit.* qui omnibus ſatisfacit, & inſuper ad fundandam hanc noſtram concluſionem allegat concordantes Gloſam *in d. §. quia verò verbo det mulctam Angel. in l. apud Celſum §. labeo ff. de dol. except.* & Gloſa *in cap. quicumque §. ſi Eccleſia verbo obtineat 25. quæſt. 2.*

Secunda Concluſio eſt quod controuentio dictæ promiſſioni de non diſcedendo conſiderata (hic, & in alijs ſubſequentibus concluſionibus) reſpectu ad fideiuſſorem
85 efficit, quod ipſe fideiuſſor, quatenus ſit in dolo, teneatur ad pœnam pecuniariam conuentam, & etiam ad pęnam aliquam extraordinariam iuxtà diſpoſitionē expreſſam Text. *in d. l. ſi quis Reum*, quem Textum ità intelligit in his terminis Cynus *in leg. ad Commentarienſem num. 2. C. de cuſtodia Reorum*, & hęc aſſertio comprobatur mirificè ex Petro Mullero *de fugitiuis cap. 4. tit. de his, qui directè, vel indirectè fugam promouent §. 5.* ibi: *elegans autem videtur dari poſſe exemplum doloſi Conſultoris in fideiuſſore non eo ſolum, qui adhuc obligatus eſt, ſed & illo, qui non amplius tenetur, puta quia præſentauit Reum ad id, vt feratur ſententia, aut executioni detur, & Reus in carcerem deductus eſt, quod etiam procedit, ſi promiſit præſentare Reum toties quoties, hunc ſanè ſi ipſius dolo, vel facto, vt puta conſilium, auxiliumuè dando Reus aufugerit adhuc teneri, & præterea extra ordinem puniri poſſe omninò dicendum eſt*, & idem quod dicit Cynus volunt Gloſa, & Salyc, quos refert, & ſequi-

tur Roderic. Suarez *in tract. de fideiuſſor. in*
*cauſ. crim. num.* 14. 22. *& meliùs num.* 28. *&*
34. quatenus verò dolo careat, debet tene-
ri ſolùm ad pœnam pecuniariam conuen-
tam, & prout declarabitur in ſequentibus
Concluſionibus.

Tertia Concluſio eſt, quòd ſi Reus di-
ſceſſit animo fugiendi, & in ſuga perſiſtit
86 Reus, vt dictum eſt ſupra, remanet gra-
uatus inditio ex fuga reſultante, & ideò a-
lijs inditijs concurrentibus poterit in pœ-
nam criminis, pro quo detinebatur conde-
mnari: & fideiuſſor tenetur ad pœnam
conuentam, & ſtipulatam iuxta Text. ſæpè
citatum *in d. l. ſi quis Reum*.

Quarta Concluſio eſt, quòd ſi Reus di-
ſceſſit è loco pro carcere aſsignato animo
redeundi, & cum effectu reuerſus eſt; ſicut
87 Reus ipſe non recipit inde nocumentum,
ita & fideiuſſor ad nihilum tenetur, quia
nec Curiæ intereſſe, & nec Iudicis contem-
ptus conſiderari poteſt, vt firmant in termi-
nis Caualcan. *de brach. Regio par.* 2. *num.* 240.
Farin. *conſ.* 122. *num.* 31. Giurb. *conſ. crim.* 34.
*num.* 14. & Conciol. *reſol.* 3. *num.* 1. *verbo fi-*
88 *deiuſſor*, & hoc procedit ſiue diſceſſerit ex
cauſa Amoris, & libidinis explendæ, vt ait
ex Laderch. *conſ.* 197. *num.* 3. & Giurb. *con-*
*ſil. crim.* 47. *num.* 15. Conciol. *d. reſol.* 3. *n.* 4.
ſiuè ad obediendum Superiori, vt ex Hon-
ded. inquit Giurb. *conſ.* 34. *num.* 17. & Con-
ciol. *d. reſol.* 3. *num.* 5. ſiuè ob cauſam pu-
blicam, vt ex Afflict. & Caualcan. inquit
Giurb. *d. conſ.* 34. *num.* 17. & ex eo Conciol.
*d. reſol.* 3. *n.* 5. *in fine*, ſiuè quia credidit bono
viro, vt oſtendit Giurb. *ibid. nu.* 18. *& ſeqq.*
89 Quinta Concluſio eſt, quòd ſi Reus di-
ſceſsit animo fugiendi, ſed reuerſus fuit,
quia forſan ſe pœnituit: iſto caſu debet fi-
deiuſſor teneri iuxta opinionem Vulpell.
*reſp. crim.* 139. *num.* 1. 5. 7. *&* 9. quem in
his terminis loqui, & procedere dicunt Hō-
ded. *conſ.* 94. *num.* 29. *&* 30. *lib.* 2. Farin. *di-*
*cto conſ.* 122. *num.* 30. & Giurb. *conſ.* 34. *n.* 13.
& Conciol. *d. reſol.* 3. *num.* 8. non tamen ad
integram pœnam, vt aduertit Farin. *qu.* 30.
*num.* 77. nam ex vna parte negari non po-
teſt durum eſſe, vt ſtante ſpontanea reuer-
ſione, ſit locus exactioni pœnæ: ex alia
parte inobedientia Rei, & contemptus Iu-
dicis manifeſtus, non debet eſse abſque ali-
qua Iudicis animaduerſione, vt benè conſi-
derat Farin. *loc. cit.* quem refert Giurb. *dicto*
*conſ.* 34. *num.* 10.
90 Sexta concluſio eſt, quod ſi Reus diſceſ-
ſit, & extra locum à birruarijs fuit repertus,
& captus, etiam iſto caſu fideiuſſor tene-
tur, licèt Reus dicat diſceſſiſſe animo re-
deundi, quia ei in hoc non eſt credendum,
vt inquit Farin. *d. conſ.* 122. *num.* 31. quem
refert, & ſequitur Giurb. *d. conſ.* 34. *num.* 14.
Maûr. *de fideiuſſ. par.* 1. *sect.* 2. *cap.* 6. *num.* 3
& Conciol. *d. reſol.* 3. *num.* 1. ſed quia eſt du-
bium, an verè diſceſſerit animo redeundi,
& forſan etiam reuerſus fuiſſet, æquitas non
patitur, quod pœna integra exigatur, vt
explicant Farin. *d. conſ.* 122. *n.* 31. & Giurb.
*loc. cit.*

Septima concluſio eſt, quòd ſi Reus di-
91 ſceſſit animo accedendi ad Principem, &
cum effectu coram Principe ſe conſtituit,
tunc ſicut Reus ipſe non tenetur ad pęnam,
vt dixi ex Anna, Thoro, & Farin. *loc. cit.*
*ſupra verſ. ſextus caſus eſt*: ita nec fideiuſſor
debet teneri, vt dicit Farin. *quæſt.* 30. *numer.*
66. *&* 68. ne in duriorem cauſam ſit obliga-
tus fideiuſſor, quam Principalis iuxta Text.
*in l. gracè §. illud* vbi communitèr Doctores
*ff. de fideiuſſor.* & poſt Farin. *loc. cit.* volue-
runt in ſpecie Nouar. *Vaſſallor. grauam.* 280.
*par.* 1. Ciazzius *diſcept* 21. *num.* 57. *tom.* 2. Ca-
piblanc. *de Baron. tom.* 1. *pragm.* 3. *num.* 164.
*in fine*, *& tom.* 2. *cap.* 15. & Angel. Scialoya
*prax torq. reos cap.* 5. *num* 48. qui ampliat hoc
procedere, etiamſi in inſtrumento fideiuſ-
ſionis ſit dictum, quòd ipſe Reus non poſſit
diſcedere etiā animo eundi ad Superiores.

Et hoc eo magis procedit, ſi propter ſæ-
92 uitias, vel minas Iudicis, vel timens ne ſæ-
uiat, aufugit, vt habetur *in l. lege Cornelia ff. ad*
*Sen. Conſ. Sillan. l. admonendi ff. de iureiur.* & ex
Bald. Ghirlan. Bertazzol. Caualcan. Cabal.
Boer. Gram. Guazzin. Facchin. & alijs di-
cit Giurb. *conſ. crim.* 66. *num.* 3. excuſatur e-
nim ipſe aufugiens, & etiam fideiuſſor Par.
de Put. *de ſindic. verbo fideiuſſor cap.* 2. *num.* 8.
& ex Hercul. Carrer. Boſſ. Garon. Azeue-
do, Grillan. & Giurb. Viloſa *d. cap.* 18. §. 3.
*num.* 36. *& ſeqq.* qui tamen hoc de neceſſe
requirit, dicens, quòd ſi non extet aliqua iu-
ſta cauſa aufugiendi, & ad Superiorē eundi,
tā aufugiens, quàm fideiuſſor ad aliquā pœ-
nā condemnantur, & refert ita fuiſſe iudica-
tum Mediolani, ſed extante cauſa penitus à
pœna liberantur; & eſt ratio, quia recurſus
debet fieri propter grauamen, vt ait Viloſa
*ibid.* & pœna exigitur propter cōtemptum,
93 qui ſi deficit, prout ceſſat ex iuſta cauſa, tur-
pe, & iniuſtū eſſet hominē poſſidere, & pœ-
94 nam exigere *l. apud Celſum §. labeo ff. de doli*
*mali, & met. except.* Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 130.
*n.* 7. *& ſeqq.* qui propterea ait quòd Fiſcus nō
poteſt exigere pœnam, quando ex contro-
95 uentione damnum non ſentit, quicquid
fuerit ſeruatum in Regno Neapolitano vi-
gore particularis Conſtitutionis, vt ipſe ad-
dit, & hanc opinionem tenet Horat. Gio-
uagnon. *inter conſ.* Farin. *conſ.* 228. *num.* 27.
*lib.* 3. quia in ſtipulationibus conuentiona-
libus iudiciarijs, ſeù mauis prætorijs non
attenditur quid ſit conuentum, ſed quantò
verè interſit *l.* 2. *ff. ſi quis in ius voc.* vbi Bart.
Ang. Fulgoſ. Curt. Iun. & Gloſ. Gram. *con-*
*ſil.* 66. *num.* 74. *& ſeqq.* Oſaſch. *deciſ.* 70. *nu.* 7.
*& ſeqq.* & alij relati à Giouagnon. *loc. citato*
& Viloſa *de fugitiuis cap.* 18. §. 4. *num.* 20.

Nec dicatur, quòd ex receſsu manife-
ſtus eſt contemptus Iudicis, cuius ratione
Præ-

96 Prætoriæ ſtipulationes ſemper debentur,
quando illis controuentum fuit, vt tra-
dit Vulpell. *crimin. reſponſ.* 39. Baiard. ad
Clarum *quæſtione* 46. *numero* 60. & idem-
met Giouagnon. *d. conſ.* 228. *num.* 33. & Fa-
rin. *quæſt.* 30. *num.* 56. præcipuè quando a-
97 deſt iuramentum, quod obligat præcisè
Farin. *conſ.* 122. *num.* 6.

Quia reſpondetur, quod ſtante iuſta cau-
98 ſa fugiendi, & ad Superiorem acccedendi,
ceſſat contemptus, vt dixi, & iſte caſus
non dicitur compræhenſus in fideiuſſione,
ſeu promiſſione facta de non diſcedendo,
quia promiſſio de temerario, non autem
de iuſto, vel neceſſario egreſſu intelligi de-
bet, vt ex Honded. *conſ.* 49. *num.* 18. *& ſeqq.*
Ambroſin. *deciſ.* 49. *num.* 11. Farin. *quæſt.* 20.
*num.* 156. & Giurba *conſ. crim.* 34. *num.* 16.
dicit Conciol. *d. reſol.* 3. *num.* 3. *verbo fide-
iuſſor.*

Secundò reſpondetur cum Giouagnon.
*loc. cit.* quod dicta concluſio procedit, quã-
99 do expreſsè in promiſſione habita eſt ratio
contemptus, & expreſsè illius reſpectu pro-
miſſum eſt de non diſcedendo: ſecus ſi ſim-
plicitèr fuerit promiſſum non diſcedere,
quia tunc cenſetur facta ratione intereſſe
tantùm, & citat Anchar. *conſ.* 148. *num.* 1.
& alios ibi videndos, & hoc voluerunt e-
tiam Capra *concl.* 70. *num.* 9. Menoch. *de ar-
bitr. caſ.* 260. *num.* 13. *&* 27. Ambroſin. *deciſ.*
49. *num.* 16. Galnanus *conſ.* 15. *num.* 6. Farin.
*quæſt.* 30. *num.* 56. quos refert, & ſequitur
Giurb. *conſ. crim.* 34. *num.* 7.

Tertiò reſpondetur, quòd ſecundùm Fa-
rin. *in addit. ad quæſt.* 30. *num.* 142. etiam ceſ-
100 ſante cauſa non poteſt conſiderari cõtem-
ptus Iudicis, quando aufugiens acceſſit ad
Principem, quia recurrens ad Superiorem
101 nulli facit iniuriam, vt dicit Guazzin.
*reor. defenſ.* 5. *cap.* 4. *num.* 13. & nec dicitur
102 contrauenire Boſſ. *de carcer. fideiuſſ. relax.*
103 *num.* 46. & non dicitur fugere Farin. *in d.
addit. ad quæſt.* 30. *num.* 142. & Scialoya *de
torq. Reis cap.* 5. *num.* 48. imò eo ipſo quod
104 quis ad Superiorem recurrit, ligantur ma-
nus primi Iudicis, vt ex Baldo, & Alex.
dicit Bertacchin. *repert. verbo Superior nu.* 10.
Et quidem in terminis propoſitę quæſtionis
cum maiori facilitate debet admitti opinio
Farin. quia cum iſto caſu ceſſet qualitas fra-
cturæ carcerum, vt conſiderat Viloſa *de
fugitiuis cap.* 18. §. 3. *num.* 12. ceſſat in con-
ſequentia qualitas aggrauans, quia fractura
potiùs, quam fuga reddit ipſam fugam con-
ſiderabilem, quandò fugiens accedit ad Su-
periorem, nam ſimplex fuga abſque dicta
qualitate fracturæ non facit, nec præſefert
contemptum Iudicis, ex traditis per Guaz-
zin. Boſſ. Farin. & Scialoya *locis proximè ci-
tatis.*

Octaua concluſio eſt, quòd ſi Reus
aufugit facta per Iudicem, vel aliquem ex
105 miniſtris nouatione fideiuſſor ſaltem ope
exceptionis dicitur liberatus; vt per Text.
*in l. nouatione C. de fideiuſſ.* Morla *Empor. Iur.
par.* 1. *tit.* 8. *præmiſſo* 12. *num.* 86. Henrig. *de
fideiuſſor. cap.* 20. §. 3. *per tot.* inquit Gatena
*var. reſol.* 90. *num.* 5. qui *num.* 7. ex Menoch.
*conſ.* 246. *num.* 11. *& ſeq. lib.* 3. aſſignat hu-
ius aſſertionis rationem, quia pro illa obli-
gatione ſic immutata, & alterata nullus a-
deſt fideiuſſoris conſenſus, qui ſi eo tempo-
re, quo fideiuſſit, interrogatus fuiſſet, an
vellet intercedere etiam pro ea obligatione
ſic immutata, & alterata ſortè reſpondiſſet,
quod non; ſine conſenſu autem fideiuſſo-
ris impoſſibile eſt eum obligari, nulla enim
ratio docet, vt actus ſtricti Iuris, qualis eſt
fideiuſſio, vt per Text. *in l. quicquid aſtrin-
gendæ ff. de verbor. obligat. & in l. cum quid ff.
iudic. ſoluen. & in l. fideiuſſor ff. de fideiuſſor.* & ex
Menoch. Felic. Borgn. & Giurba inquit Ca-
rena *d. reſol.* 90. *num.* 1. *& ſeqq.* ad ſuperue-
nientem, ac omninò præter intentionem
cauſam extendatur, vt ex Text. *in l. non o-
mnis ff. ſi cert. petatur l. ſi in pignore ff. de fide-
iuſſor.* Seneca *de benefic. lib.* 4. *cap.* 35. firmat
Cutell. *ad leges Federici cap.* 13. *nota* 15. *nu.* 1.
*fol. mihi* 131. & dictam concluſionem ex
Socin. Anchar. Maſtrill. Cartar. Surd. tenet
etiam Cyriac. *forenſ. controu.* 101. *numer.* 28.
& procedit ſiuè nouatio, ſeù alteratio con-
ſiſtat in re magni momenti, ſiuè in re
106 parui momenti, vt ex Henrig. Pedrocch.
Cephal. Mareſcott. & Menoch. ſubdit Cy-
riac. *loc. cit. num.* 29. Conciol. *verbo fideiſſor.
reſol.* 1. *num.* 5. & ſiuè concernat locum, vel
rem, vel tempus, vt ex Antonin. & Maſtril.
proſequitur ibid. Cyriac. *num.* 30. *& contro-
uerſ.* 546. *nu.* 139. vel perſonam Theſau. *de-
ciſ.* 202. *num.* 16. vel caſum Rimin. Iun. *conſ.*
135. *num.* 8. & ex eo Cyriac. *loco cit.*

Hinc infertur, quod promiſſio Fideiuſ-
ſoris facta, quod Reus non diſcedet ex vno
107 loco expirat, ſi Curia eum in alium locũ
conijciat Laderch. *conſ.* 198. *num.* 3. Mar. An-
tonin. *lib.* 3. *reſol.* 30. *num.* 4. Cyriac. *d. con-
trou.* 101. *nu.* 34. Vermigliol. *conſ. crim.* 311.
*num.* 3. *& ſeqq.* & Conciol. *verbo fideiuſſor re-
ſol.* 1. *num.* 5. Antonell. *de loco legal. lib.* 3. *c.* 7.
*num.* 27. Caualcan. *deciſ.* 14. *num.* 9. *& ſeq.*
109 *par.* 5. ſiuè locus ſit magis arctus Gram.
*conſ. ciuil.* 66. *num.* 63. *& ſeq.* Scialoya *de
torquend. Reis cap.* 5. *num.* 50. Menoch. *conſil.*
212. *num.* 30. & his relatis Cyriac. *d. num.* 34.
Vermigl. *loc. citato num.* 4. & Conciol. *d. nu-
mer.* 5. ſiuè ſit magis latus, & amplus, quia
ſemper obligatio intelligitur durare, ſi, &
109 donec in eodem ſtatu res ipſa maneat ad
Text. *in l. fin. ff. qui ſatiſdar. cogan. l. quod Ser-
uius ff. de condict. cau. dat.* cum alijs adductis
per Cyriac. *loc. citato num.* 33. & per Con-
ciol. *verbo fideiuſſor reſol.* 1. *num.* 5. & quæli-
bet alteratio, quæ addit, vel aliquid detra-
hit, efficit, vt promiſſio non amplius ſub-
ſiſtat, vt benè probat Cyriac. *contr.* 546. *nu-
mer.* 138. *& ſeqq.* Poterit tamen hæc conclu-
ſio li-

ſio limitari in caſu, quo ex negligentia Cu-
110 ſtodis fuit Reus poſitus ex ſtrictiori carce-
re ad latiorém, vt fuit deciſum Mediola-
ni, vbi fuit dictum fuiſſe procedendum ad
vlteriora contra fideiuſſorem, ſaluo eidem
fideiuſſori Iure contra Commentarienſem,
prout Iuris fierit, vt refert Raphael Viloſa
*de fugitiuis cap.* 18. §. 3. *num.* 33. & eſt ratio
quam aſſignat Viloſa *ibidem num.* 32. quia
111 Fideiuſſor promittendo de tuto carcere
cenſetur etiam promiſiſſe de fideli cuſtodia
Cuſtodis, & ſic tenetur tamquam Cuſtos
Afflict. *deciſ.* 130. *num.* 2. & ſubdit *quod olim
Rei fideiuſſoribus committi ſolebant* ad Text.
*in l.* 1. *ff. de Cuſtod. & exhib. Reor. & l.* 3. *§. Sed
qui antē ff. de bon. corū, qui ante ſent.* & dat for-
mulam Rodericus Suarez *de fideiuſ. in cauſ.
crim. num.* 28.

112 Infertur ſecundò, quòd fideiuſſio expi-
rat quando Iudex dat Reo licentiam diſce-
dendi, vt reprobato Sanfelic. *deciſ.* 253. di-
cit ex Anton. de Ballis *var. lib.* 4. *quæſt.* 4.
*num.* 57. *in fine* Scialoya *d. cap.* 3. *num.* 49. &
ex Giouagnon. & Cyriac. Carena *d. reſ.* 90.
*num.* 13. nam ſtatim ex primo exitu licito fi-
nit, & ampliùs ad præiudicium fideiuſſoris
ſine nouo eius conſenſu reuiuiſcere nequit
Laderch. *conſ.* 198. *num.* 1. Menoch. *conſil.*
212. *num.* 29. 32. 39. *&* 52. Farinac. *conſ.* 59.
*num.* 9. *& ſeqq.* Cyriac. *contr.* 101. *numer.* 21.
Conciol. *crim. reſol. verbo fideiuſſor reſolut.* 1.
*num.* 1. Carena *reſol.* 90. *num.* 13. *&* 44. Ver-
migl. *conſ. crim.* 312. *num.* 1. *& ſeq. & conſil.*
315. *num.* 6. Giurb. *conſ.* 34. *num.* 36. Anto-
nell. *de loco legali lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 23. & hoc
113 procedit ſiuè licentia ſit data in ſcriptis,
ſiuè in voce, ſiuè conniuentibus oculis An-
tonell. *loc. cit. num.* 23. & multos citans
Conciol. *loc. cit. reſol.* 2. *num.* 1. *&* 4. & ſiuè
114 ſit data ſimplicitèr, ſiuè cum Clauſula:
*rata, & firma manente fideiuſſione*; vt ex Carena
*reſol.* 90. *num.* 33. *& ſeqq.* & Rota *deciſ.* 149.
*num.* 2. *par.* 3. *recenc.* firmat Conciol. *d. reſol.*
1. *num.* 4. dicens, quod dicta clauſula non
eſt ſufficiens ad impediendam extinctionē
obligationis fideiuſſoris, cum ipſe non con-
ſenſerit dictæ clauſulæ, & Iudex non poſſit
illum obligare de nouo ſine eius conſenſu,
& procedit etiam ſi licentia data ſit cum
conditione de redeundo, vt ex Farinac. La-
derch. Antonin. dicit Cyriac. *loc. cit. nu.* 22.
& Conciol. *loc. cit. num.* 3. & huius conclu-
ſionis ſic firmatę eſt ratio, quia præſumitur
fideiuſſor voluiſſe ſe obligare pro prima vi-
ce tantùm, vt ex Text. *in l. boues §. hoc ſer-
mone ff. de verbor. ſignific.* dicunt Cyriac. *dicta
contron.* 101. *num.* 23. & Conciol. *d. reſol.* 1.
*num.* 2. vbi alios allegant concordantes, &
etiam quia non præſumitur voluiſſe ſe vl-
teriùs obligare, niſi vſque ad tempus datæ
licentiæ, vt inquir Antonell. *loc. cit. num.* 23.
115 imò ex huiuſmodi licentia etiam ipſum
principalem liberari (ſupple à pœna in pro-
miſſione contenta) aſſerunt Cyriac. *d. contr.*
101, *num.* 26. & Conciol. *d. reſol.* 1. *num.* 1. *in
fine*. Propterea Antonellus *loc. cit. num.* 25.
dat cauthelam, vt in ſtipulatione fideiuſſio-
116 nis de non diſcedendo abſque licentia, ad-
datur in caſu licentiæ promiſſio de repræ-
ſentando, & allegat Gabr. *conſ.* 170. *lib.* 2.
& Farinacc. *conſ.* 228. *num.* 14. & hoc idem
ex Giouagnon. *conſ.* 58. *num.* 18. *lib.* 1. ad-
uertit Conciol. *d. reſol.* 1. *num.* 8. ſed hodie
117 cauti Iudices faciunt recipere cautionem
de non diſcedendo abſq; licentia cum clau-
ſula, *necnon de repræſentando*, itaut duæ ſint
fideiuſſiones diſtinctæ, & hæc praxis eſt in-
troducta ad euitandam controuerſiam; quę
ſuſcitari poteſt, quando non apparet de li-
centia, dicunt enim fideiuſſores promiſiſſe
repræſentare ſolùm in caſu licentiæ, & ſic
ſi de licentia non conſtat, prætendunt non
teneri ad repræſentandum: aduertendum
tamen, quòd niſi ſit ſtipulata ſumma præci-
ſa pro vna, & præciſa pro altera cautione
pœna ſpecificata intelligeretur impoſita
pro medietate reſpectu cautionis de non di-
ſcedendo, & pro medietate reſpectu cautio-
nis de repræſentando ad Text. *in l. eum, qui ff.
de verb. obligat. & in l. ſtipulatio iſta §. eum, qui
dicat, & in l. ſi mihi, & Titio ff. eod. & in l. ſi
duobus, & in l. ſi pluribus, & in l. ſi quis teſta-
ment. ff. de leg.* 1. & facit Bald. *conſ.* 158. *n.* 4.
*lib.* 3. vbi ait, quód ſi duæ perſonæ conde-
mnantur ad duodecim aureos annuos in-
telligitur quilibet pro medietate, vel por-
tione ſua damnatus, & eum refert, & ſe-
quitur Tuſcus *concl.* 32. *num.* 9. *lit. O.* & in
118 hoc eſt multùm aduertendum, prout etiā
aduerti debet, ne ante citationem factam
ad repræſentandum fiat aliquis actus per
Curiam contra principalem, quia fideiuſ-
ſor non teneretur repræſentare eum, quem
Curia perterruit, & in fugam poſuit, vt do-
cet poſt alios, quos citat Vermigl. *conſ. crim.*
312. *num.* 5. *& ſeqq.* & dicam latè infrà.

Infertur tertiò, quòd fideiuſſio expirat
119 etiam quando Iudex non facit ſibi reum
conſignare à fideiuſſore, ſed mittit birrua-
rios ad capiendum dictum Reum, nam ſi
Reus viſis birruariis aufugiat, fideiuſſor
tamquam ex facto Iudicis liberatus ad nihi-
lum vltra tenetur Galuan. *conſ.* 15. *num.* 13.
*& ſeqq.* Cutell. *ad ll. Siculas Federici cap.* 13.
*nota* 15. *numer.* 4. Bertazzol. *conſil. crimin.*
416. *num.* 13. *& conſ.* 417. *num.* 22. *& ſequen-
tibus* Viloſa *de fugitiuis cap.* 18. §. 3. *num.* 21.
*& ſeqq.* dicens hoc eſſe, quia videtur Iudex
receſſiſſe à cuſtodia illa fideiuſſionis, ſub
qua detinebatur Reus, eo ipſo, quod ſatel-
lites miſit ad eum capiendum, & ratio ra-
tionis eſt, quia per nouationem liberatur
fideiuſſor, vt pluribus citatis inquit Cyriac.
*d. contr.* 101. *num.* 35. & quamuis hodie non
inducatur nouatio, niſi expreſsè dicatur ad
Text. *in l. fin. C. de nouat.* nihilominùs quia
120 ſufficiunt coniecturæ ad declarandam vo-
120 luntatem nouationis, vt ex Gabr. Menoc.

Maſcard,

Maſcard. dicit Cyriac, *ibid. num.* 36. nulla
poteſt dari melior, & maior coniectura de-
clarationis voluntatis faciendæ nouationis
illa, quæ reſultat ex tranſmiſſione ſatellitū
ad capiendum Reum ſub fideiuſſione reten-
tum, quia vnum repugnat alteri, vt in ſimi-
li argumentatur Cyriac. *loc. cit. num.* 38. vbi
plures allegat concordantes, & idem eſt di-
cendum ſi Reus fuit à birruarijs tranſmiſſis
captus, quia ſtatim ſequuta captura pro ea-
121 dem cauſa, pro qua fuerat data fideiuſſio,
ipſe fideiuſſor remanet liberatus, vt ex Io:
And. ad Specul. Marſil, Gomez. Laderch,
Gabriel. Afflict. & Farinac. de communi
cum eod. Farin. teſtatur Vermigliol. *conſ.
crim.* 311. *num.* 6. quibus addo Roderic. Sua-
rez *de fideiuſſ. in cauſa crim. num.* 30. parum
enim refert ad liberandum fideiuſſorem,
an quis ad carcerem repræſentetur per ipsū
fideiuſſorem, an verò per Iudicem, & eius
Officiales, Suarez. *loco citato* Afflict. *dec.* 130.
*per tot.* Farin. *quæſt.* 34. *num.* 92. Caball. *crim.
reſol.* 47. *num.* 1. 2. *& ſeqq.* & alij, quos re-
fert, & ſequitur Vermigl. *conſ. crim.* 315. *nu-
mer.* 9. qui *num.* 4. ampliat hoc procedere,
etiamſi adſit in fideiuſſione clauſula *toties,*
122 *quoties*, quia adhuc facta per Curiam car-
cceratione, in totum expirat dicta fideiuſſio,
quia facto Curiæ Reus redditus eſt irrepræ-
ſentabilis, & Mandoſ. *in add.* ad Roman.
*conſ.* 137. *lit. A.* ex Io: Andr. *ad ſpeculat. tit.
de accuſat.* §. *ſequitur ver. exceptionem*, ampliat
123 hoc procedere etiamſi ob aliam cauſam
Reus ſit captus, dummodò iſto caſu fide-
iuſſor proteſtetur, ſe nolle ampliùs teneri, &
ita fuiſſe iudicatum in Ciuitate Bononiæ, &
pluries in Conſilio Neapolitano firmat ex
Afflict. & Roman. Mandoſ. *loco cit.* & con-
cluſionem hanc ſequitur Roderic. Suarez
*loc. cit. num.* 31. vbi Adden. plures allegat
concordantes, & hoc idem volunt Ioann.
Andr. Foller, Peguer. Farinac. *locis relatis* à
Caballo, qui eos ſequitur *crim. reſol.* 47. *n.* 5.
Marta *Digeſt. nouiſſ. tom.* 3. *tit. de fideiuſſ. c.* 9.
*&* 10. & Io: Belitz. *proceſſ. crim. tabula* 4. *q.* 8.
*fol. mihi* 11. Angel. *in l.* 11. §. *qui exhibendi
ff. de cuſtodia Reorum*, & Barbatia *in cap. cum
conſtet num.* 4. *de fideiuſſor.*

Infertur quartò, quòd fideiuſſio expirat
124 quando Iudex facit renouare fideiuſſores
pro eadem cauſa, nam prima obligatio per
ſecundam dicitur nouata, & penitus ſubla-
ta, vt per Text. *in l. nouatione C. de fideiuſſ.* &
Bart. *in l. Vranius in fine ff. de prætor. ſtipulat.*
monſtrat Muſcatell. *de fideiuſſ. par.* 1. *modo* 8.
125 *num.* 22. ſed vide quæ circa hanc quæſtio-
nem dicunt Decian. *reſp.* 72. *vol.* 2. & Bertaz-
zol. *conſ.* 63. *num.* 3. *& ſeqq.*

Infertur quintò, quòd fideiuſſor libera-
tur, quandò Iudex minatur contra Reum
126 de conijciendo eum in arctiorem carce-
rem, nam ſi hoc timore Reus aufugit, di-
citur ex facto, & culpa Iudicis aufugiſſe,
vt ex Farinac. *quæſt.* 34. *num.* 47. 49. *& ſeqq.*
*& conſ.* 59. *num.* 20. Antonin. *lib.* 3. *reſol.* 30.
*n.* 7. & alijs pluribus dicit Cyriac. *d. controu.*
101. *num.* 41. vbi ex Farinac. ſubdit hoc eſſe
verum, etiamſi factum Iudicis eſſet iu-
ſtum.

Sed an fideiuſſor ſit liberatus ſi Iudex ha-
127 bens Reum repræſentatum per fideiuſſo-
rem obligatum cum clauſula *toties quoties*
in decreto nouæ habilitationis mandet re-
laxari renouata cautione, & Reus relaxatur,
ſed non apparet de aliqua renouatione fide-
iuſſionis? Agit de hac quæſtione Muſcatell.
*de fideiuſſ. par.* 1. *modo* 8. *num.* 17. *& ſeqq. &
num.* 23. concludit eſſe factam nouationem
per Decretum Iudicis, & fideiuſſorem eſſe
omninò liberatum, ſi ipſe proteſtetur ſe
nolle amplius teneri, & allegat *num.* 32. pro
hac opinione Specul. Io: Andr. Anton. de
Alex. Iſern. Patid. de Puteo, & quamuis
Afflict. *in Conſtit. Humanitate num.* 10. con-
trarium tenere videatur, nihilominùs, vt
dicit Muſcatell. *loco cit. num.* 32. non tangit
punctum præſentis quæſtionis, quia in caſu
Afflict. non aderat Decretum Iudicis de re-
nouando fideiuſſore, ſed oretenus dixerat
Principali, quod deberet renouare fideiuſ-
ſores.

Similis caſus huic relato à Muſcatello
poſt hæc ſcripta de anno 1685. fuit diſpu-
tatus in Tribunali Illuſtriſſimi; & Reue-
rendiſſimi, D. mei A. C. nam cum N. N.
fuiſſet carceratus ob nonnullos exceſſus,
habuit recurſum ad R. P. D. Auditorem
Eminentiſſimi Præfecti Signaturæ Iuſtitiæ,
& obtinuit tale Decretum: *Ex tunc præſtita
fideiuſſione ſcutorum 2000. de habēdo Vrbem pro
carcere, & de ſtando Iuri, & Iudicatum ſoluen-
do mandauit inſtantem excarcerari, & ſuperſede-
ri in Iudicio Criminali vſque ad exitum Iudicij
Ciuilis omni &c.* Præſtitit dictam fideiuſsionē,
& libertatem ſuam ſtatim habuit; Pars ad-
uerſa habuit recurſum ab hoc Decreto ad
R. P. D. Auditorem Sanctiſsimi, & obtinuit
tale Decretum: *Ex tunc Illuſtriſſimus D. Au-
ditor etiam facto verbo cum Sanctiſſimo declara-
uit Cauſam ſpectare ad A. C. in Criminalibus, &
mandauit coram eodem procedi ad vlteriora reno-
uata per dictum D. N. N. fideiuſſione ſcutorum
2000. monetæ de habendo Vrbem pro carcere, &
de ſe repræſentando toties, &c. ad omne manda-
tum, &c. etiam nouis, &c. cum inhibitione
omni, &c.*

Sed hæc fideiuſsio non fuit præſtita, quia
iam Reus cum prima fideiuſsione data, vi-
gore Decreti Illuſtriſsimi Auditoris Præfe-
cti Signaturæ fuerat excarceratus. Compi-
lato igitur Proceſsu in Criminalibus fuit ci-
tatus fideiuſsor ad præſentandum dictum
N. N. ad formam ſuæ obligationis, at iſte
oppoſuit, quod non tenebatur repræſenta-
re ex pluribus: Primò quia obligatio de ha-
bendo Vrbem pro carcere non poterat ex-
tendi ad repræſentandum, nam in fideiuſ-
ſione, quæ eſt ſtrictiſsimi Iuris propter odiū,
quod

quod in ſe inuoluit, tantum dicitur dictum, quantum reperitur ſcriptum Farin. *conſ.* 59. *num.* 13. & quicquid non eſt in ſtipulatione expreſſum, non valet ſubintelligi Natta *conſ.* 202. *num.* 5. Antonin. *variar. lib.* 3. *reſol.* 30. *num.* 5. ſiquidem non debent verba detorqueri, & dilatari contra expreſſam promittentium declarationem Rota coram Coccino *deciſ.* 220. *num.* 5. *& in par.* 16. *recent. dec.* 131. *num.* 3.

Sed exceptio non poterunt ſuffragari, quia poſito quod fideiuſſio reſpiciat cauſam criminalem, ne dum quia R. P. D. Auditor Signaturæ mandauit renouari fideiuſſionem, & ſic intellexit eſſe renouandam pro cauſa criminali, pro qua alias fuerat data, & non potuit intelligere de cauſa ciuili, pro qua nec cautio, & nec obligatio exiſtebat; ſed etiam quia mandauit dari fideiuſſionem de habendo Vrbem pro carcere, & ſic voluit aſſecurare perſonam pro cauſa criminali, cum pro ciuili non detur carceratio pendente diſcuſſione cauſæ Abb. *in cap. lator. num. primo de pignor. & in cap. peruenit num.* 3. *de fideiuſſor.* Theſau. *dec.* 182. *num. primo* Boler. *de decoctor. tit. primo quæſt.* 2. *num.* 33. ſequitur inde, quod fideiuſſor tenetur repræſentare ſi non ex expreſſa vi verborum, ſaltem ex natura obligationis iuxtà doctrinam Burſatt. *conſ.* 313. *nu.* 14. & 15. Rauden. *deciſ. Piſana* 4. *nu.* 45. Tancredin. *conſult.* 110. *num.* 48. Rota coram Bichio *deciſ.* 135. *num.* 13. & in omnem caſum debet habere, & tenere illum taliter, vt facilis, & poſſibilis ſit Fiſco eundem ad carcerem formalem reducere, quippè cum finis talis fideiuſſionis ſit, vt Curia poſſit habere perſonam inquiſiti, vt aduertunt Roman. *conſ.* 193. *num. primo & ſeq.* & Ramon. *conſ.* 43. *num.* 9. Gram. *deciſ.* 95. *nu.* 2. Farinac. *quæſt.* 30. *num.* 71. Rocch. *reſp. legal.* 38. *num.* 3. *lib.* 2.

Secundò quia decretum R. P. D. Auditoris Papæ quo mandauit renouari fideiuſſionem, etiamſi non habuerit effectum. potens fuit liberare fideiuſſorem ex doctrina Muſcatelli *loc. cit.* quem nemo ex D. D. Aduocatis allegauit: ſed iſta exceptio non erat adeò clara, vt hæſitationem omnem reſpueret, nam etiam per effectualem renouationem fideiuſſionis poterat dubitari, an fideiuſſor eſſet liberatus ex traditis per eundem Muſcatell. *loc. cit. num.* 18. *& ſeqq.* Et multò magis poterat de hoc dubitari ex quo renouatio fideiuſſionis fuit ordinata ab alio Iudice, & ex quo fideiuſſio non fuit renouata, & nec potuit renouari, quia inquiſitus erat iam in ſua libertate, & per conſequens Fiſcus non potuit eum cogere ad illam renouandam, iſto enim caſu non eſt veriſimile, quod Iudex cum tali decreto voluerit priuare Fiſcum commodo primæ fideiuſſionis, dum ſecundam conſequi non poterat, quæ inueriſimilitudo nouationis præſumptionem excludit, vt tradunt Honded. *conſ.* 40. *num.* 24. *lib. primo* Zacchia *de oblig. Cameral. q.* 31. *n.* 2. Poſthius *reſol.* 20. *n.* 27.

Tertiò, quia ex dicto decreto Auditoris Papę fuit mutatus ſtatus Rei, atque Iudicij de ciuili ad criminale ad tradita per Nattam *conſ.* 202. *num.* 6.

Sed hæc exceptio non poterat fideiuſſori prodeſſe, quia ſtatus rei, & iudicij mutatio non liberat eum, qui vtrumque promiſit iudicatum ſcilicèt in ciuili ſoluere, & Reum in criminali repræſentare, iſto enim caſu, pro vno, ſeu pro alio euentu, & pro vtroque ſimul remanet obligatus, vt colligitur ex traditis per eundem Natt. *d. conſ.* 202.

Nihilominus in dicto Tribunali ſub die 14. Ianuarij 1686. reſoluimus articulũ ad fauorem fideiuſſoris ex eo motiuo, quod fideiuſſor ſe obligauerat pro ciuili, & pro criminali, ordine tamen ſucceſſiuo quatenus ſcilicèt prius diſcutiendus eſſet articulus in ciuili, prout mandauerat D. Auditor Signaturæ, nam magni ponderis eſt commodum, quod in iudicio ciuili poteſt fideiuſſor ſperare, quia poteſt in eo inquiſitus multas exceptiones præiudiciales criminalitati adducere, & quidem cum maiori facilitate, quam in criminali, & proptereà, dum præuertitur ordo, fideiuſſor liberatur, quia cum hac conditione præciſa contraxit cum parte, & Fiſco, ad Text. *in l. cum quærebatur* §. *vlt. ff. iudic. ſolu.* ibi: *vel alia actione acturus aliam dictauero*: Siquidem fideiuſſorem ſola variatio effectus contemplati ab obligatione eximit Henrig. *de fideiuſſor. cap.* 20. §. 26. *num.* 26. *vſque ad numer.* 34. Gratian. *diſcept.* 996. *per tot. & ſignanter num.* 6. Bonden. *collect. legal.* 43. *numer.* 259. *tom.* 2. vbi quod fideiuſſor reſpectu certi effectus ſe obligans id facere cenſetur, ſciens quibus exceptionibus ſe in illo tueri poſſet ab onere obligationis factæ, & propterea non eſt iuſtum, vt teneatur reſpectu alterius, de quo non cogitauit, & adhoc allegat Amatum Dunozet. *deciſ.* 272. *num.* 3. & 5. vbi quod ex hac nouatione liberatus eſt fideiuſſor, ſi nouiter non conſenſit: & facit ad propoſitum Roman. *conſil.* 210. *num. primo & conſ.* 270. *num.* 6. & Roland. à Valle *conſ.* 58. *num.* 13. *vol. primo.*

Quid ſi manente Reo extra carceres
cum cautione de ſe præſentando, nolens fi-
128 deiuſſor amplius manere in obligatione
accedat ad Iudicem, & proteſtetur ſe nolle
amplius teneri? Muſcatell. *de fideiuſſor. part.*
*prima modo* 8. *num.* 12. *verſ. ſed in caſu quæſtio-*
*nis* dicit, quod fideiuſſor non debet admit-
129 ti ad inſtandum, & proteſtandum, niſi
prius repræſentet Reum, illumque in car-
ceribus ſiſtat, & tunc demum debet diſpu-
tari, an proteſtatio poſſit ei ſuffragari.

Sed an debeat admitti ſi manente Reo in
130 carceribus, fideiuſſor, qui de tuto carcere
promiſit, velit proteſtari, & declarare iudi-

cialiter nolle amplius teneri? & affirmandum, quia ſicut fideiuſſor poteſt quandocunque ad ſui libitum Reum extrà carceres
131 exiſtentem in carceribus ſiſtere, & repræſentare etiam Reo, & Iudice repugnanribus Roman. *conſ.* 137. *circ. finem* Muſcatell. *de fideiuſſ. par. prima modo* 8. *per tot.* Io: Andr. *ad Speculat. tit. de accuſat.* §. *ſequitur verſ. exceptionem*, & Mandoſ. *in addit.* ad Roman. *d. conſ.* 137. *lit. A.* ità poteſt quandò promiſit de tuto carcere proteſtari Iudici ſe nolle amplius teneri, nec eſſe obligatum, vt in fortioribus terminis, quandò ſcilicèt habi-
132 litatus ſub fideiuſſone cum clauſula *Toties, quoties* fuit pro alijs delictis per Curiam denuò carceratus, reſpondent Afflict. *decis.* 130. *num.* 3. Thob. Nonius *conſil.* 103. *num.* 10. Peguer. *crim. deciſ.* 47. *num. primo verſ. ſed quicquid* Mandoſius ad Roman. *conſil.* 137. *lit. A.* Farinac. *quaſt.* 34. *num.* 99. Muſcatell. *d. modo* 8. *num.* 6. *& ſequentibus* Franc. Maria Pratus *in addit.* ad Muſcatell. *dicto modo* 8. *verſ. datur tamen* Suarez *loco citat.* Adden. *ad eum ibid. num.* 31. & quod ſufficiat, quandò Reus reperitur detentus
133 in carcere, vetbalis repræſentatio voluit Io; Andr. *in addit. ad Speculat. d. tit. de accuſat.* §. *ſequitur videre lit. L. incip.* Odofredus ibi: *certum eſt quod eo caſu, in quo captus erat, non poterat præſentari actualiter, præſentatur ergò, vt potuit ſcilicèt verbaliter*, & ſequitur Suarez *loc. cit.* & Barbatia *in c. cum conſtet de. fideiuſſor. num.* 2. qui reſpondet *ibidem num.* 6. motiuis Ludou. Romani ſibi contrarij *in l. ſtipulatio iſta* §. *inter certam ff. de verb. oblig.*

Præſertim verò ſi Iudex audita proteſta-
134 tione fideiuſſoris illam admittar, & mandet Reo. vt renouet fideiuſſorem, videtur enim recepiſſe Reum ipſum in ſua cuſtodia, & renunciaſſe cuſtodiæ fideiuſſoris, vt arg. Text. *in l.* 2. *ff. de cuſtod. Reor.* aduertit Muſcatell. *loc. cit. d. modo* 8. *num.* 6. & idem innuit Peguer. *d. deciſ.* 47. *verſ. nam recipiendo*, qui firmat fideiuſſorem eſſe liberatum, ſi non quia obligario eſt extincta, ſaltem quia Fiſcus repellitur ope exceptionis iuxtà Text. *in valerianus ff. de prætor. ſtipulat.* ibi: *ſi Preſes qui antè in triennium caueri iuſſerat, poſtea in longum tempus caueri præceperit, quia à prima ſtipulatione prorſus diſcedi voluerit exceptionem primæ ſtipulationis obligatis peperiſſe videtur*, & ità tenenr in terminis Afflict. *conſtit. humanitate num.* 11. & Muſcatell. *loc. cit.* qui plura notabilia ponit in hac materia, quæ poteris videre, quia ſunt pulcra, & vſufrequentia, & licèt Farinac. *d. quaſt.* 34. *num.* 101. *& ſeqq.* ex Roman. *in d. l. ſtipulatio iſta* §. *inter certam diem ff. de verb. obligat.* Foller. & Cumia quos allegat, aſſerat concluſionem non eſſe veram, quando fideiuſſor promiſit Reum repræſentare toties quoties ad omne mandatum Iudicis: imò teſtetur, quod apud nos deſideretur à Iudicibus fideiuſſor, qui faceret talē proteſtationē: Nihilominus etiā quoad hunc articulū æquitas ſuadet contrarium, & in hac Ciuitate Bononiæ ita fuit alias reſolutum, vt teſtatur Roman. *loc. proximè cit.* & ideò non eſt hic à d. reſolutione recedēdum, quamuis Roman. *ibid.* ſubdat quod Aſſeſſor ille fuit imperitiſſimus ex eo, quia noluit ſequi conſiliū, quod ipſe Romanus in cauſa reddiderat: & hanc opinionem pluribus tuetur Marius Muta ad capitula Regni *c.* 431. *n.* 4. *& ſeqq. tom.* 5. qui reſpondet motiuis adductis à Romano, & à Farinaccio *loc. cit.* vide eum quia doctè latèque materiam diſcutit, & affert ſexdecim caſus, ſeu modos, quibus obligatio fideiuſſoris extinguitur: & circa broccardicam illam concluſionem, an obligans repræſentare Reum toties quoties ad omne mandatum remaneat ſemper obligatus, an verò per primam, vel ſecundam repræſentationem remaneat liberatus, abſolutè tenet *num.* 27. & 28. quod eſt liberatus ex prima repræſentatione, vide etiam Barbariam *d. cap. cum conſtet nu.* 4. *& ſeqq. de fideiuſſ.* vbi firmat quod opinio contra Lud. Roman. eſt verior, & æquior.

Quærò primò quis dicatur carcer publi-
135 cus? Dic quod carcer iuxtà diffinitionem Tholoſ. *ſyntagmat. Iur. lib.* 31. *cap.* 33. *nu.* 6. relatus à Viloſa *de fugitiuis cap.* 18. §. *primo num.* 13. eſt locus rutus, horribilis, delinquentium, vel debitorum cuſtodiæ deputatus, & dicitur *à coercendo* ſecundum Varro-
136 nem *de ling. latin. lib.* 4. quem refert, & ſequitur Tholoſ. *d. cap.* 33. *num. primo* ſeu dicitur *à carendo*, & Cęlo, vt idem ſit *carcer*, ac *locus carens*, Cęlo, & aſpectu aeris, & Solis iucundiſſimo, vt ait D. Carolus Petra *comment. ad rit. M. Cur. ritu* 40. *num. primo* qui poterat ad comprobationem ſui dicti allegare Caſſiodorum *lib.* 11. *variar. Epiſt.* 40. ibi Cella *gemituum: triſtitiæ Domus: Plutonis hoſpitium: locus perpetua nocte cęcatus*: & Aurel. Prudent. dicentem

*Eſt intus imò ergaſtulo:*
*Locus tenebris nigrior:*
*Aeterna nox illic ſilet.*

Et ſic videtur dicendū quod omnis locus in quo quis reſtringitur, & coercetur, itaut egredi, & aſpectu Cęli, & Solis gandere ad ſui libitum non poſſit, dicatnr, & ſit car-
137 cer, & videtur deſtinatus ad tres effectus, nempè ad detinendum hominem, ne fugiat, aut cum aliquo alloquatur: ad diſponendum, vt per torturam, vel tędium veritatem fateatur.: & ad caſtigandum, puta vt ſupplicio, vel alia pœna afficiatur vt ex Platone *lib.* 10. *de legib. circ. finem* & Tholoſ. *d. cap.* 33. *num.* 14. dicit Viloſa *dicto* §. *primo num.* 36. & hoc idem dicit Bellograndis *Method. rer. crim. tract.* 7. *quaſt.* 2. *num. primo* latè Parexa *de edit. Inſtrument. par.* 2. *tit.* 8. *reſol.* 2. *num.* 7. *& ſeqq.* & latiſſimè Buccaron. *de different. inter Ius Ciuil. & crimin. differènt.* 148. *num.* 15. *& ſeqq.* Carcer ad detinen-

nen-

nendum eſt approbatus à Iure Ciuili *leg. aut*
*damnum §. ſolent ff. de pæn. & leg. ſi tamen §.*
*ei qui ff. de ædilit. edict.* Carcer ad caſtigatio-
138 nem improbatur à Iure Ciuili, vt habetur
*in l. incredibile C. de pœnis, & l. vlt. ff. de cu-*
*ſtod. reor. & in d. §. ſolent.* ibi: *ſolent Præſides*
*in carcere continendos damnare, vt in vinculis*
*contineantur, ſed id eos facere non oportet: nam*
*huiuſmodi pœnæ interdictæ ſunt: carcer enim ad*
*continendos homines non ad puniendos haberi de-*
139 *bet*: receptus tamen eſt à Iure Canonico
*cap. quamuis de pœnis in 6. & cap. penult. de*
*apoſtat. cap. penult. de hæretic. cap. nouimus de*
140 *verb. ſignif.* nam cum Eccleſiaſtici ne-
queant pœnam ſanguinis imponere *cap. in*
*Archiepiſcopatu de raptorib. cap. Clericis, & cap.*
*ſententiam ſanguinis, ne Clerici, vel Monaci.*
admiſerunt hunc modum punitionis ipſis
magis proprium, vt aduertit Viloſa *de fu-*
*gitiuis d. §. primo num.* 43. & Buccaron. *d. dif-*
*ferent.* 148. *num.* 16. Simancha, Tholoſan.
Mieres, Bouadilla *locis relatis* à Gonzalez de
Salzedo *ad nouas leges recopilat. Hiſp. leg.* 8.
141 *tit.* 21. *lib.* 2. *num.* 14. At carcer ad ſup-
plicium erat quidem in vſu antiquis tem-
poribus, & Romæ erant varia loca ſub-
terranea: Athenis nuncupabatur *Barathrum*:
Siracuſis *Latomiæ*, vt ex Cœlio Rodigin.
*lib.* 17. *lect. antiq. cap.* 9. & ex Alex. ab Alex.
*lib.* 3. *dier. genial. cap.* 5. refert Viloſa *dicto*
*§. primo num.* 38. Sed hodie huiuſmodi vſus,
quod ſciam, penitùs receſſit, niſi quod mul-
toties nobiles in carcere ſtrangulantur,
vel capite truncantur; ſi ſcire cupis plu-
142 ra circa hanc materiam adeas Buccaron.
*d. different.* 148. *num.* 15. *& ſeqq.* qui refert
plures ſpecies carceris, & dicit quandò ſit
ſimplicis Iuriſdictionis, quandò ſit mixti,
& quandò meri Imperij: Adeas etiam Pe-
gas *ad ordinationes Portugal. lib. primo tit.* 33.
*§. vlt. gloſa* 13. *cap.* 2. *per tot. tom.* 3. vbi om-
nia incommoda, & grauamina, quæ infert
carcer, enumerat, & Cyriac. *contron.* 172.
*num.* 51. *& ſeqq.* & Salzedo *d. l.* 8. *num.* 15.
*& ſeqq.* & Berart. *ſpecul. viſit. cap.* 20. *nu.* 8.

Verùm quia D. Card. reſtringit diſpoſi-
tionem ad fracturam carcerum publicorum,
videtur per conſequens reſpuere ſupra
dictam generalitatem locorum, quam di-
ximus competere verbo *coercere*, à quo car-
cer deriuare videtur: dictio enim, publico,
differentiatur à ſecreto, & differentiatur à
143 priuato, quia carcer ſecretus differt à car-
cere publico: prout carcer publicus differt
à carcere priuato: & ideò videtur dicen-
dum, quod diſpoſitio hæc non compræ-
hendit rumpentem muros, ſeù portas, ſeù
cancellos carceris ſecreti, & nec rumpentem
muros, ſeù portas carceris priuati, & reſ-
pectu ad hunc vltimum etiam quia carcer
144 priuatus, hoc eſt carcer autoritate, ſeù po-
tiùs temeritate priuatorum inſtitutus, vt di-
cit Tholoſ. *d. cap.* 33. *num.* 2. eſt prohibitus
à Iure *l. vnica Cod. de priuat. carcer.* Sed dic,
quod hic carcer publicus dicitur is, qui, vt
ait Cumanus *conſ.* 106. *in fine*, eſt ad vſum
145 publicum, & expenſis Reipublicę conſtru-
ctus, & fabricatus eſt, & expenſis publicis
etiam conſeruatur, & cuſtoditur, & hoc
idem videtur velle Azeuedo *recopil. lib.* 4.
*tit.* 24. *leg.* 2. *nu.* 2. cumque domus ad vſum
carcerum fabricata habeat, & debeat habe-
re plura receptacula, vt ex Georg. Rem. di-
cit Carpzou. *pract. crim. par.* 3. *quæſt.* 111.
*num.* 66. Et ſignanter habeat ſtantiam, quæ
vulgo dicitur *communis, ſeù larga*, & habeat
diuerſas ſtantias, quæ vulgò nuncupantur
*ſecretæ*, conſequens eſt, vt ipſa domus cum
omnibus ſuis ſtantijs annexis, & connexis
veniat appellatione carceris publici.

Imò multi volunt, quod carcer publicus
146 vocetur, & ſit quęuis domus ex decreto, &
ordinatione Iudicis pro carcere conſtituta,
itaut carcer publicus poſſit, & debeat dici
omnis camera, puta in Palatio Poteſtaris,
ſeù alibi exiſtens, imò & totum Palatium,
vel aliùs locus, quandò Prætor, vel Iudex
illum pro carcere conſtituit, vt ex Angel.
*de maleſic.* Cyrill. Boſſ. Boer. dicit Farinac.
*quæſt.* 30. *num.* 47. quem ſequitur Viloſa
*de fugitiuis cap.* 18. *§.* 3. *num.* 3. *& ſeqq.* qui
ponit exemplum in eo, qui in domo pro-
pria ex decreto Iudicis retinetur cum præ-
cepto, ſeu cautione de non diſcedendo, &
ſubdit propterea Franciſcum Amaiam *in*
*l.* 2. *n.* 21. *C. de exact. tribut. lib.* 10. non benè
loquutum, dùm requirit in definitione
carceris verbum illud *ſecurus, vel publicus*,
etenim domus priuata ex decreto Iudicis
efficitur carcer publicus, & ex præcepto,
vel fideiuſſione redditur ſecurus, & Farin.
*loc. cit. num.* 50. ex hoc infert, quod detentus
in palatio, ſeù camera loco carceris per Iu-
147 dicem aſſignata, ſi aufugit fractis muris,
ſeù oſtio dicti Palatij, ſeù cameræ, puniri
debet vti effractor, non aliter ac ſi ex pu-
blicis carceribus aufugiſſet, & allegat Boer.
*deciſ.* 215. *num.* 15. Duennas *regul.* 392. *fuga*
*quæ fit è carceribus in* 4. *ampliat*: & hæc con-
cluſio nempè quod carceratus dici debeat,
non ſolùm qui in vinculis, & effectiuo, ac
formali carcere detinetur, ſed & is, qui ha-
bet domum, palatium, vel Ciuitatem pro
carcere cum præcepto pœnali, vel cautio-
ne de non diſcedendo, fundata eſt in Textu
*in l. qui neque §. ſolutum ff. de verb. ſignif. &*
*& in leg. in eadem §. in vinculis, & in l. nec non*
*ff. ex quibus cauſ. maior.* & eamdem conclu-
ſionem tuentur Franc. Mar. Pratus *reſp. cri-*
*min.* 33. *num.* 5. *& ſeqq. reſp.* 34. *num.* 4. *&*
*ſeq. reſp.* 36. *num.* 25. *& ſeqq. & reſp.* 37. *nu-*
*mer.* 27. *& ſeqq.* Nouar. *forenſ. quæſt.* 138. *nu-*
*mer.* 6. *& ſeqq.* Iul. Caponus *diſcep.* 264. *nu-*
*mer.* 25. Cyriac. *contron.* 172. *num.* 48. *lib.*
*primo* Bertazol. *conſ. crim.* 35. vbi Claud. *in*
*addit.* de Marinis *lib.* 1. *reſol.* 194. *n.* 19. *& ſeqq.*
*& alleg.* 97. *n.* 6. & 7. Gram. *deciſ.* 14. *n.* 4. Ca-
ualcan. *deciſion.* 14. *par.* 5. *per tot.* Vinc. de

Franch. *dec.* 709. vbi de Luca *in addit. nu.* 2.
Ricc. *dec.* 226. *num.* 2. *par.* 2. Carol. Petra
*ritu* 166. *num.* 163. Pegas *ad ordinat. Portugall.*
*lib. primo tit.* 33. §. *vlt. cap.* 2. *num.* 19. *tom.* 3.
Tranchedinus *conſult.* 32. *num.* 13. Farinac.
*quæſt.* 30. *num.* 49. Viloſa *de fugitiuis cap.* 19.
§. 3. *num.* 104. Hering. *de fideiuſſ. cap.* 10. *nu-*
*mer.* 170. & alios adducens Cortiada *dec.* 9.
*num.* 63. *& ſeqq.*

Et hoc adeò verum exiſtimant Prat. Pe-
148 tra, Nouar. & alij Doctores Neapolitani,
vt dicant ſatisfactum Ritui, ſeù ſtatuti diſ-
poſitioni volentis debitorem in vinculis ad-
uerſus Inſtrumentum fore audiendum, ſi
det cautionem de habendo domum pro
carcere.

Et Phebus *Luſit. deciſ.* 3. pluribus oſtendit,
149 huiuſmodi debitori habenti domum pro
carcere eſſe à creditore ſubminiſtranda ali-
menta æquè, ac ſi exiſteret in carcere for-
mali, & Phebum ſic dicententem ſequitur
*Prat. dict. reſp. criminal.* 37. *num.* 40. & Pegas
*dicto num.* 19.

Verùm ne verbum *Publico* in Bannimen-
150 tis poſitum ſtet otioſum, ſed aliquid ope-
retur iuxta aduertentiam Adden. ad Bart.
*in leg. ſi conuenerit* §. *ſi nuda ff. de pignor. action.*
*verbo quod ipſe col.* 4. & Bald. *in leg. ſi quan-*
*dò num. primo ff. de legat. primo*, debemus dice-
151 re, quod hæc diſpoſitio Bannimentorum
compræhendat ſolùm carceres, qui ſunt ex-
penſis Reipublicæ fabricati: vlterius debe-
mus ita dicere, vel quia credibile eſt, quod
D. Cardinalis voluerit ità ſpecificando di-
rimere controuerſiam, quæ extat inter Do-
ctores, nam Doctores ſupra relati volunt
quemlibet locum à Iudice aſſignatum dici
carcerem, alij verò nempe Iaſon. Abb. Mar-
ſil. Poller. Hieronymus à Monte *locis relatis*
à Farinac. *d. quæſt.* 30. *num.* 48. Alberic. Vi-
uius, Maſcard. Duennas *locis relatis* à Muta
*ad pragmat. tit.* 45. *de pæna inſultantium carce-*
*ratos num.* 23. aſſerunt, quod locus pro car-
152 cere aſſignatus largo modo dicitur carcer,
ſed propriè, & verè carcer non eſt, & ideò
licèt æquiparentur carcer, & locus pro car-
cere aſſignatus, talis tamen æquiparatio
procedit, non quia verè ſunt idem, ſed be-
nè quia ſunt eiuſdem effectus, & propterea
non ſunt æquipollentia, ſed ſunt diuerſa,
quia minor ratio eſt in vno, quam in alio,
vt formalibus verbis dicit Hieronym. à
Monte relatus à Farinac. *d. quæſt.* 30. *num.* 48.
& in ſpecie Lanſranc. *in cap. quoniam contra*
§. *de confeſſionibus num.* 23. *de probation.* rela-
tus pariter à Farinac. *ibidem*, expreſsè negat
cameram loco carceris aſſignatam dici poſ-
ſe carcerem publicum, & Felin. *in cap. cum*
*contingat num.* 8. *de foro compet.* quem refert,
& ſequitur Cyriac. *controu.* 172. *numer.* 48.
*tom. primo*, dicit, quod aliud eſt detrudere
in carcerem, aliud detinere ſub cuſtodia,
vel ſaltem debemus ita dicere, quia Banni-
153 menta ſemper intelligi, & interpratari
debent in proprio, & ſtricto ſignificatu
Bald. *in l.* 2. *num.* 7. *C. de dotis promiſſ.* Ber-
tazol. *conſ. crim.* 175. *num.* 13. *lib. primo*, &
Maſcard. *de interprat. ſtatut. concl.* 4. *num. pri-*
*mo & ſeqq.* ſiquidem non poteſt negari, quod
locus pro carcere aſſignatus cum præcepto,
vel cautione ſtrictè, & proprijſſimè carcer
non eſt vt fatetur Caualcan. *d. dec.* 14. *n.* 2. *&* 3.
nam qui dedit fideiuſſores nec in vinculis, &
nec in cuſtodia eſt, & hoc eſt veriſſimum
(ſunt verba Caualcan. *d. num.* 3.) *in vinculis*
*non eſt, quia non habet manettas, cippos, & cate-*
*nas ferreas: non eſt in cuſtodia, quia non habet*
*cuſtodem, & ſic perſonam propriam, qui eum*
*cuſtodiat*, & hoc in ſubſtantia firmat etiam
Farinac. *d. quæſt.* 30. *num.* 58. & Petrus Mul-
lerus *de fugitiuis tit. de fuga arreſtatorum* §. 30.
*fol. mihi* 89. *in fine*. Et ideò vbi agitur de
intelligentia, & interpretatione Statuti, &
vbi agitur de materia odioſa, & ſtricta ſub
154 appellatione carceris publici non debet
venire talis detentio facta in Palatio, domo,
vel ciuitate cum cautione de habendo pro
carcere, vt concedit Caualcan. *d. deciſ.* 14.
*num.* 5. *par.* 5. & probant relati à Farinac.
*qu.* 30. *n.* 48. qui, vt dixi, firmant, quod pęna
effractorum carcerum, & ab illis aufugien-
tium non procedit, & nec habet locum
contra eos qui aufugiunt è Palatio, domo,
vel alio loco pro carcere aſſignato, *quia li-*
cèt talis locus poſſit largo modo appellari
carcer, non eſt tamen carcer, nec in carce-
re dicitur incluſus, qui in palatio, ſeu loco
pro carcere aſſignato retinetur, licèt vbi agi-
155 tur de interpretatione legis, vel agitur de
re fauorabili, & vt ait Caualcan. *d. deciſ.* 14.
*num.* 5. agitur de re reducibili ad Ius Com-
mune, quia largiſſimè debet interpretari,
vt ait Caualcan. *ibidem*, appellatione carce-
ris veniat omnis locus, in quo quis fideiuſ-
ſione, vel præcepto detinetur, vt firmat
Caualcan. *ibidem*, & poteſt poni exemplum
in eo, qui, dum detentus erat cum præcepto
156 pœnali, vel cautione, ſeu promiſſione
de non diſcedendo, fuit citatus ad compa-
rendum alibi; nam ſi non comparet, & ex
hoc condemnetur, debet releuari, quia in
carcere dicitur manere, vt dicit Farinac.
*dicto numer.* 58. & poteſt poni exemplum
in eo, qui capitur ad inſtantiam alterius Iu-
157 dicis, nam debet reſtitui primo Iudici, qui
eum ſub fideiuſſione detinebat, vt apparet
ex adductis à Carthar *deciſ. crim.* 31. *per tot.*
defendit enim ibi Carthar. quod Cæſar Sac-
chus captus ad inſtantiam Curiæ Archiepi-
ſcopalis Mediolanen. debebat remanere,
& condemnari in eadem Curia Archiepiſ-
copali ob vulnus Clerico inflictum, non
obſtante quod Pater dicti Cæſaris apud Tri-
bunal Iudicis Sæcularis pridiè antè Captu-
ram Cæſaris promiſiſſet ſub pœna aureo-
rum 25. pręſentare d. Cæſarem ſuum filium
coram Iudice Sæculari poſt ferias Paſcales,
& motus fuit ad ita dicendum, quia pro-
miſſio

miſſio facta per Patrem erat inualida reſpectu ad Cæſarem, nec iſtum arctabat, & obligabat ad ſe conſtituendum, cum filiusfamilias non obligetur ex contractu, & obligatione facta per Patrem *l. 2. & l. Patris C. ne filius pro Patre* cum alijs allegatis à Carthar. *ibid. num.* 21. ſecus ergò innuit in caſu, in quo iuxta caſum relatum à Gram. *conſil.* 28. *num.* 8. *& ſeqq.* Reus ſe ipſum obligaſſet, vel fideiuſſorem dediſſet, quia tunc captus ab alio Iudice remittendus eſſet ex conceſſis per Carthar. & probatis per Gram. *d. conſ.* 28.

Quod intelligo eſſe verum ſi capiatur
158 pro eodem delicto, prout ſunt termini, in quibus loquuntur Carthar. & Gram. *loc. cit.* nam ſi caperetur pro alio diuerſo crimine remittendus quidem eſſet, prout in his terminis fuit deciſum Neapoli teſte Io: Dominico Taſſono *de antefato verſ.* 12. *obſeru. prima num.* 44. *fol. mihi* 486. Sed debet remitti cum conditione, quod terminata cauſa à primo Iudice, quatenus locus remancat alteri pœnę, debeat Iudici capienti reſtitui, vt in terminis arreſti ab alio Iudice in carceribus facti per Text. *in l. ſi cui §. fin. ff. de accuſ.* Bart. *in l.* 2. *§. qui exhibendi ff. de cuſtod. reor.* dicit Scannarol. *de viſit. carcer. lib.* 2. *§.* 17. *num.* 3. & hoc idem firmat Foller. *pract. crim. verbo vel carcerentur num.* 26. Sicut enim nequit dubirari, quin alius Officialis poſſit recommendare in carceribus, carceratum per alium Iudicem, pro alijs delictis, vt ex Angel. & Marſil. vult. Foller. *loc. cit.* & ſequitur Farin. *quæſt.* 30. *num.* 154. ita nec poteſt dubitari, quin alius Officiales poſſit capi facere Reum cum fideiuſſione retentum per alium Iudicem, ad effectum tamen procedendi poſtquam primus Iudex cauſam ſuam expeditioni demandauit vt ex Scannarol. dixi ſupra: ſiquidem, dum licèt arreſtare exiſtentem in carceribus, eo magis licitum erit arreſtare, ſeù capi facere ſub fideiuſſione detentum, cum hoc ſit minus, vt euincitur ex Text. *in leg. prima Cod. de cuſtod. Reor.* Lancellot. Corrad. *templum omnium iudicum tit. de offic. Prætoris lib. primo cap.* 9. *de carceratione num.* 9. *&* 10. Carauit. *de ritib. M. Cur. ritu* 166. *num.* 28. & Caualcan. *d. dec.* 14. *num.* 4. *par.* 5.

Poteſt tamen dubitari de veritate huius
159 aſſertionis reſpectu ad Curiam Eccleſiaſticam, quæ ſi ſit prima in capiendo, ſicut non poteſt conſignare Reum ob timorem irregularitatis ex vulgatis, ità nec poteſt aſſentiri arreſto per Curiam Sæcularem facto; ineſt enim per timor incurſus irregularitatis: Inſuper arreſtum fit per quandam adhæſionem, vt inquit Scannarol. *de viſit. carcer. cap.* 8. *num.* 8. quæ requirit cauſæ ſimilitudinem, vt probat idem Scannarol. *loco citat. numer.* 10. ſed nulla poteſt eſſe ſimilitudo cauſæ Curiæ Eccleſiaſticæ, & Curiæ Sæcularis, cum Eccleſiaſtica non poſſit imponere pœnam ſanguinis, quam imponit Curia Sæcularis.

In contrarium tamen vrget regula ſupra
160 firmata, quæ cum ſit generaliter poſita, debet generaliter intelligi, & indiſtinctè debet procedere, quia regula rem claram
161 conſtituit, vt ex Bart. & Surdo ait Carthar. *crim. deciſ.* 95. *num.* 13. & pro regula pronunciandum eſt, vt ex Baldo, Natta, & Surdo ait Carthar. *ibidem num.* 14. & vrget etiam alia regula, qua perhibetur ad validitatem arreſti, ſeù vt aiunt *empara* ſufficere, quod vel Perſona contrà quam fit arreſtum, vel Perſona ad cuius inſtantiam ſit arreſtum, vel perſona in cuius poſſe ſit, ſit de Iuriſdictione Iudicis arreſtantis, vt ex Molino, & Portules ait Seſſe *de inhibit. cap.* 8. *§.* 2. *nu.* 16. & remiſſiuè Cancer. *var. par.* 2. *cap.* 4. *de ſequeſtro, & empara num.* 11.

Non obſtant, quæ per modum dubitan-
162 di allata ſunt, quia quodlibet argumentum continet in ſe captionem: ſiquidem primum contrinet captionem in quantum ſupponitur ibidem, quod requiratur aſſenſus Iudicis Eccleſiaſtici in Arreſto per Curiam Sæcularem faciendo; ſed hoc non ſubſiſtit, quia Curia Sæcularis prout quilibet Iudex, qui habet quærelam, & indicia ſufficientia contrà iam carceratum, aduerſus illum concedit arreſtum, etiam non facto verbo cum Iudice cauſæ principalis, vt de ſtylo teſtatur Scannarol. *de viſit. carcer. lib.* 2. *§.* 17. *nu.* 2. Et ſic Iudex Sæcularis in arreſto vtitur iure ſuo, & ex iure primi Iudicis nihil accipit, ſed ex iure proprio omnia facit, & ideò Iudex Eccleſiaſticus non poteſt incurrere, nec indè timere vllam irregularitatem, quæ
163 habet locum ſolum in caſu, quo Iudex contribuit, vel aliquo modo cooperatur in cauſa ſanguinis, vt probat Maiolus *de irregularit. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 11. & facit Riec. *var. quæſt.* 4. *per tot. poſit. in fine lib.* 5. *rer. quotid. fori Eccleſ.*

Secundum continet etiam captionem,
164 quia arreſtum per adhæſionem fit ſolum in Ciuilibus, non verò in criminalibus, quibus congruit arreſtum, quod fit per manus iniectionem, vt probat Scannarol. *de viſit. carcerat. in proemio lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 16. *& cap.* 9. *num.* 23. *qui num.* 20. *& ſeqq.* dicit quarè captus criminalitèr, non poteſt arreſtari pro Ciuili, nempè quia actio ex debito deſcendens non poteſt adhærere cauſæ criminali, tamquam diſſimili, ac maioris qualitatis, cui congruit ratio allata per Buccaron. *de different. inter Iudic. Ciuil. & criminal: different.* 148. *nu.* 11. dicentem hoc eſſe, quia ob grauitatem cauſæ criminalis cauſa ciuilis debet præſtare ei obſequium: aliam rationem addit Scannarol. *loc. citat. num.* 21. nempè quia arreſtum ciuile non fit, niſi implorato officio Iudicis, qui conceſſit primam capturam Rota *deciſ.* 478. *num.* 4. *par. prima recent. cum ibi allegatis*; Sed Iudex criminalis non poteſt

poteſt officium ſuum imploratum imparti-
ri, quia non habet ciuilem iuriſdictionem,
niſi incidentèr pro ſua cauſa criminali, vt
conſiderant Doctores citati à Farin. *conſ.* 11.
*num.* 48. *conſ.* 40. *num.* 58. *& conſ.* 69. *num.* 3.
*lib. primo*. Arreſtum verò criminale, quod
fit per manus iniectionem, cum conſiſtat in
poteſtate aliqua mero imperio fulta, & ten-
dat ad publicum intereſſe, habeatque latas
habenas Reos arreſtandi, ſeù potiùs ſeque-
ſtrandi vt ex Tiraquel. *de transl. poſſeſſ. par.*
*prima declar.* 5. *nu.* 23. inquit Scannarol. *dicto*
*cap.* 9. *num.* 23. non impeditur à cauſæ diſſi-
militudine, cuius nullam habet rationem,
ſicut nec temporis, nec loci, nec perſona-
rum, vt proſequitur Scannarol. *ibid.*

Et quidem ſi dicta argumenta procede-
rent, vtique proſterneretur regula fundata
in præuentione, nam Reus exiſtens in poſſe
Curiæ Eccleſiaſticæ non poſſet remitti ad
Iudicem Sæcularem, qui ius præuentionis
acquiſiuiſſet, quia militaret periculum, &
timor irregularitatis, & militaret diſſimili-
tudo pœnæ, & propterea deſtrueretur dicta
Regula.

165 Verùm tamen eſt quod hoc procedit ſo-
lum in terminis caſus ſuprapoſiti, nempè
quando Iudex Sæcularis procedit ad captu-
ram contra detentum per Iudicem Eccle-
ſiaſticum in domo, vel in Ciuitate cum
cautione de habendo Domum, vel Ciuita-
166 tem pro carcere; nam ſi Reus ſit deten-
tus in carceribus Eccleſiaſticis, non video,
quomodò poſſit practicari arreſtum, cum
tamquam factum à Iudice laico non poſſit
coarctare Eccleſiaſticos, vel Miniſtros Iu-
dicis Eccleſiaſtici ad obſeruantiam, hoc eſt
ad non relaxandum Reum carceratum, con-
tra quem datur arreſtum, vt benè perpen-
dit in terminis emparæ bonorum laici in
poſſe Clerici exiſtentium Seſſe *de inhibitione*
*cap.* 8. §. 2. *numer.* 19. & Portules ad Moli-
num *repert.* §. *emparamentum num.* 2. *quaſt.* 29.
*num.* 13. & *ſeqq.* Immò ſi carceres Eccleſia-
167 ſtici eſſent conſtituti intrà palatium Epiſ-
copale excluderetur arreſtum etiam ex Ca-
pite Immunitatis, qua gaudet palatium
Epiſcopale, vt pluribus citatis firmat Cor-
tiada *deciſ.* 59. *nu. primo*, quod eſt verum,
etiamſi palatium ſit ſeparatum, & diſtans
ab Eccleſia vt ex Gloſa Nauar. Couar. Vil-
lagut. Tuſch. Germond. Azzor. Suarez, Ita-
lia, Farinac. Guazzin. Ciarlin. Diana del
Bene, & alijs de veriori teſtatur Cortiada
*ibid. num.* 14.

168 Et licèt ductus à Birruarijs ad Carceres
non poſſit allegare Immunitatem ad inſtar
eius, qui ligatus ducitur à birruarijs per Ec-
cleſiam, quia nullatenus ea gaudet, vt di-
cit poſt multos Cortiada *deciſ.* 84. *numer.* 2.
*&* 4. nihilominus Iudex arreſtans non po-
teſt ex hoc iuuari, quia iſto caſu, cum Sæcu-
laris Iudex non habeat reſpectu loci manus
iniectionem in captum, procederet adhæren-
do capturæ factæ à Iudice Eccleſiaſtico,
quod ex iam dictis non poteſt facere.

169 Item vt ad rem, à qua parumper ſum
digreſſus, reuertar, poteſt poni exemplum
in eo qui detentus domi ad inſtantiam Cre-
ditoris petit ſibi alimenta præſtari vt in caſu
Phebi *d. deciſ.* 3.

170 Et poteſt etiam poni exemplum in eo,
contra quem fuit incuſatum Inſtrumentũ,
nam ſi dat cautionem de habendo domum
pro carcere debet audiri, at admitti ad op-
ponendum contrà dictum Inſtrumentum,
æquè ac ſi eſſet in carcere formali, vt ex
Petra, Prato, & Nouar. dixi ſupra.

Poteſt poni exemplũ in Nobili accuſato
171 de delicto, nam ſi Poteſtas aſſignet eidem
totum palatium, vel totam Ciuitatem pro
carcere, & eidem det Cuſtodem erit ſatisfa-
ctum Statuto diſponenti, quod accuſatus
de delicto detineatur in carceribus, vt in-
quit Ang. *in leg. qui in carcerem ff. de eo quod*
*met. cauſ.* quem refert, & ſequitur Iaſ. *in leg.*
*admonendi num.* 173. *ff. de iureiuran.* qui ta-
men nullam facit mentionem de Cuſtode,
172 quem neceſſario dandum eſſe ad hoc, vt
Statuto ſatisfactum eſſe dicatur firmat ex-
preſſe Angel. *ibid. nu.* 5. *circa finem*, & com-
probat Carauita *ritu* 166. *num.* 27. *&* 28.

173 Et demum poteſt poni exemplum in
detento domi cum præcepto de non exeun-
do, qui fecit contractum, & non ſeruauit
ſolemnitates requiſitas à Statuto in contra-
ctibus carceratorum, nam non valere con-
tractum, quicquid dicat Flauius Tortus *ad*
*ſtatut. Papiæ rub.* 114. *nu.* 4. firmat Maſcard.
*de probat. concluſ.* 266. *num.* 12.

Et cum hac diſtinctione poſſunt concilia-
ri Doctores, qui videntur inter ſe de directo
174 pugnare, ſi quidem vbi agitur de fauen-
do Reo, Statutum debet latè interpretari,
vt bene perpendit Caualc. *d. deciſ.* 14. *nu.* 5.
*par.* 5.

Sed quandò agitur de puniendo Reum
175 propter fracturam carceris, non debet
Statutum interpretari latè, ſed potiùs ſtri-
ctiſſimè, & verbum *carcer publicus* debet re-
ſtringi ad carcerem expenſis Principis, ſeù
Vniuerſitatis constructum, & conſerua-
tum, vt firmant etiam Doctores citati à
Iaſ. *in l. admonendi num.* 174. *ff. de Iureiurando*,
qui ex Alberico teſtatur ità in facto fuiſſe
obtentum.

In omnem caſum ſi Bannimenta lo-
176 querentur de carcere ſimpliciter, con-
cedi poſſet, quod in illis compræhenderen-
tur omnes, qui quoquo modo ex deſtina-
tione Iudicis ſub clauibus, vel cum cau-
tione, vel cum præcepto eſſent detenti,
vt ex Innoc. cuius eſt originale dictum, in
*cap. nuper de ſent. excom.* Angel. Menoch.
& alijs dicit de Marinis *allegat.* 97. *numer.* 6.
*& ſeqq. & quotidian. reſolut.* 194. *numer.* 16.
*&* 17. *& ſeq. lib. primo & ſequitur*, Pegas
*ad ordinationes Portugal. lib. primo titul.* 33.
§. *vlt.*

*§. vlt. gloſ. 13. capit. 2. numer. 19. tom. 3.*
Et idem eſſet ſi loquerentur de detentis in
177 vinculis iuxta Text. *in leg. ſuccurritur ff. ex*
*quibus cauſis maior.* & idem ſi loquerentur de
detentis ſub cuſtodia, vt ait Angel. *loc. cit.*
& Bertazol. *conſ. 35. num. 3.* Et ratio eſt, quia
178 tam verbum *carcer*, quam verbum *vincu-*
*la*, & verbum *cuſtodia* habent latitudinem
talem, vt ſint apta compræhendere deten-
tum, & quocumque modo impotentem,
& non valentem ad ſui libitum diſcedere,
vt expreſsè inquit Caliſtrat. Iuriſconſultus
*in d. leg. ſuccurritur* ibi: *quod non ſolum ad eum*
*pertinet, qui publica cuſtodia coercetur, ſed ad*
*eum quoque, qui à latronibus, aut prædonibus,*
*vel à potentioribus vi oppreſſus vinculis coerca-*
*tur: vincolorum autem appellatio latius accipi-*
*tur, nam etiam incluſos veluti* latumijs *vincto-*
*rum numero haberi placet, quia nihil intereſt pa-*
*rietibus, an compedibus quis teneatur*: & com-
probatur ex Text. *in l. capitalium §. ad ſtatuas*
ibi: *ex vinculis, vel cuſtodia detentus ff. de pæn.*
& ex Text. *in leg. milites §. eius fugam ff. de*
*re militar.* ibi: *ſub cuſtodia, vel in carcere*, Sed
hoc non videtur poſſe concedi in terminis
Bannimentorum loquentium cum additio-
179 ne verbi publico, quia dictum verbum
qualificat, & reſtringit generalitatem verbi
carceris, cui additur, vt nequeat intelligi
de alia detentione, quam facta in carcere
expenſis publicis constructo, & conſerua-
to, & hoc mihi probat Text. *in dicta leg. ſuc-*
*curritur*, ibi: *cuſtodiam autem ſolam publicam*
*accipi labeo putat*; vbi Gloſa verbo putat,
hic, inquit, *de cuſtodia carceris dicit, qui ſoli*
*Reipublicæ permittitur.*

Vndè ex his nequeo acquieſcere deciſis
180 penès Magonium *deciſ. Lucen. 90. num. 6.*
vbi in terminis Statuti loquentis de carcere
publico firmat eum, qui exemerat detentū
in palatio Poteſtatis loco carceris à Iudice
aſſignato, incidiſſe in pœnam Statuti, quia
ſub eodem Statuto compræhendebatur ob
rationem, quia omnis locus in carcerem
aſſignatus fit publicus ex ſola Iudicis deſti-
natione, & mandato, & Magonium ſic di-
centem ſequitur Timeus *ibid. in addit. lit. B.*
nam ad peius in penalibus mitior interpræ-
tatio amplectenda eſt ad abſoluendū Reum
*leg. ſi Præſes & leg. ſi de interprætationis ff. de*
*penis*, vt in terminis dicit Alberic. *in dicta*
*leg. ſuccurritur num. 4. ff. quib. ex cauſis maior.*
& Iaſ. *in d. l. admonendi num. 174.*

Quæro ſecundò. Ad quem ſpectat con-
ſtructio, fabricatio, & reparatio carcerum?
181 Agit de hac materia Cortiada *deciſion. 82.*
*num. 23.* & tres opiniones Doctorum refert:
prima eſt eorum, qui dicunt ſpectare ad
Dominum loci, inter quos ſunt Auendan.
*de exeq. mand. reg. cap. 20. nu. 4. & 5.* & Vico
*Pragm. Regni Sardin. lib. primo tit. 18. cap. pri-*
182 *mo num. 5.* Secunda opinio eſt eorum qui
dicunt criminales carceres ſpectare ad Do-
183 minum loci; ciuiles verò ſpectare ad

cium

Rempublicam inter quos ſunt Capiblanc.
*de Baron. cap. 96. num. 7. par. 2.* & Thoro
*compend. deciſ. par. 3. ſect. prima* verbo *carce-*
184 *rum conſtructio*. Tertia demū opinio eſt eo-
rum qui dicunt conſtructionem, & fabri-
cationem ſpectare ad Rempublicam; cuſto-
diam verò ad Dominum loci, cuius eſt Iu-
riſdictio, inter quos ſunt, Paris de Put. Auen-
dan. Auiles, Azeuedo, Eſcobar. Bouadill.
Viloſa, & alij quos refert Cortiada, qui
hanc vltimam veriorem eſſe teſtatur. Succe-
dit quarta opinio, & eſt eorum, qui di-
185 cunt fieri expenſis communibus, ſcilicèt
Baronis, & Vniuerſitatis inter quos ſunt
Aiell. *de Iure adhoa num. 59.* Azeuedo *reco-*
*pil. lib. 3. tit. 6. leg. 15. num. 9.* & Nouar. *Vaſ-*
*ſal. grau. 255. num. 9. p. p.* Quinta eſt eorum
186 qui dicunt ſpectare ad eum, qui recipit
vtilitatem, & commodum, ob regulam
tritam, quod ſentiens commodum, debet
187 etiam ſentire incommodum, *leg. ſecun-*
*dùm naturam ff. de reg. Iur. & l. p. ff. de inſtit.*
*act.* & ita dicunt Amendola ad Vinc. de
Franch. *deciſ. 78. num. 17.* Capibl. *de Baron.*
*pragm. 19. num. 33. par. prima* Nouar. *loc. cit.*
*num. 6.* Et hinc forſan, quia compoſitiones
ſpectant ad Cameram Apoſtolicam in hac
188 Ciuitate Bononiæ, refectio, & reparatio
fit expenſis eiuſdem Cameræ Apoſtolicæ,
& Auditor Turroni facit reuidere, & taxa-
re liſtas operariorum, & relaxat mandata
de ſoluendo directa Depoſitario Cameræ,
& ità ſemper ſeruaui & ſcio fuiſſe ſerua-
tum à meis Anteceſſoribus, vt apparet ex
mandatis, ſeù ordinibus exiſtentibus in
189 Cancellaria: & quod dixi de carceribus,
idem aſſero de compedibus ferreis, & alijs
inſtrumentis neceſſarijs; quamuis enim
Cortiada *loc. cit. num. 24.* ex Par. de Put.
Auil. Berart. dicat, fieri debere expenſis
Reipublicæ, hoc eſt vniuerſitatis, nihilo-
minus in Ciuitate Bononiæ fiunt expenſis
Cameræ Apoſtolicæ, & tempore mei Au-
ditoratus ità fuit practicatum circa refectio-
nem compedum ferreorum, & mannariæ,
& huiuſmodi, & ſic verum eſt quod dicit
Guttierez *pract. lib. primo quæſt. 36. num. 3.*
relatus à Cortiada *dicto num. 24. in fine* intro-
ductum eſſe de conſuetudine, vt prædicta
190 omnia fiant expenſis Regis, & Baronis,
cuius eſt iuriſdictio. Vide plura de catenis
191 vinculis ferreis, cippis apud Auiles *Prætor*
*cap. 18. gloſa priſon.* qui ait quis ea inuenerit,
& à quo ſint ſubminiſtranda, & reficienda,
& remiſſiuè ad eum Pegas *ad ordination. Por-*
*tugal. lib. primo tit. 33. §. vltimo in rub. 6. glo-*
*ſa 2. num. primo.*

Quæro tertiò. Quomodò procedatur
192 contrà Reos, qui è carceribus aufugiunt?
Dic quod de Iure Communi, quo Reus
propter fugam non habetur pro confeſſo
de crimine, pro quo detinebatur, iuxta ve-
riorem opinionem de qua Farinac. *quæſt. 30.*
*num. 43.* & de qua feci mentionem hoc eo-

dem

dem §. *numer.* 28. *& ſequentibus & numer.* 83.
debet procedi Iuris ordine ſeruato, & iuxta
193 probationem, & inditia legitima ex pro-
ceſſu reſultantia, vt docer Farinac. *quæſt.* 11.
*num.* 4. & 44. De Iure verò Bannimento-
rum, quibus Reus fugiens habetur pro con-
feſſo de delicto, pro quo detentus erar, eo
ipſo quod fugitiuus quis eſt, & de fractura,
ac de fuga conſtat, vocatur iuxtà formam
requirendorum Reorum contumacium, &
fertur in eum ſententia capitalis, & prout
exigit delictum, pro quo erat detentus, vt
ex Oltrado *conſ.* 65. inquit Tholoſ. *Syntagm.
Iur. lib.* 36. *cap.* 25. *num.* 36. & hoc, ob ſimi-
lem diſpoſitionem foralem Regni, Valentię
ſeruari teſtatur Laur. Matrhæu *de Regim. Re-
gni Valent. cap.* 8. §. 9. *num.* 67.; qui ait, quod
conſtito in actis de fractione carceris, & fa-
cta inſtantia per Fiſcum cum ſupplici libel-
lo, quo narratur, tam crimen, pro quo
Reus detinebatur, quam modus fractionis,
fertur pro exequutione ſententia ſine vlla
alia ſolemnitate prærer citationem, & Muſ-
catell. *de fideiuſſ. par. prima modo* 9. *numer.* 5.
& 6. innuit, quod perquiri debet Reus in
loco, in quo detinebatur, ac per Præconem
194 debet alta voce vocari, & non inuento
examinantur duo teſtes, qualitèr Reus fuit
vocatus, & non inuentus, & proindè ac-
cuſata contumacia per Fiſcum proceditur
ad condemnationem principalis, & fideiuſ-
ſoris, formiter condemnando eos ad pœ-
nam in obligatione contentam: ſed Muſca-
tellus loquitur in diuerſis terminis propoſi-
tæ quæſtionis, nam loquitur de Reo rela-
xato cum cautione de ſe repræſentando pri-
ma die ſub certa pœna: non eſt tamen im-
probandus modus perquirendi per eum tra-
ditus; qnam praxim perquirendi per locum
carceris, & vocandi per Tubicines in eo-
dem loco eos, qui erant detenti, doceſt
Foller. *pract. crim. verbo etſi cunfitebuntur par-
te* 4. *tertia partis num.* 64. & Io: Bapt. Thoro
*in addit.* ad Io: Grandem *de bello exulum in
predicamento pati quæſt.* 2. *num.* 6. *poſt medium*,
195 nam ſequuta fuga debet Iudex, ſeù Nota-
rius de eius mandato accedere ad carceres,
& adnotare fracturam per longitudinem,
altitudinem, latitudinem cum omnibus
alijs circumſtantijs adhoc, vt appareat, an
ſit facta à carcerato ab intra, an verò ab alijs
ab extra; & debet etiam facere experien-
tiam, an ex dicta fractura poſſit homo ingre-
di, & egredi: Et fractura, & circumſtantijs
adnotatis ad præſentiam duorum teſtium
debet examinare dictos teſtes, & probare,
quod fractura eſt facta de recenti, & debet
etiam probare, quod intus carceres detenti
erant N. N. N. & deindè debet facere per-
quiſitionem ad formam, quam docet nos
Muſcatell. *loc. citat.* & his peractis erit com-
pletus proceſſus, & poterit reproducto per
Fiſcum proceſſu ſuper delicto, pro quo
Reus detinebatur ad formam relatam à
Matthæu, deueniri ad tranſmiſſionem in-
quiſitionis, quæ debet continere ſeriem de-
licti & fugam cum fractura carceris ſequu-
tam, & ſeruatis terminis contumacialibus
condemnatur ad pœnam iuxta exigentiam
delicti in inquiſitione expreſſi.

Quæro quartò. An poterit iſto modo
procedi contra Eccleſiaſticum, qui deten-
tus ad inſtantiam Archiepiſcopi, vel etiam
Legati carceres fregit, & aufugit? Dic quod
196 Eccleſiaſtici non compræhendũtur in hac
diſpoſitione Bannimentorum, dum de eis
non eſt facta ſpecifica mentio, vt alias dixi,
& propterea cum in cauſis eorum ſeruari
debeat Ius commune, non poſſunt haberi
pro confeſſis, iuxta veriorem opinionem
Doctorum relatam à Farin. *quæſt.* 30. *nu.* 43.
& à Viloſa *de fugitiuis d. cap.* 18. §. 2. *nu.* 39.
*& ſeqq.* & à me *locis ſupra citatis numer.* 192.
Et ità in terminis ſimilis conſtitutionis reſ-
pondet Laur. Matthæu *de Regim. Regni Va-
lent. cap.* 8. §. 9. *num.* 68. *& ſeq.* qui refert
ita fuiſſe iudicatum ad fauorem D. Ioſeph
de Ruccatull. & confert Cæſar Manent.
*conſ.* 95. *per tot. lib.* 1.

Quæro quintò. An hæc diſpoſitio pro-
197 cedat contra eos, qui frangunt carceres
exiſtentes in Comitatu in Caſtris Baronum?
Dic quod non, quia Bannimenta loquuntur
de carceribus Ciuitatis, & tamquam ſtricti
Iuris tantum diſponunt, quantum loquun-
198 tur vt ex Maluas. Bald. Petr. Gherard. in-
quit Maſcard. *de interpræt. ſtat. concl.* 4. *nu.* 4.
præſertim cum ſecundum veriorem opinio-
nem, de qua Farin. *quæſt.* 30. *num.* 43. diſpo-
nunt contra Ius Commune, quo caſu ſunt
adeò ſtrictè intelligenda, vt non poſſint ex-
tendi vltra caſum expreſſum, & ſunt acci-
pienda, prout litera iacet, vt ex Decian. &
& Oſaſch. proſequitur dicere Maſcard. *dicta
199 concl.* 4. *num.* 51. & vlterius militat etiam
diuerſa ratio, quia carceres Ciuitatis Do-
minantis habent certum quid ſpeciale, cum
200 Princeps magis lædatur ex delicto, quod
committitur, vbi reſidet, quam ex delicto
quod committitur alibi, vt ex Bald. Anan.
& Capiclatro dixi ſupra *cap. primo* §. 10.
*num.* 7. & quamuis regula ſit, quod Statuta
201 Ciuitatis dominantis debeant ſeruari à
ſubditis in defectum propriorum Statuto-
rum Decian. *reſp.* 32. *nu.* 28. *lib.* 2. Roman.
*conſ.* 218. & ibi Mandoſ. *in addit.* Maſcard.
*de interpræt. Statutorum concl.* 12. *num.* 10. &
Antonellus *de loco legali lib.* 2. *cap.* 15. *qu.* 8.
20x *num.* 159. ea tamen non vindicat ſibi lo-
cum, quandò Statutum reſtringitur ob ali-
quam rationem ſpecialem ad ipſam Ciuita-
tem *arg. tex. in leg. ſi quis violauerit ff. de rer.
diuiſ.* Carceres enim aliorum locorum,
quam Romanæ Vrbis Sancti, & Sacri non
ſunt ſecundùm opinionem Viloſæ *de fugi-
tiuis cap.* 18. §. 2. *num.* 29. Et ideò ex hac ra-
tione carcerum effractorum capitalis pœna
non ſe extendit ad carceres aliarum Ciuita-

tum

tum; vt inquit Viloſa *ibidem nu.* 27. *& ſeq.*
203 quia vbi non militat eadem ratio, nec militat diſpoſitio, quæ regulari, & reſtringi debet ſecundùm rationem ſcriptam *leg. adigere* §. *quamuis ff. de Iur. Patron.* Soccin. *conſ.* 89. *num.* 19. *lib.* 4. & Maſcard. *de interpret. Statut. concl.* 2. *num.* 121. & ità in terminis dicit Thor. *vot. deciſ.* 42. *num.* 9. *lib. primo*, & hoc idem conſiderata ratione, quam affert, videtur velle Gomez. *var. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 7. *verſ.* 2. *limita*, quem ſequuntur Farin. *d. quæſt.* 30. *num.* 104. Garon. *ad nouas Conſtit. Mediol. lib.* 4. *tit.* 6. *de pœn. n.* 5. *verſ. cæterum*, qui cum alijs adductis per Farinac. *loc. cit.* & Ayllon. *in addition.* ad Gomez *loc. cit. d. num.* 7. firmant quod non
204 incurritur crimen læſę Maieſtatis ſi eximitur detentus per Iudices inferiores, quia non dicitur offenſio facta Principi Supremo, ſed inferiori. Et in terminis terminantibus ita reſoluit quæſtionem hanc Muta *ad pragmat. tit.* 45. *de pœna inſultantium carceratos num.* 14. *& ſeqq.* vſque *ad num.* 21. videndus quia omnem difficultatem aufert, & diluit motiua, quæ poſſunt in contrarium adduci.

Quæro ſextò. An ſaltem detentus ob
205 maiorem ſecuritatem in carceribus Ciuitatis Bononiæ ad inſtantiam alicuius Baronis debeat haberi pro confeſſo, ſi ex fractura aufugerit? Agit de hac quæſtione in ſpecie Laur. Matthæu *de Regim. Regni Valent. cap.* 8. §. 9. *num.* 70. in fine, & ;relatis opinionibus Senatorum inter ſe diſſidentium inclinat pro affirmatiua, quia licèt detentus ad nutum Baronis, perindè eſt, ac ſi in carcere Baroniæ detineretur, hoc tamen eſt ex fictione, quæ ſemper debet cedere veritati, vt argumentatur Matthæu *ibidem*, eamdem quæſtionem tractat Carena *de S. Offic. par.* 2. *tit.* 17. §. 21. *num.* 78. & idem concludit, quia qualitas illa quod ſint carceres S. Officij eſt inſeparabilis ab illis carceribus: & qu idem locus eſt, qui habet hanc prærogatiuam, non verò cauſa Boſſ. *tit. de effract. carcer. num. primo* Farin. *quæſt.* 30. *num.* 81. Conciol. *verb. carcer. crim. reſol. prima n.* 18. M. Anton. de Amatis *deciſ.* 104. *num.* 42. Bertazol. *conſ. criminal.* 35. *num.* 16. Garon. *ad nouas Conſtit. Mediol. lib.* 4. *tit.* 6. *de pœn. artic.* 11. *num.* 7.

Quæro ſeptimò. An aufugiens fracto carcere debeat ſemper haberi pro confeſſo
206 de crimine, quod ei adſcribitur? Dic quod Bannimenta recipiunt interpretationem ex iure, niſi iuſtam, & æquam habuerit cauſam fugiendi, vt dicit Io: Andreas *in cap. pro poſſeſſore num.* 3. *de Reg. Iur. in* 6. & in terminis Alex. *conſ.* 144. *num.* 6. *lib.* 2. & Maſcard. *de interpret. Statut. concl.* 2. *numer.* 66. & melius Foller. *pract. crim. verbo, etſi confitebuntur par.* 4. *tert. partis num.* 66. vbi ait, quod ſi conſtet Iudici de Innocentia aufugientis non poteſt habere illum pro confeſſo, & Baldaſſar. de Angelis ibi, *in addit. ad eum num.* 7. ex Alex. *d. conſ.* 144. ait,
207 quod tortus iniuſtè fugiens de carceribus non habetur pro confeſſo, & dictã Concluſionem tenet Berlich. *pract. concluſ. par.* 4. *concl.* 4. *num.* 80. *&* 81.

Quid ſi fugiat ſine fractura? dic quod non
208 habetur pro confeſſo & mitius punitur Boer *deciſ.* 215. *num.* 14. Garon. *loc. cit. artic.* 113. *num.* 2. Farin. *quæſt.* 30. *num.* 160.

## O far fuggire altri.

Exorbitat à Iure communi hæc diſpoſitio, dum ei, qui frangit carceres ad hoc, vt in illis detentus aufugiat, mandat duplicari pœnam debitam principali, & ſic principalis punitur in ſimplo, auxiliator autem in duplo, quandò de Iure communi ſolum punitur pœna ea, qua puniendus eſt deten-
209 tus pro delicto, pro quo eſt carceri mancipatus ad Text. *in l. prima C. de his, qui latron.* Bart. *in l. ſed etſi eximendi* §. *item ſi quis num.* 4. *ff. nequis in ius voc.* Iaſ. *in l. prima* §. *quod Prætor numer.* 12. *ff. eodem* Io: Berber. Alex. Menoch., & alij relati à Farin. *qu.* 30. *num.* 92. videntur enim in pari culpa quia paria ſunt quem delinquere, vel delicto cauſam dare iuxta argumenta Bertazol. *conſ. crim.* 35. *num.* 17. *lib. primo* & Farinac.
210 *d. quæſt.* 30. *num.* 93. qui non habet hanc opinionem pro vera, ex eo quia Doctores fundant ſe in ſuppoſito, quod fugiens habeatur pro confeſſo, & ideò ſublato hoc ſuppoſito iuxta veriorem, de qua ipſe Farinac. teſtatur *ibidem num.* 8. 22. *& ſeqq. &* 43. Corruit omne id, quod ſuper imponitur, & per conſequens exiſtimat, quod etiam iſto caſu intret pœna arbitraria, vt oſtendit *d. num.* 93. *& ſeqq.* Tria igitur ſpecialia continet hæc diſpoſitio, primum, quod Reus habeatur pro confeſſo, etiam in odium eximentis. Secundùm quod pœna quoad eximentem duplicetur. Tertiùm quod pęna dupulicata imponi debeat, etiam ſi ille, qui eximitur, ſit de delicto ſibi imputato penitùs innocens, vt deducitur ex illis verbis *caderà in pena duplicata à quella che ſi ſaria douuta al carcerato, quando foſſe ſtato colpeuole del delitto*. Poſſunt tamen dicta verba ha-
211 bere alium intellectum, quod ſcilicèt eximens debeat condemnari, etiam ſi non condemnatur is, qui fugit ex deductis in ſimili Conſtitutione per Garon. *ad nouas Conſtit. Mediol. lib.* 4. *tit.* 6. *de pœnis artic.* 112. *nu.* 7. *verſ. condemnatus*, qui citat Menoch. *de arbitr. caſ.* 301. *num.* 21. Sed quatenus velimus retinere intellectum primo loco dictis verbis datũ, non debet id videri iniuſtum, quia ſicut quoad intereſſe erga partem non de-
212 bet eximens admitti ad probandum eum, qui euaſit, non fuiſſe debitorem, quia ſufficit, quod ſit captus ritè ad petitionem aſſerentis ſe creditorem, vt illi remaneat obli-

gatus, vt ex Angel. Marſil. & Menoch. di-
cit Garon. *loc. cit. verſ. condennabitur*: ità de-
bet ſufficere quoad pœnam corporalem
erga Fiſcum, quod eximitus ſit ritè captus
ad inſtantiam Fiſci, quia ſi reſpectu ad ipſum
carcceratum non attendirur quandò fracto
carcere aufugit, an ſit innocens, vt ait Fa-
rin. *quæſt. 30. numer. 35. & 134.* & *quæſt. 31.
num. 158.* multò minùs debet hoc attendi
reſpectu ad eum, qui manens extrà carce-
res, facit alium fugere; magis enim iſte de-
linquit, quia in eo non viget innatum ſtu-
dium euadendi, vt ex Flau. Torto ad Stat.
Papiæ *rub. 26. num. 2.* ratiocinatur Garon.
*loc. cit. verbo condemnatus in fine*; & ita in ter-
minis per Text. *in leg. prima §. item effractores
ff. de effractor.* Berber. *in pract. par. 1 rub. 25. de
effractor. carcer. nu. 7.* & Iodoch. *pract. cap. 18.
num. 4.* dicit Farinac. *quæſt. 30. num. 115.*

Quæro primo. An ſi quis ſit detentus
pro leui delicto pœna frangentis carce-
rem ad liberandum, & aufugere faciendum
carceratum, debeat vltra duplicationem,
indictam à Bannimentis in aliquo aggra-
uari iuxta aduertentiam Farin. *dicta quæſt. 30.*
213 *num. 93.*? Puto quod non, quia ſatis ſuper-
que aggrauata eſt pœna Iuris communis ex
diſpoſitione Bannimentorum, & ideò non
amplianda, ſed ad vnguem, & prout iacet
exequenda, iuxta opinionem Maſcard. *de
interpret. Stat. concl. 2. num. 121. & concl. 4.
num. primo & ſeqq.* Senatus tamen Mediola-
214 ni teſte Caluino *de æquitate lib. primo ca-
pit. 17. n. 5.* condemnauit ad triremes per de-
cennium quoſdam de Solario, qui exime-
runt è manibus familiæ Camillum Barberiũ,
damnatum ad remum per triennium, quia
eximentes debent puniri grauiori pœna,
quam merebatur detentus. Verùm quan-
215 dò lex aggrauat pœnam, non debemus
nos illi quicquam addere, niſi adſit qualitas,
ſeù circumſtantia, quæ hoc admittat, iuxta
aduertentiam Farinac. *quæſt. 32. num. 38.* &
de Luca qui alios refert *in addit.* ad Vinc. de
Franch. *deciſ. 442. verſic. dic igitur.*

Quæro ſecundò. Quid importent verba
*in caſo di violenza con armi*? Dic quod vltra
216 delationem armorum, & fracturam car-
cerum, vel violentiam factam in muris,
portis, ſeu cancellis requirunt violentiam
alicui perſonæ extrinſecus factam, puta cu-
ſtodi carcerum, ſeù birruariis, & officiali-
bus accurrentibus ad obuiandum fracturæ,
& eximitioni, vt in caſu relato à Cortiada
*deciſ. 82. num. 20.* quamuis enim ex eo ſo-
217 lum, quod quis eſt armatus, dicatur in-
ferre violentiam, etiamſi arma non extra-
hat, vt eſt Text. *in leg. 3. §. qui armati ff. de
vi, & vi armata*, & dicit Afflict. *Conſtit. Re-
gni Neapol. lib. primo rub. 9. de illicita porta-
tione armorum num. 19.* nihilominus quia hic
requiritur, quod vltrà delationem armo-
rum, & fracturam carcerum interueniat
violentia ad hoc, vt poſſit intrare pœna
mortis, debemus dicere, quod neceſſariò
eſt violentia extrinſecùs facta alicui perſonæ,
vt in dicto caſu relato à Cortiada.

Quæro tertiò. An ſufficiat conatus? Vi-
detur quod ſic per Text. *in leg. in eos ff. de
cuſtod. & exhibit. reor.* maximè ſi fuerit de-
uentum ad actum proximum ſecundum
Gloſ. *in leg. ſi quis violauerit verbo voluerit ff.
de rer. diuiſ.* Contrarium tamen eſt verius,
218 tum quia conatus de generali Conſue-
tudine non punitur, vt ex Gram. Gomez,
Clar. Menoch. Riminal. Ioſeph Ludou.
firmat Farin. *quæſt. 37. num. 130.* & in ſpe-
219 cie quoad penam ordinariam in fractura
carcerum, & tentata fuga idem Farin. hoc
tradit *quæſt. 30. num. 27. & 33.* tum quia di-
220 ctio, *per*, addita verbo *fuggire*, *ò far fuggire*,
importat actum perfectum vt per Text. *in
leg. 2. §. peregiſſe ff. de adult. & leg. Vrbana §.
pernoctare ff. de verb. ſignif.* dicam *in §. ſe-
quenti num. 32.* tum demùm quia Bannimen-
ta non habent locum, niſi delictum ſit per-
fectum Maſcard. *d. concl. 2. num. 213.* & ad
Text. *in dicta leg. in eos* reſpondent Doctores
relati à Farin. *loc. cit. & ad gloſ. in d. l. ſi quis
violauerit*, reſpondetur quod Accurſius non
firmat pedes in dicta opinione: imò *ibidem*
221 *in fine*, explicat verbum *voluerit*, ideſt *vo-
luntariè tranſcenderit*.

Quæro quartò. An birruatius, vel alius
officialis, ſi carceratum eximit, teneatur
222 pœna hic ſtatuta? Dic officialem magis
delinquere, vt ex Farinac. *quæſt. 32. num. 17.*
dicit Mattheu *de Regim. Regni Valent. c. 8. §. 8.
n. 97.* & ſic maiorem pœnam mereri dicimus.

## Chi ardità ſcarcerare alcuno con aſtutia, ò inganno, fraudando il Giudice, &c.

Aſtutia, & fraus videntur eſſe ſinonyma,
223 niſi quod fraus propriè eſt contra Fidem
ſecundum Bart. *in leg. iuris gentium §. ſed ſi
fraudandi num. primo ff. de pactis*; Et aſtutia di-
citur *ab aſtu*, ideſt dolo & malitia, vt tra-
dit Gloſa *in auth. de teſtib. §. ſi verò quidam
verbo, ſi non aſtu*, & Gloſ. *ad Conſtit. Regni
Neapol. tit. qualiter Campiones teneantur pugna-
re fol. 183. col. 2. verbo per aſtum*, & Andr.
de Iſernia *ibidem in princ.* ibi: *quod dicitur de
aſtu exponitur dolosè, & malitiosè.* Propterea
aſtutia dicitur eximere carceratum is, qui
malitia, & doloſa, ſeù potiùs induſtrioſa
fraude vtitur: in qua re ſunt potiſſimũ aptæ
224 mulieres, vt apparet ex exemplis relatis à
Valerio Maximo *hiſtor. lib. 4. cap. 6. in fine,
& lib. 6. cap. 7.* Pala. Rub. *in repetit. rubr. de
donat. inter virum, & vxor §. 50. num. 24.* Bo-
uadill. *politic. lib. 3. cap. 15. num. 130.* qui di-
cunt quod mulieres Lacedemoniorum, de-
225 tentorum à Spartanis pro ſuplicio capita-
li, tamquam viros alloquuturæ intrarunt
carceres, & commutatis veſtibus per ſimu-

latio-

lationem doloris, capitibus velatis viros abi-
re paſſę fuerunt. Idem referunt feciſſe vxo-
rem Comitis Ferdinandi Gundiſalui, & vxo-
rem Regis Ferdinandi Primi: alios ſimiles
caſus referunt Paris de Puteo *tract. de ſindic.*
*verbo carcer. cap. 3. an ſi plures in fine* Gomez
*var. lib. 3. cap. 10. de captur. reor. numer. 12.*
Parlador. *in ſeſquicent. differen. 51. §. primo*
*num. 3.* Laur. Matthæu *de re crim. controu. 18.*
*num. 86. & contr. 19. num. 1. & num. 19.* Io:
Volk Bechmanus *in cōment. Pandectar. Theo-*
*ric. pract. tom. 2. exerc. 8. ad lib. 48. ad leg. Iul.*
*Maieſt. num. 97.* qui refert Hugonem Gro-
tium, de noſtra Iuris prudentia benemeri-
tum, fuiſſe anno 1621. in Arca, in qua libri
ferri ſolebant, ex induſtria vxoris incluſum,
& extra carceres, in quibus per multum
temporis fuerat detentus, eductum, & libe-
ratum, & Farinac. *quæſt. 30. num. 118.* re-
fert caſum diuerſum à ſupradictis recenſi-
tis, & magis aſtutum, & induſtrioſum, nam
mulieres, de quibus faciunt mentionem
Doctores relati, remanſerunt in carceribus
loco maritorum, ſed in caſu Farinacij mu-
lier acceſſit ad carceres à pluribus alijs mu-
lieribus aſſociata, & habens ſecum aliam
veſtem muliebrem panno inuolutam, fin-
gens velle viſitare ſuum maritum, tunc car-
ceratum in Curia de Sabellis, illi accōmoda-
uit illam veſtem muliebrem, quam ſecum
ad hunc effectum geſſerat, & in diſceſſu d.
ſuum maritum indutum vt ſupra, cum
dictis alijs mulieribus interpoſitum ſecum
foras eduxit; Et tempore quo ego eram
Procurator Pauperum de anno 1662. ſi be-
nè memini, alia mulier habens virum in
carceribus Capitolinis detentum, accede-
bat quotidie ad viſitandum d. eius maritū,
& multoties etiam cum illo remanebat de
nocte ad dormiendum, vnde vir vno manè
induit ſe veſte vxoris, & apertis Cancellis
per Cuſtodem, qui exiſtimabat eſſe vxorem
è carceribus exiuit, & mulier remanſit in
lecto, & finxit deindè, quod maritus ipſa
neſcia, & dormiente, ſe veſtiuerat veſtibus
muliebribus, & abierat; Et cum annotatio-
nes faciamus ad Bannimenta Ciuitatis Bo-
noniæ. turpe eſſet non recenſere caſum in
hac Ciuitate occurſum tempore Floriani de
Sancto Petro, qui in *diſput. 2. poſita poſt le-*
*ctur.* Infortiati *incipien. varia, & diuerſa*, re-
fert quod vxor cuiuſdam de crimine capi-
tali inquiſiti acceſſit ad viſitandum mari-
tum intus carceres, & d. maritum indutum
ſuis veſtibus muliebribus in crepuſculo a-
bire permiſit, & ipſa loco mariti in carceri-
bus detenta remanſit, quæ mulier non ſo-
lum fuit relaxata, & liberata, ſed per in-
226 clitum Antianorum Regimen donatio-
ne omnium Iurium ex facto communi
quæſitorum liberaliter præmiata fuit: quod
dedit motiuum ſupradictæ doctæ, & eruditę
227 diſputationi Floriani de Sancto Petro, qui
plures articulos ad materiam facientes ap-
poſitiſſimè diſcutit, & de hac diſputatione
Floriani, ac de liberalitate Senatus Bono-
nienſis facit mentionem Bouadilla *d. cap. 15.*
*num. 131.* Aliquandò etiam ipſi carcerati
ſtudent cum huiuſmodi aſtutia exire è car-
ceribus, & non ſunt multi anni, quod in
Vrbe quidam Modeſtus carceribus man-
cipatus, & barba prolixa hirſutus, fecit ſibi
illam tondere, & mutato habitu diſceſſit;
& poſt hæc ſcripta euenit alius caſus in car-
ceribus nouis de anno 1678. nam quidam
carceratus pro debito permanſit diù in
ſtantia, & numquam ſe cuſtodibus exhibuit
videndum, & cognoſcendum, & vno ſero
fecit ſibi tondere barbam, & induit ſe ve-
ſte talari, & tanquam eſſet Procurator ali-
cuius carcerati acceſſit ad cancellos, & fe-
cit ſibi illos aperire, & intrepidè euaſit, &
huic ſimilis eſt caſus relatus à Matthæu *dicta*
*controu. 19. num. primo & 21.*

De Iure communi hæc aſtutia punitur
228 pœna extraordinaria, vt dicunt Farinac.
*d. quæſt. 30. num. 118.* Clar. *quæſt. 29. num. 5.*
Baiard. ad Clar. *quæſt. 68. num. 44.* Decian.
*tract. crim. lib. 7. cap. 11. num. 9.* Guazzin.
*reor. defenſ. 5. cap. 5. nu. 20. & ſeq.* Conciol.
*crim. reſol. 2. num. 12. verbo carcer.* Gallia *ad*
*Conſuetud. Alexand. in verbo viginti num. 109.*
qui refert alium caſum de vxore liberante
virum, Viloſa *de fugitiu. cap. 18. §. 5. nu. 20.*
*& ſeqq.* & Bouadill. *lib. 3. politica cap. 15.*
*num. 130.* Et eſt ratio quo ad vxorem, quia
cenſetur ducta amore, & obedientia, quam
229 debet marito, vtraque enim cauſa potens
eſt ad excuſandum delinquentem à pœna
ordinaria, vt oſtendunt præfati Doctores
& ſignanter Farin. *d. num. 118.* quem ſequi-
tur Garon. *ad nouas Conſtit. Mediolani lib. 4.*
*tit. 6. de pœnis art. 112. num. 2.* & Caluin. *de*
*æquitate lib. primo cap. 17. num. 8.* Imo hu-
iuſmodi vxores debent excuſari in totum,
230 & etiam præmiari deberent iuxta exem-
plum Senatus huius Ciuitatis, de quo Flo-
rianus *in d. diſp. 2.* quod approbat Bouadill.
*d. num. 131.* ibi: *y el Senado de Bolonias per vn*
*caſo como eſte nò ſolo nè caſtigò à vna muger però*
*de la hazieda publica la premiò y yo hiziera lo*
*miſmo per que eſtos y otros llama il derecho bue-*
*nos dolos, y engaños:* Vel ad minùs merentur,
liberè dimitti, ſi non ex iuris diſpoſitione,
qua extraordinaria pœna teneri aiunt Farin.
*d. quæſt. 30. num. 118.* & alij, ſupracitati Do-
ctores, qui loquuntur in terminis vxoris
231 eximentis è carcere virum cum aſtutia,
ſaltem ex gratia Superioris, vt fuit practica-
tum ad fauorem Donnę Sancię vxoris Re-
gis Ferdinandi Primi teſte Bouadilla *loc. cit.*
*num. 130.* Alitèr dicendum, quandò non
232 vxor, ſed alius extraneus ductus amicitia,
vel odio, quo homines ſolent proſequi ſa-
tellites, & Curiam alium eximit cum aſtu-
tia, vel fraude, debent enim omninò puni-
ri, extraordinariè tamen, Iudicis arbitrio
iuxtà opinionem Farinac. & aliorum ſupra-

eitatorum, & ideò penes Matthæu *d. contr.*
19. fœmina, quæ cum nullo conſanguini-
tatis, ſeu affinitatis vinculo affecta eſſet er-
ga carceratum, fuit condemnata ad vere-
cundiam ignominioſam, & ad exilium per
quadriennium.

Sed quid dicendum de eo, qui cum aſtu-
tia ſe ipſum liberat è carceribus? Florianus
de S. Petro *in d. diſp.* 2. *num.* 3. *&* 11. con-
233 cludit, quòd de iure non poteſt ſe libera-
re à poſſe Iudicis, & Iuſtitiæ, & quòd debet
puniri, quia non debet exire etiamſi poſſit,
vt inquit Boer *deciſ.* 215. *num.* 13. quem re-
fert Garon. *ad nouas Conſtit. Mediol. lib.* 4. *tit.*
6. *de pœnis art.* 13. *num.* 2. vrget tamen in
contrarium ratio, quia naturale ſtudium
234 viuendi eſt; naturale pericula ſubterfuge-
re; durum ſquallorem carceris experiri;
ſeruile quodammodò includi, vt benè con-
ſiderat Tholoſ. *ſyntag. iur. lib.* 36. *c.* 25. *n.* 34.
235 Fraude verò quis eximit carceratum,
quandò vtitur falſo mandato de relaxando,
puta quòd falſificauerit manum Iudicis, vel
Notarij, ſeu alterius deputari, & quia hæc
eximitio habet admixtam falſitatem, pœ-
na debet eſſe penitùs rigoroſa, vt de contra-
facientibus manum alterius, dicunt Iodoch.
Corrad. Monticell. Natta, Baiard. ad Clar.
Bertazzol. Tholoſan. *locis relatis* à Balthaſſ.
Corrado Zahnnio *de mendacijs lib.* 2. *c.* 81.
*num.* 4. qui dicit, quòd hi meritò ſeuerè
puniuntur.

## In caſo di confeſſato delitto.

236 Aduertendum, quòd hic ponitur diffe-
rentia inter caſum eximitionis factæ cum
fractura carcerum, & caſum eximitionis fa-
ctæ per aſtutiam, ſeù fraudem; nam primo
caſu intrat pœna duplicata illius delicti pro
quo eximitus detinebatur, quãuis in effectu
ille fuiſſet innocẽs. In ſecundo vero caſu, in-
trat ſolùm ea pœna, in quam fuiſſet conde-
mnandus is, qui fugit, etiamſi non fuerit iſte
condemnatus: requiritur tamen quod exi-
mitus ſit verè delinquens, & delictum, pro
quo detinebatur, commiſerit, & puto, quod
ratio differẽtiæ ſit, quia vt dixi ſupra, carce-
res ſunt ſacroſancti, & ſub protectione, & cu-
237 ra Principis conſtituti, & qui eos violat, of-
fendit perſonã Principis, & incurrit ſi nõ in
crimen, ſaltem in pœnam criminis læſæ
Maieſtatis, iuxta aduertentiam Viloſæ *loco
cit.* §. 5. *numer.* 8. & Boſſ. *tit. de crimine læſæ
Maieſtatis num.* 62. qui autem eximit carce-
238 ratum vſus aſtutia, vel fraude, quia non
lædit muros, nec portas carcerum, non tan-
tùm delinquit, quantum delinquit, qui illos,
& illas violat ad tradita à Garon. *ad nouas
Conſt. Mediol. lib.* 4. *tit.* 6. *de pœnis art.* 113. *n.* 2.

## Se la Carceratione ſarà per Ciuile.

Dixi ſupra in ſexto quæſito, quod loci
præeminentia, & non cauſa detentionis effi-
cit, quód frangens carceres teneatur pœna
graui, & citaui Boſſ. Farinac. Conciol.
M. Ant. de Amatis, & Garon. ſiquidem vio-
239 lans Carceres Principem ipſum offendit,
vt inquit Tholoſ. *ſyntagm. Iuris lib.* 36. *cap.*
25. *num.* 34. at conſiderata diſpoſitione ban-
nimentorũ in præſenti §. *& etiam diſpoſitione
Iuris Communis* oportet dicere, quod non
ſolùm præeminentia loci, ſed & cauſa de-
tentionis debet de neceſſe attendi, nàm ſi
carceratus detinetur pro cauſa Criminali
intrat vna pœna: ſi detinetur pro cauſa Ci-
uili intrat alia pœna, mitior ſcilicèt ea, quæ
pro criminali debet imponi; dicunt enim
240 Doctores, quod eximens è carceribus de-
tentum pro cauſa ciuili ſubit vt plurimum
pœnam pecuniariam Claud. Battandr. *pract.
crim. reg.* 142. *carcerum effractor. numer.* 14. *&
ſeq.* Iaſ. *in l.* 1. §. *quod Prætor. num.* 12. *ff. ne
quis eum qui in ius voc.* & Farin. *quæſt.* 30. *n.* 112
vel exilij ſecundùm Viu. *deciſ.* 92. *numer.* 1.
& Capiclatr. *deciſ.* 76. *num.* 17. & Gizzius *in
add. ad eum ibidem num.* 5. qui loquitur in exi-
mente debitorem è manibus Curiæ, & ait,
quòd talis eximens non euadit pœnam exi-
lij temporalis, quamuis illum ad carceres
reduxerit, & ita determinatum aſſerit ex
Nouar. *deciſ.* 96. *num.* 2. vel corporis affli-
ctiuam arbitirio Iudicis Decian, *tract. crim.
lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 3. Alex. *conſ.* 35. *num.* 4.
*in fine lib.* 1. Farin. *d. quæſt.* 30. *num.* 312. *circa
finem* Garon. *ad nouas Conſtit. Mediol. lib.* 4. *tit.*
6. *de pœnis art.* 112. *num.* 7. etiam triremium
iuxta *deciſionem* Vinc. de Franch. *deciſ.* 442.

Et quamuis Bald. *in l. addictos in fine C. de
Epiſc. aud.* dicat eximentem debitorem ex
carcere teneri pœna *legis Iuliæ Maieſtatis*; &
Carauita *ritu M. Cur.* 160. *n.* 2. *in fine* referat,
quod de ordine Ducis de Alcalà Proregis
fuerunt Neapoli furca ſuſpenſi, & in fruſtra
ſciſſi quatuor, qui quemdam Nobilem
de Sedili Capuani carceratum pro debito
è manibus ſatellitum exemerunt, quem
ita diceutem referunt Clar. *quæſt.* 68. *num.*
10. Farin. *quæſt.* 32. *num.* 7. Caball. *crim. re-
ſol.* 8. *num.* 26.

241 Nihilominùs Baldus reprobatur à Fari-
nac. *quæſt.* 30. *num.* 112. & exemplum rela-
tum à Carauita redarguitur de iniuſtitia à
Baiard. ad Clar. *quæſt.* 68. *num.* 33. & ab alijs,
& nouiſſimè etiam à Capiclatro *deciſ.* 76. *nu-
mer.* 14. *lib.* 1. qui dicit, quòd ob iniuſtitiam
nullus ex Iudicibus M.C. Vic. voluit in di-
cta ſententia interuenire, & quod de ea que-
rimonias habuit Prorex apud Carolum V.
Imperatorem, & citat Viloa *in Vita Caroli
Quinti lib.* 4. *fol.* 110. & idem dicit Viloſa
*de fugitiuis cap.* 18. §. 5. *num.* 11. *& ſeqq.* &
Caball. *crim. reſol.* 8. *num.* 26. ait, quod Pro-
rex ita mandauit ex cauſis particularibus, &
non quod de iure fieri potuiſſet; ſubdit ta-
men Capiclatro *deciſ.* 76. *num.* 14. *lib.* 1. quod
caſus relatus à Carauita non ſucceſſit tem-

pore

pore,quo gubernabat Regnum Dux de Alcalà, vt dicit Carauita *in d. ritu* 160. *num.* 2. ſed benè tempore D.Petri de Toleto de anno 1546.& quod eximentes non fuerunt ſuſpenſi, ſed quia exemptus erat Pauper homo pro debito captus, & eximentes erant Nobiles de Sedili Portæ nouæ idem Prorex mandauit tres ex illis Iuuenibus,qui annum 16. ætatis non excedebant per quoddam eius mancipium iugulari, & poſtmodum per pedes eorum cadauera trahi in platea Caſtri noui, & in Capella intùs Caſtrum prædictum: ſed neſcio videre vndè eliciat Capiclatro *loc. cit.* quod caſus relatus à Carauita ſit idem cum caſu, quem ipſe de verbo ad verbum deſumpſit à Viuio *deciſ.* 92. *num.* 1. prout ab eodem Viuio deſumpſit etiam Viloſa *de fugitiuis cap.* 18. §. 5. *numer.* 11. apparet enim, quod caſus prædicti ſunt diuerſi, tùm quia in caſu Viuij exemptus erat Pauper homo, & in caſu Carauitæ exemptus erat Nobilis de Sedili Capuano. In caſu Viuij eximentes erant quinque, & Nobiles de Sedili Portæ nouæ, & in caſu Carauitę eximentes fuerunt quatuor,& non apparet, quòd illi quatuor eſſent nobiles. Caſus, de quo Viuius, ſucceſſit de anno 1546. & caſus, de quo Carauita, ſucceſſit de anno 1559. de quo tempore Carauita commentauit dictum ritum 160. vt in fine teſtatur ibi Salerni die 18. Septembris 1559. & quidem loquitur de caſu occurſo in eodem annò, vt apparet, ibi: *Et iſtis diebus cùm quidam Nobilis,&c.* & hæc comprobantur ex Taſſono, qui *in pragm. de anteſato verſ. 2. obſeru. 2. num.* 14. enumerando, & nominando Proreges, qui fuerunt in Regno Neapolitano dicit, quòd ab anno 1532. vſque ad annum 1554.rexit Don Petrus de Toleto,& anno 1559. gubernauit Don Paraſan Dux de Alcalà, & hoc ſit obiter dictum, in honorem Carauitæ, qui fuit Doctor inſignis.

242 Cùm igitur pœna modò ſit pecuniaria, modò exilij, modò corporis afflictiua, & etiam triremium, vt apparet ex deciſionibus factis in diuerſis Tribunalibus, de quibus teſtantur Doctores ſupracitati, debemus dicere, quòd pœna eſt iuxta qualitatem carcerum, circumſtantias factorum, & qualitates Perſonarum arbitranda, vt ex Iodoch. Cagnol. Fabr. Boſſ. Farin. Caball. concludit Capiclatro *d. deciſ.* 76. *num.* 12. & hoc idem vult Io: Bapt. Thoro *vot.deciſ.*42.
243 *num.* 9. *lib.*1. vbi firmat maiorem pœnam eſſe imponendam frangenti carceres maioris Tribunalis,quàm frangenti carceres Tribunalis inferioris, & ita practicatum fuiſſe refert contra frangentes carceres M. Curiæ Vicariæ, & Regiarum Audientiarum.

Sed An hæc diſtinctio ſit facienda, quando ſumus in carceratis, qui detenti pro debito frangunt carceres, & aufugiunt? reſpondeas affirmatiuè,quia magis delinquũt
244 frangendo carceres Tribunalis maioris,vt innuit Thor. *loc.cit.* qui *num.*14. *& ſeqq.*vult etiam maiori pœna eſſe puniendos,qui ſunt
245 caporales conſpirationis, & fractionis, & propterea iudicauit in facti contingentia, vnum ex Caporalibus fore condemnandum ad exulandum per certum tempus ſaluis Iuribus eius Creditori, ac alijs Creditoribus excarceratorum: alios verò, ſtante longa carceratione liberãdos ex quo ſatis luerunt cum carceratione, quam paſſi fuerunt.
246 Sed quid ſi aufugerint, hac ſumpta occaſione, etiam ij, qui detinebantur pro crimine? videtur dicendum, quod non debet aggrauari pœna, quia principalis intentio, quæ eſt attendenda *l. ſi quis nec cauſam ff. ſi*
247 *certum petatur*, tendit ad libertatem propriam, omnibus naturalem, vt determinatum refert Flau. Tortus *ad Stat. crim. Papiæ rub.* 26. *num.* 2. & faciunt dicta per Cabedo *deciſ. Luſit.* 58. *num.* 5. *par.* 1. vbi ait, quod fugere eſt ſe defendere, & cuilibet eſt permiſſa ſui defenſio *l. vt vim ff. de Iuſt. & Iure*, vndè licitum vnicuique à carcere fugere, vt ſe defendat: Contrarium tamen verius eſ-
248 ſe puto,ſi detentus pro debito eſſet ex Caporalibus, & authoribus fracturæ, quia
249 dans operam rei illicitæ, tenetur de omni eo, quod ſequitur, quandò autor delicti veriſimiliter cogitauit, aut cogitare potuit, aut ſaltem cogitare debebat de eo, quod indè facilè ſucceſſurum erat, vt pluribus oſtendit Farin. *quæſt.* 125. *num.* 77. vbi explicat Text. *in l. quoniam multa facinora C. ad l.Iul.de vi pub.* & concordantes plurimos affert.

## Se bene non foſſe ſeguito l'effetto.

Requiritur tamen, quòd concludenter probetur tractatus, & conſpiratio, & aliquis alius actus in exequutionem tractatus,
250 aliàs ſimplex cogitatio de frangendo carceres, & aufugiendo non poteſt puniri, vt ex Gloſa Clar. Menoch. & Caualcan.& Farin. dixi ſupra *num.* 20. 21. *&* 22. nihilominus etiam non probato tractatu poterit Iudex mandare, quòd ſuſpecti arctiùs cuſtodiantur, ad Text. *in l.cos ff. de cuſtod.& exhib. Reorum*.

## Auuertendo li Guardiani.

351 Cuſtodes Carcerum in iure appellantur, & dicuntur Commentarienſes, vt eſt Text. *in l. Iudices C. de Epiſc. aud. l. ad Commentarienſes & l. fin. C. de Cuſtod. Reor.* & vnde deriuetur verbum *Commentarienſis* tradit ex Gloſa, Budeo, Menochio,& Calepino Otelo *de Officialibus par.*2.*cap.*3.*in princ.*& Pegas *ad ordinat. Portugal. lib.* 1. *tit.* 33. §. *vlt.* §. 1. *gloſſ.* 3. *nu.* 1. & de horum officio plura ſcribunt Pancirolus *in notitia imperij c.* 13. Danza *de pugna Doctorum tit. de carceribus*, & remiſſiuè

miſſiuè Pegas. *loc. cit. gloſ.* 1. & Commen-
tarienſis Officium eſſe antiquiſſimum ait
Gabriel Berart. *de viſitat. tit.* 20. *de commen-
tarienſibus num.* 1. qui ex Alex. ab Alex. &
252 Auiles ait, quod Tarquinius Rex fuit pri-
mus inuètor Carcerum,& ex Duranco ait,
quòd pro Clericis primus Carceres inſtituit
Papa Eugenius Secundus: Sed certè multo
253 tempore antè inuentum fuiſſe carcerem
apparet ex Sac. Scriptura Geneſ. *cap.* 39. *verſ.*
20. *& cap.* 40. *verſ.* 3. de Carceratione Ioſe-
ſephi in Aegypto loquente,vt benè ex Luca
de Penna *in l. nemo Carcerem C. de exactor. tri-
but. lib.* 10. aduertit Auiles *Prætor. cap.* 18.
*verbo Priſones num.* 1.& ſic de illo etiam tem-
pore erat Cuſtos carcerum, vt deducitur
*ex dicto cap.* 39. *Geneſ. verſ.* 21. ibi: *dedit ei
gratiam in conſpectu Principis carceris.*

Cuſtodes Carcerum, ſeù Commentariē-
254 ſes non ſolùm de dolo,& culpa,ſed etiam
de negligentia tenentur, vt pluribus oſten-
dit Farin. *quæſt.* 31. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.*46.
Petr. Pek, *de Iure ſiſtendi cap.* 27. Gabr. Be-
rart. *ſpecul. viſitat. cap.* 20. *de commentar. n.* 11.
255 *&* 25. etenim in Commetarieuſe negli-
gentia habetur pro dolo, & negligens tam-
quam doloſus punitur, vt eſt Gloſ. *in l. fin.
ff. de Cuſtod. reor.* Boer. *deciſ.* 216. *in princip.*
Gram. *vot.* 29. *num.* 8. Farin. *quæſt.* 31. *num.*
19. Sanfelic. *deciſ.* 46. *numer.* 2. & contra
256 Commentariēſem ſemper ſtat præſũptio,
quod neglexerit, vt per Text. *in l. eos, &
l. fin. ff. de cuſtod. reor.* inquit Boſſ. *tit. de car-
cer. num.* 11. & per Text. *in l. Diuus in fine ff.
de Offic. Præſid.* dici Franc de Aretio *conſ.* 38.
*num.* 1. & ex eo Didacus Perez *ad ordinat. Ca-
ſtellæ lib.* 2. *tit.* 14. *leg.* 12. *lit. A. verſic. notu
etiam ad hoc*, ideò Menoch. *de arbitr. caſ.* 302.
257 *num.* 6. ait quòd Cuſtos punitur arbitrio
Iudicis, quamuis diligentia, quam alij adhi-
bent, vſus fuiſſet, quod debet intelligi dum-
258 modo non probet carceratum caſu aufu-
giſſe ſecundùm Siluan. *conſ.* 29. & de Ballis
*variar. tract. lib.* 3. *caſ.* 14. *num.* 4. & conferr
Pariſ. de Puteo *de Sindicatu verbo captura §. an
poteſtas num.* 9. quem refert, & ſequitur Pe-
rez *loc. cit. verſ. quarto quæri poteſt*; vbi ait,
quod ſi carcerarius non fuit in culpa, quia
nihil ex contingentibus omiſit ſecundum
exigentiam delicti, quia eos habebat cuſto-
ditos ſecundùm qualitatem delicti, tunc nō
debet puniri, quia eſt caſus, quia nemo po-
teſt ſe à proditione cauere: ſed ſi omiſit, ei
imputabitur, & Perez citat ad comproba-
tionem huius diſtinctionis Caſſan. *Conſue-
tud. Burgund. rub.* 2. §. 1. *num.* 33. *fol.* 90. Vn-
259 dè poteſt concludi, quòd doloſus verus
poteſt puniri eadem pœna, qua puniri de-
bebat ille, qui aufugit: præſumptus verò
pœna tantùm extraordinaria: & nulla pœ-
na is, qui nec culpam, & nec negligentiam
commiſit, vt innuit Carpzou. *pract. crimin.
par.* 3. *quæſt.* 111. *num.* 99. *& ſeqq.*

Sed An negligens debeat puniri propter
fugā carcetati, ſi deindè ille qui aufugit re-
capiatur,vel ad carceres ſpontè reuertatur?
negat de Luca ad Vinc. de Franch. *dec.* 679.
*numer.* 6. *ex textu in l. fin. §. ſolet ff. de Cuſto-
dia Reorum* vbi cauetur, quòd ſi carce-
ratus culpa Cuſtodis aufugit, ſi ipſius Cu-
ſtodis interſit fugientem appræhendi, datur
ei tempus ad perquirendum dictum fugien-
tem,applicito ei alio milite ad hanc perqui-
ſitionem faciēdam, & ad hoc idem de Luca
citat Boer. *deciſ.* 217. affirmat verò quoad
pœnam arbitrariam, non tamen corporalē
Farin. *quæſt.* 31. *num.* 69. & mouetur ex Tex.
quem allegat *in l. carceri ff. de cuſtod. Reor. &
in l. fin. verſ. qui ſi negligentiam ff. eod. tit.* & ad
motiuum releuationis, quæ poteſt deriua-
re ex Text. *in d. §. ſolet*, reſpondet, quòd
Cuſtos ex reductione fugitiui ad carceres
releuatur à pœna corporali, quàm aliàs
ſubiturus fuiſſet. vide Gizzium *loco relato*
per me *ſupra num.* 240.

Sed an doloſus ſubeat pœnam, quam ſu-
bit contumax, An verò illam, quam ha-
biturus erat Reus, ſi in carceribus manſiſ-
ſet? Iſte caſus occurrit in Sacra Conſulta,
vbi fuit diſputatum, an Commentarienſis
debeat cōdemnari in pœnam mortis, prout
fuerat condemnatus in contumacia Reus,
qui facto, & dolo eiuſdem Commentarien-
ſis aufugerat, an verò in extraordinariam,
prout ex defectu plenarum probationum
fuerunt condemnati conſocij eiuſdem Rei,
qui aufugerat; & requiſitus ab Eminentiſs.
& Reuerendiſs. Domino meo D. Cardinale
260 Bonaccurſio reſpondi, quod erat conde-
mnandus in pœnam extraordinariam, quia
ſi Reus permanſiſſet in carceribus maiori
pœnæ non fuiſſet obnoxius, prout ipſa Sac.
Conſulta determinauit aduerſùs conſocios
& hoc mihi probat Text. *in l. ad Commenta-
rienſem C. de Cuſtod. Reor.* ibi: *Obnoxius doce-
bitur fuiſſe*, & comprobatur hæc mea opi-
nio ex Baldo *ibidem nu.* 1. qui adducit etiam
aliam rationem ad propoſitum noſtrum fa-
cientem, nempè quòd licet contra effracto-
rem carcerum inducatur quædam ficta cō-
feſſio, tamen cōtra Cuſtodem carcerum de-
bet aliter probari, & ita audiui fuiſſe reſolu-
tū in Sac. Conſulta *ſub die* 29. *Decemb.* 1676.

Annectitur huic alia quæſtio contigibi-
261 lis, & notabilis, an ſcilicèt Commenta-
rienſis, qui dolo facit fugere carceratum
detentum pro aſſaſſinio, vel proditorio ex-
cludatur à beneficio gratiæ, prout excludi-
tur aſſaſſinus, ſeù proditor? De hac quæ-
ſtione agit Caluin. *de æquitate lib.* 1. *cap.* 100.
*num.* 4. *& ſeqq.* & concludit negatiuè ob ra-
tionem, quia licèt teneatur eadem pœna,
non tamen dicitur eſſe in eadem culpa, &
ita reſolutum fuiſſe teſtatur.

Quęro primò, Quænam ſint diligentiæ,
262 quas tenetur facere Cuſtos carcerum? dic
quòd debet antequam captus detrudatur in
carcerem exquiſitè perquirere, an aliquid
habeat

habeat penes ſe, & in ſacculis, ſeu crumenis,
& omnia, quæ habet ãnotabit corã teſtibus,
& penes ſe retinebit, ſeu potiùs tradat Nota-
rio cauſę, ad effectũ eidem recõſignandi tẽ-
pore, & actu excarcerationis: debet eodẽ tẽ-
pore, & antequã detrudatur in carcerẽ per-
quirere, an aliquod ferrũ habeat abſconditũ
in veſtimentis, vt ait Berar. *ſpecul. viſit. c. 20.
de Commentar. num. 26.* qui ſubdit, quòd de-
bet captum denudari facere ad hoc, vt ex-
quiſitè poſſit facere dictam perquiſitionem,
& deindè reueſtitum mittat in locum ſuũ,
& præbeat ei victum, & lectum: debet ad-
uertere, ne quis captum ſine iuſſu Iudicis al-
263 loquatur, vt inquit Berart *loc. cit.* debet in-
uigilare, & perquirere, ne carcerati teneant
intùs carceres ferrum, funes, enſes, pugio-
nes, cultellos, venenum, vt ex Farin. Ma-
ſcard. Boer. Par. de Put. Gram. Muta inquit
Seuerin. *in add.* ad Sanſel. *deciſ. 335. verſ. de-
bet tamen, & verſ. tangere*, & Pegas. *loc. cit.*
§. 2. *gloſa 4. num. 3. & ſeq.* debet frangere pa-
nem, & pullos portatos carceratis, vt vi-
deat, an contineant limas, vel alia abſcon-
dita Berart. *d. cap. 20. num. 2.* & Godofred.
Abauo *de reatibus quæſt. 13. num. 20. & ſeqq.*
Pegaſ. *loco citat. num. 4.* Carena *de S. Offic. p. 1.
tit. 15. §. 1. num. 7.* Ideò non videtur eſſe
verum, quòd ex Farin. *quæſt. 31. num. 97. &
ſeqq.* inquit Seuerin. ad Sanſel. *d. deciſ. 335.
verſ. ideò ſi ferrum*, nempè quòd Cuſtos ex-
cuſatur ſi ferrum eſſet immiſſum inter pla-
tellos, vel zocculos, vel alio ſimili modo
proditoriè, vel etiamſi immiſſum eſſet fer-
rum, vel funis per feneſtram, dummodò
fecerit ſolitam diligentiam, quia non dici-
264 tur feciſſe diligentiam, qui non excutit ac-
curatè, & nec omnia adamuſſim rimatur, vt
in terminis dicit Franc. de Aretio *conſ. 38.
per tot.* quem refert, & ſequitur Didac. Pe-
rez *ad Ordinat. Caſtellæ lib. 2. tit. 14. leg. 12.
litera A. verſic. nota etiam ad hoc*, qui dicunt
ferrum, venenum, & ſimilia in carcerem
inferri non præſumi, niſi ex culpa, & ne-
gligentia Cuſtodis, & Perez ibidem ſubdit
caſum eſſe ad hoc notabilem *in l. carceri præ-
poſitus ff. de cuſtodia reorum*: debet de die, ac
de nocte perquirere, videre, & rimari pri-
ualia, & cophanos, & lectos, bona carce-
ratorum, & loca omnia carceris, & tan-
gere, ac percutere cum baculo Parietes, &
crates ferreas, & rimari compedes, ne fran-
gantur, & limentur, vt monſtrat Aretin.
*d. conſ. 38. per tot.* & Pegas. *loc. citat. §. 6. gloſ. 8.*
265 *num. 3.* qui ait, quod bis in die Cuſtos ad
hoc tenetur: debet perquirere ne loco vini
266 acetum deferatur, quod cum vrina mixtũ
ſuper pauimento iniectum paulatim cæmẽ-
tum marceſcit, vt dicit Berart. *loc. citat.* de-
bet aduertere, ne aliqua carta, etiamſi alba
267 ſit, deferatur, quia carta cum vrina, vel
ſucco limonis, vel aluminis ſcripta apparet
alba, ſed ſuper ardorem ignis appoſita, li-
teræ apparent, vt inquit Berart. *ibidem*: de-
bet eſſe ſeuerus cum carceratis, hoc eſt non
debet ſe reddere familiarem, domeſticum,
268 & facilem ad omnia, quæ carcerati re-
quirunt, & ſic ſubminiſtratis neceſſarijs nõ
confabuletur, nec ludat cum carceratis;
Itèm non permittat, quòd intus carceres
fiant rixæ, & quatenus rixari contin-
gat, ſtatim deferat notitiam ad Superiorem,
qui rixantes poteſt plecti facere ictibus fu-
269 nis publicè infligendis, vt aduertit Dan-
za *de pugna Doctor. tom. 2. tit. de carceratis c. 1.
num. 7.* Add. ad Sanfelic. *deciſ. 335. verſ. imò
etiam rixantes*; omnis enim leuis rumor in
carceribus poteſt eſſe periculoſus: quapro-
pter laudanda eſt pragmatica Sanctio, qua
ſecundùm Seuerin. *in add.* ad Sanfel. *d. deciſ.
335. verſ. ideò fuit*, extat ſancitum in Re-
gno Neapolitano, quòd pro inſultibus, e-
tiam rixoſis, & accidentalibus intus carce-
res factis cum quocumque inſtrumento,
cum ſanguine, vel ſine, imponatur pœna
triremium contra plebeios, & relegationis
contra Nobiles.

270 Quæro ſecundò, An eædem diligentiæ
debeant indifferenter à Cuſtodibus adhibe-
ri, tàm quandò habent ſub cuſtodia homi-
nes viles, quàm quando habent ſub cuſto-
dia Nobiles? reſpondeas affirmatiuè, quia
omnibus hominibus cõnaturalis eſt Amor
libertatis, vt dixi ſupra ex Gregorio Tho-
loſan. & propterea Cuſtodes huic Amori
debent indifferenter obſiſtere: at Perez *ad or-
dinat. Caſtellæ lib. 2. tit. 14. lege 12. lit. A. verſ.
ſecundò quæro* ex doctrina Angel. *in l. ſi à bona
fidei ff. de rei vendicatione*, & ex Ioanne Lupo
*in rub. §. 9. num. 14. de donat. inter vir. & v-
xorem* dicit, quòd Commentarienſis, qui
Nobilem, ſicut plebeium non cuſtodiuit, &
Nobilis aufugit, nõ debet puniri ob rationẽ,
quia fuit caſus, Nobilem à carceribus, &
contra fiduciam Cuſtodis aufugere, quod
à Nobilibus alienum eſt, & Angel. *loc. cit.
num. 2.* ait, quod caſus accidit hic Bononiæ
in perſonam Domini Guelfi de Prato, tunc
Poteſtatis Bononiæ, cui aſſignatus fuit cu-
rialitèr cuſtodiendus quidam Nobilis ma-
gnus miles de mandato Dominorum An-
tianorum, & qui eum curialiter detinebat,
& credebat eum eſſe integrę exiſtimationis,
opinionis, & fidei prout communitèr exi-
ſtimabatur, & fugam arripuit, & exiſtimat
quòd non teneatur quaſi malè cuſtodierit:
ſubdit tamen, quod vidit eum ſtare in ma-
gno periculo propter dictam fugam: & de
Angelo ſic dicente facit mentionem Boua-
dilla *politica lib. 1. cap. 13. num. 27.* & Iaſon
*in auth. iubemus n. 12. verſ. ſextò* facit Text.
*C. de Iudicijs* & hanc opinionem tenent Ad-
den. ad Lupum *loc. cit.* Boer. Neuizzan. Ti-
raquell. Roland. à Valle, Foller. Gloſa, Io:
Andr. Cotta, *locis relatis* à Ripa *de noct. temp.
cap. 74. num. 15. & 16.* & Baiard. ad Clar. &
Carocc. *locis relatis* à Mauſon. *de cauſ. execu-
tiu. lib. 1. quæſt. 6. ampl. 25. num. 26.* Gabriel,

Cirill. & alij relati à Farinac. *qu.* 31. *n.* 145. & hoc idem videtur voluiſſe Gabriel Berart. *in ſpecul. viſit. cap.* 20. *de Commentarien. numer.* 5. *& ſeqq.* inquiens quod Commentarienſes debent benè tractare detentos in carceribus, quia datur officium, diſcretio nequaquam, & ideò diſcretione vtentes debent illos cum humanitate quadam tractare, nec debent accuſatoribus crudelitatem ſuam vendere pretio, vel gratia affligendo carceratos fame, vel anguſtia, vel ſiti, vel longa tabe: & circa formam carcerationis obſeruare debent, quod illi, qui minùs delinquunt, in meliorem carcerem, qui magis autem, in ſtrictiorem immittantur, & quod Nobiles ſeorſum à carceribus facinoroſorum, & vilium perſonarum detineantur.

271 At ratio adducta à principio nõ eſt ſpernenda ad firmandum contrariam opinionem eſſe magis veram, & ideò Gomez Leon. *dec.* 92. *n.* 3. *verſ. nec proderit tom.* 2. *dec. diuerſ.* Mauſon. qui eum allegat *loc. cit. ampliat.* 25. *n.* 27. *&* 28. & Farin. *q.* 31. *n.* 146. *& ſeq.* declarant ſuptadictam opinionem procedere ſolùm quandò Nobilis eſſet detentus pro paruo debito, vel pro leui cauſa criminali, vel ſi pro graui, erat tamen, vt explicat Farin. *d. num.* 146. in caſu abſolutionis: nam ſi pro magno debito, vel pro graui delicto Nobilis detinetur non poteſt aſſignari ratio ſufficiens, quarè cuſtos debeat illius Nobilitati, & ſperatæ integritati confidere in præiudicium Fiſci, vel Creditorum, vt benè conſiderant Farinac. *loc. cit. num.* 147. & Boer. *deciſ.* 247. *num.* 10. qui ità iudicatum fuiſse in illo Senatu refert *ibidem* & Bouadill. *dicto cap.* 13. *num.* 27. teſtatur, quod ob fugam Antonij Perez, qui erat Nobilis, & etiam in magna dignitate conſtitutus, vt apparet in deſcriptione eius vitæ, quam ipſe Perez euulgauit, fuit Baroncellus condemnatus.

Quæro tertiò. An Cuſtos ſit liberatus
à Cuſtodia, ſi Iudex mittat alium ad Cuſto-
272 diam carcerati? Negatiuè reſpondent Ca-
rena *de Sancto Officio parte prima tit.* 15. §. *pri-*
*mo num.* 9. & Monterent. *ad ſtat. crim. Bonon.*
*rub.* 56. *lit. A. & C.* verùm, ſi carceratus fu-
giat, cuſtodem prædictum excuſandum eſſe
dicit in fortioribus terminis Perez *loco citat.*
*verſ.* 3. *dubitatur* vbi ex Roman. *ſing.* 30. &
Franc. *Cremen. ſing.* 99. ait quod quandò duo
inſolidum ſunt Cuſtodes, alter de mala
cuſtodia non tenetur, quia eo caſu fuga ad-
ſcribitur caſui fortuito, ex quo ipſe Cuſtos
confidit de altero ſocio §. *interdum ff. de cu-*
*ſtod. reor.* ſed dubito valdè de veritate huius
Perez aſſertionis, quia duplicatio cuſtodiæ,
quæ fit ad maiorem cautelam non debet
aliquem ex Cuſtodibus a ſolita, & debita
ſollicitudine liberare, vt expræſsè cauetur
*in dicta leg. final. in princip. verſ. nec vni ſed*
*duobus.*

Poteſt tamen Perez opinio procedere in caſu, quo vnus ex Cuſtodibus cum carcerato aufugit, quia verè tunc fuga tribuitur caſui fortuito iuxta Text. *in d.* §. *interdum*, ibi *cum cuſtodia cum altero cuſtode ſimul fugiſſet, alteri venia data eſt.*

Quæro quartò. An Cuſtos poteſt reti-
nere carceratum pro mercede ſibi debita?
273 Adden. ad Guidopap. *deciſ.* 448. & Caball.
*crim. reſol.* 222. *num.* 6. reſpondent affirma-
tiuè per Text. *in leg. ſi neceſſarias ff. de pigno-*
*rat. action.* Negatiuè verò reſpondent Iacob.
de Arena relatus à Guidopap. *loc. citat.* &
Hieron. Laur. *Auenion. deciſ.* 112. *numer.* 5.
Sed Faber. *in Cod. lib.* 9. *tit.* 4. *difin.* 7. Caſſan.
*de Conſuetud. Burg. rub.* 2. §. *primo num.* 34.
Perez *loco cit. verſ. ſeptimo quæritur in fine*
aiunt quod de conſuetudine cuſtodes reti-
nent, & idem ex Claro, & Scappa air Buc-
caron. *de different. inter iudic. ciuil. & crimin.*
*different.* 148. *num.* 12. Verùm Scannarol. *de*
*viſit. carcer. lib. primo* §. 5. *cap.* 3. *ſect.* 3. *n.* 4.
*& lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 30. ait quod quicquid
274 ſit alibi, in Vrbe non poſſunt de conſue-
tudine retinere, niſi pro alimentis præſtitis
in ſecretis carceribus, vel infirmaria, aut va-
letudinario.

Quæro quintò. An Cuſtos poſſit aliquid
275 exigere à teſtibus pro alimentis, ſeù por-
tello? reſpondeas negatiuè cum Scannarol.
*loc. cit. lib.* 2. §. 3. *cap.* 2. *num.* 17. & Bulla
ſanct. mem. Pauli V. *la* 71. *in ord.* ſed quo
ad alimenta diſtinguas prout dicam infra
*in cap.* 18. §. 7. *num.* 73. *&* 98.

Qæro ſextò. An abſque licentia Iudicis
valeat cuſtos aliquem excarcerare? dic quod
276 non poteſt abſque licentia in ſcriptis data
ab Officiali, qui illum fecit incarcerare,
quamuis minùs legitimè fuiſſet captus Ca-
rauit *ritu.* 43. *numer.* 6. Nouar. Vaſſall. *gra-*
*uam.* 298. *num.* 3. *lib. primo* Petra ad Gram.
*deciſ.* 41. *num.* 14 Capiblanc. *de Baron. tom.* 2.
*cap.* 27. *num.* 6. & Danza ad Gram. *deciſ.* 41.
*num.* 29. vbi Petra *d. num.* 14. *&* 15. refert
Cuſtodem fuiſſe priuatum officio, & con-
demnatum ad exilium per quinquennium;
reddit rationem; & ſubdit procedere etiamſi
bona fide rediturum ad diem conſtitutum
dimitteret; & citat Iodoch. *pract. crimin.*
*cap.* 15. *de citatione reali num.* 13. malè enim
facit cuſtos, qui carceratum ſine licentia Iu-
dicis relaxat, quia eius eſt relaxare, cuius
eſt capi facere vt ex Ang. & Mier. ait Berart.
*de viſit. cap.* 20. *num.* 11.

## Cap. III. §. VII. ad IX.

§. 7. Di più ordina, e ſtatuiſce, che ſe alcun Notaro Cuſtode, ò altro ſimile conoſcerà carnalmente alcuna Donna carcerata, ſe bene foſſe publica

Mere-

Meretrice incorra in pena della morte incluſiuè, mà quando l'atto non foſſe conſumato, la pena ſia della galera per cinque anni.

§. 8. Et ſe alcuno etiam non Officiale procuraſſe la carceratione d'alcun huomo, ò donna per sfogare la ſua libidine, ò con la perſona carcerata, ò con altra attinente, ſe l'effetto ſeguirà, il delinquente caderà in pena della morte incluſiuè, ma ſe l'effetto non ſeguiſse, caderà in pena della galera per cinque anni.

§. 9. Vieta, e prohibiſce ad ogni perſona lo ſcriuere à carcerati in ſecreta, com'anche l'auuertirli con parole, ò ſegni di coſa alcuna contro la Corte ſotto pena, ſe la cauſa del carcerato ſarà capitale, della galea per cinque anni, ò dell'eſilio dalla Legatione per detto tempo; mà ſe non ſarà capitale incorrerà il delinquente in altra pena corporale, ò pecuniaria ad arbitrio di S. S. Illuſtriſſima.

*SVMMARIVM.*

1 *Commentarienſis carnaliter cognoſcens carteratam, qua pęna puniatur, & num. ſequentibus.*

2 *Mulieres debent eſſe magis ſecuræ in carceribus, quam in domo propria.*

3 *Mulieres debent poni in carceribus à viris ſeparatæ.*

4 *Cuſtos carceris carnaliter cognoſceus mulierem honeſtam carceratam, ſiuè per vim, ſiue abſque vi punitur pęna mortis, vbi adeſt lex, ſeu conſuetudo.*

5 *Vbi verò non adeſt conſtitutio, & nec conſuetudo quomodo puniatur.*

6 *Cuſtos carcerum tenetur diligenter, & honeſtè cuſtodire carceratam, vt tutor pupillam.*

*Aequiparatio hæc non placet Autori eod. numer. verſ. mihi tamen.*

7 *Deportationis loco vbi non adſunt Inſulæ ſucceſſit pęna triremium.*

8 *Cuſtos carcerum cognoſceus carnaliter mulierem inhoneſtam incarceratam punitur mitiori pęna.*

9 *Etiamſi fuerit adhibita vis.*

10 *Officialis tentans cognoſcere carnaliter mulierem honeſtam carceratam quomodo puniatur*

11 *Curſor, qui miſſus ad citandum mulierem tentauit illam carnalitèr cognoſcere fuit officio priuatus.*

12 *Statuto puniente conatum licitum eſt Iudici ex cauſa minuere pęnam.*

13 *Sollicitaus meretricem ad turpia nulla pęna punitur.*

14 *Text. in auth. hodie nouo Iure* Cod. de Cuſtod. reor. *non habet locum in fęmina meretrice, & inhoneſta vita, niſi habeat virum.*

15 *Pęna carceris, vel funis in Bannimentis impoſita ob ſolam verbalem ſollicitationem ſine amplexibus, & oſculis, vel aliquo alio ad coitum ordinato eſt rigoroſa.*

*Vbi quod interuenientibus amplexibus fuit cuſtos relegatus per decenniũ, & ob ſolam ſollicitationẽ verbalẽ fuit alias ab officio remotus.*

16 *Delinquens in officio debet ab officio remoueri.*

17 *Officialis faciens incarcerare, ſeu citare ſine cauſa mulierem inhoneſtam ad effectum illam carnaliter cognoſcendi, qua pęna puniri debeat, num. 20. & 21.*

18 *Citatio ſine cauſa importat violentiam, & concuſſionem & vis durat quouſque durat detentio num. 20. verſ. vlterius.*

19 *Officialis abutens officio & carceribus quomodo puniatur.*

22 *Carceratus cognoſcens carnaliter carceratam ſine violentia, non poteſt puniri.*

23 *Contrarium tamen eſt verius, licèt carcerata eſſet meretrix.*

24 *Cuſtos carcerum introducens aliquem in carceres ad effectum vt carnaliter cognoſcat carceratam punitur de lenocinio, & violatione cuſtodiæ.*

25 *Carcerare faciens patrem, matrem, fratrem, maritum, aliamue perſonam ad effectum carnaliter cognoſcendi mulierem illis attinentem quomodò puniatur.*

26 *Cuſtos carcerum, qui carceratam excarcerauit quia illã carnaliter cognouit, capite plectitur.*

27 *Carcerato in ſecretis carceribus ſcribens non punitur.*

28 *Dumodò aliquid ad cauſam releuans non ſcripſerit, nam hoc caſu punitur, & tanquam veriſimiliter informatus torquetur.*

29 *Prout poteſt torqueri qui alloquitur carceratũ, ſeù eidem aliquem nutum facit, ſi indè aliqua veriſimilis ſcientia delicti argui poteſt.*

30 *Carceratus poteſt alium carceratum alloqui etiam de pertinentibus ad eius cauſam.*

31 *Intellige dummodò non adſit Iudicis præceptũ, niſi hoc caſu allocutio ſit per modum conſolandi.*

32 *Cuſtos carcerum bollettinos, aut ambaſciatam deferens, aut aliquem alloqui cum detentis ſecretis carceribus faciens quomodo punitur.*

33 *Ceſſante damno, & præiudicio alloquens non debet puniri, non obſtante pręcepto pęnali de non alloquendo.*

*Quid vigore Bannimentorum, & Bullæ, B. Pij Quinti d. num. 33. in fine.*

34 *Bulla prædicta comprehendit etiam loquentes cum teſtibus, in ſecretis carceribus retentis, ſed Bannimenta loquuntur ſolum de retentis pro delicto.*

Conoſcerà carnalmente alcuna Donna.

SImilis Conſtitutio eſt Medlolani vt refert
1 Menoch. *de arbitrar. caſ.292. n.4.* & eſt in Regno Portugalliæ, vt referunt Pegas *ad ordinat. d. Regni lib. primo tit. 33. §.4. gloſ.6. n. 3. & 4.* & Fragoſ. *de Regim. Reipublic. Chriſt. par. prima lib. 5. diſp. 13. §. 13. num.* 408. & licèt talis Conſtitutio videatur rigoroſa Benedicto Aegidio *de iure, & priuil. honeſtar. cap. 12. num.* 5. quandò mulier per vim non cognoſcitur; ei tamen non aſſentitur Pegas *loc. citat. numer.* 4. ob rationem quia ordinatio *lib. 5. tit. 8. in princ.* imponit pœnam mortis ei, qui fœminam cuiuſcumque Conditionis per vim cognouerit, & ſic *in ordinat. lib. primo tit.* 33. quam commentat Pegas ibidem, nulla de nouo pœna imponeretur, niſi extenderetur ad eum, qui volentem, & conſentientem cognouerit, & ſubdit Pegas ibidem hoc ſanctiſſimè conſtitutum fuiſſe, ne fraudibus, & aliqua inani ſpe ad ſuum conſenſum præſtandum carceratæ inducerentur: & ità concludendum hic, quia dicta ratio militat in caſu noſtrorum Bannimentorum, quæ cum *in cap. 23. §. 3.* imponant pœnam vltimi ſupplicij ei, qui ad coitum adhibet vim in perſonam cuiuſcunque mulieris honeſtæ, nihil diſponerent de nouo hic, ſi requirerent violentiam: Nec quicquam facit, quod in dicto *cap. 23. §. 3.* locutio ſit de muliere honeſta, quia eo ipſo quod mulier carceribus mancipatur, etiamſi ſit publica meretrix, habetur ob reuerentiam carcerum loco mulieris honeſtæ, & pro honeſta reputatur, & cognoſcens eam carnaliter in carcere punitur, ac ſi cognouiſſet mulierem honeſtam, vt ex Parid. de Puteo *de ſindicat. verbo adulterium num.* 5. & Marſil. *ſingul.* 150. *& in leg. p. num. 7. ff. de Sicar.* ait Foller. *pract. crimin. verbo vel incarcerentur numer.* 25. Et quidem
2 mulieres debent eſſe magis ſecuræ in carceribus, quam in domo propria, & eodem modo debent eſſe ſecuræ, & caſtæ apud cuſtodes, & officiales Curiæ, quam apud ipſoſmet parentes, & conſanguineos: nam vt dicit Caball. *crim reſol. 283. num.* 13. æquiparantur in hoc cuſtodes ipſis parentibus, qui non debent habere duplicem afflictionem, & ſollicitudinem, vnam ex cauſa, & motiuo carcerationis, alteram ex cauſa, & motiuo honoris; & ad ſatisfaciendum argumentationi Benedicti Aegidij, & oſtendendum Conſtitutionem non eſſe rigoroſam, quatuor afferri poſſunt rationes, prima eſt, quia mulieres carceratæ poſſunt fraude induci ad ſuum conſenſum præſtandum, vt perpendit Pegas *loc. cit. dicto nu. 4. circa finem*: Secunda ratio eſt, quia refrænanda eſt temeritas, & audacia ijs, quos Princeps neceſſariò adhibet in re ad eo Sancta. Tertia ratio eſt quia violatio loci, & perſonarum ſub protectione Principis exiſtentium ità exigit, vt innuunt Muſcatell. *de pœnis adulter. num.* 74. & Caballus *crim. reſolut. 283. nu.* 11. Paris de Put. Marſil. & his relatis Foller. *loc. cit. num. 5. & ſeq.* quarta tandem ratio eſt, quia, ſi hoc abſque ſeuera animaduerſione tranſiret, periculum eſſet, ne officiales allecti illecebris mulieris permitterent fugam eiuſdem, vel impunitam, aut mitiùs, quam par eſſet, caſtigatam dimitterent vt ex Parid. de Puteo, & alijs dicit Caball. *d. num.* 11.

Verùm eſt, quod Imperator *in auth. vt nulli Iudicum §. neceſſarium*, procurauit huiuſmodi ſceleri, & perditis hominibus obuiam ire ſanciendo, vt nulla mulier, de qualibet re includatur, cuſtodiatur per viros *ne per huiuſmodi occaſiones*, ſunt verba Textus, *inueniantur circa caſtitatem iniuriata*: Sed quia adhuc vſu receptum eſt, vt in carceribus publicis includantur, & per viros,
3 in carceribus tamen ſeparatis à carceribus virorum, cuſtodiantur, vt teſtantur Clar. *in pract. quæſt. 28. num.* 3. & Manzius *ad Conſtitut. Carolinam artic. 11. num.* 25. Propterea pœna ſeueriſſima ſunt à ſcelere retrahendi, cum, vt dixi ex Giurb. & alijs in proœmio harum annotationum *§. 9. num.* 11. delicta nullo alio meliori remedio fieri prohibentur, quam ſi ſeuerè puniuntur.

Circa pœnam debitam cuſtodi, ſeu officiali mulierem incarceratam carnaliter cognoſcenti Doctores diuerſimodè loquuntur, vt aduertit Otero *de officialibus par. 2. cap. 3. num.* 10. Et colligitur ex traditis latè à Farinac. *quæſt. 31. num. 112. & ſeqq.* Berlich. *pract. concluſ. par. 4. concluſ. 36. num. primo*, Carpzou. *pract. crim. quæſt. 69. num. 24. & ſeqq.* Bouadill. plures allegans Doctores in politica *lib. 3. cap. 15. num.* 127. Clar. *in §. fornicatio num.* 24. & Baiard. *ibid. in addit.* Marſil. *ſingul.* 150. *& in leg. prima nu. 8. ff. de ſicar.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 292. Laur. Matthæu *de re crim. controu. 51. num. 21. & ſeqq.* Pegas *loc. cit. num. 3. & ſeqq.* Giurb. *conſ. criminal. 37. numer. 6. & ſeqq.* Iacob. de Beluiſu *pract. crim. lib. 3. cap. 18. num.* 24. Caball. *crimin. reſol. 283. num.* 12. Abauo *de reatibus quæſt. 7. num. 166. & in pract. crim. §. raptus num.* 26. Gomez *ad leges Tauri* 80. *num.* 25. Guidopap. *ſing. 639. & deciſ.* 448. & ibi Adden. Perez *ad ordinat. Caſtell. lib. 2, titul. 14. leg. 12. verſ. ſeptimo quæritur* Paris de Puteo *de ſindic. verbo adulterium cap. primo* Faber. *§. item lex Iulia num. 3. Inſtit. de public. Iudic.* Ant. Faber. *in ſuo Codice lib. 9. tit. 4. diffin.* 2. Boer. *deciſ.* 317. Pappon. *arreſt. lib. 22. tit. 8. arreſt. primo* Muta *deciſ. 36. num.* 19. Adden. ad Sanfel. *deciſ. 335. verſ. & volentes* Paul. Grilland. *de pœnis omnifar. coitus quæſt. 13. per tot.* Plach. *epit. delict. cap. 10. circa finem*, Fragoſ. *de Regim. Repub. Chriſtian. par. prima lib. 5. diſp. 13. §. 13. n.* 408. ideo operæ pretium exiſtimo rē per caſus diſtinctos examinare.
4 Primus caſus eſt, quandò cuſtos carcerum

rum

num cognoſcit carnalitèr mulierem hone-
ſtam carceratam, & ſiuè per vim, ſiuè abſ-
que vi illam cognouerit punitur pœna
mortis, in locis, in quibus extat lex, ſeù
Conſtitutio, vt hic, & in Regno Portugal-
liæ, vt dixi ſupra ex Pegas, & idem eſt in
locis vbi extat conſuetudo, vt in Regno
Franciæ Io: Faber. §. *item lex Iulia num. 6. Inſtit. de public. Iudic.* & Ant. Faber. *in Cod. lib. 9. tit. 4. diffin. 2.* ſtante enim tali conſue-
tudine, & eo fortius ſtante lege deuenien-
dum eſt ad pœnam vltimi ſupplicij, vt di-
cit Pegas, qui loquitur in terminis legis ità
diſponentis, & Ant. Faber qui loquitur in
terminis conſuetudinis *in dicto Cod. lib. 9. tit. 4. diff. 2.* & Io: Faber. *loc. citat.* qui pari-
ter loquitur in terminis extantis conſuetu-
dinis. In alijs veró locis, in quibus non
5 extat lex, ſeù talis conſuetudo pœna delicti,
puta ſtupri, adulterij, inceſtus aggrauatur
ratione perſonæ delinquentis, & ratione
loci, carceris ſcilicèt, in quo admittitur de-
lictum, vt inquit Muſcatell. *de cognit. delict. rub. de adulter. ſtupr. &c. tit. de priuileg. & pœnis num. 74.* ibi: *ſimiliter de carceris cuſtode ſi cognouerit carceratam carnaliter, aut commiſit ſtuprum, aut adulterium, & tunc vltra pœnas dictorum delictorum, quia aggrauauit hanc qualitatem tenetur etiam alia pœna, quia cognouit carceratam, quæ erat ſub Regis cuſtodia*: Et hoc
idem dicit Farinac. *quæſt. 31. num. 123.* ibi:
*Si cognita eſſet virgo, vel vidua tenebitur de ſtupro, ſi vxorata tenebitur de adulterio, non aliter, ac ſi extra carceres eam cognouiſſet, & vtroque caſu ſemper pœna erit aggrauanda aliquid plus propter qualitatem violationis carcerum*, & mul-
to magis aggrauanda ſi interuenerit vis
prout conſiderat Boer. *deciſ. 317. numer. 9.*
ſemper tamen citrà mortem, quia quicquid
de vltimo ſupplicio dicant Berlich. *pract. concl. 36. nu. 3. par. 4.* & Abauo *loc. cit.* pro-
pter rationem loci violati pœna non poteſt
vſque ad mortem incluſiuè extendi, quia de
Iure communi nulla reperitur ſtatuta certa
pœna contra officialem cognoſcentem car-
naliter carceratam, vt firmant Menoch.
*de arbitr. caſ. 292. num. 3.* & Pegas *loc. citat. num. 4. in princip.* quod eſt adeò verum, vt
Doctores ad reperiendam pœnam, quæ de
Iure poſſit cuſtodibus, ſeù officialibus in-
carceratam carnaliter cognoſcentibus im-
poni, inducunt contrà eoſdem leges diſpo-
nentes de Tutoribus pupillam carnaliter
cognoſcentibus, vt videre eſt pœnes Tho-
loſan. *Syntagm. iuris lib. 36. cap. 9. num. 10.*
Abauo *loco citato* Farinac. *d. quæſt. 31. n. 114. & ſeqq.* & Caball. *crim. reſol. 283. num. 6.* di-
6 centes quod in officiali, ſeu cuſtode mili-
tat eadem ratio, quæ in tutore, quia ſicut
iſte tenetur pupillam alere, & honeſtis mo-
ribus conſeruare, ita officialis, ſeù cuſtos
tenetur diligenter, & honeſtè cuſtodire,
& alere mulierem incarceratam, & illam
illæſam ſupplicio, vel innocentiæ conſerua-
re; & ex hoc Caball. poſt alios, quos citat,
infert, quod officiali, ſeù cuſtodi inferen-
da eſt pœna deportationis, & bonorum om-
nium publicatio, quæ infertur Tutori pu-
pillam ſuam ſtupranti, vt eſt Text. *in leg. vnica Cod. ſi quis eam cuius tutor*; Mihi tamen
videtur, quod non benè inferatur ab vno
caſu ad alium, quia iſti duo caſus non æqui-
parantur, nec poſſunt æquiparari in omni-
bus, nam licèt ratione perſonæ ſub cura, &
cuſtodia habitæ poſſint dici ſimiles, & æqui-
parati; non tamen poſſunt dici, & haberi
tales ratione loci ad cuſtodiam deputati,
carceris ſcilicet, qui tamquam publicus,
& ſub protectione Principis exiſtens nullo
modo violari debet, vt dicit Caball. *loc. citat. num. 11.* & hac ratione pœna debet ag-
grauari ſaltem quoad tempus deportatio-
nis, in cuius locum, vbi Inſulæ non repe-
7 riuntur, ſucceſſit pœna triremium, vt do-
cet Farinac. *quæſt. 19. num. 15.* non eſt ta-
men recedendum à practica recepta in Tri-
bunalibus condemnandi cuſtodes in pœ-
nam triremium per quinquennium, vt vo-
tauit Caball. *d. reſol. 283. num.* 8. cui adhæ-
ret Giurba *conſ. crimin. 37. numer. 11.* Vel per
ſeptennium, vt expreſſit Carena *de S. Offic. par. prima tit. 15. §. primo num. 9. in fine.*
8 Secundùs caſus eſt quandò cognoſcit
mulierem inhoneſtam incarceratam, &
tunc mitiori pœna puniendum officialem
volunt Doctores relati à Giurb. *d. conſ. 37. num.* 6. inter quos Paris de Puteo, Menoch.
Farinac. Caball. *locis* per eum *citatis*, & con-
cedit Ant. Faber. *d. diff. 2.* & ſequitur Fra-
goſ. *de Regim. Reipub. Chriſt. par. prima lib. 5. diſp. 13. num.* 408. quod volunt procedere
9 etiam ſi fuerit adhibita vis, vt ex Boer. Clar.
Farinac. & alijs aduertit, & firmat Caball.
*loc. cit. num. 9.* qui dicit cuſtodem fuiſſe fu-
ſtigatum: ſed hoc non eſt verum in locis
vbi extat lex determinans pœnam capita-
lem, vt in Bannimentis noſtris ibi: *ſe bene foſſe publica meretrice incorrerà in pena della morte incluſiuè*? quod videtur in fortioribus
terminis velle Berlich. *d. concl. 36. num. 4. & ſeqq. par. 4.*
10 Tertiùs caſus eſt, quandò officialis ten-
tauit cognoſcere mulierem honeſtam car-
ceratam, ſed non cognouit, & etiam in
iſto tertiò caſu attendenda eſt pœna, quæ
imponi poſſet ſi officialis extra carceres de-
liquiſſet, aggrauanda tamen propter quali-
tatem carceris ex traditis ſupra ex Muſca-
tello, & Farinac. vndè, cum ſtuprum atten-
tatum cum vi extra carceres fuerit alias pu-
nitum cum exilio per quinquennium, vt
ex Peguer. *deciſ. crim.* 7. deciſum refert Fon-
tanell. *de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 5. par. 2. num.* 20. & fuiſſe punitum fuſtigatione, &
relegatione refert Carpzou. *practic. crimin. par. 2. quæſt. 75. num. 57. & 62.* & Riccius
*deciſ. 289. per tot. par. 2.* refert fuiſſe officio
11 priuatum quemdam Curſorem, qui miſ-

ſus ad citandum mulierem, tentauit illam carnaliter cognoſcere; poterit Iudex ex his ſe regulare in decernenda, & aggrauanda pœna, at vbi extat lex eſt ſeruanda.

Aduertendum, quòd deciſio facta penes Riccium eſt mitior alijs relatis, quia factum in caſu Peguerræ ſucceſſit in via publica, & factum penès Carpzouium habebat violentiam qualificatam ex proiectione in terrã, & compreſſiones at in caſu Riccij factum ſucceſſit Domi, & forſan cum ſola attentatione verbali. Sed vt dixi in præcedẽti, hoc procedit, vbi non extat lex, ſeu Conſtitutio certam pœnam imponens, nam illa eſſet ſeruãda, vt hic, vbi imponitur pœna triremium per quinquẽnium, & in Portugallia, vbi imponitur pœna capitalis arbitrio, vt teſtantur Fragoſ. & Pegas *locis ſupra citat.*

Quartus caſus eſt, quando Cuſtos, ſeu Officialis rẽtauit cognoſcere carnaliter mulierem inboneſtam carceratam, ſed non cognouit, & iſto caſu licet bannimenta imponant pœnam triremium per quinquennium pro attentato coitu cum carcerata nulla adhibita diſtinctione, an attentatum ſit cum vi, vel ſine vi; nihilominus, quia
12 etiam in ſtatuto expreſsè puniente conatũ, licitum eſt Iudici ex cauſa minuere pęnam, vt ex Tiraquell. *de pœnis cauſa* 20. *num.* 2. inquit Cantonus penes Carpan. *ad nouas Conſtitutiones Mediolani tit. de homicid. num.* 1. *fol. mihi* 239. pro attentato ſine violentia in meretricem indici poteſt pœna carcerationis, vel pœna trium ictuum funis argumento eorum, quæ diſponuntur *in cap.* 23. §. 6. & hoc ratione dumtaxat reuerentiæ debitæ carceribus, in quibus, vt dicit Muta *deciſ.* 36. *num.* 21. nihil eſt attentandum, & qui, vt dicit Foller. quem citaui ſupra *numer.* 1. etiam meretrices publicas pro honeſtis haberi efficiunt; nam ratione
13 Perſonæ nulla eſſet de Iure communi indicenda pœna, quia, cùm iam ſit impudica, non poteſt dici offenſa, & nec iniuriata ex ſola, & ſimplici ſollicitatione ad turpia, quia ei nullus pudicæ mulieris honor à lege ſeruatur *l. Senatoris filia ff. de ritu nupt. & l. palam eod. tit.* imò Bart. *in l. ſi vxor ff. de adulter.* relatus à Parid. de Puteo *de ſindic. verbo adulterium cap.* 1. *num.* 3. ex hoc ait, quòd acceſſus ad iſtas mulieres inhoneſtas eſt impunitus, & habetur pro non delicto, & Cyn. Ang. & Io: Andr. *locis relat.* à Parid. de Puteo *loco cit.* aiunt, quod diſpoſitio *auth. hodie nouo*
14 *Iure C. de cuſtod. Reor.* non habet locum in fœmina inhoneſtæ vitæ, & meretice, niſi habeat virum: propterea Par. de Puteo *ibidem. n.* 5. Menoch. *de arbitr. caſ.* 292. Farin. *quæſt.* 31. *num.* 123. volunt coitum cum meretrice ſine violentia in carceribus habitum eſſe puniendum pœna arbitraria propter ſolam carceris violationem licèt Boer. *deciſ.* 337. *num.* 6. *vſque ad num.* 10. & 24. velit talem coitum cum meretrice carcerata eſſe omninò impunibilem, quem præfati Doctores reijciunt, ex quo non eſt permittendum, quòd fiat iniuria caſtitati carcerum, & loci, qui eſt publicus ad Text. *in d. auth. hodie nouo Iure*. Cæterùm ex rationibus adductis *ſupra num.* 1. *verſ. nec quicquam* non eſt differentia inter hunc, & caſum præcedentẽ.
15 Verùm prædicta etiam pœna carceris, vel funis adhuc ob ſolam attentationẽ, ſeu ſollicitationem oretenùs factam poteſt dici rigoroſa, niſi amplexus, & oſcula, vel aliquid aliud ſimile eſſet in ordine ad coitum ſequutum ex traditis à Fragoſ. *d. diſp.* 13. *numer.* 408. vbi ait, quod *ex ordinatione Portugalliæ* Cuſtos, qui conſentiente muliere carcerata deuenit ad amplexus, & oſcula per decennium ad Braſilicam Prouinciam relegatur, ſatis enim eſſet, ſi ob ſolam ſollicitationem Cuſtos remoueretur ab officio iuxta determinationem Riccij *d. deciſ.* 289.
16 vbi pluribus oſtendit, quòd delinquens in Officio, debet ab Officio remoueri.

Quintus caſus eſt, quandò Officialis facit incarcerare, ſeù facit ſine cauſa citare, aut
17 per birruarios ad ſe ducere mulierem inhoneſtam ad effectum cognoſcendi illam carnalitèr, & tentauit cognoſcere, ſed non cognouit, & tunc, quia duplex eſt violentia conſiſtens vna in attentato ad comercium carnale, & alia in adductione facta per birruarios, vel citatione facta ad comparendum, & informandum, nàm citatio ſine
18 cauſa importat violentiam, & concuſſionem, vt aduertit Hieron. Buccaron. *de different. inter iudic. ciuil. & crim. different.* 148. *num.* 14. dicens non eſſe permittendum, quod ſit in mera voluntate cuiuſlibet proterui, & improbi Iudicis cum ſchedulis ad comparendum, ſeu ad informandum Curiam laceſſere ſine legitima cauſa, & continuò concutere Ciues, cum expertum ſit, quod huiuſmodi citationes turbant totam
19 familiam; vtique iſto caſu pœna etiam de Iure Communi debet eſſe grauis etiam triremium, nàm ſi is, qui acceſſit ad Domum meretricis ſub prætextu officij, eamque carnalitèr ſine violentia cognouit, fuit penes Maſtrill. *deciſ.* 191. *in fine* priuatus perpetuò officio, & ad exilium per quinquennium
20 condemnatus, certè qui facit mulierem incarcerare ad finem explendi libidinem cũ ea, licèt copula non ſequatur ex quo mulier nolit aſſentiri, debet ad triremes ad tempus condemnari, quia non ſolùm abutitur officio, vt in caſu Maſtrill. ſed abutitur carceribus, quibus omnis debetur reuerentia, cúm ſint puri, & Sancti, ſicut muri Ciuitatis, vt dixi ſupra, & Doctoribus ibi adductis addo Mutam *d. deciſ.* 36. *num.* 21. & in carceribus ob reuerentiam loci nihil eſt attentandum, vt ſubdit Muta *d. deciſ.* 36. *n.* 21. & abutitur etiam miniſterio birruariorum, quos Princeps habet, & ſalariat, & ſubordinat Officialibus maioribus, vt ijs mediãtibus

bus remoueant, & nō promoueant in ſubditos Iniurias vulgatis iuribus.

Et ex iſtis rationibus hoc idem poteſt dici in caſu, quo Officialis facit mulierem cum citatione, ſeù cum birruatijs ad reſidētiam, & locum Iuſtitiæ venire, ſeu adducere, & ad coitum tentat. Nec mihi videtur obſtare *deciſio* Maſtrilli 191. *num.* 15. *& ſeqq.* qui ponens caſum in terminis huius noſtri caſus dicit, quòd pœna erat arbitraria, & ſic non poterat incipi à tortura, quia fuiſſet maior pœna in inquirendo, quàm in condemnando; Etenim Maſtrillus fundat ſe in deficientia probationis violentiæ, quæ hic ſupponitur. Vlteriùs neſcio videre quomodò dici poſſit, quod deficiat violentia, quando conſtat de adductione facta per birruarios de ordine Officialis; durat enim vis, quouſque durat detentio, vt in his terminis ait Matthias Berlichius *pract. concluſ.* 36. *num.* 16. *par.* 4. & allegat Text. *in l. ſi mulier, & in l. qui in carcerem ff. quod metus cauſa*, præſumitur enim, quando etiā ſequatur copula, quòd mulier conſenſerit in concubitū Cuſtodis ea intētione, vt eo citiùs eius auxilio à vinculis ſolui, & à carcere, ſeu Palatio liberari poſſit, vt ſubdit Berlic. *ibid.* & ex his me exiſtēte Aduocato Fiſcali in Prouincia Romandiolæ tempore Legationis clar. mem. Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini mei D. Octauij de Acquauiua à Latere Le-

21 gati, ita fuit reſolutum contra quemdam Notarium, qui in Terra Solarolij fecit ſibi adducere quamdam mulierem, & tentauit eam cognoſcere, & quia recuſauit, fecit ei ponere manicas ferreas, & deindè finxit eam examinare, & fecit illam detinere per noctem, & diem cum dictis manicis ferreis, ſed prędictus Notarius ſuſtinuit negatiuā in tortura, & liberatus fuit, ſed ſi faſſus fuiſſet pœnam triremium ad tempus non euaſiſſet.

22 Sextus eſt caſus, quando carceratus cognoſcit carceratam, & ceſſante violentia non debet moleſtari Faber *loc. cit.* Clarus §. *fornicatio num.* 42. Boer. *deciſ.* 317. *num.* 9. Berlich. *d. concluſ.* 36. *num.* 34. *par.* 4. ſed arbitrio Iudicis eſſe puniendum, etiamſi me-

23 retricem cognoſcat, dicit Menoch. *de arbitr. caſ.* 292. *nu.* 3. Bonacoſſa *com. opin. par.* 1. *verſ. carceratus cognoſcens carnalitèr fol.* 21. *à tergo*, Marſil. *ſingul.* 150. Muta *deciſ.* 36. *numer.* 19. & hanc opinionem tenet Farinac. *quæſt.* 31. *num.* 123. qui hoc extendit ad carceratum cognoſcentem vxorem, ſeu Ancillam Commentarienſis, & ſic ad eum, qui in carceribus coit cum fœmina non carcerata, & ſequitur Berlich. *d. concl.* 36. *num.* 32. & ſubdit Farin. *ibid.* quod ſi mulier cognita ſit virgo, vel maritata cognoſcens vltra pœnam propter violationem carcerū tenetur de ſtupro, ſeù adulterio, æquè ac ſi extra carceres cognouiſſet, quam pœnam eo magis aggrauandam exiſtimat, & benè, ſi vis interuenit.

24 Septimus caſus eſt, quando Cuſtos carcerum intromittit in carceres aliquem ad effectum, vt cognoſcat mulierem incarceratam, & iſto caſu Cuſtos debet puniri de lænocinio, & de violatiane Cuſtodiæ ad tradita per Pegas *d.* §. 4. *gloſ.* 6. *numer.* 3. *&* 4. Fragoſ. *de regim. Reipub. Chriſtian. par.* 1. *lib.* 5. *diſput.* 13. *num.* 408. & Azeuedo *recopil. lib.* 4. *tit.* 24. *leg.* 2. *in princ. verbo conuerſacion.* & ad hoc facit Text. *in l.* 1. §. *fin. ff. de extraordin. crim.* ibi: *corrupti Comites ſummo ſupplicio afficiuntur*: quem Text. extendit Roman. *in ſuis ſingularibus* ad mulierem recipientem pecuniam ad hoc, vt amaſiam in Domum conducat, & receptet, vt refert Bologn. *in gloſa marginali in dicto* §. *finali*: aggrauatur enim huiuſmodi delictum Cuſtodis, prout aggrauatur delictum Tutoris ex dictis ſupra, & prout aggrauatur delictum Nutricis, de quo loquuntur Tholoſan. & Menoch. *locis relatis* à Farin. *quæſt.* 144. *numer.* 24.

25 Octauus caſus eſt, quando is, qui non habens Officium, vt virginem aliquam, aut alienam vxorem ſtupro, ſiue adulterio corrumpat, aut polluat, eius Patrem, aut Matrem, fratrem, ſiuè ſororem, aut Maritum, aliamue Perſonam, ſub cuius cura, tutela, cuſtodia, vel poteſtate illa exiſtit prætextu alicuius cauſæ Ciuilis, vel criminalis in carcerem detrudi procurat, & iſto caſu ſequuto ſtupro, ſeu adulterio intrat pœna vltimi ſupplicij, iuxta diſpoſitionem Bullæ ſan. memor. Sixti V. *in ordine* 46. §. 6. quā poſt hæc ſcripta de āno 1682. renouauit Sanctiſſimus D.N. Innocentius XI. & aſſignat Pōtifex rationem, ibi: *cum & is quoque ſuæ prauæ concupiſcentiæ explendæ cauſa publica legum, & Magiſtratuū poteſtate impudenter abutatur, & ſub colore iudicij innocentes, atqi incautos opprimat.* Sed cum maiori, & meliori diſtinctione procedunt noſtra Bannimenta, dū *in* §. 8. voluit, quòd ſequuto effectu, hoc eſt, ſequuta carceratione, & copula carnali procurās carcerationem puniatur pœna vltimi ſupplicij; non ſequuto verò effectu procurans carcerationem puniatur pœna triremium per quinquennium, cum Bulla nihil diſponat de iſto ſecundo caſu, nempè de attentato coitu: & ruſus noſtra bannimenta volunt quod dicta pœna puniatur procurans carcerationem mulieris ad effectum, vt cùm eadem detruſa in carcerem habeat comercium carnale, de quo caſu prædicta Bulla nullatenùs diſponit, adeout eueniente caſu in locis, in quibus viget dicta Bulla decidendus eſſet talis caſus iuxta diſpoſitionem Iuris Communis, & iuxta traditionē, & doctrinam Doctorum, quos refert Maſtrill. *dicta deciſ.* 191. *num.* 15. *& ſeqq.*

26 Aduertendum, quòd ſi Cuſtos carcerum mulierem incarceratam carnalitèr cognouit, & eam in præmium præſtiti Officij à vinculis exemit, & à carcete liberauit, de-

bet

bet abſque dubio capite plecti, vt per Text. *in l. ad Commentarienſem C. de cuſtod. Reor.* & per ea quæ notat Bald. *ibidem num. 2. & ſeqq.* firmat Matth. Berlich. *pract. concl. 36. n. 30. par. 4.* vbi ità fuiſſe iudicatum teſtatur.

Scriuere à Carcerati in ſecreta.

De Iure Communi mittens ſchedulas
27 carcerato in ſecretis retento nullam pœnam meretur Laderch. Imol. *conſ. 203. per tot. lib. 1.* Farin. *quæſt. 31. num. 108. & in addit.* impreſſa *poſt 3. lib. conſilior. eodem num. 108. & conſ. 130. num. 46.* Crauer. *conſ. 3. numer. 3. & 35.* & ferè *per tot* Bertazz. *conſ. criminal. 57. num. 15. & ſeqq. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. caſ. 244. num. 9.* Vrſell. ad Afflict. *deciſ. 130. num. 8.* Lucatell. *quæſt. Iudicial. inſpect. 5. num. 280.* dummodò non contineat
28 aliquid releuans ad cauſam, nam ſi concernat aliquid ſubſtantiale cauſæ ſcribens, ſeù animans carceratum ad negandū ſubit pœnam ſecundùm Lucatell. *d. nu. 280.* & ad minus poteſt tāquā veriſimilitèr informatus carcerari, & torqueri: & non ſolùm poteſt torqueri qui ſcribit bollettinos, ſeù epiſtolas, ſed etiā qui alloquitur carceratos, ſeù
29 eiſdem aliquem nutum facit ſi indè aliqua veriſimilis ſcientia argui poteſt Farin. *dicta quæſt. 31. num. 109.* & Lucatell. *d. inſpect. 5. num. 280.* ſed aduerte, quod hoc non proce-
30 dit, quandò vnus carceratus alloquitur cū alio, tunc enim non attenditur, an allocutio ſit de re ſpectante ad cauſam, necnè, quia nullo iure reperitur cautum, quod vnus carceratus non poſſit cum alio alloqui, & monere, ne fateatur, & ſimilia verba dicere, vt inquiunt Farin. *d. quæſt. 31. num. 107 & 108.* & Lucatell. *inſpect. 5. num. 280.* qui ait ita fuiſſe articulo plenè diſcuſſo reſolutum in Curia Capitolina.

Quæro primò an procedat concluſio fir-
31 mata, etiamſi extet Iudicis præceptum? Crauett. *conſ. 3. num. 25.* & Carpan. *ad nouas Conſtit. Mediol. tit. de conuerſ. cum bannit. numer. 68.* tenent, quòd non, niſi allocutio ſit per modum conſolandi.

Quæro ſecundò, An procedat ad fauorē Cuſtodis carcerum, qui defert bolletti-
32 nos, aut ambaſciatam, aut facit aliquem alloqui cum detentis in ſecretis carceribus? dic, quod cuſtos debet puniri, ſi hoc fecit per negligentiam, arbitrio Iudicis Farinac. *d. quæſt. 31. num. 104.* ſed ſi dolo id facit, puta prece, pretio, vel ſpe pretij debet condemnari ad triremes ad tempus, vel ad relegationem perpetuam, & etiam ad mortem, iuxta caſus, & perſonarum qualitatem, vt diſponit Beatus Pius V. *in Conſtit. 76. par. 2. Bullar.* de qua faciunt mentionem Otero *de Officialibus par. 2. cap. 3. num. 16.* Lucatell. *d. inſpect. 5. num. 281.* Farinac. *conſ. 192. & quæſt. 31. num. 105.* & quod pœna triremium etiam circumſcripta dicta Bulla debeat imponi de Iure Communi firmat Sanfel. *deciſ. 46. num. 10. & ſeq.* vbi refert fuiſſe duos damnatos ad remigandum per triennium.

Quæro tertiò, an procedat etiamſi ex introductione bollettini, ſeu alloquutione cum carceratis nihil Fiſco deperierit? Vrſel. ad Afflict. *deciſ. 130. num. 8.* ex Grauet. *dicto*
33 *conſ. 3.* tenet, quòd ceſſante damno, & præiudicio alloquens non debet puniri, quamuis extet præceptum pœnale de non alloquendo: ſed tu qui iudicas in Statu Eccleſiaſtico cogita, quia Bulla B. Pij V. non requirit hanc qualitatem; & nec Bannimenta noſtra illàm requirunt.

Quæro quartò, An procedat contra alloquentes, ſeu permittentes alloquutionem
34 cum teſtibus in carceribus ſecretis retentis? Bulla prędicta loquitur expreſsè de teſtibus, ſed Bannimenta non haberent locum, quia loquuntur de retentis pro delicto, ſtrictè enim ſunt intelligenda vulgatis Iuribus.

## Cap. Tertii §. X. ad XI.

§. 10. E ſe alcuno leuaſſe prigioni di mano alla Corte, ò ad altri, che per lei gli conduceſſe alle carceri per Cauſa Criminale, ò all' eſſecuzione della Giuſtizia, incorrerà in pena delle forca, ſe bene il delitto del Prigione foſſe degno di minor pena.

§. 11. E ſe foſſe preſo per Cauſa Ciuile in tale caſo il delinquente caderà in pena della galera per anni dieci.

*SVMMARIVM.*

1 *Obuiandum eſt temeritati leniorum hominum, qui executionem Iuſtitiæ impedire ſtudent.*
*Plebs de facili inſurgit contra birruarios tamquam exoſos ſub eodem num. 1.*
*Birruarij ſunt extimandi, quia ipſi ſunt, qui tutas opes, tutos agros, & libertatem commerciorum parant. ibidem.*
2 *Pœnæ vltimi ſupplicij comminatio fuit neceſſaria contra eos, qui in birruarios occaſione capturæ inſurgunt.*
*Offenſio birruariorum occaſione executionis eorum Officij facta tendit reſpectu ad finem in Maieſtatem, Superioritatemque ipſius Principis ſub eodem num. 2.*
*Birruarij in actu executionis eorum Officij induunt Poteſtatem Principis. eod. num. 2.*
3 *Eximere tentans aliquem è manu Curiæ, non punitur pœna ordinaria.*
4 *Verbum,* leuaſſe di mano, *denotat effectus conſummationem.*

5 *Bannimenta pœnalia comprahendunt ſolùm eos, qui delictum perficiunt.*

6 *Conatus de generali conſuetudine non punitur, ac ſi effectus eſſet ſequutus.*

*Viloſa explicat, & defendit reſolutionem captam in Senatu Mediolani contra eos, qui conſpirarunt, & tractarunt eripere quemdam captum ſub eod. num. 6.*

7 *Eximens captum è manibus birruariorum, punitur pœna mortis vigore Bannimentorum, etiāſi eximitus non ſit captus pro crimine capitali.*

8 *Sed de Iure Communi punitur pœna arbitraria.*

9 *Ratio eſt, quia eximens captum è manibus birruariorum ponit ſe in magno periculo vitę.*

10 *Pœna eximentis licet ſit arbitraria, poteſt in aliquibus caſibus vſque ad mortem incluſiuè extendi, & afferuntur circumſtantiæ propter quas poteſt fieri dicta extenſio.*

11 *Eximens debitorem è manibus Familiæ punitur pœna triremium per decennium vigore bannimentorum.*

12 *At de Iure Communi punitur pœna arbitraria, & quanam ſolet imponi.*

*Eximentes captum pro debito ciuili fuerūt Neapoli condemnati ad mortem, ſed hæc reſolutio fuit, & eſt reprobata à Doctoribus eodem num. 12.*

13 *Bannimenta pœnalia, & exorbitantia à Iure Communi ſunt ſtrictè intelligenda. & numer. 32.*

14 *Pœna ſtatutaria facit ceſſare pœnam Iuris Communis.*

*Declara vt num. 21. 23. & 24.*

15 *Eximens tenetur ad intereſſe parti, & Creditori.*

16 *Ac ſi eſſet fideiuſſor.*

17 *Nec admittitur ad probandum eximitum non eſſe debitorem.*

18 *Et ſi ſint plures, an vno ſoluente alij liberentur.*

19 *Eximens carceratum tenetur iuxta aliquorum ſententiam ad intereſſe erga partem, etiamſi reducat eximitum ad carceres.*

20 *Nemo debet duplici pœna puniri.*

22 *Vide fallentias. & num. 23.*

25 *Eximens iniuſtè captum non comprahenditur in Bannimentis, & de Iure Communi ad quod in hoc caſu eſt recurrendum, nullam pœnam incurrit.*

26 *Oſtenditur, quòd Bannimenta non comprahendunt eximentem iniuſtè captum.*

*Iniuſtitia capturæ eximiti debet eſſe notoria ad hoc, vt eximens non puniatur, eodem numero 26. & 28.*

*Et Decianus requirit, quòd concurrat etiam caſus damni irreparabilis, & Princeps non poſſit de facili adiri num. 29. circa finem.*

27 *Aliud eſt allegare, aliud eſt probare, aliud eſt probatum eſſe.*

29 *Subditis non eſt permiſſum ſuper iuſſu Iudicis, & facto Curiæ inquirere, & proceſſus examinare.*

30 *Eximens ſe ipſum è manibus birruariorum non comprahenditur in Bannimentis.*

31 *Et de Iure Communi quomodo puniri debeat traditur, & num. 32. verſ. poteſt tamen.*

32 *Enſis denudatio contra Curiam eſt enorme delictum.*

33 *Eximens ſe ipſum cum armis, & cum violentia poteſt etiam de Iure Communi puniri pœna mortis, ſi interueniat vulnus.*

*Referuntur caſus occurſi. ibidem.*

34 *Bannimenta Gubernatoris Vrbis licèt ampla non comprahendunt eximentem ſemetipſum.*

*Bulla ſan. memor. Sixti V. non comprahendit eximentem ſemetipſum. d. num. 34.*

35 *Boſſius reprobatur, & reprobantur rationes, quibus conatur oſtendere eximentem ſe comprahendi in Edicto puniente eum, qui impedit Iuriſdictionem.*

36 *Sanguinem ſuum redimere cuilibet licet.*

37 *Differentia inter executionem in bonis, & in perſona.*

38 *Differentia inter auxiliatorem, & principalem in materia eximitionis.*

39 *Auxiliator aliquando punitur, & non principalis.*

40 *Tertius eximens, an dicatur principalis, vel auxiliator.*

41 *Eximens ſe ipſum, & vnico actu etiam ſocios non comprahenditur in diſpoſitione Bannimentorum, quia caſus eſt mixtus. & numeris ſeqq.*

42 *Mixtus caſus quando dicitur.*

43 *Mixtus non comprahenditur in ſimplici.*

*Maximè in correctorijs, & pœnalibus. dicto numer. 43.*

44 *Neque ex identitate, aut maioritate rationis.*

45 *Attendi debet, quòd principaliter fit, & non quod venit in conſequentiam.*

46 *Principium actus attenditur.*

47 *Vnitas temporis vnitatem actuum inducit.*

*Exemplificatur in pluribus verbis iniurioſis vnico tempore emiſſis ibid.*

48 *Licitum, quod eſt in termino à quo, licitum eſt etiam in termino ad quem, continuato actu.*

*Amplia vt procedat etiam quando finis non habeat neceſſariam conſequentiam à ſuo principio. ibidem.*

49 *Eximens ſe è manibus birruariorum, ſi eodem tempore armatus eximat eos, qui primò ipſum exemerunt, non comprahenditur in Banno.*

*Eximens alium ex gratitudine ex miſericordia, pietate, ſeu alia cauſa etiam colorata excuſatur à pœna rigoroſa, quia non in contemptum Iuſtitiæ facit. dicto num. 49.*

50 *Eximens eum, qui etiam ſine auxilio euaſurus erat, excuſatur.*

51 *Filius eximens Patrem, & è contra excuſatur à pœna rigoroſa, ſic vxor, maritus, conſanguinei.*

52 *Occidens captum, & in manibus birruariorum exiſtentem, an comprahendatur in Bannimentis, & quomodo puniri debeat. & num. ſeqq.*

53 *Occidens bannitum in poſſe Curiæ exiſtentem incurrit in crimen læſæ Maieſtatis.*

*Contrarium eſt verius. num. 57.*

*Sed debet teneri, & puniri pro homicidio. numer. 60.*

*Eximens*

54 *Eximens è manibus Curiæ Reum confeſſum vel conuictum incurrit in crimen leſæ Maieſtatis.*

55 *Quoad pœnam tantum.*

56 *Hoc eſt quoad pœnam mortis.*

58 *Differentia eſt inter caſum occiſionis, & caſum eximitionis Rei iam capti, & in poſſe Curiæ exiſtentis.*

59 *Reſpublica minus per occiſionem quam per eximitionem Rei in poſſe Curiæ exiſtentis læditur.*

61 *Bannitus ſtatim ac incidit in manus, & poſſe Curiæ ceſſat effectus banni quoad hoc, vt nequeat impunè à priuatis hominibus occidi.*

62 *Bannitus captus ab hominibus priuatis, & nondum conſignatus Birruarijs poteſt impunè occidi.*

*Et redditur ratio, ibidem.*

63 *Captura delinquentis facta à priuatis hominibus dicitur facta ſine auctoritate & ſine iuriſdictione, & non habet vires iudicij, ſed validè ſit.*

64 *Priuilegium, ſeu conſuetudo concedens alicui facultatem eximendi Reum, quando birruarij conducentes Reum ad ſupplicium tranſeũt ante illius domum, non valeret quia eſſet contra neruum disciplinæ correctionis.*

65 *Priuilegia ſunt priuatæ leges.*

66 *Leges, quando iuberent maleficia non puniri eſſent iniquæ, & non valerent.*

67 *Priuilegium quod aliquis eximat à manibus Curiæ eum qui, dum fuſtigatur ducitur, à birruarijs ante eius domum, valet quia hoc non tollit pœnam, ſed partem pœnæ:*

68 *Eripiens eum, qui per Ciuitatem fuſtigatur non comprehenditur in Bannimentis, ſi iam fuſtigationem in parte paſſus ſit nam, iſte dicitur eſſe caſus mixtus, qui non compræhenditur in conſtitutione loquente de caſu ſimplici.*

## Leuaſſe priggioni.

VT inquit Gaſpar Manzius *in tract. de*
1 *proceſſu crim. artic.* 47. *num.* 2. obuiandum eſt temeritati leuiorum hominum, qui executionem iuſtitiæ impedire, vel executoribus nocere laborant: ob officij enim neceſſitatem executores in tutela, & ſecuritate Principis eſſe debent, vt ex Iodoch. *pract. crim. cap. vltimo num. primo &* 2. ſubdit Manzius *ibid. num.*4. & ex Aufrer. Maſſuer. & Boer, dicit Io: Georgius Bechtius *in tract. de ſecurit. & ſaluo conductu cap.* 197. *in fine impreſſ. in tom.* 2. *tract. iuris publici diuerſor. fol. mihi* 720. eo potiſſimum quia in eos tamquam exoſos plebs leui de cauſa inſurgendi arripit occaſionem, vt dicit Tholoſan. *ſyntagm. iuris lib.* 31. *cap.* 38. *num.* 6. Manzius *loc. cit. num.* 6. & latius Caball. *crim. reſol.* 8. *num.* 11. & tamen birruarij deberent ab omnibus extimari, & bonis oculis videri, quia ipſi, vt in terminis Iudicum aduertit Manzius *loc. cit. in proœmio num.* 48. Ciuibus ſecuras opes, Immunes à prædonum incurſibus agros, inuiolatam coniugum, & liberorum pudicitiam, commerciorum libertatẽ, & pulcherrimam quietem conſeruant.

2 Propterea ob huiuſmodi hominum propenſionem neceſſarium fuit tali abſurdo obuiare cum comminatione vltimi ſupplicij contrà tales temerarios ad Text. *in l. quoniam Cod. ad leg. Flau. de plagiar.* Giurb. *conſ. crim.* 2. *num.* 66. *in fine*, præſertim cum talis offenſio reſpectiuè ad finem directa ſit ad Maieſtatem, ſuperioritatemque Principis deſtruendam, quæ nullo alio fundamento, quam in obedientia mandatorum conſiſtit, vt in his terminis inquit Cutell. *ad leg. Martini contron. prima num.* 6. *fol. mihi* 410. ſubdens quod reſiſtens executoribus quaſi Principis perſonam iniuria afficit, cum ipſi poteſtatem ipſius in actu exequendi induant, quod dicit etiam Io: Georg. Bichtius *loc. cit. d. cap.* 197. *verſ. quibus iuſſum.*

3 Debet tamen, vt intret talis pœna ſequi
4 eximitio cum effectu, tum quia verbum *leuaſſe di mano*, denotat actus perfectionem ex ſui proprietate, & ex Text. *in leg. prima in princ. & leg.* 3. §. *fin.* & clarius *in leg. pen.* §. *edicere*, ibi: *quoniam verba cum effectu ſunt*
5 *accipienda ff. ſi quis enm:* tùm quia Bannimenta pœnalia ſolùm eos comprehendunt, qui delictum conſumunt, vt ex Croto, & Bald. dicit Maſcard. *de interpret. ſtat. concl.* 2. *num.* 213. tùm etiam quia de generali con-
6 ſuetudine non punitur conatus, ac ſi effectus eſſet ſequutus, ſed eo caſu mitior eſt imponenda pœna, vt in terminis tentatæ eximitionis ſcripſit Mill. *in pract. crim. verbo citatus n.*34. *& ſeqq. fol. mihi* 62. Eug. *conſ.* 31. *num.* 40. *& ſeq.* & poſt hos Farinac. *quæſt.* 32. *num.* 42. Caball. *caſ.* 8. *num.* 38. Viloſa *de fugitiuis cap.* 18. §. 4. *num.* 26. *&* 28. vbi ait, quod licet videatur Senatus Mediolanen. condemnaſſe ad mortem Herculem Bottã & M. Antonium Polinum Ferrarienſes, ex quo confeſſi fuerunt conſpiraſſe, & tractaſſe de eripiendo M. Antonium Mantigatiam detentum in carceribus pro delictis capitalibus; nihilominus Senatus motus fuit ad ità ſententiandum, ex eo quia in proceſſu conſtabat etiam de quadam robaria.

Pœna igitur eximentis eum effectu ſe-
7 cundùm Bannimenta eſt mortis naturalis, etiamſi eximitus non fuiſſet obnoxius, & nec captus pro crimine capitali, nec capitalem pœnam exigente, & quidem exorbitant à Iure communi, nam de
8 Iure communi, pœna eximentis captum è manibus familiæ eſt arbitraria ſecundùm Farin. *quæſt.* 32. *num.* 64. & alios, quos refert, & ſequitur Conciol. *crimin. reſolut.* 5. *num. primo*, verbo eximitio, & Gaton. *ad non. Conſtit. Mediol. lib.* 4. *tit.* 6. *de pœnis articul.* 112. *num.* 5. eo magis quia eximens è
9 manibus birruariorum captum ponit ſe in magno periculo vitæ, nam birruarij poſſunt etiam eum armis, & exploſione archibuſiatarum eximentem repellere ad tradita

per

per Farin. *quæſt.* 32. *num.* 39. & ideò ex hoc
debet quoad pœnam ei imponendam in
alio releuari, vt oſtendit Caualcan. *de bracch.*
*regg. par.* 2. *num.* 107.
Et quamuis pœna hæc arbitraria poſſit
10 extendi vſque ad mortem incluſiuè etiam
in terminis Iuris commnnis, hoc tamen
non procedit indifferenter, prout noſtra
Bannimenta volunt, ſed ſolum procedit,
quandò concurrit qualitas aggrauans reſpe-
ctu eximiri, puta quia erat condemnatus,
vel erat confeſſus, ſeù conuictus, & ſic erat
de proximo condemnandus pro crimine
capitali, iuxta Text. *in leg.* 4. *circa finem ff. ad*
*leg. Iul. Maieſtat.* Bart. Ang. Alex. Guido-
pap. Farinac. & alij relati à Caball. *crimin.*
*reſolution.* 8. *numer.* 2. & multò magis ſi
eximitus erat detentus pro crimine læſæ
Maieſtatis, Gomez *variar. lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 7.
Et etiam procedit quandò concurrit quali-
tas aggrauans reſpectu eximentis, puta quia
animo deliberato, & armata manu eximat,
vt fuiſſe practicatum refert Caball. *d. caſ.* 8.
*num.* 5. & Sanfel. *decis.* 44. *num.* 2. vel eximat
vt Imperium, & Iuriſdictionem Principis
ſibi vindicet, aut alias illum offendat, & mi-
nuat, vt ex Luca de Penna, & Iuribus per
eum allegatis dicit Farin. *quæſt.* 32. *num.* 4.
vel eximat facta conuenticula armatorum,
& cum concitatione ſeditionis, & tumultus,
vt in caſu relato à Laur. Matthæu *de re crim.*
*controu.* 17.
Et exorbitant etiam à Iure communi,
11 dum imponunt pœnam triremium per de-
cennium illis, qui eximunt è manibus fa-
miliæ captum pro debito ciuili, cum tamen
de Iure communi intret ſolùm pœna *legis*
12 *Iuliæ* vt habetur *in l. legis Iuliæ ff. ad leg. Iu-*
*liam de vi priuata*, & dicit Alex. *in rub. ff. ne*
*quis eum*, & poſt eum Vinc. de Franch. *de-*
*ciſ.* 442. *num. primo*, quæ eſt publicationis ter-
tiæ partis bonorum *leg. prima ff. ad leg. Iul. de*
*vi priuata*, *& in §. item lex Iulia Inſt. de publ.*
*Iudic.* & ſecundùm Gloſam *in leg. hoc Iure*
*ff. de regul. Iur.* & Alber. *in dicta leg. prima*
poteſt etiam eſſe relegationis, & hodiè quia
pœna *leg. Iul. de vi publica vel priuata* non
eſt in vſu, prout dicit Caball *crim. reſol.* 8.
*nu.* 10. ſucceſſit in eius locũ pœna arbitraria
vt firmat poſt alios quos citat Caball. ibid.
coarctatur tamen arbitriũ, nè multum pęnã
relegationis excedat, vt innuit de Franch.
*d. deciſ.* 442. *num.* 3. dicens fuiſſe in caſu, de
quo loquitur, impoſitam pœnam triremiũ
per biennium, quia Sac. Concil. ſolet con-
demnare plebeos ad d. pęnam loco relega-
tionis.
Nec facit exemplum relatum à Cara-
uita *ritu* 160. *numer.* 3. *in fine*, & à Clar. *quæ-*
*ſtion.* 68. *num.* 10. quo habetur quod qua-
tuor Nobiles ſtatim capti, ſtatim fuerunt
ſuſpenſi, ex quo debitorem exemerunt è
manibus Curię, quia vt dixi *in præcedenti* §.
exemplum prædictum tamquam iniuſtum
reprobatur à Doctorlbus, & ſignanter à Fa-
rinac. *qu.* 32. *nu.* 7. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 68.
*num.* 33. Caball. *caſ.* 8. *num.* 27. Guazzin.
*reor. def.* 5. *cap.* 5. *num.* 13. Viloſa *de fugit. ca-*
*pitul.* 18. §. 5. *num.* 10. *ſequentibus* & à Ca-
piclatro *dec.* 76. *num.* 14. quem retuli ſupra
§. 2. *nu.* 241.
Propterea hæc noſtra Bannimenta tam-
quam pœnalia, & exorbitantia à Iure com-
muni, debent intelligi ſtrictè, itaut tan-
13 tum comprænhendant, quantum expreſsè
diſponunt *leg. conſtitutionibus ff. ad municipal.*
*leg. quicquid aſtringendæ ff. de verb. oblig.* & ca-
ſus ommiſſi Iuris communis diſpoſitioni
relinquuntur *leg. ſi cum dotem in princ. ff. ſo-*
*lut. matrim. leg. commodiſſimè ff. de liber. & po-*
*ſthum.* Maſcard. *de interpr. ſtatut. concl.* 2. *n.* 237.
Hinc infertur primò, quod dum in Ban-
nimentis non fit mentio de intereſſe,
quod tam in ciuili, quam in criminali cau-
ſa creditor, & pars læſa ex eximitione pa-
titur: ad illud non poteſt Iudex eximen-
tem condemnare, nam pœna ſtatutorum,
14 ſeù Bannimentorum facit ceſſare pœnam
Iuris communis, vt pluribns citatis Do-
ctoribus dixi *in proœm.* §. 9. *num.* 19. & ſic
15 licet de Iure communi eximens teneatur
ad intereſſe parti, & ad illud debeat con-
demnari iuxta Text. *in leg. quoties Cod. de*
*exact. Tribut. lib.* 10. Vinc. de Franch. *deci-*
*ſion.* 442. *num.* 3. Garon. *ad nouas Conſtit. Me-*
16 *diol. lib.* 4. *tit.* 6. *de pœnis num.* 7. ac ſi eſſet
fideiuſſor eius, quem exemit Farin. *quæſt.* 32.
*num.* 8. Creſpi *obſeru.* 80. *num.* 8. imò tene-
tur magis, quam ſi fideiuſſiſſet, quia non
17 admittitur iſte ad probandum eximitum
è manibus familiæ non eſſe debitorem, ſuf-
ficit enim quod ſit captus ritè ad petitio-
nem aſſerentis ſe creditorem vt ex Garon.
*loc. eit.* dixi *in §. antecedenti nu.* 212. & Creſpi
pariter *loc. cit. num.* 14. addit *ex Text. in leg.*
*ſi per alium §. primo ff. ne quis eum qui in ius*
*voc.* & ex Ant. Fabr. *in rational. ad l. ſed exi-*
*mendi §. primo ff. eod.* hoc eſſe in odium exi-
mentis, quia, nè priuatus ſibi cauſæ cogni-
tionem adroget, & Maieſtas Prætoris vio-
letur, faciliùs ferendum eſt, vt calumnia-
tor lucretur, quam vt eximentis delictum
non puniatur: Et, ſi plures ſint, qui eximunt,
18 omnes tenentur, itaut vno ſoluente, alij
non liberantur, ſed pœna eſt pro quolibet
multiplicanda ſecundùm Creſpi *d. obſer.* 80.
*num.* 15. qui tamen ſubdit *num.* 16. quod in
facti contingentia fuit determinatum con-
trarium quod ſcilicèt vno ſoluente alij li-
berentur, & quidem benè quia non debent
ſolutiones ad fauorem creditoris multipli-
cari, vt aduertit Caball. *crim. reſol.* 198. *nu-*
*mer.* 4. Et quod plus eſt multi Doctores te-
19 nent, quod eximens tenetur ad ſolutio-
nem debiti, etiam ſi reducat ad carceres
eum, quem exemit, vt ex Magonico, Me-
noch. Viu. Fariu. vult Garon. *loc. cit.* quod
tamen non placet Boer. *deciſ.* 217. *num.* 14,

nihilominus Iudex executor Bannimento-
rum nequit,vt dixi,in pœnam Bannimento-
rum, & ad intereſſe pecuniarium eximen-
tem condemnare ob ſupradictam rationē,
& etiam nè Reus aggrauatus ex pœna cor-
poris afflictiua duplicem pœnam patiatur
20 contra diſpoſitionem Text. *in l. Sanctio le-*
*gum ff. de pœnis*, vbi Gloſa Bart. Alber. Ber-
tazoi. *conſ. crim. 64. num 2. lib. primo* Giurb.
*conſ. crim. 25. ſub num. 15.*

Verùm quia hæ duæ concluſiones plures
habent contradictores, & pluribus modis
limitantur, nam prima Concluſio, quod
pœna Bannimentorum faciat ceſſare pœ-
nam Iuris communis, controuertitur à Do-
21 ctoribus relatis à Giurb. *conſ. crim. 25. nu. 4.*
& declaratur decem modis ab Afflict. *in*
*Conſtitut. Pacterenorum num. 28. 29. 30. & 31.*
Alia verò Concluſio,quod duplici pęna quis
pro vno delicto affici non poſſit, controuer-
titur à Doctoribus relatis paritèr à Giurb.
22 *d. conſ. 25. num. 10. & 11.* ob rationem quia
lex noua non tollit pœnam Legis Veteris,
niſi expreſsè eam tollat Suarez, Bonacoſſa,
Burſatt. Gomez.Caball. *locis relatis* à Giurb.
*d. conſ. 25. num. 14. & 15.* & octo modis de-
claratur à Franc. *in cap. fęlicis §. per hoc nu.4.*
*de pœnis in* 6. Nec eſt inconueniens, quod v-
niantur duæ leges, & coaceruentur duæ pę-
næ ex diuerſis legibus prouenićtes ad coer-
cendum idem delictum, quia habemus e-
xemplum expreſſum *in leg. qui ſepulchra Cod.*
*de ſepulchro violat. & in leg. in eum Cod. de*
*furtis* potiſſimè ſi ſint compatibiles, puta
vna corporalis, & alia pecuniaria, Muſca-
tell.*de cognit. delict. tit. de extract. num. 130.*
& Iul. Chartar. *deciſ. crim. 30. num. 5. & 39.*
& vna compenſata cum alia correſpondeat
delicto, Caualcan. *de Braceh. Reg. par. 4.*
*num. 105. verſ. vel niſi vna ſuppleret alteram*,
Et clariùs poſt Bart. quem allegat *in leg. ſan-*
*ctio legum ff. de pœnis, & in 2. C. de Iure em-*
*phyt.* aduertit Muſcatell. *de fideiuſſor. par. 2.*
*quæſt. 2. num. 17.*

Ideò attenta diſtinctione poſita per Af-
flict. *d. Conſtit. Pacterenorum num. 29. verſ.*
23 *tertio fallit* nempè quod tunc pœna vnius
legis facit ceſſare pœnam alterius, quandò
ambæ tendunt ad vindictam: ſecus ſi vna
tendit ad vindictam, & alia tendit pro re fa-
miliari, & attenta declaratione horum ter-
minorum facta per Salyc. *in d. leg. qui ſepul-*
*chra num. 5. & 6.* dicentem (ſunt eius for-
malia verba) *quandoque agitur per viam actio-*
*nis, quæ eſt ius proſequendi, quod ſibi debetur,*
*& tunc ſi id, quod petitur, non petitur ex eo, quia*
*petenti aliquid obſit, tunc agitur ad vindictam*
*puta ſi dicam in medio concludendi actione iniu-*
*riarum, quod pro tanto pati non voluiſſem illam*
*iniuriam, & ſic facio extimationem contumeliæ,*
*non damni. Si autem petitur ex eo quia aliquid*
*petent. obeſt, & ſic petitur ratione damni, quod*
*eſt diminutio patrimonij, & ſic rei familiaris, vt*
*ff. de damni infect. l. damni, tunc dicitur pro re*
*familiari agi, hoc vult gloſ. in leg. Prætor §. 1.*
*ff. de iniur. ſignata ſuper verbo principaliter, &*
*hoc ſiuè petatur ſimplex extimatio, ſiue ipſius du-*
*plum, vel quadruplum, vt in actione furti, & vi*
*bonorum raptorum, quia cum reſpectus habeatur*
*ad extimationem diminutionis patrimonij ſemper*
*dicetur agi pro re familiari, & ita declarat alia*
*gloſa poſita in leg. 2. §. filius emancipatus ff. de*
*coll. bon.* hactenus Salycetus: his, inquam,
attentis debemus dicere, quod licèt in Ban-
24 nimentis non fiat mentio de refectione
damni rei familiaris, quod ex eximitione
prouenit creditori, ſeu parti læſæ, tamen
illud benè debet refici ex diſpoſitione Iuris
communis, cui non cenſetur derogatum
ex diſpoſitione Bannimentorum, cum hæc
tendat ad vindictam: & illa tendat ad in-
demnitatem patrimonij, & ita Salyc. *loc.*
*cit. in fine* intelligit Text. *in l. prima ff. vi bon.*
*rap. & l. cum ex vno ff. de act. & oblig.* Item
quia vna eſt ciuilis, vt habetur toto *tit. ff.*
*ſi quis eum, qui in ius vocat.* & alia pœna eſt
criminalis *leg. fin. ff. de furt.* nec ambæ ten-
dunt ad vindictam, vt dixi ex Saliceto: imo
vtraque pœna deberetur, etiamſi ambæ
tenderent ad vindictam, quia oriuntur ex
diuerſis factis vna, quia eximit, alia quia
auxilium dedit, vt in terminis ait Nellus *de*
*bannitis 3. par. 2. temp. num. 29.* quem refert
Caualcan: *de bracch. Regio par. 2. num.* 103.

Infertur ſecundò, quod dum Bannimen-
ta non faciunt mentionem de caſu eximen-
tis è manibus familiæ eum, qui eſt iniuſtè
captus, debet hic caſus remanere in diſpoſi-
25 tione iuris communis, & conſequenter
eximens iniuſtè, & indebitè captum debet
excuſari, imò debet eſſe immunis ab omni
pœna,quia talis ereptio licita eſt, *c. deindè 26.*
*diſt. cap. fortitudo, cap. non in inferenda, & cap. fin.*
*23. q. 3.* Luc. de Penna *in l. probibitunū n. 12. 13.*
*& ſeq. Cod. de iure Fiſci lib. 10.* Oſaſch. *con-*
*ſil. 65. num. 17.* & Farinac. *quæſt. 32. num. 66.*
*num. 69.* hanc opinionem dicit eſſe verio-
rem. Quod eo fortiùs procedit ad fauorem
eius, qui eximit iniuſtè condemnatum ad
mortem, vt ex Gloſ. *in cap. hi qui 14. qu. 6.*
*& in c. non in inferenda 23. qu. 3.* dicit Marſil.
*in l. lege Cornelia num. 80. & ſeqq. Cod. ad leg.*
*Corn. de ſicar.* & plurimos citans Farin. *dicta*
*quæſt. 32. num. 66. 67. & 69.*

Et quamuis infrà in §. 12. prohibeatur fie-
ri reſiſtentia, & impedimentum birruarijs,
*quantunque ſi dieeſſe l' eſſecutione eſſere ingiuſta,*
*e nulla*, nihilominus dato, quod Bannimen-
ta compræhendant hunc caſum pœna ibi-
dem indicta eſt diuerſa, citrà mortem, &
26 quod plus eſt verba *quantunque ſi dieeſſe* ex-
cludunt prætextum, & cauſam coloratam
impediendi, & non excludunt iuſtam, ve-
ram, certam, & notoriam nullitatem, &
iniuſtitiam capturæ, etenim termini iſti ſunt
27 diuerſi, quia aliud eſt allegare, aliud eſt pro-
bare, & aliud eſt probatum eſſe, & ideo qui
aliquid allegando non liberatur à pœna, li-
bera-

liberatur, ſi allegatum probat, Gloſa *in leg. inciuilem verbo incidatis Cod. de furt.* Farinac. *quæſt.* 177. *num.* 3. & qui allegando, & probando non liberatur à pœna, quia ſcilicèt non admittitur ad probandum equidem liberatur ſi id, quod poteſt allegare, & probare iam conſtat probatum ex actis vt in terminis *Conſtitutionis* ſanct. mem. Pij IV. & Beati Pij Quinti prohibentis allegationem nouæ cauſæ in cautione de non offendendo dicit Farinac. *quæſt.* 107. *num.* 507. & in terminis Conſtitutionis eiuſdem Pij Quarti, qua cauetur minorem ætatem non ſuffragari delinquenti, dicit idem Farinac. *conſ.* 121. *num.* 12. & in terminis caſus noſtri aliud eſſe quod ſit certum, quem capi contra ius: & aliud eſſe quod ſit dubium, quem capi contra ius, docent nos ex Text. *in leg. prima & duabus ſequentibus ff. ne quis eum*, Lucas de Penna *in leg. quoties num. 6. Cod. de exact. Tribut. lib.* 10. & Farin. *quæſt.* 32. *nu.* 78. qui ex hoc firmant, quod quandò eſt certum, eripiens nulla pœna punitur, quandò
28 verò eſt dubium, eripiens punitur, quia in dubio præſumptio ſtat pro Curia & birruarijs; & ſubditis non eſt, nec debet eſſe permiſſum ſuper iuſſu Iudicis, & facto Cu-
29 riæ inquirere, & proceſſus examinare, vt dicunt Farin. *d. nu.* 78. & Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 11. *nu.* 15. & Scacc. qui facit quandam diſtinctionē *in trac. de iudic. li.* 1. *c.* 46. *n.* 31 *verſ. ſed nunquid*. Dicendum igitur quod D. Cardinalis *in d.* §. 12. non excludit caſum probatæ, & notoriæ iniuſtitiæ capturæ, quia tunc non ſolum eximeretur à pœna mortis naturalis indicta in hoc §. ſed liberaretur etiam ab alia extraordinaria indicta *in d.* §. 12 & liber ab omni pęna remaneret iuxta doctrinam Lucæ de Penna & Farinac. *loc. cit.* placet tamen temperamentum Decian. *dicto cap.* 11. *num.* 15. quem ſequuntur Guazzin. *reor. def.* 5. *cap.* 5. *num.* 23. & Garron. *ad nouas Conſtit. Mediolan. lib.* 4. *tit.* 6. *de pœnis artic.* 112. *num.* 6. quod ſcilicèt hoc admittitur, quando vltra notorietatem iniuſtitiæ, & nullitatis capturæ concurrit damnum irreparabile, & Princeps non poteſt de facilè adiri, quia alias admittere indifferenter contrarium eſſet valdè periculoſum Reipublicę vt pluribus oſtendit Baſilicò *crim. deciſ.* 10. *per tot.* & ſignanter *num.* 2. & 24.

Infertur tertio, quod eximens ſemetipſum
30 è manibus Curiæ non includitur in Banni-
31 mentis, nam de Iure communi iſte caſus eſt priuilegiatus, cum Ius patiatur, quod quis poſſit quoquomodo ſanguinem ſuum redimere, vt habetur *in leg. prima ff. de bon. eor. qui mortem ſibi &c.* & ſolùm pœna arbitraria iuxta facti, & perſonarum qualitates puniendum eſſe oſtendit Farinac. *quæſtion.* 32. *num.* 26. qui diſtinguit inter eximentem ſe cum armis, & cum violentia: eximentem ſe cum violentia, ſed ſine armis: & eximentem ſe abſque violentia & abſque armis, & dicit quod nullo modo punitur is, qui eximit ſe ſine violentia puta quod ſubterfugiendo extricauit ſe à manibus familiæ, & aufugit: quod leuiter punitur is, qui cum violentia, ſed ſine armis ſe eximit; imò iſto ſecundo caſu nec vllatenus punitur ſi non obſtante violentia fuit ductus ad carceres: & quod grauiter, ſed citra mortem punitur is, qui ſe eximit cum violentia, & cum armis, & ad hoc comprobandum ipſe Farinac. affert autoritatem Boſſij, & Pariſij quibus addendi Bonadilla *politica lib. primo cap.* 13. *num.* 131. & Viloſa *de fugitiuis cap.* 18. §. 5. *nu.* 92. Et quidem conſiderabilis eſt reſolutio Pariſij, qui *in conſ.* 147. *num.* 3. 4. & 17. *lib.* 4. dixit bene fuiſſe condemnatum in pœnam pecuniariam, & in illius defectum in corporalem quendam Io: Petrum Parolium ex eo quia, nè caperetur à militibus enſem contra illos denudauit, & euaginauit minando eos velle percutere, niſi ipſum abire ſinerent, quamuis *ibidem num.* 4. *per Text. in l. apud labeonem* §. *ſi pulſatus ff. de iniur.* afferat ſolam de-
32 nudationem, & euaginationem, & admenationem enſis dici poſſe enorme crimen, & eum ſequitur Caluin *de æquit. d. cap.* 18. *n.* 2.

Poteſt tamen hæc pœna arbitraria etiam
33 in terminis Iuris communis extendi vſque ad mortem incluſiuè ſi interueniant qualitates multum aggrauantes, puta quod capiendus etiam vulneret birruarios ſciens, & videns eos eſſe miniſtros iuſtitiæ, vt ex Boer. *deciſ.* 170. *nu.* 5. aduertit Farinac. *d. quæſt.* 32. *num.* 28. vel vulneret Iudicem actui præſentem, vt ex Peguer. *deciſ. crim.* 59. *in fine*, aduertit Caluin. *d. cap.* 18. *num.* 8. vel exoneret archibuſium aduerſus birruarios tempore quo cum illis incedit Iudex, & ita exequutum contra quendam Io: Bꝑtiſtam, qui de ordine Senatus Mediolani fuit furcis ſuſpenſus, refert Caluin. *loc. cit. num.* 9. Puto tamen fuiſſe ita reſolutum ob crimen delationis archibuſij, & non propter eximitionem, & exploſionem factam in præſentia Iudicis, nam cum alias eueniſſet caſus in eo, qui habens licentiam deferendi archibuſium illum in familiam, cum qua Iudex aſſiſtebat, exonerauit, idem Senatus condemnauit illum in pœnam triremium per ſeptennium vt refert Caluin. *loc. cit. n.* 12. vnde concludendum, quod de Iure non intrat pœna mortis, niſi interueniat offenſio in perſonam alicuius Miniſtri, ſeu Officialis.

Propterea cum caſus iſte ſit, vt dixi, pri-
33 uilegiatus, & ſit etiam ſpecialis non poteſt dici compræhenſus in Bannimentis, niſi ſpecialiter, & expræſsè ſit facta mentio de eo vt dicit Guazzin. *reor. defenſ.* 5. *cap.* 5. *numer.* 20. Bannimenta enim ſtrictè debent intelligi, & minus quam fieri poteſt debent à Iure communi exorbotare, ſeu illud corrigere vulgatis Iuribus, ex quibus rationi-
34 bus Bulla ſanct. mem. Sixti V. 6. *in ordine*

non compræhendit eximentes ſemetipſos Guazzin. *Reor. defenſ. 5. cap. 4. num. 23.* Vermigl. *conſ. 187. num. 10. & conſ. 375. num. 6.* Conciol. *crim. reſol. 1. num. 1. verbo eximitio. & ciuil. alleg. 92.* qui alios allegat concordantes, & nec Bannimenta Gubernatoris Vrbis, licet ampla, compræhendunt eximẽtem ſemetipſum, vt aduertit Antonell. *conſil. 8. num. 20. & ſequen.* vndè idem nos dicimus de Bannimentis noſtris.

35 Nec obſtat auctoritas Boſſij dicentis *in tit. de captura num. 19. & ſequen.* ordinationẽ Mediolani punientem eum, qui impedit iuriſdictionem compræhendere eum, qui eximit ſe è manibus birruariorum, quem ita dicentem ſequitur Clar. *quæſt. 29. num. 5.*

Quia reprobatur à Caſtracan. *de ſocietat. Offic. cap. 32. num. 7.* Conciol. *d. reſol. 1. n. 1.* Viloſa *d. cap. 18. §. 5. num. 42.* Caluin. *de æquitate cap. 18. num. 4.*

Et rationes per Boſſ. *ibid.* adductæ non videntur vrgere, quia prima deducta ex eo, quod quis fugiendo à familia non ſolùm impedit, ſed reſiſtit ſecundùm Bald. *in l. fin. in fine C. de exhib. Reis*, non infert, quòd eximens ſe dum reſiſtit, & impedit, includatur in Edicto loquente de reſiſtente, & impediente, quia ſicut Iura loquentia de reſiſtentia, & eximitione non compræhendunt eum, qui ſemetipſum eximit, vt *ex toto tit. ff. ne quis eum*, & ex Iaſ. *in l. 3. eod. tit.* dicit Caſtracan. *loc. cit. num. 5.* ob rationem quia cuilibet licet per fas, & nefas propriũ ſanguinem redimere *l. 1. ff. de his, qui ſibi mort.* ita Bannimenta, & Edicta non debent eum compræhendere, quando ſpecialiter, & in indiuiduo non loquuntur, & diſponunt, vt innuit Caluin. *d. cap. 18. num. 4. & 5.* & in terminis reſpondet Scaccia *de Iudic. lib. 1. cap. 46. num. 29. verſ. non obſtant.*

37 Secunda ratio deducta ex eo, quia ſi puniri ex Edicto debet is, qui impedit exequutionem in bonis proprijs, non videtur quare non debeat ex eodem Edicto puniri is, qui impedit executionem in eius perſona de ordine Iudicis faciendam; faciliùs quàm primo loco adducta corruit, quia non eſt par ratio executionis in bonis, & executionis in perſona; permittunt enim Iura, quod quis poſſit quoquo modo ſanguinem ſuum redimere, vt habetur *in d. l. 1. ff. de his qui ſibi mort.* ſed non permittunt hoc fieri poſſe ad conſeruationem bonorum, & ſic ex diuerſis non benè fit illatio, vt in terminis reſpondet Scaccia *de Iudic. lib. 1. cap. 46. num. 29. verſ. non obſtant adducta.*

Tertia ratio deducitur ex eo, quia ſi in
38 Edicto includitur is, qui præſtat auxilium capto ad euadendum, includitur ergò eo fortiùs & is, qui ſemetipſum eximit, qui eſt principalis *l. ſi is, qui rem §. ſi tu Titium*, & ibi Bart. *ff. de furt.* & Bart. *in l. ſi quis obrepſerit ff. de falſis*; ſed argumentum non procedit, quando militat diuerſa ratio, prout militat in caſu iſto ex rationibus adductis à Caſtracan *loc. cit. num. 5.* & quod ratio ſit diuerſa, euincitur etiam manifeſtè ex eo, quia auxiliator ingerit ſe vbi non debet, vt conſiderat Caualc. *de Brach. Regio p. 2. n. 101.* & hoc in ſubſtantia vult etiam Scaccia *loco cit. verſ. quæ tuitio*, & ideò eſt in maiori culpa eo, qui habet cauſam, & motiuum ſe ingerendi *l. qui omnia ff. de procurat. & l. culpa ff. regul. Iur.* Ideò multoties auxiliator puni-
39 ri debet, quamuis principalis puniendus non ſit, puta quia iniuſtè captus, vel quia eſt innocens, vt aduertit Marſil. *in pract. §. attingam num. 38.* & ex eo Caualcan. *loc. cit. numer. 102.* qui ſubdit hoc eſſe notandum pro fallentia regulæ *l. acceſſorium, & l. cum eum principalis ff. de regul. Iur.* & hoc idem vult Scaccia *d. cap. 46. n. 29. verſ. nam capiendus.*

Vlterius controuertitur inter Doctores, an
40 tertius eximens ſit, & dicatur auxiliator, an verò principalis, vt videre eſt penes Caualcan. *loc. cit. num. 103.* vbi tenet, quòd ſi eximens motu proprio ſe ingerit, dicitur principalis, & tamquam principalis debet puniri. Vnde ſatis appoſitè Boſſ. *loc. cit. n. 19.* in hac ratione non figit pedes, ibi: *quod fundamentum tamen non affirmo*, & nec Maſtril. *de indultu cap. 39. num. 8.* multum confidit de hac ratione. Imò Boſſ. *num. 20.* ad conualidandam eius opinionem confugit ad verba Ordinis, ſeu Statuti dicens, quod illa verba recipiebant talem ſenſum.

41 Infertur quartò, quod nec compræhenditur caſus eximentis ſemetipſum, & vnico conflictu etiam ſocios, puta quod plures contumaces inſimul incedentes omnes impetum faciant, & manus ponant ad arma, & ſeſe eximant dantes vnus alteri, & alter alijs ad inuicem auxilium, & fauorem, & omnes abſq; offenſione, & læſione birruariorum ſe eximant, & fugiãt; etenim iſte caſus dicitur
42 mixtus, quia participat de eo, qui eximit ſe ipſũ, & de eo, qui eximit alium, & ſic participat de vtroq; partim capiendo ab vno, & partim capiendo ab altero, & ex hoc dicitur caſus mixtus, vt ex Bart. *in l. Imperium num. 14. ff. iuriſd. omn. Iud.* Ripa *in rub. de Iudic. num. 100.* Corrad. & Lancellot. dicit Vermigliol, *conſ. crim. 13. nu. 23.* & per conſe-
43 quens non continetur, & nec compræhenditur in ſimplici ex rationibus adductis à Vermigl. *d. conſ. 13. num. 21. & ſequen. & conſ. 171. num. 3. & conſ. 342. num. 12.* & à Farin. *in fragm. verbo mixtum num. 227. & ſeq.* Carpan. *ad nouas Conſtit. Mediol. tit. de homicid. & alijs crimin. excuſan. num. 77. fol. mihi 232.* & Io: Baptiſta Cauatius *de interpræt. proclamat. conſ. 9. num. 20.* impreſſ. per Carpan. *loc. citato in fine operis*, nempè quia pœnalia, & correctoria Iuris Communis, ſeu exorbitantia à Iure Communi, vbi in ſimplici habent operationem, ad caſum mixtum non trahuntur, vt dicunt dicti Doctores, & nec
44 extenduntur à caſu ad caſum etiam ex idẽ-

titate,

titate, ſeù maioritate rationis Guazz. *Reor. defenſ. 5. cap. 5. num. 14.*

Vlteriùs attendi debet, quòd ſit princi-
45 paliter, & non quod venit ſecundariò, &
in conſequentiam, vt in ſimili per Text. *in l. ſi quis nec cauſam in princ. & in l. rogaſti ff. ſi cert. pet.* & per Text. *in l. exceptioni ff. de condit. indebit.* dicit Farin. *conſ. 115. num. 5. lib. 2.*

Præſertim cum non poſſit fieri vnũ, quin aliud ſequatur neceſſariò, quia eo caſu non poteſt dici, quod in eximitione ſociorũ motu proprio, & abſque occaſione, & cauſa ſe ingerant, & ideò debent excuſari, vt dicit Caualcan. *loc. citato num. 103.*

Et prædicta comprobantur ex adductis à Carpan. *ad nouas Conſtit. Mediol. tit. de conuerſatione cum bannitis num. 129. & ſequen.* qui in caſu reſiſtentię factę birruarijs vtitur pluribus argumentis ad excuſandum reſiſten-
46 tes. Primò, quòd debet attendi principium
*cap. conſultationi*, vbi Gloſa, & Butr. *de pri-*
47 *uileg.* Secundò, quòd vnitas temporis vnitatem inducit actuum, vt in pluribus verbis vnico tempore prolatis inducitur vnicum conuicium *l. numquam plura ff. de priuat. delict.* ſeu vnica blaſphemia Cepol. Alciat. Couar. *loc. cit.* à Carpan. *ibidem num. 30.* & in pluribus rebus vnico tempore ſubtractis inducitur vnicum furtum *l. eum qui §. idem dicitur ff. de fur.* Tertiò quòd anima actus, quæ eſt intentio *l. non omnis ff. ſi cert. pet.* non poteſt diuerſificari in eodem impetu, & in primo
48 motu; Quartò quòd quicquid eſt licitum in termino à quo, eſt licitum in termino ad quem continuato actu Bald. *in l. quod ait lex ff. de adult.* & quando principium eſt licitum, finis per continuationem cenſetur licitus Alex. *conſ. 24. numer. 28. lib. 2.* quòd ampliat Abb. *in cap. literis num. 2. de reſcript.* & ibi Adden. *lit. G. circa medium* procedere etiam quando finis non habet neceſſariam conſequentiam à ſuo principio.

Et eò fortiùs hoc procedit in caſu, quo ſo-
49 cij non habent præiudicium cum Curia, niſi illud, quod eodem inſtanti contrahunt cum eadem eximitione, nam ſi is, qui ereptus eſt è manibus birruariorum euaginat arma, & birruarios inſequatur, & eximit eos, qui ipſum exemerant non compræhenditur in Bannimentis etiam ex eo, quia cum birruarij non cenſeantur depoſuiſſe animũ capturandi ipſum eximitum, & eximitus poſſit timere ne profligatis, & captis ſocijs eximentibus, & ipſe capiatur, benè poteſt ſe, & ſocios in libertate vnico impetu tueri propter iuſtitiam principij, & etiam quia non in contemptum Iuſtitiæ, ſed id dicitur feciſſe ex gratitudine, & vt honori ſuo conſular, ne liberatores in tanto periculo reliquiſſe videatur, vt in ſimili de eo, qui mouetur ad eximendum ex pietate, vel miſericordia, ſiuè alia cauſa etiam colorata dicit Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 11. num. 9.* & Caualcan. *loc. cit. par. 3. num. 99.*

Additur quod is poteſt credere, quod etiã abſque eius auxilio illi poſſint ſe eximere; & ideò dicendum ex hoc, quod illis præſto ſit potiùs ex quadam conuenientia, quàm ex quo ſit neceſſaria eius aſſiſtentia, & opera, & ex hoc debet excuſari, quia auxiliator
50 non tenetur de auxilio præſtito in eximitione, quando eximitus etiam ſine dicto auxilio ex ſe erat euaſurus, vt docet Caualc. *loc. cit. num. 101.*

Infertur quintò, quòd cum ſit ſpeciali
51 nota digna pietas filiorum erga parentes, & è contra, & vxorum erga viros, & è contra, & genaraliter conſanguineorum erga conſanguineos, ob rationem, quia, vt ait Poeta

*Omnis in Aſcanio cari ſtat cura Parentis,*
&
*Omnis amor magnus, ſed apertè in coniuge maior.*

Et quod debeat haberi ratio conſanguinitatis ſancitur ex Tex. *in l. vel ſi ff. de manumiſſis vindicta, & in l. prima ff. ad leg. Iul. repetend. & in l. decem §. hæreditatem ff. de caſtrenſ. pecul.*

Et de his non ſit facta ſpecialis mentio in Bannimentis, non poſſunt per conſequens dici compræhenſi, & ſi eximunt, debent iuxta regulas Iuris Communis tractari, & per conſequens excuſari, vt de filio eximente Patrem dicit Carena *de S. Off. p. 2. tit. 13. §. 21. num. 77. verſ. ad finem,* qui refert ita fuiſſe alias iudicatum Iaſon. *conſ. 20. num. 18. & 19. lib. 3.* & Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 11. num. 9.* qui ambo loquuntur etiam de Patre eximente Filium, Conciol. *crimin. reſol. 2. num. 4. verbo eximitio,* Viloſa *de fugit. cap. 18. §. 5. num. 19.* Narbona *ad concordata Caſtellæ gloſa 7. num. 75. verſ. niſi fortè affectio, & gloſa 18. num. 113.* quem refert, & ſequitur Cutellus *ad leges Siculas tit. ad leg. Martini controu. 1. num. 24. fol. mihi 418.* & de vxore eximente maritum Farinac. *quæſt. 32. n. 79.* Caualcan. *de brach. regio par. 2. num. 110. & 111.* Guazzin. *Reor. defenſ. 5. cap. 5. num. 20.* Carena *loc. cit.* & Conciol. *reſol. 2. num. 1.* qui loquitur *num. 4.* de marito eximente vxorem, & idem dicunt Nabona, & Cutellus *locis citatis*, & generaliter de conſanguineis Decian. *d. cap. 11. num. 12.* Caualcan. *d. num. 110. & 111.* Caluin. *de æquitat. cap. 17. num. 6. par. 6.* Conciol. *d. reſol. 2. num. 4.* & ratio eſt, quia in his cenſetur abeſſe dolus, vt per Text. *in l. ſi hominem in princ. ff. depoſiti* conſiderat Decian. *loc. cit. num. 12. circa med.* & moueri dicuntur ex impulſu ſanguinis, & miſericordia, vt dicit Caualcan. *loc. citato num. 99.* & ex impetu maximæ affectionis vt dixit Decian. *loc. cit. num. 9.* & omnis Iuſtitiæ contemptus ceſſat ſecundum Caualcan. *d. num. 9.* & Conciol. *d. reſol. 2. num. 1. & 4.* vbi plures adducit concordantes;

52 Quid dicendum ſi non eximit, ſed occidit captum, & in manibus birruariorum exiſtentem? iſte caſus non eſt compræhen-

ſus in

ſus in Bannimentis, & nullam habet con-
nexionem cum materia diſpoſita in præſenti
paragrapho, qui ſtrictè debet intelligi, &
tantùm compræhendit, quantùm loquitur
juxta *regulas Iuris tritas, & vulgatas*: quam-
uis enim ratione pœnæ poſſint iſti duo ca-
ſus dici inter ſe æquiparati, nam occidens
53 exiſtentem in poſſe Curiæ incurrit in cri-
men, & pœnam criminis læſæ Maieſtatis,
vt videre eſt penès Burſatt. *conſ. 216. numer.*
54 *primo, 2. 3. & 4. vol. 2.* ſicut in dictum cri-
men læſæ Maieſtatis incurrit ille, qui è ma-
nibus Curiæ eximit Reum confeſſum, &
conuictum, vt ex Text. *in l. cuiuſque §. 1. ff.*
*ad leg. Iul. Maieſt.* ibi: *item qui confeſſum in*
*judicio Reum, & propter hoc in vincula coniectũ*
*emiſerit*, dicunt Laur. Mattheũ *de re crimin.*
*contr. 17. num. 15. & ſeq.* qui reijcit interpræ-
tationem, quam Gotifredus dat d. Textui,
Farin. *quæſt. 30. num. 103.* Caball. *crim. reſol. 8.*
*num. 5.* Ant. Matthæius *de criminibus lib. 48.*
*tit. 2. cap. 2. num. 21.* Gomes. *var. lib. 3. cap. 2.*
*num. 7.* Gigas *de crimin. læſæ Maieſt. lib. 1. quæ-*
*ſtione 58. per tot.* & alij adducti à Farin. *qu. 32.*
*num. 2.* & à Conciol. *crim. reſol. 5. num. 5. &*
*6. verbo eximitio*: nihilominùs vltra quod
vtraque opinio eſt reiecta à Doctoribus, nã
55 in eximente Reum confeſſum è manibus
Curię contrarium de directo poſt alios vult
Viloſa *de fugitiuis cap. 18. §. 5. num. 8.* qui ſo-
lùm concedit, quòd huiuſmodi eximens in-
56 currit in pœnam dicti criminis, ſed Cabal.
*crim. reſol. 8. num. 5.* quem refert, & ſequi-
tur Farin. *in addit. ad d. quæſt. 32. num. 64. im-*
*preſſ. poſt 3. lib. conſ.* hoc reſtringit ad pœnam
mortis naturalis: & in occidente captum
57 in poſſe Curiæ exiſtentem contrarium pa-
ritèr de directo veriùs eſſe oſtendit Iuribus,
& plurium autoritatibus Burſat. *d. conſ. 216.*
*num. 5. & ſeq.*

Certum eſt, quòd ſecundùm Burſattum
58 *loc. cit. num. 6.* iſti caſus non poſſunt æqui-
parari, quia per eximitionẽ Reus liberatur,
& delictum impunitum remanet, quòd Iu-
ra maximè abhorrent *l. ſi quis in hoc genus C.*
*de Epiſc. & Cler.* per occiſionem verò Reus
certo modo pœnam luit, quando ſi exiſte-
ret in poſſe Curiæ potuiſſet liberari vi, vel
aufugere *l. ſi apparitor C. de apparitor.* lib. 12.
59 ideò leuiùs per occiſionem, quam per exi-
mitionem Reſpublica læditur; cum parum
interſit Reipublicæ à quo occidatur delin-
quens, dummodò propter crimen occidatur
*l. cum ſeruus ff. verbor. obligat.* Bald. *in l. liber-*
*tas ff. de ſtatu hominum*, Burſatt. *loc. cit. nu. 6.*
Hinc, vt ſubdit Burſatt. *ibidem, eripiens con-*
*demnatum tenetur leg. Iulia Maieſtatis, ſed occi-*
*dens illum, dum ducitur ad furcas de homicidio*
*tantùm tenetur*: ita Bald. *in l. fideicommiſſa §. ſi*
*quis ff. de leg. 3.* Marſil. *in l. 1. num. 15. ff. de*
*Sicarijs*, & hoc Burſattus deducit ex Cuman.
*in l. 3. §. transfugas in fine C. ad leg. Corn. de*
*ſicar.* dicente, quòd eripiens, & liberans eũ,
qui ducitur ad ſupplicium, tenetur *leg. Iul.*
*Maieſtatis*, non autem ſi illum occidat, ſen-
tiens maius delictum in liberatione Rei cõ-
demnati verſari quoad Principem, quàm
in occiſione. Vndè concludendum, quòd
caſus non poſſunt dici æquiparati, & pro
æquiparatis haberi: debet tamen occidens
exiſtentem in poſſe Curiæ, quicquid aliqui
dicant, puniri de homicidio, vt firmant
Caualcan. *de brach. regio p. 2. numer. 104.* &
Burſat. qui plures allegat concordantes *di-*
60 *cto conſ. 216. num. 10.* quod procedit etiam
ſi ille, qui occiditur in poſſe Curiæ, ſit capi-
talitèr bannitus, vt dicunt Io: Andr. Alber.
Imola Foller. *locis relatis* à Burſat. *d. conſ. 216.*
*numer. 11. verſic. adducuntur*, nam, vt infra di-
61 cam, ſtatim ac bannitus incidit in manus
Curiæ, ceſſat effectus banni, quòad hoc vt
nequeat impune offendi, & propterea illum
offendens debet puniri ac ſi non bannitum
interfeciſſet ex traditis à Burſatto *ibidem*
*num. 12.*

Poteſt tamen conciliari opinio eorũ, qui
dicunt bannitum in poſſe Curiæ exiſtentem
poſſe impunè occidi, quos referunt Bart. &
Nellus relati à Burſat. *ibidem num. 13.* vt pro-
62 cedat, quando bannitus eſt in poſſe homi-
num particularium, qui eumdem bannitũ
captum ducunt ad Curiam, vt ex Nello,
Follerio, Baiard. explicar Farin. *conſ. 101.*
*num. 28.* & ex Caball. *crim. reſol. 94. nu. 13.*
*& ſequen.* comprobat *in addit. ad quæſt. 103.*
*num. 302. impreſſ. poſt 3. lib. conſilior. eiuſdem*,
& ratio eſt, quia multa poſſunt contingere,
ne bannitus ducatur ad carceres: poteſt e-
nim vi liberari, vel aliter aufugere, vt di-
xi ſupra, & vlterius vt ratiocinatur Caluin.
*de æquitate lib. 1. cap. 17. num. 10.* qui loqui-
tur ad fauorem eorum, qui eximunt carce-
ratum è manibus priuatorum illum ad Cu-
63 riam ducentium, captura facta ab homini-
bus particularibus caret Iudicis auctorita-
te, & iuriſdictione, & antequam captus ſit
conſignatus in fortijs Curiæ, vires non ha-
bet Iudicij, quamuis facta teneat *l. patre fu-*
*rioſo ff. de his, qui ſunt ſui*, & idem dicunt
Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 11. numer. 14.*
Farin. *quæſt. 32. num. 73.* Guazzin. *Reor. de-*
*fenſ. 5. cap. 5. num. 28.* Conciol. *crim. reſol. 5.*
*num. 9. verbo eximitio*, & propterea talem
eximentem nulla pœna teneri firmat.

Ceſſat tamèn hoc argumentum in termi-
nis noſtrorum Bannimentorum volentiũ,
quòd intret eadem pœna, quando eximi-
tur Reus è manibus priuatorum, qui captũ
ducunt ad Curiam. Sed non audeo dicere,
quòd iſta diſpoſitio comprehendit occiden-
tem bannitum in manibus priuatorum exi-
ſtentem, quia Bannimenta ſunt ſtrictè in-
terpætanda vulgatis Iuribus.

## O' all' eſecuzione della Giuſtizia.

Dicit Andreas de Iſernia *in feud. tit. quæ*
*ſint regalia §. contrahentium inceſtas nuptias nu-*
*mer.*

*mer.* 74. *fol. mihi* 303. quòd ſi Princeps con-
cederet priuilegium alicui Nobili, vel alio.
vt quando facinoroſi damnati vadunt ad
64 ſupplicium tranſeuntes ante domum eius
poſſet auferre damnatum, & à pœna eum
ſubducere, vel ſi eſſet conſuetudo in aliqua
Terra eximendi Reum, quando ducitur ad
ſupplicium, priuilugium hujuſmodi non
valeret argum. Text. *in l. quicumque C. de di-
uerſ. offic. lib.* 12. & conſuetudo contra ner-
uum diſciplinę correctionis eſt nulla *cap. fin.*
vbi Gloſ. *verbo rationabilis extra de conſuetud.*
65 & *cap. fruſtra diſt.* 81. priuilegia enim ſunt
priuatæ leges *cap. priuilegia diſt.* 3. ideò ſicut
lex per quam maleficia non puniuntur tã-
66 quam contra publicam vtilitatem, & tam-
quam iniqua, & tamquam contra Legem
Dei, qui dixit: *malos malè perdet*, non valet,
& pro iniuſta, & pro legis corruptione ha-
beretur *cap. erit diſtin.* 4. ita nec valet priui-
legium: & idem dicit de conſuetudine, quia
eſſet potius corruptela §. 1. *auth. vt nulli iu-
dic.* quia damnatus non debet à pœna ſub-
duci per quamcumque vſurpationem ob-
tentam in contrarium *l. addictos C. de appell.*
ſubdit tamen Iſernia *ibid.* quod ſi eſſet pri-
67 uilegium, vel conſuetudo, vt illi, qui fuſti-
gantur ex ſcelere, fuſtigatis eis per magnam
partem Villæ, Ciuitatis, ſeu Terræ, cùm
perueniunt fuſtigando, & tranſeunt ante
Domum alicuius Nobilis, Dominus Do-
mus eripiat eos de manu fuſtigantis (ſicut
vidit alicubi) hoc non eſſet abſurdum: hoc
enim nō tollit pœnam, ſed quantitatem, ſeu
numerum fuſtium: Infertur ex hac doctri-
na Iſerniæ, quòd ſi quis eripiat de manu Fa-
68 miliæ eum, qui iam per maiorem partem
Ciuitatis fuſtigatus ſit, non incurrat pœnã
rigoroſam Bannimentorum, quia non poſ-
ſunt, & nec debent compræhendere hunc
caſum, cum iam pœna fuſtigationis ſit pro
maiori parte paſſa, & ſic iſte caſus eſt de il-
lis caſibus mixtis, qui, vt dixi, non compre-
henduntur in Conſtitutione loquente de
caſu ſimplici.

## Cap. III. §. XII. ad XIV.

§. 12. Comanda in oltre, che alcuno in Cauſa Ciuile, ò Criminale non ardiſca offendere Sbirri, ò altri Eſſecutori di Giuſtizia, ne impedire alcuna Eſſecuzione perſonale, quantunque ſi diceſſe eſſere ingiuſta, ò nulla, ſotto pena, ſe l'offeſa ſarà con ſangue della galera per dieci anni, e di ſcudi cinquecento, ma ſe l'offeſa, ò reſiſtenza ſarà ſenza ſangue, la pena ſarà di ſcudi ducento, e di cinque anni di galera. E ſe di parole ſolamente il delinquente ſarà punito con la pena di ſcudi cento, e di trè tratti di corda.

§. 13. Qualunque impedirà pignorazione, ſequeſtro, ò altra eſſecuzione reale, incorrerà in pena di ſcudi dieci d'oro, ò altra pecuniaria, e corporale ad arbitrio di S. Signoria Illuſtriſſima, nè gli ſarà ammeſſa ſcuſa d'ingiuſtizia, ò nullità del grauame rilaſſato.

§. 14. Notificando, che circa tali offeſe, oppoſizioni, reſiſtenze, impedimenti, & altri eceſſi ſopradetti ſi darà fede alli Sbirri, Curſori, e Mazzieri col giuramento loro, e qualche altro adminicolo appreſſo ad arbitrio di S. Signoria Illuſtriſſima.

*SVMMARIVM.*

1 *§. iſte obſcurus eſt, & poteſt legi duobus modis. & num.* 2.
3 *Birruarios offendens ex cauſa Officij, ſi vulnerat punitur pœna triremium per decennium, & ſcutorum* 500. *ſi non vulnerat, & nec ſanguinem effundit, punitur pœna triremium per quinquennium, & ſcutorum* 200. *ſi ſolis verbis, punitur pœna trium ictuum funis, & ſcutorum* 100. *ſecundùm Bannimenta.*
4 *Verbum*, impedire, *&* reſiſtentia, *in latiore ſignificatu verificatur in ſola fuga.*
5 *Contrarium.*
6 *Verbum*, impedire, *&* reſiſtere *in Bannimentis ſtant qualificatiuè.*
7 *Impedientes Executors in eorum Officio incurrunt in Bullam Sixti V.*
8 *Bulla prædicta quomodo interpratanda.*
9 *Specialia criminis læſæ Maieſt. an habeant locũ in caſu dicta Bulla.*
10 *Birruarijs reſiſtens cum offenſione eorum poteſt ad mortem condemnari de Iure Communi.*
11 *Dummodò cognouerit eſſe Birruarios.*
*Et ideò Birruarij debent inſignia habere. d. n.* 11.
12 *Reſiſtens excuſatur, ſi inter Birruarios adſint etiam eius inimici.*
13 *Pœna mortis contra reſiſtentes Birruarijs non habet locum niſi reſiſtentia facta ſit poſtquam carcerandum habuerint in eorum manibus.*
14 *Reſiſtentia in Birruarios citra ſanguinis effuſionem, quomodò puniatur de iure communi.*
15 *Reſiſtentia in Birruarios verbis minatorijs, & timorem incutientibus, quomodo puniatur de*

*Iure*

*Iure Canonico, & Bullarum.*

16 *Reſiſtens Birruarijs excuſatur, ſi captura eſt notoriè iniuſta, etiam in terminis Bullæ Sixti Quinti.*

17 *Executio facta poſt præfixum terminum, poſt finitum Officium Iudicis, pendente appellatione, vel extra territorium, aut contra commiſſionem, vel ſine ea dicitur iniuſta.*

18 *Executio, an dicatur iniuſta, ſi facta ſit irrequiſito Gubernatore loci. & num. ſeqq.*

19 *Birruarij nequeunt exequi mandata Superioris in locis Baronalibus, irrequiſito Barone, ſeu eiuſdem Officialibus.*

*Diſtingue vt num. 20.*

21 *Bannimenta an habeant locum ſi birruarij non obſtante perterrefactione exequutionem fecerint, & num. 22.*

*Verbum* impedire *importat actum perfectum d. num. 22. & 23.*

24 *Verbalis perterrefactio ſufficit vigore Bannimentorum, quia clarè loquuntur.*

*Sed ſi verba Bannimentorum non eſſent clara, & prægnantia, non ſufficeret, dicto numero 24.* verſ. quod ſi.

25 *Perterrefactio qualibet verbalis non ſufficit.*

26 *Conſtitutio loquens de terrore, ſeù metu, intelligitur de eo metu à Iure conſiderata.*

27 *Metus quando dicatur cadere in conſtantem virum.*

28 *Impedire eſt opponere aliquid, ita vt quis non poſſit facere id, quod facere volebat.*

29 *Et fit duobus modis de Iure, & de Facto, & num 30.*

31 *Pignoris electio an ſit in executoris arbitrio.*

32 *Executori pignora vltra modum accipienti licitè reſiſtitur.*

33 *Auditor Cameræ an poſſit dare licentiam Officialibus Baronis exequendi mandatum in aliena iuriſdictione ad inſtantiam ipſius Baronis relaxatum.*

34 *Birruarijs atteſtantibus de oppoſitione illis facta creditur, concurrente aliquo adminiculo vigore Bannimentorum, ſecus de Iure.*

35 *Birruarij tenentur oſtendere mandatum de capiendo.*

## Ardiſca offendere Sbirri.

ISte §. eſt obſcurus, & poteſt legi duo-
1 bus modis, vno, quod loquatur de eo,
qui offendit, reſiſtit, & impedit birruarios
ad effectum eximendi ſe ipſum, & ita intel-
lectus confert ad comprobandum ea quæ
dicta ſunt in §. antecedenti in quarta illa-
tione, nempè quod in dicto §. non ſit com-
præhenſus, qui eximit ſeipſum è manibus
birruariorum, nam cum hic ſit ſpecialitèr
prouiſum de tali caſu, ſequitur, quod de
eo nihil fuit diſpoſitum in præcedenti, alias
eſſet iſta prouiſio fruſtranea, & ſuperflua.
2 Secundò modò poteſt legi, quod loquatur
de eo, qui offendit, impedit, & reſiſtit ad
effectum eximendi, ſed cum effectu non
eximit, & ita intellectus confert ad com-
probandum ea quæ dicta ſunt *in dicto antecedenti §. in princ. num. 3. & ſeqq.* & ſic ibi de delicto conſumato hic autem de delicto ſolum inchoato diſponitur.

3 Tres ſpecies offenſionis conſtituuntur hic: Prima eſt illa, quæ præſefert ſanguinem, puta quod birruarius remanſerit vulneratus, & punitur pœna triremium per decennium & ſcutorum quingentorum: Secunda eſt illa, quæ fit citra effuſionem ſanguinis, & punitur pęna triremium per quinquennium, & ſcutorum ducentorum: Tertia eſt illa, quæ conſiſtit in ſolis verbis, & punitur pœna trium icturum funis & ſcutorum centum: & iſtæ pœnæ quælibet in ſuo caſu habent locum ſiue offenſio ſit facta in executores exequentes in perſonam pro cauſa ciuili, ſiue exequentes in perſonam pro cauſa criminali, etiamſi executio diceretur iniuſta, aut nulla, vt expræſsè cauetur hic.

## Nè impedire.

Majorem latitudinem habet verbum *im-
pedire*, & dictio *reſiſtentia*; nam impedimen-
4 tum, & reſiſtentia fit etiam cum ſola, &
ſimplici fuga, vt innuit Caball. *crim. reſol.8.
num. primo circa finem*, ſed quia fuga, quam
quis viſis birruarijs arripit antequam ſit ap-
pręhenſus, & captus non habetur in conſi-
deratione de Iure, aut conſuetudine, & nul-
lam pœnam meretur, vt dicit Scaccia *de
iudic. cap. 46. num. 29.* & reprobato Caballo
contrarium dicente *loc. cit.* firmat Guazzin.
*reor. defenſ. 5. cap. 4. num. 2.* ideo D. Cardi-
nalis nullam de ea fecit mentionem. Vn-
6 de verbum *impedire*, & dictio *reſiſtentia* ſtant
hic qualificatiuè, nempè ad demonſtran-
dum, quod offenſio birruariorum debet eſſe
cum actu poſitiuo directo in perſonas bir-
ruariorum ex cauſa impediendi eos in libe-
ra executione eorum officij.

Et quidem in prima ſpecie offenſionis
Bannimenta nimis mitè procedunt, quan-
7 dò ſecundùm Bullam ſanct. mem. Sixti V.
*in ordine 6.* §. 8. impedientes executores *in*
eorum officij libera exequutione, inſequen-
tes, minis perterrefacientes dicuntur Rebel-
les, & Rei criminis læſæ Maieſtatis, etiam
ſi illi, qui funguntur executorum officio,
ſint perſonę, priuatæ, vt in terminis Bullæ
prædictæ aduertit Farinac. *conſ. 55. num. 36.*
& ſequitur Guazzin. *de confiſc. bonor. concl. 13.
ampliat. 74. num. primo.*

8 Vide tamen ad interpretationem d. Bul-
læ Sixti V. Guazzin. *reor. defenſ. 5. cap. 4. nu-
mer. 24.* Vermigliol. *conſ. crim. 75. numer. 6.
conſ. 115. num. 2. conſ. 118. nu. 3. & conſ. 137.
num. 10.*

9 Et an ſpecialia criminis læſæ Maieſtatis
habeant locum in caſu d. Bullæ, vide apud
Farinac. *d. conſ. 55. num. 66. nu. 97. 98. & 99.*
& apud Vermigliol. *d. conſ. 115.* & vide quę

dixi

dixi ego *in cap. 2. §. primo num. 51. & ſequentibus*.

Et ſecundum Ius commune reſiſtentes
10 cum offenſione in perſonam birruariorum poſſunt condemnari vſque ad mortem incluſiuè vt tradunt Boer. *deciſ. 170. num. 5.* Farinac. *quæſt. 32. num. 28.* Scacc. *de Iudic. lib. primo cap. 46. num. 28.* Caball. *crim. reſol. 8. num. 38.* Guazzin. *cap. 4. num. 4.* qui tamen videtur inclinare in pœnam extraordinariam citrà mortem naturalem, motus ex quo apud Boer. *loco citato* ſententia in pœnam mortis fuit moderata, & reducta ad pœnam fuſtigationis: ſed non benè infert ex dicta deciſione Boerij, quia, vt ibi teſtatur Boer, & conſiderat Farinac. *quæſtion. 32. numer. 27. in fine*, reductio dictæ ſententiæ, & pęnæ fuit facta propter aliquam ſuſpicionem, quam vulnerans habuiſſe aſſeruit in actu fugæ ex dicto cuiuſdam mulieris, quod inter inſequentes erant ſui inimici: etenim excuſatur qui reſiſtit, &
11 offendit, quando non cognouit eos eſſe birruarios, & miniſtros Iuſtitiæ ſecundum Farinac. *conſ. 65. num. 27. & 29.*

Hinc infertur quod birruarij ad hoc, vt pro talibus haberi debeant, debent ferre inſignia Bart. *in leg. probibitum C. de Iure Fiſci lib. 10.* Farin. *d. conſ. 65. num. 27. & quæſt. 32. num. 37.* & Baſilicò *crim. deciſ. 10. num. 6.* Sed hoc non ſuffragaretur in locis, in quibus birruarij non adſolent ferre ſignum, vt concluſionem limitant Muta *deciſ. 7. num. 4.* & Cutell. *ad leges Siculas tit. ad leges Martini contron. prima num. 20. fol. mihi 415.* potiſſimum ſi proteſtarentur, ac clamarent ſe Miniſtros eſſe Iuſtitiæ Anna *in conſtit. terminum vitæ num. 170.* Seſſe *deciſ. 141. num. 15.* & his relatis Cutellus *d. num. 20.*

12 Excuſatur etiam quando inter birruarios videt eſſe ſuos inimicos, quia tunc poteſt dubitare, ne ab illis offendatur, & iſte timor debet eum excuſare ex Boer. & Farinac. *loc. citat.*

Notabilis tamen eſt aduertentia ipſius
13 Guazzini quod pœna mortis non ſit imponenda niſi reſiſtentia cum armis, cum violentia, & cum offenſione birruariorum fuerit facta poſtquam quis fuiſſet in manibus, & poſſe birruariorum, nam ſi adhuc non fuiſſet in poſſe Curiæ, minùs eſſet puniendus, & citat Iodoch. *pract. crim. cap. 15. num. 79. & 30.* & Caball. *crimin. reſol. 8. num. 38. in fine*.

In ſecunda verò ſpecie offenſionis, & reſiſtentiæ, nempè quandò eſt facta citra effuſionem ſanguinis Bannimenta nimis aſperè procedunt ad pœnam triremium per quinquennium, quando, quicquid ſit de Iure
14 nouo Pontificio, ſolum intrat de Iure communi pœna pecuniaria, & in eius defectum corporalis vt dicit Pariſius *in conſ. 147. n. 17. lib. 4.* quem refert Farinac. *quæſt. 32. num. 27.* vel intrat pœna trium ictuum funis vt practicatum refert Farinac. *d. q. 32. n. 26. in fine*, & ad plus intrat pœna amputationis manus, vt in eo, qui in actu capturæ reſiſtentiam fecit executori, illi ſinum, aut gulam manu conſtringendo dicit Iodoch. *pract. crim. cap. 15.* de citatione reali *nu. 29.* quem refert Farin. *loc. cit. num. 24.* quod tamen non admittit Guazzin. *defenſ. 5. cap. 4. nu. 5. verſ. ſi verò*, qui in caſu conſtrictionis gulæ cum manu violenta pecuniariam, vel corporalem iuxta qualitatem violentiæ, & impetus indicendam eſſe exiſtimat.

In tertia tandem ſpecie offenſionis, & reſiſtentiæ, quæ conſiſtit in ſolis verbis, ſupple *minatorijs, & timorem incutientibus*, Bannimenta iterum nimis mitè ſe habent, dum pœnam trium ictuum funis, & ſcutorum centum imponit, quando de Iure Ca-
15 nonico *in cap. primo de offic. Iud. deleg.* vbi Gloſa, & Doctores coercetur cenſura Eccleſiaſtica, quæ eſt maior omnium quas imponit Eccleſia *cap. nemo 11. quæſt. 3.* Farinac. *quæſt. 19. num. 12. & 38.* Roman. *conſ. 369. num. 10.* & Bulla ſanct. mem. Sixti V. de qua ſupra, imponit pœnam mortis naturalis ijs, qui, perterrefaciendo, birruarios impediunt in libera executione eorum officij.

Quęro modo dixi ſupra *in antecedenti §. 10. à num. 25. vſque ad num. 29.* quod etiam ſi ſit
16 prohibitum allegare iniuſtitiam capturæ, nihilominus ſuffragatur, ſi ſit notoria, quæ iuuat etiam in terminis Bullę prędictę Sixti V. vt alijs citatis firmat Guazzin. *d. defenſ. 5. cap. 4. nu. 25. & ſeqq.* ſed an dicatur iniuſta
17 executio ſi poſt terminum præfixum mandatū Iudicis exequitur? affirmatiuè reſpondet Baſilicò *crim. dec. 10. n. 4. & 5.* qui ponit caſum in exequente mandatum Iudicis poſt tempus, & diem præfixum, & poſt finitum officium eiuſdem Iudicis abſque literis obſeruatorialibus, quæ debebant obtineri à ſucceſſore, & dicit quod dicti executores habiti fuerunt, ac ſi fuiſſent homines priuati, & quod benè eiſdem fuit facta reſiſtentia per doctrinam Barr. Panormit. Alex. Bald. Afflict. *locis per eum relatis*, & infert quod benè executoribus reſiſtitur, quando pendente appellatione, vel extra territorium, vel contra formam commiſſione, vel ſine commiſſione exequitur vide etiam Scacciam *de Iudic. lib. primo cap. 46. num. 30. verſ. tertia difficultas*.

Quæro ſecundò. An ſit iniuſta executio
18 facta à birruarijs Curiæ Superioris, irrequiſito Gubernatore loci: & Gubernator dicatur impedire executoress ſi carcerare fecerit birruarios ſe irrequiſito exequentes mādatum Superioris contra debitorem? Reſpondeas quod reſolutio huius quæſiti dependet ab articulo, an mandata relaxata à Supremo Principe, vel ab eius Magiſtratibus poſſint exequi in Terris Baronum abſque eo, quod ipſis Baronibus, vel eorum

Officialibus inſinuentur; nam ſi debent eis oſtendi, ſeu ſignificari, vtique executio abſque requiſitione, & oſtentione eſt nulla & eis benè reſiſtitur, & ipſi executores Iure merito carcerantur, ſecus ſi contrarium firmetur. Quod debeant mandata, & ordi-
19 nes oſtendi, & nequeant exequi irrequiſitis Baronibus, ſeù eorum Officialibus tenet Rebuff. *in leg. prima Cod. de execut. & exact. lib.* 12. & Vermigl. *conſ. crim.* 175. *num.* 6. *verſ. cęterum in hoc*. Contrarium ex Guidopapa Caſſan. Auendan. Azeued. Bouadill. Natta Seaglion. Muſcatell. Maſtrill. & alijs tuetur Spada *conſil.* 2. *num. primo lib. primo*.
20 Alij diſtinguendo dicunt, quod debent oſtendi poſt factam exequutionem, vt aduertit Rebuff. *in tract. de literis requiſit. num.* 6. & multò magis ſi Officiales inſtant, & requirunt, vt mandata oſtendantur, vt dicit Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 140. & Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 219. Et cum hac diſtinctione videtur eſſe pertranſeundum, quia ſicut valdè indecorum eſſet, ſi ſupremus Princeps, vel eius Magiſtratus teneretur in exercenda iuriſdictione requirere Baronem, vt ex Natta *conſ.* 580. *in princ.* & Amadeo de Ponte *tract. de laud. quæſt.* 24. *num.* 54. dicit Spada *d. conſ.* 2. *n.* 4. ita eſſet inconueniens, ſi officialis loci videret exportari bona, ſeu homines extra territorium, & ignoraret cauſam, & de cuius ordine præciſo aſportantur: Propterea ad euitanda ſcandala dicendum, quod quatenus qualitas negocij requireret ſecretum, ſaltem poſt factam executionem debet officiali inſinuari, vt innuit Bouadilla *politica lib.* 2. *capit.* 20. *numer.* 28. imò in caſu exigente ſecretum prudentes Miniſtri eodem tempore, quo ſe accingunt ad exequendum mittunt ad certiorandum officialem loci de commiſſione, quam habent, & qui alitèr faciunt malè faciunt, & malè eis ſuccedet, & Gubernatores ſi procedunt ad eximendum captos, & ad carcerandum ipſos executores excuſantur ex dicta ratione, & alijs quas affert Vermigl. *dicta conſ.* 175. Nunquam tamen poterit dici executio & captura eſſe nulla, quia eam validam eſſe concedit ipſemet Rebuff. *in tractatu de literis requiſitor.* & innuit Vermigl. *loc. cit.* dum nullam facit mentionem dictæ nullitatis.

21 Quæro tertiò. An diſpoſitio Bannimentorum habeat locum etiam ſi birruarij non obſtante perterrefactione, eorum officium executi fuerint? Dic quod de Iure communi requiritur, quod minæ, & territiones ſint in cauſa, & operentur, quod quis deſiſtat vt habetur *in dicto cap. primo de offic. deleg.* & explicat Eugen. *conſ.* 30. *num.* 45. *lib. primo* vbi ponderat verba Textus ibi *ſilere compellunt*. Vnde, & nos debemus perpendere
22 illa verba Bannimentorum *ne impedire*, & dicere quod requirunt conſumationem, & perfectionem rei, & non habent locum niſi ſecuto effectu vt per Text. *in leg. Vrbana §. pernoctare ff. de verb. ſignif.* & per doctrinam Barboſ. *de diction. & clauſ. dict.* 201. *num.* 3. reſpondet in terminis Bullæ B. Pij V. *de Protegendis* Carena *de Off. S. Inquiſit. par.* 2. *tit.* 13. §. 16. *num.* 66. ideo alias dicebam,
23 quod Bannimenta Vrbis dum dicunt: *Non ardiſca per eſſimere altri dalla corte, e per impedirla nella libera eſſecutione percuotere, ſpauentare, concutere, ò minacciare*: & inferius, *faccia qualſiuoglia impedimento, attione, ò parola per la quale poſſino impaurire, ò intepedrre gli Eſſecutori nell'eſſeguire, &c.* Requirunt conſumationem, & perfectionem actus propter dictam rationem, & propter qualitatem dictionis *Per*, quæ denotat conſumationem eius rei, cui adijcitur *dicto §. pernoctare, & leg.* 2. *§. peregiſſe ff. de adult.* Roman. *conſil.* 301. *num.* 13. Brixianus *in repertorio verbo* Per, Michael Ferrerius *obſeru. par. prima cap.* 7. *num.* 3. & Carena *loc. cit. num.* 66. & propterea niſi ſequuta deſiſtentia non habet locum pœna rigoroſa impoſita in Bannimentis: non effugiet tamen pœnam extraordinariam, vt aduertit Carena *loc. cit. num.* 66. *verſ. non tamen euitabit*.

Aduertendum quod §. iſte noſtrorum Bannimentorum eſt obſcurus, & intellectus, ac lectus eo modo, quem ſecundo loco retuli ſupra in principio, nullo modo requirit actus conſumationem, quod, vt verum fatear, non placet.

Aduertendum etiam, quod licet verba Bannimentorum ſint clara, & apertè loquantur de perterrefactione facta verbis, ita vt non egeant interpretatione vt in terminis nouæ Conſtitutionis Mediolani ait Caualcan. *de brach. Regio par.* 2. *num.* 56. *in fine*, & in terminis Bullæ Cęnæ Domini
24 *can.* 13. in qua adſunt verba perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur, aduertit Carena *loc. cit. num.* 65. *verſ confirmatur* (Erenim ſi verba non eſſent prægnantia prout ſunt, certè crederem eſſe intelligenda de perterrefactione factis incuſſa, vt benè aduertit in terminis *Bullæ S. Officij* Carena *loco citat.* & Caualcan. *dicto num.* 56. qui reddit rationem quia verba non impediunt, ſed facta.)
25 Nihilominùs non quælibet perterrefactio verbalis ſufficit, quia in Iure non omnis metus, & terror habetur in conſideratione, & reputatur metus, & terror, ſed tantùm reputatur talis, qui cadit in conſtantem virum *l. nec timorem ff. de eo quod met. cauſ.* Vital. *in Clem. I, n.* 5. *de foro competen.* Et ideò pęnalis Conſtitutio loquens de terrore, & me-
26 tu debet intelligi, vt loquatur de illo terrore, qui habetur in conſideratione in Iure, ita pluribus docet Carena *loc. cit.* §. 14. *per tot.* & citat P. Zanard. *in ſumma Diuin. Precept. tom. primo cap.* 5. *de fide verſ. noto autem vnum* addo Caualcan. *d. par.* 2. *num.* 56. & ex hoc ego cum eſſem Procurator Pauperum in

Vrbe

Vrbe defendi in Citria Capitolina quemdam Antoninm Piſtorem, qui ob perterrefactionem verbis factam birruarijs fuit condemnatus ad relegarionem, & deindè ſoluta quadam patua ſumma pecuniarum fuit liberè dimiſſus, nam quandò terror fuit tantùm verbis, nec de re, quæ poſſit cadere in conſtantem virum ſemper mitigatur pœna
27 Carena *loc. cit.* §. 21. *num.* 77.

Ad cognoſcendum aurem an timor cadat in conſtantem virum, quinque ſunt conſideranda, quæ ex Sanchez refert Carena *loc. cit.* §. 14. *num.* 64.

Primò, quod malum, quod timetur ſit graue.

Secundò, quod malum, quod timetur exiſtimetur probabiliter aduenturum.

Tertiò, quod minans ſit potens minas exequi.

Quartò, quod minans ſit ſolitus minas exequi.

Quintò, quod timens non poſſit malo minato facilè ſuccurrere.

Eaſdem quinque qualitates metus adhoc vt debeat attendi ex eodem Sanchez refert Cabreros Auendan. *in tract. de metu lib. primo cap.* 8. *num.* 12. *& ſeqq.* qui inde plures facit illationes, vide eum, & vide Farinac. *in fragm. verbo metus*, & vide Bruſatt. *conſ.* 72. *vol. primo*, qui metum in quinque ſpecies diuidit in concuſſiuum, impreſſum, compulſiuum, reuerentialem, & perfidiæ, quorum explicationem ponit Cabreros *loc. cit. nu.* 3. *& ſeqq.* Qui tamen ad duas ſpecies illum reducit, ad iuſtum ſcilicèt, & cadentem in conſtantem virum: & ad lenem, & non cadentem in virum conſtatem.

## Impedirà pignoratione, ſequeſtro &c.

28 Impedite ſecundum Vgolin. *de cenſur. par.* 2. *cap.* 16. *n.* 1. nihil aliud eſt quam opponere aliquid, ita vt quis non poſſit facere id, quod volebat, & hoc contingit fieri duobus
29 modis, de Iure ſcilicèt, & de facto. De iure dicitur quis impedire quoties iudicialiter procedit inhibendo, appellandò, vel aliud legitimum impedimentum opponendo, cuius exempla referunt Vgolin. *loc. cit. cap.* 16. §. 2. & Duard. *in Bulla Cœnæ Domini can.* 16. *quæſt. prima num.* 3. Et iſte modus impediendi non comprænenditur in Bannimentis: De
30 facto impedimentum quis infert quoties extraiudicialiter, & iniuſtè impedit, vt aduertit Vgol. & ex eo Duard. *loc. cit.* & eo caſu, aut infertur in volentem puta quod birruarij prœmio, precibus, amore inducantur ad deſiſtendum, & nec iſte modus impedimenti comprehenditur in Bannimẽtis, *vt ex leg. fin. C. ſi quis aliquem teſtari & l. fin. ff.* eodem dicit Vgol. *loc. citat.* Aut infertur in inuitum, puta adhibendo vim, ſeù metum, & comprænenditur in Bannimentis; imò de hoc impedimento bannimenta expræſsè loquuntur, & pro explicatione poteris videre ea, quæ in hac ſpecie dicunt Vgol. & Duard. *loc. cit.* & Pueron. *in comm. ad eand. Bullam Cœnæ capit.* 8. *num.* 6. *& ſequent.*

31 Quæro primò. An electio pignoris ſtet arbitrio exequutoris, adeo vt cadat in pœnam recuſans dare exequutori illudmet pignus, quod exequutor elegit? dic quod non ad Text. *in leg. contra noſtram Cod. de exactor. & exequutor. lib.* 12. quem Textum eſſe notandum contra Baiulos, & Nuntios, qui ſunt deſtinati ad pignorandum aliquem, inquit Bart. ibi & Corſet. *ſign. incip. Officialis* 162. & Par. de Put. *de ſindic. verb. reſiſtentia cap.* 1. *num.* 5. qui ſubdunt, quod illis licitè reſiſti-
32 tur, ſi accipient pignora vltra modum debitum, & quod inſuper Nuntij debent etiã puniri vide Farinac. *quæſt.* 32. *n.* 101. *& ſeqq.*

33 Quæro ſecundò. An Auditor Cameræ, qui habet iuriſdictionem per totum Orbem Terrarum Scaccia *de Iudic. lib.* 2. *cap.* 9. *q.* 3. *num.* 729. poſſit dare licentiam Officialibus Baronis, vt in aliena iuriſdictione exequantur mandatum ad inſtantiam ipſius Baronis relaxatum? Reſpondeas negatiuè, attento quod in exequutione mandati ſuper quantitate poteſt de facili dari exceſſus Partis cum iniuſtitia, vt per Gratian. *deciſ. Marchiæ dec.* 12. *num.* 10. & in omnem caſum aduertatur, quod licentia huiuſmodi intelligenda eſſet, vt exequutio fiat ſuper bonis, & niſi reſiſtentem inuenerint ita Acchil. Perſonal. *de adipiſcen. poſſeſſ. num.* 283. & Caroce. *de remed. contra præiud. ſenten. exception.* 6. *num.* 3.

## Si darà fede alli Sbirri.

Vigore Bannimentorum creditur birtuarijs atteſtantibus de oppoſitione ſibi facta dummodo vltra eorum iuramentum concurrat aliquod adminiculum. At de iure
34 communi non creditur eis, etiam ſi ſint plures bitruarij, tum quia atteſtari ſuper dicta oppoſitione non eſt ex ſpectantibus ad eorum officium Iaſ. *in leg. properandum* §. *ſi quidem num.* 10. *de Iudic.* Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 14. *num.* 6. Menoch. *de Arbitr. caſ.* 112. *num.* 5. Tum etiam quia ſumus in grauibus, & vbi de maximis pœnis agitur non creditur birruarijs niſi ad effectum torturæ: imò, quod neque eis credatur ad effectum torturæ firmant de Marinis *quotid. reſol.* 115. *num.* 5. Carena *loc. cit.* §. 18. *n* 68. & ad hoc citat Afflict. & Iſerniam *in Conſt. Regni humanitate Burſatt. conſ.* 65. *num.* 12. Franch. *deciſ.* 379. *vbi adden.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen. prima num.* 3. Giurb. *conſ. crim.* 98. *num.* 10. *&* 11. Sed hoc non eſt verum concurrente adminiculo, vt ex Aleiat Maſcard. Menoch. Natta Milleo inquit Farin. *qu.* 32. *num.* 80. Imò Carena ex Nouar. *qq. forenſ. lib. primo quæſt.* 16. *per totam*, vult quod vbi ſumus in locis, in quibus capita birruariorum

rum non habentur pro perſonis vilibus, tunc ab his Reus plenè conuinceretur, vide ſuper hac materia Caball. *caſ. 126. & 177.* Ricc. *deciſ. prima par. 4.* & plures caſus deſtinguentem Danzam *in addit.* ad Gramm. *dec. 41. per tot.* & plures Doctoctores citantem Maiorana *in Opopraxi par. 2. capitul. 7. num. 195.*

Sed an birruarij teneantur oſtendere
35 mandatum de capiendo ad hoc vt opponens incurrat pœnam? affirmatiuè reſpondent Boſſ. *& Repert. Inquiſ. locis citatis* per Carenam *num. 70.* & hoc idem vult de Marin. *quotid. reſol. 115. num. primo par. prima*, Ricc. *deciſ. 301. par. 3. per tot.*

---

## Cap. III. §. XV.

Comanda inoltre che non ſia perſona alcuna, che ardiſca, ò preſuma vſurparſi il nome della Corte ſotto pena della galera per anni cinque, e ciò quando non ne ſeguiſſe delitto alcuno, mà ſe ne ſeguiſſe furto, violenza, ò altro qualſiuoglia delitto la pena ſarà maggiore ad arbitrio di S. S. Illuſtriſſima, e ſi eſtenderà ſino alla forca incluſiuè.

*SVMMARIVM.*

1 *Curiæ nomen vſurpans non ſecuto alio delicto punitur pœna triremium per quinquennium, ſecuto alio delicto punitur etiam pœna mortis arbitrio D. Card. Legati ex diſpoſitione Bannimentorum.*

*Pœna triremium in primo caſu fuit impoſita Romæ, d. num. 1.*

2 *Vſurpans nomen Curiæ an, & quandò de Iure communi incurrat crimen læſæ Maieſtat. ibid. num. 2.*

*Apparitorem ſe ſimulant cum non ſit ad extorquendum pecuniam, qua pœna puniatur vide remiſſiuè in d. num. 2. in fin.*

3 *Vſurpans nomen Curiæ, ſi indè leue committat delictum non debet arbitrium à Bannimentis datum extendi vſque ad mortem incluſiuè, ſed debet à Iure regulari ibid.*

4 *Vſurpans nomen Curiæ per laſciuiam, & iocum non incurrit dictam pœnam.*

*Vbi ſic obtinuiſſe in Tribunali Gubernatoris Vrbis Auctor teſtatur. ibid. num. 4.*

5 *Bannimenta requirunt dolum.*

6 *Pracipuè ſi loquantur per verbum audeat.*

7 *Ceſſante dolo, ceſſat etiam diſpoſitio Iuris communis.*

8 *Et ideò vel nulla pœna punitur vel leui.*

9 *Delinquentes per laſciuiam, vt faciunt iuuenes diſcoli, & inſolentes puniuntur pœna triremium.*

10 *Contrarium.*

11 *Homicidium commiſſum per laſciuiam punitur quinquennali relegatione.*

12 *Damnum fuiſſe datum non probatur ex ſimplici aſſertione damnificati.*

*Tractatus præcedens probari debet ad inducendum dolum d. num. 12.* verſ. Et quarentis.

13 *Frangens ianuam Domus meretricis luxuriæ cauſa non tenetur de furto ibi commiſſo.*

14 *Bannimenta non comprahendunt minima.*

1 VSurpans nomen Curiæ plectitur pœna triremium per quinquennium, alio delicto non ſequuto: Sequuto autem alio delicto, pœna maiori etiam vltimi ſupplicij puuitur arbitrio D. Cardinalis Legati, & ità practicatum fuiſſe Romæ habetur penes Farin. *conſ. 74.* qui in fine ait quod quidam Marcus Antonius fuit tranſmiſſus ad triremes, ex quo ſub nomine Curiæ ingreſſus fuerat domum cuiuſdam mulieris animo carnaliter eam cognoſcendi, licèt non cognouerit.

2 Verùm de Iure Communi vſurpans nomen Curiæ, & gerens ſe pro Curia, & ſatellite, ſeù alio Miniſtro Curiæ, cùm talis non ſit tenetur pœna *l. Iuliæ Maieſt.* ad Tex. *in l. 3.* vbi Ang. *num. 2. ff. ad l. Iul. Maieſtat.* Capic. *deciſ. 130. num. 21.* Farin. *d. conſ. 74. num. 1. & quæſt. 114. num. 1.* & incurrit etiam pœnam falſi, vt ex Franc. Marci *deciſ. 514. num. 3. circa finem* inquit Baiard. ad Clarum *§. crimen læſæ Maieſt. num. 7.* ſed quod dicitur de crimine, & pęna criminis læſæ Maieſtatis procedit, dummodò aliud de duobus concurrat, vel quod talis falſus actus fiat animo vſurpandi iuriſdictionem Principis Bart. *in l. omnes populi num. 14. ff. de Iuſt. & Iure*, vbi Caccialupus *num. 27.* & Iaſon. *num. 35.* Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 9.* vel ſaltem, quod falſum nomen aſſumens hominem occidat, vel occidi curet, tunc enim intrat pœna mortis & læſæ Maieſtatis, ſecus ſi talia non facit Caccialup. *in d. l. omnes populi numer. 22.* Decian. *d. cap. 9. num. 5.* Menoch. *de arbitr. caſ. 320. num. 3. & 4.* & Farinac. *d. conſ. 74. num. 2. & 3.* qui benè explicat ad propoſitum doctrinam Bald. Guidopap. Tiraquell. Bart. & Franc. Marci *locis* per eum *relatis*, quem vide *ibi*, & *in quæſtione 114. num. 20. & ſequen.* & vide etiam Peckium *de iure ſiſtendi*, vbi agit de eo, qui ad extorquendam pecuniam ſimulat ſe apparitorem cum non ſit, & vide D. Fran. Vico *ad prag. Sardiniæ lib. 1. tit. 7. cap. 4. num. 5.* qui ait, quòd is, qui animo deprauato ſuarum voluptatum, & aliàs conſequendi finem domos aliquas ingreditur ſub nomine Miniſtrorum Curiæ ibique vel furatur, vel inſidiis puellis, ſeu mulieribus potiri conatur, non incurrit crimen læſæ Maieſtatis, quia ani-

animus eius non tendit ad ſibi aſſumẽdum dominium, & iuriſdictionem: & ideò pœna arbitraria graui, vel miti punitur, habito reſpectu ad delictum, & perſonarum delinguentis, & offenſi qualitatem.

3 Quæro primò, An vſurpans nomen Curiæ ſemper, & indiſtinctè debeat condemnari ad mortem, ſi indè ſequatur furtum latrocinium, inſultus, vel violentia, quamuis delictum indè ſequutum, puta, furtum ſit de mínimis? Reſpondeas negatiuè, quia arbitrium eſt regulandum à Iure, & ideò non quodlibet leue furtum, nec quælibet leuis violentia ſufficit ad arbitrandam mortem, vt inquiunt Farinac. *quæſtione 17, numero 35. & conſil. 30. num. 69. & conſ. 32. num. 6.* Guazzin. *Reor. defenſ. 33. cap. 4. num. 7.* Vermigliol. *conſil. 117. num. 7.* ſed pœna ex leuitate præcedentium delictorum meretur commutationẽ, vt dicunt Farin. *in fragm. verb. Bannimentũ num. 3. & Vermigliol. loc. cit. num. 9.*

4 Quæro ſecundò, An vtens nomine Curiæ per laſciuiam, & iocum incurrat hanc pœnam? Et quod non compræhendatur, obtinui in Tribunali Gubernatoris Vrbis, in quo moderata fuit ſententia triremium in pœnam tranſmiſſionis ad opus ſub die 24 Octobris 1662. ad fauorem Nicolai Lucæ de Firmo, qui per laſciuiam, & iocosè, & ad perſuaſionem cuiuſdam Dionyſij eius ſocij ſub nomine Curiæ capturauit, & ligauit Ioannem Nicolai Cuſtodem cuiuſdam vineæ, & parùm poſt relaxauit. Etenim

5 Bannimenta prædicta, prout cæteræ omnes Conſtitutiones pœnales, requirunt dolum per Text. *in l. qui iniuria ff. de furt. & l. quod Reipublicæ ff. do iniur.* Decian. *tract. crim. lib. 1. cap. 4. num. 9.* Vermigl. *conſ. 137. num. 3. & conſ. 399. num. 12.* & Ricc. *pract. var. reſol. 19. num. 1. & ſequen.*

6 Præſertim cum diſponant per verbum, *ne quis audeat*; nam huiuſmodi verbum de ſui natura præmeditationem, & dolum importat, vt aliàs in præſentibus annotationibus dixi ex Io: Baptiſta Cauat. *tractat. de interpretat. proclam. in conſ. 9. num. 1. & ſequen.* Farin. *quæſt. 87. num. 32.* Cyriac. *contr. 248. num. 12.* & Vermigl. *conſ. crim. 137. num. 4.*

7 Et ex hac eàdem ratione ceſſat diſpoſitio Iuris communis, quæ non procedit ceſſante dolo ad Text. *in l. qui iniuria ff. de furtis.*

8 Et propterea vel nulla pœna punitur, vt eſt Tex. *in l. dolo malo ff. de ſeruo corrupto, ibi: Et ſi luſus gratia ſceit, non tenetur;* vel ſaltem leui, & pecuniaria tantùm pœna puniri debet: vt

9 in iuuenibus diſcolis, & inſolentibus delinquentibus per laſciuiam affirmat Faber *in ſuo Cod. lib. 1. tit. 5. defenſ. 8. per tot.* inquiens quòd pœna triremium poteſt imponi ei, qui per ſpeciem malignæ iniuriæ deliquit, & ponit exemplum in iuuenibus, qui cellam vinariam effregerunt, & vinum effu-

10 derunt, vt nocerent; ſed quod delinquentes per laſciuiam leuioribus pœnis, nec niſi pecuniarijs puniuntur, & ad hoc allegat Text. *in leg. ex conducto 15. §. ſi vis ff. locat.*

11 Et hoc comprobatur etiam ex Text. *in l. Cornelia ff. ad legem Corneliam de ſicar.* nam ſi laſciuia, quæ præſetulit mortem hominis quinquennali relegatione dumtaxat coercetur, certè illa, quæ nullum damnum intulit nulla, vel mitiori pœna plecti debet ad Text. *in auth. multò magis C. de Sacroſanct. Eccleſ.*

Et ex his, vt dixi, obtinui ad fauorem Nicolai moderationem pœnæ triremium non obſtante, quòd Fiſcus prætenderet, quod captura fuiſſet facta ad effectum, vt interim ſocij liberè vuas furari poſſent, dicebam enim nõ conſtare vuas fuiſſe collectas, prout cõſtare omninò debebat, quia de damno

12 dato alitèr, quàm per ſimplicem aſſertionem damnificati conſtare debet, vt inquit Crauett. *conſ. 211. num. 3. & conſ. 260. num. 1. volum. 2.* & Bonacoſſ. *quæſt. crim. verbo de damno dato verſ. item nota.*

Et quatenus conſtaſſet de damno dato, dicebam, non conſtare de tractatu præcedente inter Nicolaum, & ſocios de vuas derubando cum tali ſtratagemate, & vſurpatione nominis Curiæ, quo ceſſante, ceſſabat dolus, & doli probatio, & conſequenter diſpoſitio Bannimentorum, quia ſi præter voluntatem Nicolai Socij vuas abſtulerunt, Nicolaus non poterat de hoc teneri, quando actus per ipſum geſtus non erat præordinatus ad furtum vuarum, ſed potiùs ad iocandum, & incutiendum timorem cum tali ioco Vinearolo, quem capturauit,

13 vt in ſimili de eo, qui fregit Ianuam domus meretricis ex cauſa luxuriæ, quod non teneatur de furto inde ſequuto tradit Farinac. *quæſt. 126. num. 85. & 87.* & de eo, cuius ſocij præter eius intentionem furtum commiſerunt firmat Laderch. Imol. *conſ. 190. nu. 3. & ſequen.*

14 Inſuper dicebam, quòd in omnem caſum Bannimenta non poterant habere locum ex eo, quia agebatur de furto rei minimæ iuxta doctrinam, quam retuli ſupra Farin. *quæſt. 17. num. 35. & conſ. 30. nũm. 69.* Guazzin. *Reor. defenſ. 33. cap. 4. num. 7.* & Vermigl *conſ. 118. num. 7.*

CAP:

# CAPVT QVARTVM.

## RVBRICA

## Degl'Eccelli, e Corrottele de'Sbirri, ò Eſecutori.

Cùm Dominus Cardinalis egiſſet in præcedenti Capitulo tertio de exceſſibus,qui committuntur in Birruarios, & Executores ex cauſa, & ratione eorum Officij, conſequens erat, vt in præſenti Capitulo ageret de exceſſibus, qui committuntur ab Executoribus, & Birruarijs, nam ſicut illi debent eſſe ſecuri à quauis minima offenſione, ſtante quod, propter eorum Officium neceſſarium exiſtunt ſub Securitate, & Protectione Principis, vt dictum eſt in præcedenti, ita debent eſſe à crimine, & ſuſpitione criminis alieni, ne dent cauſam hominibus in eos irruendi, & irreuerentiam Principi exhibendi, & etiam ne indè iniuriarum naſcatur occaſio, vndè Iura naſcuntur ad Text. *in l. meminerint C. vnde vi, & Iura alia* per Gloſ. *ibidem adducta verbo naſcuntur*.

---

## Cap. IV. §. I. ad IV.

§. 1. Volendo anco prouedere,che gli Sbirri, & Eſecutori non eccedano nel loro Officio, acciò non vengano le ingiurie di doue ſi hà da promettere l'effetto della Giuſtizia, ordina, e commanda à tutti gli Sbirri, & Eſecutori della Città, Contado, e Diſtretto di Bologna, che debbano eſercitare il loro Officio fedelmente, e ſinceramente ſotto pena della perpetua priuazione del loro Officio in ogni caſo di mancamento, & altre pene ad arbitrio di S. Signoria Illuſtriſſima.

§. 2. Et in particolare non doueranno mai offendere alcun Catturato in qualſiuoglia modo ſenza legitima cauſa, nè commettere alcun' atto d'impudicizia, ò dire parole impudiche alla preſenza d'alcuna Donna honeſta nella Caſa del Catturato, ò fuori, nè douerà alcuno di loro ſotto finzione, ò ſimulazione di catturare qualche perſona, ò d'altra Eſecuzione entrare in Caſa di Donne honeſte; nè ſeruirſi del nome della Corte per far sì che alcuna Donna, quantunque meretrice, acconſenta alle ſue voglie, ſotto pena di trè tratti di corda, ò di cinque anni di galera, ò altra maggiore ſino alla morte incluſiuè ſecondo la qualità del fatto ad arbitrio di S. Signoria Illuſtriſſima.

§. 3 E ſe alcuno Sbirro, ò altro Eſecutore nel fare le ſue Eſecuzioni commetteſſe furto, incorrerà in pena della galera ad arbitrio come ſopra; e ſe il furto ſarà di coſa notabile della forca.

§. 4. Qualunque Sbirro, ò altro Eſecutore faceſſe falſa relazione, quando riferiſſe d'eſſer ſtato offeſo, ò impedito, ſarà punito con la ſteſſa pena, con la quale ſarebbe ſtato punito quello, contro di chi haueſſe fatto tale relazione, ſe quella foſſe ſtata vera, mà fuori di queſti caſi la pena ſarà arbitraria, etiam corporale, conforme alla qualità della falſità.

*SVMMARIVM.*

1 *Birruarij perſonæ viles, & abiectæ ſunt.*
2 *Ideò difficile eſt, quòd fideles ſint, & ſincerè exerceant eorum Officium,*
3 *Facilè corrumpuntur odio, prece, vel pretio.*
4 *Et*

4 *Et hoc, quis non puniuntur.*

5 *Sunt viles, voraces, praui, pertinaces, & proterui.*

6 *Executores Iuſtitiæ maximè criminalis non erant antiquitùs perſonæ viles.*

7 *Carnificis Officium antiquitùs non erat vile.*

*Plura de Officio Carnificis, & an Peregrini poſſint ad hoc Officium exercendum cogi, & an poſſit ſaltem aliquis ex carceratis, vel condemnatis. ſub eodem num. 7.*

8 *Birruorij in actu capturæ tenentur oſtendere Mandata.*

9 *Nec ſufficit, quòd habeant Mandatum viua voce conceſſum.*

10 *Officium Birruariorum conſiſtit in procurando ne fiant damna in Ciuitatibus.*

11 *Non debent diſſimulare, nec permittere rixas, & multò minùs dare occaſionem rixis, vt lucrum indè capere poſſint,*

12 *Debent capere repertos in fragranti crimine.*

13 *Debent captos cuſtodire vſquequo conſignent eos Commentarienſi.*

14 *Nec excuſantur, ſi ob incuriam, ſeu ſomnolentiam capturati fugiunt.*

15 *Miles fuit decapitatus, ex quo obdormiuit in cuſtodia captiui magnæ importantiæ, qui aufugit.*

16 *Somnus eſt accidens naturalis, cui reſiſti non poteſt.*

17 *At non excuſat à culpa.*

18 *Birruarius delinquens in Officio, eo priuatur ſumariè, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura Iudicij.*

*Etiamſi deficiat in Officio ex negligentia. ibid. & num. 21.* verſ. quæro ſecundò.

*Sed qualis debeat eſſe negligentia. ibidem.*

*An ob negligentiam Officialis poſſit puniri pœna corporali. ibidem.*

19 *Nec poteſt amplius exercere, etiam ſi Princeps faciat gratiam.*

20 *Et ſe ingerens poſt decretum priuationis, punitur.*

21 *Contrarium, quando extat gratia.*

*Iudex poteſt remouere Birruorios. num. 21.*

*etiam ob ſolam negligentiam eodem numer. 21.* verſ. quæro ſecundò.

*Sed qualis debeat eſſe negligentia. ibidem.* verſ. requiritur tamen, & verſ. & ſic requiritur; *vbi dicitur, quòd debet eſſe talis, vt præſeferat latam culpam.*

*Culpa leuis ſicut non habetur in conſideratione ita nec negligentia leuis debet conſiderari. dicto num. 21.* verſ. & ſic requiritur.

*Priuatio Officij irrogat infamiam. ſub num. 21.* verſ. ratio autem.

*Carceratorum tranſportatio competit Birruarijs, & an de nocte fieri debeat. eod. nu. 21.* verſic. vndè dixi.

*Negligens in Officio an debeat pœna corporali puniri. eodem numer. 21.* verſ. credebam verò.

*Dolus requiritur ad pœnam corporalem. nu. 21.* verſ. ſecundò quia propter.

*Excipiuntur tamen certi caſus in Iure expreſſi. ibidem.* verſ. tertiò quia.

*Iudex negligens circa cuſtodiam carceratorum quomodo puniendus. d. num. 21.* verſ. tertiò quia.

*Cuſtos carcerum quomodo puniendus propter ſolam negligentiam in cuſtodia carceratorum. num. 21.* verſ. tertiò quia.

*Electio mala quando noceat eligenti, eod. n. 21.* verſic. opponebatur de mala.

22 *Officialis, qui exercet ex gratia poteſt priuari Officio, ſi in eo delinquit.*

23 *Secus ſi exercet quia emit illud ſed benè cogitur vendere.*

24 *Officialis an pendente inquiſitione ſit ſuſpendendus ab Officio remiſſiuè.*

25 *Quid ſi poſt ſententiam priuationis appellauit.*

26 *Officialis ex quibus cauſis ab officio ſuſpendatur remiſſiuè.*

27 *In materia ſuſpenſionis ab officio prudenter procedi debet.*

28 *Debent dari capita, vt poſſit ſe defendere.*

29 *Suſpenſio ab officio quandoque cedit in pœnam.*

30 *Birruarij non debent malè tractare aliquem tempore capturæ.*

*Qui Doctores tractent de materia. ibidem.*

31 *Fallit quando reperiunt reſiſtentem. & 56.*

32 *Sed tunc debent ſeruare moderamen inculpatæ tutelæ.*

33 *In quibus conſiſtit moderamen.*

34 *Non debent ex ſola fuga fugientem offendere.*

35 *Excedentes puniuntur pœna triremium.*

36 *Sed quod exilio, ſeu leniori pœna plecti debent.*

37 *Capitaneus Birruariorum, qui proſequendo contumacem exclamauit,* ammazzate, ammazzate, *ſequuto homicidio fuit damnatus exilio,*

38 *Quia animus non erat ordinatus ad malefaciendum.*

39 *Birruorijs non licet abſque reatu homicidij occidere bannitum in poſſe Curiæ exiſtentem. & num. 58.*

40 *Crudele eſt hominem dedititium occidere.*

41 *Etiamſi ſit hoſtis, qui in bello captus carere deberet omnibus auxilijs, vt num. 57.*

42 *Birruariorum, ſeù Curiæ in poſſe exiſtens dicitur eſſe ſub Protectione, & Tutela Principis.*

43 *Et ex hoc Bart. ait, quod illum occidens incurrit crimen læſæ Maieſtatis.*

44 *Sed reprobatur Bart. à Nello, & Sanfelic.*

45 *Primi motus excuſant à pœna ordinaria.*

46 *Etiam authorem rixæ.*

47 *Homines licèt plus, vel minus iraſcantur, omnes habent naturaliter dictos primos motus, quibus nequeunt per ſe reſiſtere.*

48 *Paſſio quando afficit partes ſenſitiuas quales ſunt iraſcibilis, & concupiſcibilis impedit ne rationi ſubijciantur.*

50 *Homines prudentiſſimi, & Magni Principes vincuntur ab ira, eò fortiùs plebei.*

51 *Iraſci ex ignorantia iudicandi naſcitur.*

52 *Ad iram eo quis eſt tardior, quò eſt generoſior.*

53 *Canis occiſio, imò ſolum oculorum obtuitus ſufficiunt ad mouendum aliquem in ſubitaneis caſibus ad delinquendum.*

54 *Fiſcalis, qui foriudicatum occidi mandauerat in poſſe Curiæ exiſtentem, & illi Sacramenta, & acceſſum ad Tribunal Audientiæ denegauerat fuit deportatus in Inſulam.*

120 *Carceratio paſsa quandoque cedit in locum pœna.*

121 *Birruarij, qui de nocte inſiliunt in deambulantem abſque eo, quod ſe manifeſtent pro Birruarijs, & quia is extrahit enſem ad ſe defendendum, referunt Curiæ eumdem feciſse reſiſtentiam, debent puniri, quia falsò referunt.*

## Gli Sbirri, & Eſecutori debbano eſercitare il loro Officio fedelmente, e ſinceramente.

DIfficile eſt, quòd perſonæ viles, & abiectæ, quales ſunt
1 Birruarij, teſte Gramm. &
Danza *in addit. ad eum deciſ.*
41. *num.* 1. & 5. & qui, vt ait
Curellus *ad leges Siculas tit.*
*ad leges Martini cap.* 18. *nota* 18. *numer.* 1. ad
communem nati ſunt perniciem, ſint fideles, & fidelitèr, ac ſincerè eorum officium
2 exerceant, quod cum mira exclamatione
conſiderat Didacus Perez *ſuper ordinat. Caſtellæ lib.* 2. *tit.* 14. *leg.* 3. *verbo iurent lit. A.*
3 Etenim huiuſmodi homunciones cum facilitate odio, prece, vel pretio corrumpuntur, vt ex Autore Damnato *ad ſecundam*
*par. conſuet. Pariſ. tit.* 22. §. 52. *gloſ.* 1. *n.* 184.
ſcripſit Petrus Peckius *de iure ſiſtendi cap.* 24.
4 *num.* 1. qui exiſtimat hoc contingere, quia
non puniuntur: defectus enim Iuſtitiæ, vt
ait, & licentia peccandi facit eiuſmodi apparitores verè eſſe, quod de eis ſcribunt Ve-
5 teres, quòd *ſunt* vt plurimum *viles, voraces,*
*praui, auari, pertinaces, & proterui* & allegat
Par. Bald. Federic. de Sen. Tiraquell. *locis*
per eum *citatis* ſubdens hoc ſatis probari *in l. prima C. de muner. lib.* 12. *& in l. prima C. de priuil. eorum, qui in palat. milit. & in l. omnes C. de Epiſ. & Cler.* quibus addendus eſt Beratt. *Specul. viſit. c.* 21. *num.* 15. *in fine*, vbi ait, quòd modica regulariter eiſdem datur fides, nam à communitèr accidentibus, *ſunt mendaces fraudulenti, iactatores, pauidi, inertes, malitioſi, voraces, & ebrij, quorum finis eſt miſeria mori.*

Propterea optandum, quòd antiqua tempora reuertantur, quando, ſi credendum eſt Caſſan. *conſuetud. Burgund. tit. de Iuſtices* §. 7. *verbo de ſimple reſcouſſe num.* 47.
6 Executores Iuſtitiæ, præſertim criminalis, nō
erant viles perſonæ, & ad hoc Caſſan. *ibid.*
refert plures paſſus Sacræ Scripturæ, ex quibus deſumitur, quod Primates exequebantur etiam ſuſpendendo, vt videre eſt Ioſuè *cap.* 8. Regum 1. *cap.* 15. *verſ.* 25. Regum 2. *cap.* 1. & *cap.* 4. & Regum 3. *cap.* 2. & 4. comprobant Gregor. Tholoſan. *ſyntagm. Iuris par.* 3. *lib.* 31. *cap.* 38. *num.* 2. *& ſeqq.* Bouadilla *politica lib.* 2. *cap.* 3. *in fine*, & latiùs Io: Henslerius *de execut. legum in* 3. *tomo Iuris publici varior. theſi* 49. *fol. mihi* 515. & latiſſimè Ricciul. *de perſonis reprobis lib.* 12. *c.* 7. & Didac. Perez *ordin. Caſtell. lib.* 2. *tit.* 14.
*leg.* 78. *lit. A. verſic. vndè infero.* qui tradit etiā
7 Carnificis Officium non fuiſſe vile, & ideò
non ſolùm viles, ſed etiam nobiles poſſe compelli ad illud exercendum in caſu neceſſitatis affirmat *ibid.* Sed hoc non legitur cautū, aut obſeruatū apud aliā Nationē quā Iudęorū, & in caſu particulari apud Hiſpanos, vbi teſte Thoma Frāces *conſul. in re morali conſult.* 24. *nu.* 1. ex Ludo. Velaſq. de Auēdano *in gloſſ ad l. Taurinas leg.* 9. *gloſ.* 9. *num.* 9. extat lex qua mandatur, quod mariti accuſantes Vxores de adulterio, quatenus vxor, & adulter indè damnentur ad mortem, debeant ipſi Carnificis officio fungi, & refert idē Frāces *in d. conſult.* quòd ita fuit iudicatū, & ſubdit, quod in actu executionis deprecatus Maritus ad parcendum Vxori, & adultero ſemper recuſauit; ſed poſtremò, cùm ad inſtantium petitionem recitaſſet alta voce Orationem Dominicam *Pater noſter* in ſubſidium animarum decollandorum, & perueniſſet ad ly verba: *dimitte nobis debita noſtra, ſicut nos dimittimus debitoribus noſtris*, Populus exclamauit dimiſit, dimiſit, & plurimi aſcendentes patibulum eoſdem, conſentientibus Iuſtitiæ Miniſtris, liberarunt: Apud alias enim Nationes, quod ſciam Officium Carnificis vile, & abiectum exiſtimatur, vt ex Gregor. Tholoſan. *loco cit.* dicit Otero *de Officialibus par.* 2. *cap.* 22. *n.* 4. & 6. & Io: Belitz *de proceſſu criminali tabula vltima quæſito* 7. *fol. mihi* 39. ait quòd hodie ex opinione hominum Carnifices aliqua macula laborant, adeo vt cum ijs multùm conuerſari viro honeſto probroſum habeatur, & allegat Iodoch. *pract. crim. cap.* 153. *num.* 11. & Carpzou. *pract. crim. par.* 3. *q.* 137. *numer.* 58. & 59. ſunt enim, vt inquit Tholoſan. *loc. citato numer.* 6. exoſi vel natura ipſa huiuſmodi homines, qui exequuntur mortis etiam meritæ ſupplicium, vtpotè effuſores communis ſanguinis natura condolente humano interitu alterius, vt plebs refugiat deſtructoris naturæ ſimilis conſortium: locumque, vbi is ſit, funeſtum arbitratur Cicero, qui *in Oratione pro Rabirio* funeſtari Concionem *Lictoris, ſeù Carnificis* interuentu dixit, vt refert Tholoſan. qui plura notabilia affert *ibidem*, prout faciunt Carthar. *crim. dec.* 68. *n.* 17. *& ſeqq.* & Muta *ad pragm. tit.* 52. *de condemnatis ad mortem nu.* 3. 4. 5. & 6. Propterea in defectum Carnificis non debet compelli ad tale Miniſterium perſona honeſtæ conditionis, ſed multùm vilis, vt ex Gloſa, Bart. & Bald. vult Otero *loc. cit. num.* 7. & aliquando ad hoc Miniſterium angariantur peregrini, vt dicit Otero *d. num.* 7. qui ex Parid. de Puteo *de Sindic. verbo Maniuoltus num.* 5. refert, quod ita fuit obſeruatum in hac Ciuitate Bononiæ, vbi quidam Peregrinus ignotus ob defectum Carnificis publici fuit compulſus ad trucidandum quemdam Reum, velo tamen ori

impoſito, vt ignominiam, prout magis poſſibile eſſet, effugeret: Sed hoc, quantum poteſt fieri, eſt euitandum, quia poteſt indè euenire malum ob conditionem peregrini, & eſt melius, quòd condonatione ſupplicij inuitetur aliquis Reus carceratus, vt ex Bart. & Angel. aduertit Otero *loco cit. nu.* 13. qui tamen dicit, quòd poteſt aliquis carceratorum conuictus, vel condemnatus ad pœnam capitis, vel metalli adſtringi ad talem executionem faciendam. Vide Otero, qui plura circa hanc materiam refert: & vide Mutam *ad Cap. tula Siciliæ tom.* 1 *cap.* 11. *num.* 3. qui ex lo: Ant. Boſellio *ad Statutum Parmæ tit. de offic. Iudic. col.* 2. *lib.* 1. & ex Baldo *in l. fin. C. de execut. rei indicat.* & Carocelo *de loc. & conduct. concl.* 64. *fol.* 271. plura de hoc notabilia ponit: & idem Muta plura etiam notabilia ponit *in d. tit.* 52. *de condemnatis ad mortem à num.* 3. *vſque in finem.*

Præſertim dicit quod Carnifici, dum munus ſui Officij exequitur, maximus debet eſſe reſpectus, & nec debet aliquo modo impediri, & citat Gregor Tholoſ. *ſintagm. iuris par.* 3. *lib.* 31. *cap. fin. num.* 7. & ex Bouadilla *in politica cap.* 15. *lib.* 3. *tit. dela viſita de carcel. num.* 137. refert quod Carolus V. Imper. ſtatuit ne ſub pœna mortis detur impedimentum, aut operetur vt deſiſteret ab executione iuſtitiæ, & citat etiam adhoc Gugliel. de Robil. *in tract. de iuſtitia cap fin. verſ adhuc quæro*, & Clar. *in pract. quæſt.* 98. *num.* 9. & ideò ſi mannara, ſeu enſis non ita ſubito ſuccideret non ob id debet offendi, vel damni aliquid pati, niſi cum dolo hoc egerit; caueant tamen hi manigoldi, quia ex Bouadilla *loc. cit.* ſubdit Muta quod in Saxonia vno die fuerunt ob hoc quinque Carnifices, ſeù Boiæ occiſi à populo cum petris, & fuſtibus, & lignis.

Dicit ſecundò, quod, ſi laqueus, ſeu corda rumpatur, & ſuſpendendus cadat in terram viuus non ob id debet carnifex deſiſtere, aut impediri, ne reducat eundem ſupra furcas & iuſtitiam exequatur: Sed ſcio in facti contingentia fuiſſe in Ciuitate Fauentiæ tempore Legationis Eminētiſs. & Reuerendiſs. D. Cardin. Donghij liberatum à morte quemdam facinoroſum, qui fracto laqueo in terram viuus ceciderat, & ego vidi tabellam, quam pro voto ille miſerabilis appendit *in Cappella SS. Crucifixi in Eccleſia Capuccinorum exiſtente*, vbi poſt modum ipſe per aliquos annos cum maxima exemplaritate vixit, verum quia, vt ait Horatius

*Naturam expellas furca tamen vſque recurret*,

& ille alius Poeta

*Natura inclina al male, e viene à farſi*
*L' habito poi difficile à mutarſi.*

reuerſus deinde fuit ad furta, & facinora, & tempore Legationis Eminentiſſimi & Reuerendiſſimi D. Cardin. Bandinelli fuit captus, & verè furcis ſuſpenſus in eadem Ciuitate: & ſcio etiam quod de anno 1684. ſeù 1685. fuit repræhenſus, & ad Vrbem vocatus quidam Officialis, qui iuſſerat in Gubernio Froſinonis reduci ad furcas, & ſuſpendi quemdam, qui fracto laqueo in terram viuus ceciderat.

Verum eſt quod in hac materia Muta *loc. cit. num.* 10. Lucas de Penna *in l. ſi quis fortè C. de deſertor. col.* 7. *lib.* 12. Apoſtilla ad Dec. *in leg. fauorabiliores num.* 7. *ff. de regul. iuris* Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt* 44. Caſſan. *conſuetud. Burgund. tit. de iuſtices verſ. s'alcun comet num.* 124. Viuiùs *com. opin. verbo condemnatus* Tiraquell. *de pœnis temperand. cauſa fin.* quos citat Muta, & Caball. *crimin. reſol.* 257. *per tot.* & Scannarol. *de viſit. carcerat. lib. primo* §. 5. *cap.* 2. *num.* 21. & 22. diſtinguunt inter eum qui fuit condemnatus ex plenis probationibus, & eum qui fuit condemnatus ex præſumptionibus: Secundò inter eum qui proteſtatus fuit de innocentia, & eum qui nihil prius dixit: Tertiò inter eum qui prorſus illæſus in terram cecidit, & eum qui aliquo modo, & in aliqua corporis parte remanſit offenſus, moti ex ratione, & præſumptione miraculi quod debet eſſe ex omni parte perfectū: Nihilominus conſulo, quod Iudex fracto quouis modo laqueo faciat ſuperſedere in vlteriori executione iuſtitiæ, & conſulat Principē, quia hoc modo erit tutus ab omni repræhenſione, & ab omni ſcrupulo, & ab omni populi inſultu, & imprecatione.

Dicit tertiò, Muta *ibidem num.* 15. quod condemnatorum, & ad mortem conductorum veſtimenta ſunt Boiæ, qui eos iuſtitiauit, & citat ſe ipſum *ad capitula Regni capitulo* 169. *num. vlt. tom.* 4. vbi ait ad hoc allegaſſe Bart. & Torquatum Taſſum, quibus addit Bouadill. *in politica d. c.* 15. *lib.* 3 *n.* 138. *text. in leg. diuus ff. de bon. damnat.* & Robil. *de iuſtitia, & iure lib.* 3. *cap.* 10. Clar. *quæſt. fin. in fine*, Tholoſan. *ſintagm. iuris par* 3. *lib.* 32. *cap.* 28. *num. primo* Carrer. *pract. crim. num.* 58. *fol.* 231. & ſubdit Muta *num* 16. res aureas excedentes valorem quinque ducatorum ſpectare ad Fiſcum ex Bouadill. *loc. cit. d. num.* 138. & Carnificem non debere relinquere nudum, & in totum ſpoliatum cadauer, quia hoc eſt prohibitum Boiæ & ex Marcellin. *lib.* 38 *hiſtor.* & ex Bouadilla *loc. cit.* refert quod quidam Poia, ſiue Carnifex fuit viuus ſucenſus ex eo, quia poſtquam duxerat ad ſupplicium quandam adulteram expoliauit eam in totum veſtibus ſuis, nudamque reliquit; ſed explicat id eueniſſe non quia veſtibus mortuam ſpoliauerat, ſed quia in vita ſubſtulerat, & nudam reliquerat, & dehoneſtatem cauſauerat contra ea, quæ ſcripſit Plinius *lib.* 7. *cap.* 17. Solin. *cap.* 5. *in fine* Tiraquell. *in* 4. *leg. Connubial. gloſ. prima par.* 4. *num.* 11. & *ſequen.*

Dicit quartò, quod condemnatus ſi nolit re-

lit recipere ſuffragia pro bene moriendo,
ſed velit deſperatus, & impœnitens decedere,
adhuc ducitur ad patibulum, & citat Caſ-
ſan. & ſe ipſum *in cap. ritus* 169. *numer*. 31.
*tom*. 4.

Dicit quintò, quod qui ex furcis tollit
cadauer ſuſpenſi debet puniri, & allegat
Bald. Caſtell. Couar Ripa Petrum de Ra-
uenna Claud. Battandiet. Talladam Azeued.
Tholoſ. Gomez Clar. Rebuff. Caſſan. Me-
noch. Farinac. Bouadill.

Plura alia ponit Muta, quæ poteris per te
ipſum videre, & penès eum & penes Ant.
Gammam, qui *per octo quæſtiones impreſſas
poſt eius deciſiones*, agit de materia ad con-
demnatos ad mortem ſpectante.

Sed quidquid ſit de Officio carnificis cer-
tum eſt, quod multi dicunt Officium Ba-
roncelli, ſaltem Curiæ Principis, non eſſe
vile, vt videre eſt apud Otero *loc. cit. cap*. 2.
*num. primo*, & Nouar. *quæſt. forenſ*. 16. *num*. 7.
at quouſque electio cadat in aliquem ex iis,
qui birruarij officio ſunt functi, bene ap-
propriatur dicterium cuiuſdam Philoſophi,
quod fructus ab arbore non procul cadit.

Sed veniamus ad vtiliora. Birruariorum
officium conſiſtit potiſſimum in exequen-
do mandata ciuilia, ſeù criminalia ſibi à Iu-
dice, ſeù de eius ordine tradita, vt ait Otero
*d. cap*. 2. *nu*. 7. quæ mandata tenentur etiam
8 oſtendere in actu executionis, ſeù capturæ,
vt per Text. *in leg. prohibitum Cod. de Iure
Fiſci lib*. 10. inquit Farin. *quæſt*. 32. *num*. 31.
& Danza *loc. cit. num*. 12. Caſſaneus *conſue-
tud. Burgund. tit. de Iuſtices, & Droicez*. §. 6.
*num*. 61. *verbo Meſſiers, & Sergiens*, & ex hoc
notabiliter Perez *loc. cit. leg. prima lit. A. cir-
ca finem*, ait non ſufficere quod Birruarius
9 habeat mandatum viua voce conceſſum,
etiam ſi teſtibus probari poſſit: Et conſiſtit
10 in procurando tam de die, quam de noctè,
ne in Ciuitate fiant damna, & mala, vt di-
cit Didacus Perez *loc. cit. lib*. 2. *tit*. 14. *lege
xviij. verſ. que no ſe hagan daños lit. A.* ſubdens
11 quod non debent diſſimulare, nec permit-
tere rixas, & eo minus dare occaſionem
rixæ, vt inde lucrum aliquod iniuſtum, &
contra conſcientiam reportent: hoc enim
agentes ſunt puniendi, quia tenentur ratio-
ne officij occaſionibus obuiare, & prohibe-
re eos, quos viderint ad rixas tendere ar-
gum. Text. *in l. ſtipulationes* §. *planè ff. de ver-
bo obligat. & l. finali* §. *ipſum autem, vbi Gloſ.
Cod. de bon. quælibet*. & Marſil. *conſ*. 21. *nu*. 23.
quare vt ſubdit Perez *ibid*. Officiales, qui
rixantes vident, nec ſtatim ad eos accedunt,
vt impediant, de omni damno tenentur abſ-
que dubio, ſaltem in Tribunali Dei Omni-
potentis, qui omnia videt, & iudicat: De-
12 bent perquirere Malefactores, & repertos
in fraganti poſſunt capere, & carceribus
mancipare abſque Iudicis mandato, licèt
enim birruarij nequeant abſque Iudicis mã-
dato in ſcriptis redacto exequutionem face-
re iuxta Text. *in leg. neminem C. de exhibend.
Reis* Bouadilla *politica lib. primo cap*. 13. *nu-
mer*. 16. Otero *d. cap*. 2. *num*. 9. nihilominus
hoc non procedit quoad eos, quos in fra-
grantia criminis reperiunt, quia hos poſſunt,
& debent capere, & carceribus mancipare
iuxta Gloſ. *in leg. fin. Cod. de exhibend. Reis*,
Boſſ. *tit. de denunciat. num*. 14. Franc. Hiero-
nim Leo. *deciſ. Valent*. 34. *numer*. 22. & 39.
Farinac. *d. quæſt*. 32. *num*. 34. *& ſeqq*. Didac.
Perez. *loc. cit. leg. prima lit. A.* & Danza *in
addit. ad Gramm. d. deciſ*. 41. *num*. 13. & 15.
13 Conſiſtit etiam in eoſdem malefactores ca-
ptos cuſtodiendo, vſque quo duxerint ad
carceres, & commentarienſibus conſigna-
uerint, alias enim ſi permittãt per incuriam,
14 aut ſomnolentiam eos aufugere, grauiter
peccant, quia cuſtodibus præceptum eſt, vt
vigilent, debentq; ex ipſo nomine ſcire quid
eos oporteat facere ad Text. *in leg. prima C.
de offic. Præfecti Vrbis, & l. defenſores C. de defenſ.
Ciuit*. & debent puniri vt ex dictis Iuribus
inquiunt Caball. *crim. reſol*. 294. *num*. 231.
*& ſeq*. & Bellus *de re milit. par*. 10. *tit*. 2. *nu-
15 mer*. 93. *& ſeq*. qui *num*. 95. ponit exem-
plum in milite, quem Princeps fecit decapi-
tare, ex quo obdormiuit in cuſtodia capti-
ui magnæ importantiæ, qui dum ducceba-
tur ad ipſum Principem aufugit tempore,
quo miles dormiebat, licèt enim ſomnus
16 ſit accidens naturalis, cui reſiſti non poteſt,
cum nemo poſſit ſemper vigilare, attamen
17 non excuſat in vera culpa Bald. *in leg*. 3.
§. *cognoſcit nu*. 3. *in vlt. verbis ff. de offic. Præf.
Vigil*. Gloſ. *in leg. cum ita* §. *ſpecies ff. delegat.
ſecundò* & Caluin. *de æquitate lib. primo cap*.
100. videndus quia plura notabilia ponit ad
propoſitum commentarienſis, & refert *nu-
mer*. 28. quod *de anno* 1619. fuit vltimo ſup-
plicio affectus quidam *Caporalis Arcis Porta
Iouis* ex eo quia propter eius negligentiam
aufugerat ab Arce prædicta *Marchio Gallusu*,
qui captus in Bello Sabaudico cuſtodieba-
tur in d. Arce, & Caball. *loc. citat*. ſubdit
quod vbi cuſtodiam quis debet præſtare ex
incumbenti ſibi officio, non excuſatur pro-
pter caſum contingentem, niſi probet ca-
rentiam culpæ, & hoc idem dicit Didac.
Perez *ad ordinat. Caſtellæ lib*. 2. *tit*. 14. *leg*. 12.
*lit. A. in princ*. apud quem plures quæſt. no-
tabiles ſuper hac materia habentur.

Dixi quod tenentur captos cuſtodire vſ-
que quo duxerint ad carceres, & cuſtodibus
conſignauerint, nam debent eos ducere
ad carceres, & non retinere penès ſe, vel
in ſuis domibus vt aduertit Otero *d. cap*. 2.
*num*. 5. & poſtquam Reus duxerunt ad car-
ceres, debent hoc Iudici notificare, Otero
*ibid. num*. 5. ſufficit tamen quod referat No-
tario, qui debet relationem ſcribere, & in
actis redigere.

Conſiſtit Officium birruarij etiam in vi-
ſita, quam tenentur facere hoſpitiorum, &
lupanariorum, vt ex Azzeuedo, Platea, &

Bouadilla dicit Otero *d. cap. 2. nu. 6.* ibi *ad Officium Iudicis, & Officialis pertinet circuire, & inquirere domos, Tabernas, & Balnea, vt videant, ſiqua fraus, deceptio, vel delictum, vel aliquid aliud contra publicam vtilitatem committatur.*

Vide plura penès Bouadill. *politica lib. primo cap. 13. num. 11. & ſeqq.* qui latiſſimè tractat de incumbentibus Baroncello.

## Sotto pena della priuatione del loro Officio.

Concordant cum Text. expreſſo *in l. carceri ff. de cuſtodia Reor. & in l. 2. C. de ſportul. in l. ſi aliquid C. de ſuſceptorib. lib. 10. & l. Iudices C. de dignitat. lib. 12. & l. ſi quos C. de Offic. Præfec. Prætor.* & Peckius *de iure ſiſtendi*
18 *cap. 24. num. 26. & ſeq.* ait quod ad dictam remotionem non ordinario, & ſolemni ritu, ſeù ordine iudiciorum, ſed ſummariè, de plano, velo leuato, & ſine ſtrepitu eſſe procedendum ex Bald. *in l. fin. ff. de var. & extraord. crim.* & ampliat hoc Peckius *ibidem,* procedere, nedum quando ex malitia, & improbitate, vel corruptione, ſed & quando ex ſola negligentia deficiunt iuxtà doctrinam Beluiſij *in prax. ſub tit. de citation. cap. 11. num. 15.* & meritò indicitur priuatio officij, quia officium, in quo quis deliquit,
19 non poteſt amplius exercere, non obſtante gratia Principis, vt eſt Text. expreſſus *in d. l. ſi aliquid C. de ſuſcept. & arch. lib. 10. & in l. nullus C. de Palatin. ſacr. largit. lib. 12.* Rouit. *deciſ. 62. per tot.* Faber. *§. cum autem num. 4. Inſtit. quibus modis ius patr. poteſt. finitur,* & Caſſan. *conſuet. Burgund. tit. de iuſtices rub. prima §. 5. num. 147.* Par. de Put. *de ſindic. verbo negligentia cap. 4.* Petr. Peckius *de iure ſiſtendi cap. 24. num. 8.* Farinac. *quæſt. 19. num. 43. & ſeqq.*

Et quatenùs ſe ingerat amplius in offi-
20 cio poſt decretum priuationis, debet puniri, vt ex Io: Battiſta Thor. *vot. 78.* dicit Danza *in addition. ad Gramm. deciſion. 41. numer. 34.*

21 Verùm quod dicitur de gratia Principis non putat verùm Peckius *loc. cit.* quia Princeps ſibi manum non claudit, & ideò poteſt gratiare, & diſpenſare, & hoc vſu receptum aſſerit in fine, & hoc idem conciliando Text. *in l. placet Cod. de Epiſcop. & Cler. & in d. l. ſi aliquid cum text. in cap. vt conſtitueretur diſtinct. 50.* vbi contrarium videtur ſtatui, reſpondet Alberic. *in d. l. ſi quos num. 3. Cod. de offic. Præfect. Prætor. Orient.* quod reaſſumit de gratia, & diſpenſatione, non vero de iure communi, ſed conciliatur meliùs vtraque opinio dicendo quod niſi Princeps expræſsè, & ſpecialiter deroget iuribus, quæ prohibent, non poteſt ad officium, quo fuit priuatus admitti, vt ex Franc. Marci *deciſ. 390.* ait Nouar. *in addit. ad Vincenc. de Franc. deciſ. 8. verſ. nota tamen in fine;* cenſetur enim gratia ſubreptitia, ſi non ſit facta expreſſa mentio, & derogatio, vt dicit Imperator *in d. l ſi aliquid.*

Quæro primò. An Iudex valeat remouere birruarios ob deficientiam in eorum officio? Petrus Peckius *de iure ſiſtendi cap. 24. num. 8.* tenet partem negatiuam ob autoritatem Fabri, Conſtant. Part. & Parid de Put. *locis ab eo citatis,* & ob rationem, quia ſolus Princeps eos creat vt dicit Auendan. *de exeq. mandat. Regio par. prima cap. 10. num. 11.* & Oter. *de Officialib. par. 2. cap. 2. num. 3. remiſſiuè;* Sed partem affirmatiuam tutiorem eſſe crederem tam in terminis Iuris communis vt eſt Text. expreſſus *in leg. 2. Cod. de ſportul.* quam in terminis Bannimentorum, quia ſtante expreſſa diſpoſitione Bannimentorum remoueri mandantium, poterit Iudex eoſdem delinquentes, & in officio deficientes in vim, & exequutionem eiuſdem diſpoſitionis remouere, nam videtur Princeps hanc facultatem Iudici conceſſiſſe eumdemque legis exequutorem conſtituiſſe ad Text. *in l. prima §. fin. ff. ad Sen. Conſult. Turpillian.* & quamuis regula ſit quod ſi Officiales delinquunt hoc debeat Principi referri; nihilominus non procedit in minoribus, & multò minùs in his minimis Officialibus, vt expreſsè ſancitur *in l. ſi grauius C. de dignit. lib. 12.* ibi *ſuper illuſtribus quidem nobis ſuggeri iubemus: ſuper cæteris verò quadam minore dignitate decoratis ad tui referri culminis notionem,* & hoc idem ex Text. *in auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffrag. §. volumus autem,* colligunt Bart. & Angel. *ibid.* Immò iſti minimi, & viles officiales, vt *dixi ſupra nu. 18.* remouentur ordine iudiciario non ſeruato, & vt dicam *infra nu. 99.* etiam abſque ſententia puniuntur.

Intelligo tamen hoc eſſe verum quoad birruarios nam quoad Baroncellos ſpectat ad Principem eos remouere, & nunquam vidi aliter ſeruatum.

Quæro ſecundò. An birruarij ob ſolam negligentiam ſint remouēdi ab officio? Reſpondeas affirmatiuè non ſolū vigore Bannimentorum ibi *in ogni caſo di mancamento.* Sed etiam vigore Iuris communis per Iura allegata *num. 18.* & per Text. *in l. ſi quos C. de Offic. Præfect. Prætor. & in cap. primo de offic. Cuſtod. & in cap. ea quæ de Offic. Archidiac. & in cap. ſi qui Epiſcopi §. ecce cum honoris prima quæſt. prima* Gloſa *in d. cap. ea quæ verbo negligentia, & in cap. ſi quis Abbas verbo cautus 18. quæſt. 2.* & Anton. de Butrio *in d. cap. primo numer. 4. de offic. cuſtod.* & ita in terminis ait Peckius citatus *num. 18.*

Requiritur tamen adhoc, vt interet priuatio officii, quod negligentia ſit craſſa, vt dicit Gloſa *in d. cap. ea quæ verbo negligentia, & in cap. dictum verbo negligentia diſtinct. 81. in cap. dilecti verbo inſufficientem extrà de renunciat. & in cap. ea quæ extrà de ſtatu Monachor.*

& mo-

& mouetur argumento Text. *in cap. quicquid prima qu. prima & cap. primo de ordin. ab Epiſc. & in l. magna negligentia ff. de verb. ſignif.* & magnam eſſe debere firmat Abbas *in dicto cap. ea quæ col. prima de ſtatu monachor.* quem ſequitur Dec. *in l. ſi quis in conſcribendo nu.* 15. *C. de pact.* & Seſſ. *in reſponſo ſindicatus num.* 35. *poſt tract. de inhibit.* addit negligentiam eſſe debere etiam multum notabilem.

Et ſic requiritur, quod negligentia ſit talis, quæ præſeferat latam culpam: conuertuntur enim inter ſe termini negligentię, & culpæ, quia non datur negligentia ſine culpa, imo negligentia non eſt aliud quam culpa, vt eſt Text. *in leg. magna ff. de verb. ſignif.* Et propterea quot ſunt ſpecies culpæ, tot ſunt ſpecies negligentię, vt aduertit Io; Chriſtophorus de Vargas *de ſindicat. tom. 2. par. 8. tit. 3. conſid. 2. num. primo*, Et ſicut culpa leuiſſima non habetur in conſideratione ad effectum agendi criminaliter, vt ex Zamar, Pariſ. Farinac. & alijs dicit Vargas *loc. cit. num. 9.* & nec habetur in conſideratione culpa leuis ſi conſiſtit in ſola omiſſione, vt ex Seſſe *loc. cit. num. 14.* ſubdit Vargas *ibid. verſ. lò miſmo*; ità nec negligentia leuiſſima, ſeù leuis debet haberi in conſideratione ad effectum puniendi, & ideò non ſolum ex placito Doctorum, ſed etiam ex ratione, *quæ eſt anima legis*, debet dici, quod negligentia punibilis debet eſſe craſſa, magna, notabilis, hoc eſt debet eſſe lata, & dolo proxima ità, vt quodammodò dolo æquiparetur vt ponderant Seſſe *loc. cit. num. 16.* Vargas *d. conſid. 2. num. 10. & 11. in fine*, & meliùs Valaſco *de Iudice perfecto rub. 15. annot. prima num. 26.* quod de conſuetudine veriſſimum dicit Farinac. *quæſt. 111, num. 425.*

Ratio autem rationis eſt, quia pœna priuationis irrogat infamiam, & magnum dedecus, vt *in leg. cum vno §. exauctoratus ff. de re milit. & l. Iudices C. de dignit. lib. 12. & leg. moris ff. de pœnis*: Et proinde cum circumſpectione, cum moderatione, & ex delicto dolo, ſeu culpa dolo proxima commiſſo procedi debet, vt bene conſiderat Berart. *de viſit. cap. 26. num. 52. verſ. vnde viſitatores, & num. 53. & ſeqq.*

Vnde dixi in facti contingentia N. N. imputatum de magna negligentia adhibita in tranſportatione carceratorum, qui cum eſſent duo debebant tranſportari à pluribus, quam duobus Birruarijs, & non de nocte, ſed de die, quia nox ſemper eſt periculoſa cuſtodię carceratorum, vt habetur *in leg. prima verſ. vbi nox geminauerit cuſtodiam C. de cuſtodia Reorum*, iure meritò fuiſſe priuandum officio, quia cum receſſiſſet ab illa diligentia, quam communiter adhibuiſſent homines eiuſdem profeſſionis, & conditionis debebat teneri de negligentia craſſa, magna, & notabili, & ſic de negligentia, ſeù culpa lata, vt ex Bart. Panormitan. & alijs ait Seſſe *loc. cit. num. 10.* & Vargas *dicta conſider. 2. num. 6.* & per conſequens debebat officio priuari ex Iuribus, & auctoritatibus ſupra recenſitis, & quia fuerat monitus, quod birruarij non erant ſufficientes, præſertim in tranſportatione facienda de nocte, quæ quodamodo interpellationem, & maiorem, ac manifeſtiorem negligentiam importat, dixi quod erat etiam inhabilitandus ad alia quæcunque officia.

Credebam verò, quod non potuiſſet condemnari ad aliquam pœnam corporalem.

Primò quia Iudex non poteſt hoc agere, reſiſtente Text. *in leg. ſi quos C. de offic. Præfect. Prætorum Orien.* in quo textu tribuitur Iudici facultas remouendi ab officio Officialem negligentem, ſed eidem adimitur poteſtas vlterius ad aliam pœnam progrediendi, quia hoc ſibi *Imperatores* reſeruauerunt. Verba *legis* ſunt. *Si quos Iudices, vel propter aduerſam, vel longam corporis valetudinem, vel propter negligentiam, aut furtum, vel ſimile aliquid vitij ſublimitas tua inutiles eſſe repererit, ijs ab adminiſtratione remotis, & in vicem eorum alijs ſubrogatis, furibuſque pœnis legitimis ſubactis, ad noſtræ manſuetudinis ſententiam non crimina, ſed vindicta referatur*: Quatenus ergò N. N. ad aliquid præter priuationem officij debuiſſet teneri, huius cognitio non ad Iudicem, ſed ad Principem pertinebat, vt bene perpendit etiam Cynus *in l. 2. in fine C. de ſportul.*

Secundò, quia propter latam negligentiam, ſeù culpam de iure non imponitur pœna corporalis, vt pluribus oſtendunt Farinac. *quæſtion. 31. numer. 11. & 12.* & Seſſe *loc. citat. numer. 16. in fine & 17.* Et ratio eſt, quia quando agitur de pœna corporali ex delicto, lata culpa non æquiparatur dolo *leg. in lege ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. prima §. primo, & ibi Bart. ff. ſi quis teſtam.* Seſſe *d. num. 16. in fine*, qui ex Clar. Alciat. & Aretin. dicit hanc eſſe communem omnium Doctorum opinionem, & ſine dolo nemo corporalitèr punitur, vt firmant Clar. Farinac. & alij relati à Seſſe *loc. cit.* quicquid ſit in certis caſibus ſpecialiter in iure determinatis, quos recenſet Seſſe *ibid. num. 17.* & 18. Propterea in terminis officialis negligentis non intrare pœnam corporalem, licèt contrarium ſit quoad pœnam pecuniariam, firmant Seſſe *loco citat. num. 16. 17. 24.* & Farinac. *quæſtion. 111. num. 413.*

Tertiò, quia ſi ob magnam negligentiã, ſiuè latam culpam non indicitur pœna corporalis, niſi in caſibus in Iure expreſſis, vt in Cuſtode carceris: in dante poculum ad aliquem bonum finem; in Iudice negligente punire eum, qui commiſſit priuatum carcerem: in Præfecto cuſtodiæ alicuius Caſtri prò vt aduertit Seſſe *loc. cit. num. 18.* vtique, dicebam, ſumus hic extrà omnem difficultatem, quia non ſolum non reperitur iu-

tur Iure cautum, quod Iudex debeat puniri corporaliter ob negligentiam adhibitam circa curam carceratorum, de qua non Iudex, ſed Cuſtodes ipſi debent teneri, vt ait Ios de Anan. *in cap. cum gratia num. 13. de commodato*, Sed expreſsè ſtatuitur contrarium *in leg. fin. Cod. de cuſtodia Reor.* ibi *Iudicem verò deſidem, ac reſupina ceruice tantum titulum gerentem extorrem impetrata fortuna, & decem libris auri mulctandum eſſe cenſemus* vbi Gloſa verbo *extorrem* explicat, *ideſt ſine parte, vel extraneum factum iudiciali honore propter dictam negligentiam*: Imò etiam in ipſo cuſtode ceſſat pœna corporalis, quoties de ſola negligentia proceſſatus eſt, vt habetur *in l. carceri ff. eodem tit.* ibi: *carceri præpoſitus ſi pretio corruptus ſine vinculis agere cuſtodiam, vel ferrum, venenumvè in carcerem inferri paſſus eſt, officio Iudicis puniendus eſt: ſi neſcit ob negligentiam remouendus eſt officio*.

Nec facit quicquam, quod iuxta opinionem Bouadillæ *politic. lib. 5. cap. primo numer. 147. 153.* negligentia in Iudice, licèt ſit omiſſionis, punitur, ac ſi eſſet commiſſionis, corporali pœna, qua punitur quælibet negligentia conſiſtens in committendo, etiam ſi ſit leuis, vt ex Bart. dicit Seſſe *loc. cit. num. 14.*

Quia huic opinioni repugnant Dec. & Seſſe citati *ſupra verſic. requiritur tamen* Belluga *in ſpecul. Princip. rub. 35. §. poſt militares nu. 36.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 6. cap. 8. num. 2.* & Ant. de Ballis *var. lib. 6. quæſt. 4. num. 4.*

Nec mihi videbatur conſideratione dignum, quod opponebatur de inobſeruantia mandatorum Superioris; quia cum non appareret, quod in mandatis fuiſſet præſcriptus modus, & forma tranſportandi carceratos, non poterat dici, quod illa non obſeruauerit, ſufficit enim, quod ad eoſdem tranſportãdum deputauerit birruarios expertos, & ſolitos ſe fideliter in exercitio gerere; & ex quo non deputauerat maiorem numerum maximè in tranſportatione facienda de nocte, erat quidem in culpa vt dicit Alber. *in l. fin. nu. 4. verſ. tu dic. ff. de cuſt. Reor.* & ego probaui *ſupra* ex Text. *leg. prima Cod. eodem titul.* Sed non poterat dici, quod eſſet tranſgreſſor mandati, quia ad hoc fuiſſet neceſſarium mandatum præciſum, vt denotant *verba* Text. *in l. non poteſt dolo carere ff. de regul. Iur.*

Opponebatur de mala electione, ſed non erat probatum, quod birruarij non eſſent experti, vel quod alias malè ſe geſſiſſent in eorum exercitio, altero enim horum poſito intrarent, quæ de mala electione dicunt Doctores, & non alias, vt videre eſt penès Farinac. *quæſt. 31. num. 49.* Cæterum potuit illis credere quando paulò antè vnus ſolus ex dictis birruarijs hominem robuſtum capturauerat, & ſic expertus fuerat pro ſufficientibus, & idoneis.

Quæro tertiò. An birruarij, & præſertim Baroncelli ſint remouendi, & officio priuandi etiamſi aliquid dederint pro habendo tale officium? tractant hanc quæſtionem Doctores in terminis officij gratuitò dati, vel empti, & diſtinguunt inter officium gratis datum, & officium pretio
22 emptum, & dicunt quod officialis priuatur officio primo modo collato, & quoad exercitium, & quoad proprietatem: Secundò verò modo collato priuatur quoad exercitium tantum Crauett. *conſ. 6. num 109.* vbi Stracca *in addit.* Roland. *conſ. 18 num. 19. & ſeqq. lib. 3.* Prat. *crim. reſpon. 2. nu. 50.* Giurb. *conſ. crimin. 44. num. 37.* Gabriel. *conſ. 171. lib. 4. num. 2.* & Capiclatro *conſult. 33. n. 66.* vbi reprobat de Ponte contrarium dicentem *deciſ. 7. num. 33.* & hoc idem replicat Capiclatro *conſult. 34. nu 48.* & allegat Capiblanc. *de Baron. pragm. prima num 52.* & Rot. *deciſ. 759. num. 11. & deciſ. 812 p. p. diuerſ.* de quibus facit mentionem Farinac. *conſ. 5. per tot.* & ita fuit deciſum, quamuis Farinac. contrarium ſcripſiſſet *conſ 111. vol. 2.* hoc tamen quoad ſecundum caput diſtinctionis, non tranſit ſine magna contradictione, vt videre eſt penes Merlin. Pignatell. *controu. forenſ. cap. 30. num. 4. & ſeqq.* Spada *conſ. crim 88. per tot. lib. primo* (qui ambo reſpondent *ad dictas deciſiones Rotæ*) Rouit. *conſ. 104. lib. 2.* & Hieron. de Philippo *fiſcal. diſer. 14. per tot.* Io. Bapt. Muccius *in dilucidat. ad Sanfelic. deciſ. 61. num. 3. & 4.* qui omnes tenent quod in priuatione includitur exercitij, & proprietatis amiſſio ſiue gratuito, ſiue pretio ſit habitum officium, & fundant ſe *in l. ordinariorum C. de cohortalibus, & Principibus lib. 12.* & ità pluries deciſum teſtantur etiam Cabedo *deciſ. Luſitan. 20. num. 4. part. 2.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib. primo cap. 27. num. 39.* de Ponte *deciſ. 7. num. 33. & ſeqq. & 38.* Reuerter. *deciſ. 375. num. 2. & per tot.* Et hæc opinio videtur verior ob rationes plena manu allatas à Merlin. & Philippo *loc. cit.* dummodò delicta ſint exorbitantia, & exemplaria, vt diſtinguit de Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de elect. Offic. §. primo num. 3. & 4.* alias debet ſuffice-
23 re, quod officialis condemnetur ad vendendum officium, in quo deliquit vt ſubdit de Ponte *ibidem*, & hoc eo magis procedit in terminis quæſtionis propoſitæ, quia officium Baroncellatus, & Satellitiatus non ſolet vendi, vt eſt notum & quatenus de facto vendatur adhunc emens debet illo priuari, quia vt dicit Guliel. de Benedictis *in cap. Raynutius verbo duas habens filias nu. 58. de teſtam.* ex Bart. *in l. licèt pro hærede ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtam.* is, qui dat pro officio, aut præbenda pecuniam, cum det malo animo titulum dicitur habere lucratiuum, licèt gratis officium illud non habuerit: vnde poterit indubitanter reuocari quia titulus non ei cenſetur onerosus, vide plura apud

cun-

eundem Gnliem. de Benedictis *ibidem n.* 52.
& *ſeqq*, vbi diſputat an pro officiis publicis
licitum ſit dare, vel recipere pecunias; Vi-
de Tiraquell, *de legib, connubial. gloſa* 6. *n.* 141.
*& ſeqq.* & vide Marium Mutam *ad capitula
Regni Siciliæ tomo primo cap.* 11. *numer.* 7. qui
*num.* 9. reprobat Andream de Iſernia dicen-
tem *in tit. de feudo guardiæ nu.* 12. quod quan-
do publicè erogaretur pecunia pro haben-
do honore non haberet locum diſpoſitio
Text. *in l. prima C. de ambitu*, & ſubdit ob
banc Iſerniæ limitationem *ad l. primam* eue-
nire tot mala circa officiorum adminiſtra-
tionem.

Quæro quartò. An interim, dum inqui-
24 ritur, & compilatur proceſſus ſuper delicto,
officialis pendente inquiſitione ſit ſuſpen-
dendus ab adminiſtratione? vide Reuerter.
*deciſ.* 2. *& deciſ.* 301. *& vtroque loco* de Marin.
*in obſeruat.* Moles *deciſ.* 6. *tit. de pœnis quibus
tenent. official*, de Ponte *deciſ.* 7 *&* 25. Capi-
bianc. *de Baron. pragm.* 5. *num.* 77. Sanfel *de-
ciſ.* 61. & ibi Muccius *in dilucid. num primo*,
Merlin. *forenſ. contr.* 28, *cent.* 2. Rouit. *pragm.
fin. num.* 12. *tit. de offic.* Capic. Galeott. *reſ-
ponſ. fiſcal.* 15. *num.* 48. Tapia *conſt. ſtatuimus
num.* 38. Anna *ſing.* 370. Georg. *allegat.* 41.
*num.* 21. Petra ad Capic. *deciſ.* 121. Intrig.
*ſing.* 45. Caball. *crim. reſol.* 76. Griuell. *deciſ.
Dolan.* 60. *num.* 7. *&* 13. Criſtophor. Philipp.
Richter. *par.* 5. *conſ.* 19. *per tot.* Maſtrill. *de
magiſtr. vol.* 2. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 45. Cu-
uel Ian. *de tutel. tit. de ſuſpect. tutor num.* 91.
Cancer. *variar. lib.* 1. *cap.* 12 *num.* 210. Te-
ſtai *allegat.* 9. Franch. & Nouar. & de Lu-
ca *in addit.* ad eum *deciſ.* 8. & Iurb. *conſ crim.*
44. Prat. *reſp. crim.* 2. *num.* 53. Camill. Medi-
ces *conſ.* 143. & Capiclatro *conſult.* 33. *n.* 41.

Quæro quintò. Quid dicendum de eo,
25 qui fuit per ſententiam priuatus, ſed appel-
lauit? Nouar, *in addit.* ad Franch. *d. deciſ.* 8.
Caball. *crim. reſol.* 121. & Capiblanc. *de Ba-
ron. pragm.* 5. *num.* 81. tenent quod appella-
tione pendente remanet officialis in ſuo of-
ficio, & poteſt exercere; Contrarium fir-
mat Rouit. *pragmat.* 13. *titul. de Official. n.* 16.

Quæro ſexto. Ex quibus cauſis quis offi-
26 cio priuatur, vel ab officio ſuſpendatur?
quoad priuationem dicit Bald. *in l. mancipia
C. de ſeruis fugit.* quod Officialis perpetuus
non debet deponi, niſi culpa inducat priua-
tionem, vt quia deliquit in officio *l. fin. C.
de ſuſcept. & archar. lib.* 10. Officialis verò ad
tempus proptèr enormia caſſari poteſt *vt in
l. fin C. ad l. Iul. repetund.* pro minoribus ve-
rò culpis non priuatur officio, ſed punitur
tempore ſindicatus *vt in l. prima C. vt omnes
Iudices*, dummodò non ſit de Officialibus
minoribus, quia iſti de facili poſſunt remo-
ueri *vt in l.* 2. *C. de ſportul, & in l. nam & Ma-
giſtratus ff. de iniur.* & Baldum ſic dicentem
ſequitur Auiles *Pretor. cap. primo Gloſa ſiel.
nu.* 41. verum tamen eſt quod Officialis non
debet priuari officio, niſi ex iuſta cauſa ex-
preſſa *in Iure* ad Text. *in auth. de non eligend.
ſecund. nub.* §. *cum igitur verſic. nec qualibet
eſt lex*, Baldus Alex, & alii relati ab Aui-
les *loc. cit. num.* 42. *& cap* 9. *gloſa sò la pœna
de la ley num,* 2. qui ſex cauſas *de Iure* termi-
natas enumerat; prima eſt ſi Officialis com-
miſit furtum, vel barrattariam *l. iubemus
C. ad l. Iuliam repetund.* Secunda eſt ſi ha-
bet aduerſam & longam corporis infirmi-
tatem *leg. ſi quos Cod. de offic. Præfect. Prætor.
Orient*, tertia eſt ſi nimia vtatur negligentia,
*d. l. ſi quos C. de Offic. Præfect. Orient.* quarta
eſt ſi videt aliquos rixantes, & ſe non inter-
ponit Cyn. *in l. ſi ſeruus C. de noxalib.* quinta
ſi nimia vtatur ſæuitia *l.* 2. *ff. de his, qui ſunt
ſui.* Sexta ſi non tenet integram familiam
pro qua recipit ſalarium *l. in Nomine Domini
C. de offic. Præfect. Prætor. Afric.* quo verò ad
ſuſpenſionem ab officio videndi ſunt Arũ.
*lib.* 2. *deciſ.* 13. & Adden. ad Beſoldum *the-
ſau. pract. adauct. lit.* 5. §. 126. *fol.* 909. *re-
miſſiuè ad Arum.*

27 Aduertendum tamen, & monendum
exiſtimo, quòd in materia ſuſpenſionis ab
Officio, prudenter, & temperatè eſt proce-
dendum, & cauſæ ſunt benè ponderandæ,
cùm ſuſpenſio famam tollat apud probos
Griuell. *deciſ.* 60. *numer.* 12. *&* 13. Cancer.
*d. cap.* 12. *num.* 211. & Nouar. ad Franch.
*deciſ* 8. *num.* 1. de Marinis ad Reuerter. *de-
ciſ.* 301. *in fine*, & nemo inauditus debet ſu-
ſpendi, & nec priuſquam culpa aliqua con-
tracta illud demeritus ſit Griuell. *d. deciſ.* 60.
*num.* 14. aliàs ſeueriùs ageretur aduerſus eũ,
quem dubitamus, quam aduerſus eum, quẽ
conſtat deliquiſſe, vt proſequitur Griuell.
*ibidem*, quem ſequitur Nouar. *loc. cit.* ideò
28 inquiſito debent dari capita ex quibus ſu-
ſpenſio prætenditur, vt poſſit ſe ſummatim
defendere, prout de ea ſummariè cognoſci-
tur ſecundùm Caſtill. *deciſ.* 166. *num.* 16. &
quando deficientia in Officio non eſt gra-
uis, & magna, Officiali, qui ſuſpenſus fuit
29 ab Officio, ſolet quandoque Officium re-
ſtitui, in ſententia pronunciando *ſuſpenſio-
nem cedere in pœnam*, vt aduertit Capiclatro
*conſult.* 33. *num.* 35. *par.* 1. Viden. Capic, Ga-
leot. *reſponſ. Fiſcal.* 15. *num.* 44. *& ſeqq.* qui
ait, quòd tria debent concurrere ad hoc, vt
pendente informatione poſſit aliquis ab ad-
miniſtratione ſuſpendi, nempè *vt ſit de cri-
mine inquiſitus: vt delictum patratum ſit circa
Officij adminiſtrationem: & vt crimen ſit tale, vt
eo conſtito, poſſit ſequi Officij priuatio*: & Muc-
cius *in dilucidat.* ad Sanfelic. *deciſ.* 61. *num.* 1.
*circa finem* addit quartum requiſitum, vt
ſcilicèt, *Fiſci Patronus ſuſpenſionem propo-
nat antequam Officiali Inquiſito detur termi-
nus ad ſe defendendum*, cum eo dato Officium
Iudicis quieſcat. Vide eum, quia agit etiam
de alia quæſtione, an ſcilicèt Officialis per-
petuus poſt obtentum priuilegium, ſed ante
captam poſſeſſionem, ſi accuſetur de aliquo
delicto fortè à maleuolis ad impediendam
eius

eius poſſeſſionem poſſit impediri, & ei re-
tardari poſſeſſio.

### Non doueranno mai offendere alcun catturato in qualſiuoglia modo ſenza legitima cauſa.

30 De birruarijs malè tractantibus inquiſi-
tos tempore capturæ tractant plenè Gram.
*deciſ.* 41. Petra, de Mari. & Danza *remiſſiuè
in addit* ad Gram. *d. deciſ.* 41. Farinac. *qu.* 32.
*num.* 61. Foller. *pract. crim. verbo notatos capiat
num.* 16. Iodoc. *pract. crim. cap.* 15. *de citatio-
ne reali num.* 27. Boer. *deciſ.* 170. *num.* 6. Di-
dac. Perez *ordinat. Caſtellæ lib.* 2. *tit.* 14. *leg.* 8.
*lit. A. verſ. ponamus tamen* Fermoſin. *alleg.* 54.
31 *num.* 1. *& ſeqq. de confiſcat. bonorum*: parcitur
tamen eis, ſi offendunt reſiſtentes eorum
exequutioni Caball. *crim. reſol.* 142. Imol. *in
l. ex conſenſu §. fin. num.* 39. *ff. de appellat.* Fa-
32 rin. *quæſt.* 32. *num.* 39 *& ſeqq.* dummodò ta-
men ſeruent moderamen inculpatæ tutelæ,
vt explicant præfati Doctores, & Muta *de-
ciſ.* 2. *per tot.* Gram. *d. deciſ.* 41. Menoch. *de
arbitr. caſ.* 578. *num.* 6. Clar. *quæſt.* 29. *verſic.
debent etiam* Facchin. *contr. Iur. lib.* 9. *cap.* 73.
*&* 74. Scacc. *de Iudic. lib.* 1. *cap.* 46. *num.* 32.
Caualc. *de Brach. Reg. par.* 2. *nu.* 57. & Guaz-
zin. *Reorum defenſ.* 5. *cap.* 6. *numer.* 16. *&* 17.
Perez *loc. cit.* & Fermoſin. *loc. cit. num.* 2.

Quapropter ſi reſiſtentiā quis fecerit ſine
33 armis, non debent birruarij cū armis offen-
dere, & ſi illam fecerit cū pugnis, paritèr cū
pugnis Curia debet reſiſtētiam repellere, vt
explicant prædicti Doctores, & ſignāter Ca-
bal. Guazzin. & Farin. qui ſubdunt, quòd
34 birruarij nullo modo debent ex ſola fuga
fugientem offendere, & ſequitur Fermoſin.
*loc. cit. n.* 4. *& ſeqq.* non enim, vt ait Cutellus
*ad l. Siculas Martini concordata* 3. *nu.* 1. *fol. mihi*
504. fugæ arreptio, ac virium in id effuſio
violenta eſt, & quando excedunt, pu-
35 niuntur pro modo exceſſus, etiam pœna
triremium, vt videre eſt penes Mutam *de-
ciſ.* 7. & Gramm. *deciſ.* 41. *in fine*. Verùm
36 quòd debeant puniri exilio, vel alia leuiori
pœna, firmant Io: Baptiſta Cauatius penes
Carpan. *ad Statut. Mediolan. tom.* 2. *tit. de ho-
micid. conſ.* 5. *num.* 17. Thor. *compend. deciſ.
p.* 3. *verbo exulatus verſ. in contingentia*, & San-
felic. *deciſ.* 257. *num.* 3. qui ait fuiſſe punitum
37 exilio Capitaneum, qui perſequendo con-
tumacem exclamauit, *ammazzate, ammaz-
zate*, & Familia eum occidit, & mouentur
38 Doctores ad ita dicendum, ex eo quia in
birruarijs, cum ſint deputati, & deſtinati
ad obuiandum, & reprimendum delicta,
præſumitur deficere Animus præordinatus
ad male faciendum, vt aduertit Cauatius
*loc. cit.* & ex hac ratione excuſaui à pœna or-
dinaria Antonium Ghirardum Caporalem
birruariorum, qui inſequutus hominem
ante Curiam ob delationem archibuſij fu-
gientem, & perueniens ad eum iam ab alijs
birruarijs archibuſiatis vulneratum, & in
eius poſſe redactum percuſſit, & cum alia
archibuſiata in pectore vulnerauit, & occi-
dit: ſed potiſſimum quia concurrebat ira-
cundia orta facto prædicti hominis, qui in
actu fugæ auſus fuit archibuſiata occidere
canem ab ipſis birruarijs ad capiendum im-
miſſum, & ſic cumulabantur duæ cauſæ ad
minorandam pœnam. Quamuis enim abſ-
39 que reatu, & pœna non liceat ipſis birrua-
rijs vulnerare, & occidere aliquem, etiam
bannitum, in poſſe Curiæ exiſtentem, Bart.
*in l.* 3. *§. transfugas ff. ad leg. Corn. de ſicar. &
in l. in laqueum ff. ad acq. rer. dom.* Alciat. *in l.
pupillus §. Seruorum num.* 10. *ff. de verb. ſignif.*
Nellus *de bannit.* 2. *par.* 2. *temp. quæſt.* 28. Blanc.
*pract. crim. §. ignorantia non excuſat num.* 192.
Campana *reſol. crim.* 23. *num.* 2. & D. meus
Orilia *in obſeru. ad eum num.* 31. Carol. Tapia
*Conſtit. Regni pœnam eorum num.* 23. Farinac.
*quæſt.* 103. *num.* 154. Sanfelic. *deciſ.* 249. *per
tot.* & Seuerin. *in addit.* ad eumdem Sanfelic.
*deciſ.* 335 *verſ. circa id*, vbi allegat Gramm.
*deciſ.* 41. Caball. *crim. reſol.* 132. Camill. de
la Rata *conſ.* 110. & Actium *de infirm. par.* 2.
*verb. Birruarius*.

Cuius aſſertionis ratio fundatur in con-
40 cluſione, qua oſtenditur eſſe crudeliſſimum
occidere deditititium hominem, vt dicunt
Alciatus *in l. pupillus §. ſeruorum num.* 10. *ff.
de verb. ſignif.* & D. Orilia ad Campanam *re-
41 ſol.* 23. *num.* 32. quod procedit etiam ad fa-
uorem hoſtis, qui poſtquam in bello licito
eſt captus, licèt careat omnibus auxilijs per
Text. *in l. libertas ff. de ſtatu hominum*, nequit
tamen occidi Caſtrenſ. *conſ.* 21. *num.* 22. *lib.*
3. vbi adden. *lit. F.* Sanfelic. *deciſ.* 249. *nu.* 7.
Alciat. *loc. cit.*

42 Et fundatur etiam in illa, qua firmatur
hominem in poſſe Curiæ exiſtentem re-
putari, & eſſe ſub protectione, & tutela
Principis, vt aſſerunt omnes, & ſignanter
Nellus *de bannit. d. quæſt.* 28. Blanc. *d. q.* 192.
& Sanfelic. *d. deciſ.* 249. *num.* 13. *&* 16. adeo-
43 ut Bartol. *in d. §. transfugas* ex hoc ſolùm aſ-
ſerat eum, qui occidit exiſtentem in poſſe
Curiæ, incidere in crimen læſæ Maieſtatis,
& Bartol. ſequuntur Felin. *in cap. cum iura-
mento de homicid.* Boſſ. *tit. de crim. læſ. Maieſt.
num.* 64. & Guidopap. *deciſ.* 579. Angel. A-
nania Marſil. *locis relatis* à Burſat. *conſ.* 216.
44 *num.* 4. Sed in quantum dicunt, quod inci-
dunt in crimen læſæ Maieſtatis, reproban-
tur à Nello, & Sanfelic. & latiſſimè à Bur-
ſat. *loc. cit.* ex quo non reperitur iure cau-
tum, quòd huiuſmodi occiſores incurrant
in dictum crimen læſæ Maieſtatis.

Attamen illi primi motus concitati ex
45 facto eius, qui canem immiſſum occidit,
debent birruarios excuſare, & à pœna ordi-
naria eximere iuxta tritam, & communem
regulam, de qua Bart. *in l.* 1. *ff. ſi quis teſtam.
liber. eſſe iuſſ.* Dec. *conſ.* 83. Plot. *conſ. crim.
diuerſ.* 72. *num.* 31. *lib.* 2. *in folio*, Farinacc.

*conſ. 2. numer. 3. 4. 5. & 18.* Viſcont. *ſingul.*
*verbo homicidium,* Danza *de pugna Doctorum*
*tit. de homicid. cap. 4. num.* 14. Intrigliol. *con-*
*ſil.* 15. Par. de Put. *de ſindic. verbo condemna-*
*tio verſ. quoniam Iudex num.* 2. Zuffus *de legit.*
*proceſſ. q. 23. num.* 21. Giurb. *conſ. crim.* 63. *nu-*
*mer.* 13. *& ſeqq.* Caball. *de omni gen. homicid.*
*cap. 10. numer.* 113. *& ſeqq.* & D. Orilia ad
Campanam *reſol. 1. num. 67. circa finem*, qui
46 vltimi ampliant hoc procedere etiam in
autore rixæ.

Nec qualitas Officij, quo birruarij tenen-
tur remouere ſcandala, vel vilitas canis oc-
ciſi quicquam poteſt operari in contrariũ,
quia quoad primam partem obiecti, licèt
47 detur, quòd vnus plus, vel minus iraſcatur
alio, omnes tamen homines habent natura-
litèr illos primos animi motus, quibus ne-
48 queunt per ſe reſiſtere, quia paſſio, quando
afficit partes ſenſitiuas, quales ſunt iraſcibi-
bilis, & concupiſcibilis, impedit ne ratio-
ni ſubijciantur, & efficit, vt labantur in mo-
tus appetitus vehementer illum inordinan-
do, vndè quantò fortior eſt motus inordi-
natus, tanto maior eſt paſſio, & fragilitas
humana, vt benè perpendit D. Zuffus *de*
*legit. proceſſ. dicta quaſt. 23. num. 16. & ſeqq.*
& ſicut omnes homines ſubiecti ſunt hu-
iuſmodi paſſioni, ita omnes homines de-
bent propter dictum defectum, ſeu vitium
naturæ excuſari, prout indiſtinctè de om-
nibus hominibus ex iracundia delinquenti-
bus aiunt Doctores ſupracitati.

49 Imò ſi Homines Prudentiſſimi, Magna-
tes, & Magni Principes vincuntur *ab ira*, vt
apparet *ex illo rithmo* Petrarchæ.

*Vincitor Aleſſandro l'ira vinſe.*

& ex Taſſo *in cantu quinto*

*Il tuo Nipote*

*Troppo traſcorre, ou' ira il cor gli ſprone.*

& ex illo Platonis *in Philebo*, *Virum vel pru-*
50 *dentem iraſci*; multò magis, & eum maio-
ri impetu vincuntur ab illa Homunciones,
viliſſimæ, ac infimæ plebes, quales ſunt bir-
ruarij; qui ex hoc ſolùm, quod non habent
magnam cognitionem, facillimè iraſcun-
51 tur, quia *iraſci ex ignorantia iudicandi naſcitur*
ſecundùm Platonem *in Euthiphro fol. mihi*
*39. col. 2. circa medium*; vnde ex hoc verum
52 eſt, quòd ad iram eo quis eſt tardior, quo
eſt generoſior, Limneus *de Iure publico lib. 6.*
*cap. 1. num. 2.* & Add. ad Beſoldum *Theſau.*
*pract. adanct. lit. Z. §. 9. verbo calorem Iracun-*
*dia fol.* 1030. & Ouidius *de Triſtibus elegia* 4.

*Quò quiſque eſt maior, magis eſt placabilis ira,*
*Et faciles motus mens generoſa capit.*
*Corpora Magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni,*
*Pugna ſuum finem, cum iacet hoſtis, habet.*
*Et lupus, & turpes inſtant morientibus vrſi,*
*Et quæcumque minor nobilitate fera eſt.*

Quò verò ad ſecundam eius obiecti par-
53 tem; præterquam quod ex occiſione canis
ſcimus homicidia, & inimicitias rabidiſſi-
mas exortas aliquando fuiſſe, conſideratur,
quòd in ſubitaneis caſibus, in quibus non
datur tempus, nec modus deliberandi, quia
propter animi perturbationem abſq; cura,
& conſilio impellitur Delinquens impetu
quodam potius, quàm ex cogitatione, non
ſolùm occiſio canis, ſed & ſoli obtuitus o-
culorum videntur eſſe ſufficientes ad mo-
uendum, & impellendum homines ad de-
linquendum, vt benè aduertunt Farinac.
*quaſt. 52. num.* 145. Vermigliol. *conſil. 46 nu-*
*mer.* 7. & Dominus Zuffus *de legitim proceſſ.*
*quaſt. 66. num.* 2.

Eoque faciliùs exiſtimaui Gherardum
fuiſſe citra mortem puniendum, quia in
facti contingentia ita fuit iudicatum penes
54 Sanfelic. qui *deciſ.* 249. refert, quod Fran-
ciſcus Lauerga Procurator Fiſcalis Prouin-
ciæ Terrę Bari extraxit foriudicatum ab Ec-
cleſia, & mandauit illum occidi, & caput
amputari, denegando eidem Sacramenta, &
acceſſum ad Tribunal Regiæ Audientiæ,
& quia Satellites prædicto mandato parue-
runt, ac dictum bannitum occiderunt, fuit
carceratus Franciſcus, & ex quo aderant in-
ditia vrgentia, quod pecunia interueniente
ad inſtantiam vxoris occidi mandaſſet, fuit
tortus, ſed cum proteſtatione citra præiu-
dicium probatorum, ad ſciendum manda-
tum, & tractatum cum Vxore, & non con-
feſſus, quia de ordine dato Satellitibus ad
occidendum conuictus erat, fuit deportatus
in Inſulam per Proregem declarandam.

Nec dicatur, quod non benè infertur à
Bannito ad contumacem ob delationem
55 Archibuſij, quia ſequuta captura æquipa-
rantur, ne poſſit amplius offendi, & occidi
abſq; ſententia declaratoria Iudicis, nõ ſolũ,
quia ceſſante ob dictam capturã effectu Ban-
ni, quoad hoc ne poſſit offendi abſq; nouo
mãdato Iudicis, ille qui erat bannitus, habe-
tur, ac ſi eſſet ſimplex delinquens, vt benè
explicat Nellus *de bannit. in 2. par. 2. temp.*
*quaſt. 28.* ſed etiam quia bannitus exiſtens in
poſſe Curiæ dicitur æquè, ac quilibet alius
non bannitus eſſe ſub protectione, & ſecu-
ritate Principis, vt dicunt poſt alios Nellus
*loc. cit.* & Sanfelic. *d. deciſ. 249. num. 13. &*
*16.* Bald. *in l. fin. num. 2. C. de malefic. & ma-*
*them.* & Bart. *in lege ſi qui Reus ff. de publ. iudic.*

Quando tamen remaneret aliquod du-
bium circa reſolutionem prædictam relatã
à Sanfel. ob reſpectum, quòd occiſus erat
bannitus, ſaltem ſequenda erat reſolutio
facta in eodem Sac. Concil. Neapolitan. pe-
nes Gram. *dec.* 41. qui teſtatur duos birrua-
rios, qui in actu ipſo fugæ vulnerauerunt
quemdam ante eos fugientem fuiſſe abſo-
lutos, & tertium birruarium, qui vulnera-
56 uit, & occidit eumdem iam in terra prola-
pſum, fuiſſe condemnatum ad triremes per
quinquennium.

Et hac opinione, tamquam veriori retenta,
quæ poſſunt deduci in contrarium pro-
cedunt in caſu, quo nec prouocatio, nec a-

lia extat cauſa occidendi, vt conſideratur
Jo: Grand. *de Bello exulum prędicam quantitatis in 3. quæſt. num. 7.* & Campana *reſol. 23.*
57 *num. 4.* vel procedunt juxta terminos *l. fin.*
*C. de malef. & mathem.* ibi: *quod ſi quiſquam ex agitatoribus, ſeù ex quolibet alio genere hominum*
*contra hoc Interdictum venire tentauerit, aut clā-*
*deſtinis ſupplicijs etiā manifeſtum Reum maleficæ*
*artis oppreſſerit*, (idest vt inquit Gloſ. *ibid. occiderit*) *vltimum ſupplicium non euadat, gemino*
*ſuſpitioni obnoxius, quod aut publicum reum, ne*
*facinoris ſocios publicaret, ſeueritati legum, &*
*debitæ ſubtraxerit quæſtioni, aut proprium fortaſſis inimicum, ſub huiuſmodi vindictę nomine con-*
*ſilio atrociore confecerit*; & ſic Cuſtos, de quo
loquitur Textus *in l. fin. ff. Cuſtod. & exhibit.*
*Reor.* erit morte puniendus, in tribus tamen
caſibus, primò ſi occiderit ad ſubtrahendū
probationes Fiſco. Secundò ſi occiderit clā-
deſtinis ſupplicijs puta cum veneno, & e-
iuſmodi. Tertiò ſi occiderit eum, eum
quo habeat inimicitiam. Et quòd *iſta lex*
58 debeat intelligi, & interpretari juxta ter-
minos Text. *in l. fin. C. de malef. & mathem.*
deſumitur primò ex mente Doctorum, qui
dum ponunt quęſtionem, an exiſtens in poſ-
ſe Curiæ valeat occidi, adducunt pro opi-
nione negatiua *ſupra dictā l. fin. C. de malef. &*
*mathem.* vt videre eſt penes Foller. *pract. crim.*
*verb. notatos capiat de perſoſia num. 30.* Farin.
*quæſt. 32. num. 61.* Bart. *in l. 3. §. transfugas ff.*
*ad leg. Cornel. de Sicar.* Sanfelic. *deciſ. 335. nu.*
*3. & 12.* Campan. *reſol. 23. num. 3.* & alios
59 paſſim, per conſequens ſunt intelligendi
juxta Iura, quæ allegant *vulg. Iuribus*. Se-
cundò ex quo lex, quæ habet, & poteſt ha-
bere varios intellectus, an ſcilicèt intelliga-
tur cum dolo, vel non, intelligitur juxta
aliam legem explicitè loquentem, vt do-
cuerunt Bart. *in l. in ambiguo Verſ. item hęc*
*lex ff. de reb. dub.* Iacob. de S. Georg. *in l. diem*
*functo num: 14. verſ. 2. habemus ff. de offic. aſſeſſ.*
& Bertachin. *repert. verbo lex, verſ. lex quando habet multos, & varios intellectus;* præſer-
tim cum aliter intellecta reſultet correctio
jurium dicentium, quod in homicidio ad
hoc vt puniatur ad mortē, requiritur dolus,
60 quæ jurium correctio eſt euitanda, vt in-
quit Caſſaneus *Conſuetud. Burgund. tit. de Iuſtices verbo droictz. rub. 1. num. 5. verſ. aduerte,*
*quod Angelus*, vbi dat intellectum, & expli-
61 cat Text. *in l. ſi quis aliquid §. abortionis ff. de*
*pæn.* in quo Gloſ. *in §. item lex Cornelia Inſtit.*
62 *de public. iudic.* fundat concluſionem, quod
quis punitur pro homicidio, licet non ſit in
dolo, & vltra intellectum, quem d. Textui
dat Io: Faber *in d. §. item lex Cornelia* Caſſā-
neus inquit, quòd ille Textus ponit duos
caſus, in primo dicit, *Qui abortionis, aut amatorium poculum dant, etſi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res eſt, humiliorem in*
*metallum honeſtiores in inſulam amiſſa parte*
*bonorum relegantur*: in ſecundo dicit, *quod*
*ſi ex eo mulier, aut homo perierit, ſummo ſuppli-*
*cio afficiantur*. In primo caſu, quando dicit,
*etſi non dolo faciant*, non dicit *vltimo ſupplicio*
*afficiantur*, ſed benè in ſecundo, in quo debet
63 intelligi, quòd fuerint in dolo, & ponde-
rat ad hoc dictionem, *quod ſi*, quæ eſt aduer-
ſatiua in Facto, & in Iure *l. prima C. comm.*
*divid.* & ſubdit, quod ad hoc, vt aduertetur
in Facto, opus eſt dicere, quòd in ſecundo
caſu ſit dolus, cum tamen in primo non ſit
dolus, & hoc vt euitetur correctio Iurium;
& cum hæc ſint vera in caſu Caſſanei, mul-
tò magis debent eſſe vera in caſu iſto, vbi
lex obſcura per aliam clarè loquentem ex-
64 plicatur; Tertiò quia aliter intellecta, eſſet
iniqua, vt in terminis ſtatuti imponentis
pœnam mortis contra homicidas dolo ca-
rentes, firmant Dec. *in l. actioni 6. num. 20.*
*ff. de in litem iurand.* Blanch. *in pract. crimin.*
*§. viſis inditys num. 149.* Bertazzol. *conſ. 76.*
*num. 37.* & Farinac. *quæſt. 87. num. 56.*
65 Præterea licèt homicidium commiſſum
intus carceres ab omnibus dicatur, & verè
ſit grauiſſimum, & enormiſſimum ex eo,
quia dicitur offenſus locus ſanctus, ipſa
Curia, aures Iudicis, & ipſa Maieſtas Prin-
cipis, cum Carcerati, vt dixi, ſint ſub Se-
curitate, Protectione, & Fide Principis, Mu-
ta *pragm. vnica tit. 45. de pæn. inſult. Carcer.*
*num. 11. 13. & 17.* Anton. de Ballis *tract.*
*var. d. pragm vnica* Merlin. Pignatell. *controu.*
*66. & 67.* & alios referens Seuerin. *in Add.*
ad Sanfel. *d. deciſ. 335. verſ. ideo delinquentes,*
66 *& verſ. prædictorum ratio*; nihilominus quan-
dò Homicidium fuit commiſſum intùs car-
ceres ad prouocationem, & in rixā, ſemper
homicida fuit punitus citra mortem, vt re-
ferunt Muta *deciſ. 36. in fine* Merlin. Pigna-
tell. *contr. 66. in fine,* Pratus *in Add.* ad Paſchal.
*de patr. poteſt. par. 3. cap. 6. verſic. ex his, quoque.*
Et ex his, ſecundùm meā, remanent eli-
ſa argumēta, quæ poſſunt deſumi ex Tex. *in*
*d. l. fin. de cuſtod. & exhib. Reor.* & etiam, quæ
poſſunt deſumi ex auctoritate Doctorum,
qui fuerunt in principio adducti, & etiam a-
liud deductum ex offenſionē, quæ indè dici-
tur reſultare in Principē; at quia per D. Ad-
uocatum deputatum inſiſtebatur, & vis fie-
bat in Text. *in l. omnes §. præterea C. de Epiſc.*
*& Cler.* & in auctoritate Alciati, & Pauli de
Caſtro *locis ſup. cit. & in tenore Edicti* Eminē-
ntiſs. ac Reuerendiſs. D. Cardin. Pallauicini
Legati conſiderabam, quòd non applica-
67 batur dicto caſui, quia Text. *in d. §. præterea* loquitur de Birruarijs offendētibus Cle-
ricos, & non extenditur ad Birruarios, qui
offendunt laicos, non ſolùm, quia non eſt
68 par ratio, ſed etiam quia in pœnalibus non
ſit extenſio de caſu ad caſum, & nec de per-
ſona ad perſonam Afflict. *deciſ. 21. num. 5.*
Dec. *conſ. 446. num. 3. lib. 2.* Eugen. *conſ. 68.*
*num. 15.* Farin. *fragm. par. 1. verbo extenſio numer. 70. & ſeqq.* & Gaurb. *conſ. crim. 6. num. 17.*
69 vlterius ad hoc, vt intret pœna *dicta legis*
debet interuenire dolus, & animus delibe-

ratus,

ratus, & præordinatus ad offenſam, vt in-
nuunt verba Textus, *qui huiuſmodi aliquid*
*aggreſſi fuerit*: & meliùs exprimunt verba:
70 *fatigare conetur*: etenim verbum, *aggredior*,
& verbum, *conor*, denotant appenſamen-
tum, & applicationem animi ad nocen-
dum, vt de ſe patet.

Alciatus verò *in d. §. ſeruorum*, & Paulus
de Caſtro *d. conſ.* 21. & Eminentiſſimus Do-
minus Cardinalis Legatus in ſuis Banimen-
tis dicunt ſimplicitèr non licere nulla indi-
cta, ſeu ſpecificata pœna in controuenien-
71 tes, & per conſequens pœna debet eſſe ex-
traordinaria, vt benè aduertit Gloſ.& Bald.
*in l. nemo Martyres C.de Sacroſ.Eccleſ.* & And.
Barbat. *in add.* ad Bald. *in d. l. nemo martyres*;
vlteriùs reſpondetur, quòd Alciatus loqui-
72 tur iuxta terminos *l. fin. C. de maleſ. & ma-*
*them.* & apparet manifeſtiſſimè ex verbis e-
iuſdem *in d. §. Seruorum num.* 10. ibi: *Cum*
*enim captiuus iam ſit, debet ſeruari, non occidi,*
*alioquin haud difficultèr reperirentur, qui eum*
*obtruncarent, ne de conſocijs interrogari poſſet, vel*
*vt maturiùs ignominiæ, pœnæque eximeretur*: &
ſic loquitur de homicidio doloſo,& appen-
ſato, ſeù de homicidio commiſſo ad ſub-
trahendas Fiſco probationes.

Paulus de Caſtro loquitur ad exculpandũ
73 Dominicum Doctum ab homicidio, & pę-
na homicidij, quod commiſerat in perſo-
nam Nicolini, qui per priùs occiderat in
Bello Patrem ipſius Dominici, qui in Bel-
lo captus erat, & dicit, quòd Nicolino non
fuit licitum illum occidere, poſtquam ca-
ptus erat, & quòd propterea benè potuit
Dominicus occidere ipſum Nicolinum,
74 vigore Statuti Florentini permittentis Fi-
lio facere vindictam Patris interfecti, & ſic
nullo modo poteſt adaptari caſui noſtro, &
in omnem caſum eius doctrina debet intel-
ligi, vt ſit vera, qùoad pœnam extraordi-
nariam, vt fuit iudicatum in caſu Sanfelic.
qui *in Dec.* 249. *num.* 17. nititur *d. conſ.* Pauli
de Caſtro. Bannimenta tandem Eminentiſs.
Legati *edita ſub die 4. Februarij* 1671. §. 12. ibi:
*Proibiſce alli Sbirri eſpreſſamente il laſciare il*
*Cane dietro à fuggitiui, mentre ad eſſi non conſti*
*chiaramente, che il fuggitiuo ſia bandito, ò con-*
*dannato, ò inquiſito per cauſe graui, e non mai in*
*altro caſo*. Et §. 13. *In oltre proibiſce eſpreſſa-*
*mente S. E. alli Sbirri, così in Contado, come in*
*Città il ferire, ò battere nè meno con pugni li pri-*
*gionieri, ancorche Rei di qualſiuoglia delitto*:
Nec ipſa applicantur, quia repertus cum
archibuſio poterat capi à Birruarijs, tamquã
Reus delationis armorum, quæ admittit
pœnam triremium, vt *Bannimenta diſponunt*,
& ideò non contrauenerunt *Edicto*, immit-
tendo Canem, & pro controuentione re-
ſpectu percuſſionum, & archibuſiatæ eſt in-
dicta pœna arbitraria, quæ nullatenus ſtan-
75 tibus ſupradictis debet extendi ad mortem,
quia opinio Gloſ. *in §. in Summa inſtit. de*
*Iniur.* volentis arbitrium poſſe extendi vſq;
ad mortem incluſiuè, non procedit indi-
ſtinctè, ſed eo dumtaxat caſu, quo delictum
de Iure, vel de conſuetudine eſſet dignum
morte, vt aduertunt Alex. *conſ.* 5. *circa fin.*
*vol.* 1. & Carol Tapia *de Iure Regni lib.* 5. *tit.*
73. *verb. de iniurijs cap. vt dignitatum verſ. pro*
*qualitate iniuriæ*, & ego pluries dixi *in his An-*
*notationibus*: Vndè, cum non reperiatur cau-
tum, quòd Birruarij puniantur pœna vlti-
mi ſupplicij pro homicidio in perſonam
carcerati commiſſo, niſi concurrat dolus,
vt dixi ex Text. *in l. fin. C. de maleſ. & ma-*
*them.* & de conſuetudine Tribunalium pu-
niantur citra mortem, vt apparet ex Sanfel.
*d. deciſ.* 249. qui teſtatur fuiſſe Reum depor-
tatum in Inſulam, & ex Muta *deciſ.* 7. qui
in fine teſtatur, quòd bis fuit iudicatum, in
caſu ſimili intrare tantùm pœnam triremiũ
per decẽnium, his omnibus attentis decreui
conformando, & regulando votum meum
cum reſolutione facta penes Gramat. *d. de-*
76 *ciſ.* 41. *quòd Birruarij, qui exploſerunt archibu-*
*ſiatas, & vulnerarunt fugientem, ex quo in actu*
*fugæ fecit continuatè reſiſtentiam cum archibuſio,*
*& archibuſiatam exploſit in Canem, cum qua*
*eumdem Canem occidit, nullatenus tenentur*: li-
cuit enim eis impunè agere ea, quæ fece-
runt, vt explicant etiam Farinac. *quæſt.* 32.
*num.* 41. 42. 44. & 45. Caball. *crim. reſ.* 132.
*num.* 1. & Muta *d. deciſ.* 7. *num.* 6. & confe-
runt ea, quæ dicunt Sanfelic. *d. deciſ.* 257. &
Didac. Perez *ordinat. Caſtellæ lib.* 2. *tit.* 14.
*leg.* 8. *lit. A. in fine*, & quòd *Gherardus Capo-*
*ralis Birruariorum, qui ex dicta Archibuſiata in*
*Canem, & occiſione eiuſdem canis commotus in*
*eumdem iam in poſſe Curiæ redactum exploſit ar-*
*chibuſiatam, & occidit, debet puniri citra mortẽ*;
conferunt ad hoc ponderata ad fauorẽ Offi-
cialiũ à Par. de Put. *de ſindic. verb. condemnatio*
*c.* 5. *n.* 2. videndus præſertim quia (& erat ter-
tiũ motiuũ recedendi à pœna ordinaria) ap-
parebat quòd plures fuerunt exploſæ archi-
buſiatæ, & plura fuerunt vulnera, itaut non
poterat cognoſci, an ex archibuſiata explo-
ſa per Gherardum potiùs, quàm ex alia ille
77 fuerit occiſus; nam tunc ſtante caſu rixo-
ſo nequit imponi pœna ordinaria, vt plu-
ribus oſtendit Farin. *quæſt.* 96. *num.* 30. Me-
noch. *de arbitr. caſ.* 362. *num.* 17. *& ſeqq.* &
Eugen. *conſ.* 22. *num.* 94. non obſtante, quòd
alij multi relati à Muta *d. deciſ.* 37. *num.* 19.
78 *& ſeq.* dicant contrarium, quia eorum do-
ctrina procedit in homicidio appenſato, nõ
autem in rixoſo, in quo numquam homi-
cida damnatur ad mortem, vt dixi ſupra.

Quæro obiter, licèt extra materiam, An
79 liceat Birruarijs ducere Canem, vt dicitur,
*da preſa*? Bouadill. *politica lib.* 1. *cap.* 13. *nu-*
*mer.* 57. dicit, quòd non: imò aſſerit eſſe in-
humanum vti cane etiam ad defenſionem
proprij corporis, quia defenſio debet fieri
cum moderamine, cuius non eſt capax a-
nimal brutum, vt ex Alciato *lib.* 2. *emblem.*
72. conſiderat idem Bouadilla. Verùm

80 hoc procedit in Ciuitate, & alio loco po-
pulato, ſed in Montanea, & locis montuo-
ſis permittendum eſt Birruarijs ducere hu-
iuſmodi Canes ad capiendum malefactores.
& facinoroſos, qui cum ſint practici, &
verſati incedere per vias, per quas alijs dif-
ficile eſt ire, cum facilitate euaderent è ma-
nibus Curiæ.
81 Canis ethimologiam ponit Iul. Caponus
*forenſ. diſcept.* 380. *num.* 11. & an ſit licitum
82 Clericis, & Eccleſiaſticis habere Canes Ve-
83 naticos, & an Monialibus retinere paruos
Caniculos in Monaſterijs, tractat idem Ca-
ponus *ibidem per tot.*
84 De caſu ſingulari, quòd Canes comede-
runt hominem viuum agit Maranta *conſil.*
136. *per tot.* vbi dicit Dominos dictorum
Canum fuiſſe ab omni pœna liberandos, &
dicit hunc caſum non fuiſſe amplius audi-
tum: ſed alium caſum de Canibus, qui
Nouitium Franciſcanum diſcerpſerant re-
fert Mornacius *in leg. prima in princ. ff. ſi qua-
drupes pauper.* & ex eo Ioannes Thoma *de
noxa animalium cap.* 27. *num.* 46. qui, refert
quod ex hoc dicti *canes fuerunt ex ſententia
Iudicum de anno* 1610. *obtruncati*: & ſubdit
Mornacius *ibidem* hoc eſſe ſingulare, quia
licèt Plinius Leones viderit ſuſpenſos in
Affrica, idemque propter atrociùs admiſ-
ſum fuerit obſeruatum in alijs animalibus,
*vetuſtas tamen* ſunt formalia verba Mornacij
*in canes nihil tale ſtatuerit ob fidem & cæteras eo-
rum virtutes*: verùm Io: Thoma *d. cap.* 27.
*num.* 13. ex P. Aerod. *rerum iudicat lib.* 3.
*tit.* 16. *cap. primo pagina* 464. refert quod Ro-
mani in honorem Anſerum clangore ſuo
Gallos Capitolium occupaturos prodeun-
tium, argenteum Anſerem in Capitolio
ponebant, atq; ſingulis annis anſeres in gra-
batulo, quã decentiſſimè collocatos publi-
cè alebant: Canes verò quod non latraſſent,
quaſi perfidi ſupplicijs annuis mactabantur.

Si vis plura ſcire de ſupplicijs belluis ani-
mantibus inflictis adeas Io: Thomam, qui
*d. cap.* 27. multa refert exempla.

Et ſi vis ſcire plura de canibus qui bella-
uerunt, & pugnauerunt pro Dominis, &
Dominos à latronibus, & inſidiatoribus cu-
ſtodierunt, & dormientibus Dominis in
campis, & agris, ne ſerpentes in os eorum
intraſſent, vigilarunt, adeas Foller. *in prax.
cenſual. verbo Nicolaus Epiſcopus num.* 156. *&
ſeq.* vbi cauſam reddit quare cum parricidis
culeo inſuantur canis, & vipera vide eum,
quia diffusè loquitur, & encomium magnũ
facit Canis fidelitati, & vide ſimile enco-
mium penès Bonifac. *de furtis* §. *mobilis nu-*
12. *fol. mihi* 221. at de Canum impudentia
plura dicit Tiraquell. *Connubial. l.* 9. *nu.* 183.
& *leg.* 15. *num.* 159.

Ne douerà alcuno di loro ſotto fin-
tione, ò ſimulatione di catturare qual-
che perſona, ò d'altra eſecutione en-
trare in caſa di Donne honeſte, nè ſer-
uirſi del nome della Corte per far sì,
che alcuna Donna quantunque mere-
trice acconſenta alle ſue voglie.

Duo exceſſus continentur hic, Primus
conſiſtit in ingreſſu facto nomine Curiæ in
domum mulieris, ſupple ad effectum explē-
dæ libidinis, alter conſiſtit in perterrefactio-
ne incuſſa nomine Curiæ in mulierem, ad-
hoc vt in domo propria, vel extra aſſentia-
tur actui libidinoſo; & ſic in primo exceſſu
requiritur, quod birruarij ingrediantur do-
mum: In ſecundò verò ſufficit, quod extrà
domum incutiant timorem: in vtroque ta-
men caſu requiritur abuſus officij, & no-
minis officij, nam ſi deficiat abuſus officij,
birruarij non poſſunt teneri pœna Banni-
mentorum, ſed tenentur ſicut cæteri ſol-
85 licitatores alienarum nuptiarum, qui ſe-
cundùm Bart. *in leg. prima ff. de extraordin.
crimin.* debent puniri proptèr voluntatem
pernicioſæ libidinis, ac ſi perfeciſſent flagi-
tium, quandò peruenerunt ad colloquium,
vel baſia, at Gloſ. *in dicta leg. prima* mitio-
ri pœna plectendos autumat, & Farinac.
86 *quæſt.* 142. *num.* 156. teſtatur, nunquam
vidiſſe pro oſculo luxurioſo de conſenſu
mulieris dato aliquem criminaliter mole-
ſtatum, prout nec tale quid vidiſſe, teſta-
tur Caball. ab eodem Farinac. citatus *crim.*
87 *reſol.* 96. *n.* 11. Etenim Officialis cognoſcẽs
carnalitèr mulierem meretricem conſen-
tientem, puniri non debet, quia licèt ex
ſuſcepto officio non peccandi licentiam,
ſed benè viuendi aſſecutum ſe ſcire debeat,
nihilominus propter huiuſmodi cognitio-
nem ſimultaneo conſenſu habitam non
88 poteſt puniri, dummodò ex cauſa litis, vel
ſub promiſſione aliqua ad ſuum officium
ſpectante non cognouerit Boer. *deciſ.* 317.
*num.* 15. Farinac. *conſ.* 5. *num.* 4. Tuſch. *lit.
C. concl.* 413. *num.* 15. & 16. Quod ſi præ-
textu officij etiam meretricem ſine vi Offi-
cialis cognouerit coram ipſo litigantem
parte, aut Fiſco conquerente priuandus eſt
officio Boer. Farinac. & Tuſch. *locis proximè
citatis*, & proindè refert Girub. *conſ. crimin.*
37. *num.* 5. condemnatum fuiſſe in M. R. C.
89 Officialem ad exilium per quinquennium,
& ad perpetuam officij priuationem, ex
quo acceſſerat ad domum cuiuſdam mere-
tricis ſub prætextu officij, eamque carnali-
tèr cognouerat, licèt abſque violentia, &
citat ad hoc Maſtrill. *deciſ.* 191. *num.* 36. &
Farinac. *conſ.* 74. *in fine*, refert. quod quidam
90 Marcus Antonius fuit tranſmiſſus ad trire-
mos, ex quo ſub nomine Curiæ ingreſſus
fuit domum meretricis animo eam carna-
litèr cognoſcẽdi, quã tamen non cognouit.
ſed vide ea quæ dixi *in c.* 3. §. 7. *n.* 10. *& ſeq.*

### Nel fare le ſue eſſecutioni commetteſſe furto.

Refert Io; Baptiſta Thor. *in adnotat.* ad
Io: Grandem *de Bello exulum in ſpecial.* 72.
91 *circ. fiuem* quod *de anno* 1611. *de menſe Au-*
*guſti*, fuerunt Paterni ſuſpenſi laqueo, &
in fruſtra ſciſſi quidam ſatellites, ex quo
cum iter agerent extra Ciuitatem Coſentiæ,
inuenerunt per tria ferè milliaria longè à
Ciuitate in quodam hoſpitio duos viatores
cum beſtia onerata rebus aeneis, vbi erat
abſcondita quædam ſumma denariorum,
& ſub certo quæſito colore perquirendi ſur-
ripuerant ducatos triginta, & idem repli-
cat Thor. *in Cod. rerum indic. caſ.* 40. *num.* 23.
26. *& ſeqq.* vbi ait quod non eſt ferendum,
92 quod Paſtor Lupus efficiatur, nec permit-
tendum, quod indè iniuriarum naſcatur
occaſio, vndè iura naſcuntur, & allegat
Text. *in l. ſi ſeruum veſtrum Cod. de furt & in*
*l. meminerint C. vnde vi*, & poteſt addi Text.
*in nouella* Theodoſij & Valentini *tit. de indul-*
*gentijs reliquor.* ibi *hinc maius incommodum vn-*
*de remedia certa debuere prouenire.*

An comprehendantur ſub hac diſpoſi-
tione Bannimentali illi birruarij, qui præ-
textu perſequendi criminoſos, ac delinquen-
tes, & arma prohibita deferentes, merces
extrahentes non ſolutis gabellis appræhen-
dunt, & prætio corrupti dimittunt merci-
bus reſtitutis? Matthæu *de Regim. Regni Va-*
*lent, cap.* 8. §. 8. *num.* 23. *& ſeq.* tractans de
93 hoc caſu, dicit quod non committunt fur-
tum, ſed barattariam, vel concuſſionem,
& extorſionem ad Text. *in l.* 2. *ff. de concuſ-*
*ſion.* & teſtatur quod Ioſeph Faſſardo, & alij
94 birruarij, qui plures extorſiones commi-
ſerant, fuerunt ducentis verberibus affecti,
& ad perpetuas triremes condemnati, &
pecunia extorta fuit applicata Fiſco, quia
aderat turpitudo ex parte dantium; mihi
95 tamen videtur potiùs tenenda opinio eo-
rum, qui apud Mattheu *loc. cit. num.* 24. aſ-
ſerebant eoſdem birruarios incurriſſe cri-
men peculatus, quod ſecundùm Farinac.
*quæſt.* 171. *num.* 19. & Caball. *crim. reſol.* 99.
*num.* 40. furtum eſt, & furto grauius, & eſt
ratio, quia nemo, niſi Reſpublica damni-
ficatur, cum res in commiſſum ſpectet ad
Principem, & Reſpublicam, & Dominus
mercium, quæ in commiſſum cadunt, non
concutitur, ſed benè corrumpit birruarios
ad rehabendum res, quæ Cameræ Princi-
pis ſunt affectæ, & propterea res Principi
addictas furantur, & in crimen peculatus
incurrunt iuxtà Text. *in l. prima ff. ad legem*
*Iul. peculat.*

### Faceſſe falſa relatione.

96 Birruarius faciens falſam relationem, ſi
mediante pecunia fecerit, tenetur *leg. Corn.*
*de falſ.* Sed ſi ſine pecunia tenetur actione
in factum, vt diſtinguunt Speculat. *lib. pri-*
*mo titul. de execut.* §. *primo verſ. ſed quæritur*
*qualiter num.* 4. Danza *in add. ad Gram. dec.* 41.
*num.* 31. Farinac. *quæſt.* 150. *num.* 93. Caſſan.
*Conſuetud. Burg. tit. de iuſtices* §. 6. *verb. de*
*leurs rappotz. num.* 6.

Sed Bannimenta diſponunt, quod bir-
ruarij falsò referentes, ſe fuiſſe offenſos,
ſeù impeditos in executione libera eorum
officij, debeant puniri eadem pœna, qua
puniri debuiſſent offendentes, ſeu impe-
dientes, quando offenſio, & oppoſitio fuiſ-
ſet vera; & quod extra duos hos caſus arbi-
trio Iudicis iuxtà qualitatem falſitatis pu-
niantur, & quidem videtur bona diſtinctio
quia in duobus primis caſibus ponitur Prin-
ceps in appræhẽſione, & cogitatione, quod
offenſio, & impedimentum tendat in con-
temptum, & offenſam ipſiuſmet Principis,
97 & ideò birruarij falsò referentes huiuſmo-
di facinora non ſolum aures Principis of-
fendunt, ſed & animum Principis in agita-
tione ponunt, quod non eſt in alijs crimi-
nibus falsò relats, in quibus aures tantum
Principis offendere dicuntur.

Verùm ſeueriſſimè eos punirẽ, & ſemper
maiori pœna ea qua delati eſſent puniendi,
98 quia delicta ab officialibus Principis com-
miſſa cum in eiuſdem Principis ignomi-
niam redeant, præ cæteris grauius punien-
da ſunt ad Text. *in l. vniuerſi C. vbi cauſ. Fi-*
*ſc.* vbi Salyc. reddit dictam rationem, quam
refert, & ſequitur Farinac. *quæſt.* 16. *nu.* 21.
latiſſimè Lucas de Penna *in l. prima col.* 5. *C.*
*vt nemo ad patrocinium ſuum*, & grauius etiam
puniendi, quia eorum delicta in officij per-
niciem, & reliquorum Miniſtrorum dede-
cus tendunt, vt ex Caball. Merlin. Zuchat.
Nouar. perpendit Mattheù *de Regim. Regni*
*Valentiæ cap.* 8. §. 8. *num.* 28.

Et non ſolum pœna debet eſſe grauis,
99 ſed & celeritèr infligenda etiam abſque
ſententia, quod eſt ſpeciale contra iſtos exe-
cutores falsò referentes, vt per Text. *in leg.*
*nè diù C. de pæn.* inquit Ang. de Vbald. *conſ.*
*crim. diuerſ.* 22. *num.* 25. *lib. primo in folio.*

Quæro primò. An ſemper, & indiſtin-
ctè birruarij falſam relationem facientes de-
beant æquali pœna puniri? Danza *vt dixi*
ponit diſtinctionem inter relationem fal-
ſam factam per pecuniam, & aliam factam
100 ſine pecunia, & quamuis delictum me-
diante pecunia patratum grauiorem pœ-
nam admittat, vt ex Bart. Baiard. Franc.
Marci Capic. Peguer. Maſcard. Carthat.
Gutierez. Gratian. & Giurb. ait Corriada
*deciſ.* 101. *num.* 36. nihilominus mihi non
101 ſatisfacit dictum Danzæ, quia pecunia
aggrauat pœnam. ſed non immutat natu-
ram delicti, ideò dicendum, quod debet
fieri diſtinctio inter calumniam veram, &
102 calumniam fictam, ſeù præſumptam,
nam birruarij, qui verè ſunt calumniato-
res,

tes, quod eſt quandò ſcientèr falsò aliquem accuſant, debet omninò pœna Bannimentorum plecti: at hi, qui ſunt ficti calumniatores, puta, quod aliquem accuſent, ſed accuſationem, quam credunt veram, non probant, quia forſan delictum, quod fuiſſe patratum credunt, non fuit admiſſum, certè non debent puniri, niſi pro temeritate Bald. *in leg. Atletas* §. *Calumniator num. 7. ff. de his qui not. infam.* & Alberic. *d.* §. *Calumniator* Menoch. *conſ.145.*
103 *num.* 13. temeritas enim illius, qui inconſultè, & ſtultè agit debet eſſe damnoſa ipſi accuſatori, qui debet in expenſis condemnari, Menoch. *loc. citat. & in tract. de recuper. poſſeſſ. remed.* 5. *num.* 72. Claud. ad Bertazol. *conſ.* 212. *lit. A.* & Caball. *crim. reſol.* 166. *num.* 15.

Quæro ſecundò. Quæ nam probatio
104 ſufficiat ad excuſandum à calumnia? Dic quod leues probationes, & inditia ſola, imò ſola opinio ſufficit, Menoch. *de arbitr. caſ.* 321. *num.* 7. Maſcard. *de probat. concl.* 24. *num.* 11. & Honded. *conſ.* 112. *nn.* 22. & 29. *lib. primo* & hoc poteſt fundari in Textu *in l. prima* §. *vtique ff. ad Sen. Conſult. Turpill.* ibi: *ſed non vtique qui non probat, quod intendit, protinus calumniari dicitur, nam eius rei inquiſitio arbitrio cognoſcentis committitur, qui Reo abſoluto de accuſatoris incipit conſilio quærere, qua mente ductus ad accuſationem proceſſit, & ſi eius iuſtum errorem reperit abſoluit eum,* & in Text. *in l.* 3. *C. de Calumniat.* ibi: *non enim ſi Reus abſolutus eſt, ex eo ſolo etiam accuſator, qui poteſt iuſtam habuiſſe rationem, calumniator credendus eſt:* Et quando quis iuſta, ſeù pro-
105 babili, ac veriſimili motus cauſa accuſat, non ſolum à pœna corporali, ſed à refectione expenſarum protinus excuſari debet, vt per prædicta Iura firmant Aym. *conſ.* 178. *num.* 10. *lib. primo* & Farinac. *quæſt.* 16. *n.* 71. qui loquuntur tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus.

Quæro tertiò, quis ſit Iudex competens,
106 quando relatio eſt facta in vno loco, & in alio eſt ſcripta, & perfecta, & in alio eſt præſentata? Danza ad Gram. *d. deciſ.* 41. *num.* 32. tangit hanc quæſtionem, & remittit ſe ad Theſaur. *deciſ.* 266. *num.* 11. 12. & 13. Aug. ad Ang. *de malef. verb. falſar. num.* 24. & 36. Maſill. ad Capic. *deciſ.* 142. *num.* 11. & Ric. *collect.* 243. vide etiam Caſſan. *conſuet. Burg. tit. de Iuſtices* §. 6. *verbo leurs num.* 8.

Quæro quartò, Cui ſit ſtandum, ſi birrua-
107 rius aſſerat ſeciſſe citationem, & citatus neget? Danza *loc. cit.* remittit ſe ad Rouit. *pragm.* 3. *de citat. num.* 1. & Menoch. *de arbit. caſ.* 112.

Quæro quintò, An credatur nuncio at-
108 teſtanti, quòd fecit falſam relationem? Ludou. Bologn. *conſ.* 52. *num.* 4. reſpondet
109 negatiuè, quoties primò in ſcriptis retulerit, & hanc tamquam vltimo loco relatam videtur approbare Caſſan. *conſuetud. Burgun.* *tit. de Iuſtices* §. 6. *verb. de leurs rapportz n.* 5. at Bald. *conſ.* 242. *vol.* 4. quem refert Caſſan.
110 *loc. citat.* hoc remittit arbitrio Iudicis, & ſubdit, quòd ſi Iudex eſſet, ſtuderet per teſtes, & alio modo veritatem habere, quam ſi habere non poſſet, nullo modo tali inſtrumento fidem haberet.

Quæro ſextò, Cui credendum Notario,
111 an Nuncio, ſi iſte dicat aliter retuliſſe, quàm ſit ſcriptum? Caſſan. *loco citato nu.* 9. dicit magis eſſe credendum Notario, vbi quærit, etiam quid dicendum, quando teſtis dicat aliter depoſuiſſe, quàm ſit ſcriptũ.

Quæro ſeptimò, quid dicendum in caſu,
112 quo Statutum dicat relationi Officialium ſtandum eſſe? debet ſtari dictæ relationi, vt inquiunt Innocen. Bero. & Io: Andr. *in cap. quoniam contra de probat.* & eſt Text. *in cap. cum parati de appell.* poteſt tamen contrarium probari per partem accuſatam, vt aduertit Iacob. de Arena *in tract. diſcuſſionis,* vbicumque enim lex, ſeu Statutum dicit ſtari debere alicui probationi, debet intelligi contrario non probato, ſecundùm Angel. de Vbaldi *conſ. crim. diuerſ.* 22. *per tot.* & ſignantèr *num.* 25. *tom.* 1. *in folio.*

Quæro octauò, An Birruarius, qui ſciens aliquod delictum fuiſſe commiſſum, omittit illius relationem facere, teneatur pœna Bā-
113 nimentorum? dic quòd non tenetur pœna ſtatuta in Bannimentis, quia in pœnalibus non debet fieri extenſio de caſu ad caſum, ſed non debet euadere impunitus, quia vel eſt certus de delicto, puta de reſiſtentia, offenſione, & huiuſmodi, & tenetur referre, aliàs pœna falſi punitur, nam idem eſt
114 dicere falſum, ac veritatem tacere, vt ex Gotofred. & Aug. ad Angel. ait Farinac. *quæſt.* 150. *num.* 75. & quòd debet grauitèr puniri, tenent in terminis Io: de Platea *in l. ſi quis in fine C. de fundis, & ſaltib. rei Dominicæ lib.* 11. & Caſſaneus *conſuetud. Burgund. tit. de Iuſtices, & droictz* §. 6. *verb. de leurs rapportz num.* 7. *vbi & in verbo Meſſiers* multa notabilia circa hanc materiam affert: vel
115 eſt dubius, & quia debet facere diligentiā, habetur pro ſciente, vt eſt Text. *in l. qui poteſt ff. de reg. iur. & cap. fin. de elect.* Ant. de Butr. *in cap. ab excommunicato extra de reſcrip.* Bald. *in l. prima C. ad Macedon.* & Fagnan. *cap. ad falſariorum num.* 10. & *ſeqq. de falſis,* & ex
116 hac veriſimili, & præſumpta ſcientia obligatur ad pœnam, vt in terminis inquit D. Silueſt. Bonfinius *in adnot. ad Bannim. generi Status Eccleſ. cap.* 66. *num.* 5. qui allegat concordantes, quibus addo Paul. de Caſtro *conſil. crim. diuerſ.* 46. *n.* 21. & *ſeqq. lib.* 1. habet
117 enim locum pœna in hac facti ſpecie, quoties contra obligatum denunciare Fiſcus probat de notorietate delicti, vel eiuſdem obligati veriſimili ſcientia, vt firmant præfati Doctores.

Crederem tamen, quòd pœna non poſſit eſſe corporalis, quæ non incurritur ex facto nega-

118 negatiuo, para quod non denunciauerit;
niſi probetur, quod ſciens non denunciaue-
rit, & ſic quod ſciret maleficium eſſe com-
miſſum, & etiam ipſum maleficium intel-
ligeret, vt in terminis præciſis tenent Cra-
uett. *conſ.* 260 *col.* 2. *verſ. igitur ad probatio-
nem lib.* 2. Marſil. *conſ.* 87. *num.* 15. *& per tot.*
Natta *conſ.* 225. *num.* 2. *vol.* 1. Bonacoſſa
*quæſt. crimin. verbo ſcienter*, Oſaſch. *deciſ.* 71.
*num.* 36, & Iaſ. *conſ.* 46. *num.* 10. *vol.* 3. quic-
119 quid ſit quoad pœnam pecuniariam Mā-
doſ. ad Rom. *conſ.* 127. *verbo fama*, Corbul.
*de emphyt. tit. de priuat. ob non ſolut. Canon. li-
mit.* 20. *num* 13, Bald. *d. l. prima nu.* 2. & Gra-
tian. *diſcept. forenſ.* 163. *num.* 15.
Et ita iudicaui in Ciuitate Rauennæ ad
fauorem Birruarij, qui ſuperuenerat in pla-
tea poſt rixam ſequutam inter DD. Abio-
ſum, & Verochium; obſeruauerat, vt di-
citur, *il bisbiglio*, & tamen non retulerat
Curiæ cum maximo periculo majoris ma-
li, & dixi carcerationem paſſam ceſſiſſe
120 in locum pœnæ iuxta aduertentiam
Danzæ *de pugna Doctorum tit. de homicid. cap.*
6. *num.* 24.
Quæro nonò, An compræhendantur *in
iſto* §. Birruarij, qui videntes de nocte ali-
121 quem incedentem cum armis euaginant
enſem, vel inclinant archibuſios, & abſq;
eo quod ſe manifeſtent pro Birruarijs, in
eumdem inſiliunt, & quia is extraxit arma,
forſan quia credidit, quod inſilientes eſſent
inimici, vel alij poſiti in inſidijs ad occiden-
dum, referunt Curiæ, quòd is extraxit ar-
ma ad reſiſtendum? Et quidem hoc factum
Birruariorum eſſe punitione dignum aſſerit
Bouadilla *politica lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 58. &
crederem eos compræhendi *in hoc* §. quia
re vera falsò, & calumnioſè accuſant, vt in-
nuit Bouadilla *ibidem*.

---

# Cap. IV. §. V.

Se alcuno Sbirro, ò Eſecutore piglierà alcuna ſorte di donatiui à fine di trattenere, ò differire alcuna Catturà, ò altra Eſecuzione, ò di far altro contro il debito del ſuo Officio, incorrerà l'iſteſſa pena, la quale (ſe la Cattura, ò altra Eſecuzione doueſſe eſſere per cauſa criminale) ſi darebbe al Reo, che haueſſe confeſſato, ouero fuſſe conuinto del delitto; mà ſe la Cattura doueſſe eſſere per cauſa ciuile, la pena ſarà di cinquanta ſcudi, e di trè tratti di corda.

*SVMMARIVM.*

1 *Birruarijs, & executoribus non eſt ſimpliciter probita acceptatio munerum, & Zeniorum, ſed ſolùm quando ad retardandam exequutionem accipitur.*

2 *Idem de Secretario Regni firmat Maurus.*

3 *Munera faciunt, vt accipientes exiſtiment fouendam, excuſandam, vel tolerandam malitiam eorum, qui illa dant.*

4 *Differentia quare Iudicibus ſimplicitèr, Birruarijs verò in certis caſibus tantùm prohibetur acceptatio munerum.*

5 *Inhumanum à nemine accipere; viliſſimum paſſim accipere. auariſſimum omnia accipere.*

6 *A litigantibus Iudex nihil debet accipere, niſi litem præceſſiſſet amicitia.*

7 *A non litigantibus accipit comeſtibilia, dummodò ſint modicæ quantitatis.*

8 *Iudex quando accipit munera, quæ debet conſiderare.*

9 *Carpzonij opinio circa acceptationem eſculentorum, & poculentorum.*

*Farinaccij opinio. num.* 14.

10 *Melius, & tutius eſt vt Iudex nec poculenta accipiat.*

11 *Eſculenta, & poculenta quæ ſint.*

12 *A calumniatoribus, & perſequentibus innocentem, & nec ab iniuſtè vexatis non ſunt accipienda.*

*Et nec ab infamibus. ibidem.*

13 *Zenia in toto anno non debent excedere valorem aureorum centum.*

15 *Eſculenta moderata ſunt, quæ paucis diebus conſumi poſſunt, nempe intra triduum.*

16 *Et in multis literis patentalibus expreſsè ponitur clauſula,* vt accipi poſſint eſculenta, & poculenta, quę triduo conſumi poſſunt, *& in Breui Auditoratus Turroni in perſonā Authoris expedito habetur prædicta clauſula.*

*Quomodo intelligenda. num.* 20.

17 *Conſuetudo accipiendi candelas cereas, & ſaccarum, & eiuſmodi excuſat.*

18 *Communitates poſſunt in certis anni ſolemnitatibus abſque licentia facere expenſas pro honore, decore, pietate, & dictæ expenſæ ſunt adminiſtratoribus bonificandæ.*

19 *Authoris animus, & intentio circa Zenia.*

21 *Statutū permittens Iudici accipere eſculenta, & poculenta à ſponte dantibus intelligitur, vt poſſit accipere à litigantibus, negotio iam abſoluto.*

22 *Sportulæ, ſeù ſalaria Iudici omnibus temporibus fuerunt ſoluta.*

23 *Sportulæ maiores, quam debitæ, an recipi poſſint remiſsiuè.*

24 *Sportulæ accipiendæ in Statu Eccleſiaſtico iuxta taxam Aldobrandinam, & non iuxtà Bannimenta generalia. ſeù particularia locorum.*

25 *Contrarium eſt verius.*

26 *An debeat attendi potiùs conſuetudo, quàm pandecta remiſsiuè.*

27 *Sportulæ non ad numerum Reorum multiplicandæ: Sed accipi debent pro centum, & mille ad ra-*

*ad rationem duorum tantum.*

*Intellige vt num. 28.*

29 *Et ne ſiat fraus legi debent omnes Rei vnica citatione vocari.*

30 *Sportula vnica accipi debet, quando plura crimina ſunt vnita, & reproducta ad vnum proceſſum, & ſententiam formandam.*

*Intellige vt num. 31.*

32 *Sportularium debet teneri in Statu Eccleſiaſtico vigore Bannimentorum.*

33 *Stylus, qui ſeruatur Bononiæ circa ſportulas.*

34 *Commendandus eſt dictus ſtylus.*

35 *Birruarij, qui accedunt per Comitatum ad exequendum, nihil debent accipere pro victu eorum, vel animalium iuxta ordinationes, & Banna.*

36 *Sed nō poſſunt ſeruari ob rationes, quæ reſcrũtur.*

37 *Et ideò non deberent fieri.*

38 *Qui denunciant, & notificant debitori mandata, debent priuari, condemnari ad intereſſe, & ſolutionem debiti, quatenùs debitor aufugiat.*

39 *Et in cauſa criminali pœna arbitraria puniri debent.*

40 *Qui conniuentèr fugere faciunt illum, quem capere debent, pœna arbitraria puniuntur.*

41 *Et eadem pœna puniuntur, qui negligunt capere.*

42 *Qui ad preces debitoris omittunt exequutionem, & recipiunt mercedem, ac ſi executionem feciſſent, comprahenduntur in Banno.*

43 *Birruarijs debetur merces, quando executione facta prorogatur terminus debitori.*

44 *Bulla Sixti V.* in ordine 6. *habet locum contra Birruarios, qui latrones, homicidas, &c. pretio, vel prece captos dimittunt, vel conniuenter fugere faciunt.*

48 *Quomodò puniendi de Iure Communi.*

*Birruarius, qui auxilium præſtitit facinoroſis ad occultandum cadauer hominis, quem facinoroſi occiderunt, & ſpoliarunt, fuit punitus pœna pecuniaria, & triremium. num. 45.*

47 *Sed neſciuit qualitates ſpoliationis, &c. nam ſi ſciuiſſet eadem pœna cum facinoroſis fuiſſet punitus.*

## Piglierà alcuna ſorte di donatiui.

BIrruarijs, executoribus, & alijs non
exercentibus iuriſdictionem, non eſt
1 prohibita ſimplicitèr acceptatio munerũ, &
Zeniorum vt de Secretario Regni inquiunt
2 Marcell. Maur. *alleg.* 22. & de Luca ad Vinc.
de Franch. *deciſ.* 403. *num.* 5. *in fine*, redden-
do rationem, quia non exercet iuriſdictio-
nem: ſed solùm prohibita eſt in caſu, quo
accipiunt ex cauſa procraſtinandę executio-
nis realis, vel perſonalis, vel aliquid aliud
faciendi contra debitum eorum officij. Be-
nè tamen verum eſt, quod birruarij debent
ſe abſtinere à munerum acceptatione, etiã
ſi offerantur ab illis, ad quorum fauorem
debent executionem facere non ſolùm quia
turpiter accipiunt id, quod præter merce-
dem taxatam, recipiunt à partibus pro exe-
cutione eius, ad quod ex officio tenentur vt
per Text. *in l.* 3. *ff. de condit. ob turp. cauſ.* dicit
Auend. *de exeq. mandat. Reg. par.* 1. *cap.* 17. *n.* 2.
*verſ. ſi ergò*, in tantùm quod ad reſtitutio-
nem obligati ſunt, quia debent eſſe conten-
ti ſalario, & mercede eiſdem aſſignata à
Statuto, vt innuit Auiles *Prætor. cap.* 42.
*gloſa nõ conſientan. lit. A. num.* 2. vbi reddit
rationem dicens, quia eſſet receptio contra
Iuris prohibitionem *cap. quia ſæpè de elect. in*
6. *& cap. quia plerique de imm. Eccleſ.* Et ſub-
dit quod remiſſio partis non prodeſſet, &
hoc idem dicit Portules ad Molinum §. *ſu-
periunctarius num.* 20. *&* 22. hoc tamen ex
Nauarra *in manuali cap.* 17. *num.* 30. non pla-
cet Don Antonio Cabreros *de metu lib.* 2.
*cap.* 30. *num.* 145. quia turpiter datum, &
turpiter acceptũ non eſt de præcepto reſti-
tuendum, nec in foro exteriori ad Text.
*in leg. vbi* 4. *ff. de condict. ob turp. cauſ.* quę ex-
præſsè ſtatuit non poſſe repetere eũ, qui tur-
piter dat ab eo, qui turpiter accipit: ſed e-
tiam, quia munera eundem effectum operã-
tur in animo eorum, ac in animo Iudicum,
aliorumque Officialium, & Miniſtrorum,
nempè, vt ita ſint affecti erga eos, qui mu-
3 nera mittunt, vt exiſtiment fouendam, vel
excuſandam, vel tollerandam malitiam
eorum, vt ex Text. *in Deuteronom. cap.* 18.
Conſiderat Carol. Tapia *de Iure Reg. tit. ne
Official. munera recipiãt rub.* 4. *lib.* 2. qui ex hoc
ait, eſſe valdè vtile ad iuſtitiam rectè mini-
ſtrandam, ne Iudices, aut cupiditate allecti,
aut numeribus placati ad dexteram, vel ad
ſiniſtram declinent, circa quam rem viden-
da ſunt, quæ diffusè ponit Muta *ad conſue-
tud. Panormit. cap.* 8. *per tot. & ad pragmatic.
tit.* 13. *ne official. munera accipiant per tot.* & la-
tiſſimè Xamar *de offic. Iud. par. prima qu.* 20.
*per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 517. *per tot.* &
videndus etiam Didac. Perez *ordinat. Caſtellæ*
4 *lib.* 2. *tit.* 14. *leg.* 40. *lit. A.* vbi reddit ratio-
nem differentiæ, quare Iudici ſimplicitèr,
birruarijs verò in aliquibus tantùm caſibus
prohibeatur acceptatio Munerum, & Ze-
niorum, nempè quia munera, & eſculenta,
& quodlibet aliud ſeruitium Iudici datum
poteſt eum corrumpere, cum ſit præcipiens,
non autem Alguazelum, ſeu birruarium,
qui præcepto Iudicis obedire tenetur tan-
quam nudus Miniſter: videndi pariter Bo-
uadilla *politica lib. primo cap.* 13. *num.* 28. &
Auendan. *de Mand. Reg. par. prima cap.* 2. *nu-
mer.* 5. & Azeuedo *recopil. lib.* 4. *tit.* 23. *leg.*
9. *& leg.* 21. qui loquuntur de prohibitione
abſolutè facta birruarijs, ne dona accipiant.

Hac occaſione quæro primo. An mu-
nera ſint omninò reſpuenda? Vulpianus *in*
5 *l. ſolent. ff. de offic. Proconſul.* reſpondet, quod
inhumanum eſt à nemine accipere, ſed paſ-
ſim viliſſimum, & omnia auariſſimum;
ideò regula, quam ponit Tapia *loc. cit. in
conſt. incip. apud Iuſtitiarios*, ſeruanda mihi
6 videtur, nempè quod à litigantibus nihil
prorsùs accipiatur (niſi tamen litem præ-

cesſiſ-

ceſſiſſe amicitiæ, & proptèr amicitiã inter-
ceſſiſſet per antea aliquod donum) & in hoc
imitatione dignus eſt Princeps Turcarum,
qui teſte Surgente *in Neapoli illuſtrata lib. pri-
mo cap. 17. num. 21.* fecit decapitare Iudicem,
ex eo quia à quodam litigantium luſciniam
accepiſſet: à non litigantibus verò accipian-
7 tur res commeſtibiles tam ſale, quam zac-
caro conditæ, capones, & pulli Indiæ dicti,
hoc eſt accipiantur eſculenta, & poculenta,
dummodò ſint modicæ quantitatis, & do-
nans non habeat animum Iudicem corrum-
pendi, aut eius animum inclinandi, & re-
fert ibidem Tapia, quod Petrus Hiſpanus
8 Carmelita dicere ſolebat *Iudicem non debere
eſſe facilem ad accipiendum munera, ſed tempore,
quo accipit, debere excogitare, quis mittat, ad
quem finem, quantumue ſit donum, ne facilitas reci-
piendi ipſum à recta iuſtitiã adminiſtrandi via ſe-
moueat*, ſed Carpzou. *pract. crim par. 2. q. 94.
num. 61.* ait quod licèt eſculenta, & pocu-
lenta videantur eſſe calcar expediendarum
litium, & minutula eſſe gratitudinis ſigna,
ob quæ nihil magis, aut minùs in iudicio,
aut executione facienda procedatur, vt le-
pus, cuniculus, capo, perdix, pauo, luc-
cius, ſalmo, aut varia vinorum genera
9 non facilè corrumpere queant Iudicem: at-
tamen non permittendum, vt vel hæc Iu-
dices capere poſſint argum. Text. *in cap. mi-
litare 23. quæſt. prima* Tholoſ. *lib. 2. de Repub.
cap. 6. num.* 16. nam in minimis eſt affectio,
& ex minimis, ſi permittantur, facilis ad ma-
iora optanda, & capienda eſt via Ventura
de Valent. *in Partenop. litig. lib. 2. cap. 10.
num. 23.* & concludit melius, & tutiùs eſſe,
10 vt ab hiſce Iudex verùs iuſtitiæ Sacerdos
abſtineat, nam vt dicit Muta *ad pragmat.
tit. 13. ne Officiales munera accipiant num.* 28.
hæc, ſi non corrumpunt, ſaltem placant,
adeo vt tempore ſententiæ faciliùs in fauo-
rem dantis inclinet. Vide hac de re diffusè
poſt multos, quos citant loquentes Zamar.
*de offic. Iudic. par. prima quæſt. 20. num. primo
& ſeq. & per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 517.
*à num. 3. vſque ad num.* 9. Farinac. *quæſt.* 111.
*num.* 255. *& ſeq.* Otero *de official. par prima
cap.* 16. & latiſſimè Larrea *Fiſcal. alleg.* 47.
*per tot.* & D. Petra *M. Cur. ritu* 265. *nu.* 147.
*& ſeq.*

Quæro ſecundò. Quæ ſint eſculenta, &
11 poculenta? dic quod omne id, quod editur
nomine eſculenti, & omne quod bibitur
nomine poculenti continetur, vt explicat
Alberic. *in l. plebiſcito nu. 2. ff. de offic. Præſid.* &
Farin. *quæſt.* 111. *nu.* 250. Et quod eſculen-
ti appellatione veniant pulli, oua, olera,
poma, & cæteræ res agreſtæ volunt Mar-
cus Antonius Surgens *de Neapol. illuſtr. lib.
primo cap. 17 num. 23.* & Carolus Tapia, qui
refert Surgentem *in d. Conſtitutione apud Iu-
ſtitiarios propè finem*; & appellatione poculen-
ti veniunt amphoræ vini, puta maluaſiæ,
vel cretici, & huiuſmodi vt explicat ex Vil-
ladieg. Neuizzan. Boſſ. Menoch. Viu. &
alijs Farinac. *quæſt.* 111. *num.* 225.

Quæro tertiò. An iſta eſculenta, & po-
culenta ſint recipienda ab omnibus indiffe-
rentèr, & omni tempore? Dic quod non
12 debent Iudices recipere à calumniatoribus,
& perſequentibus innocentem, & nec ab
iniuſtè vexatis, & minùs ab infamibus, Al-
beric. *in d. l. plebiſcito num. 3. & 4. ff. de offic.
Præſidis*, & alij quos refert Farin. *quæſt.* 111.
*num.* 255. Neuizz. *Silua Nupt. lib. 5. num.* 99.
& Io: Segura Daualos *director. Iudic. part.
prima cap. 14. num.* 26. & vt dixi *ſupra* ex Ca-
rolo de Tapia, nunquam à litigãtibus, quod
eſſe prohibitum ſub maximis, & varijs pœ-
nis ex Luca de Penna Gloſ. Angel. Afflict.
Imola & Alexandro firmat Oterò *d. cap. 16.
num.* 2. & ſaltem eſſe periculoſum dicit Pa-
ris de Puteo *de ſind. verbo poculenta cap. 2. nu-
mer. primo circa finem*, inquiens quod litigan-
tes non dant cum caritate, ſed per corru-
ptionem iuxta illud Ouidij *lib. 2. de arte amã-
di, & lib. 2. Elegiarum* relatum à Muta *d. ti-
tul. 13. num.* 28.

*Crede mihi res eſt ingenioſa dare.*

Vnde Paris *loc. cit.* ſubdit, quod dans Iudici
vnam gallinam, dat cum intentione, vt ha-
beat ab eo bouem, & quod dicunt Ruſtici,
quod *Zenium intrat per portam Iudicis, &
diabolus exit per feneſtram*, quià dicunt *ego
portaui vnam gallinam, & fecit quicquid volui*,
& dicta verba Parid. de Puteo refert Io: Se-
gura Dauialos *d. cap. 14. num.* 24. videndus
quia multa notabilia *per totum illud cap.* affert
& eadem verba refert etiam D. Petra *M. Cur.
ritu 265. n. 148. verſ. in hoc autem Regno in fine.*

Et nec debent recipere ſemper &
omni tempore, quia in omni, & toto an-
no non debent recipere Zenia, niſi in
13 valore in totum, & per totum aureorum
centum, Boſſ. *tit. de offic. corrupt. num. 3. cir-
ca med.* Corrad. *pract. ciuil. §. primo num.* 6.
Viu. *deciſ.* 113. *num.* 11. & Farinac. *d. q.* 111.
*num.* 255. *in fine* relatis prædictis Doctori-
14 bus concludit Iudices poſſe recipere mune-
ra moderata, & quæ veriſimiliter non ſint
apta ad remouendum Iudicem à recto iudi-
cio, & eſculenta, & poculenta moderata
ſunt ea quæ paucis diebus conſumi poſſunt
15 vt eſt Text. *in leg. plebiſcito ff. de offic. Præſidis,
& in cap. ſtatutum §. inſuper de reſcript. in 6.*
& Farinac. *d. quæſt. 111. num.* 260. inquit,
quod illud dictum intrà paucos dies intelli-
gitur *de tribus diebus*, & quod in pluribus *li-
teris patentibus* Officialium vidit appoſitam
16 prohibitionem receptionis munerum, &
mandatum præſtandi iuramentum de illa
non recipiendo; præter quam eſculenta, &
poculenta, quæ *triduò* conſumi poſſunt, &
ego habeo prædictam clauſulam *in Breui
Auditoratus Turoni Bononiæ*, & antequam
diſceſſiſſem ab Vrbe, iuraui in manibus
Eminentiſs. & Reuerendiſs. Procamerarij
de non recipiendo, niſi eſculenta, & po-

culenta, quæ triduò conſumi poſſunt, &
vbi extat conſuetudo poſſunt etiam accipe-
re Zaccharum, & aliquid aliud ſimile in
17 diebus Natalitijs Domini Noſtri Ieſu Chri-
ſti, & alijs anni ſolemnibus feſtiuitatibus vt
inquit Rebuff. *Conſtit. Reg. tom. 3. tit. de Sa-
lar. taxat. pro viſione proceſſ. gloſa vnica nu.* 18.
& ex Textu, & Gloſa *in l. laudabile C. de Ad-
uoc. diuerſ. Iudic.* dicit Capiblancus *ſingul.* 53.
*incip. expenſa in feſtiuitate*, (vbi vlteriùs ait,
Communitates poſſe abſque licentia facere
18 expenſas, moderatas tamen, in dictis die-
bus pro honore, decore, pietate, & quod
dictæ expenſæ debent adminiſtratoribus bo-
nificari, & citat Text. *in l. cum plures §. cum
tutor ff. de adminiſtratione tutor.* & allegat Gar-
ziam, Eſcobar. Auend. & Vinc. de Franch.)
& ex Gloſa *in l. fin. verbo conuictus in fine C. ad
leg. Iul. repetun.* Parid. de Puteo *de ſindic. ver-
bo poculenta cap. 2. num. primo & verbo Iudex
num. 2. in fine* Alberic. *in l. 2. num. 3. ff. de
condict. ob turp. cauſ.* inquit Farin. *quæſt.* 111.
19 *nu.* 222. Tutiùs tamen eſſet ſi obſeruaretur id
quod dicere ſolebat Peſcennius Niger Prin-
ceps Romanus vt refert Rebuffus *loc. citat.
num.* 8. & Surgens *Neapoli illuſtrata lib. primo
cap. 17. num.* 22. nempe Iudicem neque da-
re quicquam debere, nec accipere, & ſub-
dit Surgens *ibidem* ex Alex. ab Alex. *dier. ge-
nial. lib. 3. cap.* 17. hoc apud Romanos eo
fuiſſe Religioſum, vt ne prandium quidem,
aut vini Amphoram accipere magiſtratibus
liceret. Et quia Zenia videntur permiſſa
*in d. l. ſolent ff. de offic. Proconſ.* monet, & be-
nè, Surgens *loc. cit.*, quod dicta permiſſio
directa eſt Superiobus tantùm magiſtrati-
bus: inferiores enim, & præſertim Iudices,
qui habent publica ſalaria, à priuatis mu-
nuſcula accipere prohibentur *auth. vt Iudi-
ces ſine quoquo ſuffrag. §. penult.* Et eſto quod
non prohibeantur, attamen non debent di-
cta munuſcula accipere, quia magis æſtima-
buntur, ſi illa non accipiunt, vt dicit Pa-
ris de Puteo *d. verbo poculenta cap. 2. num.* 2.
& hoc eis erit in cenſu, nam promouebun-
tur ad officia maiora, vt pollicetur Impe-
rator *in auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffrag.
§. illud & ibi* Gloſa *verbo ſpem*, & aduertit
Puteus *loc. cit. d. num. 2. circa finem*.

Pro his tamen qui habent clauſulam ſu-
pradictam *in literis patentalibus* vel habent
*conſuetudinem* pro ſe.

Aduertendum quod non eſt neceſſe, quod
20 exulenta, & proculenta infrà *triduum* con-
ſumentur, & conſumpta ſint, quia ſufficit,
quod potuerint conſumi, vt ex Io: Andr.
Butr. Gemin. & Menoch. firmat Farinac.
*d. quæſt.* 111. *num.* 257. *& ſeq.* ſubdens, quod
non faceret contra legem Iudex, qui in
vna die à diuerſis perſonis dono reciperet
decem paria perdicum, vel caponum, le-
porumue, & quod conſumptio menſuran-
da eſt non quoad Iudicem ſolùm, ſed etiam
quoad eius familiam.

Iterum aduertendum quod aliqui Do-
ctores volunt, quod vbi Iudici per Statu-
tum, ſeù Legem eſt permiſſum accipere à
ſponte dantibus eſculenta, & poculenta,
debet huiuſmodi Statutum, ac etiam con-
ſuetudo intelligi vt poſſit accipere, negotio
21 iam abſoluto, quando ſcilicèt deſijt in
cauſa eſſe Iudex, vt firmat Didac. Perez. *or-
dinat. Caſtellæ lib. 2. tit. 14. leg. 40. lit. A. verſ.
vel dic quod iſta lex*: Sed hæc differentia non
probatur Paridi de Puteo *de ſindic. verbo po-
culenta cap. primo num. primo* vbi ex Baldo ait
quod Officiales nec *officio finito* poſſunt reci-
pere dona, quia quod fit in ingreſſu, vel
egreſſu officij dicitur fieri in officio *l. Iuris
gentium §. quinimo ff. de pact. arg. l. prima ff. de
poſtulan.* & etiam quia poteſt præſumi pro-
miſſum durante officio, hoc eſt pendente
cauſa *leg. ſi ventri §. fin. ff. de priu. credit.*

Tertiò aduertendum quod licèt per
Statutum, ſeù legem ſit Iudici permiſſum
accipere eſculenta, & poculenta, tamen
pecuniam pro illis accipere nequaquam ei
licet, & hoc ratione publicæ honeſtatis, vt
ex Andr. de Iſernia *in Conſtit. litigator. de pæ-
nis illor. qui iudic. corrump.* aiunt D. Carolus
Petra *M. Curiæ ritu 14. nu. 12. circa finem* Paris
de Puteo *d. verbo poculenta cap. 2. num. primo
poſt medium*.

Quæro quartò. An Iudices poſſint reci-
pere ſportulas? Dic quod olim habebant,
ſalarium à Principe vt ex Bart. *in auth. de Iu-
dicibus §. nullo, coll.* 6. dicit Auendan. *de
mandato Regio parte prima cap. 17. num. 2. verſ.
ideò olim*, & antiquitùs ex publico fuiſſe con-
ſtituta, & aſſignata ſalaria deducitur etiam
ex Text. *in l. prima C. de officijs Præfec. Affricæ*,
& Peſcennium Nigrum Conſulem Roma-
num conſtituiſſe Iudicibus publica Salaria
inquit Surgens *de Neapoli Illuſtrata lib. primo
cap. 17. num.* 22. & ex publico ærario ſalaria
Iudicibus conferri iuſſiſſe Auguſtum ex
Dione *lib. 13. hiſtor. Rom.* & alijs refert Salze-
do *ad nouas leg. recopilationis l. 19. tit. 19. lib. 2.
num. 11. pag.* 123. qui ex Caſſiod. *lib. 6. epiſt.*
23. elicit rationem ex illis verbis: *ideò enim
tot emolumentorum commoda ſerimus, vt ſecuri-
tatem Prouincialium colligamus*; ne ſcilicèt vt
ait Cutellus *ad leges Siculas Federici cap. 8.
nota 20. num. primo fol. mihi* 125. Officiales
vel neceſſitate, vel cupiditate iuſtitiam
venundent, & hoc idem in ſuo Dominatu
decreuiſſe Baiaſetem Turcarum Regem ad
fraudes, ac iniurias ſuorum Cadiorum,
hoc eſt Iudicum, medendas ex Iuſto Lipſio
*in monitis ac exemplis politicis cap. 9. in vltim.
quæſt. ad finem*, inquit Cutellus *loc. cit.* qui
*in eod. lib. comm. ad leges Martini cap. 7. nota
6. num. primo*, ait quod Princeps debet effi-
cere, vt officialibus exſoluantur debita, &
conſueta ſalaria, ne iniuſtè factorum dam-
na reparare teneatur, tanquam qui iniurijs
ſubditorum fomentum attulerit ſciens, ac
prudens iuridicos gratis militare minimè
poſſe,

poſſe, ac quod à publico non obtinent à priuatis ablaturos: hoc verò citra concuſſionem, ac venundatam iuſtitiam nequaquam euenite, cum nec magiſtratus non retributurus accipiat, nec ſubditus niſi per fas, nefaſque exacturus præſtet: quamobrem Princeps retardatis ſtipendijs conſenſum corruptelæ præſtaſſe, ac ſibi animaduertendi viam quodammodò præripuiſſe videtur, per quod, ſunt verba Cutelli: *puto tributa in id indicta in aliam etiam grauiſſimam cauſam à Principibus expendenda non eſſe, & ſi aliter egerint læthalem culpam vitare cum demptorum reſtitutione nequaquam poſſint quaſi damni cauſatores videantur ſi ſtipendijs ſublatis iuridici populos vexent.*

Vel ſaltem ex prouentibus officij ſumebant vt ex Gloſa *in cap. Statutum de electione verbo expenſa*, dicit Auendan. *ibidem*;

Propterea quando habent ſalarium à Prin-
22 cipe non eſt conueniens, quod accipiant etiam ſportulas; debent enim eſſe contenti dicto ſalario ad Text. *in l. vnica C. de præbendo ſalar. lib. 10. l. 2. C. de prox. Sacr. Scrin. lib. 12. auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffrag. §. cogitatio eapit. cum ab omni de vita & honeſtat. Cleric.* at quando non habent conſtituta ſalaria, poſſunt accipere ſportulas, quià loco ſalarij ſunt ſubrogatæ, vt oſtendunt pluribus citatis Gonzalez. de Salzedo *ad nouas leges recopil. d. l. 19. tit. 19. lib. 2. num. 11. & ſeq.* & Maſtrill. *de Magiſtrat. libr. primo capitul. 22. numer. 2.* qui *ibidem num. 3.* ait hoc eſſe verum, vbi conſuetudo non eſſet in contrarium; & hoc replicat *ibidem nu. 9.* Ideò Iudex recipiens ſportulas à parte litigante (per partes enim litigantes ſubminiſtrari ſolent, vt ex Rebuffo, & Caſſaneo dicit Maſtrill. *loc. cit. num. 18. & eſt text. in §. tripli. inſtit. de actionib.*) dummodò iuxtà taxam à Principe, ſeù Statuto determinatam accipiat, non poteſt repræhendi, & nec dicitur pecunia corruptus, vt eſt Text. *in l. fin. C. ad leg. Iul. repetund.* Alber. *in l. 2. num. 3. ff. de condict. ob turp. cauſ.* Maſcard. *de probat. lib. primo concl. 164. num. 16.* Bertazol. *conſ. 81. num. 3.* Farinac. qui alios allegat *quæſt. 111. num. 230. & num. 358.* vbi ait, quod ſportulæ, ſeù propinæ à conſuetudine taxatæ, & approbatæ poſt ſententiam latam à Iudicibus licitè recipiuntur abſque incurſu pœnæ, prout ait Nauar. *in Conſtit. Gregor. VIII. de datis, & promiſſis num. 4. 5. & 32.* vbi quid ſi de-
23 ponantur propinæ maiores, quam debitæ, illæque dentur & recipiantur. Vide ad materiam Virg. Boccacc. *tractat. de pact. part. 3. num. 76.*

Circa Taxam Sportularum non debent obſeruari in ſtatu Eccleſiaſtico Bannimenta generalia, ſeù particularia locorum, & nec
24 minùs Conſtitutiones Apoſtolicæ, ſed debet ſeruari Conſtitutio Marchiæ, & in locis, vbi illa non ſeruatur, debet attendi *Aldobrandina* prout mandauit expreſsè S. Conſulta *ſub die 2. Aprilis* 1600. vt refert Caſtell. *in eius memoriale fol. mihi 72.* ſed veriùs eſt
25 quod debet attendi, & ſeruari taxa, ſeù conſuetudo locorum, vt aduertit idem Caſtell. *loc. cit. fol. 74.* & probant Bart. Bald. Io: de Platea Auendan. & Paz. *locis citatis* à Gonzalez Salzedo *loco proximè citato numer. 32.*

Si Officialis accepit iuxtà pandectas, ſed
26 conſuetudo eſt in contrarium, ſcilicèt capiendi minora iura, ſeù ſalaria an teneatur? tradit remiſſiuè Riccius *de public. Iudic. quæſt. prima num. 57. lib. 2.* & citat Mayam *in addit. ad conſ. 10. num. 29. de eadem quæſtione agit* Auendan. *de mandato regio cap. 2. num. 14. & cap. 17. num. 5. verſ. quartò deducitur* & ex eo Maſtrill. *dicto cap. 22. num. 7.*

Sed an ſportulæ debeat multiplicari ſecundùm numerum Reorũ? Dic quod non: quia etiam ſi plures ſint Rei, vnicum tamen perſoluendum eſt ſalarium, ac ſi vnus abſolutus fuiſſet Io: de Plat. *in l. vt autem in princ. verſ. ex hoc inferunt C. de re mil. lib. 12. & eſt tex. in §. ſportularum verſic. ſi verò pro vna auth. de ſanctiſs. Epiſcop.* Rouit. *pragm. 36. num. 5. de offic. Magiſtr. Iuſtitiar.* & D. Carolus Petra *Mag. Cur. ritu 9. num. 7.* qui ex Danza *de pugn. Doctor. tit. primo de offic. Actuar. num. 12.* Nouar. *de grauam. Vaſſall. grau. 97. tom. 2.* & Anichin. *de preuent. inſtrum. c. 4. dub. 6. n. 85.* & Rouit. *loc. cit.* ait hoc malè ſeruari: ſed veriùs eſt quod debet ſeruari Statutum, ſeù conſuetudo extans in locis, ideò hic Bononiæ, quamuis delinquentes eſſent centum, & mille, accipiuntur ſportulæ ad ratio-
27 nem *quinque* Cancellorum, & non plus, & Firmi *iuxta Statutum dictæ Ciuitatis fol. mihi 209.* accipiuntur ſportulæ ad rationem *duorum* decretorum tantum, & ità eſſe practicandum, docet Caſtell. *loc. cit.* puto tamen,
28 quod huiuſmodi diſpoſitiones procedant, quoties multi Rei proceſſati pro eodem delicto vno, eodemque tempore inſimul inſtant pro cancello, ſeù abſolutione; ſecùs ſi quilibet de per ſe ſolus inſtet, vt explicat Statutum Firmi *loc. cit.* & ità ſeruatur etiam *Bononiæ, & Rauennæ*, & eſt ratio, quia tunc quot ſunt perſonæ, tot ſunt capita, & quot capita, tot ſint decreta ad tradita per Gomez. *var. lib. 2. cap. 11. num. 16. circa finem.* Aduertendum tamen in hoc, ne fiat fraus legi, nam poteſt eſſe, quod quilibet de per ſe inſtet pro abſolutione ex eo, quia ſolùs fuit citatus, & moleſtatus, quod ſi fuiſſent citati, & moleſtati inſimul, omnes forſan vnitim inſtetiſſent pro abſolutione; & ad obuiandum huiuſmodi fraudi, curan-
29 dum eſt, quod Officiales faciant vnam citationem pro omnibus, & non plures diſtinctas citationes tranſmittant, vt benè in ſimili aduertit Capiblanc. *de Baronib. par. 2. cap. 38. num. 20. & ſeq.*

Aduertendum etiam quod ſi quis inſtet abſolui à ſententia lata ſuper diuerſis crimi-

nibus penitùs ſeparatis, ſed inuicem vnitis, & reproductis ad aggrauandum delictum pro quo fuit condemnatus, Iudex debet ac-
30 cipere vnum tantùm honorarium pro grauiori delicto conſtitutum vt inquit Caſtell. *loc. citat. fol.* 73. & ità habetur in reforma Statuti Ciuitatis Firmi *rub. prima de ſportulis num.* 20. Sed procedit quando proceſſus re-
31 producti ad aggrauandum principale delictum fuerunt habiti in conſideratione ad aggrauandam condemnationem indè ſequutam, [& ſic omnes ſimul habiti, & reputati fuerunt pro vnico proceſſu, alias eſſet abſurdum dicere, quod quis pro pluribus delictis deberet vnicam tantùm propinam ſoluere, quando proceſſus eſſent reproducti ad oſtendendam malam qualitatem Inquiſiti, quia Reus reportaret commodum ex ſua malitia, & hoc probatur ex Gloſa *in l. etiam ſi Patre* §. *primo verbo audiendus ff. de minor.* Gomez *d. cap.* 11. *num.* 16. *in fine* Rouit. *d. pragm.* 36. *num.* 5.

Aduertendum tertiò, quòd in ſtatu Eccle-
32 ſiaſtico extāt Bannimenta Generalia *c.*69.& extat mandatum, ſeù præceptum S. Conſultæ tranſmiſſum Præfecto Nurſiæ *die* 10. *Decembris* 1589. de quo teſtatur Caſtell. *loc. cit. fol.*74. quod conficiatur libellus nuncupatus ſportulario, in quo Iudex propria manu, vel ſaltem Cancellarius teſtetur de quantitate recepta, alias debet ſtari Iuramento illius, qui conqueritur circa quantitatem ſportularum, non obſtante quauis conſuetudine in contrarium, & hoc eſt conforme iuri communi ex doctrina Bart. & Valenzuol. relata à D. Franc. Amaya *in l. quoties in diſceptatione num.* 3. *C. de diſcuſſorib. lib.* 10. qui dicunt probari diſcuſſoris iniquitatem ex ſola allegatione grauati, quia diſcuſſor ipſe tenetur probare veritatem, & iuſtitiam diſcuſſionis, quam fecit, & hoc dicunt ſignificare illa verba Text. *Et fidem facti non poterit approbare diſcuſſor.* Multò magis ergò debet ſufficere ſi vltra allegationem concurrat Iuramentum grauati, vt diſponitur in dictis Bannimentis, quæ non poſſunt redargui de nullitate, vt *dixi* in materia dati damni, quod probatur iuramento damnum paſſi; & confectio ſportularij fit etiam Bononiæ vbi plures libri habentur in Notaria, in quibus regiſtrantur huiuſmodi ſportulæ,
33 & Auditor Turroni illas non accipit, niſi per manus Miniſtrorum Sacri Montis Pietatis, penès quos quolibet menſe per Caput Notariorum depoſitantur, & expunctis partitis de die, in diem in dictis libris regiſtratis, diſtribuuntur, & aſſignantur portiones, & ratæ Auditori Turroni, & Notarijs, & eidem Sacro Monti Pietatis iuxta
34 taxam, & eſt modus valdè commendandus, quia tollitur malignis anſa calumniandi Officiales, & tollitur Officialibus occaſio grauandi ſubditos, & videtur iſte modus deſumptus ex diſpoſitione Textus *in l. annonas C. de erogat. milit. annon. lib.* 12. ibi: *vt omnibus ſupra deſignatis emolumenta debita in pratijs diſpoſitio tui culminis pro publica vtilitate taxatis præcipiat errogari.* Quem Textum iuxta intellectum ei tributum à Luca de Penna, Platea, & Rebuff. *ibidem* ponderat, & inducit Gonzalez de Salzedo *ad nouas leges recopilat. Hiſpan. l.* 8. *tit.* 21. *lib.* 2. *recopilat. num.* 34. ad corroborandam diſpoſitionem legis præcipientis ſportulas eſſe recipiendas è manu Superioris deputati, ne ſubditi grauentur, & hoc idem ex Rebuffo *Conſtit. Reg. tom.* 3. *tit. de ſalar. taxat. pro viſione proceſſ. gloſa vnica num.* 22. 23. *&* 24. dicit Ludou. Paitellus *in annot.* ad Patrem *expeditione* 93. *num.* 18.

Si vis ſcire quanta in cauſis ciuilibus ſit propina, & ad quam ſummam aſcendat, ſi plures ſint Iudices in eadem cauſa; & an debeatur ſi partes ſe antè ſententiam concordauerint; & an pars poſſit illam à collitigante repetere, ſi Iudex ob amicitiam, vel aliam cauſam remiſerit, adeas D. Carolum Petram *M. Curiæ ritu* 14. *num.* 2. 6. 7. 16. *circa med.* Gloſam *in* §. *tripli verbo item ſecundo nota inſtit. de actionib.* Maſtrill. *de magiſtrat. lib. primo cap.* 22. *num.* 13. *& ſeq.* 23. 24. 26. 28. & plura notabilia circa hanc materiam ſportularum habebis penès Salzedo *loc. cit. d. num.* 10. *vſque in finem* Paitell. *ciuil. cauſ. expeditione* 93. *per tot.* & Ludou. eius filium *ibidem in annotatione pariter per totam*, & penès Dominum Manzium *conſult.* 254. *per totam*, vbi ponit ethimologiam verbi ſportulæ, in qua quantitate, & quibus iudicibus debeatur; & an ſi non ſint exactæ à primo Iudice debeantur ſucceſſori, an vero primo Iudici, de qua vltima queſtione videndus eſt Auendanus *de mand. Regio part. prima cap.* 17. *nu.* 9. *& ſeq.*

Quæro quintò, vt regrediar ad materiam birruariorum, an birruarij, qui accedunt per Comitatum ad faciendum executiones ciuiles, vel criminales, poſſint aliquid recipere pro victu eorum, vel animalium? In Turrono ad ſunt prohibitiones
35 in ſpecie, imò ad hoc, vt birruarij debeant abſtinere à quauis receptione, & vexatione Comitatenſium, fuit eiſdem aſſignata certa prouiſio pecuniæ, vulgò noncupata *la paghetta*, ſed vt vtar verbis Caroli Tapiæ *ſu rub.* 41. *tit. ne Officiales numera &c. conſtit. hac edictal. lib.* 2. *de Iure Regni*, non poteſt fieri
36 quod ſeruentur, etiam ſi mille ordines fierent, nam Officiales, vt ſubdit Tapia, peragrantes Prouinciam non poſſunt ſecum ferre ordeum, paleam, neque lectos, neque victualia, & quando perueniunt ad loca, in quibus non reperiuntur hoſpitia, & non poſſunt inde recedere, vel quia habent in mandatis aliquid exequendi in eiſdem locis, vel quia eſt multum de nocte, certè non eſt æquum quod maneant in via, & ieiunent, & ideò ordinationes, quæ de ne-

ceſſe

37 ceſſe ſpernuntur non deberent fieri, vt
aduertit Boccalinus *in ſecretaria Apollinis in*
*Epiſtola* ad Seleucum Regem Soriæ *fol. mi-*
*bi* 84. ibi: *le coſe, che non poſſono impedirſi,*
*non deuono vietarſi*, & ibi: *per queſto è di me-*
*ſtieri, che formando vna legge, egli prima ſi pon-*
*ga à conſiderare, s'ella è durabile, ſi come egli*
*deſidera che ſia vtile*: quando tamen ob bo-
nam ſortem, & exactam vigilantiam Su-
periorum contingeret, quod non contingit
Neapolitanis teſte Tapia *loc. cit.* & nec Bur-
gundis teſte Caſſan. *conſuetud. Burgund. rub.* 1.
*verbo de ſimple reſcouſſe num.* 30. vbi ait quod
Seruientes Regi malè ſeruant ordinem de
non concutiendo, & quod adhuc multò
minùs milites obſeruant Text. *in l. vnica*
*C. de Salga. hoſpit.* quia non ſolùm à volen-
tibus, ſed etiam inuitis hoſpitibus non ſo-
lum Salgamum, & culcitras, ſed multò
maiora extorquent; quandò, inquam, con-
tingat, quod dictæ ordinationes ſeruentur,
eſt aduertendum, quod non excuſarentur
executores, ſi dicerent à ſpontè dantibus
accepiſſe, vel de conſenſu eius, contrà quem
exequuntur accepiſſe, quia præſumitur con-
cuſſio etiam ſi ille, contra quem facta eſt
exequutio, millies dicat, & atteſtetur ſpon-
te dediſſe, vel de eius conſenſu fuiſſe datum,
quia adhuc præſumitur concuſſio, vt ex
Gloſa *in d. leg. vnica* inquit Caſſan. *loc. citat.*
*num.* 30. ſubdens quod, cum tempore ſuo
quidam armigeri in Italia fuiſſent accuſati,
quod multa bona in multis eorum hoſpitijs
extorſerant, & pro illorum defenſione fuiſ-
ſent exhibitæ quietãtiæ hoſpitum ipſe addu-
xit contra eos *textum in d. l. vnica*, dicens,
quod ſi bona fuerunt per vim extorta, ad-
hùc magis quietantiæ fuerunt per vim ex-
tortæ: immò eſto quod acceperint à ſpon-
tè dantibus, adhuc non debent excuſari,
quia voluntas eius, contra quem factum eſt
aliquid contra debitum ſui officii, non ha-
bet eos excuſare à maleficio, quia etiam de
voluntate non debuerunt committere ma-
leficium *leg. deuotũ C. de metat. & epidem. lib.*
12. vt inquit Caſſan. *loc. cit. num.* 30. *verſ.*
*et ſi ſeruientes circa finem*, vbi teſtatur vidiſſe
quoſdam Officiarios Regios condemnatos
de crimine concuſſionis non obſtante, quod
quietantias partis læſæ exhibuiſſent; & fa-
cit ad hoc quod dixi *in princ. huius* §. ex Aui-
les, & Portules *locis per me ibi citatis*, &
quod dicit Io: de Platea *in l. neminem §. vt au-*
*tem in princ. C. de re militari lib.* 12. nempè
quod vbi lex prohibet, quem plus accipere
pro aliqua execntione, vel ſcriptura nõ licet
ei plus ſuſcipere etiam à ſponte donante.

Quæro ſextò, An Birruarij, qui accipiunt
dona ad procraſtinandum executionem vl-
tra pœnam corporalem ad aliquid aliud te-
neantur? Farinac. tractat hanc ſimilem
quæſtionem *in quaſt.* 32. *num.* 17. *& ſeqq.* &
concludit, quòd Birruarij, qui denuntiant,
& notificant debitori capiẽdo mandatũ cõ-
tra ipſum ad inſtãtiã Creditoris relaxatũ, &
illius vigore capturam per ipſos faciendam,
38 debent officio priuari, & condemnari ad
intereſſe, & ſolutionem debiti, quatenus
debitor ſic notificatus fugiat; & ſubdit,
quod ſi cauſa, propter quam certioratus eſt
39 capiendus, ſit criminalis, debent pœna ar-
bitraria puniri, & citat Iodoch. qui loquitur
in terminis cauſæ criminalis, *in praƈt. crim.*
*rub. de citat. reali*, id eſt *captura cap.* 15. *n.* 12.
& ex eodem Iodocho ſubdit, quod debent
arbitraria pœna puniri non ſolùm qui ex
malitia, prece, vel præmio, aut illius ſpe
40 corrupti, vel captum dimittunt liberum,
vel capiendum conniuentèr fugere faciunt,
41 ſed etiam qui negligunt capere illum, quẽ
habent in mandatis, & idem ex Suarez Aui-
les, & Azeuedo dicit Otero *de Officialibus*
*par.* 2. *cap.* 2. *num.* 7. & Gabriel Beract. *de vi-*
*ſit. cap.* 21. *num.* 8. & conſert Text. *in l. quo-*
*ties C. de exaƈt. tribut. lib.* 10. ibi: *Coerceatur,*
*ac totius ſummæ exactionem in ſe ſuſcipiat*, in
ſubſidium tamen, hoc eſt vbi aliter credi-
toris indemnitati non ſit conſultum, vt ex
Salyc. Paulo de Caſtro, & alijs dicit Caluin.
*de æquitate lib.* 1. *cap.* 99. *num.* 2. ſed vide quę
circa hanc concluſionem dixi, dum tracta-
ui de eximitione carcerati *in capit.* 3. Caluin.
ibidem ampliat diſpoſitionem dicti Textus,
vt procedat in eripiente captum pro debito
è manibus Birruariorum: in prohibente
executionem realem: & in eo, qui depoſi-
tum ſine licentia Iudicis, & irrequiſito, ſeu
non citato Creditore reſtituit, & limitat,
vt de æquitate non procedat, ſi is, qui ad-
monet debitorem ſit eiuſdem debitoris cõ-
iunctus ſanguine, vel magna amicitia, vi-
de rationes, iura, & auctoritates apud eum,
& licèt Textus prædictus loquatur, & diſpo-
nat de cauſa ciuili, nihilominùs crederem
ego, quod etiam in cauſa criminali eſſent
condemnandi ad omne intereſſe Parti, quæ
indè aliquod damnum reportaret, quia in
vtroque caſu eſt par ratio: & teneri ad par-
tis intereſſe etiam in criminali cauſa vult
Amaya *in l.* 3. *num.* 17. *C. de Canon. largition.*
*lib.* 10. & allegat Farinac. *quaſt.* 111. *n.* 397.
qui loquitur *de Iudice*, vide Scacciam *de Iu-*
*dic. lib.* 1. *cap.* 46. *num.* 29. *verſ. ſed ſi fingeret*
*notificatione.*

Quæro ſeptimò, An compræhendantur
in banno ij, qui accedunt ad exequendum,
& exequtione omiſſa ad preces debitoris
accipiunt mercedem æquè ac ſi exequutio-
nem feciſſent? iſta ribalderia hodie non ſo-
lùm in Bononia, ſed in toto Statu Eccleſia-
ſtico practicatur, & puto, quòd compræ-
42 hendantur, quia huiuſmodi ſolutio non
poteſt habere alium titulum, quàm doni,
nam merces ſequi debet executionem, vt
dicit Pegas. *ordinat. Portugaliæ lib.* 1. *tit.* 21.
§. 6. *gloſ.* 3. *num.* 5. *tom.* 3. & clariùs D. Zac-
chia *de Salario quaſt.* 59. *num.* 22. qua non
extante remanet ſine ſubiecto, & nomen
doni

doni ſibi acquirit, Vide Didac. Perez *Ordinat. Caſtellæ lib. 2. tit. 14. leg. 21. lit. A. verſic. ſed quæritur*, qui tractat etiam quæſtionem,
43 an Birruarijs ſit debita merces, quando facta exequutione, prorogetur terminus debitori, & affirmatiuè reſpondet per rationes ab eo *ibidem* allatas, vide plura notabilia poſita per D. Zacchiam *loc. cit. d. quæſt. 59. per tot.* & vide etiam D. Petrum Gonzales de Salzedo *ad nouas leg. recopil. Hiſpaniæ leg. 8. tit. 21. lib. 2. recopil. num. 41. pagina mihi* 145. vbi refert legem ad tollendas fraudes latam, ne quantitas Alguazelo, hoc eſt Satellini pro executione facienda deſignata exigatur, antequam pars principalis fuerit ſatisfacta. Vide Auendan. *de exeq. mand. reg. par. 1. cap. 17. per tot.* vbi ad plenum tractat materiam mercedis debitæ exequutoribus ſi partes ſe concordant, vel aliquo alio modo differatur exactio: & vide Franc. Auiles Prætorum *cap. 40. & cap. 43.* vbi quod ſi plures executores vadunt ad exequendum extra Ciuitatem etiamſi facere debeant plures executiones recipiunt ſolùm mercedem pro vno itinere, & debent diuidere pro rata inter omnes executiones: dummodò tamen non recipiant expenſas executionis, quia ſi eas recipiant non debent habere ſalarium itineris, & citat Io: de Platea *in l. ſancimus C. de executor. & exactor. lib. 12.* quem commendat etiam Portules *ad Molinũ repert. §. ſupraiunctarius numer.* 18. vbi ait Plateam de hac re melius fuiſſe loquutũ *in l. neminem §. vt autem n. 1. C. de re militari lib. 12.* Dicit etiam Auiles *ibid.* quod ſi Executores diſcedunt de ſero non debent computare totum diem, & citat Bald. *in l. liberti C. de oper. libert.* & ſubdit hoc facere pro locatione iumentorum: ponit etiam quæſtionem an ſi executores vadunt per tranſuerſam, & magis longam viam, vt habeant maius ſalarium, debeant conſequi illud plus, & ex Bart. *in l. qui fiſcales C. de curſu publico, & in l. eos ff. de falſ.* reſpondet negatiuè, & *remiſſiuè* ait quid dicendum, ſi faciunt dictã viam magis longam propter timorem: & quid ſi vna die expediunt id, quod erat expediendũ in duobus: vide eum, quia erit proficuum hoc ſcire etiam pro reſolutione, & exornatione eorum, quæ dicam *infra in c. 32. §. 4.* de Commiſſarijs ad fabricãdum proceſſus trãſmiſſis, præſertim cum ex Platea, & Luca de Penna *in d. l. ſancimus C. de execut. & exactor.* dicat, quòd executores, ſeu exactores, dum vadunt ad exequendum, non poſſunt ſuſcipere, niſi duas executiones in eadẽ Prouincia, & nullo modo poſſunt exire extra Prouinciam, ſed debent reuerti, reddere rationem eorum, quæ geſſerunt, & aliã commiſſionem ſuſcipere: & ſubdit quòd ſuſcipiens tertiam executionem in eadem Prouincia faciendam debet puniri, ſed teſtatur in fine ſeruari contrarium, & malè. Vide etiam Portules *in ſchol. ad Molinum repart. d. verbo ſupraiunctarius per tot.* vbi nu. 19. ait, quòd de iure Executores debent habere mercedem executionis à Creditore, qui ex bonis executati poſteà repetit, & allegat Conſtan. *ad leges Gall fol.* 484. *col.* 2. & Caſſan. *ad conſuetudinem Burgund. rub. prima §. 7. verbo de ſimple reſcouſſe num. 44. & 45. fol.* 78. ſed de conſuetudine contrarium ſeruari; nempè Executores ſuum ſalarium exigere à debitore, cuius bona pignorantur, ſeù exequuntur, inquit Io: Faber §. *quadrupli Inſtit. de action.* Muta *ad capitula Regni Siciliæ tomo 3. cap. 7. num.* 92. Carauita *ritu 42. in fine*, & hoc idem ex eiſdem Conſtan. & Caſſan. & Iodoch *pract. ciuil. cap. 258. num.* 21. firmat Portules *ibidem*, qui *num.* 20. inquit etiam ex Caſſan. *d. §. 7. num.* 30. eſſe de Iure, quod Executores nihil à Parte etiam ſpontè oblatum recipiant. Subdit Portules *ibid. num.* 21. quòd Executores non valent recipere ſalarium à parte, niſi Notarius tradat eidem parti Chirographum, in quo ſit expreſſa quantitas ſalarij recepti, & quare id receperint, & pro quibus dietis exigant, & quãtis diebus executioni incubuerint, & à qua Ciuitate diſceſſerint, & quid pro regreſſu ſuſcipiant: & hoc vt elici indè poſſit, an acceperint plus debito, quia iſto caſu etiam ſi accepiſſent à ſpontè dantibus, *vltra reſtitutionem quadrupli*, eſſent extraordinariè puniendi: prout Notarius tamquam falſarius eſſet puniendus, ſi notam iuſtam non confecit, quod nota ad comprobationem eorum, quæ dixi *ſupra* de Sportulario. Vide tandem Cabreros *de metu lib. 2. cap. 30. numer. 137. & ſeqq.* vbi quærit, an adparitores, vel ſatellites inuenientes Clericum cum armis, quem iuſtè potuiſſent capere, & deducere ad ſuum Iudicem, incidant in excom- 4
municationem *can. ſi quis ſuadente Diabolo 17. quæſt. 4.* ſi acceptis armis, quæ ſpontè Clericus eis tradidit, eumdem liberè dimittant, & reſoluit negatiuè quia Birruarij non peccant in hoc mortiferè, & per conſequens nec incidunt in excommunicationem ex Caiet. Nauarr. Layman, quos citat *ibidem numer.* 139. non enim capiunt arma violenter; nec metus ſufficit, quia metus non inducit violentiam, imò tale factum nec metum inducit, vt tenet Nauarr. *conſ. 28. de ſent. excom. lib. 5. num. 2.* & hoc ampliat Cabreros *ibid. num.* 143. *& ſeqq.* procedere, etiamſi adparitores capiendo Clericum principaliter quærant arma, vt eis acceptis illum dimittant, quia licèt peccent grauiter coram Deo, eo quod ſine iuſto titulo videntur ea capere, cùm non deducant Clericum ad Iudicem competentem, quia non faciunt id, ob quod habent poteſtatem capiendi, quæ eſt cauſa capturæ, vt ſcilicet deducant ad Iudicem competentem, hoc tamen peccatum, quia non eſt peccatum violentiæ illatæ perſonæ Clerici non videtur ſufficiens ad incurrendam præfati Canonis

nonis cenſuram. Sed quoad pœnam temporalē, quam tales Executores incurrere exiſtimo nullum verbum facit Cabretos *ibidem*.

Incorrerà l'iſteſſa pena, la quale ſi darebbe al Reo confeſſo, ò conuinto.

Dixi *ſupra num.* 39. quòd Birruarij, qui prece, ſeù pretio, ſiuè illius ſpe corrupti ca-
44 ptum dimittunt liberum, vel capiendum conniuentèr fugere faciunt, debent pœna arbitraria puniri iuxta opinionem Iodochi, & Farinac. *locis ibi allegatis*, at vigore Bannimentorum debent puniri ea pœna, qua criminoſus ob præmium, ſeu donum dimiſſus plectendus erat, & iure quidem merito ita ſtatutum eſt, quia contra officiales debet ſeruari in ſuo rigore pœna talionis, & ideò debet ſeruari diſpoſitio *l* 3. *in fine C. ne Sanct. Baptiſm. reiter. & in l. ſancimus C. ad l. Iul. repetundar.* vt de Iudice, quem debere puniri eadem pœna, qua criminoſus iniuſtè abſolutus plectendus erat, dicunt Amed. *de ſindic. num.* 120. Cataldin. *de ſindic. num.* 41. Bertacchin. *verbo Iudex punitur verſ.* 112. Roman. *ſing.* 77. Clar. *quæſt.* 85. *num.* 10. & his relatis Portules ad Molinum *repert.* §. *officialis num.* 33. & comprobatur ex Lauren. Matthæù *de regim. Regni Valentiæ cap.* 8. §. 8. *num.* 95. *& ſeqq.* qui referens caſum valdè notabilem quærit, an debuiſſet pœna vltimi ſupplicij puniri birruarius, qui poſtquam quidam facinoroſi hominem occiderunt, vt ſpoliarent, auxilium præſtitit eiſdem ad
45 occultandum cadauer, & diſputata re ad partes, refert Senatum liberaſſe eumdem à pœna mortis, & condemnaſſe ad triremes per duodecim annos, & ad pœnam pecuniariam librarum quatuor centum ea ductus ratione, quia in Regno non reperiebatur Conſtitutio ſpecialitèr diſponens de
46 pœna birruarijs imponenda, vndè recurri debebat ad ius Commune, de quo Iure pœna arbitraria imponitur birruarijs, qui negligentes ſunt in capiendo delinquentes, aut ex malitia, precibus, vel præmio, aut ſpe præmij corrupti captum dimittunt liberum, vel capiendum conniuenter fugere faciunt iuxta relatam doctrinam Farinac. *d. quæſt.* 32. *num.* 17. Vndè videtur innuere, quòd vbi extat Lex, ſeù Conſtitutio, birruarij debent eadem pœna puniri, & ita debet ſeruari hic vigore Bannimentorum, & in Statu Eccleſiaſtico vigore Bullæ ſan. mem. Sixti V. ex traditis à Farin. *d. quæſt.* 32. *n.* 21. vbi ait, quòd ly verba Bullæ ſan. mem. Sixti Quinti *in ordine* 6. §. 8. *Poteſtatem, ſeu commoditatem euadendi fecerint*, applicantur birruarijs, & birruarios comprændunt, & ideò certiorantes, ſeù fugere facientes aliquem ex delinquentibus in eadem Bulla enumeratis, pœnas dictæ Bullæ incurrunt: imò poteſt tentari, quòd in caſu grauiſſimo etiā de Iure Communi birruarij teneantur eadem pœna, qua tenentur ipſi principales delinquentes, quibus data ſit commoditas euadendi, nam licèt delictum omiſſionis regulariter puniri debeat pœna extraordinaria, nihilominus in caſu grauiſſimo poteſt dicta pœna extendi vſq; ad mortem incluſiuè, vt ex Gloſa Tiraquel. Menoch. Decian. Bouadilla, & Farin. firmat Amaya *l.* 3. *num.* 18. *C. de Canon. largit. lib.* 10. ibi: *Crederem tamen, quòd etſi pœna non ſit à Iure conſtituta, ſi tanta fuerit negligentia Iudicis in caſu grauiſſimo, vt dolus apertiſsimus ſit, nequitia, & culpa euident iunctis alijs circumſtantys, quæ iniquiſsimam eius deſidiam arguant, veluti ſi pretio, odio, vel ſordibus, aut alia ratione id fecerit, ex quo graue damnum Reipublicæ, aut priuatis contigerit, tunc non refugerem in triremes eum dare, vel ad mortem damnare, vt ſic multi ex Iudicibus, qui nec Deum timent, nec Regem, exemplo corriperentur, & vtinam hac in criminoſos Iudices exacerbatio multotiès fieret, & ſic ſcirent Iudices quanta mala in Rempubl. ex ſua adminiſtratione proueniunt*: & hoc in ſubſtantia, vult etiam Matthæù *loc. cit. num.* 104. dum firmat quòd ille Birruarius neſciuit qualitates expoliationis, aſſaſſinij, & proditionis, nam ſi ſciuiſſet eadem pœna cum delinquētibus puniri debuiſſet, & quamuis Amaya loquatur de Iudicibus, idem tamen dicendum de birruarijs, cum *in d. l.* 3. æquipatentur, quoad pœnam, Iudices, & apparitores, ibi: *tam Rector Prouinciæ, quàm apparitor eius* 30. *libris auri condemnatione plectentur*.

# Cap. IV. §. VI. & VII.

§. 6. Et nell'iſteſſe pene incorreranno quelli, che con denari, ò in altro modo corromperanno i detti Sbirri, ò Eſecutori ſecondo le coſe dette di ſopra, e di più ſe fuſſero principali litiganti caderanno totalmente dalla cauſa, & il tutto s'applicherà alla Parte auuerſa.

§. 7. E quando non ne ſeguiſſe effetto alcuno tanto il corrompente, quanto il corrotto ſaranno puniti con pene corporali, ò pecuniarie ad arbitrio di S. Signoria Illuſtriſſima.

*SVMMARIVM.*

1 *Corrumpens Officiales arbitrio Iudicis punitur.*

2 Et

2 *Imò corrumpens, & corruptus eadem pœna puniri debent.*
3 *Statuti pœna puniri debent vbi extat Statutum id diſponens.*
4 *Amiſsio cauſæ ob corruptionem Officialis quomodo fiat in criminalibus.*
*Pecunia data cui applicetur. ibid. & ſub nu. 5.*
5 *Corrumpens birruarios, ſi eſt Reus criminis capitalis meretur excuſationem.*
*Corrumpens impetrat veniam ſi denunciat prout eam impetrat Iudex, ſi re integra pecuniam applicet Fiſco, & corrumpentem patefaciat. ſub eodem num. 5.*
*Quod tamen reſpectu ad Iudicem non placet Laurentio Matthæù, & aliquibus alijs Doctoribus, quia Iudex nec animo applicandi Fiſco poteſt accipere dona. ibidem.*
*In hoc crimine corruptelæ Iudicum punitur conatus. ſub eodem num. 5.* verſ. tentantes.
6 *Corpus delicti in crimine corruptelæ quomodo probetur.*
7 *Crimen corruptelæ etiam ſola promiſsione committitur.*
8 *Coniecturæ arguentes corruptelam.*
9 *In crimine corruptelæ Officialis, requiritur probatio cõcludens, quando agitur de condemnãdo.*
10 *Maximè in Regno Neapolitano* per cap. famæ proloquium.
11 *Tortura tanquam ſubſidiarium remedium ceſſat, quando lex requirit legitimas probationes.*
12 *Corruptela poteſt eſſe taliter aggrauata, vt puniri debeat pœna mortis.*
13 *Corruptela quomodo ſit punienda in cauſa criminali, ſiuè in cauſa ciuili.*
14 *Iudex, qui per corruptelam tulit ſententiã mortis contra innocentem, debet mori, ſi condemnatus fuerit cum effectu vltimo ſupplicio affectus.*
15 *Sanguinem ſuum redimere quoquomodo licet.*
16 *Et corrumpens etiam extraneus excuſatur à tanto, quando agitur de crimine capitali.*
17 *Pœna indicta contra Iudicem corroptum, procedit etiam contra corrumpentem ratione correlatiuitatis.*
*Intellige vt num. 18. & 20.*
19 *Iudicia humana quatuor modis corrumpuntur.*

## Quelli, che con denari, ò in altro modo corrompeſſero i detti Sbirri.

CORrumpens Officialem deber puniri pœna arbitraria, vt dicunt Menoch.
1 *de arbitr. caſ. 343. num. 2.* Gram. *conſ. 35. numer. 16.* Farin. *quæſt. 111. num. 98. circa med.*
2 imò quod corrumpens, & corruptus debeant eadem pœna puniri firmat Gloſa *in l. prima verbo faceret ff. de calumniat.* quam *ibid.* ſequuntur Barr. Bald. Alberic. Odofred. & alij relati à Farinac. *d. quæſt. 111. numer. 98.* quibus addendus eſt Par. de Put. *de ſindicatu vrbo corruptio cap. 1. num. 6. fol. mihi 160.* qui allegat Textum *in l. prima ff. de calumniatoribus*, & ait ad hoc facere *l. p. C. de cupreſsis lib. 11.* ſecundùm Baldum *ibid.* qui dicit, quod is, qui accipit promiſſionem pro barattaria tenetur ſicut ille, qui rem accepit; & eſt Textus expreſſus *in l. quiſquis C. ſi certum petatur*, ibi: *Exilij pœna vna cum ipſo Iudice plectetur.* Verùm, quia Doctores prædicti loquuntur de corrumpente Iudicem, & Iuſdicentem, prout loquitur Textus *in d. l. quiſquis*, & propterea diſpoſitio dicti Text. & opinio præfatorum Doctorum non poſſet extendi ad alios Officiales, vt ex Marcello Mauro, & de Luca, & Perez. dixi §. *anteced.* quibus addo Garon. *ad nouas Conſtitut. Mediol. tit. de pœnis art. 76. num. 6.* vbi ex Franch. *deciſ. 407. num. 3.* & Maſtrill. *de indultu cap. 40. num. 7.* firmat etiam non incidere in pœnam, qui daret pecuniam actorum Magiſtro, quia nonniſi largo modo dicitur Officialis, ideò neceſſaria fuit expreſſa diſpoſitio noſtrorum Bannimentorum, qua cauetúr, vt corrumpentes birruarios pecunia, aut alio modo puniantur ſi cauſa ſit criminalis, eadem pœna, qua 4
puniri debet Reus confeſſus, vel conuictus, ad cuius fauorem fuit facta corruptela, & ſi cauſa ſit ciuilis, puniantur pœna pecuniaria, & tribus ictibus funis, & quidem eſt ad
3 vnguem ſeruanda, quia vbi extat Statutum certam pœnam determinans illa, & non alia pœna debet imponi, vt dicit Menoch. *loc. cit. num. 15.* & Bellograndis *method. rer. criminal. tract. 4. quæſt. 22. num. 3. in fine.*

## Principali litiganti caderanno totalmente dalla Cauſa.

Etiam de Iure Communi ille, qui corrumpit Officialem amittit cauſam, vt eſt
Text. *in l. 2.* & ibi Gloſa *ff. de condict. ob turp. cauſ. & in l. prima C. de pœnis Iudic.* Bald. *in l. 2. num. 6. C. de Iudic. qui malè iudic.* Garon. *ad nouas Conſtit. Mediol. tit. de pœnis artic. 79. num. 6. in fine*, Muſcatell. *de delict. cognitione tit. de Iudic. corruptela num. 58.* & Larrea *fiſcal. allegat. 47. num. 19.* 5

Imò de eodem Iure Communi ille qui Officialem corrumpit, perdit omne id, quod dedit, itaut non poſſit amplius illud condicere, vt eſt Text. *in d. l. 2. §. ſed ſi dedi*, circa cuius explicationem plures Doctores deſudarunt, vt videre eſt penes Barr. Bald. Alex. Salyc. Caſtren. & Iaſ. *in d. §. ſed ſi dedi*, & Boſſ. *tit. de Official. pecunia corrupt. n. 2.* Muſcatell. *d. num. 58. &* Larrea *d. alleg. 47. num. 18. & 19.* nam licet omnes concedant, quòd condictio non competit, quando aliquid datur officiali, vt faciat iniuſtè, & etiam quando datur ſimplitèr alio non dicto, vt malè, vel benè faciat; nihilominùs non conueniunt an competat condictio, quando datur, vt benè, & iuſtè faciat, Bart. enim Bald. & Alex. affirmant ob rationem, quia ex parte dantis nulla ineſt turpitudo: negant verò Salyc. Caſtr. & Iaſ. *in eodem §. ſed ſi dedi* Couar. *in cap. peccatum 2. par. §. 3. num. 1. verſ. tamen ego opinor.* Boſſ. *d. num. 2.*

Larrea

Larrea *d. alleg.* 47. *num.* 19. & reddunt rationem, quià qui dat pecuniam, vt aliquid inſtè fiat, iuſtitiam reddit venalem, & crimen contrahit, & Officialem corrumpit, & hanc negatiuam tuentur Clar. *quæſt.* 73. *numer.* 2. *verſ. ita tenet Gloſa* Menoch. *de arbitr. caſ.* 343. *nu.* 5. & his relatis Garron. *d. art.* 76. *num.* 4. quibus addo Par. de Puteo *ſindicatu verbo corruptio cap.* 1. *num.* 10. vbi quod dans Iudici pecuniam, vt ſecundùm iuſtitiam ferat ſententiam perdit cauſam iuxta Text. *in d. l. prima ff. de condict. ob turp. cauſ.* & non poteſt datum repetere iuxta dictum gloſæ *in d. l. prima, & in l.* 1. *ff. de pœn. Iudic. mal. iudic. & in l.* 1. §. *ſed & conſtitutio ff. de calum.* & hoc ait eſſe verum etiam de Iure Canonico ex Gloſa *loc. citato, & in cap. non ſine* 17. *quæſt.* 5. *& in cap. Statutum verbo gratis de reſcript. in* 6.

4 Sed quomodò poteſt verificari, quod dictum eſt, de amiſſione cauſæ, ſi cauſa ſit criminalis? Dic, quòd beniſſimè verificatur, quia vt dicit Bellograndis *d. tract.* 4. *quæſt.* 32. *num.* 6. is, qui dat pecuniam, vel aliquid aliud, quamuis innocens, ius innocentiæ ob delictum corruptionis amittit, *l. & eleganter* §. *pen. ff. de dolo*, & vt ait Muſcatell. *loc. cit. num.* 60. Reus iſto caſu habetur pro confeſſo in illo delicto, vt *in l. eius, qui delatorem ff. de Iure Fiſci, & in l. quoniam ff. de his, qui not. infam.* Bart. *in l. prima in* 1. *oppoſit. ff. de bonis eorum*, quòd eſt verum ſolùm in cauſa, quæ non admittit pœnam corporalèm, vt explicant Boſſ. Muſcatell. & Bellograndis *locis citatis*, nam in cauſa 5 capitali licitum eſt Reo ſanguinem ſuum, & vexationem quoquo modo redimere *l. tranſigere C. de tranſact.* vnde in cauſa capitali ſatis eſt, quod amittat id omne, quod dedit *ex dictis ſupra*.

## Et il tutto s'applicherà alla Parte auuerſa.

Dixi aliàs in his annotationibus, quod amiſſio cauſæ in terminis Iuris communis cedit in beneficium Fiſci, at ex diſpoſitione noſtrorum Bannimentorum cedit in beneficium collitigantis: non ſic tamen quoad pecuniam, vel aliam rem Officiali datam quia, cùm de ea nihil ſit dictum in Bannimentis, remanet incorrectum Ius Commune, vt debeat applicari Fiſco, vt ait Gloſa *in l. vbi autem ff. de condict. od turpem cauſ. & in l.* 1. *C. ad leg. Iul. repetund.* Par. de Put. *de Sindic. verbo corruptio cap.* 3. *numer.* 2. Deciau. Farin. Bouadill. Ant. Matth. & alij relati à Laur. Matthæù *de re crim. contron.* 66. *num.* 2. *&* 3. qui agit de notabili quæſtione, an ſcilicet Iudex, qui accepit munera poſſit excuſari dicendo, quod intendebat accepiſſe illa pro Fiſco, cui eo ipſo quod oblata fuerant, ſpectabant, & concludit ex hoc non excuſari, quia licet Palatios Rubeus, Gomez, Bouadill. Myſinger. Paul. de Caſtro, Auiles, & Teſtay videantur dicere hoc Iudici licere, & ſaltem ei ſuffragari, ſi re integra antequam Iudicium inchoatur, pœniteat, & Fiſco applicet, quia ſicut dans munera Iudici excuſatur à pœna, ſi reſipiſcens Curiæ denunciauerit *auth. nouo Iure C. de pœn. Iudic. qui malè Indic.* ita recipiens excuſari debet, ſi accuſet dantem, & bona data Fiſco conſignet Paris de Puteo, Baiard. Bouadill. Teſtay, Valenzuol. Xamar. *locis relatis* a Matthæù *ibidem num.* 4. re tamen vera eo animo Iudex recipere non poteſt, cum nemo ex allegatis Doctoribus aſſerat licitum eſſe Iudici pecuniam, aut dona corrumpentis recipere, ſed ſolùm quod eius deprecationes audire poteſt, conſenſum ſimulare, & ſermonem ad aliud tempus protrahere, vt adhibitis occultò teſtibus, qui conatum corrũpendi Iudicem ad actũ proximũ deductũ percipiant, vt poſteà formato de hoc proceſſu pœnis debitis ſubdatur, prout expreſsè declarant Gomez *ad ll. Tauri* 80. *num.* 67. Xamar. *de Offic. Iudic. par. prima quæſt.* 19. *num.* 9. Teſtay *alleg.* 9. *num.* 116. quod tamen nec videtur modus à Iudice tenendus, vt benè aduertit Matthæù *ibid. num.* 18. tùm quia Iudex debet præcidere viam delinquendi ad Text. *in l. congruit ff. de offic. Præſid.* tùm etiam quia non debet dare occaſionem, quòd fama probroſa de ſe diuulgetur, & quidem debet erubeſcere, quod quis exiſtimet, & in mentem ducat, quod ipſe poſſit muneribus corrumpi, vide latiùs apud eum, dicentem etiam pœnitentiam non ſuffragari, quando delictum eſt conſumatum vt eſt Text. *in l. & ſi generalitèr* §. *primo ff. de calum. & in l. prima* §. *ad beſtias ff. de poſtul.* Bald. Iaſ. Roman. Marſil. & alij, quos refert *num.* 18. & 19.

## Quando non ne ſeguiſſe effetto alcuno.

Tentantes corrumpere Officialem puniuntur, cum etiam de Iure Communi conatus in hoc crimine puniatur, vt dicunt Bald. *in auth. nouo Iure quæſt.* 1. *C. de pœna Iud. qui malè indic.* Marſil. *in l. prima* §. *diuus n.* 4. *ff. ad l. Corn. de Sicar.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 343. *num.* 22. & his relatis Garon. *ad nouas Conſtitutiones Mediolani tit. de pœnis artic.* 76. *num.* 1.

Idem dicendum etiam in terminis Iuris Communis de Officiali aſſentienti acceptationi, ſeù promiſſioni munerum, vt in crimine repetundarum firmant Laur. Matthæù *d. contron.* 66. *num.* 15. Larrea *d. alleg.* 47. *num.* 12. *& ſeqq.* qui *n.* 15. adducit Text. *in d. auth. nouo Iure*, ibi: *Qui dicit ſe dediſſe alicui, vel promiſiſſe*, & Maſcard. *de probat. concl.* 164. *num.* 8. & pluribus citatis Bouadilla *politica lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 41. promiſſio enim, & ſolutio æquiparantur ſecùdùm

Bart. in l. quod nomine ff. de condict. indebiti, & ex ſola promiſſione doni poteſt Officialis partem grauare, vt inquit Auiles *Prætor. cap. 1. verbo promeſſa num. 8.*

Quæro primò, quomodo probetur corpus delicti in crimine corruptelæ? dic, quod
6 debet probari pecuniam fuiſſe datã, vel promiſſam Officiali, nã crimen corruptelæ etiã
7 promiſſione committitur; vt modò dixi ex Auiles, cui addendi Paſett. *conſ.* 181. *numer.* 13. *& conſ.* 182. *num.* 15. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 73. *num.* 11. & Giurba *conſ. crim.* 72. *num.* 13. inſuper debet etiam probari cauſa, ob quam fuit data, vel promiſſa pecunia ipſi Officiali ad finem, vt cognoſcatur, an ipſa pecuniæ datio fuerit ad malum finem, vel nè, vt eſt Text. expreſſus *in l. lege Iulia ff. ad leg. Iul. repetund. & in l. vel quò magis eod. tit. & in l. ſi quando C. vnde vi* Muſcatell. *de cognitione delict. tit. de Indic. corrup. num.* 12. *& ſeqq.* qui inquit, quòd cauſa ſolutionis, vel exprimitur à teſtibus de ſolutione deponentibus, & de corpore delicti plene conſtar, vel nõ exprimitur à teſtibus, & tunc vel viget fama de corruptela, & ſufficit argum. *l.* 1. §. 1. *ff. de Magiſtr. conuenien.* maximè quandò Officialis eſſet malæ famæ in eodem genere, vel fama prædicta non
8 viger, & cognitio huius delicti in genere habebitur per coniecturas, nempè ex qualitatibus facti, & perſonarum, ex actibus præcedentibus, & ſubſequentibus ſolutionem, vel promiſſionem ex captura, vel relaxo incontinenti, præcipitantèr, & ſine cauſa, & huiuſmodi Bald. *in l. venales num.* 1. *C. quando prouoc. non erit neceſſ.* Gram. *conſ.* 35. *n.* 19. & hoc videtur velle etiam Farin. *quæſt.* 111. *num.* 277. dum ex Deciano *tract. crim. lib.* 8. *cap.* 38. *num.* 8. ait, quod in crimine corruptelæ ſufficiunt coniecturæ, quando agitur de torquendo; numquam enim poteſt inferri tortura, niſi prius conſtiterit de corpore delicti vulgatis Iuribus, & ideò cum affirmer Iudicem poſſe ex coniecturis torqueri, neceſſario ſupponit, quòd ex illis probatur corpus delicti.

Quæro ſecundò, quæ probationes requiruntur ad condemnandum? Vide Farinac. *d. quæſt.* 111. *num.* 261. *vſque ad num.* 278. & Giurb. *conſ. crim.* 72. *num.* 15. *& ſeqq.* Ego in facti contingentia dixi ad fauorem Officialis, qui exercuerat in Regno Neapolitano
9 Officium Prætoris, quod requiritur probatio concludens, legitima, & deducta ex teſtibus omni exceptione maioribus *l. Iudices C. de dignit. lib.* 12. *& l. fin. & auth. ibi poſita C. de pæn. Iudic. malè iudic. cap. primates* 11. *quæſt.* 1. *& cap. quoniam* 38. *diſtinct.* Pat. *de Sind. verbo probatio cap.* 2. *contra Officiales col. vlt.* Gram. *conſ.* 35. *num.* 37. vbi inſuper ait,
10 quod iſto caſu vigore *cap. Regni* incip. *vulgaris famæ proloquium*, debet in ſpecie articulari, quòd teſtes contra Officialem examinati, ſint idonei, & omni exceptione maiores; alias enim vt Gram ſubdit, ſi accuſator legitimas; & concludentes non addnxerit probationes, Officiales admittuntur ad ſeſe purgandum per ſolum Iuramentum, & illo præſtito liberantur, vt eſt Textus ad literam *in §. ſi quis autem auth. vt litigantes iurent*, ibi: *Si aut datum, aut promiſſum litigator probare nequiuerit, iuret perſona, quæ datum aut promiſſum dicitur ſuſcepiſſe; quia neque per ſe, neque per aliam perſonam aut accepit, aut promiſſionem habuit, & hoc præbito ſacramento ipſe quidem liber ſit*: & concordat Textus *in auth. nouo. Iure Cod. de pœna Iudic. qui malè Iudic. & in cap. Regni* incipiens, *item quod in omni caſu, verbo quod fletur Sacramento Officialis*, ibi; *Item quod in omni caſu, in quo contra prohibitionem Officialis dicitur accepiſſe, nec indè aliquid conſtare poteſt, purget ſe per iuramentum ſuum Officialis.*

Hinc benè deduci poteſt, quod in hoc crimine non detur locus torturæ contra Officialem, aduerſus quem non exiſtentibus legitimis probationibus iura induxerũt iuramentum purgatorium, quod eſt ſpeciale in hoc crimine, vt aduertit Gram. *in d. conſ.* 35. *num.* 57. *verſ. nec militaret*, qui ad hoc fundandum vtitur alio forti argumento, nempè quod cum à Iuris diſpoſitione ſpecialiter inductum ſit, quòd contra Officiales, & ad ipſos conuincendum requiran-
11 tur legitimæ probationes, ceſſant remedia ſubſidiaria, quale eſt tortura, & ceſſant probationes priuilegiatæ, quales ſunt illæ, quę deducuntur ex textibus defectus patientibus. Vide tamen circa veritatem concluſionis Carena *de S. Off. par.* 2. *tit.* 13. §. 7. *numer.* 29. *vſque ad num.* 34.

Quæro tertiò, An in hac Bannimentali diſpoſitione compræhendantur hi, qui corrumpunt Officiales nobiles, quales ſunt Iudices, & quatenus non: qua pœna debeant iſti puniri? Reſpondeas non compræhendi, quia cum loquantur expreſsè de birruarijs, non debent, & nec poſſunt extendi ad Iudices ad tradita à Garrono *ad nouas Conſtit. Mediolani tit. de pœnis art.* 76. *num.* 6. vbi ait, quod Conſtitutio loquens de corrumpente iuſdicentem non compræhendit eum, qui corrumpit Aducatum Fiſci, vel Supremum Cancellarium, & citat Marcell. Maur. *alleg.* 77. nam Bannimenta ſunt ſtrictè interpretanda, vt tantum compræhendant quantum ſonant *vulgatis Iuribus*; & quidem durum eſt pœnas extendere, & legem pœnalem extra ſuum caſum trahere *l. interpretatione ff. de pœnis*, Faber §. *quadrupli Inſtit. de action.* & reddit rationem D. Carolus Petra *ritu M. Curiæ* 274. *num.* 87. *verſic. germana igitur ratio tom.* 3. quia pœnæ impoſitio non pendet tantum à ratione, ſed à placito legiſlatoris hunc caſum, & non illum compræhendere volentis: vlterius militat ratio differẽtiæ inter corruptelam Iudicis, & corruptelam birruariorum, quam retuli *ſupra*

*hoc*

*hoc eodem cap.* … *5. num. 3.* ideò contra cor-
rumpentes Iudicem debet imponi pœna
ſtatuta de Iure Communi aggrauanda
iuxta facti, & perſonarum qualitatem,
12 nam poteſt eſſe corruptela talibus qualita-
tibus aggrauata, vt mereatur pœnam mor-
tis, prout aduertit Muſcatell. *de cognit. de-
lict. tit. de Iudic. corruptela num. 57. & 59.* &
ex Boer. *deciſ. 153. num. 10.* & alijs pluribus
firmat Bouadilla *politica lib. 2. cap. 11. n. 27.*
& propterea cum eodem Muſcatell. *ibidem*
dicendum, quod aut corruptela eſt in cau-
13 ſa criminali, aut in ciuili. Si eſt in cauſa
ciuili corrumpens, ſiue ſit Actor, ſiue Reus
punitur pœna nullitatis ſententiæ, amiſſio-
nis cauſæ, & quantitatis datæ, Text. eſt *in
l. ſecunda*, & ibi Gloſa *ff. de condict. ob turp.
cauſ. & in l. 1. C. de pœn. Iudic.* & ſi cum cor-
ruptela concurrit aliqua falſitas, teneretur
etiam falſi *l. prima §. & qui ff. de falſ.* Gram.
*conſ. 35. num. 13.*

Si verò eſt in cauſa criminali, aut eſt in
accuſatore, aut eſt in Reo: Primo caſu ſi
corruperit Iudicem, & fecerit, vt Reus fue-
rit declaratus Reus criminis, & mortis, &
ex tali condemnatione Reus fuerit morti
traditus eadem pœna capitis ipſe tenetur,
vt eſt Text. *in l, lex Iulia §. hodie ff. ad l. Iul.
repetund. & in l. prima, & l. lege ff. ad l. Iul. de
Siear.* Boer. *deciſ. 153. numer. 8.* & Decian.
*tract. crim. lib. 8. cap. 39. num. 6.* & Muſca-
tell. *de cognit. delict. tit. de Iudic. corruptel. nu-
mer. 49.* Quod ego puto, eſſe verum, quan-
do cum dolo innocens ob corruptelam fuit
condemnatus ad mortem, nam ſi fuerit
condemnatus ad mortem aliàs nocens, qui
tamen non debuerat vltimum ſubire ſup-
plicium; tunc in Iudicis erit arbitrio cor-
rumpentem capite punire, vel in Inſulam
deportare ad Text. *in l. lex §. fin.* ibi: *vel in-
nocentem, vel quem punire non debuerant: ff. ad
l. Iul. repetund.* Bald. *in l. presbyteri num. 10.
verſ. adde quod habes C. de Epiſc. & Cler.* Boer.
*d. deciſ. 153. num. 9.* & Decian. *loco citato n. 6.*
quam diſtinctionē expreſsè approbat Boer.
*loc. cit. num. 11.* ex Io: Fabr. *Inſt. de oblig. quæ
ex quaſi delict. in princ. col. 1. verſ. quid ſi con-
demnauit*, & Farin. *quæſt. 111. num. 24. & nu-
14 mer. 379.* dicit, quòd data ſententia mortis
per pecuniam etiam Iudex debet mori, dū-
modò per dictam ſententiam Reus fuerit
effectiuè morti traditus, & non aliàs, vt ex-
plicat Farin. *ibid. num. 25.*

At ſi corruperit Iudicem, & fecerit, vt
Reus fuerit condemnatus citra pœnam
mortis, puniendus erit pœna exilij, & bo-
norum publicatione, vt eſt Text. *in §. fi-
nal. Authen. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio, &
in Anth. nouo Iure C. de pœn. Iudic. qui malè iu-
dic.* Muſcatell. *loc. cit. num. 49.* & Boer. *dicta
deciſ. 153. num. 13.* qui hoc admittit, quoties
vnica tantum vice corruperit, nam ſi plu-
ries id crimen admiſerit, capite eſt plecten-
dus, vt concluſum ait contra eos, quos no-
minat *ibidem num. 14. & ſequentibus.*

Secundo verò caſu ſi Reus corrumpit Iu-
15 dicem in cauſa capitali non debet vllate-
nus puniri, quia cuilibet ſuum ſanguinem
quoquomodo redimere licet, vt per Text.
*in l. prima ff. de bon. eor. qui ante ſent.* vbi Bart.
inquit Pariſ. de Puteo *de ſindic. verbo corru-
ptio cap. 3. in fine, &* Laderch. Imol. *conſil.
20. num. 3. & ſequentibus* qui ampliat hoc
16 procedere etiam ad fauorem extranei Iu-
dicem pecunia corrumpentis, vt alterius
capitali et inquiſiti ſanguinem redimat,
quem ſequitur Farin. *d. quæſt. 111. num. 115.*
In cauſa verò non capitali debet puniri in
ſolidis quingentis erga Fiſcum, & inſuper
habebitur pro confeſſo de delicto, propter
quod corrumpit *l. eius, qui delatorem ff. de
Iure Fiſci, & l. Imperatores ff. eod.* & Muſcar.
*loco cit. num. 59. 60. & 61.*

Tu dices, quòd Iura ſupradicta loquun-
tur de Iudice corrupto, non autem de cor-
rumpente, & ideò non applicantur.

Reſpondeo, quòd Muſcatellus loquitur
in terminis corrumpentis Iudicem, vt vi-
dere eſt *loco cit. num. 56. & ſeqq.* & dicit, quod
corrumpens tenetur pœna *falſi, repetundarū,
& l. Iuliæ de ſicarijs*: vlterius pœna impo-
17 ſita Iudici corrupto procedit contra cor-
rumpentem ratione correlatiuitatis Gram.
*conſ. crim. 35. num. 13. & 14.* Decian. *tract.
crim. lib. 8. cap. 39. num. 23.* Abb. *in cap. quia
Clericus de Iure Patron*, Iaſ. *in l. fin. 4. col. C. de
indict. vidict. tollen.* & Io: Bapt. de S. Blaſio
*tract. de correlatiuit. in 74. correlat.* Bonadilla
*dicto cap. 11. num. 28.* Xamar. *de offic. Iud.
par. 1. quæſt. 20. numer. 50.* Valaſco *de Iudic.
Præfecto rub. 9. annot. 13. num. 1.* Cutellus *ad
leges Siculas Federici cap. 26. nota 28. num. 3.
fol. 156.*

Verum tamen eſt, quod hæc regula non
eſt vndique vera, nam in crimine corru-
18 ptelæ poteſt magis peccare Iudex, quam
corrumpens, & è contra, & ideò non po-
teſt procedere dicta regula, vbi non ineſt
par ratio in vtroque, Certum eſt enim,
19 quod quatuor modis humana Iudicia cor-
rumpuntur timore, cupiditate, amore, vel
odio, vt docent Scannarol. *viſit. carcer. lib.
2. §. 9. cap. num. 29. 343. num. 10.* qui omiſ-
ſa corruptela, quæ prouenit ab amore, vel
odio, cum Iudex ex his per ſemetipſum
20 corrumpatur, inquit, quod ſi Iudex timo-
re concuſſus aliquid fecerit, corrumpens
magis peccat, quam corruptus, & reddit
optimam rationem; at ſi cupiditate cor-
rumpitur, plus ipſe delinquit, quam pars
corrumpens, ob rationem, quia quando
duo ad vnum peccatum concurrunt plus
peccat, qui poteſt ſua mala voluntate leges
ſubuertere, & ideò plus peccat Iudex, qui
hoc poteſt efficere, quam alius, vndè ab-
ſurdum eſſet dicere, quod in his æquè vnus,
ac alius puniatur.

## Cap. IV. §. VIII.

Qualunque Sbirro per corrottela, ò altro, laſciarà, che alcuno porti armi ſenza licenza, incorrerà la pena poſta ſotto il Capitolo dell' Armi.

*SVMMARIVM.*

1 *Birruariis permittentes arma contra contra leges deferri, debent puniri, & qua pœna remiſsiuè.*

FRequens eſt hoc delictum in Ciuitate Bononiæ, & ſcio, quod Baroncelli, & Caporales permittunt corrupti muneribus, vt Priuilegiati dent licentias deferendi arma alijs, quàm contentis in Rollo. Quomo-
1 do autem debeant puniri iſti birruarij permittentes enſes contra leges deferri, tradit Azeuedo *recopil. lib. 6. tit. 6. leg. 9. num. 9.*

---

## Cap. IV. §. IX. & X.

§. 9. In oltre prohibiſce à i Sbirri, & altri Eſecutori, che non ardiſcano fare Cattura, ò altra Eſecuzione reale, ò perſonale ſenza ordine in ſcritto, quale ſia ſottoſcritto dal Giudice nelle Cauſe Criminali, & almeno dal Notaro nelle Cauſe Ciuili, e miſte, conforme à quanto riſpetto alle Ciuili, e miſte diſpongono le Conſtituzioni, & Ordini di tali Tribunali, il qual ordine di catturare, ò fare altra eſecuzione doueranno eſibire à quei, che deuono eſſere grauati indiſtintamente, e riſpetto all' eſecuzioni reali, anco à chi gli ne faceſſe inſtanza à nome di quello, che doueſſe eſſere grauato, e tutto ciò auanti che conſumino l'eſecuzione, ſaluo gl'òrdini, che in voce ſaranno dati da S. Signoria Illuſtriſſima, & il caſo nel quale alcuno delinquente foſſe trouato in fragranti, ſotto pena in ciaſcun caſo di controuenzione di trè tratti di corda, e della priuazione dell'Officio.

§. 10. E non dourà alcun Eſecutore in Cauſe Ciuili, ò miſte far alcuna pignorazione, ſequeſtro, ò altra eſecuzione in tempo di notte, eccetto ſe in caſo di ſoſpetto di fuga, ò per altra giuſta cagione dal Superiore non gli fuſſe dato ordine in contrario, del quale ne appariſſe in ſcritto, ſotto la ſteſſa pena.

*SVMMARIVM.*

1 *Birruarij non debent exequi ſine ordine Iudi[illegible]is inſcriptis.*
2 *Et illum debent partibus oſtendere.*
3 *Ratio aſſignatur.*
*Alias puniendi. num. 6.*
*Fallit in pluribus caſibus. num. 7.*
4 *Executio eſt actus contentioſior cæteris actibus iudicialibus.*
5 *Reſiſtere licet Birruarijs ſine mandato exequentibus.*
8 *Qui capi poſſunt ſine mandato Iudicis.*
9 *Suſpectus de fuga capitur domi de nocte, & in diebus feſtiuis.*
10 *Etiam in nundinis.*
11 *Obligatus ex contractu in nundi[illegible]s celebrato, in nundinis capi poteſt.*

Non ardiſcano far Cattura, ò altra eſecutione, ſenza ordine in ſcritto.

EXequutio ſiuè ciui[illegible]s ſit, ſiuè cr[illegible]s à birruarijs non eſt facienda abſque
1 mandato Iudicis, quod debet eſſe in ſcriptis redactum, ad hoc vt birruarij poſſint i[illegible]d
2 partibus oſtendere, vt plu[illegible]us docent [illegible]rin. *quæſt. 32. num. 31.* Vermigliol. *conſ.* [illegible] 119. *num.* 15. & Scannarol. *de viſit.* ca[illegible] *lib. 3. §. 10. cap. 11. num. 1. & ſeqq.* Ba[illegible] *l. cum parati col. 2. de appellat.* Bart. *in* [illegible] *pal*[illegible]*tinos C. de collat. feud. Fiſcal. lib. 11.* [illegible] *ſ. in* [illegible] *cum proponas, l. prima C. de pactis* Bald. & An[illegible] *in l. 2. C. de ann. except.* & Caſſan. *conſ*[illegible] *Burgund. tit. de Iudices §. 7. verbo d*[illegible] *ſin*[illegible]*ſcouſſe num.* 26. & duplex poteſt aſſi[illegible]
3 tio, prima, quia executio eſt actus iud[illegible]lis, & contentioſæ Iuriſdictionis, & [illegible] in inuitum *l. 2.* vbi Gloſ. *ff. de Offic. Proco*[illegible] & ideò non debet fieri abſque præcede[illegible] cognitione Iudicis, vt ait Scannarol. *loc. c*[illegible] *num. 2. & 3.*

Secunda, quia executio birruarior[illegible]m e[illegible]
4 actus contentioſior cæteris actibus iudicialibus, & fit cum maiori populi, & parti[illegible] perturbatione, & multoties deue[illegible]r [illegible] arma pro impedienda executione [illegible]ta a[illegible] notata per Caſſan. *loc. citat. num. 3. & ſe*[illegible]. & per Suarez *de diebus feſtiuis lib. 2. cap.* 3[illegible] *num.* 11. & quia id impunè fieret, cùm birruarij dicantur iniuſtè facere, ſi non habent mandatum Iudicis in ſcriptis, vt tradit

Farin.

Farin. *d. quæſt.* 32. *num.* 32. ideò neceſſe fuit
prouidere huic inconuenienti, & tollere oc-
caſionem populo ſe opponendi birruarijs
abſque pœna, prout eſſet, ſi fieret oppoſi-
tio birruarijs abſque mandato exequētibus,
nam reſiſtere eſt permiſſum non ſolùm ipſi
5 capiendo, ſed etiam alijs extraneis Farinac.
*loc. cit. num.* 33. Vermigliol. *conſ. crim.* 116.
*num.* 10. & Caball. *crim. reſol.* 132. *num.* 11.
ſed in terminis Bannimentorum hæc non
eſt bona ratio per ea, quæ diſpoſita ſunt *in
cap. 3. §. 13.* potuit tamen hæc ratio dare mo-
tiuum D. Cardinali ad diſponendum, quod
ſine mandato non fiat executio realis, ſeù
perſonalis.

Ideò birruarijs exequētes abſq; mandato
6 Iudicis ſunt puniēdi, vt aiunt Caball. *d. caſ.*
132. *nu.* 7. *&* 11. & Vermigl. *conſ.* 116. *nn.* 11.
cum quibus concordant noſtra Bannimen-
ta, & Rei capti abſque Iudicis Mandato de-
bent relaxari, vt inquit Molinus *in reporta-
torio verbo captus fol.* 57. quem pluribus re-
latis Doctoribus ita tenentibus ſequitur
Portules *in ſchol.* ad eumdem Molin. *ibidem
num.* 22. vbi reprobat Ruyn. dicentem *con-
ſil.* 2. *num.* 14. *vol.* 5. quod licèt captura non
debeat fieri niſi conſtet de debito, & præce-
pto Iudicis, tamen quòd ſi quis capiatur,
hoc non conſtito, captum poteſt poſtea iu-
ſtificari, & hoc replicat Ruin. *conſ.* 4. *nu.* 20.
*eod. vol.* 5. nam Portules firmat verius eſſe
contrarium, & mouetur ex doctrina eorū,
qui aſſerunt factum à Iudice delegato ante-
quam literæ delegantis ſibi præſentatæ eſ-
ſent, nullius momenti eſſe, & reuocari de-
bere, etiamſi poſteà appareat eo tempore
literas iam conceſſas fuiſſe, & ex Maſuer.
inquit captum à Nuncio, vel Alguazirio,
qui à Iudice commiſſionem capiendi non
habebat, à captione liberari debere, ex quo
captus fuit ab illo, qui ad capiendum iuriſ-
dictionem non habebat, & ex hoc vidi ali-
quando in Viſitatione carcerum nouorum
Vrbis fuiſſe relaxatos eos, qui capti, & du-
cti fuerunt ad Carceres à Birruarijs, qui pe-
nes ſe non habebant mandatum de capien-
do quamuis illicò ſuperuenerit.

Fallit tamen Concluſio in pluribus caſi-
7 bus, de quibus agit Gloſ. *in l. fin.* vbi Bald.
& alij *C. de exhib. Reis*, Corrad. *in pract. tit.
de captiu. num.* 5. *verſ. ſunt tamen*, Monticell.
*reg. crim.* 12. *num.* 33. *& ſeqq.* puta quando
Rei inueniuntur deferre arma, contraueni-
re Bannimentis, vel reperiuntur in fragran-
ti crimine, vt tradunt Farin. *locis cit. n.* 35. *&*
36. Vermigl. *d. num.* 15. Molin. & Portules
*loco citato num.* 1. & Caualc. *de Brach. Reg. p.* 2.
*num.* 15. vbi quod capiuntur ſine licentia Iu-
8 dicis Monetarij, Deſertores militiæ, publi-
ci Latrones, depopulatores agrorum, ac
Virginum Raptores, & alios enumerat Fa-
rinac. *quæſt.* 27. *num.* 73. & Vermigliol. *conſ.
crim.* 10. *num.* 8. ait, quòd Birruarij abſque
dicta licentia poſſunt capere contumacem,
& fugitiuum, omnemque alium de fuga
ſuſpectum, & generaliter in omni cauſa
criminali, quia habet in cauſa criminali lo-
cum axioma, quod malè captus benè reti-
netur, ſi ſuperueniant iuſtificationes con-
cernentes delictum, pro quo Reus fuit ca-
ptus vt alijs citatis Doctoribus firmat e-
tiam de praxi Farinac. *quæſt.* 27. *num.* 151. *&*
152. *&* 153. ait hoc procedere etiam ſi ſu-
perueniant iuſtificationes ſuper alio delicto
ſubdens, quod in Vrbe ita practicatur, &
quod Procuratores, & Aduocati ſi vellent
eſſe pertinaces in ſuſtinendo contrarium,
eſſent à Iudice reputati cauilloſi, & calu-
mnioſi; rurſus abſque dicta licentia, & mã-
dato poſſunt ſe facere ſoluere, & capere pi-
gnora propria auctoritate pro eorum ſala-
rijs debitis ab eis, contra quos faciunt exe-
cutionem, vt inquiunt Io: Faber. §. *quadru-
pli inſtit. de action.* Iacob de Beluiſu *auth. de
exhib. & introdu. Reis §. illud quoque col.* 3.
*verſ. quæritur decimo ſeptimò*, & Caſſan. *conſue-
tud. Burg. tit. de Iuſtices* §. 7. *verbo de ſimple
reſcouſſe num.* 44. & Portules, quem allega-
ui *ſupra in* §. *piglierà donatini*, dicunt tamen,
quod eſt abuſus, & contra omnem ratio-
nem, ſed executores ſeruant ita de facto e-
tiam in Francia, vbi vigent Ordinationes
Regiæ in contrarium, ſed Iaſ. *in d. §. quadru-
pli num.* 4. dicit, quòd ille Textus non pro-
bat dictum Fabri, vt refert Caſſan. *loco cit.
num.* 45. ſed Iaſonem, & Caſſaneum repro-
bat Marius Muta *ad Capitula Regni Siciliæ to-
mo* 1. *cap.* 7. *num.* 92. vbi ait, quòd execu-
tores in Regno Siciliæ exigunt, & pigno-
rant de facto pro eorum mercede, & in Re-
gno Neapolitano idem eſſe firmat *ibidem*
ex Carauita *ritu* 42. *in fine*.

Rurſus ſine licentia poſſunt capi ſuſpecti
9 de fuga tàm in criminali, quàm in ciuili, &
de nocte, & diebus feſtiuis, vt dicit Scannar.
*de viſit. Carcer. lib.* 3. *in proœm. Conſtit. c.* 11.
*num.* 23. vbi citat Bald. *in auth. & qui iurat
num.* 10. *C. de bon. auth. Iud. poſſ.* Alex. *con-
ſil.* 159. *num.* 7. *vol.* 2. & alios, quos refert,
10 & poſſunt etiam capi in nundinis Scanna-
rol. *dicto lib.* 3. §. 10. *cap.* 10. *num.* 18. prout
11 in nundinis, quis capitur, ſi eſt obligatus
ex contractu in nundinis celebrato Afflict.
*deciſ.* 5. Bald. Fulgoſ. Salyc. & alij *l. prima
Cod. de nundin.* Rebuff. *delict. oblig. artic.* 74.
*gloſ.* 3. *numero decimo octauo* Peck *de Iure ſiſten.
cap.* 7. *numer.* 2. & Viloſa *de fugitiu. cap.* 19.
§. 7. *num.* 28.

Vide Perez *ordinat. Caſtell. lib.* 2. *tit.* 14. *leg.* 1.
Gomez *de delict. cap.* 9. *nu.* 3. & Ayllon. *in ad-
dit. num.* 4. qui plures allegat concordantes
Azeuedo *recopil. lib.* 4. *tit.* 4. *leg.* 8. *num.* 3. Fa-
rinac. *q.* 21. *n.* 140. *& q.* 27. *n.* 123. *& ſeqq.* Giur-
ba *conſ. crim.* 98. *nu.* 3. Bouadil. *politica lib.* 1.
*c.* 11. *n.* 16. & Portules ad Molin. *repert. §. ca-
ptus n.* 1. 16. 17. *&* 18. *& in c. de liberat. capti per
viam priuileg.* §. 4. *n.* 5. vbi *nu.* 6. *& ſeqq.* dicit,
quando quis dicatur captus in fragranti.

CAPVT

# CAPVT QVINTVM.

## RVBRICA

## De Monetarijs.

Continuatur hæc rubrica ad præcedentem hoc modo. Actum eſt ſupra de corruptela birruariorum, & miniſtrorum, qui ſeruiunt Principi ad tuendam, & conſeruandam quietem, & tranquillitatem Imperij, & dominij: in præſenti, vt congruum eſt, agitur de corruptela monetæ, quæ inſeruit Principi ad conſeruandam ditionem opulentam, & commercio habilem, nam mediante pecunia fiunt, & conſeruantur commercia tàm inter Ciues, & Incolas quam, inter exeroſ, vt dicam *Infra in cap. de vſuris*. Vel continua ſic. ſupra actum eſt de crimine læſæ Maieſtatis, & eius ſpeciebus, & quia crimen falſæ monetæ tangit perſonam, & Statum Principis, ideò neceſſarium erat de hoc particulariter diſponere in præſenti.

## Cap. V. §. I. ad III.

Eſſendo tanto abborriti dalle Leggi coloro, che battono monete ſenza autorità publica, e molto più quelli, che fabricano monete falſe, ò le diminuiſcono. Però S. S. Illuſtriſſima ordina, e ſtatuiſce, che ſe alcuno col Conio di qualſiuoglia Prencipe, Signore, ò Republica, quantunque ſtraniere ardirà fabricare moneta vſuale falſa, grande, ò picciola, d'oro, ouero d'argento, ò in alcun altra maniera in poca, ò in molta, quantità, ſe bene per ſpenderla fuori di queſta Legatione, ſia la falſità nella materia, ò nella forma, ò uero adulterarà in qualſiuoglia modo alcuna moneta come di ſopra ſia punito con la pena della forca, e del fuoco.

§. 2. Nellà medeſima pena della forca incorreranno quelli, che toſeranno, ò altrimenti diminuiranno alcuna moneta vſuale d'oro, ò d'argento, ò altra di qualſiuoglia ſorte, ouero che non eſſendo à ciò deputati dal publico batteranno, ò imprimeranno alcuna ſorte di moneta di oro, ò d'argento, ò d'altro metallo etiamdio di giuſto peſo, e di approuata materia.

§. 3. Quelli che ſcientemenie permetteranno, che in caſa loro ſi faccino tali delitti, e non li manifeſtaranno alla corte, incorreranno la pena della perdita della caſa, & dell'vltimo ſupplicio.

### *SVMMARIVM.*

1 *Moneta falſa materia à quibus Doctoribus tractetur.*
2 *Crimen falſæ monetæ eſt legibus exoſum.*
3 *Continet in ſe plura delicta nempè falſum, furtum, & vſurpationem Maieſtatis & n. 107.*
4 *Moneta percuſſa licèt non formata exigit pœnam rigoroſam.*
*Dummodò imperfectio non veniat ex pœnitentia. ibidem.*
5 *Ius cudendi monetam ſpectat ſolo Principi, & habenti autoritatem.*
6 *Et eidem ſpectat cura ne falſificetur.*
7 *Non poteſt locari pacta certa mercede, & quare.*
8 *Monetæ falſæ crimen committitur ſeptem modis.*
9 *Monetam cudens, licet bonam, punitur vltimo ſupplicio ſi legitimam non habet facultatem.*
10 *Adulterans, seù falſificans punitur vltimo ſupplicio.*
11 *Etiam ſi ſit moneta alterius dominij.*
12 *Et hoc vigore Bannimentorum, quia de Iure communi punitur pœna extraordinaria.*
*Quid ſi ſit argentea, & non aurea, ibid. & num. 204. 205. & 219.*
13 *Reſecans, tondens, radens debet mori.*
14 *Siue ſit aurea, seù argentea.*
15 *Quid ſi monetam exceſſiuam in pondere ad iuſtum pondus reduxit remiſſiuè. & n. 93.*
16 *Tondens non punitur pœna ordinaria, ſi pænitentia ductus non expendit, ſed miſit ad Zeccā.*

17 *Expen-*

17 Expendens monetam falſam de Iure communi tenetur pœna arbitraria. num. 102. & 131.
Explica vt num. 19.
18 Bulla Vrbani VIII. impouit pœnam mortis expendentibus falſam monetam.
Intellige vt num. 19.
20 D. Maſsinus reprobatur à Paſqualigo, & numer. 103.
21 Retinens falſam monetam ſcientèr pœna arbitraria punitur.
22 Imò nulla pœna punitur.
Explicat vt num. 23.
24 Introducens falſam monetam, ſeù bagattinos, & quatrinos reprobatos punitur de Iure communi extraordinaria.
25 Sed pœna vltimi ſupplicij vigore Bannimentorum.
Intellige vt num. 26.
27 Introducentes per incettam quomoda puniantur.
28 Tingent monetam tenetur pœna falſi, & vltimo ſupplicio punitur.
29 Dummodò fiat cum dolo mala.
30 Deaurans monetam, vt meretricem eludat non punitur.
31 Prout non punitur is qui non expendit eam.
32 Tinctura eſt duplex quarum vna eſt impunibilis & qualis ſit.
33 Corpus delicti in materia falſa moneta quomodò probetur remiſſiuè.
34 Debet de illo conſtare per euidentiam, quia ſigna moneta adulterina ſunt permanentia.
35 Confitens fabricaſſe monetam falſam non poteſt condemnari, ſi de illa non appareat euidenter.
36 Delicta, quæ pro perfecta recognitione requirunt hominum peritiam vt in pecunia adulterina, in veneficio, annona corrupta, ſimilibus non puniuntur niſi illa interueniat.
Contrarium, num. 45.
Declara vt num. 42. 43. 44.
37 Notarius quomodo ſe gerit, quando reperitur moneta falſa penès aliquem.
38 Cunei, ſeu inſtrumenta ad fabricandam falſam monetam non poſſunt è loco immuni leuari ad effectum conſtituendi corpus delicti.
39 Contrarium quando interuenit licentia ordinarij.
40 Corpus delicti in his quæ ſunt difficilis probationis coniecturis probatur.
45 Pegner. Ripoll. Cortiada opinio quomoda intelligenda.
46 Confugiens ad Eccleſiam poteſt in ea armis ſpoliari.
47 Quia dicitur delinquere in ea.
Contrarium num. 53.
Declara vt num. 54.
48 Archibuſetta deferens comittit crimen læſæ Maieſtatis.
Intellige vt num. 55.
49 Iudices ſæculares prohibeantur exercere iuriſdictionem in Eccleſia.
50 Iudices ſæculares armis ſpoliantes eos qui manent in Eccleſia excommunicantur.
51 Et arma debent Eccleſiæ reſtitui.
52 Couar. & Foller. opinio procedit de Iure Ciuili, non autem de Iure Canonico.
56 Iudices Sæculares è Foro Eccleſiaſtico non deſumunt Inditia, nec corpus delicti.
57 Reſtitutio, quæ fit Eccleſiæ ob immunitatem debet fieri re integra, & per modum, vt nemo inde lædatur.
58 Extractus ab Eccleſia ſi reſtituatur Eccleſiæ ſoluta Curiæ Sæculari aliqua quantitate pecuniarum non dicitur reſtitutus.
59 Actus factus per Curiam Sæcularem, quando competit extracto immunitas Eccleſiæ eſt ipſe Iure nullus.
60 Extractus ab hominibus priuatis ab Eccleſia, ſi fuit dum colluctabatur captus à birruarijs extra locum immunem non reſtituitur.
61 Contrarium.
62 Factum birruarij Tribunalis inferioris cenſetur factum Tribunalis maioris, quia omnes birruarij ſalariantur & tenentur ab eodem Principe.
63 Specialia criminis falſæ monetæ remiſſiuè.
64 Reuelans Reos criminis falſæ monetæ ſi eſt ſocius acquirit impunitatem.
65 Si non eſt ſocius acquirit præmium.
66 Minores doli capaces in crimine falſæ monetæ puniuntur extraordinariè.
67 Mulieres in crimine falſæ monetæ ſi ſunt principales puniuntur vltimo ſupplicio.
68 Si verò ſunt auxiliatrices puniuntur vltimo ſupplicio ſi ſponte.
69 Extrà ordinem ſi coactæ.
70 Fabricans monetam falſam minimi valoris, non punitur de Iure pœna vltimi.
71 Præſertim ſi non habet impreſſam Principis imaginem.
72 Contrarium de Iure Bannimentorum.
73 Gloſa in l. 2. C. de falſa moneta reprobatur à Couarunia.
74 Conciliantur.
75 Tondens monetam in parua ſumma non debet mori.
76 Bannum non habet locum, quando vitium in moneta eſt viſibile.
77 Accipiens ſponte, & ſcientèr monetam tonſam non habet actionem contra dantem.
78 Et eo caſu nec Fiſcus habet actionem ad puniendum.
79 Præſertim ſi moneta non obſtante tonſione eſt expendibilis.
80 Verba in poca, ò in molta quantità referuntur ad ſummam, quæ excedit quinque aureos.
81 Vel ſaltem ad duos aureos.
82 Diſpoſitio text. in §. ſi quis quinque ſolidos explicatur pro quinque aureis.
Imò nec eſt vſu recepta, ibid.
83 Dictio alcuna moneta verificatur in modico, & ad quid modicum refertur.
84 Text. in l. quicumque nummos ff. ad l. Corn. de falſ. nullam facit mentionem de quantitate.
85 Et declaratur per text. citatos in hoc num. 85.
Et in vnica moneta tonſa verificatur, num. 87.
86 Pluralis numerus, quando reſoluatur in ſingularem.

88 In

88 *In moneta falſitate, ſeu tonſatione attenditur, & punitur audacia, & temeritas opponendi manns in monetam Principis.*

89 *Et licèt in parua quantitate conſiſtat attamen maximum praiudicium reſultat Reipublica.*

90 *Doctoribns tamen durum viſum fuit, quod ex tonſatione facta in parua quantitate quis debeat mori.*

*Sed attenduntur Bannimenta num. 92.*

*Explica vt num. 94.*

91 *Natura ad malum procliuis.*

95 *Minima non bobentnr in conſideratione.*

96 *Quantitas parua, magna, & minino quæ ſit apud Doctores remiſſiuè.*

97 *Quę ſit de Iure.*

98 *Quantitos moneta tonſę, & non lucrum indè prouenieus attendi debet.*

*Autoritates, & rationes afferuntur ibidem.*

99 *Corpus delicti verificari in parte ſufficit, quando agitur de Crumenario, & Molandrinis confeſſis.*

100 *Fabricans, tondens, tingens monetam exteri Principis de Inre non debet mori.*

101 *Contrarium ſi eſt expendibilis in loco fabricationis.*

104 *Arbitrium in crimine falſa moneta poteſt extendi vſque ad mortem inclnſinè.*

105 *Intellige vt procedat quando expendens eſt particeps falſificationis moneta falſę.*

106 *Princeps cuius moneta fabricata eſt in ſtatu alieno à non ſubdito an poſſit procedere, & ſit competens.*

*Vide negatiuam, & plures fallentias, ibid.*

107 *Fabricatio falſa monetę connumeratur inter crimina atrociſſima.*

108 *Fabricans falſom monetam cremotur de Iure. & num. 144.*

*Quando hoc ſit verum num. 206.*

109 *Vigiliæ tormento locus eſt, quoties delictum eſt atrociſſimum & eſt tale quoties lex vltra pœnam mortis aliquid aliud addit. & numero 129.*

110 *Vigilię tormentum adhibetur contra Monetarios.*

111 *Etiamſi ſint fœminę.*

112 *Etiam ſi ſint Religioſi.*

113 *Contra Clericos fuit reſolutum poſſe procedi ex proceſſu informotino.*

114 *Clerici in his, qua reſpicinnt pręparatoria iudicij ligantnr Stotuto, & conſuetudine laicorum.*

115 *Nam pręparatoria non reſpiciunt perſonam ſed cauſam.*

117 *Natura, & qualitas delicti attenditur ad decernendum tortnram.*

*Ratio redditnr num. 133.*

118 *Eccleſiaſtici non reperiuntur priuilegiati quoad modnm torquendi.*

119 *Eccleſiaſticornm delicta ſunt grauiora.*

120 *Sacerdotes de Inre communi; ob crimen falſę monetę non poſſunt tradi Curię ſęculari.*

*Contrarium num. 151. 163. & 168.*

*Sed iuxta hanc negontium opinionem fuit indicatum num. 169. & 197.*

*Et hac eſt verior num. 172.*

*Et iuxta hanc reſpondidit autor num. 203.*

121 *Vigilię tormentum non infertur niſi in caſu quo Reus ſi fateatur debet damnari ad mortem.*

122 *Et quidem qualificatam & num. 129.*

*Pręhemineutia M. Curię non habet locum quando pro crimine non imponitur pęna mortis d. num. 122.*

123 *Eccleſiaſtici ſequuta degradatione actuali puniuntur pœna mortis pro delicto, pro quo attento tempore delicti non poterant tanta pęna affici.*

124 *Clerici ob quę delicta traduntur Curię Sęculari.*

125 *Princeps poteſt facere de non delicto delictum & homicidio ſimplici addere qualitatem aſſaſinij.*

126 *Non tomen videtur innouare modnm procedendi & num. 132.*

127 *Niſi expreſſè hoc ſtatnat.*

128 *Crimen erogationis monetarum falſarum non eſt de atrociſsimis de Inre communi.*

130 *Imò nec pœnam mortis admittit.*

132 *Modus procedendi propter auctionem, vel diminutionem pœnę non cenſetur immutatus.*

*Adeò vt ſi pœna, quę de Iure communi eſt pecuniaria, efficiatnr corporalis non poteſt pro eruenda veritate veniri od tortnram ibidem.*

134 *Delicti natnra inſpici debet ad dignoſcendum an delictum ſit graue, vel leue, & non debet inſpici diſpoſitio ſtatutaria.*

135 *Principis noua Conſtitutio ad hoc vt ius commune minus quam fieri poſsit corrigatur, vnum, & non duos effectus operari debet,*

136 *Pontifex addens delicto qualitatem aſſaſſinij vel proditionis, intelligitnr quo ad pœnom, & non quoad immunitatem Eccleſiaſticam.*

137 *Delictnm proditorium declaratnm per Principis nouam Conſtitutionem non dicitur atrociſsimum, quia per dictam declarationem non innouatnr natnra delicti num. 138.*

138 *Inerpretatur* Statutum crimin. Bononiæ lib. 5. cap. 33. & decretum Cardinal. Angeli Reatini lib. 7. ſtatut. crimin. Bonon.

140 *Monitio Clericis, & Eccleſiaſticis facta vt caueant ab erogatione monetarum falſarum quia coram Iudice habente liberum arbitrium in procedendo non euitabunt tormentum vigilię ſtante Conſtitutione Vrbani Octaui.*

141 *Maxime ſi ſint participes in fabricatione.*

142 *Conſtitutio ſeu Bulla Vrbani Octaui ſuper falſa moneta diſponens poteſt habere locum extra Italiam ex vi directiua, nam Superiores Ordinarij poſſunt ſe regulare ſecundum illius diſpoſitionem in puniendo, & num. 153.*

*Contrarium eſt verius, num. 154. & 172. & 198. vbi affertur bona ratio.*

143 *In delictis in quibns per ius ciuile imponitur pœna mortis, per ius canonicum deuenitur ad pœnam degradationis, & traditionis Eccleſiaſtici delinquentis Curia ſæculari.*

*Contrarium tamen eſt verius num. 173.*

*Demon-*

*Demonſtratur pluribus relatis legibus, numero* 174.

145 *Eccleſiaſtici degradantur propter delictum damnoſum, & damnabile.*

*Contrarium eſt verum, niſi ſint incorrigibiles, num.* 164.

*Et regula quam eliciunt Doctores ex d. textu* in cap. monemus *non bene inde deducta eſt num.* 184.

146 *Text.* in cap. cum non ab homine de iudic. *quomodo interpratari, & intelligi debet,*

*Non reperitur in aliquo limitatus in Iure Canonico, num.* 171.

147 *Homicidium qualificatum commiſſum à perſona Eccleſiaſtica punitur degradatione, & traditione Curię ſęculari.*

148 *Eccleſiaſticus committens plura latrocinia, falſitates, & huiuſmodi crimina atrocia debet degradari & Curia ſęculari tradi.*

*Referuntur plura exempla, ſeu deciſiones Tribunalium, num.* 150. & 152.

*Sed contrariam opinionem tuentur plures Doctores relati num.* 166.

*Et iuxta hanc opinionem diſcuſſo plenè articulo in Congregatione particulari fuit iudicatum Romę.*

149 *Laici intumeſcunt contra Eccleſiaſticos, & quare.*

155 *Degradatio Eccleſiaſtici, & illius traditio Curia ſęculari non fit niſi in caſibus in Iure expreſſis.*

156 *Vel Pontifice conſulto in caſu particulari, determinatis.*

157 *Et huiuſmodi determinationis facta à Pontifice pro tempore referuntur exempla remiſſiuè.*

*In effectu importat pœnam mortis num.* 175.

158 *Iudices non debent conſulere Pontifici, vt in caſu atroci pro quo de iure non eſt determinata degradatio Eccleſiaſtici delinquentis, & Curia ſęculari traditio, deueniat ad degradationem, & traditionem.*

*Quia cum iura ſint clara non relinquitur locus arbitrio d. num.* 158.

159 *Redditur bona ratio.*

160 *Affertur exemplum quorundam Iudicum, qui noluerunt id conſulere Papę Martino.*

161 *Pontifex enim cogitet ex ſe quid expediat vt fecit Papa Martinus.*

162 *Verum quod ſit locus dicto arbitrio dicunt plures Doctores.*

170 *Opinio, quę fauet parti habenti pro ſe aliquam regulam iuris tenenda eſt, quando extant Doctores pro vtraque.*

176 *Eccleſiaſtici ratione ordinis, & caracteris ſemper mitiùs quam laici puniuntur.*

177 *Vbicunque de iure ciuili pro aliquo delicto venit imponenda pęna mortis, tunc de Iure Canonico imponitur pœna depoſitionis, & num.* 207.

178 *Sed hęc regula improbatur ab aliquibus Doctoribus.*

179 *Innocentius defenditur ab impugnatione & referuntur eius verba* in cap. qualiter & quando il 2. de accuſat.

180 *Text.* in cap. nouimus de verb. ſignific. *factus fuit ad explicationem* cap. ad falſariorum de crim. falſ.

181 *Nihil innouauit circa qualitatem delicti.*

182 *Statuit modum, & formam degradandi Eccleſiaſticos.*

183 *Explicatur remiſſiuè.*

185 *Text.* in cap. primo de homicid. *habet plures intellectus & non poteſt adduci ad deciſionem cauſarum.*

186 *Text. in cap. pro humani de homicid in 6. non poteſt ad alios caſus quam ibi expreſſos extendi.*

187 *Iudicandum non eſt exemplis.*

188 *Eccleſiaſtici pro crimine lęſę Maieſtatis non degradantur, & nec Curia ſęculari traduntur.*

*Et factum in contrarium improbatur cum excandeſcentia à Boſſio.*

*Dummodo non ſint incorrigibiles & num.* 216.

*Etiamſi rebellentur Sedi Apoſtolicę.*

189 *Clericus in carceribus prę nimia tortura obijt.*

190 *Pontifex ſi permittit degradationem, & traditionem Eccleſiaſtici Curia ſęculari non expectata incorrigibilitate tunc iſte caſus non limitat regulam* cap. cum non ab homine de iudic. *& num.* 196.

*Aſſignatur ratio ibidem.*

191 *Opinio dicentium quod* cap. ad falſariorũ de crim. falſi *extendatur ad falſatores monetarum improbatur.*

*Et ſaltem reſtringitur ad falſantes monetam Papę num.* 193.

192 *Extentio non fit in pœnalibus neque ex paritate, ſeu maioritate rationis & redditur bona ratio.*

194 *Pœna* cap. ad falſariorũ *loquentis de litteris Papę non habet locum contra falſificantes literas alterius Principis.*

195 *Imo nec habet locum contra falſificantes ſupplicationes ſignatas manu Papę, ſeu Cancellarij, ſeu Pręfecti Signaturę Gratię, vel Iuſtitię, & nec contra falſificantes literas Nuntij Apoſtolici, Pœnitentiarię, ſeu monitoria Auditoris Camerę.*

199 *Epiſcopi tradentes Eccleſiaſticos Curię Sęculari non ſeruata diſpoſitione* cap. cum non ab homine de Iudic. *incurrunt in irregularitatem.*

200 *Epiſcopi tradentes Iudici Sęculari inſtrumentum falſę monetę, ſeu acta incurrunt in irregularitatem.*

201 *Text.* in cap. at ſi Clerici de Iudic. *explicatur.*

202 *Traditio Eccleſiaſtici Curia Sęculari quid eſſet antiquitus refertur.*

208 *Eccleſiaſtici degradati & Curia Sęculari traditi non poſſunt in fruſtra ſcindi ob reuerentiam prӕteriti ordinis & caracteris.*

209 *Text.* in l. 2. C. de falſa moneta *non habet locum contra non ſubditum.*

210 *Religioſus Regularis non contrahit domicilium per quantumuis longum tempus, prout dicitur de ſcholaribus, quia non poteſt habere*

*animum continuandi cum ſit obſtrictus obbedientia.*

311 *Subditus quis poteſt effici ratione ſocij criminis iuxta opinionem Ignei dicentis quod exterus ſollicitans ſubditum ad delinquendum contra Principem incurrit crimen læſæ Maieſtatis.*

212 *Reprobatur tamen Igneus à Gigante, Petra & Iulio Capono.*

213 *Delinquens ratione delicti efficitur de Foro loci ipſius delicti, ſed non efficitur ſubditus.*

214 *Iſta duo multum inter ſe differunt.*

315 *Religioſus, & quilibet Eccleſiaſticus non eſt ſubditus Regis.*

218 *Pœna quæ non poteſt imponi pro vno delicto imponitur ſi concurrit aliquod aliud delictum, & inſimul coaceruentur.*

220 *Argentei nummi æque moneta ſunt ac aurei.*

221 *Pœna triremium ſucceſsit in locum detruſionis in monaſterium.*

222 *Alienigenæ cudentes monetam falſam Principis exteri in territorio in quo talis moneta erat expendibilis fuerunt condemnari ad mortem.*

223 *Sed alias fuerunt condemnati in pœnam extraordinariam.*

224 *Opinionum in conflictu mitior eſt tenenda.*

325 *Monetæ falſæ cuſſores, introducentes, expendentes incidunt etiam ipſo facto in excommunicationem vt in extrauagan. Ioannis Papæ XXII.*

226 *Sed procedit ſolum in Regno Franciæ, & locis circumuicinis cum dicta Conſtitutio ſit localis.*

227 *Verba moneta vſuale referuntur ad monetam quę in Ciuitate & Comitatu expendi poteſt.*

228 *Conſtitutio generaliter loquens de cudente monetam comprehendit eum qui cudit monetam non expedibilem in loco cuſsionis quo tamen ad pœnam extraordinariam tantum.*

229 *Redditur ratio.*

1 MAteria criminis falſæ monetæ latiſſimè tractatur à Farinac. *quæſt.* 115. Decian. *tract. crim. lib. 7. cap.* 23. Carpzou. *pract. crim. par. prima quæſt.* 42. & 43. Cortiada *deciſ.* 87. *à nu.* 7. *vſque ad finem* Menoch. *de arbitrar. caſ.* 316. Caball. *crim. reſol.* 27. 191. & 199. Azeuedo *recopilat. lib. 8. tit. 17. leg. 5. per tot.* Maſtrill. *de indultu cap.* 27. Vermigliol. *conſ. crim.* 218. 219. 220. & 221. Antonio Matthæo *de criminibus lib. 48. tit. 7. cap.* 5. Giurba *conſ. crim.* 8. Larrea *Grauaten. dec.* 10. Laurent. Mattheu *de re crimin. contron.* 44. 45. 46. 47. Conciol. *crim. reſol.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. *verbo moneta* & Io: Baptiſta Gargiarea qui per duodecim articulos materiam diſcurrit *militar. deciſ. prima* Gabriell. Beiell. *de monetandi poteſt. notabil. 8. inter tract. diuerſor. de monet.* Martin. de Garat. *de monet. quæſt. prima* Io: Aquila *de monetis cap. 9. §. denique* P. Giballin. *de vniuerſa rer. human. negociation. tom. primo par. 2. cap. 4. art.* 15. Gobb. *de monet. quæſt.* 11. Muta *ad pragm. titul. 72. de monetis* Tuſch. *pract. concluſ. verbo moneta tom.* 5.

De Etimologia verbi *moneta*, & de inuentore agunt Rouitus ſeù potiùs Laganar. ad Rouit. *pragm. prima num. 2. de monet.* Danza *de pugna Doctor. tom. 1. tit. de falſa moneta cap. primo* Arniſæus *de iure maieſtat. cap. 7. de poteſt. in rem nummariam* Muta *ad capitula Regni Siciliæ tomo primo cap.* 58. & *ad conſuetudines Panormit. cap. 85. num. primo*, vbi ait, quod primus Inuentor fuit Thares Pater Abrahæ & quod inde in Regno etiam hodie quædam monetæ dicuntur Tareni à Thares inuentore, & ex Alberico *Dictionario verbo moneta*, inquit quod dictus Thares ad petitionem Nini filij Beli Regis Niniuitarum fabricaſſe illos triginta argenteos denarios, quibus Iudas tradidit CHRISTVM DOMINVM NOSTRVM, & fuerunt primi in Mundo, & deinde per multas manus peruenerunt ad corbonam Iudæorum, & Albericum defendit Muta *ibidem* ab impugnatione Iodochi dicentis *in Encheridion verbo moneta*, id ſibi videri fabuloſum.

Hoc crimen eſt deteſtabile, & verè legi-
2 bus exoſum vt perhibetur in noſtris Bannimentis, quia in ſe plura continet delicta,
3 & quidem atrocia. Primò continet crimen læſæ Maieſtatis, vt habetur *in l. ſi quis nummos C. de falſa moneta* ibi *cuius obnoxij Maieſtatis crimen committunt* Farinac. *quæſt. 115. num. primo* Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 23. num. primo* Carpzou. *pract. crim. par. prima qu. 42. num. primo* Cortiada *deciſ. 87. num. primo &* 10. ſi non verè, & propriè, ſaltem impropriè, largo modo, & per extenſionem, vt ex Bouadilla, Villalob. Diana aduertit Cortiada *d. num. primo &* 10.

Secundo continet crimen falſi, vt oſtendit Marſil. *in leg. qui falſam num. 19. C. ad leg. Cornel. de falſ.* Carpzou. *d. quæſt. 42. num.* 12. Conrad. Zahnnius *de mendacijs lib. 2. cap. 61. num. primo verſic. committitur enim.*

Tertiò continet crimen furti, vt probat Bonifatius *de furtis* §. 4. *num.* 53. ibi *nam ſiue quis non habens autoritatem monetam cudat, ſiue abradat, & diminuat, ſiue tingat, ſiue dolo malo expendat, quis eum furari, & aliena ſurripere negabit?* & hoc idem vult Farinac. *quæſt. 115. num. 79. in fine.*

Quod autem dicitur de furto eſt verum dumtaxat in caſu, quo ſequuta ſit effectualis erogatio, nam ſi ſolùm impreſſa fuerit moneta falſa, & non fuerit expenſa, non poteſt ex ſola intentione expendendi conſtitui furtum, quia in tali caſu non competit diffinitio furti, & conſequenter nec competit diffinitum *vulgatis iuribus*, & hoc expreſsè dicit Paſqualig. *in addit.* ad Laur. de Franch. *contron. inter Epiſc. & Regul. tit. de monetar num.* 1387.

Ex defectu tamen concurſus huius tertij delicti non reſultat pœnæ diminutio, quia
4 ſufficit ad pœnam ordinariam huius criminis

nis, quod moneta ſit percuſſa licet non formata, vt fuit reſolutum penès Gramm. *deciſ. 74. in fine*, quē ſequuntur Caball. Capiclatro, Maſtrill. D. Maſinus *loc. relatis* à Conciol. *crim. reſol. 2. nu. 6. verbo moneta*, quam reſolutionem admittit Farinac. *d. quæſt. 115. num. 94.* ſolùm in caſu quo moneta non ſit formata ex eo quia cudens, fuit præuentus à Curia ad Text. *in l. qui falſam ff. ad leg. Corn. de falſ.* quem text. in terminis Bullæ ſanct. mem. Vrbani VIII. *la 75.* expendit ad hunc propoſitum Paſqualigo *in addit.* ad Laur. de Franchis *controu. inter Epiſc. & Regular. tit. de monetarijs quæſt. 7. num. 1273.* Sed non video quomodo poſſit dari caſus, quod moneta ſit percuſſa, & non ſit formata: percuſſio enim importat impreſſionem ſigni, ſeù imaginis ad Text. *in d. l. qui falſam & ibi* Marſil. *num. primo 2. & 6.* Io: Baptiſta Gargiarea *d. deciſ. prima num. 52.* niſi ſupponamus, quod percuſſio ſit facta in laſtra argentea, vel aurea, vel alterius materici, vel niſi ſupponamus quod moneta fuit percuſſa, ſed ſigillum non remanſit bene, & perfectè impreſſum, vt videtur innuere de Franch. *deciſ. 440. n. primo*, & contingit hìc ijs qui in Caeumine Montis S. Michaelis in Boſco cunebant monetam: dum enim reiterabant percuſſionem ad meliùs imprimendum ſigillum impreſſionem factam potiùs ſupprimebant, quàm perfectionabant: poteſt etiā dari caſus in moneta, quæ licet percuſſa, & impreſſa eget tamen ad hoc, vt poſſit expendi tirimpello, vt in caſu relato, à Gargiarea *militar. deciſ. prima num. 51. & ſeqq.*

Sed quoties moneta eſt formata, compertū eſt apud omnes, quod cuneantes non poſſunt effugere pœnam ordinariam, quia ſo-
5 lus Princeps poteſt monetā cudere ad Text. *in cap. vnico tit. quæ ſint regalia de vſib feud. leg. prima & tot. tit. C. de falſa moneta* Cortiada *d. deciſ. 87. num. 8.* Carpzou. *loc. cit. num. 2.* Montan. *de regalib. verbo moneta num. 2.* vel qui habet legitimam facultatem, & priuilegium à Principe Roſſentall. Peguer. Maſtrill. Farinac. *locis citatis* à Cortiada *loc. cit. num. 9.* & Carpzou. *dicta quæſtion. 43. num. 7. & ſeqq.* alij autem tanquam vſurpantes ius Principis incidunt, *vt dixi*, in crimen læſæ Maieſtatis, & pœna contra fabricantes monetam falſam plectuntur, vt dicam *inf. num. 9.*

Præterea eſt quoq; hominibus exoſū hoc crimen, quia vt ait Leo Imperator *in nouell. 52.* (Exprobans quod Principes interdixerint publico vſu ea numiſmata, quę Superiorum Principum effigiem ferrent) *mercatorum vulgus, quique alioqui manibus victum quæritant, & demum vniuerſa Ruſticorum natio, dum antiquata ea, qua hactenus vſi ſunt pecunia*, (nos verò dicemus, dum falſa eſt, quā in commercio accipiunt, pecunia) *res neceſſarias ſibi parare non poſſunt inperquam anguſtias adiguntur anguſtias.*

Vnde materia cuſſionis monetæ, cum inde reſultet quies, vel perturbatio Reipublicæ vt habetur in *dicta nouella 52.*
6 *Leonis* debet eſſe in maxima cura tam Principibus, quam ijs, qui ex priuilegio habent ius monetandi, quod Ciuitas Bononiæ habet ab Henrico Sexto vſque de anno 1191. vt ex Sigonio *lib. 15. Regni Italiæ* refert Laur. Beyerlinch. *theatr. vitæ humanæ verbo moneta*; adeo vt nunquam debeant permittere vt priuati homines habeant hoc ius:
7 imò Carpzou. *quæſt. 43. nu. 15.* firmat, quod Principes non poſſunt hoc ius, ſeu priuilegium dare priuatis tum quia dari non poteſt ijs, qui iuriſdictionem non habent *l. 3. C. de Iuriſdict.* tum etiam quia regalium capaces eſſe non poſſunt Boer. *deciſ. 51. n. 12.* Bocer. *tract. de Iure monetandi cap. 3. num. 30.* & ex Beſoldo addit Carpzou. *ibidem*, quod in Repub.. nihil magis pernitioſum eſſe poteſt, quam ſi ius nummi eudendi ad priuatos transferatur eo quod ab illis ſpe quadam lucri facillimè nummi corrumperentur; haud abſque ſingulari Reipublicæ detrimento, & hoc idem ex Kithzelio *de Iure monetandi claſſ. 5. quæſt. 2. sect. 4. numer. 10.* vult Laurent. de Franch. *controu. inter Epiſc. & Regular. tit. de monetarijs quæſt. 12. nu. 1317.* & Paſqualigo *ibidem in addit. num. 1320.* ſiquidem cum tale ius pacta annua penſione priuatis transferatur difficile eſt, quod cudant monetam cum tali materia, quæ æquiualeat iuſto valori, prout de iure deductis expenſis debet æquiualere, & quatenus cudant cum bona materia difficile eſt, ne vt inde lucrentur totam penſionem, quam ſoluunt, & lucrum, quod intendunt, faciant, detrahant ſaltem de iuſto pondere, & proinde ex hac locatione notabile damnum obueniet Communitati: & licet aliqui dicant, quod non pacta annua penſione poteſt hoc ius monetandi etiam hominibus priuatis cedi, vt nomine, ac inſignijs Principis concedentis moneta cudatur, quia tunc iſti priuati eſſent, & haberentur pro meris executoribus, vt ſunt Miniſtri Zecchæ ad tradita per eundem Laurentium de Franch. *loc. citat. num. 1319.* vbi ait, quod Princeps non poteſt dare priuato Ius monetandi, ità vt poteſtas ſit in priuato, & nomine proprio cudat, ſecus ſi poteſtas reſideat in Principe, & nomine Principis cudatur, nihilominus dubito de hac aſſertione non ſolum quia res eſt periculi plena ōb lucri illecebras:

> .... *Quid non mortalia pectora cogis*
> *Auri Sacra fames?*

Sed etiam, quia, cura Rei nummariæ Regnanti commiſſa eſt iure gentium, vt ex Molina *tract. de vſuris quæſt. 92. numer. 605.* firmat Montanus *de Regalib. verbo moneta num. primo in fine*, & hoc idem vult Carpzou. *loc. cit. quæſt. 42. num. 7. verſ. ex quibus facillimè*, dicens quod Principi incumbit omnibus modis proſpicere, ne quid Reſpublica detrimenti patiatur, neuè pacata eius guber-

natio pertutbetur. quod iuxta *nouell.* 52.
Leon. vix ex alia re promptius accidere
ſolet, quàm ex moneta, & propterea
Carolus Magnus in Imperio Francico o-
mnes monetarum officinas in Palatium
coegit, quod ſecurius, & accuratius num-
mi fabricarentur, ac probarentur, vt teſta-
tur Carpzou. *ibidem n.3. & num.9.* ait, quòd
in Imperio Romano Germanico quot
annis binis Conuentibus per deputatos ęſti-
matio monetarum explotatur, quod refert
etiam Petrus Theodoricus *tract. de Iudic.
crim. tit. de crimine falſi cap. 59. num. 28.* &
certè ſi, vt ait Bodinus *loco ralato* à Carpzou.
*num. 3.* & à Chriſtophoro Cruſio *de inditijs
delictorum ſpecialium cap. 36. num.* 154. in
Gallia ratio nummaria deprauari cœpit ex
eo, quia Officinas habere, & procul à Prin-
cipe metalla miſcere licuit, facilius id eue-
niet, quando cura huiuſmodi à Principe
etiam nulla pacta penſione alteri demande-
tur. Statuendum igitur prout particulari
Conſtitutione, de qua teſtatut Carpzou.
*d. q. 43. n.* 16. ſtatutum eſt in Germania, ne
Principes, alijq; Domini, & Status monetales
Ius ſuum monetæ cudendæ alteri vendere,
locare, vel alio quouis modo cedere queant.

Committitur autem crimen falſæ mone-
tæ, ſeu committitur crimen circa falſam
8 monetam potiſſimum ſeptem modis, vt
habetur in noſtris bannimentis, nempè *cu-
dendo, adulterando, reſecando, expendendo, re-
tinendo, introducendo, & tingendo*, primò, ibi:
*battono ſenza autorità publica*; Secundò, ibi:
*fabricano monete falſe*: Tertiò, ibi: *ò ſe le
diminuiſcono*: quartò ibi: *ſcientemente le ſpen-
derà*; quintò ibi; *ò la terrà in Caſa*: ſextò,
ibi: *introduceſſe monete falſe nella Città, ò Con-
tado*; ſeptimò, ibi: *ò adultererà in qualſiuo-
glia modo alcuna moneta*. Et quamuis Docto-
res varient multum in hoc, cum aliqui aſ-
ſignent duos modos, aliqui tres modos, a-
lij quatuor, & alij tradant quinque modos
faciendi falſam monetam, & eam adulte-
randi, vt videre eſt penes Farinac. *quæſt.* 115.
*num. 2. & ſeqq.* Carpzou. *d. quæſt.* 42. *num.* 17.
*& ſeqq.* & Conrad. Zahnnium *de mendacijs
lib. 2. cap. 61. per totum*, nihilominus mihi
incumbendum eſt diſpoſitioni bannimen-
torum: propterea ſequendo ordinem in
bannimentis traditum percurram quam-
libet ſpeciem ex dictis ſeptem modis.

Primus igitur modus eſt cuſſio facta à
9 non habente legitimam facultatem, & quã-
tumuis iuſti ponderis, & bonæ ligæ eam
cudat, vltimi ſupplicij, & ignis pœna pu-
nitur etiam de Iure Communi, vt dicunt
Gloſ. *in l. 2. C. de falſa Moneta*, Anania *in
cap. ad falſariorum num. 6. extra de crim. falſ.*
Menoch. *de arbitr. caſ. 316. num. 15. & ſeqq.*
Decian. *d. cap.23. num.26.* Cortiada *deciſ.87.
num.* 21. Peguer. *deciſ. crim.* 46. Afflict. *in
conſt. adulterinam num.* 5. Farin. *d. quæſt.* 115.
*inſpect. 1. num.* 20. & Conciol. *crim. reſol.* 2.
*num. 5. verbo falſa moneta*, & hoc eſt ve-
rum, quamuis moneta cuſſa non ſit Papæ,
Imperatoris, vel alterius Superiorem non
recognoſcentis, quia, & ſi multi dicant,
quòd pœna extraordinaria deportationis,
exilij, vel ſimilis debeant puniri, qui cu-
dunt monetam eius, qui Superiorem reco-
gnoſcit Cuman. *conſ.139. num.5. & 6.* Alex.
*conſ. 104. num. 2. lib. 1. & conſ 121. num. 1.
& 2. lib. 7.* & alij relati à Caball. *crim. reſol.*
27. *num.* 2. & copioſiùs à Farin. *quæſt.* 115.
*num. 69. & ſeqq.* qui *num. 72. circa medium*
refert Hoſtien. *in ſumma tit. de iureiur. num. 9.*
dicentem, quòd Ioannes Gloſator liberauit
ex hoc Bononiæ quemdam à morte, qui
falſauerat monetam eiuſdem Ciuitatis. Cõ-
trarium tamen tenendum, quia quando fal-
ſificatur moneta Ciuitatis, vel alterius Do-
mini, qui in ſuo Territorio habet Iura Im-
perialia, falſificans tenetur pœna mortis, &
confiſcationis bonorum, quemadmodum
ſi Imperatoris, vel ſui Superioris monetam
falſificaſſet, vt dicunt Menoch. *caſ. 316. nu-
mer. 27. & ſeqq.* Caball. *loc. cit. num.* 3. plu-
res referens Farin. *loc. citat. num.* 74. vbi ita
in practica ſeruari teſtatur, & hanc opinio-
nem pluribus tuetur Carpzou. *pract. crimin.
quæſt. 42. num. 37. & ſeqq.* & ſequitur Baldax.
Conradus Zahnnius *de mendacijs lib. 2. cap.*
61. *numer. verſic. contraria tamen eſt verior*. 10

Ratio autem quare moneta dicatur fal-
ſa, ſi cuditur ab eo, qui non habet publi-
cam cudendi facultatem, eſt quia tunc
cudens falsò ſibi aſſumit, & vſurpat au-
ctoritatem Principis, cuius eſt dare, &
tribuere vires nummis, vt eſt Textus *in l.
prima ff. de contrahen. empt.* Ariſtotel. *lib.* 1.
*politicor. cap. 5. & 6.* & Ethic. *c.5.* Iaſ. *in l. ex
hoc Iure col.2. ff. de iuſt. & iure*, & his relat. Mu-
ta *ad conſuet. Panorm. c.77. n.10.* Siquidem in
moneta dùo requiruntur, veritas ſcilicet, &
auctoritas, vt ait Bald. *in l. fin. C. de falſa
Moneta*, ſeu vt dicit Decian. *loc. cit. num.* 9.
requiruntur materia, forma, pondus, ſed
verbum *veritas* poſitum per Bald. continet
materiam, & pondus, & ſic concordant in
hoc, prout concordant etiam quoad pœ-
nam combuſtionis, quos ſequitur alijs re-
latis Farinac. *d. num.* 20. & licèt Marſil. *in l.
qui falſam num. 54. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* &
Carpzou. *loc. cit. quæſt. 43. num. 2. & 20.* di-
cant pœnam arbitrariam eſſe imponendam
ei, qui ſine legitima auctoritate monetam
cudit, tamen ipſe loquitur in terminis Cõ-
ſtitutionis Caroli V, ſic expreſsè diſponẽtis,
& Marſilius reprobatur à Menoch. *loc. cit.
n.17.* Verùm D. Manzius *conſult. 281. num.
19. lib.3.* conciliat has opiniones dicendo,
quòd pœna ordinaria mortis intrat, quando
moneta bona, & iuſti ponderis cuditur à
ſubdito cum forma, & imagine, & in ter-
ritorio ſui Principis: aliàs quia non habet
locum crimen læſæ Maieſtatis nullatenus
pœna ordinaria etiam in foro delicti impo-
nitur

nitur iuxta opinionem, quam dicit veriorem ex Pariſ. *conſ.* 169. *n.* 25. *lib.* 4. Roland. à Valle *conſ.* 29. *num.* 34. *lib.* 3. Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 3. Farin. *quæſt.* 115. *num.* 75. Caball. *crim. reſol.* 27. *num.* 2. Conciol. *crim. reſol.* 2. *num.* 7. *verbo falſa moneta*, Vermigliol. *conſ. crim.* 219. *num.* 6. Carpzou. *pract. crim. quæſt.* 43. *num.* 27. *&* 28. & licet Menoch. *d. caſ.* 316. *num.* 17. & Farin. *quæſt.* 115. *num.* 79. dicant eſſe locum pœnæ mortis, quando moneta eſt expendibilis in loco delicti, nam etſi non intret crimen læſæ Maieſtatis, intrat tamen pœna falſi, quæ in materia falſæ monetæ ex determinatione certa legis eſt mortis naturalis, nihilominus D. Manzius *ibidem* concludit non eſſe locum pœnæ mortis niſi moneta eſſet etiã deterioris qualitatis, in quibus terminis ait fuiſſe emiſſa conſilia Spadæ 114. *&* 115. & reddit rationem *ibid. num.* 27. *& ſeqq.* quia ſemper in monetis ratio præcipua debet haberi intrinſecæ bonitatis, & quantitatis ponderis, non autem extrinſecæ formæ, ex qua nulla proximo fraus, aut detrimentum tunc accidere poteſt, vt aduertunt Theſau. Sola, Cyriac. & Adden. ad Rotam *locis* per eum *citatis num.* 28. ſed vbi extat diſpoſitio præciſa legis, ceſſant argumenta, & ideò pertranſeo cum Farinac. *loco citato*.

10 Secundus modus eſt adulteratio, & percutit eum, qui monetam ex vitioſa materia, & non bonæ ligæ, & ponderis iuſti format, & eadem pœna plectitur vt dicunt Rayner. de Foroliu. *in l. Cornelia num.* 1. *ff. ad l. Cornel. de falſ.* Marſ. *in l. qui falſam. numer.* 51. *ff. eod,* Bald. *in l. prima C. de falſ. monet.* vbi Salyc. in Summario Menoch. *caſ.* 316. *num.* 8. *& ſeqq.* Amend. ad Vinc. de Franch. *deciſ.* 401. *num.* 1. & Farin. *d. quæſt.* 115. *num.* 8. *in fine* vbi teſtatur, quod in Statu Eccleſiaſtico hæc concluſio nullam patitur difficultatem vigore bannimentorum, & hoc idem in terminis Iuris Communis, & Conſtitutionis Caroli V. ait Carpzou. *loc. quæſt.* 42. *num.* 32. & procedit, quamuis
11 falſificauerit monetas alterius Dominij, vt expreſsè habetur in Bannimentis noſtris, quorum iuſtitia euincitur ex eo, quia vſus monetæ, vt ex Bocero ait Carpzou. *loc. cit. quæſt.* 42. *num.* 73. iuris gentium eſt *l. prima in princ. ff. de contrahend. empt.* proindè in omnes meritò monetæ cuiuſuis violatores, & adulteratores par erit pœna: Ius enim gentium cum omnibus gentibus eſt commune §. *ius autem ciuile Inſtit. de Iure nat. gent. & ciuil.* omneſque Populi omnium Regionum communia habent inuicem commercia, & monetæ vnius Regionis in altera quoque Regione propter commerciorum communem vſum expendi ſolent, vt conſiderat Leo Imperator *in nouella* 52. quod ſi ergo in vna Regione liceret alterius Regionis monetas impunè adulterare, & mutilare, certè incommodum haud leue indè Reſpublica ſentiret, quod non eſt ferrendum, *cap. quanto* vbi Innoc. *extra de iureiurando*: propterea benè Bannimenta pœnam vltimi ſupplicij in hoc caſu imponunt, licèt
12 de Iure Cõmuni iſto caſu imponatur pœna extraordinaria teſte Vinc. Franch. *deciſ.* 440 *num.* 3. *&* 5. Danza *de pugna Doctorum tom.* 1. *tit. de falſ. mon. c.* 1. *num.* 38. & Ioan. Bapt. Thor. *in add. ad* Io: Grand. *de Bello exulum prædicam. quantitatis quæſt.* 3. *nu.* 15. *verſic. quartò excipit*.

Nõ tamẽ tranſit etiã in terminis Iuris Cõmunis præfatorum Doctorum aſſertio ſine magna difficultate, quamuis eam ſequantur, & tueantur alij, & ſignanter Vermigl. *conſ.* 219. *num.* 6. nam quando moneta exteri Principis cuſſa eſt expendibilis in loco, vbi ob cuſſionem, & fabricationem monetæ proceditur, tunc contra fabricantes imponitur pœna ordinaria, vt ex Afflict. & Iodoch. inquit Farinac. *d. quæſt.* 115. *nu.* 79. *& num.* 83. Capiclatro *deciſ.* 179. *num.* 30. Azeuedo *recopil. lib.* 8. *tit.* 17. *leg.* 5. *num.* 28. Maſtrill. *de indultu cap.* 27. *num.* 11. Menoc. *de arbitr. caſ.* 316. *num.* 26. & ita deciſum teſtatur Cabedo *deciſ. Luſitan* 89. *par.* 1. licèt enim hoc caſu non committatur crimen læſæ Maieſtatis, vt ex Doctoribus, quos citat dicit Paſqualigo *loco ſupracitato nu.* 1277. & ex hac ratione non ſit locus pœnæ *l.* 2. *C. de falſa moneta*, adhuc vt aduertit Farinac. *d. num.* 79. ex alio capite locus eſt pœnæ mortis, nempè quia negari non poteſt quin iſti falſatores monetarum Principis exteri furta plura monetas falſando committere dicantur, & ſic ſaltem vt fures pœna mortis puniuntur: & aduertatur, quod Farin. non potuit ſe fundare in furtis indè ſequutis, quia, vt dicit Caball. *d. reſol.* 27. *num.* 4. concurrit inſimul locus commiſſi delicti, ratione cuius intrat pœna grauis, prout in quolibet alio delicto; aliàs enim niſi expenderentur monetæ in eodem loco falſatores non luerent pœnam, quod non eſt dicendum, quia eo ipſo, quod eſt cuſſa factus eſt locus pœnæ, etiamſi non expendatur, nam præſumitur, quod ſit facta cum intentione, & animo illam expendendi, & quod ſi fuiſſet data commoditas, & tempus expendiſſet, & ideò ſufficit timor, quod turbetur commerciũ ex annotatis ab Igneo *in l. neceſſarios* §. *non alius num.* 108. *par.* 2. *ff. ad Sillan.* Menoch. *caſ.* 316. *num.* 43. Maſtril. *de indultu cap.* 27. *num.* 11. quam rationem eſſe maximæ conſiderationis dixit Innocen. *in cap. quanto verſ. ſuper aſſenſu de iureiur.* & ideò non exigunt in hoc caſu Doctores, quod moneta ſit expenſa, & nec Tribunalia expenditionem exigunt ad pœnam ordinariam, vt videre eſt penes Cabed. *deciſ.* 89. *par.* 1. vbi nulla protſus fit mentio de erogatione, & confert ad hoc Gram. *deciſ.* 74. & opinio Doctorum de conatu loquentiũ, quos refert Farin. *quæſt.* 115. *n.* 92. *& ſeqq.*

vide

vide quæ de hac re dicam *inſ.nu.222. & ſeqq.*
Tertius eſt reſecatio, ſeu tonſio, & ſiue
fiat reſecatio, & tonſio, ac diminutio cum
inſtrumentis ferreis, ſeu cum pulueribus,
13 ſeu aqua forti minuens monetam mori de-
bet per Text, *in l. quicumque ff. ad l. Corn. de
fal.* Viuius *com. opin.* 520. *num.*1. Clar. §.*fal-
ſum num.* 47. Ludou. Peguer. *deciſ. crim.* 46.
*num.* 10. Farin. *d. quæſt.* 115. *num.*99. & 100.
Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 23. *numer.* 11.
& 25. Baiard. ad Clar. *loco citato num.*325. Io:
Bonifat. *de furt.* §. 4. *num.* 60. Conciol. *crim.
reſol.* 5. *num.* 1. *verbo moneta ſalſa* alij relati
à Carpzou. *loc. citat. quæſt.*43. *num.*31. & re-
lati à Cortiada *deciſ.* 87. *num.* 26. & Petrus
Theodoricus *iudic. crim. cap.* 59. *num.* 28. *de
crimine ſalſi*, ait nihil referre, quod adulteri-
nam monetam cudat, vel veram diminuat,
& citat Couarr. *de coll. numiſm. cap.*8. & Cu-
iacium *C. de ſalſa moneta*, & Duaren. *ff. ad
leg. Corn. de ſalſ.* & concordat Bulla B. Pij
Quinti *in ordine* 115. Bullarij *par.* 2. quam
confirmauit Vrbanus VIII. *Conſt.* 75. *in ord.*
& extendit ad perſonas Eccleſiaſticas intra
Italiam exiſtentes, & concordant etiam
noſtra Bannimenta. Et licet aliqui diſtin-
guant inter monetam auream, & argenteã,
prout & in cuſſione monetæ diſtinguunt
Gloſa *in l.2. C. de ſalſa moneta verbo nummos*,
Couar. Decian. Io: Guidus Volateran. Fa-
rin. *locis relatis* à Paſqualigo *in add.* ad Laur.
de Franch. *controu. inter Epiſc. & Regul. tit. de
monetar. num.* 1357. nihilominus indiſtinctè
de monetis aureis, vel argenteis debet in-
telligi, vt dicunt Enricus Perhinc. *method.
Iuris Canon. tit. de crim. ſalſi* §. 8. *numer.* 41.
Molin. *tract.* 2. *diſp.* 702. *num.* 1. Salyc. Viu.
Honded. Tuſch. Peguer. Euerard. Sixtinus,
Io: Aquila, Azeuedo *locis relatis* à Paſquali-
go *d. num.*1357. nam in adulteratione num-
morum argenteorum committitur falſum
*l. lege Cornelia ff. de ſalſ.* & argentei æquè mo-
neta ſunt, atque aurei *l. ſubditos, & l. pro
comminutione, & l. vniuerſos C. de veter. nu-
miſm. poteſt. lib.*11. & licèt Text. *in l. quicum-
que habeat verbum aureos nummos*, nihilomi-
nus non reſtringit diſpoſitionem, quia ly,
aureos, ſtat demonſtratiuè ad delictum fa-
ctum cum tinctura nummi in apparentiam
auri, aliàs *lectura* d. Text. *non procederet*, quia
aurum non tingitur, vt dicit Matthæus *de
criminibus tit. de falſis cap.* 4. *num.*2. & Cabal.
*crim. reſol.* 191. *num.* 2. ait quod verba dicti
Text. cum ſint ſub vna ſtructura, & vnicam
determinationem faciant, ſicut verba, *par-
tim tinxerint* omninò intelligi debent de ar-
genteis, & æreis, qui colore aureo tingun-
tur, alioquin ſtulta eſſet prouiſio, quia fa-
tuus eſſet, qui nummos aureos argenteo,
vel æreo colore tingeret, ita & illa verba,
*partim raſerint*, etiam de argenteis intelli-
genda ſunt, quibus eadem eſt ratio, & Ca-
ball. prout & Menoch. *de arbitr. caſ.* 316. *nu-
mer.* 35. reprobant Marſil. *conſ.* 71. *num.* 13.
& *ſeq.* Couar Cepoll. & Clar. dicentes *dictam
legem.* non procedere in mutilante, ſeu ton-
14 dente monetam argenteã, & Menochium
ſequitur Bonifat. *de furtis* §. 4. *fraudoloſæ
num.* 60. quem refert, ſed non ſequitur in
terminis Iuris Communis Farin. *dicta quæſt.*
115. *num.* 108. ſed benè in terminis Iuris
noui Pontificij, nempè Bullar. Statuti Vr-
bis, & Bannimentorum expreſsè de mone-
ta argentea loquentium dictam Menochij
opinionem approbat, & ſeruari in Statu Ec-
cleſiaſtico teſtatur *ibidem*. Vndè cum hic
habeamus Bannimenta expreſsè diſponen-
tia, dicere debemus, quòd, quicquid ſit de
Iure Communi, vigore Bannimentorum
tonſores Monetarum, tàm auri, quàm ar-
genti, aut cuiuſuis alterius qualitatis in ali-
qua particula minuentes puniuntur pœna
mortis, & deducitur ex illa dictione,
*aliqua*, poſita in Bannimentis; quod ta-
men non procedit, ſi moneta reſecata erat
15 exceſſiua, & fuit ad iuſtum pondus redacta
ad tradita per Baiardum ad Clar. *d.* §.*ſalſum
num.* 326. Farin. *quæſt.* 115. *num.* 109. & 110.
Alciat. *conſ.* 14. *num.* 6. & 7. *tom.*2. Carpzo.
*d. quæſt.* 43. *num.*33. Lauren. de Franch. *con-
trou. inter Epiſc. & Regul. tit. de monetar.* §. *de
priuatis perſonis quoad monetas num.* 1335. ſed
vide quid dicant Maſtrill. *de indulto cap.* 27.
*n.*15. Barboſa *de Offic. Epiſcopi par.*3. *alleg.*51.
*n.*60. Rouit. *prag.*1. *de monetis n.*15. vbi citat
Argent. *in Conſuetud. Britan. art.*5. *cap.*89. qui
miratur de ſupradictis Doctoribus; & vide
etiam Viu. *com. opin. tom.* 1. *tit. de Principib.
monetam cudere facien. tit.* 6. *cap.* 1. §. *ſed con-
ſtitutione circa finem ſol. mihi* 154. *à tergo*;
& nec procedit ſi non fuerit expenſa,
16 quia pœnitentia ductus tondens eas miſerit
ad Zeccam Bertazz. *conſ.* 552. *num.* 3. *lib.* 2.
Farin. *quæſt.* 115. *nu.* 93. Burgos *de modo pro-
ced. ex abrupto quæſt.* 23. *num.* 151. Laur. de
Franch. *loc. cit. num.* 1334. & nec procedit
quando tonduntur monetæ argenteæ mo-
dici valoris Caball. *crimin. reſol.* 199. *nu.* 20.
Farin. *d. quæſt.* 115. *num.* 111. Menoch. *caſ.*
316. *num.* 41. Burgos *loc. cit. num.*350. & his
relatis Laur. de Franch. *loc. citat. num.* 1333.
qui ait hoc eſſe verum etiam in terminis
Bullæ Vrbani Octaui contra monetarios:
ſed dubito de hac concluſione in terminis
Bannimentorum propter verborum præ-
gnantiam: *diminuiranno alcuna moneta vſuale
d'oro, ò d'argento, ò altra di qualſiuoglia ſorte*,
& nec procedit ſi moneta non remanſerit
expendibilis, vt ait Franc. Broya *in praxi cri-
min. cap.* 4. *num.* 4. & 5. qui docet modum,
quo debent teſtes periti deponere, ibi: *Che
la tale moneta appare ritagliata alli torni, ſeu
contorni delli giri di freſco, mà è rimaſta ſpendi-
bile, e coll'impreſſione, e ſtampa Regale, mà di
minor peſo di quella, che eſce, e ſi ſpende dalla
Regia Zecca, e che hauendo in effetto peſata det-
ta moneta ſi è ritrouata mancante tanti acini, ò
trapeſi per arriuare al giuſto peſo, ò per eſſere del*

giuſto

*giuſto peſo, ſecondo la fà la Regia Zecca, quali
acini, ò trapeſi mancanti ſono di tanto prezzo:*
& ſicut hoc eſt aduertendum, quando pe-
nes Curiam eſt moneta tonſa, ita quando
penes Cutiam reperiuntur tantùm tonſatu-
ræ debet aduerti, quòd teſtes dicant, quòd
inſpectis, & conſideratis ipſis tonſaturis ex
ipſarum qualitate deducunt, quòd monetę
tonſæ remanſerunt expendibiles, & cum
impreſſione, & ſtampa, nã videntur tonſio-
nes de torno, aut giro, factę ità, vt ſint reci-
ſæ tantùm literæ: nam ſi monetæ eſſent in-
ciſæ in giro vſque ad totalem conſumatio-
nem, non eſſet delictum tonſionis, Alias
limitationes affert Rouit. *loc. cit. à num.* 10.
*vſque ad num.* 16. & Villadiego, quem citat
*lib.* 7. *foro indic. tit.* 6. *lib.* 2. *num.* 6.

Quartus modus eſt erogatio, & fãcta
ſcientèr, ſiue falſitas conſiſtat in plumbo,
ſtanno, ſiuè alia re, præſefert pœnam arbi-
17 ttariam vigore noſtrorum Bannimento-
rum, & vigore Iuris Communis præſefert
pœnam falſi, & ſic extraordinariam, vt
probant Iacobus Nouellus *in pract. crim. in
forma inquiſ. contra monet. num.* 15. Afflict. *in
Conſt. Regni, aut adulterinam num.* 9. *rub. de cu-
den. fal. mon.* Bonifat. de Vital. *tit. de pœn.
falſantis monetam num.* 4. Pariſ. Menoch. Scac-
cia Maſſin. *locis relatis* à D. Manſio *conſult.*
281. *num.* 33. *tomo tertio*, Farinac. *quæſt.* 115.
*num.* 137. *& ſeqq.* Anan, *cap. ad falſariorum
num.* 7. *extra de crim. falſ.* Caball. *crim. reſol.*
199. *numer.* 2. *& ſeqq.* Anton. Matthæus
*de crimin. lib.* 48. *ff. tit.* 7. *cap.* 4. *in fine* Car-
pzou. *pract. crim. par.* 1. *quæſt.* 42. *num.* 99. &
Matthæù *de re crimin. controu.* 46. *numer.* 5. *&
ſeqq.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. par.* 3. *alleg.*
51. *num.* 64. *& ſeqq.* & licet vigore Bullæ
18 Vrbani VIII. videatur imponenda pœna
mortis naturalis expendentibus, ſeu expen-
dere facientibus, nihilominus nec in ter-
minis dictæ Bullæ eſt recedendum à firmata
19 concluſione, niſi in caſu quo expendens
fuerit particeps falſæ fabricationis, quaſi
cudentes falſam monetam non cudiſſent,
niſi expenditorem habuiſſent, tunc enim
non eſt mirum ſi eadem pœna tanquam
auxiliator puniatur etiam in terminis Iuris
Communis, vt ait Guman. *conſ.* 138. *col.* 2,
& Farinac. *quæſt.* 115. *num.* 117. *num.* 127. *&*
128. & meliùs *in additione poſt num.* 128. &
hanc opinionem tenenr Menoch. *de arbitr.
caſ.* 316. *num.* 51, Maſtril. *de indultu cap.* 27.
*num.* 20. De Luca ad Vinc. de Franch. *deciſ.*
351. *num.* 3. *& deciſ.* 401. *num.* 2. & Merlin.
*forenſ. controu.* 26. *num.* 16. *&* 17. *par.* 2. Con-
ciol. *verbo moneta reſol.* 4. *num.* 15. & nouiſ-
ſimè Matthæù *de re crim. controu.* 46. *num.* 6.
Paſqualigo *in addit.* ad Laur. de Franch. *con-
trouer. inter Epiſc. & Regular. tit. de monetariis
quæſt.* 9. *num.* 1283. & quidem Bulla prout
de Bannimentis loquutus eſt Farinac. *loc.
cit.* ſi ſimplicitèr intelligeretur, eſſet nimis
20 rigoroſa: & quamuis D. Maſſinus *de confiſc.
bonorum quæſt.* 6. *num.* 48. ex doctrina Mer-
lin. Pignatell. *controu. forenſ.* 26. *num.* 23. *&*
24. *lib.* 2. dicat hodie ex Bulla Vrbani VIII.
ceſſare dictam interpræetationem Farinac-
cij, nihilominus non eſt ab ea recedendum,
quia verba Bullæ Vrbani eam non exclude-
re firmat Paſqualigo *loc. cit. num.* 1284. qui
reddit rationem, & verba Bullæ prædictæ
optimè expendit, Poteſt etiam alio caſu li-
mitari concluſio, quando ſcilicet quis in
territorio eiudem Principis, cuius mone-
ta falſificata eſt, ſcientèr expendit, vt ex
Marſil. *conſ.* 71. *num.* 11. Giballin. *de vni-
uerſa rer. humanar. negotiatione tom.* 1. *par.* 2.
*cap.* 4. *art.* 15. *num.* 4. *& ſeqq.* inquit D. Man-
ſius *conſul.* 281. *num.* 34. *tom.* 3.

Quintus modus eſt retentio, & concur-
21 rente ſcientia præſefert pœnam extraordi-
nariam in termninis Iuris Communis, vt di-
cunt Beluiſu *in pract. lib.* 1. *cap.* 8. *verbo fal-
ſarium num.* 16. & Farinac. *d. quæſt.* 115. *nu-
mer.* 118. qui rebrobat Menoch. dicentem
22 *caſ.* 316. *num.* 64. quod nulla pœna punitur,
nam dicit eius doctrinam procedere, quan-
do non conſtat, quòd falſas monetas ſcien-
23 ter retinuerit, etenim conſtito de ſcentia,
contrarium erit dicendum, & hoc in termi-
nis dictæ Bullæ Vrbani Octaui eſt omninò
indubitatum, vt aduertit D. Maſſin. *de con-
fiſcat. bonor. quæſt.* 6. *num.* 53. & ex eo Con-
ciol. *crim. reſol.* 3. *verbo moneta falſa num.* 1.
& licèt noſtra Bannimenta non diſponant
circa pœnam, & ſolùm velint retinentem
monetam falſam habendum, & reputan-
dum eſſe pro falſificatore, ſeù, vt meliùs
dicam velint, quod is penes quem reperi-
tur moneta falſa ſit inditiatus, quod ipſe
eamdem monetam falſam fabricauerir, niſi
doceat à quo, ſeu in quo loco eam habue-
rit, & hoc eo ſolùm caſu quo qualitas per-
ſonæ, & aliæ circumſtantiæ ita ſuadeant,
quod eſt vniforme iuri, & Doctorum aſſer-
tioni ad tradita per Farinac. *quæſt.* 115. *num.*
118. *&* 119. Grat. Couar. Viui. Menoch.
*locis relat.* à Farin. *d. num.* 119. nihilominus
euacuato huiuſmodi inditio per torturam,
ſeu alio modo adhuc propter ſolam reten-
tionem poterit in aliquam pœnam extraor-
dinariam condemnari, ſi ſciens eſſe falſam
retinuerit, quia præſumitur illam expende-
re voluiſſe, vt dicunt Farin. *loc. cit. nu.* 118.
& Conciol. *d. reſol.* 3. *num.* 1. nam ſi igno-
rauerit eſſe falſam debet abſolui, vt ex Fa-
rinac. & Menoc. ait Conciol. *d. numer.* 1. &
hoc manifeſtè euincitur ex dictione, *etiam*,
in Bannimentis appoſita, ibi; *S' hauerà per
inditiato etiam d'eſſere ſtato il fabricatore*; ete-
nim cum prædicta dictio, *etiam*, ſtet hic am-
pliatiuè, includit vtrumque, nempè quod
retinens monetam falſam ſcienter debeat
puniri pro retentione, & debeat haberi pro
inditiato de fabricatione.

Sextus modus eſt introductio quæ facta
ſcienter debet eſſe cum pœna etiam mortis

vigore

25 vigore Bannimentorum, quia parum re-
fert, quod quis inficiat Rempublicam cum
fabricatione, aut introductione falſæ mone-
tæ, idem enim detrimentum hominibus Di-
tionis dicitur prouenire ex traditis *in nouel-
la* 52. Leonis Imperatoris, quamuis re vera
minùs ſit introducere, quam fabricare mo-
netam falſam, quia iſte non vſurpat iuriſdi-
ctionem, & regalia Principis: ſed vigore
Iuris communis diſtinguendi ſunt ſunt plu-
26 res caſus ex Batt. *in l. eleganter* §. *qui repro-
bos ff. de pignorat· act. Primus*, eſt in eo qui in-
troducit monetam puta in Comitatum
Bononienſem, quam ipſemet extra dictum
Comitatum cuſſerat, & debet puniri vt fal-
ſarius *l.* 1. *C. de falſa moneta*. Secundùs eſt in
eo qui introducit falſam monetam, quam
alius extra Comitatum cuſſerat, ſed ipſe
ſcientèr vtitur ea in Comitatu, & tenetur
pęna falſi *l. ſi vteris C. de fide inſtrum. l.* 3. *C. ſi
Reus vel accuſat*. Tertiùs caſus eſt in eo, qui
monetam falſam introducit, ſed ea non
vtitur, & dicit à quo habuit illam, & non
tenetur *l. moiorem C. de falſ.* Quartus caſus
eſt in eo, qui ſalſam monetam introducit,
ea in Comitatu non vtitur, ſed non vult
dicere à quo habuit illam, & tunc ponen-
dus eſt in compedibus *l.* 2. §. *Diuus Pius ff.
de iure Fiſci*. Hæc diſtinctio quoad tertium,
& quartum caſum eget maiori diſcuſſione
quia is, qui introducit falſam monetam
dando autorem debet eximi à pęna ſi igno-
ranter introducit; ſecùs ſi ſcienter eam
portauit; nam iſto caſu etiam mercatores,
qui emunt, & vendunt debent puniri, vt
dicit Farinac. *quaſt.* 115. *num.* 130. Iodoc.
*prac. cap.* 65. *n.* 5. Felic. *alleg.* 61. *num.* 13. qui
autem non vult dicere à quo habuit, habe-
tur pro fabricatore, & poterit torqueri ad-
hoc vt det autorem, & poſtea pro introdu-
ctione ſcienter facta monetarum falſarum
poterit puniri vt contra Angel. *in l. minorem
C. de falſis vult* Boſſ. *tit. de falſa moneta nu.* 3.
qui allegat Salyc. *in l. maiorem C. de falſis*.
& dicit verum eſſe quod excuſatur à præ-
ſumptione quod cuſſerit, vel excudi fecerit
ſed non excuſatur ab vſu, & ſequitur Cu-
mia *M. Cur. Regni Sicil. ritu* 54. *num.* 77.

Sed quid dicendū ſi moneta introducta ſit
falſa ex eo quia ſit reprobata? talis moneta
vere & realiter non poteſt dici falſa vt pro-
bat Bald. *conſ.* 372. *num.* 20. *lib.* 3. & ideo
non intrat pœna, quia adhoc vt ſit locus
pœnæ requiritur, quod moneta introducta
ſit expendibilis in eodem loco ad tradita
per Alex. *in addit.* ad Batt. *in l. eleganter* §.
*qui reprobos ff. de pignor. act. & conſ.* 104. *lib.* 1.
Farinac. *quaſt.* 115. *num.* 89. Cumia *d. ritu* 54.
*num.* 84. etenim moneta potiùs conſidera-
tur reſpectu vſus, & curſus, quam alio reſ-
pectu, vt ait Alex. *locis citatis*. Contrarium
tamen videtur veriùs quoad pœnam extra-
ordinariam (nempe Stellionatus, vt dicit
Bald. *d. conſ.* 372. *num.* 2. nam licet moneta
reprobata non currat in loco, adhuc tamen
expendibilis eſt, quia poteſt dari campſori,
ſeù mercatori pro minori pretio, vt dicit
Alex. *loc. cit.* & ex Surdo *conſ.* 285. *nom.* 3.
*verſ. reſpondi tamen lib.* 2. vult D. Manſius
*in conſult.* 281. *num.* 43. *tom.* 3. ſed vrget in
contrarium opinio Paſqualigo *in addition.*
ad Laur. de Franchis *controu. inter Epiſc. &
Regul. tit. de monetar. num.* 1381. dicentis non
incidere in pœnam Conſtitutionis Vrbani
VIII. *la* 75. eum, qui monetam ab habente
facultatem cuſſam, ſed ob aliquod vitium
reprobatam, introduxit ad effectum aſpor-
tandi ad locum, vbi valent, & expenduntur
quia prohibitio procedit de monetis adul-
teratis per priuatas perſonas, & quæ à nullo
Principe autorizatæ ſunt; & vrget in con-
trarium opinio Alex. *locis citatis* dicentis
quod adhoc vt pecunia dicatur vſualis Po-
pulo non ſufficit, quod vnus de Populo
eam acceptet, quia lex adaptatur ad id quod
frequentiùs accidit. cogita quando eueniet
caſus, ego pro nunc remitto me ad ea quæ
dicam *infra in* §. 4. *quæſito* 6. non obſtat Bald.
*citato conſ.* 372. *num.* 2. *lib.* 3. quia in caſu ſuo
moneta fuerat cum effectu expēſa in eodem
loco, & quod plus eſt ab Officialibus eiuſ-
dem Principis, qui monetam reprobauerat,
vt videre eſt ibi apud eum. Vide Kichzel. *de
Iure monetarum claſſe quinta quaſt.* 2. *ſect.* 4.
*nu.* 23. Gabr. Biel. *de moneta poteſt concl.* 5. &
Laur. de Franch. *controu. inter Epiſc. & Re-*
27 *gul. tit. de monetarijs num.* 1340. *& ſeq.* qui
diſcurrunt & loquuntur in ſpecie de ijs, qui
faciunt incettam monetarum ex cauſa ne-
gociationis.

Septimus demnm modus rem numma-
riam fraudandi eſt tinctura puta, quod mo-
neta ærea cum argento, vel auro in ſuper-
ficie coloretur, & licèt in Bannimentis de
iſto modo non ſit facta ſpecialis, & indiui-
dua mentio, ſed intelligatur modus iſte
compræhenſus ſub illa generalitate, *ò adul-
tererà in qualſiuoglia modo alcuna moneta*, & ſic
poſſit eſſe dubium an pœna rigoroſa hic
Statuta compræhendere debeat iſtos, qui
tingunt, attamen debet dubium ceſſare at-
tento qood etiam de iure communi tingen-
tes monetam tenentur pœna falſi, & vlti-
28 mi ſupplicij, vt dicunt Gloſ. *in cap. quanto
verb. defraudata verſ. ſed ille extra de Iureiur.*
vbi Hoſt. *num.* 9. Ant. de Butr. *num.* 15. Abb.
*num.* 5. Alex. de Neuo *num.* 17. Bonifac. de
Vitalin. *de malef. tit. de falſ. mon. num.* 1. Cu-
man. *conſ.* 138. Fab. de Monte *de empt. &
vend. quaſt.* 9. *num.* 7. Menoch. *caſ.* 316. *nu-
mer.* 42. Adden. ad Capell. Tholoſ. *deciſ.*
162. *nu. primo in fine* Decian. *tract. crim. lib.* 7.
*cap.* 32. *num.* 14. Baiard. ad Clar. §. *falſum
num.* 320. Bertaz. *conſ.* 56. *lib. primo* & Fari-
nac. *d. quaſt.* 115. *num.* 54. incurrit enim
eandem pœnam, quam incurrit tondens, &
mutilans vt ex Text. *in l. quicunque ff. ad leg.
Corn. de falſ.* Menoch. Peguer. Ripoll. Aze-
ued.

ued. Ramirez. & alijs dicit Cortiada *dec.* 87.
*num.* 31. dummodo tamen tinctura ſit facta
29 dolo malo, nam faciens deaurare mone-
tas argenteas, vt meretricem deluderet non
30 puniretur ſecundum Bertazol. *conſil. cri-
min.* 56. & Satno *pract. crim. tit. de diuerſ. de-
lict. num.* 26. *circa finem*, & Petr. Theodoric.
*de crim. ſalſi cap.* 59. *num.* 28. & dummodo
31 moneta ſic tincta fuerit expenſa, nam effe-
ctu non ſequuto non videtur imponenda
pœna ordinaria ad Text. & Gloſ. *in d. l. qui-
cunque ff. ad l. Corn. de falſ.* vbi DD. maximè
quando ſe pœnituit, vt videre eſt in ſimili
apud Gram. *deciſ.* 74. & alios relatos à Fa-
rinac. *d. qu.* 115. *n.* 95. *&* 96. & à Cortiada
*d. dec.* 87. *n.* 40 Aduertendum tamen, quod
32 tinctura monetarum eſt duplex alia eſt fu-
cata, quæ appellatur larua monetarum, & eſt,
quando moneta eſt in totum ærea, & tingitur
flaua, vel alba, ad hoc vt appareat aurea, vel
argentea vel eſt in totũ argentea, & tingitur
flaua, ad hoc vt appareat aurea, & hæc tin-
ctura eſt de qua loquuntur Doctores, & eſt
punibilis: alia tinctura monetarum eſt ex-
citatio coloris ipſius monetæ, quæ fit
mediante tirimpello, quod, in cutim,
& in pilum trahit colorem, qui in moneta,
ſecundum ligam, cuius eſt, præualere de-
bet, & hæc tinctura, quia non imponit mo-
netæ colorem fucatum, & falſum, ſed ſe-
cundum ligam trahit, vt dixi, ad cutim co-
lorem, qui ineſt, non eſt punibilis, vt fir-
mat Io: Bapriſta Gargiarea *militar. deciſ. pri-
ma num.* 53. & de hac tinctura non loquun-
tur Doctores, & nec noſtra Bannimenta
eam compræhendunt; hæc enim eſt opera-
tio philoſophica, & non vitioſa, & reprobata
Ità quoque puto dicendum de ijs, qui num-
mos probos lauant, circà quam lauatio-
nem Hotomannus *in l. quicumque ff. de falſis,*
& Ant. Matthæus *de criminib. tit. de falſ. cap.*
4. *num.* 3. multum deſudant ad reperien-
dam veram ſignificationem, nam ſi hoc
fiat cum aqua chryſulca, quæ auro, vel ar-
gento detrahit portiunculam, vt ait Mat-
thęus *loc. cit.* eſt quidem improbata, & pu-
nibilis, ſecùs ſi fiat cum operatione philo-
ſophica, de qua verba facit Io: Rodulphus
Glauberus *in tractatu de Sulphure fol.* 15. di-
cens: *conſimiliter idem etiam memorat de præ-
nobili illa arte hyſopaica, cuius ope Antiqui Phi-
loſophi nigro ſuphuri alborem niueum manibus
lotricibus conciliarunt, illud fixum reddiderunt,
illiuſque beneficio miracula magna in medicina,
atque alchymia ediderunt: Hæc ars, ehcu, fuit
incuria, ac iniuria temporum ſuperiorum magis,
magiſq; deperdita,* & paulò poſt: *videtur item
Dauid Profeta non nihil cogniti habuiſſe de iſta
arte regia, quippè qui poſtea quam ſua ipſi pecca-
ta coram Deo quaſi carbonis nigrorem induxerant,
ità Diuinam Miſericordiam implorat: Aſperge
me Domine hyſopo, vt albeſcam, te enim lauante
benè me, niue candidior euaſurus ſum. Ex qui-
bus ſat videre eſt, Dauidem non notiſſimam illam
herbam culinariam hyſopum exquiſiuiſſe, vt illa
ablueretur, quippeque conceſſa ipſi potuiſſet nul-
li eſſe ſaluti, ſed ipſe metaphoricè loquutus eſt,
atque expetit, vt ſua ſibi delicta, quorum ergo
animam credebat immani nigritie coram Deo in-
fectam, condonarentur, & ipſe in Diuinam gra-
tiam reciperetur, & neutiquam protelaretur
à Dei facie in æternum:* & paulò inferiùs:
*quamprimùm verò alter ille Aetiops ancillante
nobiliſſima illa Arte hyſopaica ad candorem niuis
vſque elotus atq; in igne conſtans redditus fuerit,
tunc &c.* hactenùs Glauberus.

Poteſt addi octauus modus delinquendi circa monetam, & eſt penitùs ommiſſus in Bannimentis, nempè quandò moneta iam cuſſa funditur, & reducitur in virgas, vel maſſam, nam & hoc non debet eſſe abſque pœna, tùm quià intereſt Reipublicæ, ne moneta ad vſum expendibilem, & ad vſum publicum hominum deſtinata deſtruatur, & ad vſum non deſtinatum conuertatur, tum quià ea, quæ ſunt vſus publici, non ſunt in noſtro commercio: tùm demùm quia is poteſt monetam deſtruere, qui eam poteſt condere, ſed priuatus non poteſt condere, ergò nec mutare, quia ipſa Regis eſt, & ad Principem pertinens, ità ex his, & alijs rationibus dicunt Fabianus de Monte *de Empt. & venditione quæſtion.* 5. *princip. num.* 10. 11. *& ſeq.* & Muta *ad capitula Regni Siciliæ tom. primo cap.* 10. *num.* 2. 3. 4. & allegant Text. *in l. prima*, & ibi Bart. *C. de aur. public. perſ. lib.* 10. & ſubdunt quod ſecundum Theologos nec in Foro Conſcientiæ hoc licèt in tantùm, vt omne lucrum, quod facerent Officiales ex dicta publica pecunia redigendo in aliam formã tenentur Fiſco reſtituere, ſed vt ait Muta *ibid. num.* 4. *in fine*, hodiè puto quod potiùs ſentiretur damnum, & perdita ex tanto curſu monetarum reciſatum.

Fuit dictum ſupra quod fabricantes monetam falſam tàm de Iure communi, quàm de Iure municipali Bannimentorum debent etiam comburi: ſed in hac Ciuitate Bononiæ prout & in Vrbe, & Statu Eccleſiaſtico hoc receſſit ab Aula.

His poſitis, Quæro primò, quomodo
probetur corpus delicti, & quomodo fiat
proceſſus in crimine falſæ monetæ? dic eſſe
33 videndos ad plenam materiam Farinac.
*quæſt.* 115. *& conſ.* 48. 106. 113. 125. 161.
Maſtrill. *de indult. cap.* 27. *per tot.* Guazzin.
*reor. defenſ.* 4. *cap.* 9. *num.* 4. Capiclatr. *deciſ.*
179. *per tot* Vermigliol. *conſ. crim.* 218. 219.
220. 221. & remiſſiuè D. Maſſin. *de confiſc. bo-
norum d. quæſt.* 6. *num.* 61. Muſcatell. *de co-
gnit. delict. tit. de falſa moneta à num.* 3. *vſque
ad* 19. Foller. *pract. crim. verbo capiat infor-
mationem num.* 12. Danza *de pugna Doctorum
tom primo tit. de falſa moneta* Decian. *tract.
crim. lib.* 7. *cap.* 23. Sarnò *pract. crim. tit. de
diuerſ. delict. num.* 26. & nouiſſimè Matthæu
*de re crim. controuerſ.* 44. *num.* 25. *& ſequen.* de

Luca ad Vinc. de Franch. *deciſ.* 240. *num.* 4. & Conciol. *crim. reſol. prima per tot. verbo moneta falſa*, & Io: Battiſta Gargiarca *deciſ. militar. prima per tot.* Cæphal. *conſ.* 230. *lib.* 2. Brunor. à Sole *conſ. crim. vnico num.* 176.

Ego aliqua neceſſaria aduertam circa pro-
34 bationem corporis delicti. Et primo quod de illo debet conſtare per euidentiam, cum ſigna monetæ adulterinæ ſint permanentia, & omnibus horis videri, congnoſci, & iudicari poſſint, vt docet Burſat. *conſ.* 166. *n.* 4. *lib.* 2. Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 22. Matthæu *de re crim. controu.* 44. *num.* 28. de Franch. *controuerſ. inter Epiſc. & Regular. tit. de monetariis num.* 1259. *& ibi* Paſqualigo *in addition. n.* 1260. Muſcatell. *loc. cit n.* 8. de Luca *d. n.* 4. Honded. *conſ.* 92. *nu.* 11. *lib.* 2. & propterea
35 confitens ſe falſam monetam fabricaſſe, niſi de ea euidentèr appareat condemnari minimè poteſt, vt inquit Farinac. *dicto numer.* 22. Guazzin. *reorum defenſ. cap.* 49. *numer* 4. Giurba *conſ. crim.* 17. *nu.* 47. Conciol. *crim. reſol.* 1. *num.* 3. *verbo moneta falſa*, de Luca ad Vinc. de Franch. *deciſ.* 401. *num.* 3. Cæphal. *dicto conſ.* 230. *num.* 11. *lib.* 2. Brunor. à Sole *d. num.* 176. Paſqualigo *loc. cit. n.* 1260. & Vermigliol. *conſ. crim.* 218. *num.* 1. *& ſeq.* qui ait quod crimen hoc probatur præſumtionibus, & coniecturis, quando agitur de procedendo, & torquendo, ſed quod iſtud axioma procedit, conſtito de corpore delicti, & non alias.

Secundò aduerto, quod non conſtabit de corpore delicti in falſa moneta, niſi moneta fuerit pro falſa, & adulterina recognita à Peritis in arte: nam in delictis, quæ pe-
36 ritiam hominum requirunt pro perfecta cognitione, vt eſt in pecunia adulterina, in veneficio, annona corrupta, & ſimilibus nunquam proceditur contra Reum, niſi conſtito plenè de delicto per peritos in arte, etiamſi Reus ipſe fateatur, & teſtes concludant delictum, & ratio eſt, quia Reus, vel teſtes non debent iudicare, nec poſſunt affirmare, an pecunia ſit falſa, & adulterina, ſed hoc remittitur ad Peritos, vt in materia veneni inquit Alex. *conſ.* 115. *nu.* 3. *& 4. vol.* 3. *& conſ.* 203. *nu.* 5. *vol.* 2. Gram. *conſ.* 36. *num.* 6. & in terminis falſæ monetæ Guazzin. *reor. defenſ.* 4. *cap.* 9. *num.* 4. Matthæu *de re crim. controu.* 44. *num.* 29. Muſcatell. *tit. de falſa moneta num.* 18. Conciol. *verbo moneta reſol. prima num.* 2. qui dicit eſſe faciendum experimentum per peritos tam circa falſitatem monetæ reſpectu æris, argenti, vel auri, quam circa impreſſionem, dicendo, quod non eſt impreſſa cum ſolito ſigno, & cuneo, Vermigliol. *conſ. crim.* 218. *num.* 6. qui dicit, quod vbi agitur de tonſione monetæ, debet de dicta tonſatura, & diminutione apparere per depoſitionem ponderatorum, ſequitur Conciol. *loc. citat. num.* 3. & de Luc. ad Vinc. de Franch. *deciſ.* 401. *num.* 3. vbi ait, quod Vermigliol. in hoc eſt ſibi contrarius *in conſ.* 220. *num.* 3. & quod non conſtito euidentèr de falſitate monetæ, quis licet confeſſus non poteſt condemnari Burſatt. *conſ.* 166. *num.* 5. 6. 7. vbi ait non poſſe crimen falſæ monetæ demonſtrari ex inditiis, fama publica, confeſſione Rei, vel dicto Teſtium tantum.

Tertiò aduerto, quod Notarius, quando inuenitur falſa moneta penès aliquem,
37 debet illam deſcribere per ſigna, & contraſigna, & faciat quod ipſe Reus dicat, quod moneta penes ſe reperta eſt ſic, & ſic ſignata puta per impreſſionem, & imaginem Imperatoris viuentis, vel mortui per inſcriptionem, per maculam, ſi habet, & huiuſmodi &c. in præſentia teſtium, qui, ſi fieri poteſt, debent examinari in continenti, & poſtea ego facerem in aliqua carta, ſeù alio loco includi, & coram teſtibus ſigillari, vt quando opus fuerit ipſis teſtibus præſentibus diſſigilletur, & formiter ab eiſdē recognoſcatur, & hoc ad effectum ne Reus valeat dicere, monetam, de qua in proceſſu, non eſſe illammet, quæ fuit penes eum reperta, quod eſſet graue præiudicium Fiſco, vt innuere videtur Burſatt. *dicto conſ.* 166. *nu.* 1[illegible]. Matthæu *de re crim. controu.* 47. *num.* 35. *&* 42. & Valenzuol. *conſ.* 77. *num.* 45.

Quæro ſecundò. An dicatur conſtare, de corpore delicti, ſi moneta, cunei, ſeù ſtampæ fuerint repertæ in loco immuni, & inde fuerint extractę à miniſtris Curię Sęcularis, quæ poſtmodum fecit illarum recognitionem in forma? videtur dicēdum quod non, quia nec cum licentia ordinarij poſſunt è
38 loco immuni leuari ad effectum conſtituendi corpus delicti in Curia Sæculari, vt vt probant Sperel. *deciſ.* 127. *num.* 37. *& ſeq.* Conciol. *crim. reſol.* 2. *in ampliatione* 2. *verbo Iudex*, & conſequenter ſublata probatione reſultante ex inſpectione oculari prædictorum cuneorum tanquam nulla, & inualida, ex quo illi fuerunt deſumpti è loco immuni, etiamſi extent aliæ probationes non ſufficiunt ad probationem corporis delicti, quia per ocularē inſpectionem de eo conſtare debet iuxtà punctualem doctrinam Muſcatell. *pract. crim. tit. de falſa moneta num.* 19. quem refert Danza *eodem tit. num.* 79. *&* 80.

Contrarium videtur eſſe firmandum ex deciſione Peguerræ *deciſ.* 60. *par.* 2. Rippol. *de Regalus cap.* 15. *num.* 56. *&* 57. & his relatis Cortiada *deciſ.* 72. *num.* 9. *& deciſ.* 87. *num.* 7. qui dicunt licere miniſtris Iudicis Sæcularis leuare falſam monetam ab Eccleſia, & loco immuni, & illam conſignare Curiæ Sæculari.

Diſtinguendum tamen eſt inter caſum extractionis factæ cum licentia ordinarii hoc eſt Epiſcopi, & Iudicis Eccleſiaſtici, & caſum extractionis factæ abſque dicta licentia. Primò caſu recognitio inde facta conſtituit probationem corporis delicti, quia

vel

39 vel ordinarius potuit, vel non potuit concedere dictam licentiam, ſi potuit, vt poſſe firmat Vincen. Tancredi *de Religione tract. primo lib. 4 tit. de Immun. diſput.* 10. *num. primo*, certè actus valet, quia legitimè factus, ſi verò non potuit adhuc ſuffragatur Curię, bona Fides concedentis, & probabilitas ad bonam Fidem conſeruandam, vt per Text. *in l. Barbarius ff. de offic. Præſid.* dicunt in ſimili Barboſa *in l. ſi quis ex aliena num.* 110. *de Iudic.* & Chriſtoph. Creſpi *obſeru.* 6. *nu.* 134. *& ſeq.*

Secundò verò caſu recognitio non poteſt conſtituere probationem corporis delicti, quia habet principium vitioſum ex extractione prorſus nulla, & inualida, ob quam miniſtri Sæculares debent etiam excommunicari, quia exercuerunt actum iuriſdictionalem in Eccleſia, ſeù loco immuni *ex iuribus infra citandis*.

Sed poteſt corpus delicti iſto ſecundò caſu ſuppleri ex alijs coniecturis & inditijs quia,
40 vbi datur impoſſibilitas probandi corpus delicti per ocularem inſpectionem, tunc nõ ſolũ ex teſtibus de viſu ſuppletur, ſed ex inditijs & cõiecturis probatur, vt dicunt Boſſ. *tit. de delictis nu.* 20. Clar. *quæſt.* 66. *in principio* Felyn. *cap. veniens il primo num.* 15. *de teſtib.* Gram. *conſ. crim.* 3. *numer.* 6. Cepoll. *conſ. crim.* 32. *num.* 26. Farinac. *conſ.* 189. *num.* 6. *lib.* 2.

Nec obſtat Muſcatellus *loco citato*. Primò quià Doctrina Muſcatell. in practica non
41 fuit vſu recepta; nam ipſemet refert *d. tit. de falſ. mon. num.* 20. quod in Audientia Capitanatæ fuit data Fides Teſtibus dicentibus monetam fuiſſe falſam, abſque alia inuentione, & inſpectione eiuſdem monetæ, & inculpatus de erogatione fuit ex depoſitione eorumdem Teſtium tortus.

Secundò, quia Muſcatellus *ibidem* loqui-
42 quitur in caſu, quo extet ſimplex, & nuda depoſitio teſtis, & ideò eius Doctrina non debet applicari caſui, in quo vltra depoſitionem Teſtis de viſu concurrunt alia inditia.

Tertiò, quia Doctrina eiuſdem Muſcatell. poteſt ſibi vindicare locum, quandò
43 agitur de delicto in pecunia; puta quod non ſit perfecti æris; quia tunc neceſſaria eſt inuentio, & monetæ recognitio per Peritos, vt inquit Burſatt. *conſ.* 166. *num.* 5. *& ſeq.*

Quartò, tandem quià Doctrina Muſcatelli benè poteſt procedere quoad condem-
44 nandum, ad quem effectum requiritur; quod probatio corporis delicti ſit liquidiſſima iuxtà Text. *in l. prima §. item illud ff. ad S. C. Sillan.* Secùs quoad torquendum, ad quem effectum non requiritur tam exacta, & euidens probatio corporis delicti, vt benè conſiderant Carpzou. *pract. crim. par* 3. *quæſt.* 108. *num.* 18. *& ſeq. & deciſ.* 197. *nu.* 6. & Dominus Zuffius *de legitim. proceſſ. qu.* 20. *per tot.*

Eſt tamen aduertendum quod opinio Pe-
45 guer. Ripoll. & Cortiadę volentium, licere miniſtris Iudicis Sæcularis leuare ab Eccleſia monetam falſam, vel bona furtiua, vel arma, debet intelligi, vt procedat ſolùm, quando interuenit licentia Superioris Eccleſiaſtici vt ex D. Maſſin. *de cõfiſcatione bonorum quæſt.* 6. *in fine, &* Spetell. *deciſ.* 127. *n.* 37. *& ſeqq.* dicit Conciol. *crim. reſol.* 6. *num.* 4. *verbo moneta falſa*, vel quando Eccleſiaſticus culpabiliter nollet dare licentiam, vt ait Tancred. *loc. cit. diſp.* 9. *num.* 4.

Propterea cum tempore, quo eram Locumtenens in criminalibus Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi D. mei Clar. mem. Domini Cęlij Card. Picolomineę Legati à Latere in Prouincia Romandiolæ motiuaretur pro Curia contrà Iacobum Bendolum alias Badia de Fauentia, quod benè fuiſſet ablata piſtola breuioris menſuræ è lodia Hoſpitalis dictæ Ciuitatis, in qua dictus Badia inſequutus à Birruarijs eam poſuerat, & quod benè fuiſſet conſignata Curiæ, & penès Notarium cauſæ pro corpore delicti retenta ob rationem, quia licèt confugiens ad Eccleſiam non poſſit extrahi, tamen poteſt
46 armis, quæ gerit, ſpoliari, vt poſt Couar. & Foller. firmãt Baiard. ad Clar. *q.* 30. *n.* 4. & alij relati à Farin. *de Immun. Eccleſ. cap.* 16. *numer.* 248. & Ciarlin. *controu. forenſ. cap.* 15. *num.* 73. & Couar. *loc. citat.* à Baiardo nempè *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 18. *verſic. trigeſimo ſexto bis proximè* reddit rationem dicendo, quod hoc permiſſum eſt ex eo, quia
47 geſtans in Eccleſia arma vetita dicitur delinquere, & conſequenter punitur à Iudice Laico, de cuius Territorio, & Iuriſdictione eſt ipſa Eccleſia, vel ſaltem armis ab ipſo Iudice Sæculari priuandus eſt, & Couar. ſic dicentem ſequitur etiam Peguer. *dicta deciſ. crim.* 60. *num.* 3. *par.* 2. & alij relati à Spetell. *dec.* 127. *n.* 6. & 7. & principalem concluſionem tenent etiam Suarez Gambacurt. Villadieg. Graſ. Portules, Fagundez. Io: della Curz. Sanchez. Villalob. & Cutell. *locis relatis* à Vinc. Tancred. *de Religion. tract. primo lib.* 4. *tit. de immunit. diſput.* 9. *num.* 3. qui *num.* 4. ait, ſententiam eſſe tutam, & probabilem, & in praxi ſeruatam reſtatur Cortiada *deciſ.* 72. *num.* 6.

Et iſta concluſio videtur omninò admittenda, quando arma ſunt prohibita ſub pœna capitali, prout ſunt prohibiti archibuſietti ex Apoſtolicis Conſtitutionibus. Farinac. *loc. cit. num.* 247. qui ſubdit hoc
48 non eſſe ſine ratione, quia vigore earundem Conſtitutionum talia arma defferentes crimen læſæ Maieſtatis, & illius pœnam incurrunt.

Replicabam, quod ſinè licẽtia Ordinarii non poterat auferri piſtola è loco immuni, quia expreſsè prohibetur Iudicibus, & Mini-
49 ſtris Curię Sęcularis iuriſdictionẽ aliquam in Eccleſia exercere, vt per Textus expreſſos

*in cap. primo & 2. extra de Imm. Eccleſ.* tra-
dunt Farinac. *loc. cit. num.* 248. Ciarlin. *dicto
cap.* 15. *num.* 74. *& ſeq.* & fuſius Sperell. *de-
ciſ.* 127. *per tot., & ſignantèr num.* 21. *& ſeq.*
50 qui vlteriùs ait auferentem arma è loco im-
muni eſſe excommunicandum per Text.
*in cap. ſicut antiquitus* 17. *quaſt.* 4. ibi *quouſque
emendet, & quod rapuerit reddat, excommuni-
cetur*, & refert *ibidem*, quod ità pluries fuit
reſolutum in Sac. Congregatione ſuper *con-
trou. Iuriſd.* & Ciarlin. *controu.* 15. *num.* 87.
teſtatur in facti contingentia ſemel atque
51 iterum fuiſſe arma ſic per curiam ablata
reſtituta Eccleſiæ.

Non obſtant Couar. Foller. & alij in con-
52 trarium adducti, quia eorum opinio poteſt
procedere de Iure Ciuili, non autem de
Iure Canonico, quod eſt ſeruandum in hac
materia, vt benè aduertit in terminis no-
ſtris Farinac. *de Immunit. Eccleſ. cap.* 16. *nu-
mer.* 248.

Minùs obſtant duæ rationes pro parte
contraria conſideratæ, quia prima nem-
pè quod geſtans arma in Eccleſia dicatur
delinquere, & puniatur à Sæculari, cuius
53 eſt territorium, oſtenditur omninò falſa, à
Sperell. *d. deciſ.* 127. *num.* 28. vel quatenùs
ſit vera, procedit dumtaxat in caſu, quo con-
fugens ad Eccleſiam potuit arma deponere,
& non depoſuit, nam cum quis ad Eccle-
54 ſiam ex fuga ſe confert, nec commodè ar-
ma deponere poteſt, non dicitur in Eccleſia
delinquere, vt etiam quoad piſtolas breuio-
res conſiderant Sperell. *loco citato num.* 29.
& Gambacurt. quem allegat *de Immun. Ec-
cleſ. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 10.

Alia ratio quod ſcilicèt deferens archi-
buſiettum incidat in pœnam criminis læſæ
55 Maieſtatis, & ſic faciat ſe indignum Im-
munitate Eccleſiaſtica, non militat hodie
cum in Bulla ſanct. mem. Gregorij XIV.
non excipiatur ſimpliciter crimen læſę Ma-
ieſtatis, ſed illud tantùm, quod in Perſo-
nam Principis commiſſum fuerit, quod mi-
nimè commiſſum dici poteſt ab eo qui de-
fert archibuſiettum, vt in terminis reſpon-
det Farinac. *loc. cit. num.* 247.

Et ex hoc inferebam, quod Curia Sæcu-
laris non poterat ſe fundare in recognitio-
ne, & menſuratione piſtolæ ad vexandum
dictum Iacobum, qui illam deferebat, non
ſolum quia è Foro Eccleſiaſtico Laici non
56 ſumunt Inditia in cauſis criminalibus, nam
eſſet ſumere corpus delicti ad Reum capi-
taliter condemnandum è Domo Dei, quod
à ſacrilegio non longè diſtat, vt in termi-
nis ait Sperell. *d. deciſ.* 127. *num.* 37. & in ſi-
mili cenſuit Sac. Congreg. Epiſcoporum
22. *Nouembris* 1619. in vna Caglienſi. Immò
ſi Epiſcopus, vel Vicarius auferret, & con-
ſignaret Curiæ Sæculari, incideret in irre-
gularitatem, vt ſubdit Sperell. *loc. citat. nu-
mer.* 38.

Sed etiam quia ſi arma debent reſtitui,
& reportari in eumdem locum immunem,
à quo fuerunt ablata, certè dicta reſtitu-
57 tio debet fieri re integra, & per modum,
vt nemo indè lædatur, alias nunquam po-
teſt dici facta reſtitutio, prout aduertit Fon-
tanell. *deciſ.* 583. *num.* 11. *&* 19. *lib.* 2. vbi
firmat non poſſe dici reſtitutum Eccleſię il-
58 lum, qu extractus ab Eccleſia ſoluit aliquã
quantitatem pecuniæ, vel non rehabuit ar-
ma, ita vt ſi deinde fuerit captus extra Ec-
cleſiam non poterit puniri, ſed iterum de-
bet reſtitui Eccleſiæ.

Et ſi interim per Curiam ſæcularem ad
aliquem actum fuerit deuentum, vt in caſu
iſto, in quo piſtola fuerat recognita pro
breuiori, & pro illa, quam deferebat Iaco-
59 bus, huiuſmodi actus eſt ipſo Iure nullus,
Farin. *de Immun. cap.* 2. *num.* 56. & Fiſco nul-
lum indè acquiritur Ius, quia ille actus
non fit per modum Iuriſdictionis, ſed benè
per modum violentiæ, & Iudex in quolibet
actu grauat, & iniurias multiplicat, & quot
actus facit, tot excommunicationes incur-
rit, vt poſt Suarez, quem citat inquit Fari-
nac. *dicto cap.* 2. *num.* 56.

Poterat dici, quod piſtola peruenerat ad
manus Curiæ generalis ex facto Birruario-
rum Curiæ Ciuitatis Fauentiæ.

Sed concluſio, quæ indè deducitur, non
eſt vera, vel non habet locum *in* caſu no-
ſtro, non eſt quidem vera, quia licèt San-
felic. *deciſ.* 286. *per totam* dicat delinquen-
60 tem ab hominibus priuatis extractum
à loco immuni, qui interim, dum collucta-
batur cum illis, fuit à Familia Curiæ ſæcu-
laris captus, non eſſe reponendum in Eccle-
ſia, dummodò Curia non fuerit particeps
prioris violentiæ, & ad hoc citat Suarez *de
Relig. lib.* 3. *de reuer. debit. loc. ſacr. cap.* 13.
*de culpa, & pœna Immun. Eccleſ. viol. in fine
num.* 9. & Ricc. *in prax. var. reſol.* 327. *nu.* 5.
*verſ. limita tamen, & in fine* Sanfel. teſtatur
ita fuiſſe deciſum.

Attamen contrarium eſt verius, prout
61 pluribus docent Valentia *tom.* 3. *diſput.* 6.
*quaſt.* 15. *punct.* 1. *ad* 2. Genuenſ. *in praxi cap.*
17. *num.* 6. Bonac. *diſp.* 3. *quaſt.* 7. *de immun.
punct.* 2. & tandem Thom. del Bene *tract. de
Immun.* & *Iuriſd. Eccl. cap.* 16. *dub.* 25. *ſect.* 3.
*per tot.* vbi reddit rationem dicendo, quod
delinquens, quamuis exiſtat extra locum
ſacrum corporalitèr, moraliter tamen re-
putatur, ac ſi in loco ſacro ſit, cum extra-
ctio, vtpotè violenta, nulla fuerit, & ſic pri-
uilegium Immunitetis non amittit; Qua-
propter ſi Iudex eum non reſtituerit Eccle-
ſiæ, primam iniuſtam extractionem conti-
nuat, & ſic Eccleſiæ Immunitatem violat.

Et ſaltem non habet locum in caſu iſto,
62 quia factum Birruariorum Fauentiæ cenſe-
tur factum Birruariorum Curiæ generalis
Legationis, vnus enim eſt Fiſcus, à quo illi
tenentur, & ſalariantur, vt in ſimili reſpon-
dit Fontanell. *de pact. nup. clauſ.* 4. *gloſ.* 11. *n.* 19.

Quæro

Quæro tertiò, quæ ſpecialia habet deli-
63 ctum falſæ monetæ? ea enumerant Farin.
*d. quæſt.* 115. & Muſcarell. *d. tit. de fal. mon. num.* 21. *& ſeqq.* & Laur. de Franch. *controu. inter Epiſc. & Regul. tit. de monetar.* §. *de pœnis monetariorum per tot, nu.* 21. *& ſeqq,* vnum
quòd expreſsè ſtatuunt noſtra Bannimẽta,
64 eſt, quod reuelans in hoc crimine ſi ſit ſo-
cius impunitate gaudet, & habet idem pri-
uilegium, quod crimini læſæ Maieſtatis tri-
buitur *in l. quiſquis in fine C. ad leg. Iul. Maieſt. & in l. omnes §. fin. ff. de re milit.* Decian.
*tract, crim. lib.* 7. *cap.* 24. & Farinac, *d. quæſt.* 115. *num.* 42. *&* 43, Si verò non ſit ſocius
criminis, & particeps, qui reuelauit debet
65 de Iure Communi habere præmium ad
Text. *in l.* 2. *C. de falſ. mon.* Alber. *in l.* 1. *C. eod.* Decian. *d. cap.* 24. *num,* 11. & Farin. *dicta quæſt.* 115. *num.* 44. *&* 45, vbi quod præ-
mium circa quantitatem, & qualitatem
regulatur Iudicis arbitrio: & licèt de præ-
mio bannimenta non loquantur, adhuc ta-
men debetur; quia omiſſum in Bannimen-
tis remanet ſub diſpoſitione Iuris Commu-
nis. Aliud ſpeciale, quòd paritèr expreſsè
ſtatuitur in noſtris Bannimentis, eſt quod
Dominus Domus, in qua ſabricatur falſa
moneta, perdit eam, ſi permittit, quod in
ea fabricetur, & non reuelet, & hoc eſt pa-
riter vniforme diſpoſitioni Iuris Commu-
nis, vt habetur *in l. prima §. domus verò C. de falſa moneta*, vbi Gloſa, & Doctores Couar.
Decian. Farin. *locis relatis* à Laur. de Franch.
*vbi ſupra num.* 1332. qui ſunt videndi, & con-
ſiderandi ad explicationem Bannimentorũ,
Aduertendum tamen, quòd licèt de Iure
Communi Dominus Domus non modicã
contra ſe habeat præſumptionem ſcientiæ,
& participationis, ſi proximè habiter Farin.
*quæſt.* 115. *num.* 16. & Bannimenta Generalia
Status Eccleſię ſtatuant, quod in dubio Do-
minus, ſeu Conductor Domus habeatur
pro principali, & authòre falſæ fabricatio-
nis, vt refert Farin. *quæſt.* 115. *num.* 17, ni-
hilominus in terminis noſtrorum Banni-
mentorum Dominus Domus ad hoc vt in-
currat pœnam debet habere ſcientiam ex-
plicitam, & permittat, quod in ea cudatur
moneta, quod eſt pluſquam ſcire, vt de ſe
patet, & eſt ſatis æquum, quia in dubio de-
bet præſumi ignorantia, *l. veriùs de probat. & cap. præſumitur de regul. Iur. in* 6, præſer-
tim cum vltra ammiſſionem domus, ve-
lint, quod ipſe Dominus puniatur pœna
vltimi ſupplicij.

Quæro quartò, An pœnæ noſtrorum
bannimentorum procedant in minoribus,
66 & mulieribus? dic, quod minores puniun-
tur, ſi ſint doli capaces, vel puberes, vt ait
Menoch. *de arbitr. caſ.* 316. *num.* 31. *& ſeqq.*
Bonifat. Vitalin. *tit. de pœn. falſ. monet. nu.* 3.
& Farin. *quæſt.* 115. *num.* 97. Cortiada *deciſ.* 57. *num.* 52. Caball. Guazzin. Thor. *locis relatis* à Cortiada *ibidem,* mitiùs tamen pu-
niuntur, & ſic puniuntur eadem lege, ſed
non eadem pœna, vt dicti Doctores firmãt,
quibus addendi ſunt relati à Paſqualigo *in add.* ad Laur. de Franch. *loco citato numero* 1365. qui aſſignat rationem, quam ante
eum aſſignauit Bonifat. de Vitalin. *loco citato dicto num.* 3. quia in minori ætate eſt
etiam minor cogitatio, & proindè non per-
fectè apprehenditur grauitas delicti: quo
autem minor eſt cogitatio, eo magis decre-
ſcit grauitas delicti, vndè quando nulla eſt
cogitatio, vt in ſtultis, nullum eſt delictum;
hoc idem volunt Tuſcus *verbo moneta concl.* 354. *num.* 18. *tomo* 5. & Muta *ad pragm. Siciliæ tit.* 72. *de monetis num.* 20. Mulieres verò
67 ſi ſint principales debent vltimo ſupplicio
puniri, ſiquidem Scannarol. *de viſit. carcer. lib.* 2. §. 6. *tit.* 4. *num.* 19. refert fuiſſe quam-
dam Catherinam Siculã monetariam ſup-
poſitam tormento Vigiliæ *per duodecim horas,* & niſi ſubſtinuiſſet, fuiſſet ſuſpenſa, quia
huiuſmodi genus tormenti non infligitur,
niſi pœna mortis veniat imponenda, vt no-
rum eſt Criminaliſtis, & fœminas vltimo
ſupplicio puniri pro crimine falſæ monetę,
niſi ſint minores quatuordecim annorum,
vel maiores ſexaginta, firmant Giurba
*conſ. crim.* 85. *num.* 20. & Nouar. *pragm. de moneta collect.* 3. *num.* 2. 10. *&* 11. Si verò ſint
68 auxiliatrices, tunc vel ſpontè auxilium pr-
ſtant, & pariter pœna ordinaria puniuntur,
vt innuit Giurba *d. conſ.* 85. *num.* 14 *& ſeqq.*
& ſignanter *num.* 17. *&* 20. vel coactè coo-
perantur, & auxilium præſtant, puta quod
metu reuerentiali, aut iuſſu expreſſo viri o-
pem præſtant, & eo caſu Giurb. *d. conſ.* 85.
tenet, quòd nullatenus puniuntur, & ſequi-
tur Nouar. *d. collect.* 3. *num.* 24. *&* 25. Vbi
ſubdit, quod nec tenentur reuelare, & quod
idem procedit in filio reſpectu Patris; ſed
69 extra ordinem tunc eſſe plectendas volunt,
& veriùs Gomez *var. reſol. tom.* 3. *tit. de homicid. num.* 42. *verſ. & hoc ſemel,* Faber *C. de falſa moneta diffin.* 3. Farin. *quæſt.* 97. *num.* 151.
Maſtrill. *deciſ.* 246. *per tot.* Io: Laganar. ad
Rouit. *pragm.* 1. *de monet. num.* 30. D. Maſſin,
*de confiſcat. bonor. quæſt.* 6. *num,* 5. & Merlin.
Pignatell. *controu. forenſ. cap.* 26. *numer.* 24. *lib.* 2. qui refert, fuiſſe quamdam mulierem
condemnatam ad permanendum in Domo
Pœnitentiæ per decennium, & deindè ad
exulandum perpetuò à Regno, ex eo quia
receperat quamdam quantitatem monetæ
diminutæ, & raſæ ſibi traditam ab Amaſio,
qui illud opus exercuerat, Matthęù *de re crimin. controu.* 46, *num.* 20. refert fuiſſe conde-
mnatas quaſdam fœminas ad fuſtigationẽ,
& exilium per decennium, ex quo ſcientèr
expendiderant monetam falſam ab earum
Amaſijs fabricatam, & tandem Sanfelic.
*deciſ.* 236. teſtatur fuiſſe quamdam mulierẽ
detentam per quinquennium in Domo Pę-
nitentiæ, ex quo cum Maritus eius monetę
inciſor fuiſſet condemnatus ad mortem,

penes eam fueiunt repertæ reliquiæ, ſeù
inciſuræ falſæ monetæ.

Quæro quintò, An cudens falſam mo-
netam minimi valoris debeat puniri pœna
70 vltimi ſupplicij? Reſpondendum negatiuè
in terminis Iuris Communis, vt firmant
Alex. ad Bart. *in l. eleganter §. qui reprobos
verſ. puta vbicumque ff. de pignorat act.* & *in
conſ.* 104. *num.* 7. *lib.* 1. Marſil. *conſil. crimin.*
71. Boſſ. *tract. crim. tit. de falſa Moneta n.* 4.
Conciol. *crimin. reſol.* 2. *num.* 9. *verbo moneta
falſa* Fabius Montalceo *prax. arbitr.* 3. *tract.* 4.
*part. princ. num.* 400. Muta *ad conſuetud. Pa-
norm. cap.* 77. *num.* 12. Menoch. *de arbitr. caſ.*
316. *num.* 33. Caball. *crim. reſol.* 199. *num.* 19.
*& ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.* 59. *num.* 1. Decian.
*tract. crim. lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 2. Bertazzol.
*conſ. crim.* 552. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 2. Baiard.
ad Clar. §. *falſum num.* 316 & 327. Farinac.
*quæſt.* 115. *num.* 90. Petrus Theodoric. *Iudic.
crim. cap.* 59. *tit. de crim. falſ. num.* 33. qui
reddit rationem, quia non præſumitur quis
pro minimo commodo faſum commiſiſſe
Crauett. Cæſar Vrſill. ad Afflict. Abauo,
Carpan. *locis* ab eo *allegatis*, & reddit aliam
rationem, magis appropriabilem caſui,
quia tenue, & modicum lucrum non ha-
betur in conſideratione pro pœna ordi-
naria, Marſil. Natta, Crauett. Farinacc.
Maſcard. Honded. *locis* ab eodem Theodo-
rico *allegatis d. num.* 33. & quamuis hæ ratio-
nes non ſtringant, quia vt inquit Paſquali-
go *in additione* ad Lauren. de Franch. *contro-
uer. inter Epiſc. & Regular. tit. de monetarijs
quæſt.* 8. *num.* 1279. præſumitur, quod is vo-
luerit fabricare magnam quantitatem mo-
netæ adulteratæ, quia non eſt credendum,
quod quis ſe exponat pro exiguo emolu-
mento pœnæ grauiſſimæ, quale eſt vlti-
mum ſupplicium, & nec eſt credendum,
quod quis plus impendere voluerit pro in-
ſtrumentis, quàm lucrari ex adulteratis mo-
netis, proindè non excuſabitur ratione exi-
guæ quantitatis, quia cenſetur, quòd præ-
uentus à Curia maiorem quantitatem non
cuſſerit: nihilominus in terminis Iuris Cō-
munis non eſt recedendum à firmata con-
71 cluſione, præſertim quando moneta mini-
mi valoris non habet imaginem Principis
inſculptam, nam vbi adeſſet Principis ima-
go ſculpta, tunc intraret pœna mortis
contra cudentes talem monetam minimi
valoris ſecundùm Afflict. *Conſtit. Regni A-
dulterinam num.* 4. *verſ. tertiò quæro*, Cortiada
*deciſ.* 87. *num.* 38. *par.* 2. Sanfelic. *deciſ.* 59.
*num.* 4. *& ſeqq.* qui refert ita fuiſſe iudicatum,
& Sanfelic. ſequitur Io: Baptiſta Muccius *in
add. ad d. deciſ.* 59. *nu.* 7. & D. Maſſinus *de con-
fiſc. bon. quæſt.* 6. *num.* 22.

In contrarium tamen indiſtinctè vrgent
Bannimenta noſtra, ibi: *ardirà fabricare mo-
neta vſuale falſa, grande, ò piccola d'oro, ouero
d'argento, ò d'alcun'altra materia in poca, ò in
72 molta quantità*. Nam ſtante dicta diſpoſi-
tione Bannimentorum debet imponi pœna
mortis naturatis, vt in terminis firmat Fa-
rinac. *quæſt.* 115. *num.* 91. qui ait, quòd in
Vrbe vigore Statuti, & in Statu Eccleſia-
ſtico vigore Bannimentorum, etiam cuden-
tes quarrinos, & bagatinos punirētur pœna
ordinaria, & Farinacium ſequūtur D. Maſ-
ſinus *de confiſc. bonor. quæſt.* 6. *num.* 39. & Cō-
ciol. *d. crim. reſol.* 2. *n.* 9. Imò etiam de Iure
Communi plures voluerunt, quod pœna
falſæ monetæ ordinaria, de qua *in l.* 2. *C. de
falſa moneta*, habeat locum in cudente æreā,
73 vt contra Gloſam contrarium ſentientem
*in d. l.* 2. *verbo nummos* dicunt Couar. *tract.
de numiſm. cap.* 8. *num.* 3. Viuius *com. opinion.
verbo Moneta numer.* 2. Farinacc. *conſ.* 48.
*num.* 24. *lib.* 1, *& quæſt.* 115. *num.* 8. 69. 84.
Giurba *conſ. crim.* 58. *num.* 1. Guttierez. *lib.*
3. *pract. quæſt.* 4. *num.* 5. Anton. Matthæus
*de criminibus lib.* 48. *ff. tit.* 7. *cap.* 5. *numer.* 1.
Carpzou. *pract. crim. par.* 2. *quæſt.* 42. *num.* 15.
*& ſeqq.* Io; Bapt. Muccius ad Sanfelic. *deciſ.*
59. *num.* 7. & latiſſimè Matthæù *de re crim.
contron.* 44 *num.* 10. *& ſeqq.* & in terminis
Bullæ Vrbani Octaui *contra Monetarios Ec-
cleſiaſticos*, Paſqualigo *loc. citat. num.* 1279.

Sed concorda diſſidentium opiniones in
terminis Iuris Communis, dicendo; quòd
74 opinio Gloſ. *in d. l.* 2. *verbo nummos*, & alio-
rum eam ſequentium procedit in cudente
monetam minimam, & viliſſimi valoris,
nam Alex. *d. conſ.* 104. loquitur de cudente
bagatinos etiam reprobatos, Afflict. *in Con-
ſtit. Adulterinam num.* 4. loquitur de cudente
monetam minutiſſimam, quæ valet ſex pro
vno torneſio, & tamen *in fine* reſidet cum
opinione contraria, Menoch. *caſ.* 316. *num.*
33. loquitur de cudente bagatinos, vt per-
pendit Farin. *d. conſ.* 48. *num.* 25. & propte-
rea non procederet in cudente, & fabrican-
te muraliolas, quæ non poſſunt dici mone-
ta ærea, cum argentum habeant admixtū,
vt de baiochellis aduertit Farin. *d. conſ.* 48.
*num.* 24. & 25. *in fine*. Vide Mutam *ad con-
ſuetud. Panormi cap.* 77. *num.* 12. vbi loquens
de Conſtitutione habente hæc verba: *Aut
falſam cuiuſcumque monetæ figuram penes ſe in
cambio non retineant*; ait quod ſaltem punie-
tur mitius, quàm deberet puniri. Vide e-
tiam Baldax. Contrad. Zahnnium *de menda-
cijs lib.* 2. *cap.* 61. *num.* 2. *verſ. vt & illud ob-
tinet*, vbi ait ex Carpzou. *pract. crim. quæſt.*
42. *num.* 53. quòd pœna combuſtionis pro-
cedit etiam in cudentes monetam falſam
minimi valoris, modò nummos, vel obo-
los benè multos, ac ſæpius ex falſa materia
formarit, quia iſto caſu falſarius ille nō mi-
nùs damnum infert Reipublicę cudendo o-
bolos ad ſummam decem thalerorū vſque,
quam fabricando duos, vel tres Imperiales.

Quæro ſextò, Quid dicendum de tondēte
75 monetam in parua ſumma? dic quod non
debet mori, vt in terminis ad fauorem ton-
dentis monetam in Ciuitate Bononię re-
ſpon-

..nderunt Scarlatin. *conſ. crim. diuerſ.* 115.
*num.* 11. *lib.* 1, *in ſol.* qui loquitur in tonden-
te quinque, vel ſex aureos Marſil. *conſ. crim.*
71. *per tot.* qui loquitur in tondente duos,
vel tres ducatos, & Monterentius *ad Statut.*
*Bonon. lib.* 7. *tit. de pœna committentis falſum in*
*monetis in allegat. Iuris ibi impreſſa, verſ. ſe-*
*cundò principalitèr aduertendum*, qui non ſo-
l..m loquitur de tondente, ſed etiam de cu-
dente aureos vſque ad decem numero, quo-
rum duo tantum obtigerunt Reo in parte
ſua, & hoc idem firmant Alex. *conſ.* 104.
*verſ. præterea vbicumque ſtatutum lib.* 1. Tapia
*de Iure Regni lib.* 5. *tit. de falſ. mon. pragm.* 14.
*num.* 3. *&* 4. Franc. de Petris *conſ.* 29. *num.* 10.
Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 51. *nu-*
*mer.* 63. *par.* 3. Farin. *quæſt.* 115. *n.* 11. Mon-
ticell. *pract. crim par.* 4. *fol.* 181. *numer.* 401.
*Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 2. Ber-
tazzol. *conſ. crim.* 552. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 2.
Baiard. ad Clar. §. *falſum num.* 327. Peguer.
*deciſ.* 86. *num.* 5. Menoch. *de arbitr. caſu* 316.
*num.* 41. Cortiada *deciſ.* 87. *num.* 30. *par.* 2.
Caball. *crim. reſol.* 99. *num.* 19. *&* 20. Petrus
Theodoricus *d. tit. de crimine falſi cap.* 59. *nu-*
*mer.* 33. *circa finem*, & in terminis B..læ ſa.
mem. Vrbani Octaui Nouar. *pragm. de Mo-*
*net. collect.* 2. *num.* 2. & D. Maſtinus *de con-*
*fiſc. bonorum quæſt.* 6. *num.* 39. & ad hoc plu-
res afferuntur rationes, vna eſt, quia ex
tali inciſione non infertur magnum præiu-
dicium ijs, in quorum manus tales mone-
tæ perueniunt Alex. *conſ.* 121. *num.* 5. *lib.* 7.
Caball. *crimin. reſol.* 199. *num.* 19. Muccius
ad Sanfelic. *deciſ.* 59. *num.* 6. alia ratio eſt,
quia minuta non veniunt in prohib..ione,
Alex. *conſ.* 104. *lib.* 1. & Muccius *d. num.* 6.
*in fine*: additur tertia ratio ex Marſil. dicen-
te *in conſ.* 71. *num.* 17. *& ſequentibus*, quod
76 Bannum non habet locum, quando vitiū
in moneta eſt viſibile, ita vt non poſſit ali-
quis decipi, niſi volens, & nec poſſit aliquis
cogi ad eam acceptandum. nam ſicut eo
caſu accipiens ſpontè, & ſcienter monetam
77 tonſam, & diminutam non habet actionē
contra ipſum dantem, cum eſſet in pote-
ſtate ſua reijcere, & refutare, & cogere
debitorem ſuum ad dandam monetam non
78 tonſam, ita Fiſcus pro erogatione huiuſ-
modi monetæ non habet actionem ad pu-
nitionem, præſertim quando tonſura non
eſt talis, nec adeò monetam minuat in pon-
79 dere, vt in communi curſu ſit expendibilis
Scarlatin. *d. conſ.* 115. *num.* 1. & Paſqualigo
*in add.* ad Laur. de Franch. *controu. inter Epi-*
*ſcop. & Regulares tit. de Monetarijs* §. *animad-*
*uerſiones circa Conſtit.* Vrbani Octaui *contra*
*Monetarios num.* 1379. ait, quod vbi vitium
tonſuræ eſt viſibile, & patens non fit iniuria
recipienti, nec item Principi, quia poſſet
prohibere, ne tales monetæ expenderentur,
& proindè contra expendentem nulla da-
tur actio Bald. Salyc. Decian. Farin. Kith-
zell. *locis per eum allegatis*: ſed hæc Marſilij
opinio, & ratio per eum adducta optimis
medijs eliditur à Farin. *quæſt.* 115. *num.* 137.
& aliæ duæ rationes proſternuntur ex ijs, quæ
dicam *infra num.* 88. *&* 89.

Propterea dubitandum de hac Doctorum
aſſertione, præſertim in terminis Banni-
mentorum noſtrorum, quorum verba ſunt
nimis ampla.

Et quamuis verba. *in poca, ò molta*
*quantità*, poſita *in* §. *primo* vbi diſponitur
contra fabricantes monetā falſam, non cen-
ſeantur repetita *in* §. 2. vbi diſponitur contra
tonſatores monetarū, differunt enim iſti ca-
ſus, vt dicit Carpzou. *d. quæſt.* 4.. *num.* 1. &
80 in omnem caſum dicta verba, *in poca, ò mol-*
*ta quantità*, poſita *in primo* §. referuntur ad
ſummam, quæ excedit quinque aureos,
quæ medium locum videtur tenere intèr
parum, & multum, vt poteſt deduci ex
Textu *in tit. de pace tenenda* §. *ſi quis quinque*
*ſolidos*, quos Bald. *ibi* intelligit *pro quinque*
*aureis*; aliàs eſſet ferè iniquum, quòd quis
propter ſummam minorem ſcutorū quinq;
deberet mori, vt innuit Monterent. *loco ſup.*
*cit. verſ. nam vt mihi relatum*, imò Sanfelic.
81 *deciſ.* 40. *num.* 6. ait, quòd diſpoſitio dicti
Textus *in* §. *Si quis quinque ſolidos* numquam
fuit practicata tamquam nimis dura, & ri-
goroſa, & allegat Baldum ſic dicentem.
82 Vel ſaltem referuntur ad ſummam duo-
rum aureorum iuxta Textum expreſſum *in*
*l. ſi oleum* §. *merito cum l. ſeq. ff. de dolo malo,*
ibi: *ſi modica ſumma ſit, ideſt vſq; ad duos aureos.*

Nihilominus dictio, *alcuna moneta*, poſita
83 *in ſecundo* §. verificatur in modico, & ad
quid modicum refertur, vt ex Ancil. de
Amat. *conſ.* 1. *num.* 35. & Gratian. *diſcept.*
509. *num.* 35. & Marcſcott. *variar. lib.* 2. *c.* 25.
*num.* 11. firmat Barboſ. *de diction. verbo ali-*
*quid diction.* 21. *num.* 1. *& verbo aliquis diction.*
22. *num.* 13. vbi ait, quod dicta dictio adie-
cta parti, vt in caſu iſto, verificatur in mini-
ma parte, & hoc idem replicat Barboſ. *axio-*
*mat. Iur.* 151. *verbo modica num.* 7. *verſ. primo*
*quando diſpoſitio*. Verum poterit dici, quod
non poterit verificari in minori ſumma,
quàm declarata in dicto Text. *in l. ſi oleum*
§. *meritò ff. de dolo malo*, aliàs eſſet pluſquam
iniqua, ad notata per Monterent. *vbi ſup.*

Ad maiorem tamen dilucidationem exi-
ſtimo, quòd plura ſint conſideranda ad eli-
ciendam veritatem prædictæ concluſionis:
*Primum* an illa fundetur in Iure, *Secundum*
an fundata in æquitate debeat attendi; *Ter-*
*tium*, an quantitas ad diſcernendam paruı-
tatem ſit in Iure determinata; *Quartum* de-
mum, an paruitas debeat conſiſtere in quā-
titate monetæ tonſæ, an vero in lucro ex
tonſatione retracto.

Quoad primum videtur reſpondendum
negatiue, quia leges de tonſatione, & con-
tra tonſatores diſponentes nullum prorſus
habent verbum de quantitate, & euidenter
84 appparet ex lectura Text. *in l. quicumque*
nummos

*nummos ff. ad leg. Corn. de fal.* ibi: *quicumque nummos aureos partim raſerint, partim tinxerint, vel finxerint, ſiquidem liberi ſunt ad beſtias dari, ſi ſerui ſummo ſupplicio affici debent, & in l. vniuerſis C. de veter. numiſmat. poteſt lib. 11.* ibi: *Vel æternales vultus, dum fraudibus ſtudet, duxerit violare*: radendo fortè, vt exemplificat Gloſ. *ibid. in verbo violare*.

Et quamuis poſſit argui contrarium ex pluralitate verborum, *nummos*, & *vultus*.

Nihilominùs tollitur argumentum *ex l.*
85 *prima tit. 22. lib. 9. Cod.* Theodoſ. quam refert Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 23. nu. 25.* quæ loquitur in ſingulari tam in rubro, ibi, *ſi quis ſolidi circulum exteriorem inciderit*, quam in nigro, ibi, *qui menſuram circuli exterioris adraſerit*, & tollitur etiam, quia cum Imperatores, vt apparet *l. prima C. de veter. numism. poteſt.* voluerint, quod non ſolum viuentium ipſorum, ſed & veterum prædeceſſorum numiſmata fuiſſent intacta à manibus improborum hominum in plurali numero, *nummos, & vultus* loqui de neceſſitate debuerunt, & ideò huiuſmodi plura-
86 lis numerus debet reſolui in ſingularem, tùm quia ſubiecta materia ità requirit, tùm
87 etiam quia in Iure nonnunquam in vno verificatur *leg. 3. §. negotia ff. de negot. geſt. & in l. Gallus §. quid ſi is verſ. illis cuius* vbi Bald. *ff. de liber. & poſthum. & in l. diuus ff. de petit. hæredit.* quod procedit etiam in pœnalibus vt per Text. *in leg. 2. §. ſed ſi vnus* vbi Bart. *ff. vi bonor. rapt.* & alia Iura aduertit Bertach. *repert. lit. P. verbo pluralis numerus*, qui ex hoc infert quod ſi lex præcedentibus inditijs, quem torquendum dicat, vnum inditium ſufficit, & quod puniens inducentem falſos teſtes habet locum contra eum, qui vnicum tantum falſum teſtem produxit.

Et quidem non caret ratione palpabili,
88 & euidenti, nam punitur illa audacia, & temeritas apponendi manus, & violandi monetam Principis auctoritate cuſſam, vt expreſsè declarauit Imperat. *in d. l. vniuerſos C. de veter. numiſm. poteſtat. in fine*, & ſic eo ipſo, quod moneta eſt violata, delictum eſt perfectum, & iuſſa Maieſtatis dicuntur eſſe contempta, & in ſpecie, quod Imperator circà quantitatem monetæ adulteratæ non diſtinguat *in l. 2. C. de falſa moneta*, aduertunt Antonius Matthæus *de criminibus lib. 48. tit. 7. ff. cap. 5. n. 3.* & Laurentius Matthæu *de re crim. contr. 44. num. 17. & ſeq. controu. 48. num. 49. controu. 47. num. 7.* vbi loquitur in terminis tonſationis monetæ, dicens, quod ex falſitate, ſeù tonſatione
89 monetæ in parua quantitate ſemper maximum præiudicium reſultat, ſi præiudicium conſideretur in abſtracto, cum pretia rerum confundantur, & commercia reuoluantur; & deinde ſubdit, quod crimen læſæ Maieſtatis cuius auctoritas vſurpatur, non minus committitur in obulo, quam in ſolido, ex quo damnũ irreparabile Reipublicę reſultat, atque peſſimum exemplum exhibetur, dum impunitum hoc execrabile crimen remanet, magis enim, vel minus non mutat ſpeciem, vt Philoſophi dicunt, quibus additur, *ſunt eius verba*, quod in materia falſificationis monetæ nunquam poteſt verificari paruitas materiæ, & ſic in formatione paucorum obolorum Maieſtas læſa remanet enormiter, vt cum Sixtino, Arniſſæo, Baldello, Leſoldo, Larrea, & alijs probat Dominus Solorzanus *emblem. nu. 3. & ſeq.* idem teſtatur Iacob. Gothofr. *in leg. fin. C.* Theodoſ. *de falſ. monet.* & *paulò poſt* ex Couar. quem citat, inquit non ſufficere in hoc caſu impoſitionem pœnæ extraordinariæ ratione mali exempli, per quod pœnas exaſperandas aſſerit, idem firmat etiam Paſqualigo *in addit.* ad Laur. de Franch. *controu. inter Epiſc. & Regulare de monetarus quæſt. 12. num. 1297.* qui in hac materia falſę monetæ non poſſe attendi paruitatem materiæ oſtendit ex eo, quia tunc ſolum paruitas materiæ habet locum, quando crimen contingit ſecundum materiam, ità vt ipſa materia ſit obiectum delicti, vt contingit in furto, quod pro obiecto habet rem alienam: non autem quando contingit ſecundùm aliquam habitudinem, ſeù formam materiæ, nam tunc habitudo, ſeu forma ſecundum ſe tota reperitur in qualibet exigua materia; vndè ſubdit Paſqualigo *ibidem* cum crimen falſæ monetæ non coſiſtat in materia, ſed in forma materiæ, nempè in eo, quod materia non idonea veſtiatur autoritate Principis, & exponatur ciuili commercio, & hæc forma etiam in vnica moneta reperiatur cum violatione auctoritatis publicæ, locum non habet paruitas materiæ, & licèt proſequendo eius diſcurſum Paſqualigo *ibidem*, dicat, quod habita ratione exigui damni debet imponi mitior pœna, tamen in hoc reprobatur, ſi attenditur rigor Iuris, ex his quæ poſuit ipſe, nam ſi paruitas materiæ non minuit hic delictum, non poteſt minuere pœnam, & vlteriùs eſt contra Text. & Doctores *ſupra cit.*

Quoad ſecundùm dicimus ex his reſultare quod concluſio habuit fundamentum, & ortum ex æquitate, cum Doctoribus fue-
90 rit viſum nimis durum, quod ex inciſione, violatione, & tonſione vnius circuli monetæ quis debeat mori, & propterea communiter intellexerunt ſupradicta iura non poſſe procedere, quando tonſatura eſſet in modicis monetis, vt dicunt citati Doctores, nempè Scarlattin. *conſil. criminal. diuerſ. 115. num. 11. lib. primo in fol.* Marſil. *conſ. 71. num. 8.* Monterent. *ad Stat. crimin.* Bonon. *lib. 7. tit. de pœna comitt. fal. in monet.* Alex. *conſ. 104. verſ. præterea lib. primo* Tapia *de Iure Regni lib. 5. tit. de falſ. monet. pragm. 14. num. 3. & 4.* Franc. de Petris *conſ. 29. numer. 10.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. allegat. 51. num. 63. part. 3.* Farinac. *quæſt. 115. num.*

*num.* 111. Monticel. *pract. crim. par.* 4. *n.* 401. Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 2. Bertazol. *conſ. crim.* 552. *num. primo & ſeqq. lib.* 2. Baiard. ad Clar. §. *falſum num.* 327. Peguer. *deciſ.* 86. *num.* 5. Menoch. *de arbitr. caſ.* 317. *num.* 14. Cortiada *deciſ.* 87. *num.* 30. *par.* 2. Caball. *crim. reſol.* 99. *num.* 19. & 20. Nouar. *pragm. de monet. collect.* 2. *num.* 2. & Maſſin. *de confiſc. Bon. quæſt.* 6. *numer.* 39. Ant. Matthæus *de criminibus lib.* 48. *ff. cap.* 5. *num.* 4. Carpzou. *pract. crim. par.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 54. & alii *ſupracitati*.

91 Verum cum natura ad malum procliuis ſecundùm Dominum Cardinalem Angelum Reatinum *in prouiſione poſita in Stat. crimin.* Bonon. *lib.* 7. *tit. de pœna committentis falſum in monetis*, nouas ſemper artes inueniat, & ingenia improborum acuere non deſiſtat ad ſubtilitates inueſtigandas pro huiuſmodi ſceleribus comittendis, fuit opus

92 Leges, & Statuta in meliùs reformare, vt innuit Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 9. *num.* 7. ibi, *ſiquidem frequenti huius criminis vſu conſiderato, & læſione maxima, quæ ex eo Reipublicæ infertur, expedit pœnas exquirere quibus hominum reprimatur audacia*, quem refert Matthæu *de re crim. contron.* 44. *num.* 20. & conſequenter fuit opus has Doctorum intelligentias, & interprætationes tollere.

Hinc euincitur emanaſſe edicta præfati Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Angeli Reatini, & Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Iuſtiniani pro Ciuitate Bononiæ, Eminentiſſimi & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Aldobrandini Camerarij pro toto Statu Eccleſiaſtico; quibus ſancitur non prodeſſe exceptionem paruæ ſummæ.

Ideò ſtantibus his non poteſt amplius attendi ſupradicta Concluſio, vt ferè in terminis aduertit Viu. *com. opin.* 520. *num.* 2. qui teſtatur quod in Regno propter ſtatuta punientia pœna vltimi ſupplicij quoſcumque inciſores, non habet locum limitatio,

93 vt tondens monetam exceſſiuam, eamque reducens ad iuſtum pondus nullatenus teneatur, & Viu. ſic dicentem refert Farinac. *d. quæſt.* 115. *num.* 209.

Sed vt verum fatear, mihi videtur, quod huiuſmodi edicta non ſint ità ad vnguem ſeruanda, vt omnem prorſus reijciant exceptionem, & credo, quod ſicut ſupradi-

94 cta Concluſio communis Doctorum reijcit exceptionem magnæ quantitatis, & non illam deductam ex parua quantitate, ita & Bannimenta reijciant exceptionem paruæ quantitatis, ſed non illam deductam ex minima quantitate, quia minima non ha-

95 bentur in conſideratione ad Text. *in l. ſcio ff. de reſtit. in integr. & l. in rebus §. poſſunt ff. commod.*

Quoad tertium, quæ ſcilicèt ſit parua,

96 quæ magna, & quæ minima quantitas, variant Doctores inter ſe, vt videre eſt penès Bart. *in l. ſi conſtante* 12. *col. verſ. ſecundò quærò ff. ſolut. matrim.* Gloſ. & Doctores *in l. ſed, & ſi ſuſcepit §. ſi libertis ff. de Iudic.* Alex. *in l. qui accuſare ff. de accuſ.* Imol. *in l. ſi quis arbitratu ff. de verbo obligat.* & in ſpecie tonſationis monetæ Marſil. *conſ.* 47. *num. primo & conſ.* 71. *num. primo* 8. 9. Scarlattin. *conſ. crim. diuerſ.* 115. *numer.* 11. *lib. primo in ſol.* Alex. *conſ.* 121. *num.* 5. *lib.* 7. Bertazol. *conſ.* 552. *num. primo* & his relatis Farinac. *quæſt.* 115. *num.* 111. 112. & 139. Monterent. *ad Statut. crim.* Bonon. *lib.* 7. *tit. de pœna committ. falſum in monet. in alleg. Iuris ibidem impreſſa verſ. ſecundo principaliter aduertendum*. Sed ego permanendo in iuris cenſura puto quod

97 quantitas aureorum quinque ſit, & dicatur magna argum. Text. *in §. ſi quis quinque ſolidos tit. de pace tenenda*, nam cum ibidem caueatur quod furans quinque aureos, vt ibi explicat Baldus, ſit vltimo ſupplicio afficiendus, debemus dicere, quod dicta ſumma exiſtimetur magna in Iure noſtro. Quãtitas duorum aureorum ſit, & dicatur parua, ſeu modica, vt eſt Text. expreſſus *in l. oleum §. meritò cum lege ſeq. ff. de dolo malo*, ibi, *ſi modica ſumma ſit, id eſt. vſque ad duos aureos*; quantitas verò quæ ſit infra duos aureos, ſit minima, argumento dicto Text. *in §. merito*.

Quo demum ad quartum videtur atten-

98 denda quantitas monetarum tonſarum, & & non lucrum ex tonſatura perceptum, & probatur. Primo ex lectura Textus *in l. quicumque ff. ad leg. Corn. de falſ.* ibi *quicumque nummos aureos raſerint*, & Text. *in d. l. prima tit.* 22. *lib.* 9. *C. Theod.* ibi, *qui menſuram circuli exterioris arroſerint*. Secundò probatur ex auctoritate, & mente Doctorum, qui præter vnicum Scarlattinum, qui de lucro loquitur *in d. conſ. crim. diuerſ.* 115. omnes loquuntur de quantitate monetarum tonſaruu, vt videre eſt penès Marſil. *conſ.* 71. *num.* 9. *verſ. ſecundò reſpondeo* Monterent. *loco cit. lit. B. verſ. alia etiam eſt* Farin. *d. quæſt.* 115. *num.* 111. Decian. *tract. crimin. lib.* 7. *captul.* 27. *numer.* 2. Tapia *de Iure Regni lib.* 5. *tit. de falſa moneta pragm.* 14. *num.* 3. & 4. & alios relatos *ſupra in ſecundò dubio*. Tertiò probatur ratione, nam radere, tondere, & minuere monetam, eſt crimen falſi, vt eſt Text. *in l. quicumque ff. ad l. Corn. de falſ.* Cantera *quæſt. crim. tit.* 8. *de falſ. numer.* 20. *verſ. tertiùs modus, & num.* 24. *verſ. quoad tertiùm membrum* Imola *in cap. quanto num.* 11. *extra de iureiur.* Ancaran. *ibidem numero* 9. & Alex. de Neuo *num.* 65. & *ſeq.* Farinac. *quæſt.* 115. *num.* 110. Godofred. Abauo *pract. crim.* §. *falſum num.* 177. & ponere manus in moneta Principis eſt crimen læſæ Maieſtatis *leg. Vniuerſos in fine C. de veter. numiſm. poteſt. lib.* 11. Hoſtien. & Io: Andr. *in d. cap. quanto extrà de iureiur.* Farin. *qu.* 115. *num.* 100. & Abauo *dicto §. falſum num.* 179. vbi refert verba Caſſiodor. *lib.* 7. *cap.* 32. di-

 centis

centis, *omnis vtilitas publida fideli debet actione compleri, quia totum vitioſum geritur, vbi conſcientiæ puritas non habetur, tamen debet monetæ integritas omninò quæri, vbi, & vultus noſter imprimitur, & generalis vtilitas inuenitur, quid erit tutum, ſi in noſtra peccetur effigie, & quam ſubiectus corde venerari debet, manu ſacrilega violare feſtinet?*

Propterea cum tam crimen falſi in hac materia, quam crimen læſę Maieſtatis ſit grauiùs, & atrocius furto, Iudex debet attendere appoſitionem manus ad monetam, & ad falſitatem ex tonſatura reſultantem, & non debet curare de Lucro, quod tondens percepit, quia licèt hoc ſit primum in ſenſu tondentis, eſt tamen vltimum in mente Iudicantis, ob alia duo principaliora delicta, & atrociora, quæ præcedunt, & vltimum abſorbent, quod fieri in Iure reſtatur poſt Socc. Iaffred. Couar. Clar. Marſil. Bartol. & alios Farinac. *quæſt.* 22. *nu.* 20. 21. *& quæſt.* 108. *num.* 166.

Et propter has, & alias rationes infra ponderandas fuit reſolutũ pro morte contra Sebaſtianum Zamboninum confeſſum de tonſatione monetæ, & iuxta reſolutionem fuit exequutum, & quidem neſcio videre, quomodo Domini Aduocati potuerint ſperare, quod ille fuiſſet eximendus à pœna mortis, ſi quidem erat confeſſus, quod per tres vices interpolatis temporibus monetas tonſauerat, & limauerat, & apparebat, quod moneta tonſa excedebat ſcuta decē, nam 93. Madonninæ, & tres Blanchi, & vnus ducaronus penès ipſum repertæ tonſę tempore capturę faciunt ſummā ſcutorum ſex, & bonenorũ nonaginta quatuor, & aliæ Madonninę in duabus alijs vicibus reſecatę, ex quarum tonſatura, vt faſſus fuerat, receperat lucrum iuliorum nouem, faciunt ad proportionem penes ipſum repertarum tempore capturæ ſummam madonninarum octuaginta, & in totum conſtituunt ſummam ſcutorum vndecim, & bonenorum ſeptuaginta quatuor.

Vlteriùs confeſſus erat retinuiſſe ſtaffas, & crucibulos, & confeciſſe quatuor furculas, & quinque coclearia ex argento eiuſdem ligæ monetarum Bononiæ, quod iudicio, & relatione peritorum, facto experimento, comprobabatur; argumentũ euidens quod & alias monetas minuiſſet.

Propterea cum eſſet homo delinquere conſuetus, & de quo non poterat ſperari emēdatio, quia ſciens alios duos pro eodem delicto monetæ anno elapſo per carnificem interfectos fuiſſe non ſe abſtinuerat à proſequutione delicti, quod alias patrauerat, debebat omninò mori iuxtà aduertentiam Couar. & Mattheù *locis ſupra proximè citatis*; maximè in hac Ciuitate Bononiæ, è qua hoc peſſimum genus hominum eradicari non poteſt.

Nec refragari poterant tria motiua, quæ præ cæteris videbantur vrgere, quia primum, deductum ex parua quantitate monetarum tonſarum, ceſſabat in facto, & in Iure; in facto quidem, quia excedebat ſummam ſcutorum decem, quem etiam per eoſdem Dominos Aduocatos admittebatur pro ſumma ſufficienti: in Iure autem, quia, vt dixi ſupra, ſatis erant aurei duo iuxta *l. ſi oleum §. meritò cum leg. ſeq. ff. de dolo malo*, vel ad plus aurei quinque iuxta *§. ſi quis qui[...] que ſolidos de pace tenen.*

Secundum, deductum ex paruitate lucri, pariter ceſſabat, quia Iudex debebat, vt *ſupra* ſatis oſtendi, attendere crimen falſi, & violationis monetæ publicæ.

Tertium tandem deductum ex deficiētia corporis delicti, nempè quia non extabant omnes monetæ tonſæ, & nec habebātur [...]læ tonſaturæ, ex quibus Zamboninus faſſus erat retraxiſſe lucrum iuliorum nouem, videbatur omninò ſuperfluum, quià, vt *ſupra* dixi, fuit penès ipſum reperta quantitas monetarum tonſarum, & vlteriùs Concluſio non procedit, quandò agitur de homine malæ famæ, & de aliqua parte corporis de-
99 licti extat verificatio, nam eo caſu ſicut confeſſio eſt vera in vna parte, ità & in alia eſſe vera cenſetur, vt de crumenario, qui faſſus fuerat plura furta commiſiſſe, & duo tantùm vetificabantur emplificant Gram. *decıſ.* 48. *per tot.* & Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 15. *verſ. qua tamen*, & de hominibus malæ famæ aſſaſſinis, & malandrinis, qui propè littus maris verſantur, & ſoliti ſunt delicta committere, exemplificāt poſt alios, quos citant Farinac. *dicta quæſt.* 2. *num.* 11. & Caball. *crim. reſol num.* 255. *num.* 6. *& ſeq.* nam ſi huiuſmodi homines fatentur ignotos occidiſſe, & in mare proieciſſe benè poſſunt ex hac confeſſione condemnari, etiam alitèr non conſtito de corpore delicti, dummodò extet fama, vel aliquod aliud adminiculum, vt præfati Doctores affirmant, & in terminis monetarij ità docet Mattheu poſt hæc ſcripta typis datus *in tract. de re crimi[n]. contr.* 44. *num.* 27. *&* 28. qui adhoc affe[r]t Text. *in leg. ſi quis in graui §. ſi quis mori [...] ff. ad Sillan.* & Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 22. In caſu autem prædicto confeſſio etiam ver[ifi]cabatur ex reperitione coclearium, & furcularum, quæ confecta erant ex argento [li]gæ monetarum Bononiæ, vt periti retulerunt.

Quæro ſeptimò. An expendens ſcientèr monetam falſam exteri Principis comp[re]hendatur in noſtis Bannimentis, & debe[a]t pœna ordinaria plecti? Et quidem de Iure
100 communi fabricans, tondens, tinge[n]s monetam falſam exteri Principis non pœ[na] ordinaria mortis, ſed extraordinaria pun[i]tur, vt firmant Doctores, quos retuli *ſup[r]a* Menoch. *de arbitr. caſu* 316. *numero* 26. Baiard. ad Clar. §. *falſum num.* 317. *& ſeq.* Vermugliol.

migliol. *conſ. crim.* 219. *num.* 6. & Cortiada *deciſ.* 87. *num.* 36. *par.* 2. Scarlattin. *conſ. crim.* 115. *num.* 2. *vol. primo in folio* & Alex. *conſil.* 104. *num.* 3. *vol. primo* Marſil. *conſ.* 71. & Monterent. *ad Stat.* Bonon. *lib.* 7. *tit. de pœna committētis falſum in monetis lit. B. in fine*, ergò nec minùs debet puniri ea pœna is, qui huiuſmodi monetam ſcientèr expendit, arg. Text. *in auth. multò magis C. de Sacroſanc. Eccleſ.* & argum. eorum, quæ dicit Scarlattin. *d. conſil.* 115. *num.* 3. & quamuis Concluſio prædicta, quod, fabricans monetam falſam exteri Principis excuſetur à pœna ordinaria ſit controuerſa, & contrarium veriùs exiſtiment Doctores, quos refert, & ſequitur Farinac. *conſ.* 48. *num.* 5. *&* 23.
101 *lib. primo*, maximè quandò eſt expendibilis in loco fabricationis, vt dicunt Doctores quos retuli *ſupra num.* 6. & Gloſa, Hoſtien. Io: Andr. Caball. Rouit. Scialoya, Cabedo Couar. Alex. & Capiciolatr. *locis relatis* à Carolo Ant. de Luca ad Vinc. de Franch. *deciſ.* 440. *num. primo*; nullam tamen habet
102 difficultatem, quando expendens non eſt particeps fabricationis, quià vt inquit Farinac. *quæſt.* 115. *num.* 117. *&* 127. lex, ſeù Bannimenta alias intellecta eſſent nimis rigoroſa, & forſan etiam iniqua, nam in tantum debet expendens ſcientèr falſam monetam eadem pœna cum fabricatore puniri, in quantum præſumitur, quod cudens, niſi expenditorem habuiſſet, falſam illam non cudiſſet monetam, vt proſequitur Farinac. *d. quæſt.* 115. *num.* 127. & 128. inquit, quod, data ſcientia fabricationis quis debet mori, non ſolùm vigore Bannimentorum Status Eccleſiaſtici, ſed etiam vigore Iuris communis, & reprobat Marſilium contrarium dicentem *in conſ.* 47. & Farinacium ſequuntur per me citati *ſupra num.* 17. & hoc procedit etiam in terminis Bullæ ſanct. me. Vrbani VIII. *la* 75. quamuis Dominus Maſſinus *de confiſc. Bonor. qu.* 6.
103 *num.* 48. afferat hodiè ceſſare interpretationem, quam Farinac. *loc. cit.* accomodat Bannimentis Status Eccleſiaſtici, quia S.M. Vrbanus Octauus *in dicta Conſtitutione* videtur tollere hanc dubietatem ex illis verbis, qui aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel aliàs adulterare, ſeu etiam quomodolibet adulteratas ſcienter erogare, aut exponere præſumpſerint: *nam* (ſunt verba D. Maſſini) *ex modo loquendi tam amplo, & pregnanti excluditur omninò intellectus adductus per Farinac. in terminis Bannimentorum magis ſiccè loquentium, ponderando dictionem quomodolibet, quæ operatur adeò efficaciter, vt ſi Statutum dicat, Occidentem quomodolibet debere puniri pęna mortis naturalis, illud habet locum, ſiuè dolo, ſiue qualibet culpa ſucceſſerit homicidium, cum excludatur omnis intellectus, qui de Iure poſſet importare contrarium* & citat Vulpell. Barboſ. Alex. Marſil. & Pignattell. *locis* per eum *citatis*.

Etenim, vt *dixi ſupra num.* 20. contrarium tenet Paſqualigo *in add.* ad Laurent. de Franchis *controu. inter Epiſc. & Regular. tit. de monetarijs quæſt.* 9. *num.* 1283. *&* 1284. cui adhærendum exiſtimo ob rationes per eum adductas *ibidem*, & etiam quia cum dictio, *quomodolibet*, ſit relata ad falſificationem monetarum, vt apparet ex lectura dictæ Bullæ, in qua Pontifex poſtquam enumerauit plures modos, quibus moneta falſificatur, ibi: *tondere, fabricare, colorare, vel aliàs adulterare*, addit verba, *ſeu etiam quomodolibet adulteratas*, vt compræhenderet omnes alios modos, quibus præter expreſſos, valet falſificari moneta, cum, inquam, dicta dictio, *quomodolibet*, habeat relationem, & ſit directa ad comprehendendum modos falſificationis non poteſt impedire applicationem dictæ interpretationis, quam cum maximo Iuris fundamento Bannimētis dat Farinacius *loc. cit.* & poſt eum Paſqualigo *d. num.* 128 . nempè vt procedat quando expendens falſam monetam cooperatur criminí cudentis ita vt ſciat à quo cudatur, & in gratiam ipſius expendat, & ſic participat in crimine, non autem quando expendens cognoſcit quidem monetam eſſe falſam, ſed neſcit à quo fabricata ſit, nec vllo pacto delicto fabricandi cooperatur; & eſt quidē æquum quod, cum hoc ſecundò caſu delictum ſit minus, minori quoque pœna puniri debeat, cum pœna debeat eſſe proportionata delicto.

Vlteriùs cum inter dictionem, *quomodolibet*, & dictionem *ſcienter*, intercedat verbū, *adulteratas*, ibi: *ſeù etiam quomodolibet adulteratas ſcienter erogare, aut exponere præſumpſerint*: prædictum verbum, *adulteratas*, ſi non qualificat, & reſtringit dictionem *quomodolibet* ad modos falſificandi ſaltem reddit loquutionem ſatis ambiguam, & obſcuram, ita vt dictio, *quomodolibet*, poſſit referri æquè benè ad falſificationem, ac ad erogationē. & per conſequens intrat regula, quod in pœnalibus benignior fieri debeat interpretatio *l. pen. ff. de pœnis cap. ex literis de Conſt. & cap. in pœnis de regulis Iuris in* 6.

Paſqualigo *loc. cit.* ponderat etiam verbum *exponere*, quo vtitur Pontifex in dicta Bulla, & dicit, quod illud verbum quadrat ſolùm illi, qui primò expendit, quia ille propriè exponit pecunias publicæ negotiani, qui verò ab alio acceptas expendit non exponit, ſed iam expoſitus vtitur. Vide ad interpræetationem dictę Bullæ Vrbani VIII. Laur. de Franch. *controu. inter Epiſc. & Reg. tit. de Monetarijs num* 1375. *& ſeqq.* vbi ait, quod in dicta Bulla prohibentur quatuor actiōnes principales, & āliquæ actiones acceſſoriæ: principales ſunt tonſio; fabricatio: adulteratio: erogatio, & expoſitio monetæ falſę: acceſſorię verò ſunt præbere auxilium: materiam: Inſtrumenta: detinere monetas adulteratas, aut de loco ad

locum transferre: vide latiùs apud eum.

Et ſicut concluſio ſecundùm me procedit in terminis Bullę prędictę, ita & eo magis, & eſt reſponſio ad quæſitum, vindicat ſibi locum in terminis Bannimentorum, quorum vigore expendens falſam monetam punitur pœna arbitrio Eminentiſſimi Legati indicenda, nam arbitriū,
104 quod poteſt extendi vſque ad mortem inclusiuè, vt dicit Gloſ. *in §. in ſumma inſtit. de iniur.* & in terminis noſtris Monterent, *ad Statutum Bonon. rub. 33. lib. 5. lit. C.* non
105 debet extendi, quando expendens non eſt particeps fabricationis, iuxtà aduertentiam Farinacij *d. quaſt.* 115. *num.* 117. *&* 122. aliàs enim ſaperet rigorem, quia pœna mortis in expendente dicitur grauis ab Andrea, & Afflict. & Vinc. de Franch. qui hos refert, & ſequitur *deciſ.* 351. *num.* 2. *& deciſ.* 401. *num.* 2. & hanc grauitatem pœnę aſſertam per dictos Doctores propoſui de anno 1672. Eminentiſſimo, & Reuerendiſs. clar. mem. Card. Pallauicino tunc Legato à Latere in hac Ciuitate Bononię, qui ob animi ſui candorem, & pietatem, gratiauit à morte N. exiſtentē in Confortaria, qui reductus ad carceres, fuit dimiſſus cum exilio.

Dixi *ſupra num.* 101. quòd fabricans monetam exteri Principis debet puniri pœna mortis, quando moneta eſt expendibilis in loco fabricationis; ſecus ſi non eſt expendibilis, vt benè diſtinguunt Doctores *ibidem* allegati, nunc autem *quaro* an poſſit pro-
106 ceſſari, & puniri à Principe, cuius moneta falſificata eſt? & dicendum eſt, quod in hoc crimine falſæ monetæ habet locum regula, quod delinquens ſubijcitur iuriſdictioni, vel ratione originis, vel ratione domicilij, vel ratione loci delicti, vt eſt Gloſa *in l. prima C. de falſa moneta verbo Iudicis*, quam ſequitur Farinac. *conſ.* 48. *num.* 17. *&* 35. Lauren. Auenion. *deciſ.* 14. *num.* 2. & ſic is, qui non eſt ſubiectus altera ex tribus dictis cauſis non poteſt proceſſari, & condemnari; fallit tamen in falſificante monetam Papæ, quia in quocumque loco falſifiet, proceſſatur ab Officialibus Papæ Farin. *d. conſ.* 48. *n.* 11. 26. *&* 29. quia Papa habet Iuriſdictionem vbique terrarum, vt ex Gigant. Præpoſit. Vital. ait Farinac. *d. conſ.* 43. *num.* 4. *&* 20. Fallit ſecundò in eo, qui falſificat in vno loco puta in feudo Imperiali, ad effectum tranſmittendi, & expendendi illam in alio loco, puta in Statu Eccleſiaſtico, puta in hac Ciuitate Bononiæ, vt in exemplo, & caſu relato à Spada *conſ.* 115. *in princ. lib.* 1. nam tunc ſequuta erogatione monetarum Bononiæ poterit fabricans, & mandans proceſſari, & condemnari in Statu Eccleſiaſtico, & Bononiæ, vt firmat Spada *d. conſ.* 115. *per tot.* quotieſcumque enim effectus de vno loco ad alium dirigitur, & ibidem conſumatur, ibi dicitur commiſſum delictum, vbi eſt conſumatum, & ibidem eius ratione quis forū ſortiri dicitur, vt ex Vital. Angel. Auguſt. Felin. Socc. Clar. oſtendit Spada *loco cit. num.* 2. *&* 3. Fallit tertiò in eo, qui repertus eſt in Territorio Principis, cuius moneta falſificata eſt, quia, etiamſi non habeat penes ſe monetam falſam, nec eam in dicto loco expenderit adhuc poteſt ab Officialibus eiuſdem Principis proceſſari, & cōdemnari, quia ob offenſam, & iniuriam factam dicto Principi ex falſificatione, & cuſſione eius monetæ, effectus eſt de illius foro iuxta opinionem Ang. de Peruſio *in repetit. l. vacantia C. de bon. vacant. lib.* 10. *numer.* 94. quam dummodò Reus repertus, & captus ſit in Territorio Perſonæ offenſæ ſequuntur Alciat. *conſ.* 13. *lib.* 7. & Caball. *crim. reſol.* 3. *num.* 15. Fallit quartò in eo, qui repertus eſt cum moneta falſa exteri Principis, nam poteſt proceſſari, & puniri in loco capturæ, quamuis non ſit ſubditus aliqua ex dictis tribus cauſis exemplo furis, qui ratione contrectationis puniri poteſt ſecundùm Bart. *in l. ſi dominium num.* 2. *ff. de furt.* Caball. *crim. reſol.* 163. *num.* 1. *& ſeqq.* ſaltèm pœna extraordinaria, vt explicat Farin. *in add. ad quaſt.* 7. *num.* 7. *& quaſt.* 174. *nu.* 54. *&* 56. puto tamen, quòd hoc ſit verum in caſu propoſito, quoties moneta ſit expendibilis in eodem loco capturæ, aliàs ob ſolam retentionem non poſſet puniri ſecundùm Menoch. *caſ.* 316. *num.* 64. cuius opinio in hoc caſu poteſt eſſe magis tuta ab impugnatione Farin. *quaſt.* 115. *num.* 118. ſed vide quæ dicam infra, dum agā de tranſitu.

Quęro octauò, An Sacerdotes poſſint pro crimine falſæ monetę ſupponi tormēto Vigiliæ? & ſtante Conſtitutione s.m. Vrb. VIII. *la* 75. *in ord.* qui ſtatuit perſonas Eccleſiaſticas eſſe pro crimine falſæ monetæ intra Italiam patrato degradandas, & Curię Sæculari tradendas affirmatiuè reſpondendum videtur, quia cum crimen falſæ monetæ con-
107 numeretur inter atrociſſima non ſolùm quia tangit Statum Principis, & vt *dixi ſupra* tria delicta in ſe continet, furti ſcilicet falſi, & vſurpationis Iuriſdictionis, propter quam dicitur incurrere crimen læſæ Maieſtatis Farin. *quaſt.* 115. *num.* 1. Pignatell. *controu. forenſ.* 26. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Scaccia *de commercio* §. 2. *gloſ.* 3. *num.* 127. & Maſſinus *de confiſc. bonor. quaſt.* 6. *nu.* 19. & Spada *conſ. crim.* 114. *num.* 15. *lib.* 1, ſed etiam quia tam vigore Bannimentorum Domini Cardinalis Iuſtiniani hic, quàm vigore Iuris Communis punitur grauiori pœna quam
108 ſimplicis mortis, nam huiuſmodi delinquentes concremantur iuxta Text. *in l.* 2. *C de falſ. mon.* quem Textum exornat Farin qui multos allegat concordantes *quaſt.* 115 *num.* 84. *&* 87. & ideò cum contra ſacerdotes dictum crimen perpetrantes ſit locus di-
109 cto tormento, quia quando lex vltra pęnam mortis aliquid aliud addit, puta quod ſcindatur, concremetur, rotæ inſeratur, ad

caudam

caudam equi tradatur, tunc crimen dicitur
atrociſſimum, vt reſpondit Clarus *practica
crim.* §. *primo num.* 9. *verſ. ego autem*, Farin.
*quaſt.* 38. *num.* 71. Oddo *de reſtit. in integ. par.*
2. *quaſt.* 80. *num.* 5. Ciazz. *diſcept.* 96. *num.* 5.
*tom.* 1. Campana *reſol.* 2. *num.* 28. & pro ha-
benda veritate ab ore inquiſiti deuenitur ad
tormentum vigilię, vt ex Carthar. Farinac.
Guazzin. Scannarol. Antonell. Spada, &
Illuſtriſſimo D. meo Euſebio de Euſebijs
Pauperum Adocato dixi *in c.* 34. §. 12. *n.* 152.
110 & in ſpecie criminis monetę falſę dicunt
Vermigl. *conſ. crim.* 218. *n.* 8. *& conſ.* 219. *nu.* 2.
& Scannarol. *de viſit. carcer. lib.* 2. §. 6. *tit.* 4.
*num.* 19. vbi refert vidiſſe in vrbe vigilari
111 quamdam mulierem Siculam de cuſſione
falſę monetę imputatam; debemus dicere
per quamdam conſequentiam, quod eidem
tormento ſit locus, quando proceditur con-
112 Eccleſiaſticos de eodem delicto inquiſi-
tos, ac legitimis, & vrgentiſſimis inditijs
grauatos, quia ſtante dicta Conſtitutione
Vrbani nil impedit, quin ſupponantur di-
cto tormento, quia dum pro dicto crimine
debent degradari, & Curię Sęculari tradi,
non poſſunt dici in aliquo priuilegiati, ſed
ęquè ac laici poſſunt exquiſitis tormentis
ſupponi, vt pluribus oſtendi *in cap.* 2. §. *pri-
mo num.* 79. *&* 80. & ibi per me dicta com-
probātur ex doctrina, & auctoritate Merlin.
Pignatell. *controu.* 33. *n.* 30. *cent.* 2. qui refert
113 fuiſſe reſolutum poſſe contra Clericos
deueniri ad torturam ex proceſſu informa-
tiuo per eorum Iudicem competētem ęquè
ac proceditur contra laicos, quando agitur
de delicto atrociſſimo ob rationem, quam
reddit Bart. *in l. cunctos populos num.* 29. *C. de*
114 *Summ. Trinit. & Fide Cathol.* quia Clerici
ligantur Statuto, & conſuetudine laicorum
in his, quæ pertinent ad præparatoria, &
ordinatoria iudicii; etiam ſi negotium tra-
ctetur in foro Eccleſiaſtico ex Text. *in cap.
cum veniſſent de eo, qui mitt. in poſſeſſ.* & ratio
rationis eſt ſecundum Merlin. Pignatellum
115 *ibidem*, quia ordinatoria non reſpiciunt
perſonam, ſed cauſam, & citat concordan-
tes ad hoc Abb. Aſin. & Graſſ. & hinc for-
ſan etiam ante publicationem dictæ Con-
ſtitutionis Vrbani VIII. fuit de anno 1614.
die 12. Martij deuentum in Tribunali Illu-
ſtriſſimi D. Gubernatoris Vrbis ad tormen-
116 tum Vigiliæ contra N. N. Regularem de
Pinna Ameliæ ætatis ſuæ annorum 64. qui
poſt duas horas confeſſus fabricaſſe mone-
tam fuit vna cum N. N. de Amelia Guardia-
no Conuentus, qui faſſus fuerat in plano e-
xamine degradatus, & Curiæ Sæculari tra-
ditus, & capite plexus, de quo caſu habeo
relationem ex ſua benignitate mihi tranſ-
miſſam ab Illuſtriſſimo Domino meo D.
Petro Maria Totto Cameræ, & Sedis Apo-
ſtolicæ Procoratore Fiſcali Generali Viro
omni laude digno.

Nec quicquam poteſt operari ad fauorē
Sacerdotis motiuum, quod Conſtitutio
Pontificis non innouauit modum procedē-
di, ſed ſolum modum condemnandi.

Quia ad decernendam torturam attendi-
117 tur natura, & qualitas delicti, vt inquiunt
Afflict. *Conſt. Regni Iuſtitiarij nomen num.* 18.
Bald. *in l. ſi cum ff. ſi quis caut. in vlt. lect.* &
Ioſeph Riccius *de public. Iudic. quæſt. quæſt.* 4.
§. *Blaſphemia num.* 18. *& ſeqq. par.* 2. & Ec-
118 cleſiaſtici non reperiuntur priuilegiati
quoad modum torquendi, vt elicitur ex
Textu *in cap. circumcilliones* §. *noli perdere* 23.
119 *quaſt.* 5. Imò ſunt acrius torquendi, quia
delicta Eccleſiaſticorum ſunt grauiora, &
punibiliora, quàm delicta laicorum, vt di-
xi *in cap.* 2. §. 1. *num.* 79. *&* 80. ex Caſon.
*tract. de tortura cap.* 11. *rub. de non torquen. Cle-
ric. num.* 5. Foller. *pract. crim. can. cap.* 31.
*verſ. tormentis num.* 7. Granut. *theorem.* 18.
*num.* 7. & Farin. qui hos refert, & ſequitur
*in quaſt.* 41. *num.* 12. *& ſeq.* & propterea nihil
refert, quod in Conſtitutione Pontifex non
diſpoſuerit de modo procedendi, quia ſatis
fuit, quod diſpoſuerit quoad modum pu-
niendi, nàm eo ipſo, quod Eccleſiaſti-
ci poſſunt condemnari ad pœnam mortis
Naturalis pro crimine falſæ monetæ, redit
res ad terminos iuris, & reaſſumit naturam
ſuæ originis, quæ ex ſui intrinſeca qualita-
te àdmittit modū procedendi à Iure à prin-
cipio propter tale delictum determinatum
ex traditis ab Afflict. Baldo, & Riccio *locis
mox citatis*, & à Prato *reſp. crim.* 31. *num.* 35.
*& ſeqq.* & latiùs oſtendam *in ſequenti quæſito.*

Minùs valet replicatio, quod ſicut antè
promulgationem dictæ Bullæ ſan. memor.
Vrbani VIII. non potuiſſet contra Sacerdo-
tem deueniri ad dictum tormentum Vigi-
liæ, ita & hodie, quia contrarium ſerua-
tum Romæ de anno 1614. ex ſupra re-
cenſito exemplo reperitur; & vlteriùs
reſpondetur, quod antè promulgatio-
nem dictæ Bullæ obſtabat, quæ hodie
non obſtat, qualitas pœnæ, nam tunc Sa-
120 cerdotes non poterant ob crimen falſæ
monetæ tradi Curiæ Sæculari, Abb. *in cap.
tua num.* 4. *de pæn.* Lopez *in addit.* ad Diaz.
*pract. crim. can. cap.* 117. *in fine verſ. ſed an
puniatur*, & Farin. *quaſt.* 115. *num.* 34. cum
alijs infra citandis *in* 10. *quaſito*: & per con-
ſequēs nec potuerant vigilari, quia dictum
121 tormentum non ſolet infligi niſi in caſu,
quo Reus ſi fateatur debet damnari ad
mortem, cum reformatio s. m. Pauli V. re-
quirat ad inferendum dictum tormentum,
quod delictum ſit atrociſſimum, & ſic exi-
122 gat mortem qualificatam, vt ex Clar.
Theſau. Farin. dicit Campana *reſol.* 2. *num.*
28. & faciunt Intrigl. *ſingul.* 234. *lib.* 1. Roult.
*pragm.* 1. *de Imm. Neapol.* *num.* 16. Maſſin. *de
confiſc. bon. quaſt.* 1. *num.* 42. qui aiunt præ-
heminentiam Magnæ Curiæ non habere
locum, quando pro crimine, non eſt impo-
nenda pœna mortis: Quandò enim Reus
confeſſus

confeſſus non eſt damnandus ad mortem,
non eſt ad habendam ab eo confeſſionem
exponendus tormento; quod poteſt cauſa-
re mortem: Additur, quod remoto per Pō-
tificem impedimento per nouam Conſtitu-
tionem contra Religioſos emanatam, pro-
ceditur contra eoſdem eo modo, quo pro-
ceditur contra laicos, nam eſt certum in
Iure, & apud Doctores, quod Clericus fa-
123 cta degradatione actuali punitur pœna
mortis pro delicto, pro quo attento tempo-
re ipſius delicti non poterat tanta pœna af-
fici, vt pluribus oſtendit Vinc. de Franch.
*deciſ.* 571. *per tot.* & ſequitur de Luca *in ad-
ditione ibidem nu.* 1. Fermoſin. *in cap. cum non
ab homine de Iudic. q.* 44. & Sanfel. *deciſ.* 139.
*n.*6. *p.*1. & Vinc. de Franch. *ibid.* citat Ancha-
ran. *in cap. cum non ab homine in vlt. not. de Iu-
dic.* vbi ait, quod depoſitus pro delictis com-
miſſis tempore Clericatus punitur pœnis ſę-
cularibus, & quod ſi variatur cōditio delin-
quentis debet pro delicto præterito imponi
pœna non ſecundū præteritū ſtatū, ſed ſe-
cundùm nouum ſtatum mutatum, & Mar-
ta *de iuriſdictione par.* 1. *cap.* 48. *n.* 24. inquit,
quod Clericus ſtatim facta degradatione Iu-
dicis laici ſubditus efficitur, & Iudex ipſum
debet iudicare, vt ſubditum. Et cum hoc
eueniat ex remotione impedimenti, vt dixi
ſupra, debemus eodem iure vti in modo
procedendi, quo vtimur in condemnando.

Quæro nonò, An poſſint Sacerdotes eo-
dem tormento Vigiliæ torqueri pro crimi-
ne erogationis monetarum falſarum ſcien-
ter factæ? & videtur prima facie reſpondē-
dum affirmatiuè quia Bulla san. mem. Vr-
bani Octaui 75. *in ordine* diſponit, quòd Sa-
cerdotes, & Perſonæ Eccleſiaſticæ pro hu-
iuſmodi erogatione degradentur, & Curiæ
Sæculari tradantur, & ſic videtur tacitè in-
nuere delictum erogationis eſſe de atrociſ-
ſimis ad tradita per Farinac. *quæſt.* 8. *num.* 79.
vbi firmat, quod Clericus traditur Curiæ
124 Sæculari ob relapſum in hæreſim, ob fal-
ſitatem literarum Apoſtolicarum, conſpi-
rationem in Epiſcopum, & ob aliud quod-
cumque crimen enormiſſimum,

At re melius penſitata, contrarium vide-
tur de Iure veriùs; etenim quando de ſui
natura delictum non eſt de atrociſſimis,
numquam poteſt dici tale ob auctionē pœ-
næ factam per nouam Principis Conſtitu-
tionem; nam licèt poſſit Princeps facere
125 de non delicto delictum, & homicidio
ſimplici Aſſaſſinij, vel alterius cuiuſcumq;
criminis qualitatem adijcere, quæ illud
trasformet, & in aliam ſpeciem vertat, vt
pluribus citatis docet Giurba *conſ. crim.* 50.
126 *num.* 23. non tamen ob id videtur immu-
tare modum procedendi, quia huiuſmodi
ordinationes intelliguntur tantùm velle
Iura tranſgredi in puniendo, non autem
in procedendo, & torquendo, vbi aliàs per
prius delictum non erat tale, per quod po-
tuiſſet Reus torqueri ità peregregiè Marſil.
*in pract. crim.* §. *diligenter num.* 175. Farin. *quæ-
ſtione* 37. *num.* 90. *& conſ.* 37. *num.* 26. & Ca-
ball. *crim. reſol.* 200. *num.* 140. *& ſeqq.*
127 Dummodò tamen Princeps expreſsè nō
innouet ſpeciem delicti, quoad vtrumque
effectum punitionis ſcilicet, & torturæ, vt
in Bulla san. mem. Innocentij X. 58. *in ord.*
§. 1. ibi: *Itaque motu proprio, & ex certa ſcien-
tia, & matura deliberatione noſtra, deque Apo-
ſtolicæ Poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò
valitura Conſtitutione, in primis crimen falſi præ-
dictum pro verè, ac propriè atrociſſimo crimine
habendum, & cenſendum eſſe, & fore, adeout
ſuper eo poſſit inquiri, & procedi iiſdem planè mo-
dis, & formis, quibus procedi poteſt in quouis a-
lio crimine ſuaptè natura atrociſſimo, decernimus,
& declaramus.*

Propterea cum in dicta Cōſtitutione, ſeu
Bulla Vrbani VIII. nihil prorſus fuerit di-
ctum de modo procedendi, & torquendi,
& de Iure communi delictum erogationis
128 monetarum falſarum ſcientèr factæ non
ſit de atrociſſimis, imò nedum non admit-
tat pœnam mortis qualificatæ, prout requi-
129 ritur ad hoc, vt delictum dici poſſit atro-
ciſſimum, vt dicunt Clarus, Theſaur. &
Farin. *locis relatis* à Campana *dicta reſol.* 2. *nu-
mer.* 28. quibus addo Ciazzium *diſcept.* 96.
*num.* 5. & Scannarol. *de viſit. carc. lib.* 2. §. 6.
130 *cap.* 4. *num.* 13. ſed multi dubitant an in-
tret pœna mortis, & contendunt, vt retuli
*ſupra*, & dicam etiam *in ſequenti quæſito*, quod
131 huiuſmodi expendentes de Iure Cōmuni
puniantur pœna falſi, quæ eſt deportatio,
vt per Text. *in l. lege Cornelia* §. *eadem lege ff.
ad l. Corneliam de falſ.* & Monticell. *regul. cri-
min.* 15. *num.* 58. firmat Farinac. *quæſt.* 115.
*num.* 114. *&* 115. remanet omninò vera cō-
cluſio firmata, quòd vigore Conſtitutionis
Vrbani VIII. nequit Sacerdos pro dicta ero-
gatione Vigilia torqueri.

Et huius aſſertionis duplex poteſt eſſe ra-
tio, prima quia propter auctionem, vel di-
132 minutionem pœnæ non cenſetur immu-
tatus modus procedendi, vt fuit dictum *ſu-
pra*; adeout ſi pœna, quæ de Iure Commu-
ni eſt pecuniaria, ſit vigore Statuti, vel Co-
ſtitutionis effecta corporalis, non poteſt pro
eruenda veritate in huiuſmodi crimine de-
ueniri ad torturam, vt explicant Cau[illegible]c. *de
brach. reg. par.* 3. *num.* 258. Io: de Nigri[illegible] *ſu-
per capit. Regni cap.* 146. *num.* 47. Guazz[illegible]n.
qui hos refert, & ſequitur *reor. defenſ.* 30.
*cap.* 3. *num.* 3. *circa medium*, & è contra ſi
pęna communis ſit mitigata per Statutum,
puta, quia loco corporalis ſit indicta pœna
pecuniaria, adhuc poteſt deueniri ad tor-
turā in tali delicto, vt inquit Affl[illegible]ct. *Con[illegible]
iuſtitiarij nu.* 18. Bald. *in l. ſi eum ff. ſi quis caut.
vlt. lectura*, & Ricc. *de publ. Iud. q.* 4. §. *blaſphe-
mia nu.* 18. *& ſeqq. par.* 2. citati ſupra *nu.* 117.
Farinac. *quæſt.* 42. *num.* 4. Carrer. *pract. crim.*
§. *circa ſecundum num.* 27. & nouiſſimè Ma-
iorana

iorana *epopraxi crim. cap. 9. n.* 17. quia adhuc propter naturam, qualitatem, & ſubſtantiam delicti, talis pœna loco corporalis indicta dicitur corporalis, & non pecuniaria, vt fir-
133 mant præfati DD. & horum ratio eſt, quia crimen non iudicamus per effectum, ſed per cauſam, ideſt per ipſum crimen, quale ſit inſpiciẽdo, vt formalibus verbis loquitur Bald. *in l. d. l. ſi eum num.* 2. quem refert, & ſequitur Riccius *in d. §. blaſphemia nu.* 18. *& ſeqq.*

Et quidem ad determinandum, an delictum ſit atrox, vel leue, debet inſpici ipſa
134 delicti natura, quæ immutabilis eſt, & non diſpoſitio ſtatutaria, vt inquit Campana *reſol. ſelect.* 2. *num.* 60. *& ſeqq.* & melius Farin. *quæſt.* 16. *num.* 86. vbi ait, quod cum grauitas delictorum inſit ab ipſa natura, nõ poteſt lex facere per impoſitionem pœnæ, quod delictum reputatum leuius iudicetur grauius, vel è contra *§. fin. Inſt. de Iure natural. Gentium, & Ciuil.* & *in l. eos ff. de capit. diminut. Aliquando enim* (ſunt formalia verba Farinac. *loc. cit.*) *Leges, vel Statuta imponunt grauem pœnam delictis, non quia de ſe ipſa ſint ita grauia, ſed quia forſan magis frequenter eo loci committuntur, aut alia de cauſa ſecundùm locorum diuerſitatem; ideò grauitas, vel leuitas pœna non debent facere delictum modo graue, & modo leue, hoc enim abſurdum videtur, prout optimè conſiderat* Aym. *de antiquit. temp. par.* 4. *ſect. videamus modo num.* 26. *& ſeqq.*

Secũda ratio eſt, quia noua Principis Cõſtitutio, ad hoc, vt minus, quàm fieri poſſit
135 corrigat Ius Cõmune, vnum, & non duos effectus operari debet, *cap. cum dilectus de conſuet.* Farin. *conſ.* 65. *num.* 118. *& conſ.* 27. *num.* 8. *in fine.*

Hinc ſi Pontifex adderet ſimpliciter abſ-
136 que alia expreſſione delicto qualitatem, declarando quem aſſaſſinum, qui propriè non eſſet, intelligeretur talis quoad pœnam, & non quoad immunitatem Eccleſiaſticã,
137 & idem eſſet de lege, quæ diſponeret, quod proditor ſit ille, qui aliquem ſclopo occidit, quia procederet quoad pœnam, & non quoad effectum ammittendi immunitatem Eccleſiaſticam, vt aduertit Nouar. qui de vtroque caſu loquitur *in Summa Bullarum tit. de Immun. Eccleſiaſt. ſub num.* 72. *verſ. nec Regnicola, & verſ. vnde diſpoſitio, & num.* 82. *verſ. vtſtat denique videre.*

Vndè ſatis appoſitè Campana *ſelect. reſol.* 2. *num.* 61. ait, quod delictum, quamuis declaratum per nouam Principis Conſtitutio-
138 nem proditorium, non poteſt dici, & nec dicitur atrociſſimum ex ſupra allata ratione, quia per dictam declarationem non innouatur natura ipſa delicti,

Et ex hoc benè poſſet in occurrenti caſu dici, quòd *Statutum crim.* Ciuitatis Bonon. *lib.* 5. *cap.* 33. *& Decretum* Cardinalis Angeli Reatini, de quo habetur *in tomo Stat. Crimin.* Bonon. *lib.* 7. *tit. de pœna committentis falſum in mortis* in quibus contra ſcienter expendentes falſam monetam indicitur pœna mortis, & concremationis, intelligitur quo-
139 ad pœnam tantũm, & non quoad modũ procedendi, quia cum ſtatuentes non fecerint aliquam mentionem de modo procedendi, & de genere exquiſitorum tormentorum vtendo, cenſetur innouaſſe, & Ius Commune mutaſſe, & correxiſſe tantũm quoad pœnam *ex auctoritate* ſupradictorum Doctorum.

Non obſtat, quod fuit dictum ex Farinacio, quia poteſt procedere, & procedit, quando delictum à perſona Eccleſiaſtica commiſsũ de Iure Communi, & ſic ex eiuſdem delicti natura, & eſſentia eſt atrociſſimũ, quod verificatur in falſificatione, & cuſſione falſę monetæ, pro qua Sacerdos ſtante Bulla prædicta ſa. me. Vrban VIII. poteſt tormento Vigilię ſupponi, vt dixi in quæſito antecedenti, & fuit hic practicatum contra N. N. qui ſi delictum cuſſionis, & fabricationis non fuiſſet de ſui natura atrociſſimum, nequaquam ſuppoſitus fuiſſet prædicto tormento.

Caueant tamen Presbyteri, & abſtineant
140 ab huiuſmodi criminibus, quia in locis vbi Iudex haberet liberum arbitrium in procedendo, vix obtinerent, vt deducitur ex Guazzin. *Reor. defenſ.* 30. *cap.* 3. *num.* 3. *in*
141 *fine*: maximè quando extarent aliqua inditia ſuper complicitate in fabricatione falſæ monetæ ad trad. per Farin. *quæſt.* 115. *n.* 127. *&* 128. & ita euenit hic de facto, nam Eminentiſſimus D. meus clar. me. D. Cardinalis Bonacurſius Legatus à Latere die 17. Nouembris 1673 reſoluit pro Vigilia contra Sacerdotem Dominicum N. de Statu Mutinæ, & extendendo arbitrium declarauit delictum erogationis monetarum falſarum ſcienter factæ eſſe atrociſſimum, ſtantibus inditijs ſuper complicitate in fabricatione dictarum monetarum falſarum.

Quæro decimò, An in locis, in quibus non extat Pontificia Conſtitutio, & ad quos non extenditur Conſtitutio Vrbani Octaui *la* 75. *in ordine*, & ſic extra Italiam, Eccleſiaſtici poſſint, & debeant pro crimine falſæ monetæ degradari, & Curiæ Sæculari tradi ſaltem vi directiua ad dictam Conſtitutio-
142 nem? Videtur prima facie reſpondendum affirmatiuè ex pluribus.

Primò, quia vt ex Innoc. *in cap. qualitèr, & quando, il ſecondo num.* 6. *verſ. ſecundùm Canones de accuſat.* & ex Io: Andr. *ibidem num.* 18. inquit Anchar. *in cap. cum non ab homine numero* 10. *& ſeqq. verſ. quia ſuper illa materia, & verſ. tertiò opponitur de Iudic. & in cap. ea, quæ num.* 22. *verſ. decimo nono quæro de reg. iur. in* 6. *& in conſ.* 158. *num.* 5. regula eſt, quod
143 in omnibus delictis, in quibus per legem ſæculi imponitur pœna mortis naturalis, per Ius Canonicum imponitur pœna degradationis, & traditionis Iudici Sæculari, & hanc ęquiparationem feciſſe Bart. *in l. imperium ff. de Iuriſd. omn. Iud. & in l.* 2. *ff. de publ.*

iudic.

*Iudic.* & Bald. *in l. Reos C. de accuſat.* aſſerit
Felin. *in d. cap. qualiter, & quando, il ſecondo,*
*num.* 25. & comprobant Gugliel. de Bene-
dictis *in quæſt. de homicid. num.* 8. *verſ. item*
*adducunt*. Sed in crimine falſæ monetæ le-
144 ges ſæculi imponunt pœnã mortis natu-
ralis, imò combuſtionis, & confiſcatio-
nis omnium bonorum, vt eſt Text. *in l. 2. C.*
*de falſa moneta* vbi Salyc. & cõmuniter Scri-
bentes, ergò &c.

Secundò, quia in delicto damnoſo pro-
145 pter malum exemplum, & damnabile
propter qualitatem admiſſi, Eccleſiaſtici de-
bent degradari, vt eſt Text. *in cap. nouimus*
*de verbor. ſignif. & in cap. 1. de homicid. & in*
*cap. pro humani de homicid. in 6.* Anchar. *locis*
*cit.* & Abb. *in cap. at ſi Clerici num. 39. de Iu-*
*dic.* vbi ait, quod cum eſſet ſcholaris diſpu-
tauit articulum ſub D. Petro Ancharano
Doctore famoſiſſimo Bononien. & conclu-
146 ſerunt, quòd diſpoſitio *cap. cum non ab ho-*
*mine de Iudicijs*, dùm homicidę imponit tan-
tùm pœnam depoſitionis, & non degrada-
tionis, ſeù traditionis Curię ſęculari: *Debet*
(ſunt eius verba) *intelligi, & reſtringi in homi-*
*cidio non qualificato, ita quod non tranſeat in aliã*
*ſpeciem criminis grauiorem, puta parricidium:*
*aſſaſſinamentum: homicidium Sacerdotis prodito-*
*rie cum ſpoliotione bonorum: Item debet intelli-*
*gi in vno homicidio, & non in pluribus frequen-*
*tatis diu. Vndè ſi homicidium, vel furtum ſit*
147 *qualificatum, non ſimplex, vt quia Sacerdotem*
*interfecit proditoriè, & rebus, & pecunia ſpolia-*
*uerit, & ſit hac cupiditate ductus: vel interfecit*
*doloſè Patrem, vel Matrem, vel Eccleſiam in-*
*cendit, vel Eccleſiam rebus deputatis ad Diuinum*
*Cultum ſpoliauit, vel ordinauit prodere Patriam,*
*certè in iſtis grauiſſimis delictis non videtur ſibi*
*vindicare locum cap. cum non ab homine, & nec*
*communis Theorica Doctorum, vt ſufficiat ſola*
148 *depoſitio. Simile in illo, qui plura commiſit*
*homicidia, latrocinia, falſitates, vel crimina*
*atrocia. Vndè tales per Epiſcopum ſunt degra-*
*dandi, & Curiæ ſæculari tredendi:* hactenùs
Abbas. Et hoc idem voluit Bald. *in eodem*
*cap. at ſi Clerici in princ.* Barbat. *conſ 65. col. 2.*
*lib. 1.* adducti à Dec. *in d. c. at ſi clerici n.* 258.
Io: de Anania *in cap. 1. de his, qui fil. occid. &*
*cap. 1. de homicid.* & Carthar. *deciſ. crim. 66.*
*num. 1.* vbi ſexaginta alios Doctores addu-
cit. Et hanc Ancharani opinionem habe-
re magnam ęquitatem dicit Dec. *d. num.* 258.
& eſſe ęquam oſtendit Anchar. *in d. cap. ea,*
*quæ num.* 23. dicens: *Nam ſi contingeret Cleri-*
*cum, & laicum conſpiraſſe in proditione Patriæ,*
*in aſſaſſinamento, ſeu alio delicto ſecundùm mores*
*enormiſsimo, & laicus combureretur, vel in*
*fruſtra ſcinderetur, & Clericus pro eodem delicto*
*poneretur in carcerem quantũcumque perpetuum,*
*nimis magna eſſet inæqualitas, & præſertim, quia*
(ſunt verba formalia Ancharani, *vt plurimũ*
*clericalitèr condemnati è carceribus fugam arri-*
149 *piunt. quod videntes laici contra Clericos con-*
*tumeſcunt, & ſæuiunt, & faciunt Statuta contra*
*Eccleſiaſticam libertatem, indirectè ſaltem, puta*
*quod non ſubditis Communitati non redditur ius:*
*quod declinantes forum Poteſtatis poſsint impunè*
*offendi, & ſimilia, & alia Statuta, & conſue-*
*tudines vidi contra Clericos multùm prauas, puta,*
*quod laicus offendens Clericum, dummodò non*
*occidat ſoluat vnum ſolidum: hæc ſolùm faciunt*
*propter dictas inæqualitates pœnarum pro eodem,*
*vel ſimilibus delictis: In prædicta ergo quæſtione*
*ſic concluſiſſe dictis rationibus non videtur durum*
*& minus ſatis malum, quàm occaſionem laicis*
*præbere talia perpetrandi.* hactenus Ancha-
ranus.

Et eamdem Ancharani opinionem in
puncto Iuris eſſe veriorem firmant Alciat.
& Additionator ad eum *lit. E. in cap. cum*
*non ab homine num. 24. di Iudic.* & hoc idem
pluribus alijs citatis firmat Gugliel. de Be-
nedictis, qui latè materiam tractat adducen-
do hincindè rationes, & Doctores, & cum
Anchar. reſidet *in quæſt. de homicidio verſ. ılł,*
*& per conſequens:* & Doctoribus per eum
adductis addendi Roman. *conſ. 365, num. 1.*
*& ſeqq. & ſingul.* 708. Albertin, *cap. quoniam*
*quæſt. 11. & 13. de hæretic.* Cabedo *deciſ. 83.*
*nu. 4. par. 2.* Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 25.*
*num. 14. & lib. 9. cap. 16. num. 35. & lib. 7.*
*cap. 38. num. 11.*

Imò hanc Ancharani opinionem fuiſſe
in Tribunalibus receptam apparet ex relatis
à Decio *in d. cap. at ſi Clerici num.* 258. qui te-
150 ſtatur vidiſſe hoc practicatum Florentiæ,
Angel. *de malefic. verbo caput à ſpatulis num.*
38 qui teſtatur vidiſſe ſeruatum Ferrariæ in
raptore, & adulterante quamdam mulie-
rem, & ſequitur, *ibi* Auguſtin. *in addit.*
*num. 43. verſ. & in quantum,* Diaz. *pract. crim.*
*can cap. 90.* aliàs *96.* qui teſtatur fuiſſe ita
practicatum, & ſeruatum Pariſijs *anno* 1530.
in Sacerdote, qui animo deprædandi neca-
uerat Rectorem cuiuſdam Oppidi, & Hiſ-
ſpali *anno* 1536. in quatuor Religioſis, qui
Prouincialem laqueo ſuffocatum in lecto
interfecerant, Vinc. de Franch. *deciſ.* 571
qui teſtatur fuiſſe Neapoli pęna vltimi ſup-
plicij affectum Clericum, qui furtũ commi-
ſerat in Monte Pietatis, & pari pœna punitũ
alium Clericum in Sacris conſtitutum, qui
vna cum decem furibus ingreſſus cum ar-
mis domum honeſtæ mulieris accepta ab
eadem claue vnius capſæ, illa, & filiabus
incluſis in quadam Camera inferiori furri-
puit ducatos ſeptingentos, & quædam mo-
bilia, Alciat. *d. cap. cum non ab homine n.* 24.
qui ait, quòd opinio Anchar. & Abb. ſer-
uatur in pluribus locis de facto, & ita tem-
pore Pontificatùs B. Pij Quinti fuit practi-
catum Mediolani contra illos quatuor Ec-
cleſiaſticos, qui cum archibuſiata conſpira-
runt in necem Cardinalis Caroli Borromę
qui inter Sanctos relatus eſt, vt poſt alios
refert Carthar. *deciſ. 66. num. 1. circa finem*
& ita tempore Pontificatus Clem. Octaui
*de menſe Iunij* 1598. fuit practicatum Bono-

niæ

niæ contra quemdam Regularem de Tur-
re Spoletanæ Diœceſis, vt refert Carthar.
*loco citato*.

Tertiò, quia in terminis ob crimen falſę
151 monetæ eſſe Eccleſiaſticos degradandos,
& Curię Sæculari tradendos dicunt Monte-
leon. *pract. arbitr. par. 4. num. 394. & ſeqq.*
*fol.* 180. & Didac. Perez *ordinat. Caſtell. lib.* 8.
*tit.* 19. *leg.* 3. & mouentur ex Text. *in cap.*
*ad falſariorum de crim. falſi*, quem putant ex-
tendendum ad falſatores monetæ ipſius Pa-
pæ, vt referunt Lopez ad Diaz *pract. crim.*
*can. cap.* 117. *in fine*, & Farin. *quæſt.* 115. *nu.* 33.

Quartò quia in facti contingentia in hoc
152 eodem crimine falſæ monetę ita aliàs fuit
indicatum Bononiæ tempore Pontifica-
tus B. Pij Quinti, vt refert F. Fælicianus
Epiſcopus Scalenſis *in Excheridion de cenſur.*
*& irregular. tit. de depoſitione, & degradatione*
*cap.* 14. *fol. mihi* 319. contra quemdam Sa-
cerdotem, qui ex quodam Templo nonnul-
los Calices, & bona Sacra ſurripuerat, ex
eiſque pecuniam fecerat, cuſſitque, nam
poſt degradationem autoritate Pontificia
factam, fuit in patibulum cum alio actus:
& ita etiam fuit iudicatum Romæ *de anno*
1614. *die* 22. *Maij* in Tribunali Illuſtriſſimi
D. Gubernatoris Vrbis contra N.N. Regu-
larem de Pinna Ameliæ, & N.N. de Ame-
lia Guardianum Conuentus, *vt dixi ſupra in*
*octauo quæſito*.

Quintò tandem, quia ſtante Conſtitutione
san. mem. Vrbani Octaui *la* 75. qua caue-
tur, quod Eccleſiaſtici Sæculares, ſeu Re-
gulares, cudentes, adulterantes, minuen-
tes, tingentes, expendentes, exponentes
ſcientèr monetam falſam debent degrada-
153 ri, & Curiæ Sæculari tradi, Iudices ſaltèm
vi directiua poſſunt extra Italiam proce-
dere ad dictam degradationem, & Curiæ
Sæculari traditionem, ita videtùr innuere
Paſqualig. *in addit.* ad Laur. de Franch. *con-*
*trou. inter Epiſc. & Regul. tit. de monetarys nu-*
*mer.* 1382. in tantum enim hoc ibidem ne-
gat Superioribus Regularium, in quantùm
Epiſcopis, & non Prælatis Regularibus per-
tinet degradare *cap. degradatio de pæn. in* 6.
E contratio igitut ſenſu innuit Epiſcopis
licere.

Sed contrarium eſt veriùs ex totidem ra-
154 tionibus, quot adductæ ſunt pro aſſirma-
tiua, &

Primò, quia regula eſt, quod degrada-
155 tio, & traditio Curiæ Sæculari non fit ni-
ſi in caſibus, in quibus hoc expreſsè repe-
ritur in Iure cautum, vt firmant Rota pe-
nes Farin. *deciſ.* 141. *num.* 7. *poſt lib.* 2. *conſil.*
*eiuſdem*, Fagnan. *in cap. cum non ab homine nu-*
*mer.* 79. *de Iudic.* Farinac. *quæſt.* 8. *numer.* 81.
Scannarol. *de viſit. carcer. lib.* 1. §. 17. *nu.* 11.
Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 110. *nu-*
*mer.* 13. Fermoſ. *in d. cap. cum non ab homine*
*quæſt.* 20. *nu.* 5. & alij citati a me *in cap. primo*
§. 14. *num.* 25.

Vel niſi Pontifex conſultus in caſu par-
156 ticulari id expreſsè mandet, vt dicunt Fa-
rinacc. & Scannarol. *vbi proximè*, Fagnan.
*in d. cap. cum non ab homine num.* 105. qui o-
mnes habent in hoc Antesignanum Fr. Fæ-
licianum Epiſcopum Scalen. *in tract. de cen-*
*ſur. & irregular. tit. de depoſitione, & degrada-*
157 *tione cap.* 14. vbi pluribus exemplis in mul-
tis mundi partibus oſtendit fuiſſe factam de-
gradationem, & traditionem Eccleſiaſtico-
rum Curiæ Sæculari pro criminibus quali-
ficatis accedente Summi Pontificis autho-
ritate, & non aliàs: ſequuntur Gregor. Lo-
pez *partit. Hiſpan. leg.* 61. *verbo homicidio tit.*
6. *par.* 1. iterum Farin. *conſ.* 143. *num.* 1. *in*
*fine* & Martin. del Rio *diſquiſ. magnal. lib.* 5.
*ſect.* 16. *verſ. ſi quæras*. Sed hoc non placet
Fagnan. *loc. citat. num.* 105. *in fine*, quatenus
158 præcat arbitrium Iudicis hoc determinan-
tis, quia, cum Iura ſint clara, quod Clerici
non debent degradari, & Curiæ Sæculari
tradi, niſi in caſibus in Iure expreſſis, quos
enumerat Rota *d. deciſ.* 241. *num.* 7. & ipſe
Fagnan. *ibid. num.* 69. *& ſeqq.* & ego retuli
*in cap.* 1. §. 14. *n.* 28. non relinquitur locus
arbitrio Iudicis *cap. de cauſis de offic. delegati* &
in hoc Fagnano adhæreo ea ductus ratione,
quia ſtante dicta regula, & concluſione,
quam approbat Gloſa *in cap. ad abolendam*
*verbo relinquatur de hæretic.* & ſequuntur An-
ton de Butrio, & Henricus Boich. *in d. cap.*
159 *at ſi Clerici*, dum Eccleſiaſtici delinquunt,
iuxta illam quaſi contrahunt cum Fiſco, &
non conuenit, quòd in plus puniantur. Et
iure optimo illi Iuriſperiti, quorum memi-
nit S. Antonin. *in tract. de ſuſpenſ. cap.* 4. *nu-*
160 *mer.* 39. Conſulti à Pontifice, reſponde-
runt, quod Sacerdos, qui Sacriſtam S. Pe-
tri interſecerat, vt ſic bona Sacriſtiæ rapere
poſſet, non debebat ob dictum crimen Cu-
riæ Sæculari ad occidendum tradi, ſed poni
in perpetuum carcerem, vel caueam, &
cum ibi ſubſtentandum pane doloris, &
aqua anguſtiæ. Et ita debent facere boni
Iudices, & non reſpondere, quod conſul-
to Pontifice poteſt Eccleſiaſticus degradari,
& Curiæ Sæculari tradi, quia tunc ipſi te-
nentur de tali Conſilio, cum debeant reſ-
pondere iuxtà tramites iuris, & relinquere,
161 quod Pontifex operetur, & ex ſe cogitet
quid expediat, prout fecit Martinus Papa,
qui vt ait S. Ant. *loc. cit.* mandauit dictum
Sacerdotem degradari, & Curiæ Sæculari
tradi, quem caſum refert etiam Borgaſius
*de irregularit. par.* 6. *tit. de ſent. depoſitionis, de-*
162 *gradation. num.* 18. eſſe tamen locum arbi-
trio dicunt Alciat. *in d. cap. cum non ab homi-*
*ne num.* 29. *in fine* Plach. *epitb. delict. cap.* 21.
*num.* 13. *verſ. nec me latet* Couar. *var. cap.* 20.
*num.* 7. Foller. *pract. crim. can. verbo & ſi con-*
*feſſ. numer.* 23. Clar. *quæſtion.* 36. *verſ. pari-*
*ter etiam* Bonacoſſ. *opin. crimin. lib. primo*
*verbo Clericus condemnatus* Farinac. *quæſt.* 8.
*num.* 81. *verſ. ego in hac* Didac. Perez. *ordinat.*

Zz Caſtell.

*Caſtell. lib. 8. tit. 4. leg. 3. verſ. vtrum au-
tem degradatus* Catthar *crim. deciſ. 66. nu-
mer. 32.*

Sed in Iure Canonico non reperitur Tex-
tus imponens pœnam degradationis, &
163 traditionis Curiæ Sæculari contra Eccle-
ſiaſticum de moneta falſa confeſſum, vel
conuictum, vt aduertit Cantera *quæſt. crim.
7. num. 22.* ergo &c.

Secùndò quià pro delictis quantumuis
grauiſſimis, quandò non ſunt de illis in Iu-
re expreſſis Eccleſiaſtici non poſſunt degra-
164 dari, & Curiæ Sæculari tradi, niſi ſint in-
corrigibiles, vt eſt Textus expreſſus *in dicto
cap. cum non ab homine*, cuius verba ſunt:
165 *Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod
ſi Clericus in quocunque ordine conſtitutus in fur-
to, vel homicidio. vel periurio, ſeu alio crimine
fuerit deprehenſus, atque legitimè conuictus, ab
Eccleſiaſtico Iudice deponendus eſt. Qui ſi depo-
ſitus incorrigibilis fuerit excommunicari debet,
deindè contumacia creſcente anathematis mucrone
feriri, poſtmodum verò ſi in profundum malorum
veniens contempſerit, cum Eccleſia non habeat
vltra quid faciat, ne poſſit eſſe vltra perditio plu-
rimorum per ſæcularem comprimendus eſt poteſta-
tem ità quod ei deputetur exilium, vel alia legi-
tima pæna inferatur, & in cap. tua de pænis* ibi,
*qualiter Clerici in latrocinijs, vel alijs magnis ſce-
leribus deprehenſi puniri debeant, reſpondemus,
quod à ſuis ordinibus degradati detrudi debent in
arctis monaſterijs ad pænitentiam peragendam.
Et in cap. de Liguribus 23. quæſt. 5.* ibi *ſchiſma
fecerit excommunicetur, atque damnetur: quod ſi
fortè permanſerit diuiſiones, & ſchiſma faciendo
per poteſtates publicas opprimatur*, & inferiùs,
*vt facientes ſciſſuras in S. Eccleſia non ſolum exi-
lijs, ſed etiam præſcriptione rerum, & dura cu-
ſtodia per publicas poteſtates debeant coerceri*,
alia iura concordantia adducit Graña. *in
dicto cap. cum non ab homine num. primo*; Et
hanc theſim aduerſus Anchar. & Abb. tue-
166 tur Barbat. *in dicto cap. at ſi Clerici*, vbi ad
hoc affert duodecim motiua, & *in fine*, ait
quod malè, & peſſimè faciunt hodiè Epiſ-
copi degradando Clericum, & tradendo
eum Curiæ Sæculari., & quamuis motiua
per Barbat. adducta leuia eſſe dicat Dec. *in
dicto cap. at ſi Clerici num. 257. circa finem*,
nihilominus reſidet, & ipſe cum opinione
Barbat. dicens quod hæc opinio efficaciter
probatur *in dicto cap. cum non ab homine*: ean-
dem opinionem tuentur Aretin. *in dicto cap.
cum non ab homine num. 53. & num. 54. verſ.
mihi placet & num. ſeqq. vſque ad num. 62.* &
triginta alij Doctores *locis relatis* à Carthar.
167 *deciſ. crim. 66. num. 48.* Et ita pleno diſcuſ-
ſo articulo in Congregatione ſpecialiter à
Pontifice deputata fuit reſolutum, & iudi-
catum in cauſa cuiuſdam Sacerdotis Regu-
laris, qui vltra alios exceſſus decem furta
in Palatijs diuerſorum Magnatum cum
portarum, & ſcriniorum fractura Romæ
patrauerat: refert enim Fagnan. *dicto cap.
cum non ab homine in fine*, quod dictus Sacer-
dos fuit condemnatus, & tranſmiſſus ad
triremes perpetuas.

168 Tertiò quià in terminis criminis falſæ
monetæ ità ex Abb. *in cap. tua de pænis* fir-
mant Cantera *quæſt. crim. 7. num. 22.* Lopez
ad Diaz *pract. crim. can. cap. 118. verſ. ſed an
puniantur in fine* Farinac. *quæſt. 115. num. 34.*
Fagnan. *in dicto cap. cum non ab homine nu. 85
de Iudic.*

Quartò quià in facti contingentia ità in
terminis falſæ monetæ tempore Pontifica-
169 tus Gregor. XIII. fuit iudicatum Neapoli,
vt refert Fr. Felician. Epiſcopus Scalen. *in
encherid. de cenſuris, & irregular. tit. de depoſit.
& degradat.* qui ait, quod cum quidam Nea-
poli non procul conſcius, & particeps fuiſ-
ſet argentum falſum ex arte, doloque vt
conflaretur, ac nummi adulterini ex eo ar-
gento fierent, & pro bonis darentur, fraude
animaduerſa captus, Neapolimque perdu-
ctus ad triremes condemnatus fuit.

Quintò quià vt dicit Marta *de iuriſdictione
caſ. 130. num. 5.* quando res eſt dubia, &
170 Doctores ſtant hinc indè pro vna, & pro
alia opinione de directò ſe oppugnantes,
tunc illa amplectenda eſt opinio, quæ fauet
parti habenti pro ſe aliquam regulam iuris,
quę hic abſq; dubio militat pro excluſione
degradationis, & traditionis Curiæ Sæcu-
lari, quia in Text. *in dicto cap. cum non ab ho-
mine*, cauetur, quod Clerici non traduntur
Sæculari Curiæ, niſi ſint incorrigibiles: qui
Textus, vt inquit Marta *ibidem* non reperi-
171 tur in Iure Canonico limitatus: item mi-
litat pro eadem excluſione degradationis
Text. *in cap. tua de pæn. & in cap. de Liguribus
23. quæſt. 5. & in cap Clerici de exceſſ. Prælat.*
in quibus iuribus cauetur Clericos ob cri-
mina enormiſſima deponendos, & detru-
dendos eſſe in monaſterium.

172 Et hac opinione tanquam veriore re-
tenta non obſtant in contrarium adducta.
non quidem.

173 Primùm quia regula, quam facit Innoc.
*in dicto cap. qualiter, & quando*, dicitur eſſe
periculoſa Clericis à Io: de Anania *in dicto
cap. qualiter §. ad corrigendos in 6. col.* & repro-
batur ab Abb. *in cap. at ſi Clerici in principio
de Iudic.* & etiam à Fœlino *in dicto cap. qua-
litèr, & quando num. 25.* & dicitur non vera
ab Alciato *in cap. cum non ab homine num. 26.
de Iudic.* qui vltra argumenta adducta ab
Abb. quæ exiſtimat non ſubſiſtere, adducit
ipſe alia, cum quibus oſtendit regulam
prædictam fundamentum non habere

174 Primò quia reiterans baptiſma de Iure
Ciuili ſummo ſupplicio afficitur *l. 11. C. ne
ſacr. baptiſm. reiter.* & tamen de Iure Cano-
nico Clericus ſolùm deponitur, & laicus
excommunicatur *cap. 11.* vbi Io: de Auan
*de Apoſtat.* Secundò Malefici, & Incantato-
res de Iure Ciuili gladio feriuntur *l. 2. & l.
nemo C. de maleſ.* & tamen de Iure Canonico
licèt

licèt degradentur verbalitèr, non tamen tradantur Curiæ Sæculari *cap. admoneant 26. quæſt. 7.* Abb. *in cap. at ſi Clerici in pen. col. de Iudic.* Tertiò familiares Principis iniuriam Prouincialibus facientes morte puniuntur, vt eſt Textus *in l. vniverſi C. vbi cauſ. fiſcal.* & tamen de Iure Canonico pœna videtur arbitraria *cap. primo de exceſſib. Prælat.* Quartò falſificans literas Principis de Iure Ciuili morte punitur *l. vbi C. de falſ.* & tamen præterquam in literis Papæ ſecus eſt de Iure Canonico *cap. ad audientiam de crim. falſi*. Concludit ergò ex his Alciat. *num. 29.* non eſſe verum, quod præcisè debeat Iudex Eccleſiaſticus imponere pœnam degradationis, vbi leges imponunt pœnam mortis; idem concludunt ex ſimilibus argumentis, & inductionibus Aretin. *in dicto cap. cum non ab homine num. 52. & ſeqq.* Abb. *in d. cap. at ſi Clerici in principio*, & Fœlin. *in dicto cap. qualiter, & quandò num. 25. verſ. ſed aduerte*.

Vlteriùs regula prædicta non poteſt eſſe vera, quia indè ſequeretur, quod Eccleſiaſtici pro quolibet delicto capitali punirentur ſemper æquè ac laici pœna vltimi ſup-

175 plicij, quia hoc in effectu importat degradatio, & traditio Curiæ Sæculari, vt oſten. di *cap. primo §. 1. nu. 92. & ſeqq.* ſed hoc di-

176 cere eſt abſurdum, quia Eccleſiaſtici ratione ordinis, & caracteris ſemper mitiùs quam laici puniuntur, & propterea Ant. de Butrio *in cap. dilectus col. 6. verſ. caue quia iſtud de purg. Canon.* dixit poſſe ex notatis per

177 Innocentium ibi reportari vnam Theoricam, quam dicit tenendam pro vera, quod vbicumque de Iure ciuili pro aliquo delicto venit imponenda pœna mortis, tunc de Iure Canonico in locum ipſius pœna depoſitionis intelligitur ſubrogata, quam tamen

178 opinionem improbat Alciat. *in cap. cum non ab homine num. 29. de Iudic.* ob rationem, quia cum remiſſum ſit arbitrio Iudicis determinare, quænam delicta ſint grauia, vt dicunt Abb. & Doctores *in cap. at ſi Clerici de Iudic.* ſequitur quod pœnæ etiam erunt in Iudicis arbitrio, quia pœnæ regulantur iuxta grauitatem criminum Bart. *in l. leuia ff. de accuſat.* & propterea non poteſt dari regula certa: & eandem Butrij opinionem limitat Felyn. *in dicto cap. qualiter, & quando num. 25. in fine*, vt non procedat quandò certa pœna de Iure Canonico pro delicto determinata eſt: Sed vtcumque ſit iſti Doctores non negant Eccleſiaſticos mitiùs, quam laicos puniri debere pro eodem delicto.

Additur his, quod regula prædicta poſita per Innocent. *in dicto cap. qualiter, & quando*, accepta generaliter, prout eam ponit Innocentius, eſt contra diſpoſitionem Textus *in dicto cap. cum non ab homine, & in cap. at ſi Clerici de Iudic. & in cap. tua de pœn. & in d. cap. de Liguribus, & cap. Clerici de exceſſib. Prælator.*

179 Cœterum defendendo Innocentium *loc. cit.* poteſt dici cum Foller. *pract. crimin. can. verbo & ſi confeſſi num. 56. circa finem*, quod mens Innocentij non fuit velle fundare concluſionem (prout ſupponunt Anchar. & ſequaces) quod vbi de Iure ciuili imponitur pœna mortis, ibi de Iure Canonico imponeretur degradationis pœna, ſed voluit dicere, prout re vera dicit, quod ſicut de Iure Ciuili eſt pœna, quæ infert mortem, ita de Iure Canonico eſt degradatio, quæ in caſibus, vbi venit imponenda, eſt ſimilis dictæ pœnæ mortis: innocentij verba ſunt: *Secundum Canones autem nunquam imponitur pœna corporalis mortis ſupra nè Clerici cap. ſententiam & 51. diſtinc. cap. primo & ſecundo, ſed eſt quædam, quæ quaſi ſimilis ei habetur, ſcilicèt quia relinquitur Sæculari Iudici puniendus infrà de crim. falſ. cap. ad falſariorum ſupra de Iudic. cap. cum non ab homine 17. diſt. cap. non licuit 11. quæſt. prima cap. illud*. Ex his Innocentij verbis certè non poteſt dici quod ipſe poſuerit regulam generalem, prout ſupponit Auchar. *loc. citat.* quem alij ſequuti ſunt.

Secundùm non obſtat, quià ſi attendimus Text. *in cap. nouimus de verb. ſignific.* illud cap. fuit factum ab Innoc. Papa III. ad

180 explicationem *capit. ad falſariorum de crimin falſi*, ab eodem Pontifice Innoc. III. promulgatum, vt apparet ex principio eiuſdem *cap. nouimus* ibi *apertius exponamus*, & ſic verba *propter aliud flagitium graue*, debent intelligi, & explicari, vt ſcilicèt ſit ſimile expreſſo *in dicto cap. ad falſariorum*, nempè ſit de illis, pro quibus de Iure præcisè Statuta eſt degradatio, & Curiæ Sæculari traditio prout Statuta eſt *in dicto cap. ad falſariorum*, & certè ſi perpendantur verba Text. *in*

181 *d. cap. nouimus*, manifeſtè apparebit, quod Pontifex nihil ibi innouauit, aut determinauit circa qualitatem delicti, ſed ſolùm voluit dare formam certam faciendi degra-

182 dationem, nam ſtatuit *quod* degradatio debeat fieri præſente Poteſtate Sæculari: *quod* pronuncietur per Epiſcopum eidem Poteſtati, cum fuerit celebrata degradatio, vt in ſuum Forum recipiat degradatum: *quod* facta dicta pronuncia eidem Poteſtati præſenti intelligatur facta traditio Curiæ Sæculari: & demum *quod* Epiſcopus, ſeù miniſter, qui degradat nomine Eccleſiæ efficaciter intercedat apud Poteſtatem Sæcularem, vt citrà mortis periculum circa Reum traditum moderetur.

Prima pars huius explicationis probatur

183 à Fagnano *in dicto cap. cum non ab homine num. 50.* Secunda pars probatur ex lectura Textus ejuſdem *cap. nouimus*: propterea cogitandum an bene Doctores, inter quos Gugliel. de Benedictis *in dicta quæſt. de homicidio nu. 9. verſ. item allegant*, Innoc. & Abb.

184 *dicto cap. nouimus* poſuerint Concluſionem, quam dicunt elici ex dicto Textu, quod de-

 beat

beat fieri degradatio, quotiès crimen eſt
damnabile, & damnoſum, vt quia eſt gra-
uiſſimum in ſe, & damnoſum quoad exem-
plum aliorum.

Si attendimus Text. *in cap. primo de homi-*
185 *cid.* illud non poteſt adduci ad deciſionem
quia habet plures intellectus, vt pluribus
oſtendit Fagnan. *dicto cap. cum non ab homine*
*num 40. & ſeqq.*

Si attendimus Text. *in cap. pro humani de*
186 *homicid. in 6.* illud eſt reſtrictum ad caſum
ſpecialem, & ſpeciali nota dignum, & ideò
non extendendum, vt ex Aretin. *in eod. cap.*
*cum non ab homine num. 59. circa finem* reſpon-
det Fagnan. *loc. citat. num. 52. & ſeq.* qui ſa-
tisfacit etiam alijs Iuribus, quæ poſſunt prò
contraria opinione adduci.

Si attendimus authoritatem Doctorum,
qui dictam opinionem tuentur dicimus non
obſtare ex ratione, quam ſupra ex Marta
adduximus *caſ. 130. num. 5.*

Si demum attendimus rem iudicatam,
187 dicimus non facere ſtatum, vel quia non
eſt iudicandum exemplis *vulgatis Iuribus*,
vel quia ſi Eccleſiaſtici fuerunt vltimo ſup-
plicio affecti de facto, & ſine authoritate
Pontificia, qui hoc perpetrarunt, incide-
runt in excommunicationem, & non ſunt
imitandi, & contra eos inuehitur Boſſius
*tit. de crim. laeſ. Maieſt. num. 87.* dicens *vidi*
188 *tamen aliquandò Iudices Saeculares condemna-*
*re Clericos, & Epiſcopos ob tale crimen, laeſæ*
*ſcilicèt Maieſtatis, imò memini quod eodem tem-*
*pore ob maximam ſæuitiam Senatoris, qui am-*
189 *plius non eſt Senator, Clericus poſitus in carce-*
*ribus præ nimia tortura obijt in maximum præiu-*
*dicium animę ipſius, & aliorum Iudicum.* Si
verò fuerunt degradati, & puniti præuia
facultate, & de conſenſu Pontificis, vt cre-
dendum eſt fuiſſe factum, prout benè ſup-
ponit Fr. Felicianus Epiſcopus Scalen. *in d.*
*cap. 14. per tot.* & huiuſmodi caſus non ſunt
trahendi in conſequentiam, quia vt inquit
Marta *de Iuriſd. caſ. 130. num. 13.* quandò
190 Pontifex permittit traditionem non expe-
ctata incorrigibilitate, tunc caſus non limi-
tant regulam generalem *cap. cum non ab ho-*
*mine*, quia hoc non prouenit ex determina-
tione Iuris communis, ſed ex noua Ponti-
ficis diſpoſitione.

Tertiùm non obſtat, quia Monteleon.
& Perez putant diſpoſitionem *cap. ad falſa-*
191 *riorum de crim. falſi*, poſſe extendi ad falſa-
tores monetarum, & vltrà quod contrarium
volunt à Cantera, Lopez ad Diaz. Farin. Fa-
gnan. *locis ſupradductis*; certum eſt quod in
192 criminalibus non fit extenſio etiam ex
paritate, ſeù maioritate rationis, vt dicit
Fagnan. *loco citato num. 53.* & rationem ger-
manam aſſignat D. Petra Magn. Cur. *ritu*
*274. num. 87.* quià pœnæ impoſitio non
tantum pendet à ratione, ſed ex Legiſlato-
ris hanc fortaſſe pœnam non illam volen-
tis placitò; & ideò quandò lex facta eſt pro
caſu ſpeciali, nunquam eſt extendenda ad
alios ſimiles; ſed in omnem caſum aduer-
tatur, quod dicti Doctores loquuntur de
falſificante monetam Papæ, & ſic non in-
193 telligunt id procedere indiſtinctè etiam
in falſificante monetam alterius Principis,
prout diſpoſitio *dicto cap. falſariorum*, ex quo
194 loquitur præcisè de falſificante literas Pa-
pæ, non extenditur, nec extendi poteſt ad
falſificantes literas alterius Principis, vt oſtē-
dit Spada *conſ. 98. per tot.* vbi ait quod *dictum*
*cap. ad falſariorum* ſtrictiſſimè loquitur de li-
teris Papæ, vt colligitur ex verbis *literarum*
*noſtrarum*, & propterea non compræhende-
195 re ſupplicationes ſignatas manu Papæ
vel manu Vicecancellarij, aut Præfectorum
Signaturarum tàm Gratiæ, quam Iuſtitiæ, &
nec compræhendere literas Nuntij Apoſto-
lici, vel Pœnitentiariæ, & nec compræ-
hendere monitoria A. C. cum inſertione
falſi Breuis, & plures ad hoc citat concor-
dantes.

Quartum non obſtat, quià quando Pon-
196 tifex in caſu ſpeciali ita mandat, non po-
teſt, vt dixi ex Marta *dicto caſ. 130.* adduci
in exemplum ad deciſionem caſuum futu-
rorum, quia tale mandatum non limitat
regulam generalem Textus *in dicto cap. cum*
*non ab homine*; potuit enim Pontifex moueri
ex circumſtantia temporis, loci, perſona-
rum, vel facti ad Text. *in leg. aut facta §. ſed*
*hæc ff. de pœn.* & per conſequens non poteſt
haberi pro regula: & quidē in caſu relato à
Reuerendiſſimo Epiſcopo Scalen. *d. cap. 14.*
ille Sacerdos commiſerat ſacrilegium fu-
rando calices, & vaſa ſacra è templo, dein-
dè illos, & illa profanauit, & tandem ex il-
lis monetam fabricauit, & cuſſit, & ſic tria
delicta conſideratione digna patrauit, &
non eſt mirum, quod ſanctus ille Pontifex
motus fuerit ad determinandam degrada-
tionem, & conſignationem Rei Curiæ Sæ-
culari: & hoc idem dicendum de caſu oc-
curſo Romæ, quod ſcilicèt, & in eo ad fue-
rint qualitates id fieri ſuadentes.

Et quod huiuſmodi caſus non debeant,
nec poſſint trahi in exemplum ad limitan-
dam dictam regulam generalem *cap. cum non*
*ab homine*: euincitur manifeſtiſsimè ex caſu
poſtmodum occurſo Neapoli, in quo R[illegible],
vt refert Epiſcopus Scalen. non degra[illegible],
& Curiæ Sæculari traditus, ſed benè fuit ad
197 triremes tranſmiſsus, & pur delicto fabri-
cationis adiunctum erat delictum ar[illegible]
falſi ex arte, & dolo conflari: & cu[illegible]
etiam, & tollitur prorſus omne dubium, e[illegible]
dicta Conſtitutione Vrbani VIII. *la 75.* n[illegible]
ſi de Iure Canonum, vel ex permiſsi[illegible]
mel facta à Pontifice fuiſſet limitata diſpo-
ſitio *d. cap. cum non ab homine*, vtique ſuper-
flua fuiſſet hæc noua Conſtitutio, imo re-
ſtringendo eius vires ad ſolam I[illegible]aliam re-
ſtrinxiſſet diſpoſitionem iam factam, & ta-
men ipſe Pontifex expreſsè dicit velle ius,

& alio-

& aliorum Pontificum Conſtitutiones de
monetarijs loquentes ampliare, vt apparet
ex illis verbis: *Quarè Prædeceſſorum noſtro-
rum Conſtitutiones deſuper editas innouantes, ex-
tendentes, & ampliantes.*

Propterea benè ſumimus indè argumen-
tum, quod antè promulgationem dictæ
Conſtitutionis non erat licitum degradare,
& tradere Curię Sæculari Eccleſiaſticos de
cuſsione, & falſificatione monetæ confeſ-
ſos, vel conuictos, & quod hodiè, cum di-
cta Conſtitutio ſit reſtricta ad ſolam Italiã,
non eſt licitum extra limites, & fines Italiæ
procedere ad dictam degradationem, & tra-
ditionem Eccleſiaſticorum Curiæ Sæcu-
lari.

Quintùm motiuum non obſtat, quià nec
198 vi directiua, ſecundùm me, poteſt in locis,
in quibus non extat particularis permiſsio
Pontificis, & ad quos non extenditur diſpo-
ſitio dictæ Conſtitutionis procedi ad dictã
degradationem, & Curiæ Sæculari traditio-
nem, & moueor ex taxatiua, qua vſus fuit
Pontifex in dicta Conſtitutione ibi *ſingulis
Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Terris, Oppi-
dis, Caſtris, & locis in Italia dumtaxat exiſten-
tibus.* Quamuis enim Epiſcopi, ſi non ad-
eſſet dicta taxatiua expreſsa, potuiſſent di-
rigendo ſe cum dicta Conſtitutione in ali-
quo caſu exemplari degradare, & Curiæ Sę-
culari tradere Eccleſiaſticos de huiuſmodi
delicto monetæ falſæ confeſſos, vel conui-
cios; nihilominus ſtante dicta taxatiua non
poſſunt hoc agere, & poteſt eſſe ratio, diffe-
rentiæ, quià primò caſu non repugnaret,
prout repugnat in ſecundo mens Pontificis.
Vndè benè Paſqualigo *in addition.* ad Laur.
de Franchis *controu. inter Epiſc. & Regular.
tit. de monetarijs num.* 1382. agens de hoc ar-
ticulo quærit primùm an extra Italiam Su-
periores Regulares debeant, aut poſsint,
ſupple vi arctatiua, pœnas huius Conſtitu-
tionis irrogare delinquentibus in hac mate-
ria? & reſpondet, quod affirmare videtur,
ſeu potiùs ſupponere Lezana *in ſumma verbo
monetarij num.* 4. dum circa degradationem,
quę virtute huius Conſtitutionis eſt præmit-
tenda traditioni delinquentium Curiæ Sæ-
culari, remittit ſe ad alium locum, vbi de
ipſa egit. Sed hoc, inquit Paſqualigo non
videtur admittendum, quia hæc Conſtitu-
tio nihil innouat quoad delinquentes extra
Italiam, & ideò non erunt puniendi pœnis
in ipſa præſcriptis, ſed, prout antea ſolebant
deberent puniri: quærit ſecundò, an Supe-
riores Regulares extra Italiam poſſint im-
ponere has eaſdem pœnas vtendo Conſti-
tutione tanquam directiua? & reſpondet
negatiuè, quoad pœnam principalem nem-
pè vltimi ſupplicij, ſeu traditionem Curiæ
Sæculari. Cæterum ratio, quam reddit
nempè quià non eſt in poteſtate Prælato-
rum Regularium tradere aliquem Curiæ
Sæculari non facit ad propoſitum no-
ſtrum, imò poteſt contrà nos retorqueri;
quaſi velit, quod ſi haberent Regulares au-
toritatem degradandi, poſſent vi directiua
vti dicta Conſtitutione Sed ex hoc non re-
cedo à firmata concluſione, quia non ſer-
uata forma Textus *in dicto cap. cum non ab ho-*
199 *mine de Iudic.* teneo quod Epiſcopi ne-
queant aliquem degradare, & Curiæ Sæcu-
lari tradere abſque incurſu irregularitatis,
cum etiam pro minori exceſſu ex traditione
200 ſcilicèt inſtrumenti falſæ monetæ facta Iu-
dici Sæculari incurrant in eam, vt ex *cap.
tua §. ad vltimum de homic.* & Couar. *in clem.
ſi furioſus de homicid.* inquit Riccius *variar.
quæſt. 4. num. 3. impreſſ. in fine par. 5. quotidian.
reſolut. pag. mihi* 5.

Nec huic aſſertioni obſtat diſpoſitio Tex-
tus *in cap. at ſi Clerici in fine de Iudic.* ibi *ſed
non debet quemlibet depoſitum pro ſuis exceſſibus
Iudici tradere Sæculari*, quæ verba innuunt
Epiſcopum poſſe hoc facere etiam non da-
ta incorrigibilitate, licèt facere non debeat
indifferenter, & quandocumque, ſed tan-
tummodò cum delictum hoc exigit, vel ob
ſui grauitatem, vel frequentationem, vt per
modum argumentandi ex Abb. *in dicto cap.
at ſi Clerici col. pen. poſt medium verſ. item in-
duco* dicit Fagnan. *in dicto cap. cum non ab homi-
ne num.* 55. *verſ. quinto ad idem.*

Quia Doctores exponunt dictionem il-
201 lam *quemlibet* ideſt *nullum*, vt dicit Aret.
*in dicto cap. cum non ad homine num.* 61. quem
refert, & ſequitur Fagnan. *ibid. dicto nu.* 55.
*verſ. verum hic.* Qui ambo dicunt quod me-
lius exponitur textus legendo ideſt *non om-
nem depoſitum.* Alitèr videtur textus prædi-
ctus explicandus ex Antonio Dadino Al-
teſſerra *in eodẽ cap. nouimus de verb. ſignific.* Vbi
ait quod ex priſcis Canonibus Clerici ob
202 crimen depoſiti tradebantur Curiæ ſerui-
turi *Can. Clericus 3. qu. 4. Can. ſi quis Sacerdo-
tum, & Can. ſtatuimus 11. quæſt. prima*, ideſt
vt ſuſtinerent onera municipalia, quæ erant
valdè grauia *leg. quæcumque Cod.* Theod. *de
Epiſc. & Cleric.* quod latiùs explicant Bar-
boſa *in cap. ſi quis laicus 22. quæſt. 5.* & Gon-
zales *in cap. cum non ab homine n. 17. de Iudic.* &
ſubdit Alteſſerta, quod hoc minùs aſſecutus,
vel errorem quamplurium ſequutus In-
noc. III. fuit vſus dicto verbo, ſeu interpre-
tatus fuit verbum *in dicto cap. nouimus, &
in cap. ad falſariorum de crim. falſ.* at quia Al-
teſſerra hoc non expræſſit quoad *cap. at ſi
Clerici* & Gonzalez *licèt in eod. cap. at ſi Clerici
ci §. de adulterijs* verbo *tradere Sæculari* remit-
tit ſe ad explicationem, quam facit *dicto
cap. cum non ab homine*, nihilominùs, quia
nec ipſe *in dicto cap. cum non ab homine*, dat
explicitam interpretationem, ſeu intelli-
gentiam, non auſus ſum dictam intelligen-
tiam dicto textui accommodare, præſertim
cum ſatis ſit, ad dirimendam litem ſenſus
quem dicto textui præbent Fagnan. & Are-
tin. *locis citatis.*

Et ex

Et ex his concludo quod in locis, in quibus non extat Pontificia Conſtirutio, & quos non compræhendit conſtitutio prædicta Vrbani VIII. Eccleſiaſtici non poſſunt nec vi drectiua degradari, & Curiæ Sæculati rradi pro crimine falſæ monetæ.

Propterea in facti conringentia dixi, quod quidam Religioſus qui faſſus fuerat ſumminiſtraſſe forfices aptos ad tonſandum, & inſtrumenta ad cudendum monetas, ac opem, & auxilium præſtitiſſe ad tonſandum, & reſpectiuè ad fabricandum monetam nun-
203 cupatam pezze da otto reali non poterat degradari, & Curiæ Sæculari tradi, quia de Iure Canonico non eſt textus, qui hoc ſtatuat, vt dixi *ſupra* ex Cantera *crim. quæſt. 7. num.* 22. in Ciuitare, ſeu Regno, in quo cauſa extra Italiam agebatur, non aderar conſtitutio particularis Pontificis, & ſaltèm adhuc de illa non conſtabat, & per conſequens abſque incorrigibilitate non poterat pro hoc crimine fieri degradatio, & Curiæ Sæculari traditio, vt expreſsè cauetur *in ſæpè citato cap. cum non ab homine de Iudic.*

Imò dubitaui an potuiſſet condemnari ad triremes perpetuas, & tres erant rationes dubitandi, nempe *quia* moneta cuſſa erat argentea: *quia* erat cuſſa cum inſignijs exteri Principis: & *quia* tam Religioſus, quam ſocij erant alienigenæ, & ſic non ſubditi, ex his enim diſtincte perpenſis, & eo magis vnitim conſideratis liberandus erat à pœna triremium perpetuarum, nam tres gradus pœnæ erant minuendi:
204 Quoad primum certum eſt quod Gloſa *in l. 2. C. de falſa moneta* verbo *nummos* Conar. Decian. Io: Guidus Volateran. Farinac. *loc. relatis* à Paſqualigo, qui eos refert, & ſequitur *in addition.* ad Laur. de Franch. *controu. inter Epiſcop. & Regul. tit. de monetarijs num.* 1357. faciunt differentiam quoad pœnam inter cudentes monetam auream, & cudentes argenteam, & ſic cum Religioſus faſſus eſſet de ſola moneta argentea, erat ex hoc releuandus quoad vnum gradum pœnæ.

205 Quoad ſecundùm. Eſt pariter certum quod diuerſum eſt crimen, ſi adulterentur monetæ Principis territorij, & loci, in quo moneta cuditur, vel adulterentur monetæ Principis exteri, nam primò caſu falſatores incidunt in crimen læſæ Maieſtatis, vt per Text. *in l. 2. C. de falſa moneta* dicunt Bald. Salyc. Barbat. Gigas, Gram. Angel. Cæpoll. Decian. Perez, Azeuedo, Maſtrill. Catalan. Maur. Burg. *loc. citatis* à Paſqualigo *vbi ſupra num.* 1277. D. Carol. Petra *Magn. Cur. ritu* 274. *num.* 8. & Iul. Capon. *diſcept.* 255. *num. primo lit. A.* Secundò verò caſu hoc crimen non committunt, vt inquiunt Paſqualigo, & alij Doctores *vbi ſupra*, & D. Aloyſius Manſius *conſult.* 281. *num.* 22. *lib.* 3. proindè cum ſit minus crimen fabricare monetas alieni, & exteri, quàm Principis proprij, vel Principis territorij, in quo cuditur, debet per conſequens etiam mitiùs puniri, vt firmat Paſqualigo *d. num.* 1277. *& num.* 1356. & hoc comprobatur ex Menoch. *caſ.* 316. *num.* 26. & Farin. *quæſt.* 115. *num.* 69. 75. & 81. & ex eodem Paſqualigo *d. num.* 1356. dum firmant quod
206 pœna concremationis nòn procedit indiſtinctè contrà quoſcuinque falſatores monetarum, ſed ſolum contra eos, qui falſificant monetam Principis ſuperiorem non recognoſcentis, qualis eſt Papa, & Imperatoris.

Propterea ſi Sæculares cudentes, ſeù falſificantes monetam Principis ſuperiorem recognoſcentis non comburi, ſed mitiori pœna, capitali tamen debent puniri: Et ijdem Sæculares debent citrà pœnam ordinariam puniri, ſi exteri, & non proprij Principis monetam cudunt, & falſificant, & ex hoc duos gradus pœnæ euitant: vtique ſicuti ſæculares debent euitare duos gradus illius pœnæ, quæ eis debetur ex diſpoſitione legùm ſæcularium Iuris ſcilicèt communis, ità & Eccleſiaſtici euitabunt duos gradus illius pœnæ, quæ eis debetur ex diſpoſitione Iuris Clericalis, ſcilicèt Iuris Canonici, nam circa pœnam, ſeù potiùs circà qualitatem pœnæ differentiantur Eccleſiaſtici, & laici, quia regula eſt vt dixi *ſupra* ex de Butrio *cap. cum dilectis num.* 12. *circa finem de purgat. Canon.* quod vbicumque
207 de Iure Ciuili pro aliquo delicto venit imponenda pœna mortis de Iure Canonico in locum illius pœna depoſitionis intelligitur ſubrogata: quam regulam habet pro vera Felin. *in cap. qualiter, & quando num.* 25. *de accuſat.* niſi, vt dicit etiam Butr. *ibidem* alia pœna de Iure Canonico tanquam ordinaria ſit præcisè ſtatuta, & indicta: & hęc regula eſt adeò vera, vt Eccleſiaſtici etiam exuti per degradationem omni priuilegio Clericali non poſſunt, vt laici in fruſtra
208 ſcindi, vt dicunt Scannarol. *de viſit. carc. lib. primo* §. 8. *capit. primo ſect. 2. numer.* 23. Vinc. de Franch. Guglielm. de Benedict. *locis relatis* à Carolo Ant. de Luca *in addition.* ad dictum Vinc. de Franch. *deciſ.* 57 ob reuerentiam Ordinis, & Characteris habiti, & exerciti, vt dicunt dicti Doctores, & habetur 3. *Regum cap.* 2. ibi *Vir mortis es, ſed hodiè non te interficiam, quià portaſti arcam Domini Dei.*

Quo randem ad tertium. Præfatus Re giosus erat exterus, & alienigena Regni, non erat domiciliatus in dicto Regno, & cu exteris, & alienigenis Regni monetam c ferat, nam his concurrentibus multò mini deliquerat, vt ait Paſqualigo *dicto nu.* 1 77 *in fine, & num.* 1356. & ideo mitius etiam puniendus, quia etiamſi fuiſſet Sæcularis potuiſſet pręrendere pœnæ minorationem vt firmat idem Paſqualigo; quod autem minùs deliquerat patet, quia non poterat

terar

terat contra eum qui non erat ſubditus eſ-
ſe locus crimini, & pœnæ criminis læſæ
209 Maieſtatis, cum non habeat, & nec poſ-
ſit habere locum contra non ſubditum diſ-
poſitio Textus *in d. l. 2. C. de falſa moneta*,
quæ expreſsè requirit hanc qualitatem ibi,
*cuius obnoxij maieſtatis crimen committunt*. Et
quidem non erat ſubditus ratione originis,
qui erat Aquitanus: & nec erat ſubditus
ratione domicilij, quia erat Religioſus Re-
gularis; nunquam enim Regulares, voto ob-
210 bedientiæ ſtricti, domicilium contrahunt,
quia non poſſunt habere animum in vno
loco permanendi, ſinè quo domicilium
per quantumuis longum temporis ſpatium
non contrahitur, vt in ſcholaribus poſt
alios, quos citat, exemplificat Benedic. Pe-
reyra *Accademia literaria lib. 3. quæſt. 9. n. 455.*
*fol. mihi* 158. & demum non erat ſubditus
211 ratione conſociorum, quia & ipſi erant
alienigenæ, & non ſubditi Regis, & per
conſequens non poterat haberi ratio opi-
nionis Ignei dicentis *in l. prima §. ſed ſi quis*
*num. 26. & ſeqq. & in l. neceſſarios §. non alias*
*num. 417. ff. ad Syllan.* quod ſollicitans ſub-
ditum ad delinquendum contra ſuum Prin-
cipem incurrit in crimen læſæ, contra quam
opinionem Ignei inſurgunt Gigas, & alij
212 relati à D. Carolo Petra *M. Cur. ritu 274.*
*num. 80. & ſeqq.* & Iul. Capono *diſcep.* 255.
Propterea cum nulla ratione eſſet ſubditus
non poterat dici, quod commiſiſſet crimen
læſæ, & incidiſſet in pœnam *d. l. 2.* vt in
terminis falſæ monetæ cuſſæ à non ſubdito
dicit Bald. *in dicta l. 2.* quem referunt Petra
& Caponus *locis* proximè *citatis*.

Nec poterat dici, quod erat ſubditus ra-
tione delicti, quia huic aſſertioni reſpondet
nimis appoſitè D. Petra *loc. citat. num.* 81.
213 dicendo, quòd qui delinquit in vno loco
non ideò ſubditus efficitur, vt dicatur com-
mittere crimen læſæ Maieſtatis, & inſuper
tempore, quo quis delinquit non eſt ſubdi-
tus, & per conſequens qualitas ſuperue-
niens non qualificat delictum præcedens.
Tertiò reſpondet quod ratione delicti ne-
mo fit ſubditus, ſed tantùm ſortitur forum
214 in loco, in quo delinquit; multùm enim
intereſt inter ſe eſſe ſubditum, & forum
ſortiri, & ad hoc allegat Concordantes
Gloſam, Carleual. & Farinac. *locis ibidem*
per eum *relatis*.

Quandò tamen, per impoſſibile, ratione
loci commiſſi delicti quis dici poſſit effe-
ctus ſubditus, adhuc tamen iſte Religioſus
debebat eximi, tùm quià tamquam Eccle-
215 ſiaſticus non potuiſſet effici ſubditus Re-
gis, vt per Text. *in cap. per venerabilem*
*de elect. & cap. cum non ab homine de Iudic.* di-
cit Boſſ. *tit. de crim. læſæ Maieſtatis num.* 86.
Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 8. num.* 8. Ro-
land. à Valle *conſ. 4. num. 6. & 7. & ſeqq. lib. 1.*
& hoc idem volunt duo inſignes Luſitani
Cabedo *deciſ. 83. num. 1. par. 1.* & Themud.
*deciſ.* 106. *num.* 10. *verſ. qui etiam dubitant*,
tùm etiam quia Eccleſiaſtici pro crimine
216 læſæ Maieſtatis nō debent, niſi incorrigibi-
les, degradati, & Curiæ Sæculari tradi, vt
pluribus oſtendunt Rota penes Farin. *deciſ.*
241. *num. 6. & 8. lib. 2.* Barboſa *in cap. ſi quis*
*laicus 22. quæſt. 5. & de poteſt. Epiſc. par. 3. al-*
*leg.* 110. *num.* 13. Diana *par. 3. tract. 1. reſol.*
16. Fermoſin. *cap. cum non ab homine quæſt. 20.*
*num. 4 de Iudic.* Iacob Berett. *conſ.* 76. qui
teſtatur de communi Fagnan. *dicto cap. cum*
217 *non ab homine num.* 88. etiamſi rebellentur
Sedi Apoſtolicæ, vt eſt Text. *in cap. de Ligu-*
*ribus 23. quæſt. 3.* & Fagnan. *loco citato*.

His tamen non obſtantibus dixi, quod
cū cauſa proponeretur, fuiſſem in voto pro
pœna triremium perpetuarum, quia dictus
Religioſus erat confeſſus de duobus delictis
fabricationis ſcilicèt, & tonſationis mo-
218 netę; nulli enim dubium, quod facta
coaceruatione delictorum pœna, quæ
non poterat pro vno ſolo imponi, poteſt
pro omnibus ſimul vnitis, & coaceruatis
indici, vt benè dicunt Carpzou. *pract. crim.*
*par. 3. quæſt. 132. nu. 80. & ſeq.* & D. Hieron.
Calà *ſuper pragm. 11. de empt. & vendit. cap.*
16. *num. 86. & 87.*

Conſideraui etiam, quod non erant fa-
ciendæ tres diminutiones ad fauorem eiuſ-
dem, ſed vnica dumtaxat diminutio erat
facienda ratione ſcilicèt cuſſionis monetæ
Principis Exteri; nam duæ aliæ exceptio-
nes ſuprà allatæ non erant attendendę, quia
219 differentia inter monetam auream, & ar-
genteam reiicitur à pluribus Doctoribus, &
ſignãter à Cyn. *in d. l. 2. in princ. in fine*, Salyc.
*in ead. l 2. n. 3.* Afflict. *in Conſtit Regni rub. de cu-*
*dent. falſ. mon. c. adulterinā n. 4.* Berber. *in pract.*
*p. 1. rub. 10. de ſalſa moneta n. 2.* Viu. *com. opin.*
519. *num.* 2. & his relatis Farin. *quæſt.* 115.
*num.* 87. & reddit rationem Salyc. *in d. l. 2.*
220 quia tàm in moneta aurea, quàm in ar-
gentea adeſt Imperatoris imago, quæ deli-
ctum facit, & pœnam *d. l. 2.* inducit, & eui-
dentiùs *in l. fin. C. de veter. numiſm. poteſt. lib.* 11
& Paſqualigo *loco ſupracitato num.* 1357. in-
quit quod tàm in moneta aurea, quàm in
moneta argentea committitur crimen falſi
*l. lege Cornelia ff. de falſ.* & argentei æquè mo-
neta ſunt, ac aurei *l. ſubditos, & l. pro immi-*
*nutione, & l. vniuerſos C. de veter. numiſm. lib.*
11. & ad hoc Paſqualigo allegat Salyc. Viu.
Honded. Tuſch. Peguer. Euerard. Sextin.
Io: Aquila, Azeued. Kithzell. *locis* ab eo
*ibid. relatis*, quibus addo Molin. *tract. 2. diſp.*
702. *nu.* 1. & Enric. Pyrrhinc *Method. nou. Iu-*
*ris Canonici tit. de crim. falſi tit. 20. §. 8. nu.* 41.

Et exceptio, quod non incurrerat tam-
quam non ſubditus crimen læſæ Maieſtatis
non poterat allegari ad diminuendam pœ-
nam detruſionis in Monaſterium iuxta Tex.
221 *in cap. tuæ de pœn.* in cuius locum hodie
ſucceſſit pœna triremium, vt dixi *ſupra*.

Et ſic remanebat ſolùm diminutio pro-

ueniens

ueniens ex fabricatione monetæ Exteri
Principis, quæ debebat operari, & præſe-
ferre diminutionem pœnæ quoad vnum
gradum tantùm, adeout pœna triremium
perpetuarum debebat reduci ad tempus de-
cennij, ſed reintegrabatur iſte gradus inter-
uentu criminis tonſationis, & ſic omnibus
penſatis congrua erat pœna triremium
perpetuarum.

Poterat dici, quod nec iſta exceptio erat at-
tendenda ad faciendam diminutionem pœ-
222 næ, quia cũ aliàs in Ciuitate Vlyſpon. oc-
curriſſet, quod alienigenæ, Belgæ ſcilicet
fabricaſſent in dicta Ciuitate Vlyſiponen.
monetam falſam de ſcutis auri, & de rea-
les monetæ Regni Caſtellæ, & ſic mone-
tam exteram, tamen in dicta Ciuitate Vly-
ſiponen. expendibilem, diſputato articulo
fuit reſolutum pro morte contra eoſdem
fabricatores, vt refert Cabedo *deciſ.* 89. *p.*1.

Nihilominus quia hæc opinio eſt con-
trouerſa, prout apparet *ex ead. deciſ.* Cabedi,
223 & aliàs fuit Neapoli reſolutum pro pœna
extraordinaria, vt refert de Franch. *dec.*440.
*num.* 7. *&* 8. & ſequitur Caball. *crim. ref.* 27.
*num.* 9. & Vermigl. *conſ. crim.* 219. *numer.* 6.
Exceptio prędicta ad fauorē dicti Religioſi
viſa fuit mihi releuans, quia, vt ait, de
Franch. *d. num.* 8. in puncto dubio Iudex de-
224 bet ſequi benigniorem. Propterea ſi lai-
cùs fuit penès de Franchis condemnatus ad
triremes perpetuas, Eccleſiaſticus debebat
condemnari ad decennium, vt dixi *ſupra*, &
ob concurſum alterius delicti ad perpetuũ.

Quęrò vndecimò, An vltra pœnam mor-
tis, combuſtionis, & confiſcationis bo-
norum aliquam aliam pœnam incurrant
fabricatores falſæ monetæ? dic quòd in-
225 cidunt in excommunicationem ipſo fa-
cto, vt diſponit san. mem. Ioannes XXII.
*in Extrauagan.* incipien. *Prouidens de crim. falſi*
ibi: *Statutum eſt, vt qui nullam habentes au-
thoritatem iuris, vel conſuetudinem, vel priui-
legium fabricandi monetam in Regno Franciæ,
& alijs locis circumuicinis ſcienter monetas falſi-
ficant in ære, ſiuè materia, vel ſignum proprium
ſuæ monetæ, quam fabricant, quia illis de Iure,
vel conſuetudine, vel priuilegio Ius competit fa-
bricandi monetam, inſculpunt, & imponunt mone-
tæ Regiæ, vel qui in iuſto pondere monetas depra-
uant, vel ſcienter falſas monetas extra prædictum
Regnum emunt, eaſque poſtea in dictum Regnum
importanc, vendunc, & expendunt, hi omnes
ſententiam excommunicationis ſcilicet maioris,
ipſo facto incurrant, à qua abſolui non poſſint,
præterquam in mortis articulo.*

Verum cum dicta Conſtitutio ſit localis
226 pro Regno Franciæ, & locis conuicinis,
ad eos, qui in alijs Regnis monetam falſam
fabricant, aut introducunt, & expendunt
non extenditur, vt dicit Gloſa *ibidem verbo
ad Regnum prædictum*, & Enric. Perhinc *me-
thod. noua Iuris Canon. tit.* 20. *de crim. falſi nu-
mer.* 42. *in fine*.

Quæro duodecimo, An verba Bānimētō-
rum, *moneta vſuale*, referūtur ad quamcūq;
monetā, quælibet enim moneta, ex quo eſt
227 moneta, vſualis eſt, an verò referantur ad
monetam, quæ currit, & expendi, & in
vſu eſſe poteſt in Ciuitate, & Comitatu, ac
Legatione Bononiæ? Dic quod referuntur
ad eam, quæ currit, & eſt in vſu in Lega-
tione, & ideò ſi non poteſt hic expendi non
intrat pœna, vt dicit Bart. *in l. elegantèr* §.
*reprobos ff. de pignorat. act.* Alex. *conſ.* 104.
*lib.* 1. de Franch. *deciſ.* 440. Sed Muta *ad
Conſuet. Panormi cap.* 77. *n.* 12. dicit ob genera-
228 litatem Conſtitutionis contra cudentem
monetam non expendibilem in loco intra-
re pœnam extraordinariam, quia ſufficit,
229 quod ſit moneta, & ſubdit, quod iſti ta-
les ſunt digni pœna furcarum, quia ſicut
habent malum animum in falſificando
monetam non expendibilem in loco, ità
etiam poſſent fabricare expendibilem.

---

# Cap. V. §. IV. & V.

§. 4. E nella medeſima pena dell' vltimo ſupplicio incorrerà qualunque ſcientemente introduceſſe monete falſe nella Città, ò Contado di Bologna.

§. 5. E chi per incetta, ò doloſamente introduceſſe moneta toſa, il che ſi argumentarà dalla qualità della perſona, e dalla quantità del danaro, incorrerà in pena della Galea per cinque anni, oltre la perdita della moneta.

*SVMMARIVM.*

1 *Aurum verum poſſibile eſt fieri per Alchimiam. & num.* 7.
2 *Arnaldus de Villa noua Romæ vendebat virgulas auri ex Archimia facti.*
3 *Alchimia vera eſt impunibilis.*
4 *Clericus Alchimiſta non punitur, nec beneficijs priuatur, ſi ex Alchimia aurum verum componat.*
5 *Alchimiam exercens peccat, ſi extante Statuto prohibente Alchimiam ſine licentia, eo non obſtante exercet eam.*
*Alchimia quare prohibeatur. dicto num.* 5. *in fine.*
*Recenſentur Textus, & Doctores qui tractant de Alchimia. ibidem.*
6 *Alchimia quid ſit.*
8 *Diocletianus Imperator libros de Chimia auri, & ar-*

*& argenti ab antiquis conſcriptos conquiſiuit, & comburi iuſſit, & quare.*

9 *Amicorum confidentia floruit præteritis temporibus.*

10 *Quare ſtudentes huic arti metam conſequi nequeunt.*

11 *Multi fruſtrà Alchimiam exercuerunt, & bona peſſundederunt.*

12 *Alchimiſtæ falſi quomodò puniuntur.*

13 *Laur. Matthæi tradit aliquas regulas in materia Aſtrologiæ.*

14 *Alchimia eſt multis odioſa, & communitèr reputatur ars vana.*

15 *Tranſitus in qualibet prohibitione intelligitur exceptus.*

16 *Monetæ falſæ introductione prohibita non cenſetur prohibita introductio per tranſitum.*

17 *Etiamſi in Statuto fiat expreſſa mentio tranſitus.*

18 *Tale enim Statutum non valet.*

*Repugnaret enim charitati, & Iuri Gentium, & naturali. ibidem.*

19 *Contrarium tamen verius eſt.*

20 *Quoties tranſitus poſſit eſſe præiudicialis.*

21 *Et tunc ſufficit, quod præiudicialitas ſit probabilis.*

22 *Puta quia moneta eſt ſpendibilis in eodem loco, ad quem fuit introducta.*

*Redditur ratio. ibidem.*

23 *Sal introductus per tranſitum in Ciuitate Bononiæ vehendus ad partes Lombardiæ non comprahenditur in Banno prohibente introductionem, ſi non ſit exoneratus iuxta opinionem Alexandri* conſ. 86. nu.23.

*Contrarium eſt verius. num. 26.*

*Redditur ratio. ibidem.*

24 *Monetæ falſæ introductio facta ex propoſito, & deſtinatione ad locum prohibitum tamquam ad terminum non comprahenditur in Banno, ſi introducens abſtineat ab vſu, & expoſitione iuxta opinionem Esberti Leonini* conſ. 56.

25 *Nam verbum*, aſportauerit, *requirit applicationem rei ad vſum.*

27 *Intellige, &, explica, vt hìc, & numero 28.*

*Tranſiens cum armis, cum re ſurata, cum muliere rapta, punitur in loco tranſitus ſub eodem num. 27.*

*Aſſignatur ratio differentiæ inter iſtum caſum, & caſum tranſitus cum moneta. ibidem* verſ. ſed reſpondetur.

*Sed & tranſitus cum moneta non eſt omninò inultus, & quam pœnam ſubeat recenſetur. ibid.* verſ. cæterum.

*Theſauri inuentores quomodo vexari ſolent, & quare. ſub num.* 27. verſ. cæterum.

*Princeps debet praeoccurrere diſpenſationi, & erogationi monetarum falſarum num. 27.*

28 *Monetandi ius habentes poſſunt ad libitum mutare monetam in eorum Ditionibus.*

29 *Et poſſunt quamcumque ligam apponere.*

30 *Moneta cuſſa ab habente ius monetandi non poteſt dici falſa ex eo, quod ſit facta ad ſimilitudinem monetæ alterius Principis.*

31 *Qualibet differentia ſufficit ad conſtituendam, & oſtendendam diuerſitatem monetæ.*

32 *Moneta qualibet minima differentia facit quod moneta ſit, & dicatur noua, quamuis eadem imagines, & inſcriptiones alterius Principis ſint impreſſæ.*

33 *Moneta Chiorum, & Ianuenſium ſimilis monetæ Venetorum.*

34 *Alia multa exempla monetarum cuſſarum ad ſimilitudinem monetarum diuerſorum Principum referuntur.*

35 *Moneta cuſſa ad totalem, & præciſam imitationem monetæ alterius Principis non eſt, nec poteſt dici falſa, ſi ſit eiuſdem bonæ ligæ, & iuſti ponderis, & ſit cuſſa ab habente ius monetandi.*

36 *Sed quod iſte teneatur actione iniuriarum vult Aloyſius de Leo.*

37 *Imò quod incurrat pœnam ſimplicis falſi vult Carpzou.*

38 *Et quod teneatur pœna arbitraria vult Zahnnius.*

39 *Verum attendenda eſt opinio Doctorum omnem pœnam, & reatum excludentium tamquam benignior, excluſiua delicti, & conſuetudine approbata.*

40 *Moneta ad totalem imitationem monetæ alterius Principis cuſſa ab habente ius monetandi non comprehenditur in Statuto monetam falſam introduci prohibente, niſi ſit de hoc caſu ſpecialiter facta mentio.*

*Aſſignantur rationes. ibidem.*

41 *Caſus mixtus non comprehenditur in ſimplici.*

42 *Statutum exorbitans à Iure, vbi poteſt habere locum in vno caſu non extenditur ad alium quamtumuis ſimilem.*

43 *Statutũ loquens per dictionem vniuerſalem, puta ſi quis fabricauerit aliquam monetam falſam, reſtringitur ad terminos habiles.*

44 *Niſi loquatur cum dictione implificatiua cum ſigno vniuerſali ampliatiuo, puta ſi quis fabricauerit talem monetam falſam, vel aliam quamuis.*

45 *Verbum*, incettare, *incognitum veteribus eſt idem ac monopolium facere.*

46 *Negociatio introducta eſt ob communem vtilitatem.*

47 *Commercium falſitatis, & improbitatis quale ſit.*

48 *Cõtrahentibus in ſubſtantia rei emendo, vel vendendo, vel commutando non licet ſe decipere.*

49 *Sed permiſſum eſt decipere in pretio.*

50 *Moneta eſt quædam communis menſura commerciorum.*

51 *Dictio*, aut, *eſt ampliatiua.*

52 *Moneta de iuſta, & debita quantitate ponderis diminuta, dicitur falſa.*

53 *Monetæ perfectio in tribus conſiſtit, in materia, pondere, & forma.*

54 *Franc Marci dat modum bene formandi proceſſum in materia falſitatis monetæ.*

Circa hunc §. vide quæ dixi *in* §. 1. *huius cap. num.* 25. *& ſeqq.* ſed ad maiorem ornatum.

Quæro primò, An introducens aurum,
vel argentum alchimicè factum compræ-
hēdatur ſub hac particula Binni? Dic quod
non, ſi per Alchimiam fiet aurum verum,
quod eſſe poſſibile ſupponit D. Thomas *ſe-*
1 *cunda ſecundę quęſt.* 77. *art.* 2. & meliùs *in*
*Comment. ſupra tert. librum* Ariſtotel. *de me-*
*teoris*, cuius verba refert Ioachim. Becherus
*in Oedipo Chimico tit.* 1. *in Corollario* §. *quę ſit*
*materia metallorum*, & ſunt: *Conſiderandum*
*autem circa principia materialia metallorum, quę*
*ſunt in duplici differentia, quędam enim ſunt ma-*
*teria remota, ſicut eſt vapor incluſus in locis la-*
*pidoſis terrę; alia autem ſunt materia propinqua,*
*& hęc ſunt ſulphur, & mercurius: itaque in*
*prędictis locis lapidoſis terrę per virtutem mine-*
*ralem generatur ſulphur, & mercurius, deindè ex*
*ipſis generantur diuerſa metalla, ſecundùm diuer-*
*ſam eorum commixtionem. Vndè etiam ipſi Al-*
*chimiſtę per veram artem Alchimię per prędicta*
*principia, vel potius per principiata aliquando*
*veram generationem metallorum faciunt*: & hoc
admittunt Oltrad. *conſ.* 74. *num.* 1. Io: And.
*in add.* ad Speculat. *tit. de crim. falſi*, qui di-
2 cit, quòd Arnaldus de Villa noua in Curia
Romana virgulas auri, quod faciebat, con-
ſentiebat omni probatione ſubmitti Andr.
de Iſernia *de feud. tit. quę ſunt regalia*, & latiùs,
ac pleniùs Thom. Arſoncinus *in reſponſo de*
*iure Alchimię*, quem refert Io: Chryppus Fa-
nianus *in tract. de arte Alchimię in libro primo*
*Theat. Chimici fol. mihi* 59. & hoc idem
dicit D. Petrus Arlenſis de Scudalupis *de*
*ſympathia ſeptem metallorum cap.* 3. §. *nos verò*
*fol. mihi* 391. præſertim verò ſi vendunt pro
auro alchimico, quia nulla poteſt con-
ſiderari deceptio, ſeu falſitas, expenditur
enim tantum pro tanto, tale prò tali, Fa-
bianus de Monte *de empt. & vendit. quęſt.* 5.
*num.* 8. Farin. *quęſt.* 115. *num.* 98. Marius Mu-
ta *ad Capitula Regni Sicilię tom.* 1. *cap.* 10. *nu-*
3 *mer.* 9. vnde ſequitur, quòd verà Alchimia
eſt impunibilis, vt probant dicti Doctores,
& Monterent. *ad Stat. crim.* Bonon. *lib.* 5. *rub.*
33. *tit. de pœna falſum committentis in moneta*
*verb. vel ſciens circa finem*, & Nouar. *pragm.* 2.
*de monet. collect.* 3. *num.* 30. vbi ait prohiberi
Alchimiam ijs, qui aurum, & argentum ſo-
phiſticum, & adulterinum confingunt, ſe-
cus ſi aurum verum, vel probatum com-
ponant, & ſubdit, quod Clericus Alchi-
4 miſta illo caſu non punitur, nec priuatur
beneficijs, & ad alia non redditur inha-
bilis, & citat Ricc. *deciſ.* 197 *parte prima*.
Conſiderat tamen Nouar. *ibidem*, quod
5 vbi prohibetur per Statutum Alchimia
abſque licentia, tunc exercens, & conficiens
illam non obtenta licentia peccat, & ad
ad hoc allegat dictum Riccium *d. deciſ.* 197.
Vide de hac materia loquentes Doctores,
quos refert Farin. *d. quęſt.* 115. *num.* 98. nempè Io: Ande. ad Speculat. Abb. Anan. Albec. in *dictionario* Bald. Afflict. Maeſil. Beluiſ. & Decian. *locis cit.* per ipſum Farinac. *ibidem*, quibus addendi ſunt Boſſ. & Brun. relati à Monterent *vbi ſupra*, & Corpus *in ſuo Iudice Criminaliſta par.* 3. *cap.* 51. *& ſeqq.* vbi pulchrè, & eruditè nimis loquitur, Grammat. *in Conſtit. Regni Neapol. Adulterinam num.* 6. *& ſeqq. tit. de cudent. monetam falſ.* & latiùs omnium, quem viderim Angelus Maria Vercicell. *quęſt. moral. & legal. tract.* 7. *tit. de Alchimia*, qui per duodecim Capitula totam materiam pertractat, Caſſan. *catalog. glor. mund. par.* 11. *conſid.* 40. Enric. Perhinc *Method. non. Iur. Can. tit.* 20. *de crim. falſi numer.* 43. Martin. del Rio *diſq. Magic. lib.* 1. *cap.* 5. *quęſt.* 2. *ſect.* 1. Rouit. *pragm.* 1. *de monetis num.* 21. *& ſeqq.* viden. Text. *in Extrauag. Ioannis XXII.* incip. *Spondent. tit. de crim. falſi*, vbi imponitur pœna pecuniaria, & in eius defectum carceris, vel alterius corporalis, ac infamiæ contra laicos: & contra Clericos etiam priuationis beneficiorum, ac inhabilitationis ad alia beneficia in futurum habenda: Verba ſunt: *Spondent quas non exhibent diuitias pauperes Alchimiſtę: pariter qui ſe Sapientes exiſtimant, in foueam incidunt, quam fecerunt: nam haud dubiè huius artis Alchimię alterutrum ſe profeſſores ludificant, cum ſuę ignorantię conſcii eos, qui ſupra ipſos aliquid huiuſmodi dixerint, admirantur: quibus cū veritas quęſita non ſuppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt: ijdemque verbis diſſimulant falſitatem, vt tandem, quod non eſt in rerum natura, eſſe verum aurum, & argentum ſophiſtica tranſmutatione confingant: eoque interdum eorum temeritas damnata, & damnanda progreditur, vt fidis metallis cudant publicę monetę caracteres fidis oculis, & non aliàs alchimicum fornacis ignem vulgum ignorantem eludant. Hęc itaque perpetuis volentes exulare temporibus hac edictali Conſtitutione ſancimus, vt quicumque huiuſmodi aurum, vel argentum fecerint, vel fieri ſecuto facto mandauerint, vel ad hoc ſcienter, dum id fieret, facientibus miniſtrauerint, aut ſcienter vel auro, vel argento vſi fuerint vendendo, vel dando in ſolutum; verum tanti ponderis aurum, vel argentum pœnę nomine inferre cogantur in publicum Pauperibus erogandum, quanti alchimicum exiſtat, circa quod eos aliquo prędictorum modorum legitimè conſtiterit deliquiſſe: facientibus nihilominus aurum, vel argentum alchimicum, aut ipſo, vt pręmittitur ſcienter vtentibus perpetuę infamię notā reſperſis, quod ſi ad prefatam pœnam pecuniariam exoluendam deliquentium ipſorum facultates non ſufficiant, poterit diſcreti moderatio Iudicis pœnam hanc in aliam (puta carceris, vel alteram iuxta qualitatem negotij perſonarum differentiam, aliaſque attendendo circumſtantias) commutare; illos verò, qui in tanta ignorantiam infęlicitatis proruperint, vt nedùm nummos vendant,*

*ſed*

*ſed naturalia iuris præcepta contemnant, artis excedant metas, legumque violent interdicta ſcienter videlicet adulterinam ex auro, & argento alchimico cudendo, ſeu fundendo, cudi, ſeu fundi ſaciendo monetam: hac animaduerſione percelli iubemus, vt ipſorum bona deſerantur carceri, ipſique perpetuò ſint infames. Etſi Clerici fuerint delinquentes, ipſi vltra prædictas pœnas priuentur beneficÿs habitis, & prorſus reddantur inhabiles ad habenda.*

Volui per extenſum referre hic Conſtitionem, vt appareat, quod Riccius, & Nouarius *locis ſupra citatis* benè Conſtitutionẽ interpretati ſunt: inſuper appareat legentibus reſolutionem factam Neapoli tempore ſan. mem. Gregor. XIII. de qua Fr. Fælicianus Epiſc. Scalen. citatus *ſupra in quæſito decimo* fuiſſe potiùs rigoroſam attenta huius Conſtitutionis Extrauagantis diſpoſitione circa finem.

Opinionẽ Riccij, & Nouar. *loc. cit.* videtur tenere etiam Pirhinch *vbi ſproximè*, dicens: *Ratio autem huius prohibitionis, & pœnalis Conſtitutionis eſt, quia* vt docet D., Tho. 2. 2. *q.* 77. *art.* 2. *ad primum: Si aurum, vel argentum ab Alchimicis factum veram ſpeciem non habeat auri, & argenti, eſt fraudolenta, & iniuſta venditio*: Sumpto enim argumento à contrario ſenſu vult, quòd ſi habeat veram ſpeciem auri ſit iuſta Venditio: Cogita tamen an hoc velit, nam ſubdit *ibidem*, quod ſunt aliquæ vtilitates auri, & argenti veri ſecundùm naturalem operationem ipſorum, quę non conueniunt auro per alchimiã ſophiſticato, ſicut quod habet proprietatem lętificandi, & contra quaſdam infirmitates medicinalitèr iuuat, & hoc vult etiam Verricell. *q.* 1. *nu.* 9. *& quæſt.* 2. *ſect. vlt. num.* 101. *dicto tract.* 7. in ſententia ergò iſtorum aurum alchimicum etiamſi habeat veram ſpeciem auri, non facit iuſtam venditionem: ſed argumentum non procedit, quia aurum ex ſui deſtinatione non eſt directum ad operationes medicas, & per conſequens ſatis eſt, quod ſit bonum ad operationes ciuiles, quibus eſt principalitèr directus eius vſus.

Quæro ſecundò, Quid ſit Alchimia? à
6 profeſſoribus dicitur eſſe ars tranſmutatoria, quia tranſmutatur plumbum, ſtannum, argentum viuum, & huiuſmodi in aurum, vel argentum verum, & purum: at mihi videtur poſſe dici, quod ſit ars, qua perficitur id, quod natura defectu caloris relìquit imperfectum, natura enim, quæ ſemper, & in omnibus eius operationibus tendit ad perfectionem, quando incipit formare plũbum, ſtannum, & alia metalla, vult, & intendit eadem ducere ad perfectionem, quia fulget aurum, ſed ex accidenti non valet ſuum intentum perficere, & hinc Alchimiſtæ aiunt, quod ad faciendam medicinam, ars debet incipere, vbi deſinit natura, & Auctor incertus *in tractatu lux obnubilata ſuapte natura refulgens in Ode tertia Strophe* 4. ad propoſitum cecinit.

*Con tal fuoco lauora arte ſeguace.*
*D'infallibil Natura.*
*Ch'oue queſta mancò, quella ſuppliſce.*
*Incomintia Natura, Arte finiſce,*
*Che ſol l'Arte depura*
*Ciò che à purgar Natura era incapace:*
*L'Arte è ſempre ſagace,*
*Semplice è la Natura, onde ſe ſcaltra*
*Non ſpiana vna le vie, s'arreſta l'altra.*

Comprobatur hæc opinio, quia vt ex Fabiano de Monte *tract. de empt. & vendit. q.* 5. *principal. num.* 8. & ex Oldrado *conſ.* 69. inquit Marius Muta *ad Capitula Regni Siciliæ tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. in materia Alchimię vna ſpecies in aliam non tranſmutatur: nã perficitur, non verò mutatur: ſiquidem omnia metalla ex eodemmet fonte, & origine procedunt, nempè ex ſulfure, & argento viuo: & vbi eſt melior aſtrorum influentia, ibi prætioſiùs producitur metallum, & ſic per influentiam aſtrorum, ac cum herbis, & lapidibus prætioſis, quibus inſunt multę virtutes, poteſt vna metalli ſpecies in aliam magis pretioſam tranſmitti melius dixiſſet concoqui, & perfici.

Quæro tertiò, An verè ars poſſit in hac
7 Materia perficere id, quod natura reliquit imperfectum? reſpondeas affirmatiuè, quia vt dicunt præfati Doctores omnia metalla ex eodẽ fonte, & origine procedunt, nempe ex Sulphure & argento viuo, & vbi eſt melior influentia aſtrorum, *ibi*, vt dixi ex Muta præſtãtiùs producitur metallũ, & ſic per influentiã aſtrorum, ac cum herbis, & lapidibus pretioſis, quibus inſunt multæ virtutes, poteſt vna metalli ſpecies in aliã magis pretioſã mutari, & tranſmitti, & ex Caſſaneo *conſuet. Burgun. in prohęmio verſ. meſſire ferri n.* 19. *&* 20. *fol.* 8. dicit Muta *loco citato*, quod Apollo ex hoc plurimos morbos ſanabat, eo quod fuit primus inuentor naturatum herbarum, vnde fuit habitus Deus à rudibus Gentilibus, & hoc meliùs probat ratiocinatio Diui Thomæ *loc. ſupra cit. in primo quæſito*, & remanet euidentèr verum, ſi concedimus, quod dicunt de Arnaldo, & Raymundo Lullio, nempè, quod ex Alchimia fecerint verum Aurum, teſte Ioan. Andr. *ad ſpecul. tit. de crimine falſi in prima magna additione*, & Monterent. *loc. ſupra cit. verb. vel ſciens circa finem*, & Fanianus *locò citat. in primo quæſito* refert ex Suida, quòd Aegypti non potèrunt à Romanis debella-
8 ri, donec Diocletianus Imperator libros de Chimia auri, & argenti ab antiquis ſcriptos conquiſiuit, atque incendit, ne deinceps arte illa diuitias compararent, neuè abundantia pecuniarum confiſi deinceps aduerſus Romanos rebellarent: quamuis Boccalinus *in Secretaria Apollinis in Epiſtola ad Diocletianum fol. mihi* 508. aſſerat hoc Diocletianum feciſſe ad tollendam ſubditis occaſionem ſe depauperandi, ibi: *Lodiamo ſola-*

*mente la voſtra prudenza in hauer fatto gettare nel fuoco tutti li ſudetti libri, leuando l'occaſione d'impazzire à voſtri ſudditi, mentre l'arte lunga, ancorche vera, biſognoſa di molte eſperienze non può perfettionarſi in vn'età breue, e noi conſolaremo li Chimici addolorati con tal ragione, che ſtieno bene nel fuoco tutti i libri, che trattano di fumo.*

Sed Verricell. *d. tract. 7. quæſt. 2. ſect. 1. numer. 6. & ſect. 2. per tot.* ait non poſſe euidenter demonſtrari impoſſibilitatem talis trãſmutationis, & *ſect. 3.* ait proabilius eſſe non poſſe fieri, & *in ſequentibus ſectionibus* affert ad hoc ſeptem argumenta, & *ſect. 10.* ſatisfacit diuerſis obiectionibus. Vide eum, quia latiſſimè de materia loquitur. Verùm dato quòd dicitur de Arnaldo, & Raymundo contra facti euidentiam nihil valent argumenta.

Quæro quartò, Quare vt ſubdit Monterent ex Albert. Brun. *tract. de augum. & diminut monet. num. 11. & ſdqq.* rariſſimi ſunt, qui veram Alchimiæ artem aſſequuntur? Sandiuogius *in præfat. ad tract. de Sulphure* ait, quod ſæcula præterierunt, vbi confi-
9 dentia amicorum floruit, & hæc ſcientia oretenus dabatur; nam nonniſi ab amicis, vel à ſolius Altiſſimi Dei, inſpiratione acquiritur, & ideò benè Theophraſtus Paracelſus *in lib. de tinctura phyſicorum vol. 2.* ait, quod ob defectum integrè cognitionis (ſupple materię) & perfectę præparationis eius ad finem perfectum non perueniunt; neſciunt enim quid ſit electrum minerale immaturum, leo rubeus, leo viridis, lili, metallum primum, primus maſculus, metallum hermaphroditum, adrop, ſilex, xidar, quæ nomina, vt audiui aliquando à quodam Viro huius profeſſionis experto, ſunt ſynonima inuenta à profeſſoribus ad oſcurandam ipſam materiam; & addebat, quod is, qui vnum ex iſtis nominibus intelligeret haberet benedictionem à Domino; & neſciunt præparationem, quomodò ſcilicet ex electro minerale immaturo elici debeat lac virginis, & ſanguis leonis rubei, ſeu leonis viridis, & quomodo vniantur, & inuicem copulentur: etenim qui prædicta callent, vt dicebat præfatus bonus vir, ſcopum beniſſimè attingunt; & hæc eſt vna cauſa
10 propter quam qui ſtudēt huic arti, poſſent excuſari, ſi non attingunt metam, quam ſibi proponunt, altera tamen cauſa, in qua nullatenus valent excuſati, eſt, quia ſubtilioribus cogitationibus elati tractant ſublimia, & non recordantur, quod ad perficiendum id, quod natura reliquit imperfectum, debent imitari ipſam naturam, quæ, cũ ſit ſimplex, in ſimplicitate, & cum ſimplicitate ambular in ſuis operationibus; Vndè Sandiuogius *in tract. inſcripto Nouum lumen Chimicum in Aenigmate Philoſophico*, inquit: *Cùm multis Philoſophorum ſcripta ſe benè intelligere putantibus ſermonem contuli, ſed deprahendi illos eadem ſcripta longè ſubtilibus explicare, quàm natura, quæ ſimplex eſt, requirebat: imò omnia mea dicta veridica, ipſis ſemper alta ſapientibus videbantur nimium vilia, & incredibilia: aliquoties accidit, vt quibuſdam de verbo ad verbum artem inſinuarem, ſed nequaquam aſſequi poterant non credentes aquam in Mari noſtro eſſe, & tamen Philoſophi videri volebant. Cum ergò verba mea oretenus dicta non potuerint intelligere, non timeo, vt alij Philoſophi timuerunt, vt quis tàm facilè concipere poſsit.* Et *in præfatione ad tract. de Sulphure*, ait: *ſcias pro certo, quod natura ſimplicisſima eſt, nec delectatur niſi in ſimplicitate, & crede mihi, quidquid in natura nobilius eſt, eò etiam & facilius, ac ſimplicius, quoniam omnis veritas ſimplex eſt. Deus altiſsimus Conditor rerum nihil difficile poſuit in natura. Si vis igitur imitator eſſe naturæ tibi ſuadeo, vt in ſimplici via maneas naturæ, & omnia bona inuenies.* Hactenus Sandiuogius. Deſiſtant igitur à diſtiliationibus alliorum, & cæparum, & aliarum huiuſmodi rerum ineptarũ, quibus natura nullo modo vti poteſt ad fabricandum aurum, & diligentèr conſiderent, num propoſitum ſuum cum natura concordet, an ſit poſſibile ab exemplis diſcant apparentibus, ex quibus videlicet rebus quid fiat, quomodo; & in quali vaſe natura operetur, vt his verbis docet Sandiuogius *in nouo lumine tract. 1. in fine*, & non ſint obſtinati in eorum propoſito, & operatione, quia eueniet eis id, quod refert Gram. *in Conſt. Regni Neapol. Adulterinam n. 7.*
11 *tit. de cudent. falſam*; dicens tempore ſuo perſonas illuſtres dictam artem facientes diù, numquam ad metam perueniſſe, & quemdam Nobilem, Reuerendum Priorem Bari magno ære profuſo per multos continuos annos oleum, & operam conſumpſiſſe: & magnificum quemdam Triſtanum Regentem Magnæ Curiæ Vicariæ per multa tempora idem incaſſum proſequutum fuiſſe, non abſque graui impenſa, ſperans tamen propè diem applicare, & per prius deceſſiſſe: & ſubdit Gramm. *ibidem*, quod Triſtanum comitatus fuit Doctor Luſſianus, qui dum quampluribus cõtinuatis annis in vaſis vitreis, ac æneis cum ſuccis herbarum parciſſimè vitam ducens, totam eius ſubſtantiam conſumpſit, & decedens de anno 1552. non potuit cum funerali pompa abſque alterius ſuffragio ad ſepulchrum duci, & quod Franciſcus de Leo quondam Philoſophus eamdem perfidiam diu proſequutus; venditis domibus, & poſſeſſionibus, ac mobilibus omnibus ductus extrema ægeſtate ob hanc maledictam artem turpitèr obijt. Videant igitur quid faciant indicaſſe ſat eſt, prout facit etiam Boccalinus *in Secretaria Appollinis fol. 508. & meliùs fol. 519.*

Quæro quintò. An & quomodò ſint pu-
12 niendi nebulones, & impoſtores, qui ad extor-

extorquendas pecunias faciunt apparere
quid prò quò, & dum operantur apponunt
aurum bonum in vaſe,& illud pro auro Al-
chimico auidis, & inſipientibus vendunt,
vt in facto contigiſſe referunt, Petrus Ar-
lenſis *de ſympatia metallor. cap. 3.* & Michael.
Meierus *in examine Fucorum Pſeudochimico-
rum* qui 50. & amplius fraudes recenſet, &
remiſſiuè ad eum Morhoſl. *de metallor. tran-
ſmutatione fol. mihi* 84. & Verricell. *d. tract. 7.
quæſtion. 2. ſect. 9. num.* 68. alia plura refert
exempla *ibid. num. 77. & 78.* Dic quod ad-
hoc eſt Textus *in extrauag.* Ioannis Papæ
XXII. *ſpondent., tit. de crimine falſi.* Et ad for-
mam *d. Conſtit.* debent puniri, & etiam
acriùs iuxtà qualitatem furti; Vndè hic Bo-
noniæ, vt refert Scappa *de Iure non ſcripto
lib. 5. cap. 201. num. 10. & 11.* fuit vnus ex
iſtis nebulonibus pro truffis ab ipſo factis in
eadem Ciuitate condemnatus, vt in fronte
bullaretur, & niſi ille eſſet membris debili-
tans forſan fuiſſet condemnatus ad triremes
vt innuit Scappa *ibidem*, cuius verba ſunt:
*Memini excellentiſſimum D. Michaelem Ange-
lum Sorbelongum tunc Auditorem cauſarum cri-
minalium Ciuitatis, & Comitatus Bononiæ bul-
lare feciſſe in fronte quendam Regniculam alchi-
miſtam pro truffis ab ipſo factis in d. Ciuitate Bo-
noniæ, qui putabat, ex quo erat pauper, & mem-
bris debilitatus, vt liber dimitteretur carceribus:
nam pœna vltimi ſupplicij puniri non poterat, ad
triremes tamquam inhabilis transmitti non debe-
bat, & ad pecuniariam pœnam ſoluendam cogi
non poterat, & propterea his vtebatur verbis. Da-
nari non haggio, impendere non me puonno, pe ga-
lera non ſon buono:* & ipſe D. Auditor *pœ-
nam huiuſmodi homini condignam inuenit*. hacte-
nus Scappa, & eum refert Thoro *compend.
deciſ. parte prima verbo truffator fol. 559.* &
Iudices debent inuigilare, vt Prouinciam
expurgent talibus malis hominibus, vt vi-
dere eſt penès Coſpum *in Iudice criminaliſta
lib. 3. cap. 57. per tot.*

Eſſent hic tradendæ aliquæ regulæ ad di-
gnoſcendam veram Alchimiam à falſa, vt
13 in materia Aſtrologiæ fecit Laur. Matthęu
*de regim. Regni Valent. cap. 7. §. 3. num. 241.
& ſeqq.* Sed illas nòn poteſt tradere niſi is,
qui ſit adeptus: quis eſt hic? & quatenus
inueniatur nollet ſe manifeſtare ob pericu-
la, in quæ incidere poſſet, & etiam quià hęc
ſcientia, ſiuè ars, eſt multis odioſa, & com-
muniter reputatur vana; & ab hominibus
14 vanis exercitata. Ideò ſatis appoſitè Para-
celſus *loco cit. cap. 4.* ait loqui de his minimè
ſit opus, quod in irriſionem ab aliquibus aſ-
ſumi poſſet; vnde remitto lectorem, ad
profeſſores, & ſignanter ad Verricell. *dicto
tract. 7. de Alchimia ſect. 10. per totam*. Eſſent
tamen neceſſariæ Criminaliſtis, vt ſciſcitari
facilè poſſent modum operationis cuiuſuis,
vt benè aduertit in materia Aſtrologię Mat-
thæu *loc. cit. num. 257.* vide tamen Laudes
Alchimiæ penes Caſſan. *Catalog. Gloriæ
Mundi par. 12. conſiderat. 40.* & penès eun-
dem *in tract. de Conſuetud. Burgundiæ in proœmio
verſ. meſſire ferri num. 19. & 20. fol. 8.* & re-
miſſiuè ad eum Mar. Muta *ad capitula Regni
tomo primo cap. 10. num. 6. & 8.* vbi, vt dixi
*ſupra* ait, quod Apollo ex hoc plurimos
morbos ſanabat eo, quia fuit primus inuen-
tor naturarum herbarum, vnde fuit habi-
tus Deus a rudibus gentilibus.

Quærò ſexto. An in noſtris Bannimen-
tis compræhendantur illi, qui introducunt
monetam falſam per tranſitum? dic quod
non per regulam generalem, quod in qua-
15 libet prohibitione ſemper intelligitur ex-
ceptuatus tranſitus, vt eſt Text. *in leg. qui
mittuntur §. ſed etſi extra patriam ff. ex quibus
cauſ. maior. & in leg. ſi quis poſt hanc Cod. de
ædific. priuatis* ibi *quamuis per muros, imo etiam
per mediam Ciuitatem, transferri neceſſe ſit*, &
dicunt And. de Iſernia, Bartholom. de Ca-
pua, Io: And. *ad ſpeculat.* Anania, Anchar.
*locis relatis* à Rouito *pragm. 10. de extract. nu-
mer. 3.* & Alex. *conſ. 80. num. 2. & 3. lib. 4.*
Marſil. *conſ. 136. num. 19.* Ruyn. *conſ. 112.
num. 4. lib. 5.* Natta *conſ. 662. num. primo*
Cephal. *conſ. 539 nu. 81. & ſeq. lib. 4.* Claud.
ad Bertazol. *conſ. crim. 144.* Cornazzan. *de-
ciſ. lucenſ. 147. num. 9.* Ant. de Ballis *variar.
lib. 4. quæſt. 3. num. 12.* Boſſ. *tit. de fraud. vec-
tig. num. 4.* Soccin. *conſ. 74. col. fin.* Io: Ba-
ptiſta Thorus *in addition.* ad Io: Franc. de
Ponte *de Poteſtate Proreg. rub. de armis num. 3.*
Paul. de Caſtro *in l. cætera §. ſed ſi quis ad opus
num. 4. ff. de leg. primo.* & Ripa *de peſte tit. de
remed. ad conſeruand. vbertatem num. 115.* Et
16 in ſpecie, quod prohibita introductione
falſæ monetæ, non compræhendatur intro-
ductio facta per tranſitum, volunt D. Maſſin.
*de confiſc. bonorum quæſt. 18. nu. 68.* & Rouit.
*in rub. pragm. de extract. num. 11.* qui inſuper
17 addunt hoc eſſe verum, etiam ſi in Statuto,
ſeù Edicto fiat expreſſa prohibitio tranſitus,
quia adhuc tranſitus eſſet impunibilis, ex
18 quo Statutum, ſeù Edictum non valeret,
vt videtur velle etiam Gilian. *ad Statut. Pe-
ruſin. §. annona num. 18.* tùm quia charitati,
ciuilique rationi refragatur, vt ex And. de
Iſernia *rub. tit. quæ ſint regalia num. 5.* aduer-
tit Ant. Sola *ad conſtit. Sabaud. rub. de edict.
annona gloſ. 4. num. 11.* tùm quia iuri gen-
tium, ſeù potiùs Iuri naturæ repugnat vt
per Text. *in cap. optandum 23. quæſt. 2.* ait
Menoch. *conſ. 901. num. 6. & ſeq.* qui ad hoc
probandum Iura Naturalia, Ciuilia, Ca-
nonica, & Iuriſtarum, ac Theologorum
pluriùm auctoritates expendit.

Quatenus tamen velimus valere, quod
19 dicere tutius eſt vt ex Iacobo de Arena,
Cyn. & Ang. firmat Spada *conſ. crim. 66.
num. primo & ſeq. lib. primo*, debet tanquam
correctorium Iuris adhoc, vt minùs quàm
fieri poteſt, corrigat Ius commune, intelli-
gi, vt tranſitus ſit prohibitus, quotiès ſit,
20 & eſſe poſſit cum damno Ciuitatis, & Ci-
uium,

nium, vt aduertit Surd. *conſ.* 321. *per tot.*
Natta *conſ.* 661. *& dicto conſ.* 662. & Cæphal.
*d. conſ.* 530. verba enim generalia ciuilitèr
ſunt intelligenda, & prout ratio dictat, &
& non abuſiuè, vt pluribus Iuribus, & au-
ctoritatibus allegatis ait Natta *conſ.* 580. *nu-*
*mer.* 11. *lib.* 3. & qualitas præiudicialitatis,
21 ſeù damnificationis, ſatis eſt quod ſit pro-
22 babilis, puta quod moneta in Ciuitate ex-
pendi poſſit, ſiquidem expedit Superiori,
quod tunc nullo modo introducatur, quia
licèt introducens habeat animum, & inten-
tionem ex deſtinatione facta ad alium lo-
cum aſportare, nihilominus quia multa
poſſunt accidere, vt ipſemet oblata occaſio-
ne propoſitum mutet, & in Ciuitate mone-
tam eroget; ideò non eſt permittendum,
quod introducatur: at ſi moneta nullo mo-
do poteſt ibidem expendi, quia vſualis non
eſt, tunc introductio per ſimplicem tranſi-
tum non poteſt dici eſſe prohibita, quià
non ſolùm eſt abſque damno, ſed eſt etiam
abſque poſſibilitate damni.

At circa id quod dixi ſufficere quod qua-
litas præiudicialitatis, & damnificationis ſit
probabilis vrget in contrarium doctrina
23 Alex. *d. conſ.* 86. dicentis, quod Sal intro-
ductus per Ciuitatem Bononiæ ad alia lo-
ca, puta ad partes Lombardiæ vehendus,
non comprehendebatur in Banno ex eo,
quia non exonerabatur, *Ciuitatis enim*, in-
quit, *non intereſt, quod tranſeat, modo non*
*exoneretur*; & eo magis in contrarium vr-
get doctrina Elberti Leonini, qui loquens
in præciſis terminis introductionis monetæ
*in conſ.* 56. *num.* 7. & 8. dicit quod etiamſi
24 introductio monetæ exteræ fiat cum ani-
mo, & propoſito, & deſtinatione facta ad
locum prohibitum tanquam ad terminum,
adhuc euitabit pœnam introducens, ſi ab
vſu, & ab expoſitione abſtineat, non ſo-
lùm quià diuerſus eſt actus tranſmiſſionis,
& poſſeſſionis ab actu erogationis, ſed etiã
25 quia, dum Edictum diſponit per verbum
*aſportauerit*, requirit applicationem quan-
dam rei illatæ ad vſum.

Verùm ex hoc non recedo, nec puto
eſſe de Iure recedendum à dicta diſtinctione
26 quia, parcat mihi Alex. non eſt tutum aſ-
ſerere, quod non interſit Ciuitati, quod
introducatur Sal, dummodò non exonere-
tur, ſufficit enim, quod poſſit exonerari,
& remanere in Ciuitate, ſeù Comitatu ad
hoc, vt eius interſit, nè vllo modo, nec
per tranſitum, introducatur; ſiquidem Prin-
27 ceps debet præoccurrere, vt in ſimili benè
aduertit Spada *d. conſ.* 66. *num.* 3. *verſ. tertiò*
*iſte caſus*, nam meliùs eſt, rem intactam re-
linquere, quam poſt vulneratam cauſam
remedium quærere, *vulgatis iuribus*. Do-
ctrina verò Leonini poteſt habere locum
in caſu, quo Statutum prohiberet introdu-
ctionem, ſeù, vt ipſe ait, aſportationem
monetæ, & nihil diſponeret de tranſitu,
tunc ex vi, & qualitate verbi *aſportare*, poſ-
ſet ex non vſu, & ex non erogatione mone-
tæ ceſſare pœna, & hoc ex mente Statuen-
tium, qui in edicto vti voluerunt, *verbo*,
quod vſum, & erogationem de ſui natura,
& proprietate importabat. Sed iuxta meam
paucam capacitatem, Leonini doctrina
poteſt excuſare controuenientem à tanto,
28 ſed non à toto, quia pœnitentia in delictis
nũquam in totum excuſat, vt innuit Farin.
*conſ.* 60. *n.* 72. & propterea non placet indi-
ſtinctè opinio Paſqualigi *in addit.* ad Laur.
de Franch. *controu. inter Epiſcop. & Regul. in*
*tit. de monetarijs num.* 1381. dicentis non in-
cidere in pœnam Conſtitutionis Vrbani
VIII. *la* 75. qui monetam ab habente facul-
tatem cuſſam, ſed ob aliquod vitium repro-
batam, introducit ad effectum aſportandi ad
locum, vbi valet, & expenditur, quia
prohibitio procedit de monetis adulteratis
per priuatas perſonas, quæ à nullo Princi-
pe autorizatæ ſunt. Nam ſi moneta hæc
currit, & expendi poteſt in loco, in quo eſt
in tranſitu, res non caret maxima difficul-
tate, & ſi introducens ſciat vitium mone-
tæ, poteſt ex cauſa dictę introductionis pu-
niri ob rationem ſupradictam; quia poteſt
introducens mutatò propoſitũ aliò transfe-
rendi eam, imò præſumptio eſt quod eam
velit ibidẽ expẽdere, & per conſequens non
poteſt pœnam ſaltem arbitrariam effugere.

Dices qui tranſit cum armis, puta
piſtolis, ex quo delatio armorum eſt prohi-
bita de Iure communi, vt *infra ſuo loco* oſtẽ-
dam, debet etiam pro ſimplici tranſitu pu-
niri vt eſt Text. *in* §. *ſi quis ruſticus tit. de pace*
*tenenda in feud. & in auth. de armis* Gloſa *in*
*rub. C. de fabricenſ. lib.* 11. Barr. *in l. prima in*
*princ. ff. de vi publ.* Bald. *in d.* §. *ſi quis Ruſti-*
*cus*; & eſt communis ſecundùm Corradum
*in templ. omni. Iudic. lib. primo cap. primo* §. 4.
*verbo arma prohibet deferri num.* 5. *verſ.* 2. *li-*
*mitatur*, & Bouadill. qui hos refert *in politi-*
*ca lib. primo cap.* 13. *num.* 68. *lit. K.*

Item qui tranſit cum re furata debet pu-
niri iuxta opinionem Bart. *in leg. ſi Domi-*
*nium num.* 2. *ff. de furt.* Caſtren. Angel. Boer.
Foller. Capic. Viu. Caball. Carleuall. *Ver-*
migl. & alij relati a Conciol. *verbo furtum*
*reſol.* 8. *num. primo* etiamſi fur non traxerit
moram, vt ex Capic. & Caball. dicit Con-
ciol. *ibid. num.* 5.

Item raptor pertranſiens cum Puella ra-
pta poteſt capi, & puniri iuxta Text. *in leg.*
*vnica C. de raptu Virgin.*

Ergò qui tranſit cum moneta falſa ſiuè
ſit expendibilis, ſiuè non debet & ipſe pu-
niri in loco, per quem cum illa pertranſit,
cum moneta falſa ſit de illis rebus, quæ de
Iure vbique prohibentur.

Sed reſpondetur quod non eſt par ratio;
ſaltem ex eo, quia cum armis quis etiam
in loco tranſitus poteſt vulnerare, & occi-
dere, & cum re furata poteſt ciues, ſeù in-
colas

colas decipere vendendo, emens enim tenetur rem furatam Domino reſtituere non refuſo pretio, vt dicam *infra in tit. de furtis*: & tranſiens cum Puella rapta poteſt, dum traſit delinquere in loco tranſitus eam deflorando, & carnalitèr cognoſcendo.

At trauſiens cum moneta falſa non expendibili in loco tranſitus nullo modo poteſt delinquere, & Ciues decipere, & quamuis poſſit eam dare Campſori, ſeù Mercatori prò minori prætio, vt eam transmittat ad locum, vbi expenditur, nihilominus non attenditur hoc, vt benè conſiderat Alex. *in d. §. qui reprobos, & in d. conſ.* 104. *n. 3. verſ. nec obſtat* tum quia ad hoc vt pecunia dicatur vſualis populo, non ſufficit, quod vnus de populo, proùt eſt Campſor, acceptet eam, quia lex adaptatur ad id, quod frequentiùs accidit, *cap. quia ſæpè de reſtit. ſpoliat. cap. de ſiracuſanè* 28. *diſtinct.* cum alijs iuribus allegatis ab Alex. *ibid.* tùm quia, dum Campſor eam accipit prò minori prætio, non poteſt dici deceptus. Tùm demum quia caſus Mercatoris non poteſt trahi addecisionem caſus, de quo agitur, quia Mercatoribus non eſt prohibitum monetas in aliqua regione non expendibiles, aut ab vſu communi reprobatas, eaſdem in alias transmittere Regiones, vbi recipiuntur, & maioris quoq; æſtimationis haberi ſolent, vti latiſſimè habetur apud Pariſ. *conſ.* 169. *num.* 30. *vol.* 4. Titaquel. *de retractu lignagier.* §. 1. *gloſ.* 20. *n.* 14. Azeued. *lib.* 8. *recopil. tit.* 17. *leg.* 5. *n.* 50. D. Mantius *conſult.* 281. *n.* 44. *tom.* 3. præcipuè ſi ideò retinentur, aut fuerunt eo intuitu comparatæ, vt ad Barbaros, & Sacroſanctæ Chriſtianæ fidei inimicos transferantur, vt latè Mænoch. *conſ.* 1208. *n. 9. &* 15. & Paſqualigo ad Laur. de Franch. *controu. inter Epiſc. & Regul. tit. de Monetarijs n.* 1274. & D. Manſius *loc. cit. n.* 45.

Cæterum & iſte, qui tranſit cum moneta falſa non expendibili non poteſt dici, quod non puniatur, quia licèt nullomodo ſit ſubiectus iuriſdictioni, poterit carcerari in loco tranſitus ad hoc, vt interrogetur, & poſſit ab eo ſciri, an in Ditione percuſſerit, vt fieri, & practicari contra inuentores Theſauri refert Horat. Montan. *de Regalib. §. & dimidium Theſauri num.* 4. vbi ait, quod & ſi in Regno Neapolitano extet conſtitutio prohibens moleſtari eos, qui theſaurum inueniunt in proprio fundo, nihilominus Fiſcales rigoroſiſſimè procedunt carcerando, & torquendo inuentores, & ſequeſtrando pecunias inuentas, & ſubdit, *quod hæc praxis fundatur ſuper iuribus fiſci in illis caſibus, quibus theſauri vel eorum pars ad Fiſcum ſpectant: puta inquirit fiſcus num ſint venæ, ſeu fodinæ auri, & argenti, an verò theſaurus pecuniæ cuſſæ, aut auri, & argenti purgati, nam ſi ſint fodinæ ſunt fiſci ſecundum vnam opinionem, vel in locis priuatorum habet decimam fiſcus: quod ſi eſt theſaurus pecuniæ, auri, & argenti purgati inquiret fiſcus, num magica arte, vel ſceleratis ſacrificijs inuentus ſit, quia iſto caſu erit fiſci; item num in ſolo fiſcali, vel publico inuentus ſit, an verò in loco priuati. Et interim inquiſitione pendente theſaurus ponitur in tuto ſequeſtro, pariterque arreſtatur inuentor, vt interrogetur ſuper informatione formanda circa prædicta, & hoc modo defendi poteſt praxis fiſcalium incarcerando ſuſpectos de inuentione theſauri, non autem in torquendo, niſi concurrat intereſſe fiſci, puta ſi ſint inditia ſuper inuentione theſauri arte magica, & ſceleratis ſacrificijs, vel quod inuentus ſit theſaurus in loco publico, ſiquidem his caſibus prudens Iudex rimatis, ponderatiſque inditijs torquebit Peregrin. de Iure fiſci lib. 4. tit. 2. num.* 9. Hactenus Montanus: Eodem igitur modo, & ex eiſdem cauſis ſuſtinebitur captura in caſu, de quo agitur, prout fuit practicatum in caſu relato à D. Manſio *in d. conſult.* 281. *ibi inuentus cum moneta fuit carceribus mancipatus, & conſtito de eius innocentia, quoad cuſſionem fuit relaxatus, ſed moneta fuit retenta ad hoc vt diſcuteretur, an eſſet confiſcanda &c.* & ita fuit etiam practicatū in caſu relato à Rouito *in d. prag.* 10. *de extractionibus*, vbi inuētus cū moneta, per tranſitum introducta, fuit incarceratus, & ex gratia fuit diſcuſſa cauſa excarceratus, & eidem reſtituta pecunia intercepta, & tamē illa pecunia, quod eſt plus, nō erat falſa.

Dixi ſi non ſit ſubiectus iuriſdictioni, nam ſubiectus poſſet ratione delicti alibi commiſi etiam puniri à Iudice originis, vel domicilij, vt dixi *ſuprà* pluribus allegatis Doctoribus, quibus addendus eſt Theſau. *deciſ.* 90. *num.* 2. & in terminis monetæ falſæ Rouit. *pragm.* 1. *num.* 15. *de monetis*, in pœnam tamen extraordinariam, vt ſubdit Rouit *ibid.* vbi ex Villadieg. *lib.* 7. *foro iudic. tit.* 6. *leg.* 2. *num.* 6. dicit, quod qui nomine alterius, quàm ſui Principis, & qui in alieno territorio effecerit, & qui monetam, & eſt caſus noſter, reprobam, quæ non poſſet expendi, aut viliſſimi prætij fabricauerit, & qui tentauit, & non perfecit, & ratione minoris ætatis 14. annorum pœnam ordinariam euitabunt.

Quæro ſeptimò; An compræhendantur
in his Bannimentis hi, qui introducunt mo-
netam nouam ad ſimilitudinem monetæ al-
terius Principis, & cum inferiori liga cuſſam
ab habente ius monetandi, & monetam
cudendi? dic quod reſolutio huius quæſtio-
nis pendet à reſolutione articuli an talis
moneta dicatur falſa, & ipſe cudens delin-
quat: & in hoc reſolutiuè dicendum quod
non, quia talis moneta ſi habeat aliquam
licèt minimam differentiam, dicitur potius
noua, quàm falſa, nam non ſolùm ad libi-
28 tum poſſunt efficere, & mutare monetam
in eorum Principatu, qui habent ius cuden-
di, vt ex Bald. Afflict. Mynſing. Peregrin.
Calyc. & alijs firmat Io: Baptiſta Gargiarea
*milit. dec.* 1. *n.* 89. ſed dictæ nouæ monetæ poſ-
29 ſunt ligam quamcumque apponere, & præ-
finire,

finire, vt ex Maſtrill. & Tholoſan. ſubdit
Gargiarea *loc. cit. num.* 90. propterea nec ex
forma, & nec ex materia talis moneta po-
teſt dici, & reputari falſa, vt concludit Gar-
giarea *ibidem*. & poſt hæc ſcripta D. Man-
ſius *d. conſult.* 281. *per totum*, & ſignanter *nu-
mero* 28. *verſ. ſed hic eſt res eſt clarior, & ſeqq.*

30 Nec falſitas poteſt deduci ex ſimilitudi-
ne, quam habet ad monetam alterius Prin-
cipis, quia cum quælibet etiam minima
31 differentia viſibilis, ſufficiat ad conſtituen-
dam diuerſitatem formæ monetarum, vt
benè perpendit Giargiarea *d. deciſ.* 1. *num.* 93.
*&* 97. hæc minima differentia facit, quod
moneta ſit noua, quāuis eędem imagines, &
inſcriptiones monetę alterius Principis ſint
32 impreſsæ, vt in terminis terminantibus de
monetis Chiorum, & Ianuenſium impreſſis
ad ſimilitudinem aureorũ Venetorũ, adeo-
ut in multis difficilè erat Venetũ à Chiorũ,
& Ianuenſiũ diſcernere, cũ multi Chiorũ e-
33 tiã Diui Marci inſcriptionē haberent, dicunt
Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 23. *n.* 21. Gibal-
lin. *de vniuerſa rerum humanarum negotiatione
tom. primo par.* 2. *cap.* 4. *artic.* 15. *nu.* 5. *& ſeqq.*
D. Manſius *loc. cit. num.* 32, & Gargiarea
*loc. cit. num.* 94. *& ſeqq.* qui *verſ. ſeptima con-
cluſio* ſubdit hoc eſſe conſuetum fieri in
multis Siclis in quibus monetæ nouæ ſunt
fabricatæ deterioris ligæ ad generalem imi-
tationem aliarum monetarum, quæ ſunt
ligæ probioris, & admittuntur, quia ſunt
nouæ monetæ, & non ſunt factæ ad omni-
modam, totatem, & præciſam imitationem,
& refert exemplum dictæ monetæ Chiorũ;
34 exemplum monetæ cuſſæ in Sicla Mantuæ
ad ſimilitudinem monetæ melioris ligæ nũ-
cupatæ *Reale di Spagna*, exemplum monetæ
cuſſæ in Sicla Treianæ ad ſimilitudinem
monetæ Ferrarien. melioris ligæ nuncupa-
tæ Giorgino, exemplum monetæ cuſſæ in
Sicla Boſſoli ad ſimilitudinem monetę Mu-
tinenſis nuncupatę, *Bagiana*; exemplum
monetę cuſſę in Sicla Maſſerani ad ſimilitu-
dinem monetę Bononien. nuncupatę, *Bian-
co*, & aliud exemplũ monetę cuſſę in Sicla
Mãtuę ad ſimilitudinē Iuliorum Florentię,
& ego addo exēplum monetę cuſsę in Sicla
Ianuę ad ſimilituſiinem Zecchini Veneti,
de quo facit mentionem Decian. *loc. citat.*

35 Imò ceſſat falſitas, etiamſi cuſſę ſint ad
totalem, & pręciſam imitationem, ete-
nim non deficiunt Doctores, qui firmant
cuſſionem monetę bonę ligę, & iuſti ponde-
ris factę ad totalem imitationem alterius eſ-
ſe impunibilem, ſi fiat ab eo, qui habet po-
teſtatem, & ius monetam cudendi, inter
quos Farin. *quaſt.* 115. *num.* 68. Io: Andr. *in
gloſa marginali in cap. quanto de Iureiur.* ibi:
*Nam dummodo non falſetur moneta, nec alteri
præiudicetur, non refert, an cudatur ſub nomine
Patris, vel Filij, vel quæ figura ponatur*, & ſe-
quuntur *ibidem* Hoſtien. *num.* 1. Ant. de
Butr. *num.* 18. Alex. de Neuo *num.* 51. ibi:
*habens auctoritatem poteſt facere cudi monetam
ſub nomine alterius, ſi vult; nec ex hoc dicitur
moneta eſſe falſa*, & Garg. *loc. cit. n.* 88. ibi: *proce-
dit, quando fit imitatio, ſed nõ ſub deteriori mate-
ria*, & hoc idem dicit Guidopap. *loco rel.* à D.
Manſio, qui eum, & alios refert, & ſequitur
*d. num.* 32. & huius aſſertionis ratio eſt, quia
nihil præiudicat vſui, & negociationi, quod
moneta, dummodò ſit iuſtæ bonitatis, ſit
excuſſa ab vno, vel ab altero habente ius
cudendi. Sufficit enim ad hunc effectum,
quod moneta ſit perfecta in ære, & in pon-
dere, & defectus extrinſecus, quoad formã,
& in cauſa efficiente, dum concurrit Iuſtitia
in materia, & in pondere, non debet atten-
di iuxtà doctrinam Muſcatelli *tit. de falſa
moneta num.* 10. & Decian. *tract. crim. lib.* 7.
*cap.* 23. *in fine*, ibi: *Qui probam cudit monetam
nil falſitatis committit, vt ille, qui adulterinam
& improbam monetam conficit reſpectu materiæ*;
& hoc idem volunt Montanus *de regalibus
§. moneta num.* 2. Gibalin. *de vniuerſ. rer. hu-
man. negotiat. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 4. *art.* 15. *nu-
mer.* 5. *& ſeqq.* & D. Manſius *conſult.* 281. *nu-
mer.* 32. dicens, quòd cum verè reperitur
eiuſdem probitatis, ipſam quoque in ſua
Sicla cũ alterius externi Principis ſigno, &
forma percutere negari non ei poterit hac
præcipua ratione, vt ipſe ſubdit, quia poteſt
Princeps imitari meliores monetas, *quæ in*
alterius Principis Ditione feriũtur, nec vllũ
damnum illi Principi tunc, cũ bona mone-
ta cuditur, infertur, nam potius adeò bonæ
monetæ copia maior illius Principis com-
mendationē augebit, & gloriam: & hoc ipſe
D. Manſius replicat *ibidem nu.* 34. dicens quod
nulli Principi infertur iniuria: non Principi,
cuius typũ expreſſit, quia Princeps ille ha-
bet quidem ius percutiēdi in ſuo Dominio
monetam, vndè intra illius fines nemo ſi-
bi ius illud vſurpare poteſt: extra verò ſui
Principatus terminos impedire non valet ſi-
bi non ſubditum, & ius huiuſmodi cudendę
monetæ poſſidentem, quin nummos ſimi-
les, eiuſdemque formæ cudat, & in alias
Prouincias immittat, & cum moneta bo-
na ſit nullum pariter damnum ſenſit Prin-
ceps ille, ſed gloriam potius, & quatenus
ſentiret, ius non habet impediendi percuſ-
ſionem, quæ in alio Principatu fit, nec mi-
nus plectendi, qui eam cudunt: nulla
pariter iniuria, aut damnum inferri dici-
tur Principi, in cuius Statum attulit, quia
cum moneta ſit bona, & ab habente facul-
tatem cuſſa, & huius monetæ vſum in ſuo
Dominio permittat, nil ſua intereſt, vbi
nam nummi cuſſi, & ſignati extiterint, dũ-
modò probi, & legitimi fuerint.

Et quamuis Alij, inter quos Aloyſius de
Leo *in rub. C. de falſa moneta num.* 7. coercen-
dam talem cuſſionem actione iniuriarum,
& alij inter quos Carpzouius *tract. crimin.
par.* 1. *quaſt.* 43. *num.* 27. *& ſeqq.* pœna ſim-
plicis falſi, non læſæ maieſtatis ſubiectam
eſſe exiſtiment, quod pluribus citatis vult

etiam

etiam Paſquallgo ad Laur. de Franchis *contrau. inter Epiſc. Epiſc. Regul. tit. de monetar. num.* 1314. *ſeq.* & pœna arbitraria puniendam dicat Baldaxar. Conradus Zahnnius *de mendacijs lib.* 2. *cap.* 62. *num.* 4. *in fine*.

Nihilominus prima opinio videtur verior, & ſolidis fundamentis innixa, & ſaltē in iudicando tenenda, quia vbi opiniones
39 Doctorum ſunt inter ſe contrariæ, præferenda eſt, quæ eſt excluſiua delicti, Farinac. *quæſt.* 85. *num.* 19. Gargiarea *d. deciſ.* 1. *num.* 119. & quæ habet pro ſe conſuetudinem, vt ait Fagnan. *in cap. ne imitaris num.* 21. *de Conſtit.* ſi quidem conſuetudo reddit illam probabilem, & tamquam talis, licèt Doctores dictam opinionem tenentes malè intelligant conſtitutionem, excuſat à pœna, vt dicit idem Fagnan. *in cap. ſuper ſpecula nu.* 6. *ne Cleric. vel Monach.* Sed vt verum fateat, longè melior, & tutior eſt ratio, quam adduxi ſupra, nempè quia cum quælibet minima differentia cognoſcibilis à Peritis, vt euenit in monetâ, de qua D. Manſius, quæ miſſa Venetias fuit à peritis Operarijs in illa Sicla recognita pro moneta alibi cuſſa, faciat vnam ab alia moneta differre, tunc moneta dicitur moneta noua, & non falſa: & ſic Princeps, cuius ſignum imitatur nullam, nec iniuriarum, poteſt actionem prætendere, vt de ſe patet.

In omnem caſum cum bannimenta noſtra non compræhendant hunc caſum, nec reſpectu ad ipſum cudentem, & monetam
40 fabricantem, tum quia bannimenta de hoc caſu ſpecialitèr, & præcisè non diſponunt, prout de neceſſe diſponere ſpecialiter debēt ad hoc, vt caſum iſtum compræhendant, quia non eſt par ratio inter vnum caſum, & alium; etenim qui ſine iure monetandi alienum ſignum vſurpat, committit duos exceſſus, vſurpat enim ius monetandi, & ſignum alterius violat: is verò, qui habet auctoritatem monetandi, vnum ſolum exceſſum, vtento alieno ſigno, committit, & idcò hunc caſum, vt dixi non compræhendunt.

41 Tùm quia caſus ſecundus poteſt dici caſus mixtus, qui non comprehenditur in ſimplici ſecundùm Farinac. *in fragment. verbo mixtum nu.* 226. Vermigl. *conſ.* 342. *n.* 12.

Tùm quia caſus ſecundus eſt diuerſus à primo tàm ratione delicti, quàm ratione pœnæ, concurrente enim rationis diuerſitate ius diuerſum ſtatui debet, quia non poteſt eadem eſſe pœna, quando maius delictum eſt in vno caſu, quàm in alio, vt per Textum *in l. fin. ff. de calumniat.* Bald. *in l. cum proponas num.* 12. *C. de nautico fœnore* dicit Vermigliol. *conſ. crim.* 342. *num.* 13. *&* *conſ.* 400. *num.* 5. & in terminis falſæ monetæ Gargiarea *loc. cit. num.* 115. *verſ. nec de iure*, & Paſqualigo *loco pariter citato num.* 1356. & ideò ſuccedit concluſio, quod ſtatutum
42 exorbitans à Iure communi, vbi poteſt habere locum in vno caſu, non extenditur ad alium, quamuis ſimilem, vt minùs, quàm ſit poſſibile, corrigat Ius Commune, quamuis vtatur verbis vniuerſalibus, vt per Rotam *deciſ.* 475. *par.* 1. *diuerſor.* dicit Vermigl. *conſ. crim.* 115. *num.* 8.

43 Tùm demum quia vbi Statutum loquitur per dictionem vniuerſalem, puta ſi quis fabricauerit aliquam monetam falſam, vel ſi quis fabricauerit falſam monetam cuiuſcumque generis, reſtringitur ad habiles in tantùm, vt Statutum non puniat falſificantem monetam alienam, & Principis exteri, vt volunt Alex. *conſ.* 104. *num.* 6. *lib.* 1. & Gargiarea *d. deciſ.* 1. *num.* 115. *verſic. non ob-*
44 *ſtant*, vbi verò Statutum loquitur cum dictione implicatiua cum ſigno vniuerſali ampliatiuo, verbi gratia ſi quis fabricauerit talem monetam falſam, vel aliam quamuis, tunc, quia Statutum non vtitur ſimplici verbo vniuerſali, non reſtringitur ad habiles, & comprehendit etiam monetam alienam, & Principis exteri, vt dicunt præfati Doctores, proindè cum bannimenta non vtantur dictione vniuerſali implicatiuè, & ampliatiuè, debent reſtringi ad monetam cuſſam ab eo, qui nullam habet facultatem monetam cudendi.

Vndè omnibus his pōderatis concludēdū eſt, quod introducens talem monetam non dicitur incluſus in bannimentis, vel quia talis moneta non eſt falſa, vel quia non eſt in bannimentali prohibitione incluſa.

Infertur hinc quod retinēs, ſeu expendēs talem monetam nō dicitur retinere, ſeu expendere monetā falsā, aut contra leges cuſſam, vt benè aduertit D. Manſius *d. conſult.* 281. *num.* 32. cum vt ipſe ait diſputatio ſit de retinente, aut expendente monetam aliquo reſpectu falſam, non autem & tam cudentis, quàm etiam ipſius monetæ cuſſę, & omni alio reſpectū, & ratione veram, & bonam: & quatenus poſſet de hoc dubitari in terminis Iuris Communis, procederet ſolùm, quando nulla poſſet aſſignari differentia inter monetas, & introducens, ſeu retinens, ſeu expendens, eſſet ſciens vitij monetæ, propterea D. Manſius *loc. ſupra citato* clientem ſuum etiam ex hoc motiuo ignorantię defendit, vt videre eſt penes eum in dicta conſultatione *num.* 32.

## Chi per incetta, ò doloſamente introduceſſe moneta toſa.

Verbum *incettare* videtur incognitū fuiſ-
45 ſe noſtris Veteribus, & puto, quod idem ſonet, ac monopolium facere, nempè reducere penès vnam perſonam aliquam ſpeciem rerum vſui viuentium neceſſariam ad faciendum lucrum ex illius chariori venditione, vt de monopolio exemplificat Azeued. *lib.* 8. *recopil. tit.* 14. *lege* 4. *num.* 1. *& ſeqq.* & alij, quos retuli *infra in cap.* 16. *de vſuris* §. 20.

§. 20. veriùs tamen eſt, quod dictum verbum *hic* ſignificat negociationem inſtituere ſuper monetis, prout facere ſolent aliqui, qui accipiunt, & colligunt monetas tonſas, & diminutas ſuppleto pretio ad quantitatem iuſti ponderis, & eas deindè incautis erogant, vel tranſmittunt ad loca, in quibus ex tollerantia Superiorum monetæ licèt tonſæ, & diminutæ currunt, & expenduntur, ac ſi eſſent iuſti ponderis, & ſic vtroque modo lucrantur: & iſta negociatio eſt hic prohibita ſub pœna triremium per quinquennium, & amiſſionis pecuniarum, & quidem benè, quia cum monetæ deteriores aliò tranſmittuntur damnificatur Communitas, quæ oneratur moneta
46 deteriori contra finem negociationis, quæ introducta eſt ob communem vtilitatem, vt in ſimili aduertit Laur. de Franch. ſeu Paſqualigo *in add.* ad eum *controuerſ. inter Epiſc. & Renul. tit. de Monetarijs num.* 1340. *& ſeqq.* vbi plures quæſtiones notabiles in hac materia diſcutit; dum verò erogantur in loco abſque refuſione ſupplementi ad valorem, & pondus iuſtum, damnificantur particulares, quod non eſt ferendum, vt aduertit Ant. Faber. *C. de falſa moneta definit.* 2. *in fin.* qui *ibid. nu.* 8. ait, quod hoc eſt veluti com-
47 mercium quoddam falſitatis, & improbitatis, quale eſſe nullum debet, cum non li-
48 ceat ementibus, & vendentibus ſe inuicem
49 decipere in ſubſtantia rei, ſed tantùm in pretio *l. alioquin* §. 2. *& l. ſeq. ff. de contrah. empt. & l. ſi cum aurum ff. de ſolut.*

Sed an verbum hoc contradiſtinguatur in Textu noſtro à verbo ſequenti, *doloſamente*? videtur, quòd ſint duo termini inter ſe diſtincti, quia qui introducit monetam tonſam per *incettam*, facit principaliter ad ſe locupletandum cum alterius iactura, nam
50 cum moneta ſit quædam communis menſura commerciorum, vt inquit Nouar. *in pragm. de monetis coll.* 1. *num.* 1. & latius Ariſtoteles *lib.* 1. *politicor. cap.* 6. & Vincent. Caſtellanus *de Officio Regis lib.* 3. *cap.* 29. Larrea Granaten. *decif.* 12. *num.* 5. & eſt Text. *in l.* 1. *ff. de contrah. empt.* quotiès qui monetam diminutam erogat, decipit contrahentem, & cum illius iactura locupletatur, vt aduertunt Caſtellanus *vbi ſupra*, & Larrea *d. deciſ.* 12. *n.* 39. & meliùs Franc. Marci *deciſ.* 264. *num.* 1. *& deciſ.* 265. *num.* 1. *tom.* 2. qui verò monetam tonſam, & diminutam dolosè introducit, videtur id facere principaliter ad damnificandum Statum Principis, vel ad deteriorandam conditionem Mercatoris cõtrahentis, aliàs enim nulla daretur differentia inter vnum caſum, & alterum, & vnum ex dictis verbis ſtaret otioſum, quod non eſt dicendum, maximè conſiderata natura dictionis, aut, in textu po-
51 ſitæ, quæ dicitur eſſe ampliatiua diuerſorum caſuum, vt per *l. hac verba ille ff. de verb. ſignif. & l. quintus ff. de auro, & argen. leg. & cap. inter cæteras de reſcriptis*, & Decian. *conſ.* 42. *num.* 10. *lib.* 1. vult. Vermigliol. *conſ. crim.* 437. *num.* 8.

Verum crederem, tutiùs eſſe dicere, quod verba ſint ſynonima, vel quod verbum *doloſamente* ſignificet idem, ac *ſtudioſè, & occultè*: verbum verò per *incetta*, denotet mercaturam publicè, & palam factam emendo vilius, & vendendo, ſeù monetam exitando, & ſpendendo carius de quo Faber *C. de falſa moneta diff.* 2. & poſt eum Nouar. *pragm.* 11. *de monet. coll.* 3. *num.* 9. etenim legislatores, & ſtatuentes non cenſentur cogitaſſe de caſibus rariſſimè contingentibus *vulgatis iuribus*, & ſic non cenſetur quod D. Cardinalis excogitauerit caſum introductionis monetæ tonſæ ad damnificandum ſtatum Ciuitatis, & legationis.

Addo hac occaſione his, quæ dixi *ſupra in*
52 §. 1. quod moneta diminuta de iuſta, & debita quantitate ponderis, dicitur falſa Franc. Marci *deciſ.* 261. *par.* 2 Nouar. *pragm. de monetis* 2. *coll.* 3. *num.* 2. & Azeued. *recopil. lib.* 8. *tit.* 17. *leg.* 5. *num.* 7. *&* 8. nam ſicut
53 monetæ perfectio conſiſtit in tribus in materia ſcilicet, pondere, & forma, ità eius violatio, & falſitas tribus modis committi poteſt videlicet in materia, forma, & pondere, vt dicit Azeuendo, ſubdens quod materia conſideratur quoad valorem, forma quoad autoritatem, pondus quoad vſum, & conſequenter tribus modis falſum in moneta committitur, materiam currumpendo; auctoritate, ſeù ſigno abutendo; & pondus minuendo; vide Franc. Marci, qui *in fi-*
54 *ne* dat etiam modum benè formandi proceſſum in hac materia faldtatis monetæ commiſſæ per publicos Zeccherios.

# Cap. V. §. VI. ad VIII.

§. 6. Qualunque ſcientemente ſpenderà moneta falſa ſarà punito ad arbitrio di S. Signoria Illuſtriſſima.

§. 7. Auuertendo, che quello, che ſpenderà ſimil ſorte di moneta falſa, ò la terrà in Caſa, ò adoſſo ſi hauerà per inditiato etiam d'eſſere ſtato fabricatore, mentre non verificherà la perſona, ò luogo, doue hauerà hauuta tale moneta, e ciò conſiderata la qualità della perſona ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima.

§. 8. E chi manifeſtarà li delinquenti prima che il fatto ſia in altro modo venuto à notitia della Corte, ſe

ſarà

ſarà complice, ò partecipe, purche non ſia il principale, conſeguirà l'impunità

*SVMMARIVM.*

1 *Scientia debet probari per Curiam, maximè quando lex requirit ſcientiam.*
2 *Sufficit tamen, quod probetur per coniecturas.*
3 *Indicium ad torturam oritur ex reperitione falſa moneta penes aliquem.*
4 *Fallit in eo, qui dat, & probat autorem.*
5 *Fallit in homine bona fama.*
6 *Fama bona de facili probatur.*
7 *Expendens monetam falſam ſcienter, ſi det autorem excuſatur.*
8 *Contrarium.*
*Explica vt num. 9.*
10 *Qui occultat delinquentes in crimine falſa moneta, & non reuelat, dicitur fauere delinquenti.*
11 *Moneta falſa in crimine quilibet tenetur accuſare.*
12 *Contrarium.*
13 *Imò præmio quiſque allicitur ad accuſandum.*
14 *Præmio ad operandum alliciuntur etiam qui habent obligationem operandi.*
*Birruarij capientes bannitos, vel arma ferentes præmiantur ibid.*

Qualunque ſcientemente ſpendera.

VIde quæ dicta ſunt *ſupra in hoc cap. §. 1. num. 17. & ſeqq. & num. 102. & 132.*
1 addo quod ſcientia debet probari per Curiam, vt ex Grat. Decian. Baiard. & Farin. dicit Conciolus *verbo Moneta reſolut. 3. num. 8.* & ex Caballo D. Manſius *conſult. 281. num. 36. tom. 3.* maximè cùm per Bannimenta expreſsè requiratur ſcientia, vt ex Maſſin. & Vermigl. firmat idem Conciol. *loc. cit. num. 7.* & in terminis Bullæ Vrbani Octaui Paſqualigo ad Laur. de Franch. *controu. inter Epiſc. & Regul. tit. de monetar. n. 1288.*
Sed an ſcientia in terminis huius Banni-
2 menti ſufficiat, quod probetur per coniecturas? Puto affirmatiuè reſpondendum iuxta doctrinam Seraph. Menoch. Decian. Farin. relat. à Conciol. *loc. cit. num. 9.* qui dicit, quod dubitans in iſto caſu habetur pro ſciente, quia ex quo dubitat tenetur inueſtigare, & ex quo ſi inueſtigaret de facili ſciuiſſet, habetur pro ſciente, vt ex Surdo *deciſ. 265. num. 47. & 62.* inquir Nouar. *pragmat. 2. collect. 3. num. 15. tit. de monetis*, & abſque vlla difficultate pro ſciente habetur Campſor, vel aliter Peritus, & is, qui depræhenſus voluit monetam proijcere, vt poſt alios exemplificat Conciol. *d. reſol. 3. num. 9. & ſeqq.* Nouar. tamen *d. pragm. 2. de monetis collect. 3. d. num. 15. in fine* ait, quod iſto caſu non procederet cum rigore, eo quod audiuit in facti contingentia per M. C. V. non fuiſſe proceſſum cum rigore.

S' hauerà per inditiato etiam d'eſſere ſtato il fabricatore.

Vide quæ dixi ſupra *verſic. quintus modus*
3 *num. 21. & ſeqq.* Oriri inditium ad torturam, quando penès aliquem, vel in eius domo reperitur falſa moneta, vel reperiuntur inſtrumenta ad illam cudendam, ſeù tonſurandam firmant comuniter Doctores, & ſignanter Farin *quæſt. 115. num. 119.* D. Maſſinus *de confiſc. bonor. quæſt. 6. num. 52.* Conciol. *verbo moneta reſol 3. num. 3.* Menoch. *de arbitr. caſ. 316. num. 53. & 65.* de Franch. *deciſ. 401. num. 4.* Giurb. *conſ. 85. num. 10. & ſeqq.* de Luca ad Franch. *d. deciſ. 401. num. 3.* Azeued. *recopil. lib. 8. tit. 17. leg. 5. num. 45.* Marſil. *in l. qui falſam col. pen. & vlt. ff. de falſ.* Boſs. *tit de falſa mon. num. 7.* Cumia *rit. mag. Cur. Sicili. cap. 54. num. 73.* & nouiſſimè Matthæù *de re crim. contr. 46. n. 18.* & Nouar. *dicta pragm. 2. de monetis collect. 3. num. 18. & ſeqq.* fallit
4 in eo qui dat autorem, etiamſi non probet, quando eſt veriſimile, quod à nominaro, habuerit, vt inquiunt Azeuedo *recopil. lib. 8. tit. 17. leg. 5. num. 45. & ſeqq.* Farin. *quæſt. 115. num. 145. & ſeqq. & conſ. 175. num. 19.* Vermigliol. *conſ. 218. num. 7. & conſ. 219. num. 5.* Conciol. *d. reſol. 3. num. 5.* de Luca ad Franc. *deciſ. 401. num. 3.* & alijs relatis D. Manſius *conſult. 281. num 36. cap. 37.*
Iterum fallit in homine bonæ famæ, vt
5 ex Boſs. Decian. Maſcard. Farin. Honded. Guazz. Capiclatro inquit Conciol. *loc. citat. num. 4.* & de Luca ad Vinc. de Franc. *deciſ. 401. num. 2.* attenditur enim bona fama, niſi inditia in contrarium vrgeant, Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 27. num. 17.* Giurb. *conſ. 65. num. 29.* Conciol. *loco citato num. 11.* & de Luca vbi proximè *num. 7. in fine*, ſed fama debet eſſe notabilis, & vehemens vt ex Capiciolatro Guazz. & Farinac. dicit de Luca *loc. cit. num. 2. & in add. ad deciſ. 440. in fine* vbi ait requiri talem famam, quia a-
6 lias nemo tam vilis eſt, & tam infimæ conditionis, qui aliquos non reperiat teſtes bonam eius famam deponentes.
Quæro an expendens monetam falſam
7 ſcientèr excuſetur, ſi docet, à quo illam habuit? Ang. & Butrigar. *in l. maiorem C. de falſ.* tenent quod excuſatur; at Salyc. *in d. l.*
8 *maiorem* Boſs. *tit. de falſa moneta num. 3.* reſpondent negatiuè per textum *in l. ſi falſarios C. de falſis*. concordat has opiniones
9 Cumia *ritu Siciliæ cap. 54. num. 77.* dicendo, quod excuſatur à præſumotione, quod fabricauerit falſam monetam, ſed non abuſu, & expenditione, citat Barbat. *conſ. 51. col. 5. vol. 3.* addo Amend. ad Vinc. de Franch. *deciſ. 351. num. 2.* & ea, quæ dixi in §. 1. *num. 32.*

Chi manifeſtarà li delinquenti.

Dixi *quæſito* 3. quæ occurant in hac materia vide *ibi*.

Addo quod is, qui cooperit tales delin-
10 quentes, & non reuelat, cenſetur eis fauere vt dicunt Caſtill. *deciſ.* 160. *num.* 44. & Nouar. *pragm.* 2. *de moneti collect.* 3. *num.* 26. *& ſeqq.* vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 316. *num.* 70. vbi ſe remittit addicta *in caſu* 355. Azeued. *recopil lib.* 8. *tit.* 17. *leg.* 5. *num.* 51. Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 27. qui multa ponit notabilia.

Sed an in odium huius criminis quilibet teneatur accuſare? affirmatiuè reſponden-
11 dum ex Text. *in leg.* 1. *C. de falſa moneta* ibi *neceſſitatem ſibi incumbere* Larrea *alleg. fiſcal.* 65. *num.* 39. Maſtril. *de indult cap.* 27. Io. Baptiſta Gargiarea *militar deciſ.* 1. *in princ. verſic. nec Dominus*, Gloſa *in cap. quanto verbo defraudata de Iureiur.* Io: Aquila *de Iure mo-*
12 *net. cap.* 8. *in princ.* Negant Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 24. *num.* 8. & Paſqualigo *in addit.* ad Laur de Franch. *controuer. inter Epiſcop. & Regular. tit. de monetarijs num.* 1360. ob duas rationes, primò quia non reperitur textus imponens hanc obligationem, ſecundo quia dum *in l.* 2. *C. de falſa moneta* pro-
13 ponitur præmium accuſatori, ſequitur ex hoc, quod ſi accuſatores ſunt alliciendi pręmio ad accuſandum, non habent obligationem accuſandi: ſed prima ratio non ſubſiſtit, nam textus eſt ad litteram *in d. l.* 2. alia verò ratio, nec ipſi Paſqualigo placet,
14 quia præmia determinantur etiam pro actionibus, quæ cadunt ſub obligatione, præcipue ſi executio habeat annexam difficultatem, & quidem nos videmus, quod in ſtatu Eccleſiaſtico birruarijs, & Officialibus capientibus bannitos datur præmium, propoſitum capientibus ex Bulla Sixti V. teſte Baiard. ad Clar. *quæſt.* 29. *num.* 22. & de conſuetudine paſſim ſeruatur, licet ob obligationem, quam ipſi habent capiendi malefactores, cum ad hoc ſint ſalariati, præmium non mereantur de iure, vt oſtendit poſt alios, quos citat Farin. *quæſt.* 103. *num.* 356. & videmus etiam, quod birruarijs, vigore Edicti publicati in Statu Eccleſ. *de anno* 1632. datur præmium, ſi capiunt deferentes piſtolas, ſeù archibuſios, & tamen vt dixi, ipſi habent obligationem pręciſam capiendi eos.

# CAPVT SEXTVM.

## RVBRICA

## Del Parricidio.

Expletis ijs, quæ Deum, & Principem, ac eius Statum, & Maieſtatem quoquomodo reſpiciunt, conſentaneum eſt, vt tractetur de reuerentia, & obſequio Patri, & Parentibus debitis, quia poſt Deum, & Principem tertius locus debetur Parentibus. Vndè continuatur Rubrica ad præcedentes, vel ob dictam rationem, vel ob atrocitatem criminis Parricidij, nam cum actú ſit in præcedentibus de criminibus atrociſſimis balſphemię, ac læſæ Maieſtatis æquum eſt, vt ſequatur titulus de Parricidio, quod inter atrociſſima crimina connumeratur: vel continua ſit. Dixit ſupra D. Cardinalis de crimine læſæ Maieſtatis, & ſic de offenſa, quæ fit Principi, & quia Princeps dicitur eſſe Pater Patriæ, & qui eum offendit, & occidit, dicitur eſſe Parricida, vt ex Cicerone, & Liuio firmat Ant. Matthæus *de criminibus tit. de Parricidio cap.* 1. *n.* 1. Ideò poſtquàm tractaſſet, & diſpoſuiſſet de omnibus ijs, quæ quoquomodo poſſunt pertinere ad Principem, ſequendo eamdem ſpeciem criminis diſpoſuit de offenſione, & internecione Patris, liberi, aliorumque proximiorum, quæ proprio, & ſtricto vocabulo nuncupatur Parricidium.

### Cap. VI. §. I.

§. 1. Se bene non ſi crede, che ſi troui alcuno tant' empio, che ſi laſci

indurre

indurre, offendendo Dio, e la Natura, à commettere Parricidio; non è però, che tale delitto non ſia degno di ſpeciale mentione, come quello, che eccede ogn'altro delitto d'homicidio. Però Sua Signoria Illuſtriſſima ordina, e commanda, e vuole, che ſe alcuno occiderà Padre, ò Madre, ò altro qualſiuoglia Aſcendente, ouero Figlio, ò altro qualſiuoglia Deſcendente, ouero Fratello, ò Sorella, Fratello Cugino, Zio, ò altro Tranſuerſale dentro del quarto grado riſpetto à Tranſuerſali, e dell'vno, e dell'altro Seſſo, ouero Marito, ò Moglie, Genero ò Nuora, Suocero, ò Suocera, Padrigno, ò Madrigna, Figliaſtro, ò Figliaſtra, ouero doloſomente ſarà cauſa della morte ſeguita nella perſona d'alcuno delli ſudetti, ſia attenagliato, e ſquartato come Parricida; la qual pena vuole, che habbi luogo, e ſi eſeguiſca non oſtante, che la congiuntione di ſangue non fuſſe per legitimo Matrimonio, mà la parentela foſſe illegitima.

*SVMMARIVM.*

1 *Parritidium quid ſit, & à quibus Doctoribus tractatur remiſſiuè.*
2 *Eſt crimen immaniſſimum, & horribile.*
3 *Legislatores Solon, & Romulus noluerunt legem ferre de Parricidio, & quare?*
4 *Exempla plura parricidij remiſſiue.*
5 *Parricidij caſus occurſus Salerni.*
6 *Alius ſimilis occurſus Romæ.*
7 *Alius occurſus Genuæ.*
8 *Filius debet ſtare coram Patre, tamquam ouis caram tondente.*
9 *Et omnem caſtigationem patienter ferre.*
10 *Natura hominum fragilis eſt, & primos motus potenter agentes nequit reprimere.*
11 *Ira in Parricidio excuſat à tanto, ſed non à toto.*
12 *In Parricidio enim requiritur dolus, quem ira excludit.*
*Contrarium: num. 40.*
*Sed prima opinio eſt verior. num. 41.*
*Diluuntur motiua adducta in contrarium. numero 42.*
13 *Homo iratus non eſt in plenitudine intellectus.*
14 *Ira eſt conturbatio animi concitati.*
*Vndè proueniat. ibidem.*
15 *Ira facit committere talia, de quibus homo poſtea ſolet dolere.*
16 *Ira, & iracundia differunt inter ſe.*
27 *Text.* in l. Diuus ff. ad leg. Pomp. de Parricid. *explicatur. & num.* 20.
18 *Prouocati ſi ex interuallo, & poſtquam tranſierint ad extraneos actus occidunt tenentur pœna ordinaria* legis Corneliæ de Sicar.
19 *Maritus accidens ex interuallo adulterum, ſeu vxorem propter adulterium, punitur pœna ordinaria.*
21 *Minans velle ſtuprare puellam poteſt occidi à parentibus minata.*
22 *Imò poteſt à Patre occidi ipſa Puella, ſi aliter ſtuprum effugi, & vitari nequit.*
23 *Intellige quoad forum externum; ſecus quoad internum.*
24 *Pater poteſt occidere filium propter vnam ex cauſis ſufficientibus ad exhæredandum.*
*Aſſignatur ratio. num. 28.*
25 *Sed hanc concluſionem periculoſam dicit Antonius Matthæus ſi ſic ſimpliciter accipiatur, & explicat quomodo poſsit procedere.*
26 *Regula procedit etiam ad fauorem filij occidentis Patrem propter vnam ex dictis cauſis, dummodò dolor ſit iuſtiſsimus, & poſsit dici, quod Pater affectum, & nomen Patris deſeruerit.*
27 *Maior enim cauſa requiritur in Filio, quàm in Patre. Aſsignatur ratio differentiæ. ibid.*
29 *Amor, & neceſsitudo, quæ intercedit inter Patrem, & Filium doli ſuſpicionem excludit, aut minuit.*
30 *Pater occidens filium ex interuallo propter vnã ex cauſis ſufficientibus ad exhæredandum non debet à pœna parricidij excuſari.*
31 *Intellige vt non excuſetur à pœna* legis Corneliæ de Sicarijs, *ſed benè excuſatur à pœna* legis Pompei de Parsicid.
32 *Quia ex cauſis ſufficientibus pro exhæredatiane ammittitur ius Parricidij.*
33 *Parricidij nomen, & pœna ceſſat quoties inter Patrem, & Filium intercedit inimicitia.*
34 *In Parricidia excuſat à tanto timor imminentis mali.*
35 *Et ita iudicatum fuit Medialani.*
36 *Intellige ſi ſupponatur pertinacia Patris in continuatione malè tractandi.*
37 *Timor mali quare excuſet à pœna ordinaria.*
38 *Defendens ſe nititur iuri naturæ, quæ docet quemquam, vt ſe tueatur.*
39 *Patri non licet filium immoderatè verberare.*
43 *Text.* in cap. 1. de his, qui Fil. occid. *procedit in foro animæ.*
44 *Iudex iubet non admonet.*
45 *Doctores sũt intelligẽdi iuxtà iura, quæ allegant.*
46 *Plato in ſua Republica loquitur, vt Philoſophus.*
47 *Iudices debent ſe in iudicando accommodare legum mitioribus axiomatibus,*
48 *Res eſt mali exempli euulgare quod filijs liceat Patrem occidere abſque pœna ſeueriſſima.*
49 *Et ideò potius res relinquenda eſt indeciſa, quam in pœnam extraordinariam condemnare filiũ Patrem occidentem ex aliqua iuſta cauſa.*
50 *Iudicum Areopagitarum reſponſum prudens.*
51 *Pœna in crimine Parricidij innouata ex Bannimentis.*

*Diffe-*

Chi manifeſtarà li delinquenti.

Dixi *quæſito* 3. quæ occurant in hac materia vide *ibi*.

Addo quod is, qui cooperit tales delin-
10 quentes, & non reuelar, cenſetur eis fauere vt dicunt Caſtill. *deciſ.* 160. *num.* 44. & Nouar. *pragm.* 2. *de moneti collect.* 3. *num.* 26. *& ſeqq.* vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 316. *num.* 70. vbi ſe remittit addicta *in caſu* 355. Azeued. *recopil lib.* 8. *tit.* 17. *leg.* 5. *num.* 51. Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 27. qui multa ponit notabilia.

Sed an in odium huius criminis quilibet teneatur accuſare? affirmatiuè responden-
11 dum ex Text. *in leg.* 1. *C. de falſa moneta* ibi *neceſſitatem ſibi incumbere* Larrea *alleg. fiſcal.* 65. *num.* 39. Maſtril. *de indult cap.* 27. Io. Baptiſta Gargiarea *militar deciſ.* 1. *in princ. verſic. nec Dominus,* Gloſa *in cap. quanto verbo defraudata de Iureiur.* Io: Aquila *de Iure mo-*
12 *net. cap.* 8. *in princ.* Negant Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 24. *num.* 8. & Paſqualigo *in additz* ad Laur de Franch. *controuer. inter Epiſcop. & Regular. tit. de monetarijs num.* 1360. ob duas rationes, primò quia non reperitur textus imponens hanc obligationem, ſecundo quia dum *in l.* 2. *C. de falſa moneta* pro-
13 ponitur præmium accuſatori, ſequitur ex hoc, quod ſi accuſatores ſunt alliciendi pręmio ad accuſandum, non habent obligationem accuſandi: ſed prima ratio non ſubſiſtit, nam textus eſt ad litteram *in d. l.* 2. alia verò ratio, nec ipſi Paſqualigo placet,
14 quia præmia determinantur etiam pro actionibus, quæ cadunt ſub obligatione, præcipue ſi executio habeat annexam difficultatem, & quidem nos videmus, quod in ſtatu Eccleſiaſtico birruarijs, & Officialibus capientibus bannitos datur præmium, propoſitum capientibus ex Bulla Sixti V. teſte Baiard. ad Clar. *quæſt.* 29. *num.* 22. & de conſuetudine paſſim ſeruatur, licet ob obligationem, quam ipſi habent capiendi malefactores, cum ad hoc ſint ſalariati, præmium non mereantur de iure, vt oſtendit poſt alios, quos citat Farin. *quæſt.* 103. *num.* 356. & videmus etiam, quod birruarijs, vigore Edicti publicati in Statu Eccleſ. *de anno* 1632. datur præmium, ſi capiunt deferentes piſtolas, ſeù archibuſios, & tamen vt dixi, ipſi habent obligationem pręciſam capiendi eos.

# CAPVT SEXTVM.

## RVBRICA

## Del Parricidio.

Expletis ijs, quæ Deum, & Principem, ac eius Statum, & Maieſtatem quoquomodo reſpiciunt, conſentaneum eſt, vt tractetur de reuerentia, & obſequio Patri, & Parentibus debitis, quia poſt Deum, & Principem tertius locus debetur Parentibus. Vndè continuatur Rubrica ad præcedentes, vel ob dictam rationem, vel ob atrocitatem criminis Parricidij, nam cum actú ſit in præcedentibus de criminibus atrociſſimis balſphemię, ac læſæ Maieſtatis æquum eſt, vt ſequatur titulus de Parricidio, quod inter atrociſſima crimina connumeratur: vel continua ſit. Dixit ſupra D. Cardinalis de crimine læſæ Maieſtatis, & ſic de offenſa, quæ fit Principi, & quia Princeps dicitur eſſe Pater Patriæ, & qui eum offendit, & occidit, dicitur eſſe Parricida, vt ex Cicerone, & Liuio firmat Ant. Matthæus *de criminibus tit. de Parricidio cap.* 1. *n.* 1. Ideò poſtquàm tractaſſet, & diſpoſuiſſet de omnibus ijs, quæ quoquomodo poſſunt pertinere ad Principem, ſequendo eamdem ſpeciem criminis diſpoſuit de offenſione, & internecione Patris, liberi, aliorumque proximiorum, quæ proprio, & ſtricto vocabulo nuncupatur Parricidium.

## Cap. VI. §. I.

§. 1. Se bene non ſi crede, che ſi troui alcuno tant' empio, che ſi laſci

indurre

indurre, offendendo Dio, e la Natura,à commettere Parricidio; non è però, che tale delitto non ſia degno di ſpeciale mentione, come quello, che eccede ogn'altro delitto d'homicidio. Però Sua Signoria Illuſtriſſima ordina, e commanda, e vuole, che ſe alcuno occiderà Padre, ò Madre, ò altro qualſiuoglia Aſcendente, ouero Figlio, ò altro qualſiuoglia Deſcendente, ouero Fratello, ò Sorella, Fratello Cugino, Zio, ò altro Tranſuerſale dentro del quarto grado riſpetto à Tranſuerſali, e dell'vno, e dell'altro Seſſo, ouero Marito, ò Moglie, Genero ò Nuora, Suocero, ò Suocera, Padrigno, ò Madrigna, Figliaſtro, ò Figliaſtra, ouero doloſomente ſarà cauſa della morte ſeguita nella perſona d'alcuno delli ſudetti, ſia attenagliato, e ſquartato come Parricida; la qual pena vuole, che habbi luogo, e ſi eſeguiſca non oſtante, che la congiuntione di ſangue non fuſſe per legitimo Matrimonio, mà la parentela foſſe illegitima.

*SVMMARIVM.*

1 *Parricidium quid ſit, & à quibus Doctoribus tractatur remiſſiuè.*
2 *Eſt crimen immaniſſimum, & horribile.*
3 *Legislatores Solon, & Romulus noluerunt legem ferre de Parricidio, & quare?*
4 *Exempla plura parricidij remiſſiue.*
5 *Parricidij caſus occurſus Salerni.*
6 *Alius ſimilis occurſus Romæ.*
7 *Alius occurſus Genuæ.*
8 *Filius debet ſtare coram Patre, tamquam ouis coram tondente.*
9 *Et omnem caſtigationem patienter ferre.*
10 *Natura hominum fragilis eſt, & primos motus potenter agentes nequit reprimere.*
11 *Ira in Parricidio excuſat à tanto, ſed non à toto.*
12 *In Parricidio enim requiritur dolus, quem ira excludit.*
*Contrarium. num. 40.*
*Sed prima opinio eſt verior. num. 41.*
*Diluuntur motiua adducta in contrarium. numero 42.*
13 *Homo iratus non eſt in plenitudine intellectus.*
14 *Ira eſt conturbatio animi concitati.*
*Vndè proueniat. ibidem.*
15 *Ira facit committere talia, de quibus homo poſtea ſolet dolere.*
16 *Ira, & iracundia differunt inter ſe.*
27 *Text.* in l. Diuus ff. ad leg. Pomp. de Parricid. *explicatur. & num. 20.*
18 *Prouocati ſi ex internallo, & poſtquam tranſierint ad extraneos actus occidunt tenentur pœna ordinaria* legis Corneliæ de Sicar.
19 *Maritus occidens ex interuallo adulterum, ſeu vxorem propter adulterium, punitur pœna ordinaria.*
21 *Minans velle ſtuprare puellam poteſt occidi à parentibus minata.*
22 *Imò poteſt a Patre occidi ipſa Puella, ſi aliter ſtuprum effugi, & vitari nequit.*
23 *Intellige quoad ſorum externum; ſecus quoad internum.*
24 *Pater poteſt occidere filium propter vnam ex cauſis ſufficientibus ad exhæredandum.*
*Aſſignatur ratio. num. 28.*
25 *Sed hanc concluſionem periculoſam dicit Antonius Matthæus ſi ſic ſimpliciter accipiatur, & explicat quomodo poſsit procedere.*
26 *Regula procedit etiam ad fauorem filij occidentis Patrem propter vnam ex dictis cauſis, dummodò dolor ſit iuſtiſsimus, & poſsit dici, quod Pater affectum, & nomen Patris deſeruerit.*
27 *Maior enim cauſa requiritur in Filio, quàm in Patre. Aſsignatur ratio differentiæ. ibid.*
29 *Amor, & neceſsitudo, quæ intercedit inter Patrem, & Filium doli ſuſpicionem excludit, aut minuit.*
30 *Pater occidens filium ex internallo propter vnã ex cauſis ſufficientibus ad exhæredandum non debet à pœna parricidij excuſari.*
31 *Intellige vt non excuſetur à pœna* legis Corneliæ de Sicarijs, *ſed benè excuſatur à pœna* legis Pompei de Parsicid.
32 *Quia ex cauſis ſufficientibus pro exhæredatione ammittitur ius Parricidij.*
33 *Parricidij nomen, & pœna ceſſat quoties inter Patrem, & Filium intercedit inimicitia.*
34 *In Parricidio excuſat à tanto timor imminentis mali.*
35 *Et ita iudicatum fuit Mediolani.*
36 *Intellige ſi ſuppanatur pertinacia* Patris *in continuatione malè tractandi.*
37 *Timor mali quare excuſet à pœna ordinaria.*
38 *Defendens ſe nititur iuri naturæ, quæ docet quemquam, vt ſe tueatur.*
39 *Patri non licet filium immoderatè verberare.*
43 *Text.* in cap. 1. de his, qui Fil. occid. *procedit in foro animæ.*
44 *Iudex iubet non admonet.*
45 *Doctores ſũt intelligẽdi iuxtà iura, quæ allegant.*
46 *Plato in ſua Republica loquitur, vt Philoſophus.*
47 *Iudices debent ſe in iudicando accommodare legum mitioribus axiomatibus,*
48 *Res eſt mali exempli euulgare quod filijs liceat Patrem occidere abſque pœna ſeueriſſima.*
49 *Et ideò potius res relinquenda eſt indeciſa, quam in pœnam extraordinariam condemnare filiũ Patrem occidentem ex aliqua iuſta cauſa.*
50 *Iudicum Areopagitarum reſponſum prudens.*
51 *Pœna in crimine Parricidij innouata ex Bannimentis.*

Diffe-

Chi manifeſtarà li delinquenti.

Dixi *quæſito* 3. quæ occurant in hac materia vide *ibi*.

Addo quod is, qui cooperit tales delin-
10 quentes, & non reuelat, cenſetur eis fauere vt dicunt Caſtill. *deciſ.* 160. *num.* 44. & Nouar. *pragm.* 2. *de moneti collect.* 3. *num.* 26. *& ſeqq.* vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 316. *num.* 70. vbi ſe remittit addicta *in caſu* 355. Azeued. *recopil lib.* 8. *tit.* 17. *leg.* 5. *num.* 51. Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 27. qui multa ponit notabilia.

Sed an in odium huius criminis quilibet teneatur accuſare? affirmatiuè reſponden-
11 dum ex Text. *in leg.* 1. *C. de falſa moneta* ibi *neceſſitatem ſibi incumbere* Larrea *alleg. fiſcal.* 65. *num.* 39. Maſtril. *de indult cap.* 27. Io. Baptiſta Gargiarea *militar deciſ.* 1. *in princ. verſic. nec Dominus,* Gloſa *in cap. quanto verbo defraudata de Iureiur.* Io: Aquila *de Iure mo-*
12 *net. cap.* 8. *in princ.* Negant Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 24. *num.* 8. & Paſqualigo *in addit.* ad Laur de Franch. *controuer. inter Epiſcop. & Regular. tit. de monetarys num.* 1360. ob duas rationes, primò quia non reperitur textus imponens hanc obligationem, ſecundo quia dum *in l.* 2. *C. de falſa moneta* pro-
13 ponitur præmium accuſatori, ſequitur ex hoc, quod ſi accuſatores ſunt alliciendi præmio ad accuſandum, non habent obligationem accuſandi: ſed prima ratio non ſubſiſtit, nam textus eſt ad litteram *in d. l.* 2. alia verò ratio, nec ipſi Paſqualigo placet,
14 quia præmia determinantur etiam pro actionibus, quæ cadunt ſub obligatione, præcipue ſi executio habeat annexam difficultatem, & quidem nos videmus, quod in ſtatu Eccleſiaſtico birruarijs, & Officialibus capientibus bannitos datur præmium, propoſitum capientibus ex Bulla Sixti V. teſte Baiard. ad Clar. *quæſt.* 29. *num.* 22. & de conſuetudine paſſim ſeruatur, licet ob obligationem, quam ipſi habent capiendi malefactores, cum ad hoc ſint ſalariati, præmium non mereantur de iure, vt oſtendit poſt alios, quos citat Fatin. *quæſt.* 103. *num.* 356. & videmus etiam, quod birruarijs, vigore Edicti publicati in Statu Eccleſ. *de anno* 1632. datur præmium, ſi capiunt deferentes piſtolas, ſeù archibuſios, & tamen vt dixi, ipſi habent obligationem præciſam capiendi eos.

# CAPVT SEXTVM.

## RVBRICA

## Del Parricidio.

Expletis ijs, quæ Deum, & Principem, ac eius Statum, & Maieſtatem quoquomodo reſpiciunt, conſentaneum eſt, vt tractetur de reuerentia, & obſequio Patri, & Parentibus debitis, quia poſt Deum, & Principem tertius locus debetur Parentibus. Vndè continuatur Rubrica ad præcedentes, vel ob dictam rationem, vel ob atrocitatem criminis Parricidij, nam cum actū ſit in præcedentibus de criminibus atrociſſimis balſphemię, ac læſæ Maieſtatis æquum eſt, vt ſequatur titulus de Parricidio, quod inter atrociſſima crimina connumeratur: vel continua ſit. Dixit ſupra D. Cardinalis de crimine læſæ Maieſtatis, & ſic de offenſa, quæ fit Principi, & quia Princeps dicitur eſſe Pater Patriæ, & qui eum offendit, & occidit, dicitur eſſe Parricida, vt ex Cicerone, & Liuio firmat Ant. Matthæus *de criminibus tit. de Parricidio cap.* 1. *n.* 1. Ideò poſtquam tractaſſet, & diſpoſuiſſet de omnibus ijs, quæ quoquomodo poſſunt pertinere ad Principem, ſequendo eamdem ſpeciem criminis diſpoſuit de offenſione, & internecione Patris, liberi, aliorumque proximiorum, quæ proprio, & ſtricto vocabulo nuncupatur Parricidium.

## Cap. VI. §. I.

§. 1. Se bene non ſi crede, che ſi troui alcuno tant' empio, che ſi laſci

indurre

indurre, offendendo Dio, e la Natura, à commettere Parricidio; non è però, che tale delitto non ſia degno di ſpeciale mentione, come quello, che eccede ogn'altro delitto d'homicidio. Però Sua Signoria Illuſtriſſima ordina, e commanda, e vuole, che ſe alcuno occiderà Padre, ò Madre, ò altro qualſiuoglia Aſcendente, ouero Figlio, ò altro qualſiuoglia Deſcendente, ouero Fratello, ò Sorella, Fratello Cugino, Zio, ò altro Tranſuerſale dentro del quarto grado riſpetto à Tranſuerſali, e dell'vno, e dell'altro Seſſo, ouero Marito, ò Moglie, Genero ò Nuora, Suocero, ò Suocera, Padrigno, ò Madrigna, Figliaſtro, ò Figliaſtra, ouero doloſomente ſarà cauſa della morte ſeguita nella perſona d'alcuno delli ſudetti, ſia attenagliato, e ſquartato come Parricida; la qual pena vuole, che habbi luogo, e ſi eſeguiſca non oſtante, che la congiuntione di ſangue non fuſſe per legitimo Matrimonio, mà la parentela foſſe illegitima.

### SVMMARIVM.

1 *Porricidium quid ſit, & à quibus Doctoribus tractatur remiſſiuè.*
2 *Eſt crimen immaniſſimum, & horribile.*
3 *Legiſlatores Solon, & Romulus noluerunt legem ferre de Parricidio, & quare?*
4 *Exempla plura parricidij remiſſiue.*
5 *Parricidij caſus occurſus Salerni.*
6 *Alius ſimilis occurſus Romæ.*
7 *Alius occurſus Genuæ.*
8 *Filius debet ſtare coram Potre, tamquam ouis coram tondente.*
9 *Et omnem caſtigationem patienter ferre.*
10 *Natura hominum fragilis eſt, & primos motus potenter agentes nequit reprimere.*
11 *Ira in Parricidio excuſat à tanto, ſed non à toto.*
12 *In Parricidio enim requiritur dolus, quem ira excludit.*
*Contrarium. num. 40.*
*Sed prima opinio eſt verior. num. 41.*
*Diluuntur motiua adducta in contrarium. numero 42.*
13 *Homo iratus non eſt in plenitudine intellectus.*
14 *Ira eſt conturbatio animi concitati.*
*Vndè proueniat. ibidem.*
15 *Ira facit committere talia, de quibus homo poſtea ſolet dolere.*
16 *Ira, & iracundia differunt inter ſe.*
27 *Text.* in l. Diuus ff. ad leg. Pomp. de Parricid. *explicatur. & num. 20.*
18 *Prouocati ſi ex interuallo, & poſtquam tranſierint ad extraneos actus occidunt teneantur pœna ordinaria* legis Corneliæ de Sicar.
19 *Maritus occidens ex interuallo adulterum, ſeu vxorem propter adulterium, punitur pœna ordinaria.*
21 *Minans velle ſtuprare puellam poteſt occidi à parentibus minata.*
22 *Imò poteſt à Patre occidi ipſa Puella, ſi aliter ſtuprum effugi, & vitari nequit.*
23 *Intellige quoad forum externum; ſecus quoad internum.*
24 *Pater poteſt occidere filium propter vnam ex cauſis ſufficientibus ad exhæredandum.*
*Aſſignatur ratio. num. 28.*
25 *Sed hanc concluſionem periculoſam dicit Antonius Matthæus ſi ſic ſimpliciter accipiatur, & explicat quomodo poſſit procedere.*
26 *Regula procedit etiam ad fauorem filij occidentis Patrem propter vnam ex dictis cauſis, dummodò dolor ſit iuſtiſſimus, & poſſit dici, quod Pater affectum, & nomen Patris deſeruerit.*
27 *Maior enim cauſa requiritur in Filio, quàm in Patre. Aſsignatur ratio differentiæ. ibid.*
29 *Amor, & neceſsitudo, quæ intercedit inter Patrem, & Filium doli ſuſpicionem excludit, aut minuit.*
30 *Pater occidens filium ex interuallo propter vnã ex cauſis ſufficientibus ad exhæredandum non debet à pœna parricidij excuſari.*
31 *Intellige vt non excuſetur à pœna* legis Corneliæ de Sicarijs, *ſed benè excuſatur à pœna* legis Pompei de Parricid.
32 *Quia ex cauſis ſufficientibus pro exhæredatione ammittitur ius Parricidij.*
33 *Parricidij nomen, & pœna ceſſat quoties inter Patrem, & Filium intercedit inimicitia.*
34 *In Parricidio excuſat à tanto timor imminentis mali.*
35 *Et ita iudicatum fuit Mediolani.*
36 *Intellige ſi ſupponatur pertinacia Patris in continuatione malè tractandi.*
37 *Timor mali quare excuſet à pœna ordinaria.*
38 *Defendens ſe vtitur iuri naturæ, quæ docet quemquam, vt ſe tueatur.*
39 *Patri non licet filium immoderatè verberare.*
43 *Text.* in cap. 1. de his, qui Fil. occid. *procedit in foro animæ.*
44 *Iudex iubet non admonet.*
45 *Doctores sũt intelligẽdi iuxtà iura, quæ allegant.*
46 *Plato in ſua Republica loquitur, vt Philoſophus.*
47 *Iudices debent ſe in iudicando accommodare legum mitioribus axiomatibus,*
48 *Res eſt mali exempli euulgare quod filijs liceat Patrem occidere abſque pœna ſeueriſſima.*
49 *Et ideò potius res relinquenda eſt indeciſa, quam in pœnam extraordinariam condemnare filiũ Patrem occidentem ex aliqua iuſta cauſa.*
50 *Iudicum Areopagitarum reſponſum prudens.*
51 *Pœna in crimine Parricidij innouata ex Bannimentis.*

*Diffe-*

52 *Differentia nulla eſt apud naturam inter legitimos, & naturales tantùm.*
*niſi quod primi ſunt filij legis, & ſecundi ſunt filij Amoris. ibidem.*
*Parricidio opem præſtantes tàm ex Bannimentis quàm ex Iure Communi pari pœna cum principali puniuntur num. 52.*
53 *Puta ſi quis ſubminiſtrat pecuniam, vel fideiubeat ſcientèr pro dicto ſcelere patrando.*
*Vel laudet delictum. ibidem.*
*Sola tamen, & nuda ſcientia etiam in eo qui tenetur reuelare non eſt ſatis ad pœnam ordinariam. ibidem.*
64 *Diuerſimodè tamen debent puniri, nam filius mandans debet puniri pœna* legis Pompeæ; *Mandatarius verò, ſeu aliter auxilium præſtans debet puniri pœna* legis Corneliæ.
55 *Contrarium quod ſcilicet vterque puniatur pœna* legis Pompeiæ.
56 *Dummodò mors effectiuè ſequatur.*
57 *Quamuis in Parricida non attendatur, an mors ſequuta ſit, vel ne.*
58 *Et hanc contrariam opinionem ſequitur Autor.*
59 *Diſpoſitio facta pro crimine parricidij non poteſt extendi ad alia crimina æquè atrocia.*
60 *Bartolus* in l. Vtrum ff. ad leg. Pomp. *defenditur.*
61 *Popularis mandans homicidium Nobili, an puniatur pœna, qua punitur Nobilis,*
62 *Filius Parricida priuatur bonis feudalibus.*
63 *Contrarium.*
64 *Parricidij pœna non habet locum de Iure contra Virum occidentem Vxorem.*
65 *Contrarium.*
*Diſtingue vt num. 66.*
67 *Fratricida quomodo puniendus.*
68 *Iudex Eccleſiaſticus eſt competens, quando maritus occidit vxorem ad effectum vt alteram ducat.*
69 *Maritus occidens vxorem ad effectum ducendi aliam non poteſt illam in vxorem ducere, & ſi de facto ducat matrimonium dirimitur, maximè ſi mulier cum viro conſpirat in mortem primæ coniugis.*
70 *Inſpectio circa validitatem matrimonij ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum.*
71 *Et ad eumdem ſpectat ratione connexitatis etiam cognitio homicidij.*
72 *Iudex incompetens incidenter fit competens in cauſa, aſsigatur ratio.*
74 *Infanticidia, & alia crimina commiſſa à lamijs ope Dæmonum ſpectant ad Iudicem ſæcularem.*
75 *Puniuntur tamen ab Inquiſitoribus, ſi præuenerint ratione incidentiæ. & num. 78.*
76 *Inquiſitores non poſſunt laminas pœnitentes, ac ſponte comparentes, & ſe accuſantes tradere foro ſæculari.*
77 *Et aliter eſſent iniqui, & irregulares.*
79 *Iudex ſæcularis cognoſcit de infanticidio ſeiuncto à ſacrilegio ſi præuenerit.*
80 *Iudex Eccleſiaſticus non eſt competens in cauſa infanticidij.*
*Contrarium ſeruatur de conſuetudine. nu. 83.*
*Præſertim ſi fœtus non baptizatus occidatur. num. 87. 89. 92. 100.*
81 *Homicidium, & infanticidium non connumerantur inter delicta mixti Fori.*
82 *Eccleſiaſticus non eſt competens in delictis merè ſæcularibus.*
84 *Mutanda non ſunt quæ interpretationem certam ſemper habuerunt.*
85 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
86 *Conſuetudo tribuit Iuriſdictionem etiam contentioſam.*
88 *Abortus deteſtatio, & damnum animæ indè proueniens.*
90 *Iudex Eccleſiaſticus eſt competens in cauſa adulterij etiamſi mulier non ſit de foro Eccleſiaſtico, & quare?*
91 *Occidens infantem non baptizatum etiam in foro poli committit tria delicta ſpecie diſtincta, & in confeſſione exprimenda.*
93 *Occidens infidelem magis peccat, quàm occidens Chriſtianum.*
*Aſsignatur ratio. ibidem.*
94 *Contrarium ex Diuo Thoma.*
95 *Sed ſuſtinetur prima opinio.*
96 *Iudex Eccleſiaſticus propter qualitatem pœnæ. non tenetur deſiſtere à proceſſura, & delinquentem, & cauſam conſignare Curiæ ſæculari.*
97 *Carolus de Graſsis contrarium volens reprobatur à Sperell.*
98 *Text.* in cap. fœlicis de pœnis in *6. admittit cumulatiuam, & ſic præuentionem.*
99 *Argumentum ex partium enumeratione eſt fallax ſi partes non ſint ſufficienter enumeratæ.*
101 *Donat. Ant. de Marinis tenet quod Eccleſiaſtici procedunt in cauſis abortus vigore Bullæ Sixti V. & ideò cum illa non habeat locum extra ſtatum Eccleſiaſticum per conſequens nec Iudices Eccleſiaſtici extra dictum Statum poſſunt in dictis cauſis procedere.*
102 *Sed contrarium eſt tenendum ob rationes allatas.*
103 *In delictis mixti fori, & ijs quæ prohibita ſunt à Iure Canonico æquè ac à Iure ciuili datur præuentio inter Iudicem Eccleſiaſticum, & Sæcularem.*
104 *Concordata quædam Papæ Honorij, de quibus facit mentionem de Marinis non extare, nec eſſe vera dicit Maranta.*

## Parricidio.

PARRICIDII materiam acturus dicam cum Ant. Matthæo *de criminib. tit ad legem Pompeiam de Parricidijs cap. primo num. primo,* quod parricidij vox & generis,
1 & ſpeciei eſt, nam ſtrictiſſimè accepta ſignificat Patris, Matris, quoque & Fratris interfectorem; latè autèm accepta omne homicidium, & quamcumque atrocem cædem deſignat, nam Veteres homicidium, promiſcuè accipiebant pro quacumq; nece iniuſtè facta vt ex Budæo, & Zaſio ait Parladorus *quotidian. different. 117. num. primo,* Verum poſtea parricidij appellatio reſtricta

cta

ćta eſt, & pertinere cæpit ad eum tantùm, qui occiderit Parentem, aut liberos, aliumue quempiam, qui ſibi ſanguine proximè, aut affinitare attingit vt eſt Texr. *in leg. pen. ff ad leg. Pomp. de Parricid., & in l. prima C. de ys, qui parentes, aut liberos occid. & in §. alia deinde Inſtit. de public. indic.* Et in noſtris Bannimentis definitum eſt, eos tantùm deprehendi, qui parentum, liberorum, Fratris, Sororis, Patruelis, Matruelis, Patrui, Auunculi, Amitæ, Conſobrini, eorumque qui propiore gradu ſunt, viri, vxoris, generi, vitrici, noueuæ, priuigni, & aliorum vſque ad quartum gradum fata properant; Vndè parricidium dicitur quaſi Parenticidium, & parricidæ propriè dicuntur quaſi Parentes cædentes vt ex Couar. *clem. ſi furioſus par. 2. ʒelect. in princ. num. 12. de homicid.* & Plach. *Epitom. delictor. cap. 6. & 22. num. 2.* inquit Gilhauſen: *arbor. iudic crim. cap. 2. tit. 14. num. primo.*

De hoc impio crimine tractant diffusè Farinac. *quæſt. 120. per tot.* Solorzan. *in peculiari tractatu de parricid. impreſſo poſt. 2. lib. de Iure Indiar.* Decian. *tract. crim. lib. 9. cap. 5. & ſeq.* Cabal. *crim. reſol. 11. & 15.* Menoch. *de arbitr. caſ. 356.* Carpzou. *pract. crim. par. prima quæſt. 8. & ſeq.* Matth. Berlich. *prac. concl. par. 4. concl. 6. per tot.* Laur. Matthæu *de re crim. controu. 13.* Faiardo *Fiſcal. alleg. 2.* Petr. Theodoric. *iudic. crim. tom. 2. cap. 7. titul. de parricid. nume. 16. & ſeq.* & Anton. Matthæius *loc. citat.* qui plura notabilia ponit.

De inditijs præfati ſceleris tractant Cruſius *de inditys delict. ſpecialib. par. 2. cap. 34.* & adducti ab eo *ibidem.*

## Offendendo Dio, e la Natura.

Hoc crimen dicitur immauiſſimum, &
2 horribile etiam ipſi naturæ vt ex practica Corradi, Decian. & alijs dicit Farin. *loc. cit.*
3 *num. primo*, & antiqui Legiſlatores, nempè Solon, & Romulus noluerunt de hoc crimine aliquid ſtatuere, quia id neminem facturum putaſſent, nè, non tam prohibere, quàm inauditum ſcelus admonere viderentur, vt aduertunt Cic. *pro Roſcio*, & Decian. *lib. 9. cap. 6. num. 16.* Procedentibus deindè temporibus cum Homines ſint peſſimi, neceſſarium fuit particularem legem de hoc crimine ferre, eoſdemque homines ex atrocitate pęnarũ deterrere. Iuſſum propterea fuit, vt parricidij Reus ex aſcendentibus, vel deſcendentibus virgis ſanguineis verberatus inſueretur culeo, cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & Simia, & poſtea in Mare profundum proijceretur, vt habetur, *in leg. pen. ff. ad leg. Pomp. de parricid. & in leg. unica C. de us, qui parent. vel. fil. occid.* & cur illas beſtias Veteres adhiberi voluerint, explicant Decian. *tract. crim. lib. 9. cap. 16. num. 17. & ſeq.* & Ant. Matthæus *loc. cit. cap. 2. num. 5. & 6.* & ex Cardano *de ſubtilitatibus lib. 10.* Parladorus *quotidian. different. 117. num. 3.* & demum Petrus Gudelinus *in comment. de iure nouiſſimo lib. 5. capit. 17. num. 6.*

Verum cum pœna hæc barbaram quamdam redoleret ſæueritatem, vt aduertit Gilhauſen. *d. tit. 14. num. 7.* hodiè parricidæ prò cuiuſque loci, ac Regionis lege, ſeù conſuetudine vel gladio feriuntur, vel ignitis forficibus lacerantur, & in flumen ſubmerguntur, vel viui defodiuntur, vel ad caudam equi trahuntur ad locum ſupplicij, ibiq; arrotantur, & ſuſpenduntur, vt ait Gilhauſen. *loc. cit.* & habeo in meo Calicio *Margherita Fiſci rub. de pœna parric.* quandã Additionem marginalem manu ſcriptam, quod Gerundæ in Hiſpania de anno 1590. Cuidam Ioanni Mut loci de Salt, qui occiderat propria manu Patrem ſuum, & poſteà ſepelierat in quodam, ſtercore, fuerunt abſciſſæ manus, & deindè eius corpus fuit in quatuor fruſtrà ſciſſum, & teſtatur ille Addens quod ità practicatur Gerundæ. Et pœnam prædictam ſtatutam *in dicta leg. pen. ff. ad leg. Pomp. de Parricid.* in vſu eſſe deſijſſe, & loco eius aliud aliquod ſupplicium acerrimum infligi moribus firmat ex Claro *§. parricidium num. 5.* Petrus Gudelinus *in comment. de iure nouiſſimo lib. 5. cap. 17. nu. 16.* & ex Berlich. & Scultes Cruſius *de indit. delict. ſpecial. par. 2. cap. 33. num. 15. & 16.* Sed ſicut antiquitus, quando pœna erat horribilis, & vt ait Bechmanus *in commentar. ad pandectas theoricopract. tit. ad leg. Pomp. de parricid. num. 56.* propter aſſociationem dictarum beſtiarum crimen deteſtabilius reddebatur, hoc crimen perpetratum perhibent hiſtoriæ, ità perpetratur, & eo facilius noſtris temporibus, quandò pœnæ ſunt admodum emollitæ ex relatis à Gilhauſen. *loc. proximè citato* Ant. Matthæo *dicto cap. 2. num. 17.* Theodoric. *d. cap. 7. num. 21.* vbi inſuper ait, quod in locis, in quibus in vſu eſt pœna antiqua, Parricidæ non inſuuntur culeo, ſed in lineo ſacco, quo citiùs ſuffocentur, ſimiæ loco immituntur fęles, nec ſerpentes viui, ſed in chatta depicti tantùm adhibentur, idem refert Bockellius *diſquiſit. crim. cap. 7. nu. 1.* & Abauo *de reatib. quæſt. 7. num. 181.* ait quòd in Francia Iudices pœnam mortis imponunt qualitate tamen maiori, quam pro homicidio
4 ſimplici. Et huius impijſſimi facinoris noſtris temporibus perpetrata referuntur exẽpla à Farinac. *d. quæſt. 120.* & Decian. *dicto cap. 6. & ſeq.* & Paſchal. *de patr. poteſt. par. 4. cap. 10. num. 43.* qui ait quod Salerni qua-
5 tuor filiæ conſpirarunt in necem Matris, & vna nocte illam, fingentes plantaſmata malorum ſpirituum, acriter flagellarunt, & penè ſemiuiuam reliquerunt; alia vicè vna ex illis exploſit archibuſiatam in illam, & quia non fuit percuſſa plumbea glande,

altera irruit cum pugione, & lethaliter vulnerauit; fuerunt propterea (licèt allegaſſent ob ſæuitiam matris, quæ eas malè tractabat etiam vulnerando, & denegando victum, & veſtitum condecentem id perpetraſſe) Duæ decapitatæ ætate maiores, Tertia fuit damnata ad perpetuum carcerem, & Quarta ad decennium.

6 Et caſum ſimilem agitatum in Vrbe refert Farinac. *conſ. 66. vol. primo*, & alium
7 de filia, quæ ad hoc vt potuiſſet nubere Amaſio, placentam venenatam tradidit Patri, refert Cenſal. *deciſ. Ianuen. 18. nu. 36. & ſequentis poſt. comment. ad l. vnic. C. ſi quis Imperatori maledixerit.*

Quæro primò. An ira excuſet à pœna ordinaria parricidij? reſpondeas quod li-
8 cèt filius non debeat iraſci Patri, imò debeat coram eo, etiam quouis modo excedente, ſtare tanquam ouis coram tondente,
9 & omnem caſtigationem etiam verberibus factam à Patre patientèr ferre, vt dicam *infra hoc capit.* §. 3. *num.* 10. & vt ait Petrus Mullerus *de fugitiuis tit. de fuga inſultati ab aggreſſore* §. 82. *fol. mihi* 227. licèt liberi omnem mouere lapidē obſtricti ſint, vt abſtineant à cæde paterna, in eumque finem tentare an aliqua ratione, quam pietas naturalis à liberis exigit, vt puta auerſione paternorum ictuum ſibi conſulere, vel lacrymis; aut precibus, vel vulnerum acceptorum grauitate, ad paternam poſſint affectionem Parentes flectere. Nihilominus, ſuppoſito exceſſu paternæ coercitionis, quia natura noſtra fragilis, eſt, & primos
10 motus potenter in nobis agentes vt plurimum nequit reprimere, dicendum eſt quod
11 ira in aliquo, hoc eſt à tanto, licet non à toto excuſat, nam in crimine parricidij, prout in alio quouis crimine requiritur dolus,
12 vt eſt Text. *in leg. prima ff. ad leg. Pomp. de parricid.* ibi *vel cuius dolo malo factum erit, in leg. p. C. de iis, qui parent. occid. & in* §. *alia quoque Inſt. de publ. Iudic.* Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 15. *num. primo* Anton. Matthæus *de criminib. tit. de parricid. cap.* 1. *num.* 6. Farinac. *quæſt.* 120. *num.* 182. dolus autem ex-
13 cluditur ab ira, quia homo iratus non eſt in plenitudine intellectus, vt ex Baldo *in cap. primo in fine de pace iuramen. firmand.* & alijs firmat Zacchia *qq. Medicoleg. lib.* 2. *tit. primo quæſt.* 6. *num.* 14. & 15. nam vt dicunt Canoniſtæ *in cap. ira de pœniten. diſt.* 3. & Alberic. *in Dictionario, verbo ira hominis*, & Benedict. Pereyra *Elucid. Iuris lib. primo Elucid.* 6.
14 *ſect.* 5. *num.* 114. ira eſt conturbatio animi concitati, & vt prædicti ſubdunt habet ſubitum motum, præcipitationem agit, & impedit animum, ne poſſit cernere verum, etenim, vt inquit Philoſophus, ira eſt accenſio ſanguinis circa cor, ſeù eſt ſanguinis feruor in corde ex euaporatione, & turbatione fellis proficiſcens, qui ex eius mala qualitate lædit rationem, & impedit diſcurſum, & propterea, vt ex Text. *in cap. cum apud* 11. *quæſt.* 3. inquit Al-
15 beric. *loc. cit.* ira facit committere talia, de quibus homo ſolet poſteà dolere: vndè ſequitur dicendum, quod ira in parricidio, prout in quouis alio delicto excuſat à pœna ordinaria, quia excludit dolum. Imò (ſumpto argumento *à l. Diuus ff. ad l. Pomp. de parricid.* vbi Diuus Adrianus Patrem quemdam relegauit, quod filium, qui nouercam adulteraſſet, occiderat in venatione, quia latronis magis, quam Patris iure eum interfeciſſet) poteſt dici, quod nedum
16 Ira, quę iuxta illud tritum Horatij eſt breuis furor, ſed & iracundia, quæ à Zacchia, & Pereyra *locis citatis*, & alijs paſſim dicitur eſſe ira permanens, debet delinquentem excuſare, nam quicquid dicant Carrer. *in prac. crim.* §. *nono quæro num.* 23. & Marſil. *in dicta leg. Diuus num.* 12. *& ſeqq.* verior eſt opinio, quam poſt Bart. Angel. & alios tenet Caball. *crim. reſol.* 15. *num.* 6. *& ſeqq.* quod
17 Text. *in d. leg. Diuus* loquitur de Patre, qui ex interuallo filium occidit, vt deſumitur ex quo ibi IurisConſultus aſſerit, quod Pater occidit filium in venatione, ergò non in adulterio depræhenſum, & deſumitur ex quo *ibidem*, IurisConſultus aſſerit, quod Pater occidit filium more latronis, & ſic aggrediendo in itinere prout ſolent facere latrones, & non in actu venereo, quia vt benè perpendit Caball. *loc. cit. num.* 8. ſi Pater reperiiſſet filium in ipſo actu adulterij non potuiſſet propter iuſtum dolorem, & atrociſſimi facti inſpectionem oculare dici, quod quaſi latro, & more latronis occidiſſet.

Sed hæc ampliatio in quantum indè infertur ad excuſandum parricidium ex interuallo commiſſum, mihi non videtur vera, & nec in Tribunalibus eſt admittenda, quia ſequeretur, quod Parricidæ eſſent melioris conditionis, quam alij homicidæ ſimplices, hoc eſt de nece non qualificata imputati, cum iſti puniantur pœna ordinaria Legis Corneliæ de Sicarijs, ſi prouocati
18 ex interuallo, & poſtquam tranſierint ad extraneos actus occiderint, vt oſtendi *in cap. de homicidio*, & in terminis mariti ex inter-
19 uallo vxorem, ſeù adulterum occidentis probat Farinac. *conſ.* 141. *per tot. lib.* 2. Et ad Text. *in d. l. Diuus* in quo videtur firmari contrarium poteſt reſponderi, quod ver-
20 bum *adulterabat* ibi poſitum eſt verbum præteriti imperfecti, & importat rem inchoatam, & non perfectam, & conſumatam, & ſic denotat filium iam adulteraſſe, & nondum ab vlteriori adulterio ceſſaſſe, ſed animum iterùm adulterandi habere, prout ad confutandum Marſilium volentem *in d. l. Diuus num.* 12. *verſ. noto etiam dictum verbum adulterabat*, importare tempus præſens, ponderat Caball. *d. reſol.* 15. *num.* 9. Et quidem hac lectione retenta euitatur abſurdum, quia ſi ob metum futuri ſtupri minans

21 nans velle ſtuprare poteſt occidi, vt dicit
Gram. *deciſ.* 5. *num.* 9. *& ſeq.* quem referunt,
& ſequuntur Thob. Non. *conſ.* 109. *num.* 8.
& Giurba *conſ. crim.* 86. *num.* 15. Maſtrill. *de-
ciſ.* 297. *num.* 86. & filia, in quam minatum
22 eſt ſtuprum, ne ſtuprum minatum patre-
tur, poteſt à Patre occidi, quando nullus
alius occurrit modus eripiendi eam à tan-
to periculo, vt exemplo Virginij, de quo
*in leg.* 2. *§. & cum placuiſſet ff. de orig. Iur.* in-
quit Matthæus *loc. cit. num.* 10. *poſt med.* mul-
tò magis poterit Pater occidere filium,
quando eſt certus de adulterio admiſſo, &
eſt certus de continuatione dicti adulterij
in vxorem & ſic nouercam. Intellige
23 quoad Forum Fori dumtaxat, nam quoad
conſcientiam tales homicidas peccare di-
xi *in capit.* 2. *§.* 4. *numer.* 123. & addu-
xi conſtitutionem Pontificis ità ex Cathe-
dra decernentis: & hanc opinionem ante
dictam Pontificis Conſtitutionem ex D.
Thoma, D. Bonauentura, Abulenſ. Na-
uar. Couar. & quamplurimis Doctori-
bus, quos citat, tenuit Thomas Sanchez *de
matrim. lib.* 10. *de diuortio diſp.* 8. *numer.* 37.
*tom.* 3. & ſequitur D. Franc. Cataſco *tract.
de nobilibus non torquendis num.* 141.

Comprobatur principalis Concluſio, quia
Pater poteſt occidere filium proptèr vnam
24 ex illis cauſis, ex quibus eundem poteſt ex-
hæredare, vt dicunt Bart. Marſil. Iaſ. Ghe-
rard. de Petra Sanct. Menoch. *locis relatis*
à Caball. qui eos ſequitur *loc. cit. num.* 10.
Carrer. *in pract. crim. §. homicidij num.* 140.
*&* 141. Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 15.
*num.* 26. Gilhauſen. *arbor. Iudc. crim. cap.* 2.
*tit.* 14. *num.* 8. Petrus Theodoric. *iudic. crim.
tom.* 2. *cap.* 7. *de parric. num.* 24. Farinac. *quaſt.*
120. *num.* 169. *&* 170. *& conſ.* 66. *num. primo*
Gratian. *diſcept.* 267. *num.* 3. Cruſius *de in-
dict. delict. ſpecial. part.* 2. *cap.* 33. *num.* 23. &
Baron. *de effect. inimicitiæ effect.* 78. *nu.* 1. *&* 2.
quam tamen aſſertionem ſic generaliter
25 poſitam periculoſam eſſe dicit Ant. Mat-
thæus *de criminib. tit. de parricid. cap.* 2. *nu.* 10.
*quid enim* (ſunt eius formalia verba) *ſi filius
Mimus, vel arenarius fuerit, quid ſi hæreticus?
vtique exhæredari poteſt: num ergò ſi occiſus fue-
rit pœna patri mitiganda eſt? id defendet nemo,
niſi probet antè, leuiore peccato occidi mimum,
vel arenarium, quam naturalem ſpurium, ince-
ſtuoſum, quorum cædem lege Pompeia vindicari
nos probauimus capite præcedenti, quid itidem,
ſi filius fœminam turpem inuito patre domum du-
xerit? exhæredari poteſt ex illo capite, quo ca-
uetur de eo, qui grauem, & inhoneſtam iniuriam
fecerit Patri: num ergò occidi? non facilè dixe-
rim: quin potiùs ità exiſtimo iuſtiſſimum dolorem
eſſe debere, cui nec clementiſſimus quidem mode-
rari poſſit, vt pœna capitalis Patri remittatur.*
Hactenùs Matthæus. Concedit ergò cauſas,
ex quibus filius poteſt exhæredari ſufficere
ad excuſandum à pœna parricidij: Sed non
omnem cauſam ſatis eſſe, quia requiritur,
quod cauſa præbens excuſationem ſit ex il-
lis, quibus nè clementiſſimus ſe moderari
poſſit.

Supradicta regula procedit etiam fauore
filij occidentis Patrem ex vna ex illis cauſis,
26 ex quibus poteſt exhæredari, vt dicunt Bart.
*in d. l. Diuus* Caball. *d. reſolut.* 15. *numer.* 10.
Cruſius *de inditijs delictor. ſpecial. par.* 2. *cap.*
33. *num.* 13. qui alios allegat concordantes,
& Matthæus *loc. cit. num.* 11. *&* 12. qui re
ad partes ponderata concludit, quod filius
occidens Patrem debet et ipſe excuſari, ſi
duo concurrant, primum, quod dolor,
vnde filius mouetur, ſit iuſtiſſimus: ſecun-
dùm quod Pater huiuſmodi quid perpetra-
uit, vt exuiſſe Patrem, Patriſque nomen
27 dici poſſit: maior enim cauſa requiritur
in filio, quam in Patre, cum conſtet pieta-
tem, obſequium, reuerentiam, omnia
denique maiora parentibus deberi à liberis,
quam è contra liberis à Parentibus, nam
liberis amor debetur, non reuerentia: pa-
rentibus & amor, & reuerentia: illi poſt
Deum vitam debent parentibus; non è con-
tra parentes liberis, vt formalibus verbis ra-
tiocinatur Matthæus *ibidem*.

Et ratio allatæ comprobationis eſt, quia
28 ex cauſa, quæ ſufficit ad exhæredandum
quis cenſetur adeò commotus, vt impetu
potiùs, quam deliberatè ad occiſionem, &
necem proceſſiſſe videtur, prout ſemper
præſumitur, quià ſummus amor, & arctiſ-
ſima neceſſitudo, quæ inter proximas per-
ſonas, in primis inter parentes, & liberos, in-
29 tercedit doli ſuſpitionem, aut excludit,
aut minuit vt ex Cicerone dicit Matthæus
*de criminib. tit. de parricid. cap. primo num.* 6.
Carrer. *pract. crim. §. homicidij autem ſpecies
n.* 144. Farin. *d. qu.* 120. *nu.* 185. Vndè ſi con-
30 ſtaret de appenſamento, & ex interuallo
poſt cauſam exortam occidiſſet, vtique
concluſio non procederet, nec locum ſibi
vindicaret pœnæ diminutio, vt inquit Ca-
rer. *in d. §. homicidij autem ſpecies num.* 141.
*fol. mihi* 63. ibi *intellige vt per* Marſil. *in dicta
l. Diuus, quandò in continenti fecerit, & infra-
granti occiderit, ſecùs ſi ex interuallo, nam tunc
teneretur hac lege*, Angel. *in l. Gracchus C. de
adulter. & in l. marito, & l. ſi adulterium §. pen.*
31 *ff. de adult.* Poteſt tamen dici quod ex inter-
uallo occidens debet releuari non à pœna
ordinaria *legis Corneliæ de Sicar.* ſed benè à
pœna ordinaria *l. Pompeiæ de Parricidijs*, ob
32 rationem, quia ex quibus cauſis poteſt fi-
lius, & filia exhæredari ex eiſdem cauſis
ammittit ius Parricidij, vt ex Bart. & Mar-
ſil. dicit Carret. *loc. cit. num.* 140. ſi ammit-
tit ius Parricidij certè illud, exiſtente, &
durante eadem cauſa, non recuperat, &
per conſequens contra occiſorem, ſiue oc-
cidat in continenti, ſiuè ex interuallo non
intrat pœna *legis Pompeia*, ſed ſolum intrat
ea, quæ prouenit *ex lege Cornelia de Sicarijs*,
33 vt dixi. Alia ratio huius aſſertionis eſt quia

tunc dicitur inducta inimicitia inter Pa-
trem, & filium, & ea poſita parricidij no-
men, & pœna non habet amplius locum,
vt ex Surdo, Marſil. & alijs dicit Baron. *de
effectib Inimicitiæ effect. 78. num. primo & 2.*
Comprobatur etiam, quia receptum eſt
in praxi, quod nedum ira in hoc crimine
excuſat à pœna Parricidij, vt de Oreſte, qui
cum ob eius ſcelera matrem occidiſſet pri-
mò a dimidia parte Iudicum damnatus, &
ab alia abſolutus, tandem a Minerua prorſ-
ſus fuit liberatus, ex Cicerone, & alijs re-
fert Decianus *tract. crim. lib. 9. cap. 15. nu. 4.*
& Matthæus *de crimin. tit. de Parricid. cap. 2.*
34 *num.* 10. & 12. Sed excuſat etiam timor im-
minentis mali, vt iudicatum de anno 1592.
35 in Senatu Mediolani, qui declarauit quen-
dam Rugerium Beltramum, qui patrem
occidi curauerat, non fuiſſe puniendum
pœna Parricidij, ſed damnandum eſſe ad
triremes perpetuas, vt in eis inſeruiret, pro-
pterea quod probatum fuerat Patrem in
eumdem ſæpè ſæuiſſe atrocitèr vulnerando,
& victum denegando, vt ex Menoch. Ba-
iard. Caball. refert Farinac. *dicta quæſt.* 120.
*num.* 169. & Ruginellus *pract. quæſt. cap.* 35.
*num.* 52.
Et meo credere eſt magna reſolutio, niſi
36 ſupponatur pertinacia Patris in continua-
tione ſæuitiarum, quo caſu, vt dicit Caball.
*loco citato* de filio pertinace in continuatio-
ne adulterii cum nouerca, iure occiditur
iuxta diſpoſitionem Text. *in dicta leg. Diuus*,
quia timor imminentis mali excuſat ſecun-
dum Gram. Nonnium, & Giurb. *locis ſu-
pracitatis*, quibus addo Zacchiam *quæſtion.
medicolegal. lib. 2. tit. primo quæſt. 6. num.* 32.
*& ſeqq.* & poteſt eſſe ratio, quam aſſignat
37 Zacchia *ibidem num.* 37. quia ex timore ma-
xima fit ſpirituum perturbatio, vndè & fa-
cillimè ipſa ratio vacillat, ſuique iuris non
eſt, & ex Hipocrate *in lib. de Virg. morb. num.
primo* ſubdit quod ex timoribus adeò forti-
tèr pauent homines, vt delirent, & ex hoc
*num.* 42. dicit timentes non habere plenitu-
dinem intellectus, & voluntate, & con-
ſenſu carere.
Propterea abſque vlla prorſus difficultate
a pœna Parricidii eximitur is, qui ſibi ti-
mens, ſe defendendo Patrem, vel filium,
vel fratrem occidit, vt dicit Gloſa *in leg. mi-
nimè verſ. occiderit ff. de religioſ. & ſumpt. fu-
ner.* Cæpoll. *conſ. 5. num.* 6. Decian. *tract.
crim. lib. 9. cap. 15. num.* 12. Farinac. *qu.* 120.
*num.* 186. & pluribus citatis Petrus Mulle-
rus *de fugitiuis tit. de fuga, inſultati aggreſſore*
§. 82. *fol. mihi* 227. & quidem id euinci-
tur ex rationibus ſupradictis, & etiam
quia is, qui ſe defendit, nititur iuri naturæ,
38 qua docemur quocumque modo corpus
noſtrum tueri, ſicut cætera animantia eo
iure vtuntur *leg. vt vim ff. de Iuſt. & Iur.* ete-
nim qui ſe tuetur ius naturæ non lędit, quin
potius illo innititur, vt ſubdit Decian *dicto
num.* 12. qui refert legem Platonis *lib. 9. de
legib.* edicentem *quod frater, ſi ſe defendens
fratrem occidit, quaſi hoſte perempto purus ſit:*
Et ponitur exemplum in filio, qui dum a
Patre caſtigatur, & immoderatè corrigitur
Patrem ipſum verberantem, & percutien-
tem ſinè moderamine legitimæ correctio-
nis, occidit, vt ex Iacob. Ayrer. *in tract. de
homicid. rub. tit. de homicid. neceſs. par. prima
num.* 69. inquit Farinac. *d. quæſt.* 120. *nu.* 187.
39 & Ant. Matthæus *d. cap. 2. num.* 12. non
enim licèt Patri immoderatè, & atrociter
verbare, & filium (& ſi ad correctionem)
percutere, & ideò tunc filio licitum eſt ſuo
Patri reſiſtere, vt dictum eſt, & quatenùs
Pater filium iuſtè reſiſtentem occidit, debet
vt homicida puniri, ſecundũ Duen. Plach.
Menoch. *locis relatis* a Farinac. qui eos ſe-
quitur *d. quæſt.* 120. *num.* 190. quod ſi occi-
deret reſiſtentem legitimæ, & moderatæ
correctioni nullatenus teneretur iuxta opi-
nionem Marſil. Carer Duen. Decian. *locis
relatis* a Farin. *ibid. n.* 138. vel tenetur ſolùm
de exceſſu iuxta opinionem Nouell. *in tract.
ad defenſam num.* 190. *& ſeq. ſol.* 32. & Fari-
nac. qui cum refert, & ſequitur *loc. citat.
num.* 189.
Poteſt in contrarium dici, quod ira in
40 Parricidio non excuſat, quia textus eſt ad
literam, quo cauetur iram non excuſare,
*in cap. primo de ijs, qui fil. occider.* per quem
Textum ita in terminis firmarunt Carrer.
*loc. cit. num.* 144 Menoch. *de arbitr. caſ.* 356.
*num.* 28. & Decian. *tract. crim. lib. 9. cap.* 15.
*num.* 27. qui ad hoc affert Platonem *lib. 9.
de legib.* ita edicentem *Cumque adeò ab ira vi-
ctus fuerit, vt inſano iracundiæ furore Patrem
interemerit, ſi Pater antequam mortem obiret,
ſponte interſectorem filium à cæde liberauit, ſicut
qui non ſponte cędem commiſerat purgatus, cæte-
riſque ſimiliter factis mundus ſit: ſi verò non li-
berauit multis legibus Reus ſit, qui parentem ne-
cauit; nam vltimis ſupplicijs cædis, impietatis,
& ſacrilegij ſubiectus erit, quia ſacrilegio Geni-
toris animam abſtulit.* Et pro hac parte poſ-
ſunt adduci multæ rationes quas affert Ant.
Matthæus *de criminibus tit. de parricid. cap.* 2.
*num.* 11. Obrecht. *de defenſione neceſſaria cap* 6.
*num. 17. & ſeqq.* Bodinus *de Republ. lib. primo
cap.* 4. Balduin. *caſ. conſcient. lib. 4. cap. primo
caſ.* 14. *pag.* 890. quos adfert Petrus Mulle-
rus *de fugitiuis tit. de fuga inſultati* §. 82. *fol.
mihi* 229. *in fine*.
Sed ex his non eſt recedendum à prima
41 firmata opinione, quæ verior mihi eſſe vi-
detur, & illa tanquam veriore retenta.
Non obſtant in contrarium allegata, quia
43 Text. *in cap. primo de his, qui fil. occid.* loqui-
tur tantùm in Foro Animæ, & pœnitentia-
li, vt aduertit Farinac. *d. quæſt.* 120. *nu.* 133.
& apparet ex verbis illis, *labores inducere
eam, vt ad aliquod monaſterium tranſeat*, quæ
cum ſint admonitoria, non poſſunt referri
44 ad Iudicem, qui non admonet, ſed iubet:
Decian.

Decian. verò, Menoch. & Farinac. cum
moti ſint ex Text. *in d. cap. primo*, ad dicen-
dum, quod iracundia non excuſat in Parri-
45 cidio, intelligendi ſunt vt loquantur iuxta
terminos legis, quam allegant, & in qua
ſe fundant *vulgatis iuribus*.

Plato loquitur vt Philoſophus, cui con-
46 uenit auſteritas, vt conſiderat Ant. Mat-
thæus *d. cap. 2. num. 12. circ. fin.* Maxime in
inſtituenda ideali Republica, vt ipſe fecit,
& ideo eius autoritas non poteſt attendi a
47 Iuriſprudẽtibus, qui in iudicando debent ſe
accomodare legũ mitioribus axiomatibus.

Obrecht. Bodinus Balduin. reiiciuntur
à Kremberg. *de neceſſaria defenſione quæſt. 3. n. 86. pag. 186.* & ex eo a Petro Mullero *de fu-
gitiuis tit. de fuga inſultati §. 82. fol. 230.*

Rationes demum proſtituuntur ex iis,
quæ conſiderat Matthæus *loc. cit cap. 2. nu-
mer. 10. & ſeq.* & ex ijs, quæ ego adduxi *ſu-
pra*.

48 Verum quia res eſt mali exempli euulga-
re, quod filii valent abſque grauiſſima, &
ſeueriſſima pœna percutere, & Patrem oc-
cidere crederem Reipublicæ expedire, quod
eueniente caſu cauſa relinquatur indeciſa,
49 vt docuerunt nos Iudices Areopagitæ, qui
ad Conſulationem Dolabellæ diſtulerunt
ad centum annos condemnationem eius,
quæ virum, & filium interemerat ex quo
iuuenem, quem ex priore viro genuerat oc-
ciſum ab illis compererat, tacitè indicantes
non expedire abſoluere, & iniuſtum eſſe
condemnare delinquentem, vt refert Gram.
*deciſ. 5. num. 21.* & ex Valerio Maximo *lib. 8.
cap. primo* Anton. Matthæus *loco ſæpe citato
cap. 2. num. 10.*

Quæro ſecundò. An per Bannimenta
ſit aliquid auctum, vel diminutum Iuri com-
muni? Dic quod reſpectu ad perſonas, in
quas cadit, ſeù cadere poteſt huiuſmodi cri-
men, nihil prorſus fuit immutatum, quia
omnes, qui enumerantur in Banno, repe-
riuntur etiam nominati *in l. prima ff. ad leg.*
51 *Pomp. de parricid.* quò tamen ad pœnam,
videtur aliquid innouatum, quia de Iure
communi Parricidium commiſſum in aſcẽ-
dentes, ſeù deſcendentes puniebatur pœna
culei, commiſſum verò in tranſueſales pu-
niebatur tantum pœna capitis, & vltimi
ſupplicij, vt eſt Text. *in l. penult. §. primo ff.
ad l. Pomp. de parricid.* & aduertunt Cepol.
*conſ. 5. num. 32. & 33.* Decian. *tract. crimin.
lib. 9. cap. 10. num. 7.* Farinac. *quæſt. 120.* &
Ant. Matthæus *de criminib. d. tit. de parrici-
dio cap. 2. num. 7.* qui ad hoc expendit etiam
Text. *in l. vnica C. de his, qui parent. vel lib.
occid.* in quo Textu putat eſſe delendum
verbum *Parricidij*, & eius loco eſſe ponen-
dum *Parentum*, prout multi Codices habent.
De iure verò Bannimentorum omnes in-
differenter forficibus igne ardentibus, vel
tenaliis focatis vſq; ad locum ſupplicij torti
ſuſpenduntur, & in fruſtra ſcinduntur, &
videtur etiam per Bannimenta ſublata con-
trouerſia, an naturales, & illegitimi com-
præhendantur in l. contra Parricidas lata.
Nam eoſdem compræhendi Bannimenta
prædicta expreſsè ſtatuerunt, & poteſt eſſe
ratio, quia, cum hoc crimine natura viole-
52 tur, apud eam nulla eſt differentia inter le-
gitimos, & naturales tantùm, nam proles
naturalis habetur pro legitima quoad natu-
rale fędus, vt poſt Bart. Bald. Anchar. Alex.
& Carrer. aduertit Decian. *loc cit. cap. 8. nu-
mer. 8.* & Ant. Matthæus *loc. cit. cap. primo
num. 3.* ait, quod ſi ſolam naturam ſpectes
non minus filius eſt ex incæſtu natus, quam
natus ex legitimo matrimonio, & Abauo
*de reatibus quæſt. 7. num. 184.* ait, quod in
hoc conſideratur ſubſtantia filiationis, non
qualitas, & Amicus meus ſolitus eſt dicere,
quod inter naturales tantùm, & naturales,
& legitimos nulla alia intercedit differentia,
niſi quod iſti ſunt filij legis, illi verò ſunt
filii Amoris.

Quæro tertiò. An Parricidio opem pręſ-
ſtans compræhendatur in Banno? Et vide-
tur reſpondendum affirmatiuè; quia licèt
*in hoc cap.* nulla fiat mentio de auxiliatori-
bus, & conſultoribus, tamen diſponitur *in
cap. 34. §. 3.* noſtrorum Bannimentorum,
quòd eadem pœna, qua principales ipſi te-
nentur: vlterius de Iure Communi, ad
quod in defectum diſpoſitionis Bannimen-
52 torum recurritur, qui conſcij huius crimi-
nis ſunt, eadem pœna tenentur, vt eſt Text.
*in l. vtrum ff. ad leg. Pomp. de Parric. & §. alia
deindè Inſt. de publ. Iud.* Matthæus *de crimin.
tit. de Parricid. cap. 1. num. 8.* Gilhauſen. *ar-
bor. Iudic. crim. cap. 2. tit. 14. de Parricid. n. 3.*
Petrus Theodoric. *iudic. crimin. tom. 2. cap. 7.
lit. F. ſub num. 16.* Farin. *quæſt. 120. num. 15.*
Decian. *tract. crim. lib. 9. cap. 13. n. 6.* D. Ca-
rolus Petra *Mag. Cur. ritu 274. num. 84. verſ.
tenetur igitur*, qui *num. 85. verſic. nec quicquam*,
ait nihil referre, an filius ſit mandans, vel
mandatarius ad hoc vt extraneus criminis
particeps *lege Pompeia* plectatur ex doctrina
Cæpoll. Angel. Carrer. Io: de Arnono, &
Decian. quos allegat, quibus addo Capibl.
*de Baron. pragm. 6. cap. 31. num. 27. par. 2.*
qui loquitur de mandatario. Qui igitur pręſ-
ſtant opem Parricidio compręhendãtur vel
non in Bannimentis, debent puniri ad
Text. *in l. ſi ſciente*, & *ibi* Marſil. *n. 2.* & Bart.
*in l. vtrum ff. de Parricid.* Schader. *de feud. p. 9.
cap. 3. num. 31.* Thor. *compend. deciſ. verbo
proditorium col. 2.* Decian. *tract. crim. lib. 9.*
53 *cap. 13. num. 12.* & propterea qui ſcientèr
ad ſcelus patrandum pecuniam ſubmini-
ſtrat, & proxeneta, & qui pro hac pecunia
ſcientèr fideiubet, pœna Parricidij plecti
debent, *d. l. ſi ſciente*, vbi Gloſ. Bart. & alij
Bonifat. *de malefic. rub. de Parricid.* Carrer.
*pract. crim. §. homicidij num. 128.* Plach. *epith.
delict. lib. 1. cap. 22. num. 20.* & Schander. *loc.
citato num. 32.* inſuper & laudator criminis

eadem pœna puniri debet, vt per Text. *in l.*
*prima ff. de ſeruo corrup.* firmat D. Petta *loc. cit.*
*num.* 85. *verſic. imò non modo*, ſola tamen no-
titia, & nuda ſcientia, etiam in eo, qui te-
netur reuelare, non ſufficit ad tantam pœ-
nam, vt inquit poſt alios, quos citat Mat-
thæus *loc. cit. d. num.* 8. motus ex Text. *in l.*
*2. ff. ad leg. Pomp. de Parricid.* vbi frater, qui
cognouerat tantùm, non participauerat,
inſidias fratris relegatus fuit; Medicus au-
tem quoniam non cognouerat dumtaxat,
ſed & particeps inſidiarum fuerat, ſummo
ſupplicio fuit affectus.

Cõtrouerſia tamẽ eſt circa qualitatẽ pœ-
nę, an ſcilicèt contra opẽ præſtantes parrici-
dio imponenda ſit pœna mortis qualificatæ
etenim Iacob. Schultes *in addit.* ad Coler.
*deciſ.* 157. *num.* 2. quem refert, & ſequitur
Cruſius *de indit. delictor.* Special. *par. 2. c. 33.*
*num.* 5. *& num.* 18. dicit, quòd Parricidium
punitur tàm in faciente, quàm in mandan-
te, ſciente, & conſentiente *l. vtrum ff. ad leg.*
54 *Pomp. de Parricid.* diuerſimodè tamen vt fi-
lius Parricidij mandator Parricidij pœna
ordinaria, mandatarius verò ſola *legis Cor-*
*neliæ* pœna, & addit Schultes *ibidem*, quod
D. Iacobus Thoming. inferebat Vxorem,
quæ mandauerat Maritum interfici punien-
dam pœna Parricidij, occidentem autem,
cum eſſet perſona extranea, pœna *legis Cor-*
*neliæ de Sicarijs*, & teſtatur ita prònunciaſſe
Scabinos Lipſenſ. ad Iudicem in Hederſſe-
ben, & vterque nituntur authoritate
Bart. *in l. vtrum ff. ad l. Pomp. de Parricid.* di-
centis ſpectandam eſſe qualitatem facientis,
non mandantis, & Sceultes nititur etiam au-
thoritate Bald. *in l. non ideò minùs C. de accu-*
*ſat.* dicentis mandantem, & conſentientem
diuerſimodè puniri; alterum ſecundum
fictionem, alterum ſecundùm veritatem.
55 Contrarium tamen, nempè, quod tàm
mandans, quàm faciens debeat puniri pœ-
na Parricicidij probant alij, nempè Gloſa
*in d. l. vtrum* Cæpoll. *conſ.* 9. *num.* 29. *ſeqq.*
Hoſtien. *in Summa de his, qui fil. occid. num.* 1.
Azo. *in Summa* Berber. Boer. Iodoch. Go-
mez. Plach. Menoch. Baiard. ad Clar. *locis*
*relatis* à Farinac. qui eos ſequitur *quæſt.* 120.
*num.* 139. *& ſeqq.* & hanc opinionem tenet
etiam Berlich. *practic. concluſ. p. 4. concluſ.* 6.
*num.* 38. *& ſeqq.* Farin, tamen. *loco citato nu-*
56 *mer.* 146. intelligit hoc eſſe verum, dum-
modò mors ſequatur, morte enim non ſe-
quuta mitior videtur imponenda pœna o-
pem, & auxiliũ præſtanti, quamuis in prin-
57 cipali parricida non attendatur an ſit mors
ſequuta, vel nè.

Et hæc ſecunda opinio eſt tenenda, quià
58 Textus eſt clarus, qui tergiuerſari nequit
*in d. l. vtrum* vbi Iuriſconſultus expreſsè ſta-
tuit conſcios extraneos eadem pœna affi-
ciendos, & idem ſtatuit Iuſtinianus Impe-
rator *in §. alia Inſtit. de publ. Iudic.* ibi: *nec-*
*non is, cuius dolo malo id factum eſt, vel conſcius*
*criminis exiſtit, licèt extraneus ſit, pœna parrici-*
*dij puniatur*: propterea ſtante hac Iuris ex-
preſſa determinatione Doctores non au-
dent controuertere id in terminis Patrici-
59 dij, ſed benè dicunt determinationem fa-
ctam ſpecialitèr, & expreſsè pro crimine
Parricidij non poſſe extendi ad alia crimina
æquè atrocia, ſeù Parricidio atrociora, vt
videre eſt penès Amayam *obſer. Iur. lib.* 3.
*cap.* 4. *num.* 43. *& ſeqq.* & penès D. Carolum
Petram *M. Cur. ritu* 274. *num.* 83. *& ſequentib.*
60 Nec ſecundùm me benè tribuitur Bart.
*in d. l. vtrum* præfata diſtinctio, quia Bart. *ibi*
*num.* 1. dicit, quod Gloſa miratur de diſpo-
ſitione *ibi* facta, nam eſt fictio, quod qui
per alium facit, per ſe ipſum facere videtur,
& in fictionibus requiruntur extrema habi-
lia, vt notatur *in l. 2. C. de inoff. teſtam.* cum
ergò non poteſt facere Parricidium per ſe,
quomodò poteſt fingi feciſſe per alium. Sed
ſubdit ad elidendum obiectum, quod fictio
requirit extrema habilia in genere ſuo, &
ſic ſufficit, quod ille, qui mandauit, potuit
committere Parricidium in genere in parẽ-
tes. Tranſit deindè Bart. ad aliam quæſtio-
nem, ad quam indueit Text. *in d. l. vtrum*
61 an ſcilicet popularis, qui mandat homici-
dium Nobili puniatur pœna, qua punitur
Nobilis, & concludit, quod inſpicitur qua-
litas, quæ eſt in faciente, & verum dicit,
quia diſpoſitio *d. l. vtrum*, vel alterius de
caſu ſpeciali loquentis non poteſt ex paritа-
te, ſeù maioritate rationis tamquã pœnalis
extendi, quia vt inquiunt Amaya, & D. Pe-
tra *vbi ſupra* pœnæ impoſitio non pendet à
ratione, ſed à voluntate Legiſlatoris volen-
tis hanc, & non illam pœnam indicere:
Extra terminos *d. l. vtrum* loquitur etiam
Bald. *in d. l. non ideò minùs*, & per conſequens
non poteſt allegari ad deciſionem articuli,
de quo agitur.

Sed in omnem caſum, cum hìc habea-
mus diſpoſitionem Bannimẽtorum expreſ-
sè mandantium, quod faciens, mandans,
opem præſtans eadem pœna teneantur, de-
bemus illam attendere, vt docet nos idem
Baldus *in d. l. non ideò minus num.* 15.

Quæro quartò, An filius Parricidæ de-
beat ex delicto Patris ad aliquid teneri? De-
62 bet priuari bonis feudalibus, ſecundùm Ca-
millum Curte penès Rouit. *pragm. 1. de bon.*
63 *proditor.* ſed contrarium in facto obtinuit
Rouitus, vt ipſe teſtatur *loc. cit. n. 94. & ſeqq.*
*& nu. 140. in fine.* Vide diſtinguentem Mar-
tam *conſ.* 147. Lanar. *in add. repetit. feudali*
*num. 4. pag.* 582. & Noguerol. *alleg.* 12. *num.*
187.

Quæro quintò, An pœna rigoroſa Par-
ricidij habeat locum, & procedat, quandò
Maritus occidit Vxorem, vel è contra?
Inter Doctores valdè controuertitur iſta
quæſtio, vt videre eſt penès Oinotim. *§. dein-*
*dè lex Inſt. de public. Iudic.* qui tenet cum
64 Veſſembecio negatiuam: eamdem ſenten-
tiam

tiam negatiuam tenent Farinac. *quæſt.* 120. *numer.* 131. Boexellius *diſquiſit.* 7. *numer.* 10. Ant. Matthæus *de crim. tit. de Parricidio cap.* 2. *num.* 8. & Iacob Tomingius relatus à Scultes *loco citato* in quæſito antecedenti, & mouetur non ſolùm ex eo, quia *in lege unica Cod. de his, qui Patr. vel fil. occid.* non fit mentio de Coniugibus, ſed etiam quia non eſt par ratio reuerentię debitæ parentibus, & reuerentiæ debitæ Coniugi, nam non tanta debetur vxori, quanta debetur Patri, nec coniux vitam nobis, vt parens imputat, & ideò longè grauius exiſtimandum Parentem, quàm Coniugem occidere. Partem verò affirmatiuam te-
65 nent Io: Solorzan. *de Parricid. lib.* 2. *cap.* 13. *per tot.* Gomez. *var. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 3. Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 11. *nu.* 9. Theodoricus *in dic. crim. to.* 2. *cap.* 7. *num.* 20. Bero. *conſ.* 77. *numer.* 2. At Cruſius *de indit. delict. ſpecial. p.* 2.
66 *cap.* 33. *num.* 34. diſtinguit, dicendo, quod Vir tenetur pœna legis Pompeiæ, quia vir occidens vxorem, & ſic carnem propriam grauiùs delinquit, quam è contra. Sed ceſſat difficultas hic, quia Bannimenta expreſsè ſtatuerunt eoſdem eſſe pœna hic ſtatuta puniendos: de conſimili Conſtitutionę facit mentionem Cruſcus *loco cit.*

Quid in Fratricida? Cruſius *loc. cit. nu.* 35.
67 ait, quod obtinuit communi Doctorũ calculo, ne ordinaria parricidij pœna, ſed quadam mitiori pœna plectatur, vt ſcilicet ignitis forficibus diſtrahantur artus, & ad locum ſupplicij Rei trahantur, decollentur, & capita Rotæ, vel palo imponantur, & citat Vueſſembec. & Harpreſt. ſed tu hic ſerua diſpoſitionem Bannimentorũ, vt dixi.

Quæro ſextò, An Iudex Eccleſiaſticus ſit competens in caſu Vxoricidij, quando Maritus occidit Vxorem ad effectum, vt alteram ducere poſſet? & puto eſſe reſponden-
68 dum affirmatiuè, ſi indè ſequutum ſit matrimonium, quia in hoc caſu prima, & prinpalis inſpectio conſiſtit circa validitatem matrimonij contracti poſt homicidium;
69 nam Maritus occidens Vxorem ad effectũ ducendi aliam, non poteſt illam in Vxorem ducere, & ſi de facto duxerit, matrimonium dirimitur, quandò maximè Mulier cum viro conſpirauit in mortem illius primæ Coniugis *cap. ſi quis viuente* 31. *quæſt.* 1. *c.* 1. *&* 3. *de eo, qui duxit in matrimonium* Vulp. *moral. reſol.* 111. *num.* 18. *& ſeqq. & reſol.* 116. *num.* 1. *&* 2. Maſtrio, Caſtropalao, & alijs citatis P. Thoma Frances *conſultat. in re morali conſult.* 5. *num.* 3. *& ſequentibus vſque in finem*, qui diſputat *ibidem*, etiam de articulo an hoc ſit verum in caſu, quo occidens primam Vxorem, occidit eam hac præciſa intentione, vt aliam fœminam, quam tamen in ſua mente nõ indiuiduauit, in Vxorem duceret.

Vndè cum huiuſmodi inſpectio ſpectet ad ſolum Iudicem Eccleſiaſticum, vt pluribus docet Vincent. de Franch. *deciſ.* 36. *numero primo*, latè Sperell. *deciſ.* 9. *per totam*, & Ricc. *in add.* ad Vincent. de Franch.
71 *d. deciſ.* 36. ſequitur de neceſſe, quod idem Iudex Eccleſiaſticus debet cognoſcere de Homicidio, & de omnibus alijs annexis, & dependentibus ab ipſis, quamuis tàm Homidium, quàm annexa, & dependentia ſint merè ſæcularia, quia ratione connexionis fit Iudex competens, vt per Text. *in l. nulli, & lege quoties C. de Iudic. & in l. prima, C. de ordin. cognit.* firmat Carol. de Graſſ. *Cleric. effect.* 1. *num.* 400. Carena *de S. Offic. par.* 2. *tit.* 5. §. 15. *num.* 84. *& ſeqq.* & meliùs, quàm aliũ Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ. in*
72 *p.* 2. *num.* 5. vbi ait, quod Iudici aliàs incompetenti conceditur, quod poſſit incidentèr cognoſcere de cauſa ſtatus reſtitutionis in integrum, & de cauſis criminalibus, & hoc idem replicat *ibidem num* 23. dicens, quod Iudex Eccleſiaſticus de cauſa ſæculari, & ad Forum ſæculare ſpectante incidenter valet
73 cognoſcere ob rationem, quia Eccleſiaſticus Iudex non eſt incapax cauſarum ſæcularium, ſed incompetens, & ideò non eſt mirum, ſi ratione incidentiæ fiat competens.

Obſtat huic aſſertioni opinio in ſimili Cyriac. *controu. forenſ.* 434. *num.* 8. *& ſeqq.* Simanch. *Catholic. inſtit. tit.* 37. *de lamijs numer.* 17. Alphonſ. de Caſtro *de iuſta hæretic. punit. lib.* 1. *cap.* 16. *in fine*, & Fermoſin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ quæſt.* 59. *num.* 25. *de Con-*
74 *ſtitutionibus* dicentium, quod infanticidia commiſſa à lamijs, & alia nephanda, & atrocia delicta ab illis commiſſa Dæmonum ope, & cum abuſu Sacramentalium, ſpectant ad Iudices ſæculares, & à Iudicibus ſæcularibus cognoſcuntur, & puniuntur, cum nullo modo infanticidiorum cognitio, item & aliorum criminum præter hæreſim ad Eccleſiaſticum, ſeu Inquiſitorem ſpectet: Ergo pari modo dicendum cognitionem homicidij commiſſi ab altero Coniugum ad finem contrahendi aliud matrimonium ſpectare ad Iudices ſæculares.

At benè conſideratis ijs, quæ præfati Doctores dicunt, non poſſunt ſupradictæ firmatæ concluſioni obſtare, quia illi non diſcutiunt caſum noſtrum, an ſcilicèt ratio-
75 ne incidentiæ poſſint Inquiſitores lamias homicidia ope Dæmonum committentes punire, quando præueniunt in captura, nam in his terminis reſpondiſſent affirmati-
76 uè, ſed ſolùm dicunt, quod Inquiſitores non debent huiuſmodi lamias pœnitentes, & ſpontè comparentes, ac ſe accuſantes Fo-
77 ro ſæculari tradere, & alitèr eſſent iniqui, & irregularitatem incurrerent, quia non poſſunt claudere gremium Eccleſiæ alijs quàm impœnitentibus, & relapſis; ſecùs ergò ſi Inquiſitores proceſſiſſẽt ad capturã, & formato proceſſu repetiſſent lamias ope Dæmo-

78 Dæmonum infanticidia commiſiſſe, quia
poſſent ipſi eas punire ratione incidentiæ, vt
concedit Tondutus *de præuent. par. 2. cap. 27.*
*nom.* 8. vbi ex Farinac. *quæſt.* 181. *num.* 48. &
Barboſ. *l. Titia num.* 53. *ff. ſolut. matrim:* ait,
79 quod ſęcularis poteſt cognoſcere de infan-
ticidio ſeiuncto à ſortilegio, ſi prępenerit, ſe-
cus ergò ſi Iudex Eccleſiaſticus ipſum ſęcu-
larem præuenir. Vlteriùs reſpondetur, quod
nón eſt par ratio Epiſcoporum, & Inquiſi-
torum, cum iſti ſint delegati ad certum ge-
nus cauſarum, ad hæreſim ſcilicèt ſpectan-
tium, vt dicunt præfati Doctores.

Quæro ſeptimò de conſimili caſu, quam-
uis meliùs poneretur *infra in §. abortiranno*,
An Iudex Eccleſiaſticus ſit competens in
80 cauſa infanticidij? & prima facie poteſt di-
ci incompetens, nedum quia pœna ſangui-
nis, quam tale delictum exigit, imponere
nequit, vt per Text. *in cap. ſententiam ſangui-*
*nis, ne Cleric.* ait *Carol. de Graſſ. Cler. effect.* 1.
*num.* 565. vbi alios allegat concordantes.

Sed etiam quià nec Iure, nec Doctorum
81 auctoritate cautum reperitur, quod delictũ
homicidij, aut infanticidij ſit connumeradũ
inter delicta mixti Fori, vt colligitur ex
partium enumeratione facta per Farin. *quæſt.*
8. *num.* 125. *& ſeqq.* Guazzin. *reor. defenſ.* 1.
82 *cap.* 11. *per tot.* ac alios per eoſdem allega-
tos; in delictis enim, quæ ſunt merè ſæcu-
laria Iudex Eccleſiaſticus nõ eſt competens,
ad Text. *in cap. licèt ex ſuſcepto, & cap. ex te-*
*nore de foro compet.* vbi communitèr ſcriben-
tes, Sperell. *deciſ.* 86. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 1.

83 Verùm his non obſtantibus, cauſa poteſt
cognoſci in Tribunali Epiſcopali, quia de
conſuetudine Tribunalia Epiſcopalia fa-
ciunt cauſas infanticidij, & multa poſſunt
84 de hoc afferri exempla, ideò intrat regula,
quod mutanda non ſunt, quæ interpræta-
tionem certam ſemper habuerunt, *l. mini-*
*mè* vbi Gloſſ. *ff. de leg.* & ratio eſt, quia o-
85 ptima legum interpræs eſt conſuetudo *l. ſi*
*de interpretatione in fin. ff. de legibus*, præſertim
86 cum conſuetudo tribuat non modo vo-
luntariam, ſed etiam contentioſam iuriſdi-
ctionem, vt pluribus oſtendit Decian. *tract.*
*crim. lib.* 4. *cap.* 27. *per tot.*

87 Quod abſq; vlla prorſus difficultate proce-
dit in caſu, quo quis occidit fętum animatũ
in vtero exiſtentẽ, vel natũ, ſed nõ baptizatũ
88 nam is animam cum corpore perdit, vt ad-
uertit Facchin. *controu. Iur. cap.* 4. *circa finem*
*lib.* 10. Martin. del Rio *diſquiſit. Magical. lib.*
5. *ſect.* 16. *§. tertio loco homicidium*, & eum re-
fert Pater Graſſett. *anath. necis prodit. §.* 28.
*num.* 71. *verſ. vndè meritò* & diffuſiùs Gregor.
Tholoſ. *lib.* 14. *de Republ. cap.* 1. *circa finem*
relatus à Carolo Ant. de Luca ad Vincent.
de Franch. *deciſ.* 592. *num.* 1. ibi: *Ex quibus*
*non tantum ſubtrahitur perſona Reipublicæ, ſed*
*& anima Cęlo, dùm ſinè baptiſmo animati partus*
*ſuffocantur, & ità vita æterna eis cum vita tem-*
*porali adimitur*, & meliùs ſan. me. Sixtus V. in
cius *Conſt.* 87. ibi, *quis enim non deteſtetur tàm*
*execrandum facinus per quod nedum corporum,*
*ſed quod grauius eſt etiàm animarum certa iactu-*
*ra ſequitur? quis non grauiſsimis ſupplicijs dam-*
*net illius impietatem, qui animam Dei imagine*
*inſignitam, pro qua redimenda Chriſtus Dominus*
*noſter pręcioſum Sanguinem fudit, æternæ capa-*
*cem beatitudinis, & ad conſortium Angelorum*
*deſtinatam, à beata Dei viſione excludit, repara-*
*tionem cæleſtium ſedium, quantum in ipſum fuit,*
*impediuit, Deo ſeruitium ſuę creaturæ ademit,*
*qui liberos priùs vita priuauit quam illi à natu-*
*ra propriam lucem accipere, aut ſe à materna*
*cuſtodia corporis ob efferatam ſæuitiam tegere po-*
89 *tuerunt.* Propterea licèt occidens in quan-
tum occidit corpus, ſit ſubiectus Iudici ſæ-
culari, attamen in quantum perdit animã,
illam priuando viſione Dei, eſt ſubie-
ctus Iudici Eccleſiaſtico, nam ob delictum
perpetratum in perniciem certam, & indu-
bitatam animę patientis, quis ſubijcitur iu-
riſdictioni Iudicis Eccleſiaſtici, vt in for-
90 tioribus terminis violationis ſacramenti
matrimonij per adulterium firmat poſt Ber-
mond. quem allegat Farinac. *quæſt.* 141. *nu-*
*mer.* 47. vbi inquit, quod Iudex Eccleſiaſti-
cus poteſt cognoſcere de hoc crimine, licèt
mulier non ſit de foro Eccleſiaſtico, quià
cum agatur de violatione ſacramenti ma-
trimonij, ſolus Iudex eccleſiaſticus eſt com-
petens, & in terminis abortus fætus anima-
ri firmat Facchin. *Iuris controu. cap.* 4. *in fine*
*lib.* 10. ibi *quia cum fætus animatus eſt, impedi-*
*tur baptiſmus: & ſic impeditur anima illa à Re-*
*gno Dei, quare iſte homicida ſubiacebit merito*
*pœnis iuris Canonici, non autem iuris ciuilis,*
*quia iſtud non conſiderat iſtam rationem, & lo-*
*quitur de homine occiſo, conſequenter de iam in*
*lucem edito, non de eo qui eſt in vtero, quia ille*
*nondum natus eſt, nondum homo eſt*; hactenus
Facchinęus.

Nec debet hoc videri abſurdum, quià
etiam in foro Poli occidens infantem na-
91 tum, ſed non ablutum baptiſmo, tria pec-
cata intèr ſe formalitèr diſtincta, & ſpecie
diuerſa comittit, vt pluribus monſtrat
Pater Graſſett. *loc. cit. dict. §.* 28. *n.* 70. *& ſeqq.*
inquiens, quod talis hominis occiſio, vltrà
læſionem Iurium ad vitam, & ad defenſio-
nem vitæ, inuoluit læſionem Iuris ad Ba-
ptiſmum, & eo mediante, ad capacitatem
æternæ vitæ, cuius irreparabile damnum
infanti illatum cauſatur per ſummam im-
manitatem; eſt autem hoc ius ad eam capa-
citatem diuerſiſſimum ſpecie ab omnibus
alijs Iuribus, quippè quod terminatur ad
aliquod referibile in ſupremum hominis
commodum ſupernaturalem, nimium
beatitudinem, ac proindè conſtituit iniu-
riam ſpecie omninò diſtinctam ab alijs in-
iurijs, atque ideo explicandam in confeſ
ſione, ità formalibus verbis loquitur Graſ
ſett. qui in *toto eodem §.* 28. & ſignanter *nu-*
*mer.* 44. concludit etiam eſſe ſpecificam di-
ſtinctio-

ſtinctionem inter homicidium, & proditionem.

Vndè cum occidens infantem non baptizatum pro triplici iniuria, ſiuè delicto ſit puniendus; *Primò* quia occidit hominem; *Secundò* quià occidit impotentem ad ſe defendendum: *Tertiò* quià occidit non bapti-
92 zatum, ſequitur quod & ratione huius tertiæ iniuriæ valet Iudex Eccleſiaſticus cauſam aſſumere, & prò modo ſuæ iuriſdictionis occidentem punire, & puto, quod hoc voluerit Sperell. dicere *dicta deciſ.86.nu.24.* ibi *prout aliàs ego feci in cauſa cuiuſdam mulieris, quæ infantem ex eius filia ortum abſque baptiſmo necauerat.*

Cõprobãtur prædicta ex rationibus, quas afferũt Doctores ad probandũ, quod fidelis
93 magis peccat occidendo infidelem, quam occidendo chriſtianũ, quas refert Marquard. de Suſanis *de Iudæis part.1.cap.12.per tot.*& ex eo Petrus Theodor. *iudic. cum tom.2.capit. 7. de homicid. num.7. & ſeqq.* quarum potiſſima eſt, quod interficiens infidelem, corpus, & animam occidit, occidens verò Chriſtianum, animam eius non occidit, quià for-
94 tè bonus eſt: & quamuis D. Thoma 2. 2. *quæſt.64 art.6.ad 2.* teneat contrarium, primo quià nocet ei, quem plus diligere tenetur; ſecundo quià iniuriam infert ei, qui magis eſt dignus: tertio quià priuat cõmunitatem maiori bono: quarto quià Deum cõtemnit ſecundũ illud *Lucæ* 10.*qui vos ſpernit,*
95 *me ſpernit*; nihilominùs replicant præfati Doctores dicendo quod magis conſiderabile eſt damnum ex nece pagani, cum moriatur etiàm in anima, & maiùs eſt damnum in morte vnius animæ, quàm mille corporum *cap. ille* 22. *quæſt.*5. *& cap. ſi habet* 24. *quæſt.* 3. & eò magis conſiderabile eſſe damnum exiſtimant, quando occiditur puer, de cuius baptiſmo, vel conuerſione magis ſperatur, quam de conuerſione adulti, vt firmant Suſana, & Theodor. *loc.cit.* licet ergo ſit verum quod dicit Diu. Thomas ex vno capite, tamen ex alio nempe ex damno quod infertur animæ in caſu prædicto potius tenenda eſt hæc recenſita opinio.

Non obſtant in contrarium adducta, quià neutrum ex duobus motiuis ſuprà recenſitis ſubſiſtit.

Non quidem primùm, quia Iudex Eccle-
96 ſiaſticus non tenetur propter qualitatem pœnæ deſiſtere à proceſſura, & delinquentem tradere Curiæ ſæculari, vt reprobato
97 Carolo de Graſſis *loc.cit.* pluribus oſtendit Sperell. *deciſ.* 86. *ferè per tot.* & ſignantèr *num.* 24 vbi his formalibus verbis loquitur: *Caueat igitur Iudex Eccleſiaſticus ne iuxta ſententiam Caroli de Graſſ. in cauſa mixti Fori, in quibus pœna ſanguinis imponenda venit, compilatum proceſſum, vel Reum, aut cauſam ipſi Iudici laico committat; ſed vel pœnam, quam ipſe pro modo ſuæ iuriſdictionis imponere valet infli-*
*gat, vel Summum Pontificem, aut Sacram Con-*
98 *gregationem conſulat*; & hæc opinio videtur comprobari ex Text *in cap. fœlicis de pen. in 6.* ibi: *Si quis verò per ſe, vel per alium occiderit Cardinalem, quod abſit, vel dederit cauſam mortis, vltra quam præmiſſa contineant, ſic in eum poteſtas Iuriſdictionis inſurgat, ſic rigor vltionis inſiliat, quod contra vitæ ſubſidium, mortis ſolatium innocet, viuens pœna, non culpæ, vindictæ ſpeculum, non offenſæ. Per hoc quoque ſecularibus Poteſtatibus non adimimus facultatem vtendi legibus contra tales, quas aduerſus ſacrilegos Catholici Principes ediderunt*: Ex his enim apparet, quod poteſt vterque Iudex Eccleſiaſticus, & ſæcularis in delicto tàm enormi, ac pœnam mortis naturalis exigente, procedere ad illius punitionem, vt ex Gomez Boſſ. Couarr.& Scaccia firmat Ambroſin. *de Immunit.Eccleſ.cap.* 20. *num.* 17.

Nec minùs ſubſiſtit ſecundum, quia, vt
99 loquar cum Sperell. *d. deciſ.* 86. *num.* 3. argumentum fallax eſt, & inane, cum ex ſupra conſideratis appareat, quod partes non fuerunt ſufficienter enumeratæ: nec eſt verum, hoc non reperiri Iure, & autoritate Doctorum cautum, quia Cardinalis Ale-
100 xandrinus *in cap.conſuluiſti* 2. *quæſt.*5. ex diſpoſitione dicti Textus firmat, quod Iudex Eccleſiaſticus poteſt punire laicos filios proprios perimentes: & Facchin. *loco citat.* videtur innuere, quòd occidens fœtum animatum in vtero exiſtentem, ex quo impeditur baptiſmus,& anima illa Regno Dei priuatur, homicida ſubiacet priuatiuè pœnis Iuris Canonici, quia Ius Ciuile dictam rationem non conſiderat: ſed non placet, quod dicit de priuatiua, quia Ius Ciuile diſponit in pluribus locis de occidente fœtũ in vtero exiſtentem, & re vera id explicitè, & expreſsè Facchinæus non dicit *ibidem*.

Poſt hæc ſcripta vidi Donat. Ant de Marinis *Iur. reſol. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. *& ſeqq.*
101 qui firmat, quòd Iudex Eccleſiaſticus nequit extra Statum Eccleſiaſticum cognoſcere vigore Conſtit. ſan. mem. Sixti V. cauſas abortus, ſi huiuſmodi crimen ſit cõmiſſum à laicis: ſed adhuc puto eſſe perſi-
102 ſtendum in mea opinione, quia rationes ſupra allatæ fortiùs vrgent ad monſtrandũ Epiſcopum eſſe in his de Iure competẽtem, quę forſan non venerunt in mentem eidem de Marinis, ſolùm enim conſiderauit, quòd ex Stylo inueterato Regni Neapolitani Põtificiæ Conſtitutiones numquam exemerunt à Iuriſdictione Iudicis laici perſonas ſæculares pro aliquo patrato facinore, Iure ciuili punibili, nec illas Iudici Eccleſiaſtico ſubmiſerunt, niſi in crimine hæreſis: & conſiderauit etiam, quòd in delictis mixti Fori, in quibus de Iure datur præuentio, in eodem Regno *vigore Capitulorum* confirmatorum ab Honorio Papa III. Sæcularis priuatiuè quoad Eccleſiaſticum procedit, ex traditis

ditis à Villagut, Graff. de Ponte, & de Cur-
te *locis* per eum *relatis*. Fundat ergò ſe ſo-
lùm in ſtylo, & Concordatis, & ſic eius do-
ctrina non poteſt allegari extra locum, in
quo ſtylus, & Concordata nō exiſtunt, nam
ceſsātibus his regula militat pro Iudice Ec-
103 cleſiaſtico, quod in delictis mixti Fori, &
quæ prohibita ſunt à Iure Canonico æquè,
ac à Iure ciuili vterque Iudex procedit, &
inter eos eſt locus præuentioni, vt tradunt
Doctores allegati *ſupra num.* 40. quibus addi
poteſt F. Michael Agia *de exhibend. auxil.
fundamen.* 17. *per. tot.* quem allegat de Marin.
*loc. cit. num.* 7.

Cæterùm rationes, quibus motus fuit Sanctiſſimus Pontifex non patitur reſtrictionem, vt in ſolo Statu Eccleſiaſtico Conſtitutio illa locum habeat; tenduut enim ad arguendum, & puniendnm eos, qui animas Cælo, & Cælum animabus cum eorum impietate, & crudelitate priuant, & propterea vbique etiam extra Statum Eccleſiaſticum debet ſeruari, vndè ſatis appoſitè Nouar. *in Summa Bullar. tom.* 2. *tit. de abortu num.* 5. & 19. Portules *dub. regul. verbo abortus num.* 19. Rodriquez *qq. Regul. to.* 2. *quæſt.* 33. *num.* 4. & his relatis Diana *moral. par.* 7. *tract.* 5. *de abortu reſol.* 41. ponunt generalitèr, & abſolutè concluſionem, quòd in cauſis abortus datur præuentio inter Iudicem ſæcularem, & Eccleſiaſticum.

Et quamuis poſſit aſſignari aliqua differentia inter abortum, & infanticidium, nihilominus ratio eſt eadem quando infans abſque baptiſmo occiditur, & ſic debet militare eadem diſpoſitio: & vbi occiditur infans poſt Baptiſmum, & de hac qualitate legitimè conſtet, tunc Eccleſiaſticus ſuam Iuriſdictionem benè tuebitur ex conſuetudine, quæ, vt dixi, tribuit Iuriſdictionem.

Notandum obiter, quòd Concordata, & Capitula Papæ Honorij, in quibus fundat ſuum dictum de Marinis, nullibi extant, vt oſtendit Maranta *in Apologia pro Iuribus Eccleſiæ num.* 241.

---

# Cap. VI. §. II.

Chiunque comprarà, ò in altro qualunque modo preparará veleno, ò altro al fine ſudetto etiam che non veniſſe all' atto proſsimo, ſarà punito con la pena della forca.

*SVMMARIVM.*

1 *Doctores, qui tractant materiam emptionis veneni.*
2 *Verbum,* preparerà veleno *verificatur in ſola emptione.*
3 *Contrarium.*
4 *Quid vigore Bannimentorum.*
5 *Conatus deductus ad actum proximum punitur pœna ordinaria in filio tentante occidere Patrem veneno.*
6 *Quod procedit ſolùm ratione veneni.*
7 *Veneni qualitas eſt circumſtantia, quæ præ cæteris maleficij nomine deſignatur.*
8 *Efficit delictum proditorium, & magis atrox. Præſertim in filio. ibidem.*
9 *Bannimenta licèt rigoroſa videantur circa materiam veneni, nihilominus debent ſeruari.*
10 *Sed eſſe iuri conformia oſtenditur.*

## Comprarà, ò in qualunque modo preparerà veleno.

1 DE hac materia vide Cenſal. Rota Ia-
nuen. *deciſ.* 18. *per tot.* Farin. *conſ.* 184.
Caball. *de omni gen. homic. n.* 595. & *ſeq.* & Ta-
piam *de Iure Regni lib.* 5. *tit. de venenis num.* 6.
& *ſeqq.* Baiard. ad Clar. §. *homicidium nu.* 35.
Gilhauſen *arbor. iudic. crim. cap.* 2. *tit.* 14. *nu-
mer.* 6. & vide quæ latiùs dicam *in cap.* 31.
vbi plura circa probationem corporis de-
licti.

Quæro primo, pro intelligentia banni-
mentorum, an verbum *preparerà veleno,* in-
2 telligatur de ſola emptione? videtur reſpon-
dendum affirmatiuè, quià eſt ſpeciale in
parricidio, quod ſola emptio ſufficiat, vt
eſt text. & ibi Angel. *in l.* 1. *ff. ad leg. Pompe.
de Parricid.* ſed poteſt attentari contrarium,
3 quia præparare eſt aliquid plùs, quam eme-
re ex adductis a Don Franc. Caraſco *in
tract. de nobilibus non torquend. num.* 106. præ-
ſertim cum bannimenta ſint ſtrictè, & in
proprio, & vero ſignificatu intelligenda,
& propterea requirunt vltra emptionem
etiam præparationem, itaut nihil aliud ſu-
perſit, quàm datio ad propinandum, vt
contra Bartolum dicit Angel. *in d. l.* 1. Cæ-
terùm noſtra Bannimenta ſunt clara,
& nulla egent interpretatione, dum eadem
pœna puniri volunt ementem, & præpa-
4 rantem venenum, & ſic verbum *preparerà,*
debet hic capi iuxta vſum vulgarem lo-
quendi, hoc eſt habere in promptu, & ad
manus. Vide de hac re latè loquentem
Giouagnon. *conſ.* 28. & *con.* 29. *vol.* 1. &
Carena *de S. Off. par.* 2. *tit.* 12. §. 34. *nu.* 283.
& *ſequentibus,* & Cyriac. *contr foren.* 483. *nu-
mer.* 18. & 19.

Quæro ſecundò. An hæc Bannimenta-
lis diſpoſitio ſit vndequàque ſequenda, quā-
dò de generali conſuetudine conatus non
punitur pœna ordinaria, effectu non ſequu-
to? Reſpondendum affirmatiuè, quia li-
cèt ſit rigoroſa, nihilominus debet atten-
di, & ſeruari, vt in terminis dicunt Clarus
*pract. crim. quæſt.* 92. *num.* 2. & Carpzou. *pra-
5 ctic. crim. par. prima quæſt.* 17. *num.* 11. ſunt
quidem rigoroſa *primo* quia communis eſt
Doctorum opinio in hac facti ſpecie pœ-

nam

nam ordinariam eſſe imponendam, quan-
do filius deuenerit ad actum proximum,
puta ad veneni propinationem; pœnam
verò extraordinariam imponendam, quan-
dò res ſtat in ſolo actu remoto vt firmat Fa-
rinac. *queſt.* 120. *num.* 147. *& quaſt.* 122. *nu-
mer.* 17. & citat Baiard. ad Clar. §. *homici-
dium num.* 16. Couar. *in elem. ſi furioſus p.* 2.
*in princ. num.* 11. *verſ. potiſſimum eſt admitten-
da de homicid.* & Farinac. *ibidem*, ſubdit ità
poſſe procedere ſcripta per Harpreɛt. §. *item
lex Cornelia de Sicarijs num.* 191. *Inſtit. de pu-
bl. Iudic.* addo Caraſco *in tract. de nobilibus
non torquendis num.* 105. 106. *& num.* 109. So-
lorzan. *de Parricidio lib.* 2. *cap.* 16. *verſ. qui-
bus apparet* & Matth. Berlich. *pract. concluſ.
par.* 4. *concl.* 6. *num.* 45. *& ſeqq.* qui firmat
quod emens venenum ad occidendum Pa-
trem, vel matrem, debet pœna mortis pu-
niri, dummodò deuenerit ad actum proxi-
mum, at hoc ferro, gladio, alioue modò
6 attentantem extraordinaria plectendum
aſſerit, etiam ſi conatus fuerit actui proxi-
mus, & plurimos concordantes allegant,
& poteſt eſſe ratio differentiæ, quia qualitas
7 veneni præſefert circumſtantiam, quæ præ
cæteris maleficii nomine deſignatur, tan-
toque reputatur ſceleratius, quantò occul-
tius committitur, vt aduertit Solorzan. *de
parricid. lib.* 2. *cap.* 16. *circ. princ.* per Text.
*in leg. prima C. de maleſ. & Matth.* ibi: *plus eſt
hominem extingere veneno, quam, occidere gla-
dio*, & hanc opinionem tenet Vermigliol.
8 *conſ. crim.* 23. *num.* 15. vbi ait, hoc eſſe pro-
pter veneni qualitatem efficientem deli-
ctum proditorium, & magis atrox, præ-
ſertim in filio, vt præſsè volunt Vermigl.
*loc. cit. num.* 1. *verſ. vel ſi verior*, & Berlich.
*loc. pariter citato num.* 48.

Secundò Bannimenta poſſunt dici rigo-
roſa, & à Iure exorbitantia quia Text.
*in l. prima ff. ad leg. Pamp. de parric.* hoc diſpo-
nit tantùm in filios ibi *praterea, qui emerit ve-
nenum, vt Patri daret, quamuis non potuerit dare*
& in filios tantùm procedere inquiunt Ber-
lich. & Vermiglio l. *locis proximè citatis*.

Et tamen Bannimenta volunt eſſe impo-
nendam pœnam furcarum contra ementes,
& præparantes venenum quamuis non ve-
niant ad actum proximũ, & hoc extendunt
ad omnes nominatos, tam aſcendentes, quã
deſcendentes, & collaterales.

9 Sed licet ſint, vt dixi, rigoroſa nihilomi-
nus debent attendi, & ſeruari iuxta doctri-
nam, & auctoritatem Clari Carpzouii de
qua *ſupra*.

Poteſt tamen ſaluari ab apparentia rigo-
10 roſitatis hæc Bannimentalis diſpoſitio ex
diſpoſitione Text. *in l. prima §. praterea ff. ad
leg. Corn. de Sicar.* vbi punitur lege Cornelia
qui hominis necandi cauſa venenum con-
fecerit, dederit, & Coraſco *loco citato nu-
mer.* 106. ex dicto Textu ait teneri *d. leg. Cor-
nelia*, qui facit, qui vendit, & qui retinet
venenum cauſa necandi hominem.

# Cap. VI. §. III. & IV.

§. 3. Chi con intentione di vccidere ferirà tali Perſone, ò altramente verrà all'atto proſſimo, caderà nella pena della forca.

§. 4. Ma ſe alcuno ſenza intentione d' vccidere ferirà, ò percuoterà alcuna delle ſudette perſone, incorrerà in pena della Galea per anni diece, la quale s' eſtenderà ſino alla pena della forca, ſecondo la qualità dell' offeſa, et altre circonſtanze ad arbitrio di S.S. Illuſtriſſima.

*SVMMARIVM.*

1 *Percutiens hominem cum animo occidendi debet mori iuxta Sacram Scripturam.*

*Percutiens animo occidendi Patrem, vel filium proprium debet mori ibid. & ita fuit exequutum.*

Text. in l. prima ff. ad leg. Pomp. de Parricidijs, *quomodo intelligatur per Doctores ibidem.*

2 *Animus occidendi in percutiente coniecturis probatur.*

3 *Nempè ex inimicitia, seù odio pracedente, ex qualitate armorum, pluralitate vulnerum, & ex parte corporis percuſſa.*

4 *De filijs vulnerantibus Parentes, qua iura diſponunt, & qui Doctores loquantur.*

5 *Pœna percutientis, vel vim facientis Patri nunquam paterit de facili iudicari exceſſiua licet re vera modum excedat & quarè.*

*Pater poteſt ob percuſsionem filium exheredare ibidem.*

6 *Iniuria verbalis grauis aquiparatur verberibus.*

7 *Natura horret, & horret animus in cogitando quod filij ſint adeò impij, vt occidere, vel iniurare poſſint parentes.*

8 *Filius, qui verberat Patrem habet praſumptionem contra ſe, quod non ſit generatus ab illo.*

9 *Lex erubeſcit filios fieri caſtigatores Parentum.*

10 *Filij debent patienter ferre caſtigationem factam à Patre, etiamſi cum verberibus fiat.*

11 *Patris perſona debet eſſe, & videri Sancta filijs.*

12 *Patri licet filios percutere ad correctionem, & quatenus ſint Clerici etiam abſque metu excommunicationis, & num.* 13.

14 *Fallit ſi filius ſit in ſacris conſtitutus: contrarium eſt verius. ibidem.*

15 *Filius etiamſi Patr excedat in modo corrigendi non poteſt vim vi repellere.*

16 *Filius injiciens manus violentas in Patrem, vel Matrem, de ſtylo Tribunalium condemnatur ad triremes.*

17 *Ceſſas in filio minore.*
18 *Pœna triremium impoſita fuit quandoque filijs ex condictu Patris.*
19 *Et hoc eſt conforme diſpoſitioni Iuris.*
20 *Forma data in* l. 3. C. de Patr. Poteſt. *ſi non ſeruatur reddit actum nullum.*
21 *Contrarium.*
22 *Iudex etiam ex officio tacentibus parentibus poteſt punire filios inobedientes.*
23 *Forma data* in d. l. 3. *eſt per modum conſilij.*
24 *Delicta non debent remanere impunita.*
25 *Text.* in d. l. 3. C. de Patr. Poteſt. *interpratatur.*
26 *Pater non auditur ſi poſt factam declarationem vult parcere.*
27 *Dummodò res ſit mali exempli.*
28 *An audiatur ſi vult minorare pœnam declaratam. & num. 33.*
29 *Pœna eſt merx delicti.*
30 *Delicta debent puniri, vt pœna vnius ſit metus multorum.*
31 *Borones, qui habent Ius gratiandi, lata ſententia nequeunt gratiore, quia ex ſententia acquiſitum eſt Fiſco Principis Ius.*
32 *Principi lata ſententia non licet gratiare niſi ex magna cauſa.*
*Vel niſi pars leſa aſſentiatur ibidem.*
34 *Iudex non poteſt ſupplere pœnam indictam, & volitam à Patre etiamſi ſit minor condigna.*
35 *Sed tam reducit, ſi excedit.*
36 *Pater præſumitur à lege eſſe perſona honeſta, & diſcreta.*
37 *Text.* in l. ſi filius C. de Patr. Poteſt. *reſtrictus eſt ex diſpoſitione Text.* in leg. ſi quis dicat ff. de manumiſſ.
38 *Pater debet habere, & facere probationes contra filium quando vult quod puniatur.*
*Contrarium num. 40.*
*Intellige, & concorda vt num. 48.*
39 *Iudex debet ſe regulare ex actis, quia non entium, & non apparentium idem eſt iuditium.*
41 *Pater poteſt propria autoritate incarcerare filium.*
42 *Per viam correctionis, non iuriſdictionis.*
43 *Poteſt illum retinere in priuato carcere.*
44 *Etiam in compedibus creſcente contumacia.*
45 *Vel poteſt inſtare apud Iudicem pro carceratione.*
46 *Neapoli filij ad inſtantiam Patris ponuntur in Turri S. Vincentij.*
47 *Et quandoque etiam in triremibus collocantur.*
49 *In grauibus non ſolum contra filium delatum à Patre requiruntur probationes, ſed ipſe filius audiri debet in ſuis defenſionibus.*
50 *Filius debet puniri eadem pœna ſi offendit matrem, qua tenetur offendens Patrem.*
51 *Patri, & Matri æqualis debetur pietas, licet inæqualis ſit eorum poteſtas.*
52 *Mater non habet ius corrigendi filium.*
53 *Contrarium.*
*Vide rationem ibidem.*
54 *Riccius reprobatur.*
55 *Præceptum de non conuerſando cum meretrice relaxatum ad inſtantiam matris contra filium. eſt conforme Iuri, num. 58.*
56 *Text.* in l. 3. C. de Patr. Poteſt. *non continet aliquod ſpeciale patriæ poteſtatis.*
57 *Matri competit modica correctio in filium.*
59 *Fornicatio ſimplex poteſt prohiberi, & puniri.*
60 *Sub pœna pecuniaria.*
61 *Imò etiam corporali. verſ. verum quod.*
*Præcepto ſub pœna pecuniaria expedito contrauenions carceratur ibidem.*
*Adoloſcentes ad luxurioſè viuendum alliciens debet puniri corporaliter ibidem. verſ. verum.*
62 *Mater inſtans puniri, & corrigi filium debet habere in promptu probationes.*
*Vide rationem ibidem.*
63 *Mater non habet ius dicendi, & arbitrandi pœnam in filium prout habet Pater.*
64 *Filius committens furtum in bonis Patris ſub patria poteſtate exiſtens debet puniri ex præſcripto Patris.*
65 *Contrarium.*
66 *Aſſignatur ratio quare contra filium non naſcitur actio criminalis & num. 72.*
67 *Ideò nec Iudex poteſt ex officio procedere.*
68 *Poteſt tamen Pater eum moderatè caſtigare.*
69 *Text.* in l. reſpiciendum §. furta ff. de pœn. *cum diſponat de famulo ſubtrahente bona Domini, non procedit in filio ſubtrahente bona Patris.*
70 *Aſſignatur differentia.*
71 *Furta domeſtica quæ ſint.*
73 *Pater poteſt ex iuxta cauſa facere incarcerare filium ad effectum vt impediat matrimonium, quod deſtinauit facere cum aliqua muliere.*

## Chi con intentione d'vccidere ferirà.

1 QVI percuſſerit hominem volens occidere morte moriatur, dicit Sacra Scriptura Exod. *cap. 21. verſ. 12.* ergò multò magis pœna mortis puniri debet is, qui cum intentione occidendi Patrem vulnerat, & ità fuiſſe executum contra quemdam nomine Fontanella, qui animo occidendi matrem vulnerauerat, refert Abauo *de reatib. quæſt. 7. num. 183.* fuit enim combuſtus vt dicit Abauo *ibidem*.

Tollitur ex hac Bannimentali diſpoſitione controuerſia, quam excitant Doctores circa Text. *in l. 1. ff. ad l. Pomp. de parricid.* an ſcilicet procedat tam in Parricidio attentato cum veneno, quam in Patricidio attentato cum gladio, ferro, alioque modo, quos pro vtraque parte refert Farinac. *quæſt. 120. numer. 150. & 151.* & Berlich. *pract. concluſ. p. 4. concl. 6. num. 46.* & ſublata etiam remanet alia per Doctores excitata circa actus proximos, ſeù remotos, de qua agit idem Farinac. *d. quæſt. 120. num. 151.*

Sed quomodo probetur, quod percuſſio ſit facta animo occidendi? Dic, quod animus tanquamquid latens, & ſoli Deo no-
2 tus, & cognoſcibilis, coniecturis, & præſum-

ſumptionibus probatur, & fit manifeſtus.
vt dicit Lau. Matthæu de Regim. Regni Valent.
cap. 8. §. 8. num. 78. & ideo præſumitur ex
3 præcedente inimicitia, & odio Farinac. quæ-
ſtion. 126. num. 177. Caball. de homicid. nu-
mer. 115. & num. 290. & Matthæu loc. citat.
præſumitur ex qualitate armorum, vt ex
Farinac. Caball. Giurb. dicit Matthæu loc.
citat. num. 79. præſumitur ex pluralitate vul-
nerum, Farin. & Caball. locis relat. à Matthæu
num. 80. & præſumitur ex parte corporis læ-
ſa, vt reprobato Bertazol. conſ. 208. num. 5. &
6. lib. primo, pluribus citatis Doctoribus fir-
mat Farinac. quæſt. 126. numer. 193. & 194.

## Ma ſe alcuno ſenza intentione di vccidere ferirà, ò percuoterà.

De filijs verberantibus parentes diſponit
4 Text. in l. prima §. pen. ff. de obſeq. parent. &
patron. præſt. l. ſi filius & l. ſeq. C. de patria po-
teſt. & de materia agunt Vueſſemb. com. ff.
ad l. Pomp. de Parricid. num. 12. verſ. cæterum
ſi quis Dan. Moller. ad Conſtitut. Saxon. p. 4.
conſt. 3. num. 29. Hartman. Piſt. obſeru. 168.
incip. liberi num. primo & ſeq. & his relatis
Berlich. pract. concl. par. 4. concl. 6. num. 65.
Tutius allegat. 45. num. 57. & ſequent. Vuitt.
conſ. crim. 6. Add. ad Beſoldum Theſau. prac.
adauct. lit. S. §. 82. fol. mihi 893. Thor. vot.
deciſ. 31. per tot. tom. primo Carpzou. pract.
crim. quæſt. 100. num. 37. & ſeq. Fontanella
de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 7. part. 2. num. 10.
Cortiada deciſ. 96. num. 51. par. 2. Ant. Mat-
thæus de criminibus tit. de Parricidio cap. 2.
nu. 16. qui ait, quod ſi extra cædem vis fiat
parentibus, Præfectus Vrbis, quoniam ad
publicam pietatem pertinet, vindicabit pro
modo admiſſi l. prima §. ſi filius ff. de obſeq.
Patri Patron. præſt. l. 3. & 4. C. de patria poteſt.
5 Subdens, quod & ſi grauiter animaduertit
non facilè modum exceſſiſſe iudicabitur,
cum lex Diuina capitale eſſe voluerit Exodo
cap. 21. verſic. 12. quæ iura affert etiam Aze-
uedo recopil. lib. 8. tit. 10. leg. prima & affert
vlterius Text. in l. vnica C. de ingrat. liber.
& ſubdit, quod vltra pœnam imponendam
à Iudice iuxta tramites legum, reſidet in ar-
bitrio parentum etiam exhæredare iuxtà
Text. in auth. vt cum de appellat. cog. & Gloſ.
in §. fin. Inſt. de inoffic. teſtam. & Gloſ. in cap.
quintanallis de Iureiur. quod poſſe fieri etiam
pro iniuria verbali graui firmat Curt. Iur.
conſ. 148. num. primo & Clar. §. teſtamentum
quæſt. 41. num. 3. & Azeued. loc. cit. num. 4.
6 grauem iniuriam verbalem æquiparat ver-
beribus. Sed ſicut, vt dixi in principio huius
capituli, horret natura, & horet animus in
cogitando, quod homines ſint adeò impii,
vt Genitores, qui in Mundum eos adduxe-
7 runt è Mundo infanda recompenſatione
tollere poſſint, ita pari modo neſcit crede-
re, quod iniurioſi, crudeles, & malo ani-
mo poſſint in eoſdem exiſtere, quando de
Iure naturali, Diuino, & Gentium debent
reuerentiam, & omne obſequium eiſdem
exhibere vt eſt Text. in l. prima & 2. ff. de
obſeq. Parentibus, & Patronis præſtand. Exod.
cap. 20. Deuteron. cap. 4. num. 27. Ariſtotel.
9. Ethicor. in princ. & Topicor. 8. pluribus
Foller. in pract. cenſual. verbo Nicolaus Epiſco-
pus num. 142. & ſeq. Nauar. Manual. cap. 14.
Io: Baptiſta Thor. vot. deciſ. 31. num. 40.
& ſeq. tom. primo, & ex Cicerone Decian.
Cened. & pluribus ciuilibus, & Canonicis
Iuribus monſtrat Solorzan. de crimin. Parri-
cid. lib. 2. cap. 2. per tot. Proptcrea ad com-
probationem huius noſtri aſſumpti Petrus
Roiz deciſ. 3. num. 426. inquit, quod credi
8 neutiquam poterit, quod ſit filius is, qui
Patrem verberat, quia natura hoc non pa-
titur, imò vt inquit Thor. loco cit. num. 45.
natura abhorret, & vt dicit Gloſ. in leg. cum
oportet §. non autem verſ. patria poteſtas C. de
9 bon. quæ liber. lex erubeſcit filios fieri caſti-
gatores Parentum, & ideo præcipit vt ſum-
miſſio, reuerentia, & obedientia filii de-
10 beat eſſe tanta, vt omnem caſtigationem
etiam verberibus factam à Patre debeat
ferre patienter, & veluti ouis coram Ton-
dente, & nec os aduerſus Patrem aperire, ad
tradita per Ang. in l. Prætor. edixit §. præte-
rea n. 3. ff. de iniur. & Paſchal. de patr. poteſt.
par. 3. cap. 4. n. 5. nam perſona Patris debet vi-
11 deri filio ſemper ſancta, & honeſta ad Text.
in l. honori ff. de obſeq. parentib. & patron. præſtan.
12 etiāſi filius ſit Clericus, quia adhuc Patri li-
cet eū caſtigare, & corrigere etiā abſq; metu
13 excommunicationis, vt ex Gloſa Tancr.
& Flor. dicit Paſchal. loc. cit. n. 13. quamuis
quoad excommunicationem contrarium
aſſerat Archidiacon. cap. cum beatus 45. di-
ſtinct. ſi Clericus ſit Sacris Ordinibus ini-
14 tiatus, quia, vt aſſerit, negari non poteſt,
quin manus Patris ſit hoc caſu temeraria,
& cum ſequitur Paſchal. loc. cit. num. 13. Sed
Patrem non incidere in excommunicatio-
nem in his terminis filii in ſacris conſtituti
poſt innumeros, quos refert concludit Boſ-
ſius tit. de patr. poteſt. cap. 3. §. 3. num. 139.
Et hoc, nempè, quod filius omnem caſti-
gationem etiam verberibus factam à Patre
debet patienter ferre, eſt verum, etiamſi Pa-
ter excedat in modo corrigendi, & caſti-
gandi, nam eo caſu permiſſum eſt filio, vt
adeat Iudicem, eiuſque officium imploret
contra inhumanitatem Patris adhoc, vt li-
ber fiat ab eius poteſtate, & emancipetur
vt habetur in leg. finali ff. ſi à Parente quis
manumiſſ. fuer. vbi Gloſa verbo cogit iu-
ra allegat concordantia, & comprobat
15 Paſchal. loc. citat. numero decimo at non
licet vim vi repellere, & Patrem reper-
cutere, vt dicit Gloſa in l. vt vim ff. de
iuſt. & Iure verbo vt vim & Dec. ibidem nu. 21.
& ſi repercutere audeat, poterit, impunè à
Patre interfici, vt ex Marſil. Carrer. Duenn.
& Clar. dicit Paſchal loc. cit. num. 8. & ex
Aſcanio Clement. de Patr. poteſt. effect. 1. nu. 15.

& alijs aduertit Io:Bapt.Thor. *d.vot.31.n.23.*
Propterea meritò in Bannimentis noſtris
pœnam triremiũ per decennium,& etiã vlti-
mi ſupplicij arbitrio &c. punitur percuſſio,
ſeù vulnus à filio etiã ſinè animo occidendi
16 in patrem illlatum, recepta enim eſt in Tri-
bunalibus pœna triremium ad tempus pro
violenta manus iniectione in Patrem, vt
fuiſſe practicatum in Regno Neapolitano
contra quemdam Petrum Paulum Poligna-
num teſtatur Io: Baptiſta Thoro *d. vot. 31.*
*in princ.* & etiam *in fine tom. primo*, & fuiſſe
practicatum in Cathalonia contra filium,
qui manus violentas iniecerat in Matrem
viduam, teſtatur Fontanell. *de pact. nupt.*
*clauſ. 4. gloſ. 7. par. 2. num.* 10. & ex eo Cor-
tiada *deciſ. 96. num.* 51. & fuiſſe practicatum
in Senatu Lypſiẽſi teſtatur Hartman Piſtor.
*obſeru.* 168. *incip. liberi*, & in Senatu Sabau-
diæ fuiſſe indictam pœnam triremium ad
decennium cuidam Mallier, qui Patrem
deſeruerat, & ei multa rapuerat, vitamque
ei eripere molitus fuerat, & eãdem pœnam
fuiſſe indictam Claudio Maiet., qui ſimile
crimen commiſerat contra Patrem, refert
Abauo *de reatibus quæſt.* 7. *num.* 183.

Et quamuis Cortiada *deciſ.* 83. *num.* 19. *in*
*fine*, dicat fuiſſe condemnatum ſolum ad
exilium per quinquenium cum commina-
tione pœnæ triremium in caſu controuen-
tionis eum, qui Patrem ſuum violenter è
Domo eiecerat, & in vico in terram illum
proiecerat, propter quod fuit pater grauiter
vulneratus, & ſanguinem effudit, & inſu-
per in actu capturæ fecerat reſiſtentiam
cum explofitione archibuſiatæ in Curiam,
nihilominus hoc non poteſt trahi in conſe-
quentiam ad alios ſimiles caſus, quia in ca-
17 ſu Cortiadæ aderat minor ætas delinquen-
tis, vt apparet ex recenſitis per Cortiadam
*loc. cit.* ibi *Petrus Gramages minor*, & ideo non
eſt mirum ſi fuit receſſum in eo à rigore Iu-
ris, cum minori sẽper in aliquo debere ſuc-
curri dicant Theſau *deciſ.* 161. *num.* 5. Ca-
ball. *crim. reſol.* 134. *nu.* 8. *& ſeq.* & Paſchal.
*de patr. poteſt. par. 2, cap. 10. num.* 22.

Et nec poteſt trahi in conſequentiam id,
quod dicit Veſſembec. *in paratit. ff. ad legem*
*Pomp. de Parricid. num.* 12. & ex eo Carpzou.
*pract. crim. quæſt.* 100. *num.* 35. nempè quod
ſublato ex conſuetudine, & Principum re-
ſcriptis Parentibus iure vitæ, & necis, quod
habebant in filios, quia metuendum erat,
quod ipſi forſan præ ira plus acturi eſſent,&
grauius in filium animaduerſuri quàm po-
terant,& quàm filij promeriti eſſent; hodie
(excepto ſi filius occiderit Patrem) ob ma-
nus violentas, ſeù verbera parentibus illa-
ta, pœna eſt arbitraria, carceris ſcilicèt, vel
relegationis, vel quòd durius, & nonniſi
in atrociſſimis practicandum, manus, qua
percuſſio facta eſt, amputationis; & hinc
Scabini, prout refert Carpzou. *loco cit. nu-*
*mer.* 37. *& ſeqq.* ob iniuriam realem, gra-
uem, & atrocem Parentibus illatam impo-
nunt pœnam fuſtigationis, aut amputatio-
nis manus,& relegationis in perpetuum: ob
iniurias verò leuiores puta verbales, vel
reales abſque tamen vulneribus illatas, pu-
niunt filios relegatione, vel carcere, in quo
pro ratione circumſtãtiarum pane, & aqua
cibandos decernunt: ſiquidem Carpzouius
hãc praxim fundatam eſſe *in Iure municipali,*
*ſeù Conſtit. Elector.* innuit, dicens, quod gra-
uis iniuria realis illata Magiſtratui, fuſtiga-
tione, & manus amputatione vindicatur,
iniuria verò leuis, quamuis realis, ſine ta-
men vulneribus illata, relegationis, vel car-
ceris pœna plectitur *ex Conſtit. Elect. ergò*
*eadem pœna debet vindicari iniuria à filijs il-*
*lata parentibus; quia iniuria illa parentibus,*
*& illata Magiſtratui æquiparantur, vt eſt*
Text. *in lege* 7. §. *atrocem ff. de iniur.* argu-
menta enim, quibus vtitur Carpzou. præter
illud deductum *ex Elect. Conſtitut.* conclu-
dunt pro maiori, & grauiori pœna, nam
ſi iniuria illata parentibus, vt ipſe ait, & re
vera, eſt atrox, & inſignis, ita vt pœna ar-
bitraria extendi poſſit ad mortis ſupplicium
non ſolùm ex opinione Gloſæ *in §. in ſumma*
*Inſtit. de Iniur.* Felin. Tiraquell. Menoch.
Boſſ. & Gaill. *locis* per eum *citatis* ſed etiam
quia *de Iure Diuino* Deuteron. 21. *verſ.* 19.
pœna lapidationis, & Exod. *cap. 21, verſ.* 15.
pœna mortis indicitur, vtique ſi à pœna vl-
timi ſupplicij eſt recedendum, per vnum
gradum tantùm à dicta pœna eſt receden-
dum, & ſic non pœna relegationis, ſed tri-
remium perpetuarum, vel ad tempus eſt
imponenda, prout in ſupradictis caſibus
fuit in alijs Tribunalibus practicatum: & ad
formam *Conſtit.* Caroli V. loqui videtur e-
tiam Iohan. Volk Becchmannus *comment.*
*Pandect. Theoricoprafl. tit. de iniur. obſeru.* 38.
dum ait, quod liberi, qui impias manus Pa-
rentibus inferunt, eoſque pulſant etiam fu-
ſtigatione coercentur, ceſſante enim *Conſti-*
*tut.* pœna ſua eſſet triremium ex rationibus
recenſitis: vlterius ipſi non faciunt mentio-
nem pœnæ triremium, quia ſecundùm Be-
chmannum *loc. cit. de pœnis obſer.* 21. damna-
tio ad triremes apud eos non eſt in vſu.

Et hanc pœnam triremium, quandoque
18 fuiſſe indictam ex præſcripto, & Patris vo-
to teſtatur Faber *in eius Cod. tit. de patr. poteſt.*
*diff.* 1, *num.* 4. & ex eo Io: Baptiſta Thoro
*d. vot. 31. num.* 8. prout quandoque pœnam
fuiſſe moderatam ex eo, quia Parentes in-
iuriam filijs remiſerunt, ac pro eis interceſ-
ſerunt refert Carpzou. *d. quæſt.* 100. *num* 40.
ſubdens quod Scabini exiſtimarunt non o-
mne prorſus arbitrium moderandi pęnam
promeritam parentibus ademptum eſſe, &
propterea ſi Parentes iniuriam filijs remiſe-
rint, ac pro eis interceſſerint, pęnam quo-
que corporis afflictiuam remittendam di-
cunt, & Brachmann. *loc. cit. d. obſeruat.* 38.
*num.* 58. inquit quod ſi Parentes liberis ve-

lint

lint condonare iniuriam atrocem illaram,
tuuc pęna fuſtigationis remittitur,& ſolùm
relegantur, & hoc idem, quod Scabini, ac
Brachmann,practicarunt,& practicant Emi-
nentiſs. Pattes Supremi Conſeſſus Sac. Con-
ſultæ, nam ſcribente Domino meo D. Ioã-
ne Franciſco Tertio, qui in defendēdis Reis
in Vrbe ſtudium,& perſpicaciam,ac intrepi-
ditatem ſemper cũ maxima laude oſtendit,
ita decreuerũt ad fauorē Petri Antonij Ca-
ſantini, qui ſtante venia Ioſephi eius Patris,
in quem atchibuſiatam exploſerat, fuit *ſub
die 9. Decembris* 1681. relegatus per decen-
nium ad Ciuitatem Vetulam, cum pęnam
ſaltem triremium, ſi non interueniſſet ve-
nia Patris, meruiſſet.

Hæc praxis nēpè quod pœna imponatur
19 ex præſcripto, volunrate, & arbitrio Patris
deſumpta eſt ex Text. *in l. ſi filius* 3. *C. de pat.
poteſt.* ibi: *Eumque Præſidi Prouinciæ oblaturus
dicturo ſententiam, quam tu quoque dici volueris:*
cuius Textus diſpoſitionem Scabini inter-
prætati ſunt, teſte Carpzou. *d. num.* 40. vt
procedat dumtaxat in caſu, quo Pater velit
vti arbitrio circa mitigationem pęnæ pro-
meritæ,& non aliàs,& verum dicunt ex his,
quæ dicam *infra num.* 35.

Quæro primo, An ſtante diſpoſitione
*d. l* 3. *Cod. de patr. poteſt.* requiratur de ne-
ceſſe, quod pater deferat Curiæ filium, &
pœnam imponendam dicat, & non ſeruata
hac forma corruat actus, & ſententia per
Iudicem factus, & lata? agit de hac quæ-
ſtione Thor. *d. vot.* 31. *& nu.* 18. *& ſeqq.* dicit
20 quod ſententia eſt nulla, & iniuſta, & con-
ſequentèr non exequenda, & poteſt eſſe
rario, quia forma quæ datur à lege, debet
ſeruari ad vnguem, aliàs actus eſt ipſo Iure
nullus, ita vt non egear reuocatione, vt per
Tex. *in l.* 2. *C. quandò non eſt neceſſ. prouoc. &
l. ſi expreſſim ff. de appellat.* inquit Laurent.
Matthæũ *de regim. Regni Valent. cap.* 8. §. 9.
21 *num.* 80. Contrarium tamen concludit ipſe
Thor. *ibid. num.* 68. *& ſeqq.* Quia ſi Pater
ceſſauerit ſua Iura exercere in filios inobe-
dientes, non per hoc ceſſare debet Iudi-
22 cis auctoritas in inquirendo, & caſtigando
ſimiles filios, & allegat Tutium *allegat.* 45.
*num.* 57. & ad rationem allaram reſponde-
tur ordinem illum non eſſe præfixum pro
forma, nec per modum legis, ſed bene per
23 modum conſilij, vt deſumitur ex verbo
*non prohiberis*, & ex verbo *vſurus*, & ex alio
verbo *illaturus*, nam quodlibet ex dictis tri-
bus verbis *in d. l.* 3. poſitis denotat diſpoſi-
tionem faciendi ea, quæ *in dicta lege* haben-
tur, eſſe totaliter remiſſam arbitrio Pa-
tris; & eſſe conſilium, & non præceptum
ſic præciſè faciendi, expreſsè nos docet Ar-
rius Pinellus *in rub. C. de bon. matern. par.* 2.
*num.* 30. quæ autem diſpoſita ſunt per mo-
dum conſilij, non obligant *vulgatis Iuribus*,
Vlterius poteſt diſpoſitio *d. legis* procedere
in caſu ſuo, nempè in re, quæ de ſui natu-
ra non eſt criminoſa, licet damnoſa Patri,
nempè in alienatione rerum, quas tanquam
acquiſitas Patri, non poteſt filius alienare,
aliàs ſi procederet in re penitus criminoſa
24 periculum eſſet, quod multa delicta rema-
nerent impunita contra id, quod ſanciuit
Text. *in l. ita vulneratus ff. ad l. aquil.* vt con-
ſiderat Thor. *loc. cit. num.* 73. & hæc inter-
25 prætatio ad dictum Text. *in l.* 3. venit ex
manifeſto, & patenti ſenſu *l. vnica C. de e-
mendat. Propinquor.* ibi: *quod ſi atrocitas facti
ius domeſticæ emendationis excedat, placet enor-
mis delicti Reos dedi Iudicum notioni*, vbi gloſ.
*in verbo atrocitas* explicat, ideſt: *ſi ſic graui-
ter deliquit, quod non ſufficit ad pœnam correctio
propinquorum, punit Iudex*; prædictæ enim
*leges*, quia *vna* explicat *aliam*, coniunctim al-
legantur ſecundùm Bald. *in d. l. ſi filius* 3. *n.* 2.
*C. de patria poteſt.* propterea non placet, quod
aſſerit Tutius *d. alleg.* 45. *num.* 57. nempè,
quòd licèt Iudex poſſit procedere ex Officio
contra filium verberantem patrem, quia cũ
ob paternam pietatem filium non accuſa-
ret Pater, lex introduxit propterea poſſe ex
Officio procedi, ipſumque arbitrariè puni-
ri, nihilominus arbitrium non poteſt ad
pœnam corporalem extendi: ſiquidem
pœnam eſſe corporalem euincitur, & col-
ligitur manifeſtē ex Text. *in d. l. vnica, & in
l. prima ff. de obſequijs, &c.* & ex ijs, quæ dicam
*infra in* 3. *&* 5. *quæſito*.

Quæro ſecundò, An ſit in arbitrio Patris
26 poſt factam declarationem parcere? Faber.
*in eius Cod. tit. de patr. poteſt. defin.* 1. ait non
eſſe Patrem audiendum, ſi iniuria, & im-
27 pietas ſit atrox, ita vt peſſimi ſit exempli
rem inultam relinquere, in leuioribus enim
remittere quandocumque poteſt etiam poſt
delatam ad Iudicem querelam, ne alioqui
nullus paternæ veniæ, & miſericordiæ lo-
cus relictus eſſe videatur.

Quæro tertio, an ſaltèm ſit in arbitrio Pa-
28 tris poſt factam declarationem, quod pœ-
na præfixa minoretur, vel ad vngem exe-
quatur? dic, quod ſi pœna ſit proportio-
nata delicto, prout debet ſemper proportio-
29 nari, quia pœna eſt merx delicti, vt inquit
gloſ. *in rub. ff. de pæn.* & ex Iodoch. Campa-
gna, Giurb. & Guazzin. aduertit Thor.
*d. vot.* 31. *num.* 48. *& ſeqq.* tunc non debet
minorari, quià ex declaratione facta aqui-
ſitum eſt Ius Fiſco, in cuius præiudicium
non poteſt amplius mutari, *ne dum iniuſto
Patris deſiderio ſatisfacere volumus publicam
vtilitatem offendamus.* publicè ſiquidèm inter-
30 eſt, tam grauia eiuſmodi delicta exemplo
vindicari, vt pęna vnius, ſit metus multo-
rum, vt formalibus verbis inquit Faber *in
d. diffin. prima num.* 4. Comprobatur, quià ſi
Barones, qui habent ius aggratiandi lata
31 ſententia nequeunt pœnam remittere, vel
minorare ob dictam rationem, quià lata
ſententia aquiſitum eſt fiſco ius, cui non
poteſt amplius præiudicari Roland. *conſ.* 4.
*num.*

*num.*51. *& ſeqq. lib.*2. Farin. *quæſt. 6. num.* 2.
*& conſ.* 3. *numer.* 5. Capib. *de Baron. cap.* 30.
*num.7. part.*2. de Matin. *reſol.*33. *lib. primo, de*
Luca ad Vinc. de Franch. *deciſ.* 370. *verſic.*
*Barones*, & quidem Capibl. *loc.cit.* loquitur
de pœna exilij Paul. Fuſch. *ſing.*14 *verbo Ba-*
*ro*, *& remiſſiuè* ad eum Amendul. ad Franc.
*d.deciſ.* 370. *num.*3. loquitur de pœna trire-
mium Farin. *d. conſ.* 3. loquitur de pœna
32 vitæ. Imò nec Principi licere, niſi ex magna
cauſa ait Velaſc. *de Iudice perfecto rub.* 11.
*annot.* 2. *num.* 28. vel niſi pars læſa, cui eſt
ius acquiritum, aſſentiatur, vt oſtendit plu-
ribus Guazzin. *de pace par.*1. *quæſt.* 38. *per tot.*
33 ergò multò minus facta declaratione pote-
rit Pater pænam iàm volitam minorare,
Verum dic, quod non poteſt minorare pœ-
nam in atrocibus, quando pœna ſubroga-
ta non eſſet exemplaris, hoc eſt, non debe-
ret publicè imponi, vt explicat Auendan.
*de Mandat. reg. part.*1. *cap.*7. *num.*8. nam Im-
perator *in l.*3. *Cod. de patr. poteſt*, non curat
de qualitate, & comenſuratione pœnæ ad
delictum, quando fuit commiſſum à filio
familias in contemptum, vel iniuriam Pa-
tris, & ideò contentatur de qualibet pœna
arbitranda à Patre, dummodò in delicto
atroci, ſit exemplaris, vt innuit Faber *in dict.*
*defin.*1. Non obſtat, quod dictum eſt de
ſententia lata, quià prolatio ſententiæ, non
autem ius Fiſci impedit vlteriorem diſcuſ-
ſionem, remiſſionem, & moderationem,
nàm lata ſententia expirat iuriſdictio *l. Diui*
*fratres, ff. de pæn. & l. poſteà quam, ff. de re iu-*
*dicata*, cum alijs adductis per Farin. *quæſt.* 6.
*num.*11. *verſ. ratio autem*, vlteriùs fiſco ſatis
fit eum pæna publicè imponenda, vt dixi.
Si verò pœna declarata non eſſet propor-
tionata, tunc vel deficit, vel excedit primo
caſu Iudex non poteſt ſupplere nec *ex lege*,
34 nec *ex conſcientia*; non quidèm *ex lege*,
quià Imperator ſtatuit *in l.* 3. *C. de patr. po-*
*teſt.* quod ſit imponenda ea pœna, quam
Pater dixerit, ibi *dicturo ſententiam, quam tu*
*quoque dici volueris*; & nec *ex conſcientia*, quia
Iudex non debet eſſe nimis iuſtus, vt pluri-
bus oſtendit Velaſco *de Iudice perfecto rub.*
11. *annot.*1. *num.* 22. prout eſſet, ſi inueſti-
garet, & ſollicitus eſſet de qualitate pœnæ,
quandò lex remittit pœnæ determinatio-
nem arbitrio Patris in mitiorem, vt pluri-
mum inclinantis, vt innuit tex. *in leg. vnica*
*C. de emendation. Propinquor.* & dicit Angel.
*in dict. l. vnica*, ibi *Sed debet correctio mora*
*patrio moderari*, & meliùs gloſ. *ibid.* verbo
*Iure patrio*, ibi *quod potiùs in pietate, quam in*
*atrocitate conſiſtit, vt l. Diuus, ff. de parricid.* &
pluribus oſtendit Solorzan. *de parricid. lib.*2.
*cap.* 8. *per tot.* Secundò verò caſu Iudex te-
35 netur omninò reducere pœnam ad iuſtitiæ
libramen, quià tex. *in d. l. vnica* in immen-
ſum extendi poteſtatem parentum noluit,
ideò reducenda eſt pœna ad terminos Iu-
ris, ſecundum Iaſſt. Balb. *deciſ.*209. Paſcal.
*de patria poteſt. par.*3. *cap.*4. *num.*3. Thor. *dict.*
*vot.* 31. *num.*16. *&* 52. qui *num.*64. teſtatur,
fuiſſe reductam pœnam triremium ad de-
clarationem, & inſtantiam Patris indictam,
& compenſatam cum carceratione paſſa.
36 Etenim lex ſupponit, quod Pater ſit per
ſona honeſta, & diſcreta, vt eſt tex. *in leg. ſi*
*cum dotem, §. nec non ff. ſol. matrim.* quod nul-
lus meliùs pro filio conſilium capiat, vt eſt
text. *in l. nec in ea Cod. ad leg. Iul. de adult.* &
quod nolit filium mori vt dicit Boer. *tract.*
*de ſeditioſis quæſt.* 7. *num.*62. & Thor. *d. vot.* 31.
*num.*15. propterea quandò ex pœna decla-
rata apparet, quod non habet viſcera Patris,
quod eſt indiſcretus, quod rigoroſè proce-
dit contra filium, quod correctio atrocitati
aſcribitur, & vt ait Angel. *in l.*3. *Cod. de pa-*
*tria poteſt.* quod Pater animum ſuum indu-
rauit contra filium, & vellet eum punire
aſperiùs, quàm lex, & quàm delictum ad-
miſſum exigit, tunc lex mandat iudicium
Patris non audiri, vt eſt text. *in d. l. vnica, C.*
*de emendat. propinquorum, & in l. ſi quis dicat*,
*ff. de manumiſs.* gloſa *in dict. l. vnica verbo atro-*
*citas, C. de emendat. Propinquor.* Angel. *in dict.*
*l.* 3. *C. de patria poteſt.* Vbi ait, quod per di-
ctam *l. ſi quis dicat* limitatur diſpoſitio *dict.*
*l. ſi filius*, & hoc dicit etiam Bald. *in dict. l.*3.
*nu.*1. & quod iſto caſu pœna debeat per Iu-
dicem minorari, & reduci ad proportio-
nem, & exigentiam ſceleris admiſſi, colli-
gitur ſecundum me ex textu *in d. l. vnica, C.*
*de emendat. propinq.* conſideratis verbis *in im-*
*menſum extendi*, videtur enim prohibita
extenſio quià iniuſta: & colligitur etiam
ex tex. *in d. l.* 3. *C. de patr. poteſt.* conſideratis
verbis *dicturo ſententiam, quam tu quoque dici*
*volueris*: nam ly dictio *quoque* denotat, quod
Iudex non debet eſſe merus executor vo-
luntatis Patris: ſed debet cognoſcere & ip-
ſe de meritis cauſæ, ex proprietate dictæ di-
ctionis (quoque) quæ eſt implicatiua ſecun-
dum Bartolum *in leg. labeo, ff. de pactis*: ſed
quando tex. *in d. l.* 3. *C. de patr. poteſt.* eſſet
explicandus, itaut Iudex habendus ſit pro
mero executore, prout eſſet, ſi explicare-
tur: *tu quoque*, ideſt *tu ipſe dici volueris*; ad-
huc Iudex poſſet moderare exceſſum ex
37 eo, quià dictus textus reſtrictus, &
limitatus eſt per text. *in dict. leg. ſiquis di-*
*cat*, *ff. de manumiſſ.* vt dicit Angel. *loco*
*cit.* & ex Bald. Bart. Plumbino, & Bonifac.
inquit Pinell. *in rub. C. de bon. matern. part.* 2.
*num* 31.

Quæro quarto, an requirantur probatio-
38 nes? videtur reſpondendum affirmatiuè,
quià Iudex debet ſe regulare ex actis, &
39 proceſſu, & ſi nihil habet in proceſſu pro-
batum, debet abſoluere, quià idem non
entium, & non apparentium eſt iudicium,
*vt ex §. aduerſus inſt. de nupt. & l. duo ſunt Titij,*
*ff. de teſtam. tutel.* inquit Faber *in eius C. tit. de*
*patria poteſt. diffin. prima num.*1. Qui tamen
40 contrarium concludit *ibidem in princ.* di-
cens,

çens, quod licèt nullas in promptu Pater ha-
41 beret quærelæ probationes, præhendẽdi ta-
men filij, & in carceres detrudẽdi eſſent ob
rationem, quià Pater etiã propria auctori-
tate, & patriæ poteſtatis iure, inconſulto
Senatu, id facere poteſt: & hoc poteſt face-
42 re pater non per viam iuriſdictionis, ſed
correctionis, vt aduertit Bald. *in d.l.3.num.2.
Cod. de patr. poteſt.* quem refert, & ſequitur
Thoro *voto deciſ.31.num.5. & 6.* & ideò po-
teſt Pater detinere filium in priuato carcere
43 *l.3.§.2.& 3.ff.de liber.homin. exhibend.* Farin.
*quæſt. 27. num.25. & ſeqq.* Bertazol. *in addit.
ad Patrem conſ.426.* Ricc. *deciſ.453.var.reſol.*
& his relatis Thoro *loc.cit.num.6.*& creſcen-
44 te contumacia filij, poteſt eum ponere in
compedibus, vt ex Bald.& Petr. de Raueña
dicit Thoro *loc.cit.num. 7.* vel poteſt inſtare
45 apud Iudicem pro carceratione, vt ex Ma-
ranta, Vezin. Menoch. Capiblanc. Ricc. &
Paſqual. proſequitur Thoro *loc. cit. num. 7.
& 52.* vbi ait quod in Ciuitate Neapoli
46 mancipantur filij in Turri S. Vincentij,
quandò ſunt inobbedientes, & allegat Taſ-
ſon. *de antefato verſ. 12. obſeru. 1. numer.554.*
& teſtatur quod quandoque etiàm in trire-
47 mibus collocantur.

Ego dicerem ex doctrina Guliel. de
Cuneo relata à Bart. & Baldo, & alijs
ſcribentibus *in lege nec quicquam*, §. *de
plano, ff. de offic. Proconſul.* quod proba-
48 tiones non requiruntur in leuibus, pro-
ut eſt, quandò Pater inſtat prò carceratio-
ne, quià talis retentio non excedit limi-
tes correctionis, & emendationis, quàm
poteſt Pater deſiderare, & procurare iuxtà
tex. *in l. vnica, C. de emend. propinquor. & in
l.3. C.de patr. poteſt.* Secùs in grauibus, pro-
ut eſt, quandò vlterius progrediendo inſtat
etiàm pro punitione exemplari, puta prò
pœna publicè imponenda, quià talis puni-
tio ſupponit atrocitatem delicti, quæ requi-
rit Iudicis Notionem, vt ſanciuit text. *in d.l.
vnica*, & ideò requirit probationem, quia
apud Iudicem non entium, & non apparen-
tium idem eſt Iudicium, vt dixi *ſupra*: &
49 quod requirantur non ſolùm probationes,
ſed quod audiatur etiam filius in ſuis defen-
ſionibus deſumitur ex textu *in l. 2. C.ad leg.
Corn.de Sicar. verbo inauditum filium.* Non
obſtat Faber *loc.cit.* quià loquitur de carce-
ratione facienda ad inſtantiam Patris non
habentis probationes in promptu, non ta-
men dicit, quod non debeant probationes
ſuperuenire pro punitione, imò etiam in
leuibus poteſt Iudex exigere probationes in
omnibus caſibus recenſitis per Cornazzan.
*dec.Lucen.47.per tot.Primò* ſi filius ſit Doctor.
*Secundo* ſi intercedat odium inter Patrem,
& filium ex cauſa litis, vel alia cauſa. *Tertio*
ſi habitet ſeorſum à Patre in diuerſa habi-
tatione.

Quæro quinto, an prædicta habeant lo-
cum contra filium manus violentas in ma-
trem inijcientem? *De iure bannimentorum
50 noſtrorum* æquiparantur in hoc Pater, & ma-
ter, adeò vt filius eadem pœna debeat puni-
ri, ſi offendit matrem, ac ſi oſtendit Pa-
trem: & hoc eſt verum etiam in terminis
51 Iuris communis, quia pietas æqualis de-
betur Patri, & Matri, & ſi inæqualis ſit eo-
rum poteſtas, vt per text. *in l. furioſa, ff. de
Curator. furioſ.* firmat Dec. *in l.vt vim nu.21.
ff.de iuſt.& iure.* Vnde offenſio facta matri
debet animaduerſi æquè, ac animaduerti-
tur offenſio facta Patri, vt habetur Exodo
*cap.21.verſ.15.* ibi *qui percuſſerit Patrem, aut
matrem morte moriatur, & in text. in l. prima,
ff. de obſequijs,* ibi *ſi filius matrem, aut Patrem,
quos venerari oportet, contumelijs afficit, vel im-
pias manus eis infert. Præfectus Vrbis delictum ad
publicam pietatem pertinens pro modo eius ven-
dicat,* & ibi *indignus militia iudicandus eſt, qui
Patrem, & Matrem à quibus ſe educatum dixe-
rit, maleficos appellauerit.*

Sed dubium eſt, an Matri competat Ius
caſtigandi filium inobedientem? videtur e-
nim dicendum, quod non, quia mater non
habet filium in poteſtate, vt eſt Text. *in l.
fœmina ff. de adoption. & l. ſi mulieres Cod. eod.
52 tit.*& conſequentèr nequit filium corrigere,
& inſtare pro carceratione ad effectum, vt
corrigatur, vt firmat Riccius *deciſione
Archiepiſc. Neapol. 284. numer. 6. & ſeqq.
par. 4.* Sed mihi videtur reſpondendum
affirmatiuè cum aliquibus moderationi-
bus: Aut enim quæritur an Mater habeat
53 facultatem caſtigandi, & inſtandi apud Iu-
dicem pro correctione filij, & euincitur ex-
preſsè ex Text. *in l. vnica C. de emendat. Pro-
pinquorum*, quod hæc facultas data omnibus
Propinquis, etiam fratribus, vt exemplifi-
cat Gloſ. ibi, *verbo corrigendis*, debet com-
præhendere etiam matrem, nam hæc facul-
54 tas non prouenit ex patria poteſtate, vt exi-
ſtimat Ricc. *d. deciſ. 284. num.6.* ſed proue-
nit ex diſpoſitione *d. legis vnicæ*, vt benè ad-
uertit Pinellus *loc. cit.n.30.* & ideò mater po-
teſt per ſe corrigere, & mutò magis poterit
hoc facere Præſidis auctoritate, vt argumen-
tatur in ſimili Faber. *d.defin. 1. in princ.* & ex
hoc fundamento tempore, quo eram Iudex
criminalis Eminentiſs. D. Cardinalis Vica-
rij in Vrbe expediui ad inſtantiam Matris
55 præceptum N.N. eius filio de non conuer-
ſando cum quadam meretrice nuncupata
*la Lattarola*: conquerebatur enim mater de
dicta conuerſatione, & de dilapidatione
bonorum ex dicta practica, & conuerſa-
tione proueniente, & ſucceſſiuè rela-
xaui mandatum de capiendo, quatenus
inuicem reperti fuiſſent aſſociati. fuit oppo-
ſitum, quòd dictum præceptum non pote-
rat relaxari ad inſtantiam matris, & quod
non debebat prohiberi conuerſatio ſoluti
cum ſoluta, & quod in omnem caſum pœ-
na pro contrauentione præcepti debet eſſe
pecu-

pecuniaria, & non carcerationis. At exi-
ſtimaui præceptum ſatis iuſtificatum, quia
vt dixi, ius caſtigandi, & conſilium, vt du-
rante iniquitate filij, ducatur ad Præſidem,
non ſolùm Patri, ſed & Matri, & Fratri, &
indiſtinctè omnibus propinquis conceditur
per Text. *in d. vnica C. de emendatione Propin-*
*quorum* vt aduertit Arius Pinellus *in d. rubr.*
*C. de bon. matern. par. 2. num. 30.* vbi ſubdit,
56 quod ex hoc patet contra plures Doctores,
Textum *in l. 3. C. de patr. poteſt.* non conti-
nere, quoad hoc, ſpeciale patriæ poteſtatis.
57 Et ſaltem competere matri modicam cor-
rectionem concedit Paſchal. *de patria po-*
*teſt. par. 3. cap. 4. numer.* 4. Vndè poſito hoc
Iure ad fauorem matris ſubintrat de neceſſe
58 iuſtitia præcepti fundati *in l. nequicquam §. de*
*plane ff. de offic. Proconſ.* ibi: *Comminari etiam*
*& terrere filium à Patre oblatum, qui non vt o-*
*portet, conuerſari dicatur*: iuſtificata etiam
erat relaxatio mandati de capiendo, quia
etiam ſimplex fornicatio poteſt prohiberi,
59 & puniri Girland. *de pœn. omnifar. coit. qu. 9.*
*num. 3.* Imtrigliol. *conſ. 24. num. 2.* Baron. *de*
*corpore tit. de concubinatu num. 225. & ſeqq.* &
60 quamuis prohibitio debeat fieri ſub pœna
pecuniaria, vt Baron. *de praxi* teſtatur, ni-
hilominus etiam quando intrat ſola pœna
61 pecuniaria, controueniens carceratur, ſe-
cundùm Farinac. *quæſt. 27. num. 40.*

Verùm quòd in hoc caſu locus ſit iudi-
cio criminali, & pœnæ etiam afflictiuæ de-
ducitur ex traditis à Iano Langlæo *Otij ſeme-*
*ſtris lib. 8. cap. 6. verſ. vt autem eo reuertar, &*
*verſ. ego tamen fol. mihi* 503. vbi concludit de
Iure Ciuili criminale iudicium intendi poſ-
ſe in eam mulierem, per quam adoleſcens
amator, luxurioſuſque factus ſit, & ſum-
ptibus immodicis exinanitus: nam & Al-
phenus *in l. pen. ff. de ſeruo corrupto* cum Do-
minus ſeruo diſpenſatore manumiſſo ra-
tiones ab eo recepiſſet, & cum de eis non
conſtaret, comperiſſet apud quamdam mu-
lierculam pecuniam eum conſumpſiſſe:
reſpondit, poſſe eum ſerui corrupti cum ea
muliere agere, quamuis is ſeruus iam liber
eſſet: & etiam furti de pecunijs, quas ad eam
ſeruus detuliſſet: & Baldus *in rubr. C. de con-*
*dit. ob turpem cauſ.* ſcribit poſſe me ſi filius a-
lea luſerit, cogere victorem, vt meas pecu-
nias mihi reſtituat, quod ſi ſciuerit eum de
meo ludere, dubium non eſt, quin furti e-
tiam aduerſus eum agere poſſim: *vnde* ſunt
verba Langlæi, *perſpicuum fieri arbitror Ro-*
*mano quoque iure in eum, eamue, qui, quæue li-*
*beri hominis animum corruperit extra ordinem*
*animaduerti poſſe*: nam D.Greg. ait *in cap. ex*
*merito 16. quæſt. 1. Qui vitam moreſque bono-*
*rum corrumpunt deteriores ſunt his, qui ſubſtan-*
*tias aliorum, prædiaque diripiunt,* vnde & apud
Terentium *in Andria act. 5. Scen. 4. Simo ſe-*
*nex Critonem vèhementer obiurgat, quod eum*
*Athenas adueniſſe dicat ad fallendos adoleſcentes*
*rerum imperitos, eoſdemque meretricijs amoribus,*
*& corruptelarum illecebris irretiendos, eiuſque*
*ſceleris eum pœnam daturum comminatur.* Ve-
rum eſt, quòd debet conſtare apertis proba-
tionibus, vel perſpicuis inditijs mulierem
adoleſcentem in fraudem pellexiſſe, vt ait
Langlæus *ibidem*, ſed quando præcedit præ-
ceptum de non conuerſando nulla poteſt
excuſatione tueri ad carcerationem, & pœ-
nam euadendam.

Aut quæritur, an mater debeat habere
62 probationes in promptu, & quidem eas e-
xigerem ad euitandam fraudem, & vehe-
mentiam paſſionis muliebris, & etiam quia
non eſt tribuendum matri, quantum Patri
Iura tribuunt ob poteſtatem, quam habet
in filium, ad Text. *in l. ſi filius C. de patr. po-*
*teſt. & in l. in ſuis, ff. de liber. & poſthum.*

Aut quæritur, an mater habeat Ius di-
63 cendi, & arbitrandi pœnam, qua velit
filium caſtigari, & negant, & benè Arius
Pinell. *d. rub. C. de bonis matern. in 2. par. nu-*
*mer. 31.* & Paſcal. *de patr. poteſt. par. 3. cap. 4.*
hoc enim ſpeciale ad fauorem ſolius Patris
inducit Text. *in d. l. ſi filius,* vt ſubdit Pinell.
*cit. num. 31.*

Quærò ſextò, An quæ diximus habeant
locum in crimine furti in præiudicium, &
in bonis Patris commiſſi à filio in poteſtate
Patris exiſtente? Dic, quòd etiam in hoc
64 crimine furti Iudex debet dictare pœnam
pro patris voluntate Molin. *de Iuſt. & Iur.*
*diſp. 676. num. 6.* Gomez *de delict. cap. 5. n. 3.*
Giurb. *conſ. crim. 68. num. 15.* ſi ſeueritate
non vtatur, quia, vt dixi, lex ſupponit, quod
Pater pietate vſurus ſit erga filium, & com-
probant Decian, *tract. crim. lib. 3. cap. 13. n. 7.*
& Giurb. *d. num. 15. in fine.*
65 Contrarium tamen eſt verius, quia quic-
quid ſit quoad alia delicta aduerſus Patrem
à filio commiſſa, in crimine tamen furti
non habet Pater Ius inſtandi apud Iudicem,
vt pœnam aduerſus filium condignam im-
ponat, vt reprobato Gomezio, & Farinac.
firmat Giurb. *d. conſ. 68. num. 27.* inquiens
Text. *in l. ſi filius, & in l. congruentius C. de pat.*
*poteſt. & leg. propter inſidias C. qui accuſar. non*
*poſſ.* quibus permittitur parentibus adire Iu-
dices, vt filij coerceantur, & puniantur, in
furto minimè procedere, & eſt ratio, quia
66 ex ſubtractione facta à filio Patri non na-
ſcitur actio furti criminalis *l. ſerui, & filij, &*
*l. qui ſeruo §. item placuit l. ſi quis vxori ff. de*
*furt. l. prima §. habet itaque,* vbi Gloſa *verbo*
*ſeruus poteſt ff. ſi quis teſtam liber. iuſſ.* Bonif.
Alba. Farin. Caball. & alij relati à Giurb.
67 *loc. cit. num. 4.* adeo vt Iudex nequeat ex of-
ficio ſe intromittere, & per inquiſitionem
contra filium procedere, vt ex Caball. *crim.*
*reſol. 204. num. 12.* docet Giurb. *loc. cit. nu. 4.*
68 licet Pater ipſe poſſit per ſe eum moderatè
punire etiam ad verbera, & pœnas ſimiles
deueniendo *ex l. reſpiciendum §. furta ff. de pœ-*
*nis, & l. ſi filius & l. congruentius C. de patr.*
*poteſt.* Tholoſan. *ſintagm. Iur. lib. 37. cap. 12.*
*num.*

*num.* 2. & Giurb. *loc. cit. num.* 4.

Propterea cauendum ab Aretin. *in* §. *ſui*
*autem nu.* 4. *Inſtit. de hæred. qualitate* , *&* §. *ij*,
*qui n.*3. *Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc.* mo-
nente Parētes, nè incautè Iudici denuncient
filios, quid magnum ipſis ſubtraxiſſe: *Etenim*,
ſunt eius verba, *ſi credunt, Iudicem nō poſſe præ-*
*ter eorum voluntatem filios furti punire, decipiun-*
*tur, quia poteſt punire, ſi furtū ſit graue* : & Are-
tin. ſequitur Caball. *loc. cit. num.* 11. & me-
ritò eos ex doctrina Gomez. & Molin. reii-
69 cit Giurb. *loc. cit. num.* 24. & 25.

Nec quicquā facit doctrina Bart. diſtinguē-
tis inter furtum graue, & furtum leue, quā
ſequuntur Farinac. Caball. & alii relati à
Giurba *loc. cit. num.* 26. quia cum ſit funda-
ta in Text. *in d. l. reſpiciendum* §. *furta* , non
procedit in terminis filii ſubtrahentis Patri,
ſed ſolum in terminis famuli ſubtrahentis
Domino, qualis eſt caſus d. Text. *in* §. *furta*,
diuerſa enim eſt ratio inter vnum caſum, &
70 alterum, quia filius quodammodò eſt Do-
minus, ſaltem in ſpe, rei paternæ, & poteſt
præſupponere, & præſumere pro ſe, quod
Pater conſentiat, vt innuit Giurba *loc. citat.*
*num.* 6. quod non eſt in famulo, qui furan-
do non poteſt vllo modo præſupponere
conſenſum Domini, vt de ſe patet.

Nec ex eo, quod *in d.* §. *furta* diſpoſitum
71 eſt de furtis domeſticis compræhenduntur
filii, quia cum in dicto Text. enumerentur
perſonæ, quas Marcianus voluit compræ-
hendere, ibi: *Nam domeſtica furta vocantur,*
*quæ ſerui Dominis, vel liberti Patronis, vel*
*Mercenarij ijs, apud quos degunt, ſurripiunt*, ad
eaſdem perſonas ibi enumeratas reſtringitur
diſpoſitio, & vltra non egreditur, genera-
litas enim legis reſtringitur, & coarctatur
ad perſonas enumeratas in eadem lege ad
Text. & ibi Doctor. *in l. quamuis* la ſeconda
*C. ad leg. Iul. de adulter.*

Eò fortiùs, quia nō Iuris Conſtitutio, ſed
natura rei impedimento eſt, nè Pater cum
72 filijsfamilias furti agere poſſit, quia non
magis cum ijs, quos in poteſtate habemus,
quam nobiſcum ipſis agere poſſumus, vt
formalibus verbis ſanciuit Text. *in l. nec cum*
*filiofamilias ff. de furtis* ex quo Textu Domi-
nicus Criſpus *in theoric. & prax. crim. tract.* 13.
*cap.* 5. *num.* 10. ait, quod naturali pietati re-
pugnat, & natura rei impedimento eſt, vt
pro bonorum intereſſe Pater, qui poteſt
per ſe ipſum corrigere, filium Iudici crimi-
nalitèr puniendum tradat, ſiuè furtum ſit
magnum, ſiuè paruum, & ita de æquitate
ſeruandum eſſe concludit, ſed ego dicerem,
quod non ſolùm de æquitate, ſed de Iure
naturæ, & gentium ita debet fieri.

Quæro ſeptimò, An quæ diximus de au-
ctoritate Patris incarcerandi, ſeu carcerare
faciendi filium iniurioſum, & inobedientē
73 procedant in caſu, quo filius contra volun-
tatem Patris velit aliquam ducere in vxorē?
Vide Boſſ. *de matrim. cap.* 11. §. 3. *num.* 30.
Capibl. *de Baron. par.* 2. *cap.* 65. *numer.* 9. &
Tranchedinum *conſult.* 33. *per tot.* qui affir-
mant, iuſta exiſtente cauſa impediendi puta
inæqualitate, paupertate, & huiuſmodi,
&c. Sed intelligas de carceratione ad ali-
quod breue tempus, ad hoc, vt dignoſci
poſſit, an velleitas filij proueniat ex obcæ-
catione, & impetu amoris, nam ſi perſiſtit
in eodem propoſito, danda eſt illi libertas,
quæ conuenit matrimonio ex Sac. Concil.
Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 9.

---

# Cap. VI. §. V.

Le Madri, le quali doloſamente ſoffocheranno, ò abortiranno i parti loro, occidendo la Creatura animata, ò verranno all'atto proſſimo, incorreranno in pena della forca, e ſe ſarà tentato tale delitto ſenza l'effetto, ò la Creatura non foſſe animata, la pena ſarà arbitrarià etiam corporale.

*SVMMARIVM.*

1 *Infanticidij materiam, qui Doctores tractant.*
2 *Fœtus an fuerit editus viuus, vel mortuus, & an eſſet vitalis remiſſiue.*
*Pœna quæ ſit imponenda occidenti, vel ſuffocanti infantes, vel procuranti, & facienti abortum remiſſiuè. eodem num.* 2.
*Suffocare quid propriè ſit habetur eodem num.* 2 verſic. adnotandum.
*Suffocatio nō probatur per ſigna apparētia in gutture, quia pluribus modis poteſt cauſari. ibid.*
3 *Mulier, quæ diſſimulauit ſe eſſe grauidam, & in parturiendo non adhibuit obſtetricem, non compræhenditur in Banno, ſed punitur pœnis iuris communis.*
4 *Exponens infantes de recenti natos, & ſanguinolentos debet puniri.*
5 *Et quidem fuſtigatione, ſi infans non moritur,*
6 *Et vltimo ſupplicio, ſi mors indè ſequatur.*
*Diſtingue vt num.* 7.
8 *Mater, quæ contra Decretum tenet in lecto infantem de recenti natum, & illum inaduertenter ſuffocat, priuatur tamquam indigna hæreditate.*
9 *Sed Sac. Conſulta eueniente caſu cenſuit matrem non eſſe priuandam hæreditate, & nec criminaliter eſſe puniendam, & condemnauit eam ad ſoluendam certam elemoſynam Loco Pio.*
10 *Mulier, quæ tempore partus ſe malè diſponit in cubili, ita vt fieri non poſſit, quin fœtus naſcendo ſuffocetur, debet condemnari ad mortē, ſi doloſè agat, & fœtus indè mortuus ſit.*
11 *Mater occidens, vel exponens partum monſtruoſum, an puniri debeat, diſtingue.*
12 *Abortire quid ſit.*

*Fœtus abortiuus eſt, qui ante debitum tempus naſcitur. ibid.*

13 *Diſtinctio fœtus animati, vel inanimati, an ſubſiſtat in iure.*

34 *Partus nondum editus non homo, ſed ſpes animantis dicitur. & num. 119.*

15 *Occidens fœtum in vtero extraordinariè punitur.*

16 *Etiamſi ſit animatus. & num. 118.*

17 *Text.* in l. ſi quis aliquid §. abortionis ff. de pœnis *tripliciter explicatur. & numer. 22. & 26.*

18 *Antiqui habebant potiones, quibus marito ſubminiſtratis via ad Vxoris abortum parabatur.*

9 *Medicamentum purgans acceptum à Viro purgauit Vxorem, quam Vir poſt ſumptum medicamentum carnalitèr cognauit. & nu. 21.*

20 *Infans lacte nutricis poteſt purgari, ſi nutrix elaterinm hauſerit.*

23 *Abortus poteſt maleficio perpetrari.*

24 *Mater, quæ præmio abortum procurat, debet mori.*

25 *Delictum mediãte pecunia patratum eſt atrocius.*

27 *Medicamen ad conciliandum amarem applicatũ viro, rapit virum ad mulierem; applicatum mulieri, rapit mulierem ad virum.*

28 *Abortus eſt rei mali exempli, & frequentiſsima in qualibet præſertim populata Ciuitate, & ideò ſi eſt animatus fœtus debet præſcferre pœnam mortis.*

29 *Delictum mali exempli punitur pœna mortis.*

30 *Prout delictum in Regione frequentatum.*

31 *Fœtus quando dicatur animatus remiſsiuè.*

32 *Abortum faciens ad cohoneſtandam eius pudicitiam, vel ad effugiendum malum, quod timet à Conſanguineis excuſatur à pœna ordinaria & num 111. & 112.*

*Videtur enim coactè facere. num. 34. & 36. & 114.*

33 *Mulier, quæ occidit virum ſibi ex cauſa adulterij minantem, excuſatur à pœna ordinaria. & num. 113.*

35 *Qualibet cauſa excuſat à dolo. & num. 115.*

37 *Recognitio fœtus occiſi, quomodo, & à quo facienda.*

38 *Identitas quomodo probanda.*

39 *Eſt concludenter probanda, quia præſumitur pluralitas.*

40 *Delictum facti permanentis probationem indubitatam exigis.*

41 *Minor ætas liberat à pœna ordinaria.*

42 *Etiam in crimine aſſaſsinij, & parricidij.*

43 *Et in crimine infanticidij. & num. 102.*

44 *Simplicitas delinquentis excuſat. & num. 46. & 103.*

45 *Confeſsio ſpontanea excuſat. & num. 47. & 104.*

48 *Dummodò concurrat cum alijs exceptionibus, quia ſola non prodeſt.*

49 *Text.* in l. Cicero ff. de pœn. *dupliciter interpretatur.*

50 *Mulier, quæ corrupta per pecuniam facit abortum, debet pœna qualificata mori, quia parricidium, & aſſaſsinium committit.*

51 *Et debet mori, etiamſi fœtus non ſit animatus.*

52 *Mulier, quæ perſuaſa fuit ad abortiendum, & ipſe, qui perſuaſit excuſatur à pœna ordinaria, ſi fecit ad pudicitiam cohoneſtandam.*

53 *Dummodò non ſit mater abortientis, quæ poterat aliter occultare filiæ prægnantiam.*

54 *Poculum abortiantis remiſsiuè.*

55 *Percutiens mulierem prægnantem, quæ ex percuſsione abortiuit, debet mori.*

*Contrarium. num 60.*

*Concorda vt num. 62.*

*Exemplum Mediolani occurſum. num. 65.*

*Exemplum occurſum Firmi. & num. 67.*

56 *Fœtus quando dicatur organizatus, & referuntur quidam verſus.*

57 *Abortus cauſa interna poteſt eſſe ira, & timor.*

58 *Externa cauſa poteſt eſſe percuſsio, & caſus.*

59 *Fœtus trimeſtris, & quadrimeſtris præ cæteris iniurijs reſiſtit.*

61 *Voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia.*

63 *Dans operam rei illicitæ non tenetur de eo, quod ſequitur ſaltèm pœna ordinaria, quando non adeſt animus id committendi.*

64 *Poculum ad concipiendum etiam morte ſequuta non exigit pœnam ordinariam.*

66 *Percuſsio in prægnantem, quæ indè abortiuit, etiam facta eo animo, non punitur pœna mortis, niſi cum fœtu etiam mater ipſa pereat.*

68 *Text.* in cap. Moyſes 32. quæſt. 2. *explicatur.*

69 *Clarus reijcitur.*

*Defenditur. num. 71.*

70 *Caſus fortuitus à pœna excuſat.*

72 *Dolus in materia homicidij accipitur pro animo occidendi.*

73 *Incertitudo occiſoris, quando plures operantur, omnes excuſas.*

74 *Meretrices ſemen admiſſum ex induſtria reijciunt ne concipiant.*

75 *Et ſunt punienda pœna mortis.*

*Intellige vt num. 76.*

77 *Mulier, quæ cum eſſet prægnans ſuppoſuit ſe viro, & abortiuit, debet extra ordinem puniri.*

*Et fornicationem admittere dicitur. ibid.* Vide circa hanc aſſertionem Decretum in ſimili factũ in Sac. Cong. S. Offic. de anno 1679.

78 *Infanticidia ſecundùm aliquos debent puniri pœna culei.*

79 *Secundùm alios pœna concremationis.*

80 *Et ſecundùm alios pœna decapitationis, vel furcarum.*

81 *Sed in hoc ſeruari debet lex municipalis;*

82 *Referuntur aliqua Statuta particularia.*

83 *Pœna crudelis in hominem crudelem non eſt crudelis,*

84 *Actus proximus in abortu qualis eſſe dicatur. & num. 86.*

85 *Conatus in crimine abortus de iure Communi, quomodo puniatur.*

87 *Bannimenta explicantur circa materiam abortus.*

88 *Potiones data ad abortiendum, vel hominem necandum debent eſſe potentes ad necem, & ſic de-*

*ſit debent ſaluèm cauſare periculū aſſumentis, alias non inducunt pœnam ordinrriam, etiamſi extet Statutum. & num. 124.*

89 *Fœtum viuum in quinto, vel ſexto menſe natam occidens non tenetur pœna ordinaria, ſi medicamentum, vel aliud non adhibuerit ad eijciendum fœtum.*

90 *Fœtus quinto, vel ſexto menſe natus non eſt vitalis, & num. 116.*

91 *Confeſsiones Reorum pro exploratis fecinoribus non debent haberi niſi aliundè comprobentur. & num. 97.*

92 *Mulier ſedens in terra, & ſine conatu partre fœtum non poſſe videtur.*

93 *Confeſsio inuerisſimilis non debet attendi.*

94 *Confeſsio varia non debet atcendi.*

95 *Iudex antequam condemnet Reum debet exuere omnem hæſitationem actualem, & virtualem.*

96 *Confeſsio Rei ad hoc vt ſatis ſit ad condemnandum debet eſſe nitida, certa, clara, inuulnerabilis.*

97 *Fœtum debet conſtare fuiſſe editum viuum ad hoc vt poſsit imponi pœna mortis contra eam quæ dicitur occidiſſe.*

98 *Fœtus ſtatim ac exit ex vtero vagitum emittit, & quere.*

99 *In dubio ſumitur coniectura exclusiua delicti.*

100 *Confeſsiò emanata abſque inditijs, & corpore delicti eſt nulla.*

101 *Carceratio eſt in arbitrio Iudicis.*
*Non ſic inſpectio pudendorum ad corpus delicti conſtituendum. ibidem.*
*Aſsignatur ratio differentiæ. ibid.*

105 *Confeſsio ſine euidentia corporis occiſi non ſufficit ad pœnam ordinariam.*

106 *Et ita dictum in caſu; quo Sues deuorauerant infantem.*

107 *Poſsibilitas ſufficit ad excluſionem corporis delicti.*

108 *Ratio aſsignatur.*

109 *Identitas in criminalibus debet plenè, & concludenter probari.*

110 *Corpus delicti facti permanentis per euidentiam, & non per præſumptiones debet probari.*

117 *Bulla Sixti V. diſponens de abortu fuit redacta ad terminos Iuris a Gregorio XIV.*

120 *Et vlterius tamquam correctoria Iuris communis non comprahendit minores.*
*Maximè ſi ad cohoneſtandam pudicitiam faciunt. ibidem.*

121 *Mulier, quæ fuit perſuaſa ad abortum procurandum ad cohoneſtandam pudicitiam debet excuſari ab ordinaria.*

123 *Vbi agitur de vita hominis nihil debet prætermitti, quod prodeſſe poſsit.*

125 *Argumentum bonum non eſt illud, quo concluditur hoc modo videlicet propinatum eſt venenum, & is, qui illum ſumpſit, mortuus eſt, ergo ex veneno mortuus eſt.*

129 *Periti debent adhiberi in materia potionum ad hoc vt dicant eſſe venenoſas, & in quantitate ſufficienti propinatas.*

127 *Cauſa magis proxima, & excuſent debet attendi.*

## Doloſamente ſuffocheranno.

1 MAteriam infanticidij tractant Theſau. *dec.* 13. Griuel. *Dolan. deciſ.* 19. Berlich. *pract. concluſ. par.* 4. *concl.* 7. Carpzou. *pract. crimin. par.* 1. *quæſt.* 9. *& ſequentibus* Bodinus *Dæmonoman. lib.* 4. *cap.* 5. Vuittuus *conſ. crimin.* 4. Pappon. *areſt. lib.* 22. *tit. de parricid. areſt.* 3. Metzger. *conſ. crimin.* 6. *& in Tract. de tortura concl.* 240. Bocer. *eod. tract. de tortura cap.* 3. *num.* 121. Gilhauſen. *arbor. crim. cap.* 6. *par.* 7. *de quæſtion. ſect.* 2. *num.* 82. Farin. *quæſt.* 119. *num.* 22. *& quæſt.* 122. *numer.* 156 Graſſettus *de nece prodit.* §. 22. *nu.* 1. *& ſeqq.* Petrus Theodoricus *iudic. crim. to.* 2. *cap.* 6. *de Parricidio num.* 20. *circa finem, &* 24. Bockellius *diſquiſit. crimin. cap.* 7. *num.* 6. *& ſeqq.* Anton. Gobbius *conſult. deciſ.* 139.

2 An partus fuerit editus viuus, vel mortuus, & an eſſet vitalis, habetur penes Farinac. *quæſt.* 122. *num.* 156. Soccin. Iun. *conſ.* 35. *num.* 24. *&* 25. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 284. *num.* 3. *&* 4. *& ſeqq. & tract. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 52. Peregrin. *conſ.* 11. *num.* 2. *& ſeqq. lib.* 3. & Griuell. *d. deciſ.* 19. Pappon. *d. arreſt.* 3. Theſau. *d. deciſ.* 13. Cruſius *de indicijs delictor. ſpecial. tom.* 2. *cap.* 34. *per tot.* & diffusè *in cap.* 33. *num.* 23. vbi refert omnes opiniones Doctorum circa tempus infuſionis animæ, ſpirituſque vitalis Berlich *d. concluſ.* 7. *num.* 27. *& ſeqq.* Zanger. *in tract. de quæſt. & tort. cap.* 2. *num.* 171. *& ſeqq.*

De pœna, qua affici debent ſuffocantes, vel aliter occidentes eorum infantes, tractant citati Doctores, & ſignanter Theſau. *d. deciſ.* 13. Farin. *quæſt.* 122. *num.* 156. Carpzou. *loc. citato* Berlich. *pariter loco cit.* Gobbius *d. conſult.* 139. *per tot.* qui *nu.* 27. *& ſeqq.* agit de quæſtione, an ligatura vmbelici ſit neceſſaria, ita vt illa omiſſa ſequi debeat mors infantis, & eſt Text. *in l. pen. C. ad leg. Corn. de Sicar.* De pœna verò facientis, & procurantis abortū agunt Vinc. de Franch. *deciſ.* 592. *per tot.* Theſaur. *deciſ.* 12. *per tot.* Farin. *quæſt.* 122. *num.* 144. *& ſeqq.* Carpzou. *loc. cit.* & Berlich. *d. concl.* 7. *per tot.* & eſt Text. *in l. ſi mulierem ff. ad leg. Corn. de Sicar. l. Diui fratres ff. de var. & extraord. crim. l. Cicero ff. de pœn. & in l. ſi quis aliquid §. qui abortionis ff. de pœn.*

Aduertendum, quod verbum, *ſuffocare,* denotat necem factam per ſuppreſſionem anhelitus, & reſpirationis; ſeù vt aiunt Medici ob cohibitam reſpirationem, vt videre eſt penes Zacchiam *medicoleg. lib.* 5. *tit.* 11. *quæſt.* 11. *num.* 4. quod poteſt contingere pluribus modis, & propterea non eſt generalitèr verum, quod ſuffocatio probetur per ſigna apparentia in gutture, vt dicit Foller. *pract. crim. verbo, quod ſuffocauit Vxorem num.* 18.

Quæro primo, An compræhendatur in Banno Mulier, quæ diſſimulauit ſe eſſe grauı-

grauidam, & in parturiendo nullam adhi-
buit obſtetricem, vel fœtum iam natum
expoſuit, & abſq; ligatura vmbelici nudum
3 in terra reliquit? videntur caſus omiſſi à
Banno, quia non poteſt dici, quod id per-
petrantes ſint in dolo malo, qualis requiri-
tur à Statuto per verbum, *occiderà*: etenim
poteſt, & debet conſiderari, vt conſiderat
Carpzou. *pract. crim. quaſt.* 11. *num.* 29. re-
ſpectu ad matrem, quod non occidit, & re-
ſpectu ad fœtum, quod potuit à morte prę-
ſeruari, & ſic tamquam caſus mixti non
compræhenduntur in Banno de caſu ſim-
plici loquente, vt paſſim Doctores aduer-
tunt: debet tamen talis mulier puniri pœ-
nis de Iure Communi ſtatutis contra hu-
iuſmodi impias matres, nam agunt aduer-
ſus naturæ inſtinctum, cum etiam feræ im-
manis naturæ negligere ſuam prolem igno-
rent, vt ex D. Ambroſio, & D. Gregorio
Nazianz. dicit Gonzales de Salzedo *ad nouas
recopilation. leg.* 34. *titul.* 7. *lib.* 1. *numer.* 30.
*& ſeqq.* & quidem quoad expoſitionem fœ-
tus conſideranda eſt diſpoſitio Textus *in
l. ſancimus C. de infãtibus expoſitis*, & in Auth.
*eod. tit. de infantibus expoſit. collat.* 9. *cap. vnic.*
& qdod dicunt Menoch. Cuiac. Theſaur.
Tholoſan. Neuius, Azor. Gratian. Barbo-
ſa, Narbona, Caranza *locis relatis* à Salzedo
vbi *proximè num.* 33. & Gonzalez Tellez. *in
cap.* 1. *extra de infant. & languidis expoſitis*, v-
bi more ſuo multas eruditiones exponit, &
Berlich. *part.* 4. *concl.* 7. *num.* 31. *& ſeq.* qui
agit de ijs quæ exponunt infantes de recen-
4 ti natos, & ſanguinolentos, & dicit quod
non leuiter delinquunt, & hoc idem vult
Adden. ad Beſoldum *Theſaur. pract. ad auct.
lit. A.* §. 30. *fol. mihi* 462. vbi teſtatur quod
in Saxonia mulier, quæ ſanguinolentos, &
de recenti natos exponit punitur pœna fu-
5 ſtigationis. Verum hoc procedere poteſt
ſi mors infantis inde non ſequatur, nam ſe-
6 quuta morte debere condemnari ad pœnã
ordinariam homicidij, ex Harprect. §. 5.
*num.* 99. *Inſtit. de public. iudicijs* inquit Ad-
den. ad Beſoldum *loco citato*.

Et hæc diſtinctio, quàm Adden. ad Be-
ſoldum facit, iuridica, & tuta eſt, & in iu-
7 dicando ſequenda, dummodo expoſitio fiat
in loco remoto, & ſolitario, nam tunc,
quamuis ad conſulendum ſuæ famæ, & ad
euitandam infamiam exponat, videtur ta-
men dolo malo ducta ad exponendum in
loco ſolitario: quod ſi exponat in loco fre-
quentato, & cuilibet obuio, quia à ſe qui-
dem pro derelicto, ſed aliorum pietati, &
miſericordiæ relinqui, & exponi iubet, de-
bet abſolui, ſi fętus expoſitus non moritur,
vt abſolutam fuiſſe Puellam, quæ expone-
re fecit ſuum filium de recenti natum in lo-
co obuio teſtatur Clar. *pract. crim. quaſt.* 83.
*num.* 7. quem commendat Menoch. *de arbi-
tr. caſ.* 396. *num.* 5. *&* 6. ſi verò ſic in loco
obuio expoſitus mortuus ſit, mater debet
fuſtigari, & perpetuò relegari iuxtà opinio-
nem Vueſſembec *in paratit. ff. ad leg. Corn.
de Sicar. n.* 14. *in fine*, quem refert BoeKell.
*diſquiſit. crim. cap.* 7. *num.* 8. *verſ. refragatur*;
exponens verò in loco ſolitario debet omni-
no mori vt ait Gudelinus *in comment. ad ius
nouiſſimum lib.* 5. *cap.* 17. *num.* 10. & ex An-
tonio Matthæo *de criminibus ad lib.* 48. *ff. tit.
vlt. cap.* 2. vult Gonzalez Tellez *loc. cit. nu-
mer.* 10. vbi ait eandem pœnam capitalem
habere locum in ea, quæ in olla infantem
exponit, etiam ſi in loco obuio exponat,
nam & facilè intercludi poſſet ſpiritus te-
nellus, & negligi à prætereuntibus in vili
teſta conditus; idem ait eſſe ſi in ſolitudine
Parentes filios exponant, vt fame morian-
tur, aut ſętarum laniatu pereant, etiamſi
mors non contingat, quia vtique quantum
in ſe fuit, nihil defuit operi quando auibus,
& fęris iam filium occidendum expoſue-
nerant. Vide eundem qui tres caſus in ma-
teria diſtinguit.

Quoad aliam partem quęſiti diſſi-
mulationem ſcilicet prægnantiæ propter
quam obſtetrices adhibere neglexit plu-
ra ;ſunt conſideranda cum Griuell. Do-
lan. *deciſ.* 19. quoad pœnam decernendam
licèt Adden. ad Beſoldum *loc. cit.* abſolutè
dicat quod in Gallia occultè pariens occidi-
tur. Et quoad tertiam partem quæſiti nem-
pe omiſſionē ligaturæ vmbelici plura pari-
ter conſiderãda ſunt cum Antonio Gobbio
ſeu potius cum Senatu Mantuano apud eũ
*conſult.* 139. *num.* 27. *& ſeq. vſque in finem*.

Quando tamen concurreret inſimul diſ-
ſimulatio prægnatię, omiſſio ligaturæ vm-
belici & expoſitio, & mors inde ſequeretur
etiam ſi expoſitio non ſit facta in loco ſoli-
tario poſſet imponi pęna ordinaria his enim
concurrentibus reſultat eniza voluntas ene-
candi, & intrant motiua adducti à Gobb.
*d. conſult.* 139. *à nu. primo vſque ad num.* 26.

Quæro ſecundò. An compræhendatur
Mater, quæ tenens contra commune decre-
tum in lecto filium de recenti natum ſuffo-
cauit? dic quod & iſte caſus fuit in Banno
omiſſus, imò totaliter excluſus, quia re-
quirit dolum, qui omninò ceſſat in iſto ca-
8 ſu. Priuatur tamen Mater tanquam indi-
gna hæreditate filij, & etiam criminalitèr
punitur, iuxta Textum *in cap. conſuluiſti* 2.
*quaſt.* 5. *&* ibi Cardinalis Alexandrinus *in
princ.* Bonifatius Vital. *tit. de Parricid. num.* 4.
Carter. *pract. crim. in* 3. *tract. de homicid. &
& aſſaſſin.* §. *nono quaero* Plach. *Epit. delict.
cap.* 22. *num.* 29. Menoch. *de arbitr. caſ.* 356.
*num.* 78. & Farinac. qui hos refert, & ſequi-
9 tur *conſ.* 153. *per tot. lib.* 2. Sed S. Conſulta
teſte Farinac. *in fine d. conſ.* 153. mitiùs agen-
do cenſuit, nec hæreditate priuandam ma-
trem, nec criminaliter puniendam, & ſo-
lùm eam condemnauit ad perſoluendam
certam pecuniarum quantitatem loco pio
pro elemoſyna: vide eumdem Farinac. de
mate-

materia loquentem *in quæſt.* 120. *num.* 178.
*& ſeq.* & vide Ant. Matthæum *de crimin. tit.*
*ad l. Corn. de Sicar. cap.* 2. *num.* 17. *& tit. de*
*parricidio cap. primo num.* 6.

Quæro tertiò. Quid dicendum de ma-
tre, quæ tempore partus ſe ita malè diſpo-
ſuit in cubili, vt fieri non poſſit, quin par-
tus naſcendo ſuffocetur inter lectuli ſtra-
gula? ſi doloſè hoc agat, & mors pueri in-
10 dè proueniat compræhenditur in Banni-
mentis, & debet mori, vt aduertit Griuell.
*deciſ.* 19. *num.* 18. vbi ait, quod talis mulier
dicitur habuiſſe animum occidendi, & fę-
tum enecandi, & faciunt dicta à Farinac.
*quæſt.* 120. *num.* 179.

Quæro quartò: Quid dicendum de mu-
liere, quæ occidit, vel exponit partum
monſtruoſum? Dic iuxta Text. *in leg.* 14.
11 *ff. de ſtatu homin.* quod fętus monſtruoſus,
& prodigioſus non connumeratur inter li-
beros, quia qui contra formam humani ge-
neris procreati ſunt, pro hominibus non
habentur; fętus verò, qui membrorum hu-
manorum ampliationem, contra conſue-
tum, & formam ſolitam habent, inter li-
beros, quamuis monſtruoſi, habendi ſunt
quia verè ſunt homines, & eis Theologi
animam immortalem, & reſurrectionem
tribuunt, vt inquit Cruſius *de indit. delictor.*
*ſpecial. tom.* 2. *cap.* 34. *num.* 25. & ideo occi-
dens, ſeù exponens monſtruoſum primò
modò eductum non tenetur: Secundò ve-
rò modo debet teneri, quia hominem ene-
caſſe dicitur; Verum quod etiam primo ca-
ſu occidens extra ordinem puniri debeat
firmat Cruſius *loc. cit.* ob rationem, quia ſi
ex *Conſtit. Saxonia*, puniri debet extra ordi-
nem mulier, quæ malis medicamentis eij-
cit molem, ideſt carnem informem, & ſi-
ne ſemine Virili genitam in vtero, multò
magis debet puniri ea, quæ extra cubile
honeſtatis partum monſtruoſum, eumque
viuum occidit: cui rationi addo aliam,
nempè quia, qui huiuſmodi monſtruoſum
partum occidit, exponit ſe periculo occi-
dendi eum, qui habet animam immorta-
lem, poteſt enim quis errare in diſcernen-
do, an ſit animal irrationale, vel rationale,
& ideò ob præproperam occiſionem, & re-
præhendi, & aliquo modo corripi debet.
Vide Cruſium *loc. cit. num.* 28. qui refert ca-
ſum curioſum, & admirabilem: & vide
Gonzalez Tellez *in cap. primo num.* 7. *de in-*
*fantibus expoſitis*, vide P. Thomam Frances
de Vrrutigoyti *ſemicent. conſultationum in re*
*morali conſultat.* 25. vbi, in themate refert
quod apud Romanos hermaphoditæ habe-
bantur pro fętibus monſtruoſis, & iuxta le-
gem debebant ſtatim nati in flumen, vel
mare deici vt ſuffocarentur, & hoc refert
ad oſtendendum non eſſe impoſſibile quod
hermaphroditæ ſtatim nati cognoſcantur
eſſe tales, quamuis penis non appareat. vi-
de Henr. Bocer. *de homicid. lib. primo cap. pri-*
*mo*, qui latè *à num.* 6. *vſque ad num.* 16. agit
de hac materia, & ex Leuino Lemnio re-
fert caſum eundem relatum à Cruſio, ſeu
illi valde ſimilem.

## Abortiranno i parti loro.

Verbum *abortire* idem eſt ac eijcere fę-
tum ex vtero ex præter naturali cauſa antè
12 debitū tempus, vt dicit Menocch. *conſ.* 284.
*n.* 4. *li.* 3. & Zacch. *Medicolegal. li.* 1. *tit.* 11. *q.* 1.
*n.* 101. nā abortus eſt fętus immaturè editus
Tiraquell. *in l. ſi vnquam C. de de reuoc. donat.*
& Zacchia *loc. cit. quæſt.* 2. *num.* 4. immatu-
rus autem eſt fętus, quandò antè ſeptimum
menſem naſcitur, vt per Text. *in l. inteſtato*
*§. fin. ff. de ſuis, & legitim. hæred.* ſubdit Zac-
chia *d. quæſt.* 2. *num.* 15. *&* 16. qui multas ad
hoc affert rationes. Imò in ipſo ſeptimo,
& nono menſe ex aliqua cauſa ſupernatura-
li eiectus ab vtero abortiuus dici poteſt, quia
non ex vi naturæ, ſed ex violentia illius cau-
ſæ ſupernaturalis ab vtero exit antè tempus
ab ipſa natura illi deſtinatum, etiam ſi fie-
ret per diem tantum, imò etiam per horam
antè, vt ait Zacchia *loc. cit. lib.* 10. *conſ.* 37.
*num.* 2. dummodò tamen viuere non poſſit,
vt explicat Zaachia.

## Occidendo la Creatura animata.

Hic Dominus Cardinalis voluit dirime-
13 re illam brochardicam quæſtionem, quæ
ventilatur inter ſcribentes, an ſcilicèt ſub-
ſiſtat, & habeat fundamentum in Iure di-
ſtinctio, quæ fit inter fętum animatum, &
inanimatum ad effectum decernendi pœnā
ordinariam, de qua tractant Accurſius,
Clar. Iodoch. Viu. Cacheran. Ricc. Farin.
Decian. Berlich. Carpzou. Paul. Zacch. &
alij relati per Anellum de Sarno *pract. crim.*
*in allegatione ſingulari poſita ſub formula* 86.
*verſ. pertranſit vt illibata* & antè eum plena
manu per Farinac. *quæſt.* 122. *num.* 131. &
concludunt intrare pœnam mortis in abor-
tu fętus animati: alij verò tenent, quod
abigens ſiuè fętus ſit animatus, ſiuè non,
extraordinariè tantùm punitur, & ſunt
Gloſ. Innoc. Bald. Caſtren. Aret. Alex: Me-
noch. Theſau. Franch. & alii relati per Sar-
num, & Farinac. *loc. proximè cit.* & Facchin.
*conſ.* 95. *per tot. vol. primo*; & multas ratio-
nes affert Theſau *deciſ.* 12. *&* 13. & Sarno
*dicta formula* 86. *verſiculo at ſiſtite vſque ad fi-*
*nem*, quarum potiſſima mihi videtur illa de-
ducta ex Textu *in l. falcidia ff. ad leg. falcid.*
*& in l. negat. ff. de mortuo inferend.* in quibus
14 firmatur, quod partus nondum editus non
homo, ſed ſpes animantis eſſe dicitur, ità
15 vt illum abigens nullatenus poſſit teneri
de homicidio, ex litera Text. *in l. proinde il* 2.
*ff. ad l. Aquil. ibi occiſus quidem non ſit, mortuus*
*autem ſit*, quem ad hoc expendit Pappon.
*dicto arreſt.* 3. cum multa poſſint accidere
ex quibus fętus in vtero moriatur, vt ex
Theſau Franch. & Oſach. inquit Sarno *loc.*
*cit. verſ. friuola eſt*, quibus addo Luduuel.
*in notis* ad Vueſſembec. *tit. de extraord. crim.*
*leg.*

*& l. 38. §. 5. de pæn.* Add. ad Beſold. *theſau.
pract. adauc. lit. K. §. 20. fol. mihi* 462. & Ca-
rol. Ant. de Lùca ad Vinc. de Franch. *de-
ciſ.* 592. *nu.* 9. qui ad oſtendendum pœnam
16 eſſe debere extraordinariam etiam in abor-
tu fętus animati, expendit Text. *in l. Diuus
Seuerus ff. de extraordin. crim.* ibi: *eam quæ abe-
git data opera à Præſide in temporale exilium
dandam, & in l. ſi mulierem ff. ad leg. Corn. de
Sicar.* ibi: *eam in exilium Præſes Prouinciæ exi-
get, & in l. Cicero ff. de pœnis,* ibi: *temporali
exilio coerceatur, & in l. ſi quis aliquid §. qui
abortionis ff. de pęnis* ibi: *humiliores in metal-
lum, honeſtiores in Inſulam damnantur,* & ad
17 verba quæ *in d. §. qui abortionis* ſubſequun-
tur ibi: *quod ſi ex eo mulier, vel homo perie-
rit, ſummo ſupplicio afficiuntur;* dicit quod re-
18 feruntur ad maritũm prægnantis, *etenim*
(ſunt eius verba) *Antiqui potiones, aut male-
ficia agnouerunt, quibus marito ſubminiſtratis via
ad Vxoris abortum pararetur, vt inſinuat Mar-
tin. del Rio diſquiſit. Magical. lib. 3. quæſt. 4.
ſect. 2.* hactenùs de Luca.

Nec debet hoc videri abſurdũ, quia Petr.
Borell. *hiſtor. & obſeruat. medicophiſic. in epilogo
19 poſt centuriam* 4. teſtatur de Viro, qui cum
purgans medicamentum accepiſſet, & coitũ
ſtatim exercuiſſet, Vxor eius pro illo pur-
gata remanſit, & Robert. Boylè *in Chymi-
ſta ſceptico par. 2. fol. mihi* 119. cum Hyppo-
20 crate obſeruat infantem lacte Nutricis
poſſe purgari, ſi elaterium ipſa Nutrix hau-
ſerit, & Sinibaldus *lib. 3. Geneantrop. tract.
primo cap.* 12. relatus à Scholiaſte *in Miſcel-
lanea curioſa Medicophiſica Accademiæ Curio-
ſorum Germaniæ Anno 2. obſeru. 71. fol. mihi* 132.
21 narrat quemdam à pharmaco irritante ex-
citatum vna cum ſemine vim purgantem
in meretricem transfudiſſe.

Iterum ad dictum Textum reſpondet de
22 Luca, dicendo quod loquitur de abortu
maleficio perpetrato, (& hoc poſſe fieri pro-
23 bat ex Fulgoſ. & Bruxardo Hieronym. Ba-
ſilicò *crim. deciſ. 7. num. 2.* qui refert quem-
dam Raxam fuiſſe ex hoc furcis appenſum,
& igne aſſatum ex iuſſu Caroli Septimi Gal-
lorum Regis,) & ſic ad pœnam ordinariam
exiſtimat cum Gomez *de delictis tom. 3. cap.
3. num. 7. & 9.* non tam attendendum abor-
tum, quam modum, aut medium *vt in di-
cta leg. Cicero in princ.* vbi pro abortu pretio,
24 & prœmio à matre procurato diſponitur,
& ſancitur pęna mortis, & hoc ob interuen-
25 tum pęcuniæ, quæ delictum facit atrocius,
vt aduertit de Luca *ibidem*, qui pro reſpon-
ſione ad alia Iura contraria remittit ſe ad
Caranzam *de partu cap. 16. de partu abortiuo,
& eius pœnis nu.* 25. Sed eiſdem iuribus con-
trarijs ſatisfacit ſingulantèr Sarnò *loco cit.* &
meliùs de Franch. *d. deciſ. 592. num. primo verſ.
pro muliere.*

26 Vlteriùs poteſt dici, quod verba illa Text.
*in d. §. qui abortionis, quod ſi ex eo Mulier, aut
homo perierint,* debent referri ad poculum da-
tum ad concipiendum amorem: nam apta
27 ad conciliandum amorem, ſi applicentur
viro, rapiunt virum ad fœminam: ſi appli-
centur fœminæ, rapiunt fœminam ad vi-
rum, vt ex Martin. del Rio, & alijs inquit
Hieron. Baſilicò *d. deciſ. 7. num. 19. & 24.*
vnde cum IurisConſultus in principio *§. qui
abortionis*, feciſſet de poculo abortionis, &
de poculo amatorio mentionem, par erat,
vt de pœna vtriuſque caſus propoſiti diſpo-
neret, & fortaſſe iſta interpratatio poterit
videri, & eſſe magis propria ad dicendum,
quod dictio, *homo*, in dicto textu poſita non
referatur ad fœtum in vtero exiſtentem,
qui verè & propriè non homo, ſed ſpes ani-
mantis eſſe dicitur, vt *ſuprà* dixi, & ſic tex-
tus ille hac recepta interpratatione, non
rectè adducitur ad probationem diſtinctio-
nis, quam faciunt Doctores de fętu anima-
to, & inanimato; ſed non firmo in hoc pe-
des, quia vt dicam *in cap. 31. §. 3.* non pla-
cet opinio eorum, qui volunt ex poculo
amatorio ſequuta morte recipientis eſſe im-
ponendam pœnam mortis, quia qui dat po-
culum ad amorem, non poteſt cogitare,
quod indè ſequi poſſit mors, quia certè non
vteretur eo, amor enim, & odium ſunt in-
ter ſe contraria, & non poſſunt ſtare in eo-
dem ſubiecto, vt aduertit Abauo *de reatib.
quæſt. 7. num.* 179. vide tamen Harprect. *in
§. item lex Cornelia de Sicarijs num. 64. Inſtit. de
public. iudic.* qui pluribus tuetur quod dans
poculum amatorium debet pœna mortis
puniri, ſi mors eius, cui fuit propinatum,
ſequatur, quia is, qui præbet tale poculum
pro fine quidem ſibi proponit amoris con-
ciliationem, ſed interim non ignorat poſſe
ex qualitate rerum venenoſarum, & illici-
tarum, quæ ad illud conficiendum inter-
miſcentur, haurienti periculoſum eſſe ad
mortem, vel ad furorem, & ideò ſaltem
propter dolum occidendi implicitum debet
pœnam vltimi ſupplicij ſubire.

Et licèt ex prędictis opinio eorũ, qui volũt
intrare pęnã extraordinariã ſiue fętus ſit ani-
matus, ſiue ſit inanimatus, poſſit haberi pro
28 veriori, nihilominus, quia res eſt mali exem-
pli, & hoc crimẽ frequẽter contingit admitti
in omni ferè populata Ciuitate, prudentiſ-
ſimè hic ſancita eſt pœna mortis contrà
eos, qui abigunt fętum animatum, & ità
reperitur cautum etiam in Germania *ex par-
ticulari Conſtitutione* Caroli V. vt refert Theo-
doric. *iudic. crim. tom. 2. cap. 7. num.* 19. &
Samuel Stryxius *de iure ſenſuum diſſert. 6. de
guſtu cap. 4. num.* 36. Imò ceſſante Conſtitu-
tione, vbi delictum eſt mali exempli, & in
regione frequens poteſt ex hoc ſolùm de-
29 ueniri ad pœnam mortis. vt in delicto mà-
li exempli inquit Matthæu *de re crim. con-
trou. 44. num. 21. & in controu. 29. num.* 111.
30 & in delicto in regione frequẽtato eſt Text.
*in l. p. ff. de abigeis* Peguer. *deciſ. crim. 29. nu-
mer. 7.* Caball. *crim. reſol. 160. num.* 6. & alij
rela-

relati à Farin. *quæſt. 167. num. 111.* & Theod. *loc. cit.*

Quandò verò dicatur eſſe animatus fętus
31 diffuſè ponit Hieronym. Baſilico, qui Medicorum, phiſicorum, & Iuris Conſultorum refert opiniones *deciſ. 7. num. 6. & ſeq.* Bocer. *de homicidio lib. primo cap. primo n. 16. ſeqq.* Crutius *de indit. delictor. ſpecial. par. 2. cap. 33. num. 23.* Samuel Strykius *de iure ſenſuum diſſert. 6. de guſtu n. 37.* Harprecht. *§. item lex Cornelia num 56. inſtit. de publicis iudic.* Caranza *in tractatu de partu natur. & legitimo cap. primo §. p. 2. & 3.* Zacchia *Medicolegal. lib. primo tit. 2. quæſt. 9. num. 19. & ſeq.* Farinac. *quæſt. 122. num. 139. & ſeq.* Pater Thoma Frances *moral. conſult. 14.* vbi citat Caramuel. *tom. primo theolog. fundam. 55. de homicidio à num. 1622.* & refert Thomam Fienum dicentem à prima, ſecunda, vel tertia die ad ſummum commixtionis carnalis animari ſpiritu rationali embrionem: & Ioannem Marci dicentem quod toto tempore, quo ſoboles clauditur vtero materno viuit anima rationali matris, & quando è viſceribus emittitur tunc propria anima rationali informatur; & vtramque opinionem validiſſimis argumentis confutat, & reſidet cum communi, mares 40. die: fęminas 80. animari. Vide *decretum S. Congregationis S. Officij publicatum de anno 1679. quo in propoſit. 35.* prohibita extat opinio quam tenet Io: Marci.

Quæro primò. An hæc diſpoſitio procedat in muliere, quæ fętum animatum abegit ad cohoneſtandam eius pudicitiam, vel ad euitandum malum, quod poteſt veriſimiliter timere à Conſanguineis? reſpondeas negatiuè, quia cum Bannimenta expreſsè requirant dolum, ibi: *doloſamente ſuffocheranno, ò abortiranno*, non compræ-
32 hendunt mulierem, quæ ad cohoneſtandam eius pudicitiam, ſeù ad effugiendum malum, fętum occidit; videtur enim carere dolo, quæ delinquit, vt proprium pudorem ſeruet, & ex hoc debet excuſari ſecundum Bart. *in l. quę omnia §. ſed ſi aduerſarius nu. 3. ff. de procurator.* Menoch. *conſ. 145. num. 34. lib. 2. & tract. de arbitrar. caſ. 396. num. 6. & ſeq.* vbi ex Clar. *quæſt. 83, verſ. partum*, ait excuſari matrem, quæ ex poſuit filium in loco periculoſo, ad euitandam infamiam, quia non impietas eam mouit, ſed proprius honor, qui non modò filijs, ſed & vitæ propriæ antefertur, & hoc idem in terminis voluerunt Theſau *deciſ. 12. n. 11. 12. & 13.* Vinc. de Franch. *deciſ. 592.* Scialoya *prax. foriudic. cap. 4. num. 60. verſ. & quadam mulier.*, & Sarno *loc. cit. verſ. ſecundo nulli dubium*, & Gonzalez Tellez *in cap. primo num. 10. circa finem de infantibus expoſitis*, Carpzou. & Betlich. *locis relatis* a D. Gobbio *conſult. 139. num. 17. & 18.*

Ita & eo magis quæ deliquit ad euitandam mortem, quam ex conſanguineis poteſt timere, nam metus mortis eſt ſufficiens, & iuſta cauſa excuſationis, vt tradunt Dec. *conſ. 535. num. 4. in l. ſi damnum §. 1. & in leg. velle non creditur num. 7. in fine ff. de reg. Iur.* Bald. *in cap. 1. §. iniuria col. fin. verſ. ſed pono de pac. Iuram. firm.* Clar. *quæſt. 60. verſ. quaro modo*, vbi Baiard. *num. 57. & ſeq.* & Farinac. *quæſt. 60. num. 14.* etiam ſi metus proceſſerit ex cauſa, quam ipſamet dedit, vt in mulie-
33 re adultera, quæ virum ſibi minantem occidit, loquitur Aldouin. *conſ. 20. num. 195.* Bannes, quem ipſe citat, & Cyriac. *controu. forenſ. 105. num. 65.*

Et ratio excludens dolum, eſt quia vide-
34 tur coactè manus violentas in proprium fętum inieciſſe, cum nullus amor huic ęquiparetur, vt aduertit in terminis Theſaur. *deciſ. 13, num 7. verſ. monitos verò*, & propterea cum eius voluntas, quoad pœnam, non ſit propriè voluntas *l. velle non creditur*, vbi Gloſ. Dec. & Cagnol. *num. primo ff. de reg. Iur. & cap. ſacris de ijs, qui vi met. cauſ.* de-
35 bet minui ordinaria mortis pœna, quia quælibet cauſa excuſat Gloſ. *in leg. plagij la 2. C. de plagiar.* Gram. *voto 10. num. 23.* Caſtren. *conſ. 182.* Corn. *conſ. 56. col. in fine vol. 4.* Iacob. Nouell. *ad defenſ. reor. rub. de excuſat. à reo facien. num. 18.* & Theſau *d. deciſion. 13. n. 7. verſ. monitos verò velim Iudices.*

Quod procedit etiam ſi deliquit non
36 abſolutè, & præciſè coacta, ſed conditionaliter, metu ſcilicèt mortis, quam ſibi imminere ſuſpicatur; Quia adhuc ſi non in totum, ſaltem in parte, & à pœna ordinaria excuſatur, vt ex Tiraquell. *de pœn. cauſ. 36. num. 4. & ſeqq.* vult Farinac. *dicta quæſt. 97. num. 24.*

Et ex his ego, dum eram Procurator Pauperum in Vrbe defendi, & à pœna mortis liberari obtinui quamdam mulierem, quæ in Ciuitate Vetula eius fętum necauerat. Addebā ad pęnę minorationē defectum corporis delicti, ex quo non conſtabat, quod Infans eſſet ille met, qui natus prętēdebatur ex Diamante (nomen mulieris) cum ab eadem non fuerit recognitus, imò nec ei
37 oſtenſus, vt de neceſſe in hoc caſu requirebatur, cum teſtes, qui illum inuenerunt, & quibus infans fuit oſtenſus, nunquam talem infantem vidiſſent per antea, & per conſequens nec recognoſcere potuerant, quod eſſet filius Diamantis, & ille met, de quo agebatur Veg. *conſ. 9. num. primo & ſeq. lib. primo* Fęlin. *cap. auditis num. 27. verſ. adde etiam de præſcript.* Chartar. *tract. capto bannito cap. 2. nu. 35. 39. & 42. in fine.*

Nec obſtare dicebam, quod infans habuiſſet caput in duabus partibus infractum, & compræſſum, prout mulier fatebatur, etenim cum varia eſſet circa locum, non inde
38 reſultabat probari identitatem infantis ad tradita per Vermigl. *conſ. crim. 11. nu. 11. & ſeqq.* & Hect. Fęlic. *alleg. 155. n. 6. lib. primo.*

Potiſſime cum in Criminalibus identitas plenè,

39 plenè, & concludenter probanda ſit, cum diuerſitas, & pluralitas præſumatur Aym. *conſ.* 244. *num.* 2. Farinac. *conſ.* 70. *num.* 46. & Antonell. *conſ.* 8. *num.* 1. & 2. quæ præſumptio videbatur fortius ſtringere, quia fœtus in latrina repertus non erat corruptus, nec contaminatus, & tamen inueriſimile eſt, quod tenera Caro Infantis per ſpatium vnius menſis, & vltra potuiſſet intacta ſeruari in loco tam immundo, & immunditijsmet obruta, vbi ob humiditatis copiam facilius caro putreſcit, vt medici teſtantur, ita vt facilius præſumenda ſit diuerſitas, & pluralitas, vt ex Farin. & Aym dictum eſt *ſuprà*.

Maximè in delicto facti permanentis,
40 quod non ſimplicem præſumptionem, ſed probationem indubitatam expoſcit Oſach. *conſ.* 66. *num.* 20. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 410. *num.* 6. Vermigliol. *conſ. crim.* 11. *num.* 9. & *conſ.* 12. *num.* 17. & *conſ.* 230. *num.* 3.

Inſuper adducebam exceptionem mino-
41 ris ætatis mulieris, ob quam mitiùs cum ea agendum volunt Natt. *conſ.* 458. *num.* 12. Bertazol. *conſ.* 207. *num.* 27. *lib.* 1. Gram. *deciſ.* 23. *num.* 13. Cyriac. *d. controu.* 105. *num.* 36. & hoc eſſe verum etiam propter ſtatum ſenilem dicit Camill. Medices *conſ.* 95. *num.* 22.

Quod procedere in Criminibus atro-
42 ciſſimis nempe aſſaſſinij, & Parricidij teſtatur Guazzin. *Reor. defenſ.* 33. *cap.* 17. *num.* 1. & Pratus *reſp. crim.* 25. *num.* 51. & id in terminis Parricidij reyectis Berlich. Bodino, & Beſold. firmat Cruſius *de indit. delict. ſpecial. part.* 2. *cap.* 33. *num.* 7. & 8. qui adhæret deciſioni factæ penes Pappon. *de arreſtis lib.* 22. *tit.* 4. teſtantem filium minorem ob facinus huiuſmodi commiſſum in matrem fuiſſe confiſcatis eius bonis condemnatum ad triremes per ſexennium, ac procedere
43 in terminis met infanticidij affirmant Dec. *conſ.* 535. *num.* 5. *lib.* 2. Oſach. *deciſ.* 60. *num.* 8. Theſau. *deciſ.* 13. *num.* 5. Menoch. *de arbitr. caſ.* 357. *num.* 22. & Petr. Teodoric. *Iudic. crim. tom.* 2. *cap.* 7. *num.* 23. vbi allegat concordantes Theſau. Ant. Faber, Decian.

Addebam exceptionem ſimplicitatis, quæ in ipſa Diamante re vera concurrebat ex fi-
44 de iurata duorum Sacerdotum, quorum atteſtationi credendum eſſe vult Rot. *in Auenion. Simulationis* 29. *Ianuarij* 1635. *coram* Card. Pancirolo.

Et demum addebam exceptionem ſpon-
45 taneæ confeſſionis Farin. *conſ.* 155. *num.* 9. *lib.* 2. Beccius *conſ.* 78. *num.* 20. *lib.* 1.

46 Sicut enim ſimplicitas, hebetudo, & imprudentia delinquentem mulierem à pœna ordinaria excuſat, vt terminis infanticidij aiunt Dec. *conſ.* 535. *num.* 6. & Oſach. *dict. deciſ.* 59. *num.* 8.

Ità confeſſio ſpontanea operatur, vt ei ſit
47 aliquantum indulgendum Faber *in Cod. lib.* 9. *titul.* 25. *de pœn. def.* 2. *in fine* Theſau. *quæſt. forenſ.* 57. *num.* 3. *lib.* 3. & Caplclatr. *deciſ.* 172. *num.* 45. & *ſeqq.* ſed hæc vltima excuſatio fuit adducta in concomitantiam aliarum, quia per ſe ſolam nunquam vidi profuiſſe.

Quæro ſecundo an dicta diſpoſitio procedat contrà mulierē, quæ in odium mariti abegit? text. in *l. Cicero, ff. de pæn.* decidit, quod non ibi -- *Sed & ſiqua viſceribus ſuis poſt diuortium, quia prægnans fuiſſet, vim intulerit, ne iam inimico marito filium procrearet, vt temporali exilio coerceatur, ab optimis Imperatoribus noſtris reſcriptum eſt.* ſed Farin.
49 *quæſt.* 122. *nu.* 146. intelligit dictum textum, vt procedat ſolùm, quando fœtus non eſſet animatus, & videtur vera hæc opinio Farinacij, quià non ſolùm ratione homicidij, ſed etiam ratione vindictæ tranſuerſalis eſſet abſurdum dicere, quod prædicta mulier eximeretur à pœna ordinaria, quando fœtus fuiſſet animatus. & poteſt etiam intelligi, vt procedat, quandò mulier durante iracundia oborta ex cauſa diuortij fœtum abegit, & quidem non eſt multum alienum à littera dicti textus, ſi conſideretur illa dictio *poſt diuortium*.

Quæro tertio an procedat in muliere,
50 quæ corrupta per pecuniam abortum fæcit? reſpondeas quodatrociori, quam ſimplicis mortis pœna debet plecti, quia duo concurrunt atrociſſima delicta parricidium ſcilicèt, & aſſaſſinium, vt ex tex. *in l. Cicero, ff. de pæn.* & ex Menoch. & Theſau. conſiderat Sarno *dict. alleg. iur. impreſſa in prax. crim. formula* 86. *verſ. non refragante*, & ex Iod. Domhaud. *pract. crim. cap.* 88. *num.* 8. *in fine*, Cuyac. *lib.* 9. *obſer. cap.* 9. Capic. *deciſ.* 155. inquit Carol. Ant. de Luca ad Vinc. de Franc. *deciſ.* 592. *num.* 5. & propterà cum magno fundamento Farinac. poſt multos, quos citat, inquit *dict. quæſt.* 122. *num.* 154. quod
51 mulier huiuſmodi crimen per pecuniam admittens debet puniri pęna ordinaria nulla adhibita diſtinctione, an fœtus fuerit animatus, vel non.

Quæro quarto, quid dicendū de muliere, quæ fuit perſuaſa ad abortiendum? tractant de hac quæſtione Farin. *quæſt.* 97. *num.* 150. & *quæſt.* 92. *num.* 136. & *quæſt.* 122. *num.* 158. & Sarno *loc. cit. verſ. ſecundò* qui ex doctri-
52 na Theſau. Franch. & Scialoya mulierem, & etiam eum, qui ſuaſit excuſat, ſi fecit ad cohoneſtandam pudicitiam mulieris, dum-
53 modò non ſit mater mulieris facientis abortum, quia mater mulieris abortientis poterat occultare alitèr prægnantiam filię, quod non poterat facere ipſa, quæ abortiuit, & nec poterant facere extranei, & hoc idem voluit Dec. *conſ.* 535. *in princ.* & Adden. ad cum *ibid. litt. A. verbo iuſtitia*, qui dicit quod mater in caſu Decij non fuit ſufficienter punita cum pœna mortis, quia debebat comburi, ſed puella ipſa, quæ perſuaſa deliquit, debet excuſari, vt dicunt præfati Do-

ctores

ctores, & Carol. Ant. de Luca ad Vinc. de
Franch. *deciſ.592. in fine*, & licet Carpan. ad
nouas Conſtit. Mediol. *cap. homicida ſub tit.
de pæn.num.*1409. quem referunt Ruginell.
*prac. quæſtionum cap.* 35. *num.* 6. & Paſchal.
*de patr. poteſt. par.*2. *cap.* 10. *numer.* 22. dicat
quod Mediolani *de anno* 1547. quædam mu-
lier, quæ abſente marito pepErat, & de-
creuerat partum occidere, ſed priùs voluit
matrem conſulere, & mater ei reſpondit
nolle hoc onus ſuper anima ſua, ſed ſi pro
euitanda infamia hoc ei facere videretur,
id faceret, filia ſtrinxit digitis adeò naſum
infantis, vt ille ſoffocatus emiſerit ſpiri-
tum, fuit vna cum matre decapitata, non
obſtante quòd occidiſſet natum ex conſillo,
& perſuaſione matris, quę videbatur filię cō-
ſilium dediſſe oſtendiſſeque vtilitatem, &
viam vitandę infamię; nihilominus hoc eue-
nit, quia filia iam decreuerat fætum occide-
re: ſecùs ergò ſi abſq; præcedenti eius deter-
minatione fuiſſet ipſa perſuaſa ad occiden-
dum prout ſunt termini propoſitæ quæſtio-
nis, & docet nos Dec. *conſ.*535.*num.*3.

Quæro quinto, an procedat bannimēta-
54 lis diſpoſitio cōtra dantes medelas, & pocu-
la ad ſanitatem, videas *infra in c.*31.§.4.*n.*35.

Quæro ſeſto, an procedat contra percu-
tientes mulierem prægnantem. Vide Fa-
rin. & alios, quos citat *dict. quæſt.* 122. *nu-
mer.*149. *& ſeqq.* Abauo *de reatibus quæſt.* 7.
*num.* 175. ad quos me remitto contentus
referre caſum, quem habui firmi, tempo-
re quo fungebar munere, & officio Lo-
cumtenentis in criminalibus Illuſtriſſimi,
& Reuerendiſſimi Domini mei Franciſci
Cennini, quem nobis immatura, & nimis
acerba mors præripuit, in quo caſu Cu-
ria prætendebat Caterinam quond. Andreæ
Straffi, & Magdalena Splendiani de Bel-
55 monte Firmanæ iuriſdictionis Caſtro te-
neri de occiſo, cum prima percuſſionibus
illatis in Mineruam vxorem Caroli Bernar-
dini de eodem, & ſecunda minis, & inſultu
fuerint in cauſa, vt eadem fœtum trime-
ſtrem, & conſequētèr animatū abegerit, Fa-
rin. *pract. crim. q.* 122. *num.* 139. *& ſeqq.* &
Doctores citati *ſupra num.* 31. quibus ad-
do Salyc. *in l. ſi quis num.* 3. *C. ad leg. Cornel.
de Sicar* Alberic. *de Statutis lib.* 3. *quæſt.* 59.
56 *num.*6. *&* 8. qui adducit, & explicat quoſdā
verſus, ex quibus cognoſcitur, quando par-
tus fit formatus, & organizatus in Vtero.

*Sex in lacte dies, ter ſunt in ſanguine trini,*
*Bis ſeni carnem, ter ſeni membra figurant.*

& ait eſſe vidèndum librum Fratris Aegidij
Romani Ordinis Eremitarum S. Auguſtini
intitulatū *De Format. Corporis Humani* maxi-
mè *c.* 15. vbi pleniſſimè materiam tractat:
& ideò tenentur de occiſo, vt eſt Textus
expreſſus *in cap. Moyſes* 32. *quæſt.* 2. ibi: *Si
quis percuſſerit mulierem in vtero habentem, &
abortiuerit, ſi formatum fuerit, det animam pro
anima*: Gloſ. *in cap. ſi quis, & cap. ſicut ex
literarum*, vbi Hoſtien. & Io: Andr. *extra de
homicid.* & Alberic. *in l. ſi mulerem ff. ad leg.
Corn. de Sicar.* & Clar. *pract. crim.* §. *fin. q.*68.
*verſ. abortum*, qui vt refert Theſaur. *dec.*12.
*num.* 2. vult mortis pœna teneri eum, qui
cum altero rixando, percuſſit taliter mu-
lierem ibi exiſtentem, vt fœtum animatum
abegerit.

Qod verò percuſſiones, & minæ potue-
rint abortū cauſare, nullatenus aiebat am-
bigendū; cum Galen. *in Epidem.* Lud. Mer-
cat. *lib.*4. *de morbis mulierum cap.* 2. *de abort.*
Sennertus *lib.* 4. *part.*2. *ſect.*6. *cap.* 2. Roderi-
cus à Caſtro *lib. de morb. mulier.* 4. *cap.* 4. in-
57 ter cauſas internas abortus iram, & timo-
rem, & inter externas percuſſionem, & ca-
58 ſum aliquem admittant, & *in Epidem.* habe-
tur mulieres ex animi timore, terrore, do-
lore, triſtitia, voluptate, lætitia, ira, indi-
gnatione, & reliquis animi perturbationi-
bus in abortum incurrere poſſe, quod pro-
cedit, etiamſi ſecunda inſultauerit prægnā-
tem per octo dies poſt percuſſionem per
Catherinam illatam ex traditis per Galenū,
qui firmat *in com. Epid. lib.*1. *com.*3. *ægrot.*13.
59 fœtum trimeſtrem, & quadrimeſtrem præ
cæteris iniurijs reſiſtere, quem ſequitur *ibi*
Chriſtoph. à Vega, reddens rationem, quia
vincula, quibus fœtus alligatur, ſunt ma-
gis valida: quocirca ſequitur ex præceden-
ti percuſſione aliquod initium ſumere a-
bortiuum potuiſſe, & mærore, ac ira poſteà
coadiuuante ſequutum fuiſſe.

60 His tamen, & ſimilibus non obſtanti-
61 bus in contrariam deueni ſententiam,
quia voluntas, & propoſitum diſtinguunt
maleficia, *leg. prima* §. *Diuus ff. de Sicar.*
Crauet. *conſ.* 205. *numer.* 34. & Giurb.
*conſ. crim.* 85. *nu.* 14. & quæ eueniunt contra
facientis voluntatem, non imputantur fa-
cienti *l. Cura* §. *nec ſi per vim ff. de muner. &
honor.* & ideò cum voluntas dd. mulierum
numquam fuerit directa ad cauſandum a-
bortum, ſequitur, quod de abortu non de-
bent teneri, vt in terminis inquit Farinac.
*quæſt.* 122. *num.* 151. poſt Alberic. quem ci-
tat *in* 3. *par. Statutor. quæſt.* 59. *num.* 6. Requi-
ritur enim ad hoc, vt percutiens prægnan-
62 tem teneatur pœna homicidij, quod ha-
beat animum, & intentionem abortum
cauſandi, quæ intentio non præſumitur in-
terueniſſe in caſu iſto, quia ex ſimplici per-
cuſſione, licet fuerit cum pede, & ex inſul-
tu, non poteſt coniecturari animus occiden-
di fœtum, vt tradit Alberic. *d. quæſt.* 59. *nu-
mer.* 1. *&* 2. & Farin. *d. quæſt.* 122. *num.* 151.
*& quæſt.* 126. *num.* 143 qui voluntatis, & in-
tentionis defectus excuſat à pœna ordinariā
licèt percutiens ſciùerit ex turgiditate ven-
tris, & ex aſſertione aliarum mulierum,
mulierem fuiſſe prægnantem, vt tradit Ia-
cob Butrigar. *in l. ſi quis necandi C. ad leg. Cor-
nel. de Sicar.* & meliùs Salyc. *ibid. num.*3. quia
63 dans operam rei illicitæ non tenetur de eo,

quòd fuit indè ſequutum, ſaltèm pęna ordinaria, quanpo non adfuit animus id committendi, vt eſt Text. expreſſus *in l. eiuſdem legis §. Sed ex Senatuſconſulto ff. ad leg. Cornel. de Siear.* vbi Martianus inquit, eſſe per quin-
64 quennium relegandam mulierem, quæ poculum ad conceptionem dederat, ex quo ea, quæ acceperat deceſſit, quia malo animo id non fecit, & propterea teſtatur Ad-
65 dit. ad Theſaur. *deciſ. 12. lit. B.* quod Senatus banniuit ad tempus quemdam Botã de Eugenia, qui taliter Vxorem percuſſit, vt ſequutus indè fuerit abortus, nam non eſt credendum illam verberaſſe ex propoſito, & intentione fętum diſperdendi, vt colligitur ex Addente *ibidem*.

Imò ſi credimus Theſau. *d. deciſ. 12. nu. 2.*
66 *& 6.* nec minus ſufficit ad imponendam pęnam mortis naturalis, quod interuenerit animus, & intentio determinata cauſandi abortum, ni fętus exanimationem concomitetur etiam mors ipſius matris, vt elicitur ex verbis Textus *in l. ſi quis aliquid §. qui abortionis ff. de pœn.* & Exod. *cap. 21.* quæ opinio comprobatur etiam ex Text. *in l. Diuus ff. de extraord. crim. in l. ſi mulierem ff. de Sicar. & in l. Cicero ff. de pœn.* in quibus iuribus habetur, quod non ſufficit abortum fuiſſe factum dolo, & propoſito, & cum intentione illud cauſandi.

Cum igitur iſtæ mulieres non egiſſent id ex propoſito, & intentione procurandi abortum, & fœtum occidendi, & nec minùs ſequuta fuiſſet cum morte infantis
67 mors Matris, dixi exilio temporali puniendas, vt in terminis fortioribus loquitur Dec. *conſ. 535. per totum* & in puncto noſtro Theſau. *dicta deciſione 12. numer. 2,* qui dicit ita tenere quoque Alberic. *d. q. 59.* & Boſſ. *in pract. crim. tit. de homicidio num. 5.* præcipuè cum etiam id ſuadeat ratio incertitudinis, ad tradita per Guazzin. *de treg. & pace par. 1. quæſt. 9. num. 24.* & alios relatos à Giurb. *conſ. crim. 2. num. 4.*

Ac Text. *in cap. Moyſes 32. quæſt. 2.* Gloſ. *in cap. ſi aliquis, & cap. ſicut ex literarum extra de homicid.* quæ Iura volunt teneri pœna *leg. Corn. de Sicar.* illum qui cauſauit abortũ fœtus animati, reſpondebam primò, quod
68 non eſt tuta diſtinctio allata à Doctoribus inter abortum fœtus animati, & non animati, quia Text. *in cap. Moyſes* non concordat cum corpore, vndè ſumitur, & tamquam non cauta de iure pluribus reijcitur à Theſau. *d. deciſ. 12. num. 5.* Sarnò, & de Luca *locis citatis in principio huius §. num. 13. & 16.* Secundò reſpondebam, quòd Iura prædicta benè poſſunt procedere, quandò cauſa abortus prouenit ex animo, & voluntate illum producendi, aliàs ſecùs, vt benè limitat concluſionem Farin. *dicta quæſt. 122. num. 151.* & antè eum Alberic. *d. 3. par. Stat. quæſt. 59. num. 6.* qui ſic debet intelligi *in l. ſi mulierem ff. ad l. Corn. de Sicar.* ac Hoſtien. & Io: Andr. *in dicto cap. ſi quis, & cap. ex literarum*.

Et Clar. *qui d. quæſt. 68. verſ. abortum* vult teneri pœna ordinaria illum, qui corrixans cum alio caſualiter percuſſit mulierem prę-
69 gnantem, quæ ob id abortiuit, malè ibi loquutus fuit, teſte Theſaur. *d. deciſ. 12. n. 2.* non ſolùm, quia caruit dolo, qui caſualiter percuſſit, ſine quo nemo incidit in pœnam *l. Cornel. de Sicarijs*, vt ait Boſſ. *in tit. de homicid. num. 5.* ſed etiam, quia caſus fortui-
70 tus à pœa abortionis excuſat, vt tradit Medices *in tract. de fort. caſib. par. 2. quæſt. 1. num. 38.* & Theſau. *d. deciſ. 12. num. 2. in fine;* ſed immeritò reprœhenditur Clar. *loco cit.* quia
71 nõ loquitur iuxta terminos relatos à Theſauro, cùm tantummodò ponat caſum, & quærat, qua pœna puniatur ille, qui percuſſit mulierem prægnantem, ex qua percuſſione illa fecit abortum, & reſpondit, quod vbi adeſt dolus, & partus ſit animatus intrat pœna mortis aliàs ſecus, & ſic Clar. non ſolùm non facit contra iſtam opinionem, ſed
72 illam cõprobat, quia dolus in materia homicidij accipitur pro animo occidendi, vt pulchrè docet Eugen. *conſil. 38. numero 18. lib. 2.*

Admittebam, quòd percuſſiones, & minæ potuerunt abortũ cauſare, ſed negabam ex percuſſionibus colligi animum determinatum cauſandi abortum, maximè quando ſunt leues, vt volunt Alber. *dicta quæſt. 59. num. 7.* & Farinac. *dicto num. 151.* Admittebam etiam, quòd abortus potuerit prouenire ex percuſſionibus, & reſpectiuè ex inſultu, cum ex percuſſionibus potuerint vincula debilitari, & in parte diſligari, & ex ſuperueniente inſultu potuerit perfici diſligatio, vt dixi ex Galeno, & Chriſtophoro à Vega, ſed conſiderabam, quòd fœtus potuerat reaſſumere ſuam validitatẽ, ſi abſuiſſet inſultus factus à Magdalena, & è contra ſi abſuiſſet percuſſio non ſatis inſultus fuiſſet, vndè intrabat ad fauorem mulierum concluſio firmata, & fundata
73 in ratione incertitudinis ad Gloſ. *in d. leg. item mela*, Guazzin. *de pace, & treg. parte 1. quæſt. 9. num. 24.* Giurb. *conſ. 2. numer. 4.* & Farinac. *quæſt. 96. num. 38. & 40.* vbi de communi teſtatur.

Quæro ſeptimò, An procedat contra eos, qui arte præcauent, ne ex concubitu habeatur fœtus? De hac quæſtione in ſpecie tractat Gregor. Tholoſ. *ſyntagm. Iur. lib. 36.*
74 *cap. 15. num. 20. par. 3.* dicens, quod hoc norunt facere meretrices, & pernicioſi Viri, ſemen admiſſum ex induſtria reijciendo, ne concipiant, voluptatis cauſa explendæ, &
75 concludit eſſe puniendos viros, & mulieres pœna mortis ob rationem, quia ſic viam generationis ex malitia intercidunt, & quodammodo homicidium naſciturorum admittunt, & ſubdit extare de hac re iudicium Diuinum in perſonam Onan filij Iudæ, qui vt di-

vt dicitur Geneſ. *cap.* 38. necatus fuit à Deo,
quod iuſſus ex lege ſuſcitare ſemen fratris
ſui Her, & Vxorem eius ducere, ſemen
fundebat in terram, ne liberi fratris nomi-
ne naſcerentur; & *ibidem* Tholoſ. refert ex
Gloſ. ordin. *in d. cap.* 38. Geneſ. quod Her
quoque fuit occiſus à Deo, quod libidino-
sè erga Vxorem Thamar ſe haberet, & ca-
ueret, nè impræ̈gnaretur, & prædicta com-
probat ex Concilio Garmatenſi, quo cau-
tum fuit, vt qui explendæ libidinis cauſa,
vel odij homini, aut mulieri, quicquam
fecerit, vel potu propinauerit, vt non poſ-
ſit generare, vel concipere, vel naſci ſobo-
les, vt homicida puniretur: hoc idem ſan-
ciuit ſanct. mem. Sixtus V. *Conſt. in ordine*
87. §. 5. quam tamen ad terminos Iuris Cō-
munis reduxit ſanct. mem. Gregor. XIV.
*Conſt.* 8. §. 3. & certè in his deteſtandis ſce-
leribus rigor eſſet omninò neceſſarius, quā-
dò maritus ex odio, vel cauſa explendæ li-
bidinis perderet ſemen, & conſequentèr
hominem, iuxta illud admonitum Martia-
lis epigr. 49. lib. 9.

*Iſtud, quod digitis, Pontice, perdis homo eſt.*

76 Sed ſi agens libidinoſe cum puella, ſeu Vi-
dua communitèr tenta pro caſta, & reſpe-
ctiuè Virgine, ſemen extra vas proijceret,
ne imprægnaretur, deberet excuſari à pœna
ordinaria, quia non odium ſobolis, nec
propria ineffrænata libido, vt in caſu Her,
& Onan, ſed cauſa tegendi pudoris mulie-
ris ad hoc impelleret ad tradita per Theſau.
*deciſ.* 13. & per Afflict. *Conſtit. Regni lib.* 3.
*rub.* 42. *de adulter. cap. legum aſperitate num.* 12.
*& ſeqq.* relat. à Caball. *crimin. reſol.* 16. *num.* 11.
Cæterum caſus iſte remanet in diſpoſitione
Iuris Communis, quia non poteſt dici com-
præhenſus in noſtris bannimentis, vt in
terminis Bullæ B. Pij V. contra ſodomitas
aduertit Caball. *crim. reſol.* 16. *num.* 11. & vi-
de quæ circa poculum ſterilitatis dicam *in*
*cap.* 31. §. *non ſia alcuno in* 8. *caſu.*

Quæro octauò, Quid dicendum de mu-
liere, quæ cum eſſet prægnans ſuppoſuit ſe
viro, & abortiuit? Tractat de hac quæſtione
77 Thom. Doccius Senen. *in l. liberorum ff. de ijs,*
*qui not. infam.* & ex eo Marius Salamonius *de*
*Iure naturali cir. fin. fol. mihi* 7. *& in repetit. leg.*
*Gallus ff. de liber. & poſthum.* §. *Iacobus de Bel-*
*niſu verſ. amplius inſignis fol. mihi* 19. inquit
audiuiſſe ex hac cauſa multos fieri abortus,
ac propterea periculoſum, ac inconceſſum
poſt conceptum fœtum mulieribus iungi,
& ex D. Gregorio *lib.* 32. *in Iob.* D. Ambro-
ſio *in Lucam*, D. Hieron. *contra Iouinianum*
ſubdit, coitum etiam inter coniuges poſt
conceptum fœtum eſſe vitioſum, & forni-
carium, & coniuges inter innocentes non
eſſe, ſi contingat partum propter coitum
abigi, & extra ordinem fortè plectendos
arbitratur, & hoc idem firmat Martin. Nau-
rath. *de vita, & morte homin. in addit. pract.*
*fol. mihi* 243. ſed vide circa hunc articulum
quid in ſimili determinauit Sac. Congr. San-
cti Officij de anno 1679. & vide Sanchez *de*
*matrim. lib.* 9. *diſput.* 22. *num.* 1. *& ſeqq.*

## Incorreranno in pena della forca.

Non conueniunt Doctores circa qualita-
tem pœnæ in crimine infanticidij, quamuis
enim omnes concludant pœnam eſſe mor-
tis naturalis ad Text. *in l. pœn. C. ad leg. Corn.*
*de Sicar.* qui propriè loquitur de caſu, quo
iam infans erat natus, vt apparet ex lectura
Text. & dicit Vinc. de Franch. *deciſ.* 592.
*num.* 1. *verſ. nec obſtare*: nihilominus aliqui
78 dicunt quod ſit indicenda pœna culei iux-
ta Text. *in l.* 1. *verſ. ſed & mater ff. ad leg. Pomp.*
*de parricid. & l. vnica C. de his, qui parent. vel*
*fil. occid.* vt videre eſt penes Vueſſemb. The-
ſaur. Harprect. *locis relatis* à Matth. Berlich.
*pract. concluſ. par.* 4. *concluſ.* 7. *num.* 4.

Aliqui dicunt, quod ſit indicenda pœna
79 concremationis, vt practicatum cum qua-
dam moniali, quæ filium ſuum necauerat
refert Bald. *in feudal. tit. ſi de feud. fuerit con-*
*trouerſia intèr Dominum, & agnat. Vaſſal.* §. *na-*
*turales num.* 12. quem referunt Farinac. *quæſt.*
120. *num.* 110. *& num.* 160. Bockellius *diſq.*
*crim. cap.* 7. *num.* 6. & Berlich. *d. concl.* 7. *n.* 3.
Carrer. *in pract. crim.* §. *homicidium num.* 134.
& Cruſius *de indit. delictor. ſpecial. par.* 2.
*cap.* 33. *num.* 21.

80 Aliqui demum dicunt ſufficere pœnam
decapitationis, vel furcarum, prout plu-
riès practicarū vidiſſe teſtatur Clar. §. *parri-*
*cidium num. vlt.* quem refert Berlich. *loc. cit.*
*num.* 2. & hoc iure vtimur hodie in Statu
Eccleſiaſtico: & non eſt pœna correſpecti-
ua, quia vt ait Salyc. *in l. ſi quis num.* 2. *C. ad*
*leg. Cornel. de Sicar.* infantis occiſio eſt deli-
ctum piaculare, & ſic magis execrabile, &
horribile, quam occiſio maioris.

Sed quia ferè quælibet Prouincia habet
81 Statutum, ſeù legem ſpecialem hac de re
diſponentem illa debet ad vnguem ſeruari.
vndè hic imponitur pœna furcarum *iuxta*
82 *præſcriptum Bannimentorum*: in Ducatu Saxo-
niæ imponitur pœna decapitationis, vt dicit
BocKellius *loc. cit.* §. *Mater infanticida*: in
Germania *ex Conſt.* Caroli V. Mater, quæ
partum ſuum occidit in aquam præcipita-
tur, & ſubmergitur, vt dicit Bockell. *loc. cit.*
& Petr. Theodoric. *iudic. crim. tom.* 2. *cap.* 7.
*num.* 19. & Berlich, *d. concl.* 7. *num.* 7. niſi ta-
men frequentia, & reiteratio delicti pœnā
exaſperandam ad terrorem aliarum ſuadeat
83 vt ſubdit Theodor. *ibid.* crudelis enim pœ-
na in hominem crudelem non eſt crudelis,
vt ſubdit Bockell. *vbi proximè*, & ideò pro-
pter reiterationem mulieres in terra defo-
diendas, & ſtipite peracuto transfigendas,
vel ignitis forficibus diſcerptas in aquam
ſubmergēdas ex conſuetudine, & Caroli V.
*Conſtitutione* dicit Berlich. *d. concl.* 7. *nu.* 5.
8. *&* 9. *De ead. Cōſtit.* Caroli V. facit mentio-

nem Cruſius *de indit. delict. ſpecial. par. 2. cap. 33. num. 20.* qui *num. 21.* ait quod vbi amnis vicinus non eſt, vel fons commodus, in quo ſubmergatur Reus, placuit lupis, leonibus, alijſq; feris beſtijs damnati objiciantur.

Et nec conueniunt circa pœnam imponendam facientibus, & procurantibus abortum, vt diximus *ſupra num. 13. & ſeqq.*

Sed noſtra Bannimenta æquiparant quoad pœnam caſum infanticidij, & caſum abortus fœtus animati: ideò in hoc non èſt vlteriùs immorandum. Nō deſeram tamen aduertere, quod dum hæc bannimenta volunt pœnam furcarum eſſe imponendam etiamſi ſolùm fuerit deuentum ad actum proximū, Dominus Cardinalis voluit amplecti opinionem Gloſæ *in l. ſi quis necanti C. ad leg. Cornel. de Sicar.* & Fulgoſ. *in l. ſi mulierem num. 1. & 2. ff. eodem tit.* dicentium eſſe imponendam pœnam mortis, etiamſi ex potionibus ſumptis non ſequatur mors.
84 Debent tamen intelligi, vt habeant locum
ſolùm in caſu, quo illata ventri violentia,
vel ſumpto poculo, præter ſpem, & expectationem ex his nō fuit abortus ſequutus,
iſte enim eſt, & dici debet actus proximus
in caſu iſto, aliàs Bannimentia eſſent ferè
85 iniqua, nam attenta communi Doctorum
opinione, mulier, quæ præter ſpem, & expectationem fœtum viuum peperit, quāuis illum potionibus, & aliter occidere nixa fuerit, non morte, ſed fuſtigatione, vel relegatione eſt punienda, vt innumeris citatis Doctoribus firmat Berlich, *d. par. 4. concluſ. 8. num. 34.*

Et quod iſte ſit, & dici debeat actus proximus in hac facti ſpecie euincitur ex regula, quam conſtituunt Doctores de conatu
86 loquentes, nempè quod tunc quis dicitur
ad actum proximum occidendi deueniſſe,
quando fecit omne id, quod in ſe erat, & tamen indè mors non fuit ſequuta, vt aduertit poſt alios quos citat Maſtriii. *dec. 155. num. 6.* qui loquitur de eo, qui ad occidendum archibuſiatam exploſit, ſed non occidit, & Farin. *quæſt. 123. num. 106.* loquens de crimine aſſaſſinij ait, quod actus proximus eſt, quando deuenitur ad actum immediatum conſumationi delicti, & homicidij, & Baldus *in conſ. 316. lib. 1.* quem refert Farin. *loc. cit.* vult, quòd actus tunc dicatur proximus ſi ſit immediatus, & alius non detur actus magis delicto proximus, ita vt per agentem non ſtet, quominùs delictū ſequatur, dùm facit quicquid poteſt, vt illud ſequatur, & Alber. *in l. 15. qui cū telo C. ad leg. Corn. de Sicar.* pariter relat. à Farin. *loc. cit.* lo. quēs de homicidio vltra inſultum requirit percuſſionē, & Farin. ſubdit, quod hæc Alber. verba ſunt multum magiſtralia, & notanda. Vndè debet ex his dici, quod niſi mulier ex dicta violentia ventri illata, ſeu potionibus ſumptis inciderit in aliquam infirmitatem adeò, vt fœtus fuerit ex hoc in ſtatu periculandi non intrat pœna mortis: conſideratis potiſſimè verbis, *occidendo la*
87 *creaturæ animat a*, poſitis in Bannimentis, quę
debent qualificare totam diſpoſitionem, vt
ſcilicet ſit ſenſus, quod debeat mori mulier,
quæ occidit, & quæ venit ad actum proximum occidendi fœtum animatum, quod non poteſt verificari, niſi inflicto vulnere in iam natum, vel adhibita talitèr violentia fœtui in ventre exiſtenti, vt ſteterit in periculo abortus: & hoc deducitur ex alio motiuo nempè quia ſi ſumptio potionis, vel
88 violentia adhibita non induxerit aliquam
infirmitatem, & ſic periculum reſpectu fœtus in vtero exiſtentis non poteſt dici, quòd medicamentum, ſeù percuſſio fuerit potens ad nocendum, vix enim, vt ait Zacchia *medicoleg. lib. 3. tit. 11. quæſt. 9. num. 2.* poſſibile, aut credibile eſt, in abortu, qui medicamentis validioribus, & ex arte procuretur, nihil ſuccedere, quod præter naturam ſit, præcipuè cum talia medicamenta calida magna ex parte ſint, & ſanguinem, corpuſque mulieris plurimum exagitent: conſequens ergo eſt, vt proſequitur Zacchia *loc. cit. num. 3.* ab eorum aſſumptione aliquem dolorem præter conſuetum, vel calorem extraneum, mulierem pati, præſertim verò in pudendis, inibique pondus quoddam perſentiſcere, & in regione renum inſuper dolere: quin etiam conſentaneum eſt febrem aliquam accendi, tum ob ipſorum medicamentorum violentiam, & inſignem caliditatem, tùm ob agitationem, & validum motum excitatum; cum igitur nil horum acciadat, conſentaneum quoque eſt dicere, quòd ars adhibita ad abortiendū non fuerit ſufficiens, & ex hoc deb et excuſari à pœna ordinaria, vt in terminis adminiſtrati veneni in quantitate inſufficienti pluribus citatis mōſtrat Horat. Giouagnon. *conſ. 28. num. 22. lib. 1.*

Et nec deſeram aduertere, quod ſi mulier
89 occidat fœtum viuum in quinto, vel ſexto
menſe natum, non debet condemnari ad
mortem, ſi nullam artem adhibuerit ad abortiendum, & eſt ratio, quia fœtus natus
90 quinto, vel ſexto menſe, non eſt vitalis, hoc
eſt, non poteſt naturaliter viuere, & propterea habetur, ac ſi natus non eſſet, vt dicunt Doctores allegati per Rotam penes Zacchiam *Medicoleg. lib. 10. deciſ. 44. n. 12. & ſeq.*

Et quia poſt hæd ſcripta habui caſum ſimilem relato *ſupra num. 32. & ſeqq.* in quo contigit etiam allegare exceptionem, quod fœtus enecatus eſſet quinque, vel ſex menſium lubet allegationem recenſere per extenſum, cum conferat multùm ad explicationem eorum, quæ hic dicta ſunt.

Ex pluribus etiàm diſtinctè perpenſis liberanda eſt à pœna ordinaria Catherina Thomæ imputata de infanticidio. Primò quia ſi vllo vnquam caſu religioſiſſimè ſeruari

uari debeat diſpoſitio textus *in l. 1. §. Diuus*
91 *Seuerus, ff. de quæſtion.* qua ſancitur confeſ-
ſiones Reorum pro exploratis facinoribus
haberi non oportere, ſi nulla probatio re-
ligionem cognoſcentis inſtruat, erit vtiq;
in caſu, de quo agitur cum exactiſſimo exa-
mine obſeruanda, quia Catherina Thomæ
in eius confeſſione varia, & contraria con-
ſpicitur, adeòvt Iudex nequeat in aliqua ex
duabus confeſſionibus pedes figere, & ani-
mo quieſcere: fatetur enim in primo con-
ſtituto occultaſſe quidem prægnantiam, ſed
fætum peperiſſe mortuum, dum ventrem
exoneraret, & in hac confeſſione Iudex ne-
quit quieſcere, quia in alio conſtitutio di-
cit fætum viuum peperiſſe, illum ambabus
manibus conſtrinxiſſe, & in cæmiterium
adhuc ſe mouentem proieciſſe, & nec huic
ſecundæ confeſſioni poteſt ſtare, quia hæc
ſecunda confeſſio ex eodem proceſſu fiſca-
li nedum apparet inueriſimilis, ex quo di-
cit; *Mi miſi vicino la porta in vn cantone à par-
torire, & eſsendomi aſſiſa in terra ſenza altro
sforzo partorij vna Creatura*, etenim videtur
92 ferè impoſibile, quod mulier ſedens in
terra, & ſinè conatu pariat: ſed detegitur
omninò falſa, dùm in eodem conſtituto
dicit, *e premendo quella* (ſætum) *con ambedue
le mani inteſi dal tatto, che foſſe viua, perche
ſi moueua vn tantino, e ſubito preſa, vſcij dà
detta Stalla, & accoſtatami alla muraglia di det-
to Cimiterio, che ſtà ſcoperto buttai la detta
creatura ſopra la detta muraglia del Cimiterio,
benche ancora ſi maneggiaſse in maniera, che an-
dò à cadere in detto Cimiterio*, & tamen Chi-
rurgus adhibitus à curia pro cadaueris re-
cognitione inquit; *Secundo la mia peritia,
e conſcienza non poſso conſiderare, che al detto ca-
dauere ſia ſtato fatto nocumento alcuno*, & No-
tatius, ac Teſtes in viſitatione cadaueris ibi
*ſenza nocumento di coccia*, implicat enim quod
ſætus fuerit ambabus manibus compræſſus,
& proiectus ex alto, & nullum nocumen-
tum indè receperit, nàm tenera caro con-
tuſa, & oſſa pœnitùs confracta remanſiſ-
ſent.

93 Confeſſio enim inueriſimilis non debet
à Iudice attendi, vt ex Perr. de Ancharan.
*conſ. 24. num. 4.* Dec. *conſ. 596. num.* 10. Me-
renda *conſ 91. nu. 45.* Bruſat. *conſ. 201. n. 37.*
inquit Honded. *conſ. 108. num. 47. lib. primo*;
quia Iudex antè omnia attendere debet ve-
riſimilitudinem, quæ ſemper eſt antepo-
nenda vt ex Riminald. *conſ. 30. num. 43. lib. 1.
& conſ. 509. num. 90. lib. 5. & conſ. 704.* ſubdit
Honded. *loc. cit. num. 47.* dicens, quod Iu-
dex ſemper diligenter conſiderare debet, an-
tequam confeſſionibus Reorum credat, an
illæ ſint probabiles, poſſibiles, & veriſi-
miles, nàm ſi eas non repererit probabiles,
poſſibiles, & veriſimiles, non poterit illis
fidere, & in illis condemnationem funda-
re, iuxtà aduertentiam Marſil. *in l. 1. nu. 35.
ff. de quæſt.* & Menoch. *de arbitr. caſ. 269. nu-
mer. 3. & ſeq.*

94 Imò ſola varietas debet hoc operari, vt
inquit Paris *de Sindic. verbo confeſſio num. 7.
in fine*, & Hieron. Baſilico *deciſ. crim. 13. n. 11.*
& eſt ratio, quia Iudex antequam procedat
ad condemnationem, præſertim in pœnam
95 ordinariam, debet exuere omnem hæſi-
tationem actualem, & virtualem, vt pro-
bat Barboſa, cuius eſt originale dictum,
*in l. 2. num. 90. ff. ſol. matr.* leges enim, vt ait
Tertullianus relatus à Beſoldo *Theſau. prac.
adauct. litt. P. §. 11. fol. mihi 729.* præſcribunt,
vt confeſſi damnentur: Iudices verò non
debent eſſe contenti ſola confeſſione, ſed
& conſequenter exigere qualitatem facti,
numerum, modum, locum, tempus.

Propterea ſi ſola varietas, & ſola inueri-
ſimilitudo debet retrahere Iudicem à con-
demnatione ex auctoritate prædictorum
Doctorum, multò magis eumdem debet
retrahere falſitas, qua confeſſio inualida-
ta, & proſternata detegitur, vt pluribus cita-
tis firmat Farinac. *quæſt. 81. num 21. & num. 28.*
præſertim cum tàm prima, quam ſecunda
confeſſio reddatur falſa etiam ex depoſitio-
ne Franciſci quond. Menici teſtis fiſcalis,
qui dicit quod Catherina non peperit, vt
ipſa fatetur, in ſtabulo, ſed in propria domo,
& quod non ipſa, ſed Angela eius Mater
attulit fætum ad cæmiterium, & quamuis
huius Teſtis depoſitio multas patiatur ex-
ceptiones, itàvt non minus huius teſtis de-
poſitio, quam Catherinæ cònfeſſio, poſſit
dici falſa, nihilominus etiamſi eſſet vera,
debet effectum prædictum apud Iudicem
operari.

Concludendum igitur quod ex dicta con-
feſſione nequit deueniri contra dictam Ca-
therinam ad condemnationem, ſaltem in
pœnam ordinariam, ad quam ſicut pro-
bationes debent eſſe luce meridiana clario-
96 res, iuxtà *vulgata Iura*, ità confeſſio debet
eſſe nitida, certa, clara, & inuulnerabilis,
vt firmant Brun. *tract. de indit. part. 2. quæſt. 6.
num. 9.* Boſſ. *tit. de confeſs. per torturam num. 25.*
& his relatis Honded. *dict. conſ. 108. n. 46.*

Secundo quia non apparet ex proceſſu,
quod fætus fuerit editus viuus dicentibus
obſtetricibus in proceſſu examinatis, *il che
97 non poſso giudicare*, & cum fiſcus hoc non
probauerit, deficit in ſuo ſalutari, & nõ po-
teſt inſtare pro pœna ordinaria, iuxtà *deciſ.*
Griuell. 19. *num. 10. & 11.* & Theſau *deciſ. 13.
num. 6. & 7.* & Pappon. *lib. 22. tit. de Parricid.
arreſt. 3*, Farinac. *quæſt. 122. num. 156.*

Nec fiſcus poteſt in hoc releuari ex de-
poſitione Franciſci, ſeù ex confeſſione Ca-
therinæ; quia cum de directo pugnent in-
ter ſe, non poſſunt haberi in conſideratio-
ne: & vlterius Franciſcus detegitur falſus
ex dicendis in allegatione pro Angela, Ca-
therina verò circa vitalitatem fætus, dicens
quod cognouit ad tactum, & motum, dum
erat ſine lumine, non reddit bonam ratio-
nẽ, quia iſto caſu tactus non facit cognitio-
nem,

nem certam, & indubitatam, eo magis,
quia ſi fœtus fuiſſet viuus, vtique etiam
vagitum dediſſet, de quo nullam facit men-
tionem, & tamen naturale eſt, quod fœtus
98 ſtatim ac ex vtero, & ſic è loco calido ad
aerem, & ſic ad locum frigidum prodit vo-
ces, & vagitū, & fletum emittit, vt ait Ari-
ſtoteles *in ſuis problematibus*: Tertiò reſpon-
99 detur, quòd in dubio ſumitur coniectura
excluſiua delicti, & ſic quod fuerit editus
mortuus, vt in terminis dicit poſt alios, quos
citat Griuell. *d. deciſ. 19. num. 15. & 16.*

Tertiò principaliter quia carceratio Ca-
therinæ, & inſpectio eiuſdem pudendorum
100 fuit facta ſine vllis præcedentibus inditijs,
& per conſequens inficit confeſſionem indè
ſequutam, vt aduertit Honded. *d. conſ. 108.
num. 50. verſ. dicitur non obeſſe*, licèt enim ſit
in arbitrio Iudicis carceratio, vt aliqui, non
101 ſine magnis contradictoribus, dicunt, non
eſt tamen in eius arbitrio inſpectio puden-
dorum, non ſolum quia non ſunt ſumen-
dæ probationes de domo Rei, præſertim in
cauſis capitalibus ad Text. expreſſū *in l. 2. §.
itē Diui fratres ff. de Iure Fiſci, & in l. de minore
§. tormēta ff. de quæſt.* ibi *nec debet initium proba-
tionum de domo Rei Accuſator ſumere* quæ Iura
ad hoc affert Hieron. Buccaron. *de diffe-
rent. inter iudicia ciuil. & crimin. different. 67.
num. 4. & ſeqq.* ſed etiam, quia ſicut ſine in-
ditijs non poteſt fieri perquiſitio domus, vt
ex Bald. Auguſt. ad Angel. Abb. & Gloſa
probat Buccaron. *loc. cit. num.* 13. & 14. qui
dicit non ſufficere inditia leuia, vel ſuſpitio-
nes, ita nec poteſt fieri viſitatio, & inſpe-
ctio pudendorum mulieris, cum hinc ma-
ius dedecus reſultet ex traditis à Sperell. *de-
ciſ. 136. num. 9. & ſeqq.*

Quartò quia Catherina eſt minor: mino-
102 ri enim non nihil parcendum dicunt Nat-
ta *conſ. 458. num.* 12. Bertazol. *conſ. 207. nu-
mer.* 27. Gram. *deciſ. 23. num.* 13. & in ter-
minis infanticidij Criſtoph. Cruſius *de indi-
tijs par. 2. cap. 34. num.* 11. Dec. *conſ. 535.
num.* 5. Oſach. *deciſ. 60. num.* 8. Theſau. *de-
ciſ. 13. num.* 5. Menoch. *de arbitr. caſ. 329.
num.* 15. Farinac. *quæſt. 122. num.* 158.

103 Eſt ſimplex, & vt pro certo ſupponitur,
eſt hebetis ingenij, ac imprudens, & ideò
parcendum, vt in terminis dicunt Dec. *di-
cta conſ.* 535. *num.* 6. & Oſach. *d. deciſ.* 50.
104 *num.* 8. & tandem ſpontè confeſſa fuit ad
primam interrogationem, quam ſponta-
neam confeſſionem ſuadere minorationem
pœnæ dicunt Faber. *in Cod. lib. 9. tit. 25. de
pœn. diffin. 2. in fine.* Monald. *conſ. 2. num. 62.
lib. 2.* Theſau *quæſt. forenſ. 57. num. 3. lib. 3.*
Capiclatro *deciſ. 172. num. 45. & ſeqq.*

Quintò demum quia non conſtat pro vt
liquidò, & certè conſtare deberet de corpo-
re fętus, quem viuum in cimiterium pro-
ijeciſſe faſſa eſt Catherina, nam confeſſio
105 ſine euidentia corporis occiſi non ſufficit
ad pœnam ordinariam, vt in terminis ma-
106 tris confitentis occidiſſe infantem, quem
ſues deuorauerunt firmat Iacob Sculthes *in
addition.* ad Coler. *deciſ. 158. num.* 7. & mul-
tis citatis Matthæus Berlich. *pract. concl. 7.
num.* 23.

Nec obſtat quod in Cimiterio fuerit re-
pertum cadauer infantis.

Quia cum non conſtet, nec conſtare poſ-
ſit, quod ſit ille fętus, quem peperiſſe Ca-
therina fatetur (nemo enim, & nec ipſa
mater illum vnquam vidit) ſufficit ad ex-
107 cluſionem corporis delicti poſſibilitas,
quod non ſit fętus, de quo quæritur, vt in
alijs tamen terminis conſiderat poſt alios,
quos citat Farinac. *conſ. 151. num.* 15. & eſt
108 ratio quia in criminalibus diuerſitas, &
pluralitas præſumitur, vt dicunt Crauett.
*conſ. 244. num.* 2. Farinac. *conſ. 70. num.* 46.
109 *conſ. 8. num. primo & 2.* & ideò indentitas
debet plenè, & concludentèr probari, vt
pluribus oſtendunt Veg. *conſ. 9. num. primo
& ſeq.* Cartat. *capto bannito cap. 2. num.* 35.
39. *&* 42. in fine & quidem per demonſtra-
tiones non ambigùas, & æquiuocas ſecun-
dum Vermigl. *conſ. crim. 11. num. 11. & ſeq.*
& Hector. Fęlic. *alleg. 155. num. 6. lib. primo*:

Et tantum abeſt, quod dicta reperitio ca-
daueris infantis ſufficiat in caſu iſto admon-
ſtrandum identitatem, vt potiùs contra-
rium euidenter inferat, non ſolum quia
in eo non fuit reperta contuſio, vulnus, ſeù
cranei, aut aliorum oſſium fractura, vt ex
relatione Chirurghi, & adnotatione Nota-
rij, dixi *ſuprà*, quod eſt contrà confeſſio-
nem Catherinæ, quæ dicit illum ambabus
manibus ſtrinxiſſe, & eſt contra veriſimili-
tudinem, dùm dicit eumdem ex alto pro-
ijeciſſe, ſed etiam quia dictum Cadauer
non fuit repertum in Cimiterio indica-
to à Catherina, ſed in alio notabiliter
diſtante ab illo indicato vt apparet ex ac-
ceſſu facto à Notario, & teſtibus fol. 11.
(*ibi acceſſi ad cimiterium prædictæ Eccleſiæ D.
Angeli, in quo facta diligenti perquiſitione, fę-
tum prædictum reperiendi, & ſignanter ſuper lo-
co deſignato à prædicta Catherina, ſub quo de-
poſuit fętum prædictum detuliſſe ſub parte ſiniſtra
dicti Cimiterij, eodem in loco repertus non fuit,
ſed benè repertus fuit in altero Cimiterio eidem
contiguo, muro tamen ſeparato exiſtente, vndi-
que muris circumdato, ſed abſque tecto, ad quod
perueniendum ex domo prædictæ Catherinæ ob
circuitum, quem facere opus eſt, dijudico diſtare
poſſe per centum paſſus circitèr, & opus eſt in
idem ingrediendum ex muro deſilire*: ) Cimite-
rium verò, de quo facit mentionem Cathe-
rina eſt in loco aperto, & diſtat à domo
Catherinæ per ſeptem, ſeù octo paſſus, vt
ipſa ait in conſtitutio fol. 10. ibi *il detto Ci-
miterio è diſtante da detta mia caſa pochi paſſi, da
circa ſette, ò otto paſſi da paſſeggio: è vnito con
la muraglia della Chieſa, nè hà altre muraglie
eſſendo ſpiazzo aperto.*

Vndè ex his eſt certum quod non conſtat

de ca-

de cadauere infantis, de quo Catherina eſt
in confeſſis, & per conſequens nec poteſt
ſaltem in pœnam ordinariam condemnari
ex doctrina Adden. ad Coler. & Berlich.
*locis citatis*.

Et quamuis Catherina in alio conſtituto
dicat, *accoſtatami alla muraglia di detto Cimi-
terio, che ſta ſcoperto, che ſtà lontano da quattro
paſſi malamente da detta ſtalla, buttai la detta
creatura ſopra detta muraglia, che andò à cadere
in detto cimiterio*.

Adhuc tamen prædicta remanent incon-
cuſſa, & in ſuo robore, vel quia identitas
excluditur ex dicta relatione Chirurghi, &
ex dicta adnotatione facta à Notario, & te-
ſtibus, quibus firmatur in cadauere nullum
nocumentum apparere, vel quia ex varia-
tione confeſſionis Catherinæ ipſa confeſſio
etiam quo ad identitatem corporis delicti,
quæ ab ipſa ſola haberi poteſt, redditur tur-
bida, & proinde inſufficiens ad pœnam
ordinariam ex rationibus ſupra adductis, &
110 etiam quia quando agitur de corpore de-
licti facti permanentis non ſimplex præſum-
ptio identitatis, ſed probatio euidens, & in-
dubitata expoſcitur, vt dicunt Oſach. *conſ.
66. num. 2. lib. primo* Dec. *conſ.* 410. *num. 7.*
Vermigliol. *conſ. crim. 11. num. 9. & conſ. 12.
num. 17. & conſ. 230. num. 3.*

Quandò tamen prædicta ceſſarent, prout
re vera quodlibet de per ſe, & eo magis in-
uicem vnita fortiùs vrgent, adhuc rece-
dendum eſſet à pœna ordinaria, ex eo quia
hæc infœlix puella non dolo, ſed ad pro-
111 prium pudorem ſeruandum deliquit, vt
habetur in ſecundo conſtituto fol. 55. ibi;
*e ciò à fine non ſi foſſe ſaputo, che io haueſſi par-
torito, e per celare appreſſo la gente che io foſſi
ſtata grauida*, & ideò à pœna ordinaria libe-
randam ſuadet Bart. *in l. quæ omnia §. ſed ſi
aduerſarius num. 3. ff. de procurat.* Menoch. *de
arbitr. Iudic. caſ. 396. num. 6. & ſeq.* Clar.
*quæſt. 83. verſ. partum*, dicens excuſari ma-
trem, quæ expoſuit filiam ad euitandam
infamiam, quia non impietas eã mouit, ſed
proprius honor, qui non modo filijs, ſed &
vitæ propriæ antefertur, & melius Theſau. *de-
ciſ. 13. verſ. monitos* & Gonzalez Tellez *tit. de
infantib. expoſit. cap. primo num. 10. circa finem*.

Potiſſimum cum hoc admiſerit non
ſolum ad tegendam verecundiam, ſed
112 etiam ad euitandam mortem, ſed aliud
periculum, quod à parentibus poterat time-
re, vt dicit in primo conſtituto fol. 10. ibi:
*io non hò denunsiato à fine che li miei di caſa non
ſe ne accorgeſſero*, metus enim mortis, ſeu al-
terius periculi eſt ſufficiens, & iuſta cauſa
excuſationis, vt tradunt Dec. *conſ. 535. nu-
mer. 4. & in l. ſi damnum §. primo & in l. velle
non creditur num. 7. in fine ff. de reg. Iuris* cum
alijs adductis à Farinac. *quæſt. 97. num. 14.*
113 & Tellez *loc. cit.* non obſtante quod me-
tus proueniat ex cauſa, quam ipſamet dedit,
vt in muliere adultera, quæ virum ſibi mi-
nantem occidit exemplificat Aldouin. *conſ.*
20. & Cyriac. *contr897. 105. num. 76.*

Nam videtur coactè manus violentas in
114 proprium fœtum inieciſſe, cum nullus
amor filiali æquiparetur, vt dicit in termi-
nis Theſaur. *deciſ. 13. num. 7. verſ. monitos
verò*, & propterea cum eius voluntas, quoad
pœnam, non ſit propriè voluntas, *l. velle
non creditur* ibi Gloſ. Dec. & Cæpol. *ff. de reg.
iur.* debet minui pœna ordinaria quia quæ-
115 libet cauſa excuſat à vt ſubdit Theſau. *d.
verſ. monitus verò*.

Quod procedit etiam ſi deliquerit non
abſolutè, & præcisè coacta, ſed conditio-
naliter metu ſcilicèt mortis, ſeù periculi,
quod ſibi, imminere poſſe ſuſpicabatur,
quia adhuc à pœna ordinaria excuſatur, vt
ex Tiraquell. *de pœnis cauſa 36. num. 4. & ſeq.*
vult Farinac. *d. quæſt. 97. num. 24.*

Et cum prædicta ſint vera in in terminis
infanticidij pueri ſcilicèt perfecti, & tem-
pore debito nati eò fortiùs debent proce-
dere iuxta deciſa penes Vinc. de Franch.
*deciſ.* 592. in terminis enecationis fœtus abor-
116 tiui quinq; vel ſex menſium, qualis atten-
ta relatione obſtetricum eſt iſte, de quo agi-
tur, qui nullo modo poteſt dici vitalis
hoc eſt nullo modo poterat naturaliter vi-
uere, vt pluribus oſtendit Zacchia *Medico-
leg. lib. 10. conſ. 37. num. 3. & per totum
fol. mihi* 290. & propterea illum occidens
mitiori pœna ex hoc debet puniri, vt in ter-
minis fœtus nati in ſexto menſe dicit Nouar.
*in addition.* ad Vinc. de Franch. *d. deciſ. 592.
in princ.* & Theſaur. *dec. 13. num. 2.* & Sarno
*practcrim. formul. 86. in allegat. ſpeciali verſ. 2.
nulli dubiũ*, & Farin. *qu. 122. nu. 135. & nu. 156.*

Nec obſtat Bulla ſanctæ memoriæ
117 Sixti Quinti 87. *in ordine*, quia præter-
quam quod fuit ad terminos Iuris com-
munis reducta à ſanctæ memoriæ Gregorij
XIV. *in conſtitut. 8. in ordine*, vt aduertit Fa-
rinac. *quæſt. 122. num. 137. in fine*, dicta
Bulla non poteſt habere locum hic quia
cum ſit correctoria iuris communis impo-
118 nentis pœnam extraordinariam pro abor-
tu fœtus etiam animati, vt firmant Gloſ. In-
noc. Caſtren. Aret. Alex. Menoch. The-
ſau. Franc. & alij relati à Sarno *loc. cit. verſ.
per tranſit. vt illibata, & verſ. at ſiſte*, & à
Farinac. *quæſt. 122. num. 131.* ob rationem
apud me potiſſimam deductam ex Text. *in
l. falcidia ff. ad l. falcid. & in l. negat ff. de
mortuo infer.* nempe quia partus nondum
119 editus, non homo, ſed ſpes animantis eſ-
ſe dicitur, ita vt illum abigens nullatenus
poſſit teneri de homicidio, cum multa poſ-
ſint accidere, ex quibus fœtus in vtero mo-
riatur, vt ex Theſau. Franch. Oſach. inquit
Sarno *loc. cit. verſ. friuola*, & Carol. Ant.
de Luca *in obſeru.* ad Vinc. de Franch. *de-
ciſ. 592. num. 9.* videndus quia ad oſtenden-
dam pœnam eſſe debere extra ordinariam

etiam

etiam in abortu fętus animati, omnes Tex-
tus de materia loquentes appoſitiſſime ex-
pendit, ſequitur, quod ipſa Bulla non
compræhendit minores, dum de illis non
120 facit expreſſam, & indiuiduam mentio-
nem ad Text. *in cap. 2. de delict. Pueror.* &
Roman. *ſingul.* 816. nam in ſtatuto odioſo,
& exorbitanti minores non cenſentur com-
præhenſi ſi non ſit de illis facta ſpecifica
mentio, vt ex Bald. & Marſil. inquit Addens
ad Roman. *d. ſing.* 816.

Eoque minùs compræhendit minorem
quæ fuit perſuaſa ad abortiendum, prout
perſuaſam fuiſſe ab N. N. dicit Catherina in
ſecundò conſtitutio fol. 50. à tergo, mulier
121 enim quæ perſuaſa abortum procurauit
ad cohoneſtandam pudicitiam debet excu-
ſari, vt dicunt Farinac. *quæſt. 92. num.* 136.
*& quæſt. 97. num.* 150. *& quæſt.* 122. *num.* 158.
Sarno *loc. cit. verſ.* 2. & Carol. Ant. de Luca
ad Vinc. de Franch. *deciſ.* 592. *in fine*, Dec.
*conſ.* 535. *per tot.*

Et nec compræhendit minorem, quæ ad
cohoneſtandam pudicitiam deliquit, quia,
122 dum ex hoc excluditur dolus, vt dicunt
Doctores, excludirur diſpoſitio dictæ Bullę
ſecundum Vermigliol. *conſ.* 137. *num.* 4. *&*
*conſ.* 399. *num.* 11. *& ſeq.*

123 Et licet hæc poſſint ſufficere ad hanc
Puellam liberandam, nihilominus quia
vbi agitur de vita hominis, nihil debet
prætermitti, ex abbundanti reſpondendum
eſſe exiſtimo obiectioni, quæ poteſt fieri
de ſorbitione electuarij, & ſalaſſatione,
non enim obſtat tum quia Sorbitio Ele-
ctuarij Alexandrini, potio iuris herbarum
& ſalaſſatio brachij fuit facta iuſſu Patris,
qui ex præſcripto medici ſanitatem filiæ
procurans operabatur, cui Catherina niſi
prægnantiam manifeſtaſſet, nequibat recu-
ſare, & controire.

Tùm etiã quia nõ fuit pro parte Fiſci pro-
124 batũ per atteſtationẽ medicorũ, quod ele-
ctuarium Alexandrinum, & ſuccus herba-
rum, de quibus agitur, & ſalaſſatio potue-
rint cauſare abortum, vt in fortioribus ter-
minis docent Alex. *conſ.* 115. *lib.* 3. Marſil.
Foller. Gomez. Farinac. & alij, quos refert,
& ſequitur Horat. Giouagnon. *reſp.* 28. *nu-*
*mer.* 22. *lib. primo*; qui ait non eſſe bonam
125 conſequentiam, propinatum eſt venenum
& illud propinatus mortuus eſt, ergò ex ve-
neno eſt mortuus, niſi conſtet ex relatione,
126 & iudicio medicorum rem propinatam
eſſe venenoſam, & in quantitate ſufficien-
ti, & apta ad necandum, vt in terminis
abortus dicit Sarno *loco ſupra cit. verſ. & pri-*
*mo dicit*, & ante eum Carpzop: quem citat
*pract. crim. par. prima quæſt.* 11. *num.* 26.

Et hoc erat omninò neceſſarium in caſu
iſto, quia electuarium Alexandrinum, &
ius herbarum fuit ſumptum in feſtiuitati-
bus Natalitijs, & ſic per quindecim, & for-
ſan plures dies antè abortum, & emiſſio ſan-
guinis facta per diem ante abortum fuit è
brachio, & non è pede, & ſic non tantæ
potentiæ.

Nequìt enim Iudex, ſeu Fiſcus indè argue-
re abortum, quia hoc requirit iudicium pe-
ritorum, vt dicunt præfati Doctores, ſi-
gnanter cum ex confeſſione Catherinæ in
primo conſtituto habeatur, quod illo die a-
bortus pro familiari ſeruitio ſuæ domus ſu-
ſcepit onus graue ibi: *vndici giorni ſono, che fù*
*di Mercordi, mentre io ritornauo la ſera à caſa da*
*campagna con vn faſcio di legna groſsa in teſta me*
*ne andai à caſa, e dopo hauer mangiato tutti di*
*caſa ſi andarono à letto, come feci ancor'io, e da*
*vna mezz'hora dopo mi cominciò à dolere il ven-*
127 *tre*, etenim cum habeamus cauſam magis
proximam, & excuſantem, vt ait Farinac.
*quæſt.* 122. *num.* 157. non debemus recurre-
re ad magis remotam, & non excuſantem
ad Text. *in l. meritò ff. pro ſocio*.

# CAPVT SEPTIMVM.

## RVBRICA

## Dell' Homicidio commeſſo, ò tentato.

Titulo præcedenti de Parricidio annectitur pro continuatione materiæ titulus de homicidio; & quamuis prius de genere generaliſſimo; quam de alio ſpeciali agendum fuiſſet, nihilominus atrocitas Parricidij, & atrocitas præcedentium delictorũ ità requirebat, imò ſi verum fateri velimus, hìc ſolum titulus, ſeù rubrica generalis eſt: nam litera annectit Parricidio aſſaſſinium, & diuerſas ſpecies occiſionis hominum ſpecificat. Vndè pro ſupplemento tituli, ſeù rubricæ non erit incongruum occaſione eiuſdem rubricæ totam materiam ſummatim tangere.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Homicidia frequentiſſima in Ciuitate, & Comitatu Bononiæ, vel hominum malitia, vel Superiorum facilitate.
2 Homicidium vel eſt ſimplex, vel eſt qualificatum.
Quale ſit ſimplex, quale qualificatum dicitur ibidem.
3 Caſuale eſt, quando quis cadit è tecto, vel arbore, & pertranſeuntem, vel ſub arbore manentem occidit.
4 Nulla pœna punitur.
5 Et ad rigorem quæ pena poſſit imponi.
6 Differentia tamen ſit quoad pœnam inter caſum fortuitum, & caſum improuiſum.
7 Neceſſarium quale eſt.
8 Eſt impunibile.
9 Defenſio ab omni Iure permittitur.
10 Occidens ad neceſſariam defenſionem ab omni pœna abſoluitur.
11 Etiam à Iudice inconſulto Principe.
12 Verum quod debeat abſolui de licentia Principis oſtenditur.
13 Imò in praxi receptum eſt quod exilietur.
14 Vide rationem.
15 Et exempla.
16 Homicidium neceſſarium debet eſſe cum moderamine inculpatæ tutelæ.
17 In quibus conſiſtat tale moderamen. num. 19. & 20.
18 Armorum rigoroſa æqualitas non requiritur.
21 Autor rixæ debet puniri etiamſi ad neceſſariam defenſionem occidat.
23 Etiam pœna mortis.
24 Contrarium quoad pœnam mortis.
25 Dummodò non acceſſerit ad rixam animo occidendi.
26 Imò habens talem animum excuſatur à pœna ordinaria, quando aduerſarius exceſſit in aliquo.
27 Et quandò Ipſe autor rixæ procurauit poſt inceptam rixam euitare malum, quod potuit prauidere.
Autor rixæ qui dicitur. num. 22.
28 Recedens à rixa fecit quicquid potuit, ne homicidium ſequeretur.
29 Perſequutor aduerſarij fugientis facit actum vltionis, & ſic illicitum.
30 Et qui primò inſultauit licitè ſe defendit.
31 Perſequutor aduerſarij fugientis non dicitur excedere modum defenſionis, ſed excedere defenſionem.
32 Et ſi eumdem fugientem occidit Reus eſt homicidij.
33 Defenſio eſt conceſſa, vbi offenſio eſt prohibita.
34 Homicidium culpoſum eſt illud quod ſine animo, & voluntate occidendi committitur.
Culpæ duæ ſunt ſpecies. num. 37.
Explificantur. num. 38. & 40.
35 Homicidio culpoſo conuenit pœna pecuniaria, exilij, & ad plus relegationis ſecundum Farinac.
36 Pœna verò triremium ad tempus ſecundum Clarum,
Conciliantur. num. 39. & 40.
41 Homicidium commiſſum ſine animo occidendi ab eo, qui dabat operam rei illicitæ, quæ de ſui natura non erat de genere prohibitorum, ſed aliqua ratione vetita erat, meretur pœnam pecuniariam, vel exilij.
42 Pœnam verò triremium admittit, quando res illicita eſt de genere prohibitorum, & concurrat dolus facientis directus in iniuriam, & & offenſionem alterius.
43 Occidens vnum, volens occidere alium, tenetur pœna ordinaria.
44 Contrarium.
45 Et hæc opinio practicatur à S. Conſulta.
Concilia vt num. 46.
Vbi & in numero 49. referuntur ſeptem conciliationes.
47 Sed Bononiæ practicatur opinio rigoroſa ob frequentiam homicidiorum.
48 Referuntur plura exempla.
50 Homicidium rixoſum, & doloſum videntur vnum, & idem eſſe.
51 Animus occidendi poteſt ſuperuenire in ipſa rixa.
52 Homicidium rixoſum, doloſum, & homicidium voluntarium purum videntur eſſe ſinonima.
53 Sed diſtinguuntur quoad pœnam. num. 57.
54 Homicidium calore iracundiæ commiſſum citrà mortis pœnam punitur.
55 Etiam in auctore rixæ.
56 Iracundiæ calor quantum tempus durare dicatur.
57 Homicidium voluntarium purum duobus modis explicatur num. 58.
59 Cauſa qualibet etiam iniuſta excuſat à pœna ordinaria homicidij.
60 Cauſa tamen temeraria, & à iure naturali, vel ciuili reprobata non excuſat à pœna ordinaria homicidij.
61 Cauſa, vt excuſet à pœna ordinaria homicidij, debet ſecundum opinionem plurium; Doctorum eſſe omninò iuſta.
62 Referuntur Doctores & exempla Tribunalium, quæ exigerunt cauſam iuſtam, & iniuſtam, ac temerariam non attenderunt.
63 Cauſa iniuſta excuſat à pœna ordinaria homicidij, quando cauſa non iuſta prouenit ex poſitiuo actu facto eo tunc ab illo qui occiditur.
64 Homicida qui per dies ante, conditionaliter tamen, determinauit occidere non debet mori.
65 Quia actus occiſionis incipit ab actu vltimo in conditione conſiderato, & ſic ab actu in inſtanti occiſionis occurſo.
Contrarium. num. 69.
Ponderatur adhoc Text. in l. penult. §. ſunt quidam ff. de extraordin. crimin. n. 74. 90. 91. 93. & 96.
Intellige, & explica concluſionem cum temperamento poſito. num. 114.
66 Voluntas quando dicatur mixta ex voluntario, & inuoluntario.
67 Conditio facit voluntatem imperfectam, & deliberationem indeterminatam dependentem à facto alterius.
68 Occidens mulierem repertã incidere ligna iuxta

*determinationem factam de illam occidenda quatenus reperuſſet ligna incidere fuit condemnatus ad mortem, ſed poſtea condemnatio fuit reducta ad pœnam triremium perpetuarum.*

*Redditur ratio. num.* 113.

70 *Occidens ob iram excuſatur, quia non dicitur fuiſſe in plenitudine intellectus tempore quo occidit.*

71 *Ira ceſſat quando iratus diuertit ad extraneos actus.*

72 *Et regulariter ceſſat per lapſũ horarũ duodecim.*

73 *Aſſignatur ratio.*

75 *Homicidium in corde, & animo conceptum debet puniri pœna mortis & quando. numer.* 87.

76 *Prouocatio ſuffragatur, quando voluntas nocendi deriuat ex ipſa prouocatione ſecus ſi voluntas nocendi aderat ante prouocationem. numero* 88. *&* 99.

77 *Prouocatio qualibet etiam leuis conſtituit prouocatum in ſola culpa.*

78 *Si nullus dolus prouocationem præceſſit. numero* 98.

79 *Culpa a dolo dependens punitur ſicut dolus.*

80 *Text.* in l. item mela §. Celſus ff. ad leg. Aquil. *explicatur.*

81 *Dolorem iuſtum temperare difficillimum.*

82 *Caballi verba perpenduntur ad oſtendendum quod non recedit ab opinione Gribaldi circa pœnam homicidij animo conditionaliter præconcepti ab inimico. num.* 86.

83 *Animus nocendi non præſumitur.*

*Eſt qualitas latens ſoli Deo cognoſcibilis. numero* 85.

84 *Inimicus licet natura non ſit iracundus ſit tamen iracundus ex quauis leui prouocatione.*

89 *Obuiam factus inimico ſi leuiter prouocatus occidit inimicum non liberatur à pœna ordinaria iuxta opinionem Gribaldi.*

*Dummodo caſus occiſionis non proueniat ex actu improuiſo. num.* 100. 102.

92 *Reſpublica ex defectu culturæ agrorum remanet notabiliter læſa.*

94 *Capitis pœna intelligitur de minori capitis diminutione.*

95 *Pœna mortis non imponitur quando delictum non eſt conſumatum, ſi in lege remittitur pœna arbitrio Iudicis.*

101 *Doctrina Caſoni* de indit. & tortura tract. 4. cap. primo num. 2. & 3. *explicatur à Farinac.* quæſt. 126. numer. 216. *vt dicitur hic.*

103 *Occidere determinans conditionatè ſi occidit dicitur accidere præmeditate, quia quoad ipſum determinatio facta dicitur pura, quia iam determinauit, & perſeuerauit in illa determinatione.*

104 *Occidens inſidiosè, ſed coactè priuatur immunitate Eccleſiaſtica in ſententia Graſſetti.*

105 *Coactio fundata in metu non dicitur vera coactio.*

106 *Eccleſia polluitur ſi in ea occiditur quis ab eo qui coactus, & inuitus occidit.*

*Quia voluntas ſic impulſa adhuc dicitur voluntas ibidem.*

108 *Voluntas coacta dicitur voluntas, ſed imperfecta.*

108 *Contrarium tamen dicitur.*

*Et redditur ratio ibidem.*

109 *Sed quicquid ſit in terminis metus certè abſque dubio hæc contraria concluſio eſt vera in terminis concupiſcentiæ.*

110 *Redditur ratio differentiæ.*

111 *Concupiſcentia auget voluntarium.*

112 *Voluntarium dicitur id quod eſt in poteſtate volentis agere, vel non.*

115 *Homicidium appenſatum quale eſt.*

116 *Exigit pœnam mortis naturalis.*

*Etiam quoad aſſiſtentes, & cooperantes. numer.* 124.

117 *Homicidium appenſatè commiſſum propter aliquam grauem iniuriam non punitur pœna mortis in ſententiam aliquorum.*

118 *Contrarium tuetur Farinaccius.*

*Et hanc Farinacij opinionem ſequitur Autor & affert rationes ex quibus mouetur ad illam ſequendam ibid. & reſpondet contrarijs. numer.* 121. *&* 122.

120 *Homicidia hodie tot committuntur vt difficile ſit dicere an frequentiores ſint hominum cædes an natiuitates.*

121 Text. in l. doli verbum ff. de ſeruo corrupto *explicatur.*

123 *Natura abhorret vindictam priuatam.*

125 *Appenſamentum probatur coniecturis.*

126 *Homicidium qualificatum diuiditur in plures ſpecies.*

1 MATERIA homicidiorum, ex cauſis à me recenſitis in proœmio horum Bannimentorum frequentiſſima eſt in Ciuitate, & Comitatu Bononienſi, ideò latiùs quam conueniret diſcurrendo hic eorumdem ſpecies ad explicationem, & ornatum Bannimentorum non deſeram recenſere.

2 Homicidium ad duo potiſſimum genera refertur, nam aut eſt ſimplex, aut eſt qualificatum.

Simplex ſubdiuiditur in caſuale: neceſſarium: culpoſum: rixoſum: & doloſum, voluntarium purum, & voluntarium præmeditatum.

Qualificatum etiam ſubdiuiditur, quia aut accipit qualitatem aſſaſſinij, aut qualitatem proditorij, & huiuſmodi.

3 Homicidium caſuale dicitur, quod caſu euenit, & ponitur exemplum in eo, qui cadens a tecto Domus, vel ab arbore percuſſit, & occidit hominem pertranſeuntem,
4 seù ſub arbore manentem, & nulla pœna debet puniri, niſi vt ſe exponat ſimili peri-
5 culo, quatenus pars offenſa vellet ſe proijcere è tecto, vel arbore ad eum talionandum, vt benè aduertunt Doctores de præfato caſu loquentes Marſil. *in leg.* *lege Cornel. nu.* 7. *ff. ad l. Corn. de Sicar.* & Farin. *qu.* 126.

*num.*

*num.* 20. quod eſſe rem ridiculæ atrocitatis,
ait Phauorinus penes Aulum Gellium *noct.*
*attic. lib.* 20. *cap.* 1. *fol. mihi* 535. & ideò ho-
micidium caſuale, ſeu fortuito commiſ-
ſum nulla pęna puniri meliùs firmat Iuti-
bus, & pluribus Doctorum auctoritatibus
Farin. *q.* 126. *num.* 56. *& ſeqq.* vbi tamen facit
6 differentiam inter caſum fortuitum, & ca-
ſum improuiſum, quia in primo caſu nulla,
ſed in ſecundo aliqua poteſt ineſſe culpa,
ideò iſte aliquam, ille nullam prorſus
poteſt admittere pęnam, vt ipſe Farinac. ex
Doctoribus comprobat *ibidem nu.* 59. quod
vltimum explicandum eſt, prout poſt alios,
quos citat, explicat Conciol. *crim. reſol.* 4.
*num.* 5. *& ſeq. verbo homicidium,* quod ſcilicet
in caſu improuiſo culpa ſit aliquo modo
præordinata ad caſum: quod ex dicta cul-
pa ſic ad caſum ordinata ſit cauſatum deli-
ctum: & quod ſine illa culpa delictum ali-
ter contingere non poterat.

Exempla homicidij caſualis quamplura
habentur penes Medices *de caſibus fortuit.*
*par.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 24. *& ſeqq.* Farin. *q.* 126.
*num.* 17. *& ſeqq.* Caball. *de omni genere homi-*
*cid. num.* 144. *& ſeqq.* Ant. de Ballis *tract. crim.*
*lib.* 3. *caſ.* 1. *per tot.* & Conciol. qui hos re-
fert *d. reſol.* 4. *num.* 7.

7 Homicidium neceſſarium eſt illud, quod
homo in periculo vitæ conſtitutus ad ſui
neceſſariam defenſionem committit, &
ponitur exemplum in eo, qui inſultatus ab
eius inimico non valet ſe à periculo mortis
eximere, niſi aduerſarium occidat, & hoc
homicidium dicitur prorſus impunibile,
8 per Text. *in l. vt vim ff. de iuſt. & iure l. prima*
*§. cum arietes ff. ſi quadrup. paup. l. prima §. vim*
*vi ff. de vi, & vi arm.* nam defenſio de omni
Iure; Diuino ſcilicet, & humano eſt per-
9 miſſa, vt ex mente omnium Doctorum, ac
Theologorum firmant Couar. *in Clem. ſi fu-*
*rioſus p. prima §.* 1. *num.* 1. *de homicid.* Ang.
& Paul. de Caſtro *in l. vt vim. ff. de inſtit. &*
*Iure* Honded. *conſ.* 99. *num.* 10. Plach. *Epi-*
*thom. delict. cap.* 28. *num.* 2. Clar. *§. homici-*
*dium num.* 19. Viu. *com. opin.* 189. *numer.* 6.
Guazz. *Reor. defenſ.* 29. *num.* 15. & pleniſſi-
mè Farinac. *quæſt.* 125. *per tot.* & rationem
aſſignat Martinus Naurath. *in addit. pract. ad*
*tract. de vita, & morte hominis pagina mihi* 237.
quia natura quemque ſibi commendat.

Quòd procedit tàm quoad pœnam ordi-
nariam, quàm extraordinariam Dec. *conſ.*
*crim. diuerſ.* 102. *num.* 23. *tom.* 1. Simon de
Prat. *conſ.* 190. *num.* 7. vbi teſtatur, quod
10 nec poteſt pœna Pecuniaria irrogari, Hon-
ded. *conſ.* 99. *num.* 11. *vol.* 1. vbi *in fine* refert
fuiſſe ex ordine S. Conſultæ quemdam Pe-
ruſinum abſolutum, Bettazzol. *conſ. crimin.*
312. *per tot. vol.* 2. vbi quod ille Notarius
fuit penitus abſolutus à pœna occaſione
homicidij ad ſui defenſionem commiſſi,
quia fuerat inſultatus cum quadam ſtanga,
& ſequuntur Farin. *conſ.* 6. *num.* 30. & Ver-
migliol. *conſil. crimin.* 73. *per tot.*

Imò Baiard. ad Clar. *d. §. homicidium n.* 72.
innuit quod probans feciſſe homicidiū ad
11 ſui defenſionem debet abſolui à Iudice etiā
abſque licentia Principis, ſed Boer. *dec.* 164.
12 *num.* 15. *circa finem,* quem refert, & ſequitur
Baiard. *loc. cit.* inquit, quod de ſtylo Curia-
rum Franciæ nunquam Iudices liberant
huiuſmodi homicidas abſque præuia Prin-
cipis remiſſione, & quod ità eſt vbique per
Iudices ſeruandum, & hoc idem ſeruari in
praxi firmat Petrus Gudelinus *in comment. de*
*Iure nouiſſimo lib.* 5. *cap.* 17. *num.* 4. & Chri-
ſtinæus *Belgic. deciſ.* 198. *num.* 17. *vol.* 4. qui
*num.* 22. ex Fabr. *Codic. ad Viſelliam diffin.* 5.
ait Principem teneri de rigore iuſtitiæ gra-
tiam hóc caſu concedere; & propterea in
caſu, quo non extet Principis gratia exiſti-
mo iuxta opinionem Domini Sauelli *in eius*
*praxi vniuerſali verbo homicidiarij nu.* 22. *&* 57.
13 eſſe tales homicidas mittendos in exi-
lium ex quatuor potiſſimū rationibus *Pri-*
14 *mò*, quia Iudices non debent abſoluere
abſque præuia Principis remiſſione, vt prę-
dicti Doctores firmant; *Secundò* quia om-
nes quidem ſciunt, homicidium fuiſſe com-
miſſum, ſed paucis eſt notum, quod fuerit
ad neceſſariam defenſionem patratum, &
ideo qui hoc ignorant, ſi videbunt homici-
das incedere liberè per Ciuitatem ſcandali-
zabuntur. *Tertiò*, quia vt aduertit Sauell.
*loc. cit.* difficile eſt, quod nullus prorſus de-
tur exceſſus in huiuſmodi defenſione, & vt
ait Gudelinus pariter *loc. cit.* rarum eſt vt
culpa omninò careat homicidium. *Quar-*
*tam* rationem aſſignat Deus *Deuteron. c.* 19.
ne forſan proximus eius, cuius effuſus eſt
ſanguis, dolore ſtimulatus percutiat animā
eius, qui non eſt Reus. Ideò, quicquid
ſit de Iure, debet practicari exilium iuxta
aduertentiam Sauelli, vbi proximè, potiùs
pro bono Status gubernio, quàm quod ſit
de Iure, vt in ſimili practicandum aſſerit
Farinac. *in addit. ad quæſt.* 40. *num.* 15. *impreſſ.*
*poſt tertium libr. conſiliorum,* & ex hac ratione
15 credendum eſt, quod Græci fortuitos, &
inuoluntarios caſus exilio voluntario puni-
re conſueuerint, *vt ex l. aut facta §. euentus,*
*ff. de pœn.* Alciat. Tiraquell. Forner & Gre-
gor. Tholoſan. inquit Solorzan. *in tract. de*
*Parricid. cap.* 18. *circa med.* & hoc idem apud
Memphitas lege cautum fuiſſe, refert Phi-
loſtratus *lib.* 6. *de vita Apollonij Tyanei in prin-*
*cip. fol. mihi* 56. ibi: *Hic vir, quamquam inui-*
*tus, Memphiticum quemdam interfecit, propte-*
*rea iuxta Memphitarum leges exulat. opus eſt e-*
*nim homicidij Reum licet inuitus id perpetrauerit*
*exulare, & ire ad Gymnoſophiſtas, quod ſi ab il-*
*lis fuerit abſolutus tamquam purus, expiatuſq;*
*in patriam reuerti poteſt, ſi prius ad occiſi tumu-*
*lum veniens paruum etiem aliquid ſacrificauerit:*
*antea verò quàm à Gymnoſophiſtis fuerit abſolu-*
*tus in his errare montibus ipſum oportet, quoad*
*ſupplicantem Gymnoſophiſtæ miſereant:* quem

Philoſtrati locum refert Solorzan. *vbi proximè* 1 & in Regno Valentiæ ſancitum extat, quod occidens ad ſui defenſionem per annum ad exilium condemnetur, vt refert Laur. Matthæú *de regim. Regni Valent. cap.* 8. §. 8. *num.* 113.

Obitèr notẽt ex Philoſtrato noſtri hodierni Gymnoſophiſtæ, quod non debent gratiã facere homicidis abſq; eo, quod eoſdem adſtringant ad aliquid ſoluendũ pro ſuffragijs animarum eorum, quos interfecerunt.

Recipit tamen principalis cõcluſio duas reſtrictiones, quarum prima eſt, quod ho-
16 micidium debet eſſe commiſſum cum
17 moderamine inculpatæ tutelæ, quod verſatur circa tria. Primò circa modum, vt eodem genere armorum, quo fuit percuſſus ſe defendat Caball. *crim. reſol.* 248. *n.* 31. Guazzin. *Reor. defenſ.* 29. *cap.* 5. *num.* 2. Farin. *quaſt.* 125. *num.* 356. & Vermigliol. *conſ. crim.* 73. *num.* 7. Conciol. *crim. reſol.* 3. *nu.* 9. *verbo defenſio*: Sed non requiritur exacta, ac rigoroſa æqualitas armorum, qualem
18 requireret aliquis ſcrupuloſus Duelliſta, quia admittitur pro moderata, ſi defenſio fiat cum diuerſo inſtrumento maiori, vel fortiori, vt videre eſt penes eoſdem Doctores, & penes Giurb. *conſ. crim.* 17. *num.* 24. *& ſeqq.* Berlich. *part.* 4. *concl.* 12. *num.* 56. & Matthæú *de regim. Regni Valent. cap.* 8. §. 8. *num.* 112. Caluin. *de æquitate cap.* 192. *n.* 22. *& ſeqq.* qui ad hoc multos allegat Doctores, & ſequitur Conciol. *crim. reſol.* 3. *nu.* 9. *circa finem verbo defenſio*.

19 Secundò circa tempus, vt in continenti defenſio fiat, *l. prima C. vnde vi, & l. vt vim ff. de iuſt. & iur.* Caball. Caluin. Conciol. qui multos allegat, & Farin. *locis citatis* ac Guazzin. *d. cap.* 5. *num.* 2. vbi dicit defenſionem in continenti fieri, quando fit, antequam qui ſe defendit, diuertat ad alios actus, ſed ſtet in ipſo actu, & in ipſa facti fragrantia, & ſequitur alios citans Conciol. *loc. cit. n.* 7.

20 Tertiò circa cauſam vt ſcilicet offenſio fiat ad defenſionem, & non ad vindictam *l. ſcientiam §. qui cum alter ff. ad l. Aquil.* & Guazzin. poſt alios Doctores per ipſum allegatos *d. cap.* 5. *num.* 2. exemplificat defenſionem fieri, & non vindictam, quando ſe defendens eſt conſtitutus in diſcrimine vitę, honoris, ſeù alicuius iniuriæ perſonalis, & alitèr non poteſt euadere dictam iniuriam, niſi offendat, vel occidat, nam eo caſu impunè faciet Mazzol. *conſ.* 11. *nu.* 65. & Gram. *conſ.* 56. *num.* 16.

Secunda reſtrictio eſt, quod homicidium ad neceſſariam defenſionem non debet eſſe commiſſum ab eo, qui fuit autor rixæ, &
21 qui primò prouocauit ad verba iniurioſa, is enim licet poſteà ponatur in diſcrimine vitæ, adeout periculum euadere non poſſit, niſi occidendo, tamen non gaudet priuilegio neceſſariæ defenſionis, quia ipſe fuit cauſa mali, & poſuit ſemetipſum in neceſſitate, Andr. Gaill. *de pace publica lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 17. Baiard. ad Clar. §. *homicidium num.* 78. *& num.* 125. & Griuell. *deciſ.*
22 *Dolan.* 26. *num.* 11. vbi ex Baiard. ſubdit, autorem rixæ dici eum, qui dixit, aut fecit, vel facere tentauit illicitum, ex quo veriſimiliter ſequi poterat delictum, quod indè venit, & hanc eamdem opinionem pluribus tuetur Farinac. *quaſt.* 126. *numer.* 47. & 49. dicens, quod imò auctor rixæ, qui con-
23 ſtitutus in periculò vitæ, occidit, debet pœna ordinaria plecti, nam cum veriſimilitèr cogitauerit, vel cogitare potuerit de eo, quod indè facilè ſucceſſurum erat, non eſt vllatenus à dicta pœna excuſandus; maximè ſi dans operam rei illicitæ, occaſionẽ delicto paraſſet, vt volunt Cæpoll. *conſ.* 33. *per tot.* Aretin. *conſ.* 34. *num.* 4. Caball. *de omni gener. homicid. num.* 112. *ſeqq.* Iacob. de Graſſ. *deciſ.* 65. *nu.* 4. *par.* 1. qui ponit exemplum in eo, qui fuit primus in inferendo iniuriam, in dando mentitam, Baiard. ad Clar. *d.* §. *homicidium num.* 78. qui loquitur in eo, qui pluribus verbis iniurioſis prouocauerat, & ſequitur Guazz. *Reor. defenſ.* 29. *cap.* 4. *num.* 54. & pluribus relatis Conciol. *crimin. reſol.* 11. *numero* 1. *& ſeqq. verbo rixa.*

24 Eſt tamen verum, quod in praxi non admittitur rigor dictæ opinionis, & ſemper autor rixę excuſatur à pęna ordinaria dum-
25 modò non acceſſerit ad rixãdum cũ animo occidendi, quia autor rixę, ſi à principio habeat animũ occidẽdi, & cõſtitutus in periculo vitę occidit debet condemnari ad pęnam vltimi ſupplicij, vt benè, quamuis neminem citet, aduertit Sabellus *in eius praxi* §. *homicidiarij n.* 51. *verſ. circa l'autor della riſſa*, ſed antè eum ita reſponderunt Caball. *de omni genere homicid. num.* 113. *&* 114. Peguer. *deciſ.* 63. *num.* 4. Guazzin. *defenſ.* 33. *cap.* 22. *ſub numero* 8. D. Orilia *in obſeru.* ad Campanam *reſolut. prima numer.* 67. qui hos refert, & ſequitur, addo Matthæú *de Regim. Regni Valent. cap.* 8. §. 8. *num.* 50. & Conciol. *loco cit. num.* 5. & ſubdit D. Orilia *ibidem*, quod initium facti debet eſſe directum re ipſa ad id, quod ſequitur, & ait hoc propriè verificari in eo, qui mouet talem rixam, factumque tentat, quod ſine homicidio probabilitèr expleri non poteſt, aliàs enim eſſet quodãmodò iniquum, quod incipiens rixam cum verbis teneatur pęna ordinaria, ſi calore rixæ calefactus, & magis ſi conſtitutus in periculo vitæ, occidit, maximè ſi aduerſarius
26 aliquo modo exceſſit, & ita fuit practicatum in Senatu Valentiæ teſte Matthæú *de Regim. Valent. cap.* 8. §. 8. *num.* 52. qui refert fuiſſe condemnatum Franciſcum Siueram in pęnam triremium per decennium ob homicidium cuiuſdam militis, quem prouocauerat appenſatè dicendo: *Lanſe mà ala eſpaſa, que es vn gallina*, nam cum miles ad hæc verba tormentum manuale in Franciſcum exploſiſſet, & in fugam ſe dediſſet, &

Fran-

Franciſcus inſequutus vſque ad domum duplici enſis ictu vulneratum necaſſet, debuit eximi à pęna ordinaria ob exceſſum commiſſum à milite, qui debebat euaginare enſem, & non piſtolam explodere; & hoc idem eſt practicandum, quando ipſe autor rixę aliquo modo procurauit poſt in-
27 ceptam rixam euitare malum, quod potuit præuidere, puta quia voluit recedere à loco rixæ, nam tunc ſi aduerſarius inſequatur, & ponat in diſcrimine vitæ eum, qui primò prouocauit, & aufugit, certè ſi iſte ſic in periculo conſtitutus occidit, debet ex-
28 cuſari, non ſolùm quia recedendo fecit quicquid potuit, ne homicidium ſequeretur Marſil. *conſ.* 67. *num.* 36. Cæpoll. *conſil.* 36. *num.* 5. Oſaſch. *deciſ.* 104. *num.* 6. Carrer. *pract. crim.* §. *circa quartum verſu decimo quarto excuſat num.* 185. Iacob. Ayrer. *tract. de homicid. caſual. par.* 3. *num.* 9. & 10. & Farinac. *d. quæſt.* 126. *num.* 84. ſed etiam, quia eſt
29 pluſquam certũ perſequutorem aduerſarij fugientis facere actum vltionis, & conſequentèr illicitum *l. ſciendum* §. *qui cum alitèr ff. ad l. aquil.* Caſtr. *conſ.* 277. *in fine lib.* 3. Bolognett. *in l. vt vim num.* 27. *ff. de iuſt.* &
30 *Iur.* & ideò is, qui primò inſultauerat, licitè ſe defendit, & reſiſtit, cum non agat, ſed patiatur, vt ait Fortun. Garzia *in d. leg. vt vim num.* 8. & licèt ipſe ſuper hoc cogitandum relinquat, id tamen facit in caſu magis dubio, nempè in eo, qui modum defenſionis excedit, non in eo, qui fugientem proſequitur, is enim propriè non dicitur
31 excedere modum defenſionis, ſed excedere defenſionem, etenim qui fugientem proſequitur, non ſe defendit, ad tradita per Marium Salamon *in d. l. vt vim nu.* 10. quem ad hoc, cum eſſem Firmi Locumtenens criminalis Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Franciſci Cennini, mihi allegauit doctiſſimus, & eruditiſſimus Præceptor, & Compater meus Dominus Simon Paitinus in illa inſigni ſtudij Vniuerſitate matutinus Ordinarij Interpres; qui propter legalem ſcientiam, propter humanarum literarum politiam, propter morum, & affabilitatis eminẽtiam nunquam poterit ſatis laudari, ideò Auguſt. Barboſa *in collect. Doctorum decretal. in cap. perfodiens num.* 4. *de homicid.* ait quod ſi is, qui te inuaſit, & vulnerauit, poſt vulnus inflictum in fugam ſe dedit, tu fugientem inſequi, & occidere iure non po-
32 res, etſi occideris, Reus eris homicidij voluntarij, non enim amplius vim repellis, vt ipſe ſubdit; ſed iniuriam acceptam vlciſceris, & hanc veritatem pluribus demonſtrãt Iuliuus Carthar. *deciſ. crim.* 3. *num.* 26. & Dec. *in d. l. vt vim nu.* 10. & propterea is, qui aufugiẽdo moralem adhibuit diligentiam, ne ex prouocatione per ipſum facta, aliud deterius ſequeretur, licitè reſiſtit ei, qui dum proſequitur, illicitè vim infert, alioquin ab illicita offenſione quis non poſſet ſe licitè de-
33 fendere contra regulam, quod vbi offenſio eſt prohibita, defenſio conceſſa videtur ad Text. *in d. l. vt vim*; nec facit quod ipſe dederit cauſam, quia propter dictam cauſam, quam præbuit, non poteſt prætendere homicidium eſſe impunibile, ſed tantùm excuſabile, & ſic debet recipere pœnam ſuo ſceleri condignam, non verò maiorem, Dices quomodo poterit verificari quod auctor rixæ habuerit à principio animum occidendi, & directum re ipſa ad id, quod fuit ſequutum? Reſpondetur, quod verificatur in eo, qui odio habens proximum ſuum quærit occaſionem illum occidendi, & propter hoc affectat rixam. Item verificatur in eo, qui habens mandatum ad occidendum aliquem armat ſe, & ſic armatus deambulat ante domum illius, quem occidere intendit: iſte autem ſuſpicatus id, quod erat, egreditur è domo, & impetum facit in dictum hominem deambulantem, etenim ſi ille, qui habebat mandatum poſitus in vitæ diſcrimine occidit, non debet excuſari à pœna ordinaria, quia à principio habebat animum occidendi. Iſte caſus euenit de anno 1684. in Tribunali Auditoris Cameræ tempore, quo eram Locumtenens Criminalis in dicto Tribunali in Aſculana Homicidij Clerici de Tibaldeſchis, & licet fuiſſet diſputatum an mandantes eſſent relaxandi ex eo quia, niſi interceſſiſſet impetus pro parte Clerici aduerſus Franciſcum occiſorem poterat eſſe, quod Franciſcus abſtinuiſſet à præcogitato homicidio iuxta doctrinam Cephal. *conſ.* 324. *num.* 34. *vol.* 3. & eorum, quos adducam hic *in* §. 1. *n.* 96. nihilominus reſpectu ad ipſum occiſorẽ fuit dictum nullatenus eſſe excuſandũ, quia fuerat autor rixæ, & animo occidendi acceſſerat ad locum homicidij, & propterea eumdem Franciſcum in contumacia in pęnam vitæ, & bonorũ confiſcationis condemnaui.

34 Homicidium culpoſum eſt illud, quod ſine animo, & voluntate occidendi committitur, vt eſt Textus *in l. prima* §. *Diuus Adrianus in princip. ff. ad leg. Corn. de Sicarijs*, & ibi Gloſa Alber. Butrig. Bald. & alij Scribentes, & Farinac. *quæſt.* 126. *numer.* 17. & Conciol. *crim. reſol.* 3. *num.* 1. & *ſeqq. verbo homicidium*, plura exempla, & Doctorum auctoritates referunt, & concludunt, quod pro homicidio culpoſo ſolùm imponitur
35 pœna pecuniaria, aut relegationis, licèt illud ſit commiſſum culpa lata iuxta Tex. *in lege Cornelia* §. *cum quidam ff. ad leg. Cornel. de*
36 *Sicar.* & Ayrer. *in tract. de homicid. par.* 1 *numer.* 103. dicit, quod intrat damnatio ad carceres, ſiuè perpetuos, ſiue temporales, ſeu damnatio ad militiam contra Turcas: Verùm quia Clar. §. *Homicidium verſic. culpa dicitur*, & Vulpell. *crimin. reſp.* 150. *num.* 8. & *ſeqq.* dicunt pro homicidio culpoſo intrare pęnam triremium ad tempus. Ad conciliandum has diſſidentium opinio-

nes

37 / nes duæ culpæ ſpecies veniunt conſideran-
dæ, prout conſiderant, & diſtinguunt Ca-
ball. *de omni gener. homicid. num. 202. & ſeqq.*
Gribald. *eod. tract. de homicid. tit. de homicid.*
38 *culpoſo num. 2. & 3.* dicendo primam culpæ
ſpeciem ineſſe in eo, qui dans operam rei
licitæ aliquem caſu occidit, culpa tamen
aliqua caſum præcedente, & caſus eſt *in l. ſi*
*putator, & in l. item mela ff. ad leg. Aquil.* &
nos ponimus exemplum in eo, qui offenſus
exceſſit moderamen inculpatæ tutelæ in ſe
defendendo, dabat enim operam rei licitæ,
nempè tuitioni ſui corporis, ſed culpam
38 commiſit in modo adhibendo, & ſecun-
dùm hanc ſpeciem procedit opinio Farin.
*d. quæſt. 126. num. 46.* nam Caball. *loc. citat.*
*num. 202. & num. 206.* dicit, quod mitiùs pu-
nitur committens homicidium in hac ſpe-
cie culpæ, quàm in ſequenti.

40 Alteram verò culpæ ſpeciæ aiunt ineſſe
in eo, qui dans operam rei illicitæ caſu ho-
minem occidit, & tunc quia fuit in dolo
reſpectu actus principalis, in culpa verò re-
ſpectu homicidij ſubſequuti acriùs punitur,
quàm homicida in prima ſpecie culpæ, &
poſſumus exemplificare in eo, qui verſus
turbam hominum proijcit lapidem, & ho-
minem interficit, nam iſte dat operam rei
illicitæ, & eſt in culpa in proijciendo lapidē;
ex quo fuit ſequutum homicidium, & iux-
tà hanc culpæ ſpeciem procedit opinio
Clari, & Sequacium.

In hanc diſtinctionem reincidit illa, quam
41 ponit Iuliuus Carthar. *deciſ. crim. 30. nu. 22.*
dicens in ſubſtantia, quod homicidium cō-
miſſum ſine animo occidendi ab eo, qui
dabat operam actui illicito, qui non erat de
ſui natura de genere prohibitorum, quam-
uis fuiſſet aliqua alia ratione vetitus, non
meretur pœnam triremium, ſed pecunia-
riam, vel exilij, iuxta opinionem Farinac.
42 at homicidium commiſſum ſine animo
occidendi à dante operam rei illicitæ, quæ
ſit de ſui natura de genere prohibitorum,
concurratque dolus directus in iniuriam, &
offenſionem alterius, meretur, vt ille ait,
ſeueriorem punitionem, & ſic pœnam tri-
remium, iuxta dictam opinionem Clari.

Et ad hanc vltimam ſpeciem culpæ vide-
tur referendus caſus homicidii commiſſi
ab eo, qui volens occidere vnum, occidit
alium, quamuis enim Bart. *in l. reſpiciendū*
*§. delinquunt num. 6. ff. de pœn. & in l. Diuus*
*num. 4. ff. ad leg. Corn. de Sicarijs* dicat hunc
43 teneri pœna ordinaria homicidij motus ra-
tione, quia in delictis ſufficit dolus in gene-
re, etiam quod ſit error in corpore, & Bar-
tol. ſic dicentem ſequuntur Bald. *in l. ſi quis*
*non dicam rapere num. 13. C. de Epiſcopis, &*
*Cler.* Gomeſ. *de delict. cap. 3. tit. de homicid.*
*num. 34.* Boſſ. *tit. de homicid. num. 73.* Anton.
Matthæus *de crimin. tit. de Sicarijs cap. 3. nu-*
*mer. 12.* Ferdin. Vaſquius *lib. 3. controu. illuſt.*
*cap. 97. num. 32.* & multi relati à Caball. *cri-*
*min. reſol. 31. num. 10.* & Carth. *deciſ. crim.*
*56. num. 14.* qui concludunt, quod eueniē-
te caſu facerent amputare caput homicidæ,
nam lex homicidium in quacumque perſo-
na factum punit, quoties cum re, & conſi-
lio eſt factum, nihil refragante, quod ex-
trinſecùs ſit erratum, quia factum, & con-
ſilium ſufficiunt: Nihilominus non poteſt
negari, quin deficiat dolus, & animus delin-
quendi in ordinem ad ipſum, qui per errorē
remanſit occiſus, & ſic reſtat ſolùm culpa
offendentis, quæ etiam lata in pœnis cor-
poralibus, non poteſt æquiparari dolo *l. in*
*leg. Cornel. ff. ad legem Corneliam de Sicarijs*,
vbi Bart. & communiter Scribentes, & pro-
44 pterea pro pœna extraordinaria conclu-
dunt de directo contra Bart. & Sequaces
Angelus *in l. ſi cum ſeruo ff. de iniur.* & vt re-
fert Alex. *in add.* ad Bart. *in d. §. delinquunt*
*lit. D.* idem Angel. latiùs id firmat *in d. l. re-*
*ſpiciendum §. delinquunt ff. de pœnis* Iaſ. *in l. ſi*
*per errorem numer. 17. ff. de Iuriſd. omn. Iudic.*
vbi ait, quod ſemel in facto ex hoc defendit
vnum à magno diſcrimine, *& in l. prima*
*num. 18. ff. de legib.* dicit hanc opinionem,
quam fatetur eſſe Angeli *in d. §. delinquunt*,
in iudicando eſse tenendam, Theſaur. *deciſ.*
*243 num. 4.* Cæpoll. *conſ. crim. 33. num. 12.*
*& ſeqq.* & Gram. *conſ. crim. 5. numer. 8.* qui
prout Iaſ. *loc. cit.* ait, quod opinio Bartoli
contingente caſu ponit Iudices in magno
periculo, & hanc ſequuti ſunt Caball. *dict.*
*caſ. 31. num. 11. & tract. de omn. gener. homicid.*
*num. 238. & ſeqq.* Farin. *quæſt. 125. num. 152.*
*& ſeqq. & in conſ. 1. num. 18.* Paſchal. *de pat.*
*poteſt. par. 3. cap. 6. num. 35.* Iacob. Thomin.
*deciſ. 38. per tot.* Carthar. *d. deciſ. 56. nu. 38.*
*& 54.* Spada *conſ. 107. num. 1.* Vrſell. *in ſuis*
*concluſ. legalib. lit. A. verbo aſſaſſinium num. 15.*
& D. Orilia ad Campanam *reſol. 1. num. 52.*
45 qui refert, ita fuiſse practicatum, & eſse
practicandum, dummodò genus armorum,
eorumque aſportatio pœnam mortis non
46 mereatur. Verùm eſt, quod ad concilian-
dum has opiniones Doctorum inter ſe de
directo diſſidentium variæ afferuntur diſtin-
ctiones, quarum *Prima* eſt, quod opinio
Angeli procedit quandò homicidium com-
miſſum eſt in rixa: opinio verò Bartoli pro-
cedit, quandò homicidium eſt commiſſum
ab eo, qui animo deliberato, vel ex inſidijs
occidit, quam diſtinctionem affert Caluin.
*de æquit. cap. 102. num. 15. & ſeqq. Secunda*
diſtinctio eſt vt opinio pro pœna extraordi-
naria procedat, quandò caſu pertranſiens oc-
ciditur ab eo, qui volebat ſuum inimicum
occidere: opinio verò pro pœna ordinaria
habet locum, quandò occiditur is, qui pro-
ter ſimilitudinem, vel indumenta, vel pro-
pter aliquam ſimilem cauſam accipitur pro
illo, qui odio habetur, & occidendus erat,
quam conciliationem affert Gomes *loc. cit.*
*num. 34.* & Carthar. *d. deciſ. 56. num. 39. &*
*54.* & D. Hieronym. Baſilicò *crim. deciſ. 10.*
*num. 17.* *Tertia* eſt diſtinctio vt pœna ordi-
naria ſit imponenda quoties quis potuit præ-
uidere

uidere, quod ex archibuſiata poterat interfici alius, qni prope aſtabat, vt concludit Spada *d. conſ.* 107. *num.* 4. *& ſeqq.* & D. Hieronymus Baſilicò *d. deciſ.* 16. *num.* 17. *& ſeq. Quarta* diſtinctio eſt, vt dicta pœna ordinaria ſit imponenda, quoties concurrit in facto aliqua circumſtantia aggrauans, vt votauit Caball. *dicto caſ.* 31. *num.* 15. Spada *d. conſ.* 107. *num.* 4. *ſeqq. Quinta* diſtinctio eſt, vt dicta pœna ſit imponenda, quoties homicida eſt homo malę vitæ, vt ait Roſa *de decretis cap. primo num.* 51. *in fine*. *Sexta* diſtinctio eſt, vt pœna ordinaria imponatur in Ciuitate, ſeu regione in qua homicidia ſunt frequentia, & ob dictam frequentiam introductus eſt ſtylus condemnandi huiuſmodi homicidas in pœnam vltimi ſupplicij, prout eſt Bononiæ, vbi dato appenſamento DD. Auditores conſueuerunt dictā
47 cij, prout eſt Bononiæ, vbi dato appenſamento DD. Auditores conſueuerunt dictā
48 pœnam imponere, prout reperio iudicaſſe D. Argulum *de anno* 1644. contra Hieronymum de Martinis, vt *in libro* 6380. *in fine penès* 8. *Scabellum* D. Iulianum Lauretum *de anno* 1660. contra Antonium Michaelem & Alexandrum fratres de Bombacis, & Petrum Valerium Morandum famnlum eorumdem, vt *in libro* 6776. *in fine penès quartum Scabellum*: Dominum meum Scipionem Caranſam virum probitate, & ſcientia Inſignem *de anno* 1662. contra Paulum de Bonifatijs *lib.* 6810. *in fine penès quartum Scabellum*, & contrà Ioſephum Cinellum *lib.* 6827. *in fine penès ſeptimum Scabellum*, & contra Ioannem Camillum Gargiariam *lib.* 6815. *in fine penès ſextum Scabellum*, & Dominum meum Carolum Roſatum ſemper cum laude nominandum *de anno* 1670. contra Philippum Cancottum *lib.* 6944. *in fine penès ſextum Scabellum*, *& de anno* 1671. contra Ioannē & Santem fratres de magis *lib.* ...... *penès octauum Scabellum*, & in aliquibus ex his relatis exemplis, non ſolùm reperiuntur condemnati in pœnam vltimi ſupplicij occiſores, ſed etiam complices, & aſſiſtentes, & ita practicaui ego *de præſenti anno* 1675. contra Franciſcum de Parentibus, & Petrum Antonium Cianum *penès quintum Scabellum*: & ita practicari Neapoli tam contra occiſores, quam contra aſſiſtentes teſtatur D. Roſa *loc. cit. Septima* diſtinctio, quam affert
49 Muta *ad pragmatic. Siciliæ tit.* 41. *de armis prohibitis num.* 94. eſt vt pœna ordinaria imponatur quando tale homicidium eſt commiſſum cum armis igneis ictu ſcilicet ſcoppittæ, pœna vero extraordinaria imponi debeat quando homicidium committitur cū enſibus, & gladijs de quo caſu dicit ſcripſiſſe etiam *in comment. ad capitul. Regni cap.* 45. Regis Iacobi *num.* 41. *tom. primo*.

Nihilominus vbi non extat conſuetudo, & ſtylus ita condemnandi, & frequentia homicidiorum aliter non ſuadeat, non eſt, præſertim in Statu Eccleſiaſtico, recedendum ab opinione eorum, qui volunt deueniendum eſſe ad pœnam extraordinariam, tum quia ità ſeruat Sacra Conſulta, vt teſtantur Vrſell. & Dominus Orilia *locis ſupra citatis*, tum etiam, quia æquior, & mitior eſt & tanquam talem amplectendam eſſe dicunt Iaſ. *in l.* 1. *nu.* 18. *ff. de legibus*, & Gram. *conſ.* 5. *num.* 7. quos refert, ſed non ſequitur Caluin. *d. cap.* 102. *num.* 13. *&* 14. qui tenet, vt fatetur *num.* 52. indiſtinctè pro pœna ordinaria quoties interuenit appenſamentum. Aduertendum tamen quod iſto caſu pœna triremium non eſſet ad tempus, vt temporaneam eſſe debere ait Clarus *loc. citat.* ſed eſſet perpetua, vita ſcilicet delinquentis durante, quia iſte caſus habet aliquid plus in ſe, quam caſus culpoſus de quo Clarus, & alij *ſupra* recenſiti loquuntur.

50 Rixoſum, & doloſum homicidium videntur vnum, & idem eſſe, & in nihilo intèr ſe differre, quia homicidium doloſum eſt illud, quod committitur ex voluntate, & animo in rixa, & tempore rixæ determinante occidere, vt explicant Carer. *practic. crimin. in* 3. *tract. de homicid. & aſſaſſin.* §. *homicidij autem ſpecies num.* 2. Placha *epith. delictor. lib. primo cap.* 10. *num.* 5. Clar. §. *homicidium num.* 5. & Farinac. *quæſt.* 126. *num.* 2.
51 *&* 6. certum enim eſt, quod animus occidendi poteſt ſuperuenire in actu ipſo occidendi & dùm ſuperuenit talis animus, dicitur ſuperuenire dolus ſecundum Boſſium *titul. de homicid. numer.* 44. Vulpell. *crim. reſponſ.* 126. *num.* 19. & Farinac. *quæſt.* 126. *num.* 6. *&* 47. & idem videtur dicendum de homicidio voluntario ſimplici, & puro iuxta diffinitionem relatam a Caball.
52 *de omnigen. homicid. num.* 104. & propterea homicidium rixoſum, homicidium doloſum, & homicidium voluntarium purum videntur eſſe ſinonima, & nomine tenus diſtingui cum in effectu, & ſubſtantia ſint eadem.

53 Ego tamen dicerem quod adhuc poſſet conſtitui aliqua differentia ſaltèm ad effectum, vt poſſit decerni pœna, & appellarem homicidium rixoſum illud, quod in ipſa rixa, & tempore rixæ committitur; doloſum verò illud, quod extrà locum rixæ, ſed durante adhuc calore iracundiæ committitur, etenim non poteſt negari, quin maius delictum, & ſic maior pœna in ſecundo, quam in primo caſu debeat intendi, & conſtitui; ſemper tamen citra mortem, quia dolus, qui ſuperuenit ex iracundia, & eum iracundia commixtus, non poteſt mereri nomen doli mali, qualis eſt ille, qui ſedata ira reſidet in animo, nam vt aduertit Petrus Theodoricus *iudic. crim. tom.* 2. *cap.* 7. *de homicid. aphoriſm. primo num.* 10. *lex Cornel. de Sicar.* doli mali appellatione meram nequitiam, atque malitiam innuere, atque denotare ſolet, eoque ipſo omnem acrem, atque vehementem animi concitationem, atque perturbationem, quaſi dolo

dolo malo contrariam remouere, atque
excludere videtur, vti apparet *ex l. 1. §. pri-
mo verſ. ſed & in eum ff. ad leg. Cornel. de Sicar.
& in l. 38. §. Imperatores ff. ad leg. Iul. de adult.
& in l. Gracchus C. cod. tit. ad leg. Iul. de adult.*
& hoc comprobat Theodorus *ibid.* ex au-
toritate Ariſtotel. *lib. 5. ethic. cap.* 8. dicen-
tis: qui ira, aût alia animi perturbatione in-
citati nocent alijs, ac delinquunt, faciunt
illi quidem iniuriam, ſed tamen non ſunt
idcircò iniuſti, vel improbi habendi. Et ex
Cicerone *lib. primo de Offic.* dicente: ſed in
omni iniuſtitia permultum intereſt, vtrum
per turbationem aliquam animi, quæ ple-
rumque breuis eſt, & ad tempus, an con-
ſultò, & cogitato fiat iniuria, leniora
enim ſunt ea, quæ repentino aliquo motu
accidunt. quam ea, quæ meditata, & præ-
54 parata inferuntur. Et propterea debet citrà
mortem puniri, vt docent Bart. *in l. prima
ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſ. fuer.* Angel. de
Caſtro *inter conſilia* Cæpol. *conſ. 37. num. 4.
& ſeq. & conſ.* 38. Iaſ. *in l. actionibus num.* 26.
vbi etiam Dec. *num.* 20. *ff. de in lit. iurand.*
Paul. de Caſtr. *conſ.* 277. *vol.* 2. Plotus *in
leg. ſi quando num.* 765. *C. vndè vi, & in conſ.
crim. diuerſ. 72. num. 31. lib. 2. in fol.* Viſcont.
*ſingul. verbo Homicidium fol. 116. vol. 2.* The-
ſau. *deciſ. 178. & deciſ.* 218. Ricc. *deciſ. 24.
num. 14. & ſeqq. par.* 4. Danza *de pugna Do-
ctorum tit. de homicid. cap. 4. num. 14. tom.* 2.
Intrigliol. *conſ.* 15. Gram. *deciſ. 5. num. 21.
& deciſ. 18. num. 4. & deciſ. 23. num. 6. &
conſ. 29. num.* 39. Ant. Matthæus *de crimin.
tit. de pœn. cap. 4. nu. 8. de Offic. Iudic.* Giurb.
*conſ. crim. 63. num. 13. &* 14. Peguer. *dec. 63.
num.* 4. Caball. *de omn. gener. homicid. nu. 113.
&* 114. D. Orilia *in addition.* ad Campanam
*ſelect. reſolut. prima numer.* 67. qui vltimi vt
etiam dixi *ſupra* hoc firmant etiam ad fa-
55 uorem eius, qui fuit autor rixæ, & D. Ori-
lia teſtatur, quod non vidit ſeruari, & nec
conſuleret quod pro homicidio commiſſo
in rixa imponeretur pœna ordinaria homi-
cidij, quicquid dicat Fatin. *qu. 126. num.* 49.

Sed per quantum tempus durare dicatur
56 iracundia, & calor iracundiæ? omiſſa opi-
nione eorum, qui dicunt durare per tres
dies, per decem, & per triginta dies, verior,
& communior eſt opinio eorum, qui aſſe-
runt durare vſquequo, quis non diuertit
ad extraneos actus, vt docet Farinac. *conſ. 2.
num. 8. & quæſt. 126. num. 214. in fine* Giurb.
*conſ. crim. 17. num.* 16. Bertazol. *conſ. crimin.
primo num. 16. & conſ. 135. num. 18. &* 19.
Theſau *deciſion. 178. numer.* 6. & Cortiada
*deciſion. 97. num.* 76. & regulariter ceſſat poſt
duodecim horas iuxta illud Diui Pauli *ad
Epheſios* 4. Sol non occidat ſuper iracundiam
veſtram, quod refert ad hoc noſtrum pro-
poſitum Lucas de Penna *in l. omnes omninò
num. 5. C. de Decurionibus lib.* 10. & Theſaur.
*deciſ. 178. num. 7. & Deuteron. cap.* 19. habe-
tur quod non dicitur ex iracundiæ calore
occidere is, qui heri & nudius tertius odium
contra proximum ſuum habuiſſe compro-
batur: ideò in praxi non attenditur, quod
dicitur de iracundia, ſi heri quis rixatus,
ſeù prouocatus hodiè occidit, & ità vidi
ſemper practicari, & practicaui.

57 Homicidium tandem voluntarium, ſi ac-
cipitur, & intelligitur, prout intelligit Ca-
ball. *de omn. gener. homicid. num.* 104. nempè
quod ſit illud, quod committitur ad pro-
uocationem, poteſt æquiparari homicidio
rixoſo & doloſo, & ſubintrabit pœna
extraordinaria, vt inquit Caball. *ibidem*, ſed
58 ſi accipitur, & intelligitur, prout illud in-
telligit Laur. Matthæu *de Regim. Regni Va-
lent. cap. 8. §. 8. num.* 4. qui ait homicidium
voluntarium eſſe, quandò committitur ſi-
ne prouocatione, & non conſtat de cauſa
(vel cauſa non probatur iuxta terminos re-
latos a Boſſ. *tit. de homicid. num.* 64.) tunc
non poteſt æquiparari, quia intrat verus do-
lus, & per conſequens pœna ordinaria *leg.
reſpiciendum §. delinquunt ff. de pœn.* Farinac.
*quæſt. 126. num.* 3. Caball. *loc. cit. num. 115. &*
128. Ant. Matthæus *de criminibus tit. de Sicar.
cap. 3. num. 8. &* 9. & Laur. Mattheu *d. nu-
mer.* 40. qui ait ità fuiſſe deciſum, & ità cum
Rei eſſent contumaces fuit etiam practica-
tum tempore mei Auditoratus in hoc Tri-
bunali Turroni contra N. N. qui cum vi-
diſſet hominem forenſem ſinè pallio deam-
bulare ante Eccleſiam, in qua ipſe refugia-
tus manebat, fecit accerſiri N. N. eius con-
ſanguineum, & cum illo armatus archibu-
ſio, exijt ab Eccleſia, & ob ſolam ſuſpicio-
nem, quod ille miſer forenſis acceſſiſſet ad
ipſum refugiatum occidendum de mandato
inimicorum, & quod potuiſſet habere ar-
ma ſub vngarina, cum re vera eſſet inermis
& ad ſua negotia peragenda acceſſiſſet, ex-
ploſerunt archibuſiatas in illum, & occi-
derunt, etenim non eſt tale homicidium
vlla excuſatione dignum, quia eſt volunta-
rium doloſum, & abſque cauſa ab occiſo
proueniente commiſſum, nec ſuſpicio ſola
debet ſuffragari, quandò potuiſſet de facili
eam deponere cum captura, vel alio modo,
& ità practicaui etiam in alio caſu huic ſi-
millimo occurſo intus Ciuitatem, propè
porticus Eccleſiæ S. Bartolomæi, vbi ex
ſola huiuſmodi ſuſpicione fuit archibuſiata
occiſus quidam miſer Colonienſis, qui pro
eius deuotione accedebat ad Vrbem ad viſi-
tandum ſacra limina.

Nec dicatur, quod quælibet cauſa etiam
59 iniuſta, & leuis excuſat à pœna ordinaria
in crimine homicidij iuxtà Gloſam *in l. pla-
gij la ſeconda verbo iuſta C. ad leg. flau. de Pla-
giar.* & ibi Butrig. & Bart. *in l. iuſtè poſſidet
num. 4. ff. de acquir. rer. poſſeſſ.* dum in homi-
cidio lex expreſsè requirit dolum *leg. prima
ff. ad leg. Corn. de Sicar.* cum alijs adductis à
Farinac. *quæſt. 90. num.* 19.

Quia non procedit quando cauſa eſt iniu-
ſta, &

60 ſta, & temeraria & omninò reprobata à Iure naturali, vel ciuili notorio, & indubito, vt explicant Honded. *conſ.* 105. *num.* 34. Maſcard. *de probat. concl.* 1157. *num.* 24. *& ſeqq.* & Farinac. *d. quæſt.* 90. *num.* 50. qualem nemo vnquam poterit negare eſſe iſtã, de qua tractamus, ſiquidem occiſores non viderant arma penès forenſem, & nec ſignum ab eodem fieri viderunt, ex quo potuerunt ceruelloticam, temerariam, & iniuſtam ſuſpicionem elicere, prout ad effectum licitè præueniendi requirunt Doctores & ſignantèr Bald. *in l. prima num.* 15. *C. vndè vi* laſ. *in l. vt vim num.* 9. *ff. de iuſt. & Iur.* Salamon *in eadem leg. vt vim num.* 2. & pro multis Farinac. *quæſt.* 125. *num.* 62. 63. 64. *&* 70.

Vlteriùs non deſunt Doctores, qui re-
61 probant dictam opinionem abſolutè volentes, quod ad recedendum à pœna ordinaria homicidij in rixa ſequuti neceſſaria ſit cauſa iuſta, vt dicunt Menchiac. *controu. illuſtr. cap.* 18. *num.* 29. Clar. *quæſt.* 60. *num.* 9. Farinac. *quæſt.* 91. *num.* 13. Maſcard. *de probation. concl.* 1157. *num.* 68. & his relatis Carpzou. *pract. crim. par. prima quæſt.* 6. *num.* 16.

62 Propterea pro pœna ordinaria fuiſſe in caſu ſuo reſolutum teſtatur Carpzou. *loc. cit.* & pro pœna ordinaria conſuluit Vulpell. *conſ. crim.* 126. *num.* 14. *& ſeqq.* & Cyriac. *contr.* 192. *num.* 17. dicit quod erat pœna mortis dignus prout fuit condemnatus ad mortem, qui interfecerat Doctorem, ob id, quod ipſe Doctor eum non fuiſſet ſalutatus ab eodem, qui ſecus eum tranſiuit dixerat: *queſto Caualierazzo non ſi degna di ſalutarmi*, quia hæc verba non erant apta ad talem commotionem, ſed ea prouenerat ex beſtiali, & irrationabili eius paſſione, & non eſt tollerandus is, qui ex minima cauſa propter ſuam irrationabilem paſſionem procedentem ex mala voluntate hominem occidit, & Gribald. *in pract. tit. de homicid. ſimplici voluntario num.* 6. *& ſeqq.* ait locum eſſe pœnæ ordinariæ *leg. Corneliæ de Sicar.* quando duo capitales inimici, & grauiſſimo odio ſe inuicem proſequentes ſibi mutuò obuiam facti in via publica alter impingit in alterum, vel alio leui aliquo verbo, vel facto alter prouocat, alter verò ſtricto gladio interficit.

Et licet non aſſentiar iſtis propter ratio-
63 nes allatas ab Honded. Maſcard. & Farin. *loco cit.* & etiam quia contra Gribaldum pro minoratione pœnæ ordinariæ tenet Caball. *de omni gener. homicid. num.* 137. quia omnia attribuenda ſunt ei, qui incæpit prouocare, non obſtante quod homicida ſit inimicus occiſi, quia ſi occidit prouocatus, dicitur ob prouocationem facere, imò magis dicitur prouocatus, quandò prouocans eſt eius inimicus, nam etiam is, qui non eſt natura iracundus, ſi ab inimico prouocatur, fit repente iracundus, & ideò debet iudicari quod iracundia, & non animi malignitate deliquerit. Plus dicit Boſſius *tit. de homicid. num.* 59. nempè quod ad minorandam pœnam homicidij, non ſolum prouocatio, ſed quælibet alia cauſa attendi debet, & ponit exemplum in eo, qui impatiens, & iracundus exſpuit, & pede lapidem ferit, nam ſi iſte ità prouocatus nullis dictis verbis vulnerat aliquem apud eum aſtantem, quia fortè de eo ridere cæperit, debet excuſari, quia non animo deliberato, ſed impetu quodam fecit.

Nihilominus non poſſum recedere à concluſione ſupra firmata, etenim vbi extat aliqua cauſa, licèt non iuſta proueniens ex actu poſitiuo facto ab eo, qui offenditur, vtique poterit Reus excuſari, ſi in illo inſtanti occidit, ſed vbi non interuenit actus aliquis ex parte eius, qui occiditur, vt in caſu noſtro, certè non debet Occidenti prodeſſe eius ceruellotica, temeraria, & penitus iniuſta ſuſpicio, non ſolùm quia nihil extrinſecùs accedit, quod potuit mouere ad occidendum, vt benè conſiderat Ant. Matthæus *de criminib. tit. de Sicar. cap.* 3. *numer.* 9. vbi ait, quod non eſt par ratio ebrij & eius qui iratus, non tamen prouocatus, occidit, nam irato, ſi non iniurijs prouocatus ſit, nihil extrinſecus accedit, & totum, quod peccat in ipſo eſt: at ebrio vini vis ingruit, & mentem ſede ſua expellit, ita vt initium agendi non pœnitùs in ipſo hærere, & extrinſecus aliquid accedere videatur: Sed etiam quia poterat manendo in Eccleſia, vel certiorando Iudicem ſibi cauere, & propterea, vt inquit Matthæus *loc. cit. cap.* 3. *num.* 8. ordinaria pœna plectendus eſt, quia ſciens, prudenſque in eum deſcendit locum, in quo aut cæderet, aut caderet; actio enim eius, vt ſubdit Matthæus *ibidem* fuit voluntaria, cum principium agendi in ipſo eſſet, & nouiſſet actionis ſuæ circumſtantias, non obſtante, quod obnubilaret non nihil ira mentem, quia ſunt verba Matthæi, *Præſidem quoquè, qui calore hominem innocentem necauerit capite puniri legimus leg.* 7. *§. vlt. ff. ad leg. Iul. repetun.*

Sub hac ſpecie homicidij poteſt poni homicidium commiſſum ab eo qui per dies antè determinauit conditionaliter quem occidere, ſi ſcilicet, & quatenus certum quid non redderet, vel faceret, poteſt enim meritò dubitari, an debeat dici voluntarium purum ſimplex, an præmeditatum, & debeat pœna ordinaria puniri. ideò non erit abs re aliquid hic ea de re differere: pro
64 negatiua poteſt dici, quod talitèr conditionatè occidens videtur motus ad occidendum ex facto eius, qui non reddit, ſeù facit id, de quo fuit requiſitus, & ideò dicitur prouocatus occidere, vt per Textum *in leg. Sacculary §. ſunt quidam ff. de extraord. crimin.* concedit Gribald. *tit. de homicid. ſimplici voluntario num.* 7.

Nec deliberatio antecedenter per dies antè facta poteſt operari, & efficere, vt occiſio dicatur verè doloſa, & præmeditata.

Quia, ſtante conditione, actus occiſionis
65 incipit ab actu vltimæ denegationis ab aduerſario factæ, & ſic incipit ab actu prouocante, & ad iram concitante, nam tunc, & eo inſtanti voluntas terminat actum ipſum volitionis, & tunc verè, & perfectè mouetur ad exequendum, ſiquidem antè erat
66 quidem voluntas, ſed non erat perfecta voluntas, quia mixta erat ex voluntario, & inuoluntario ad notatata per D. Thomam *in Summa: p. p. 2. quæſt. 6. artic. 6.* & D. Antonin. *in ſumma par. prima tit. 4. cap. 3. §. 4.*

Per conſequens homicidium non poteſt
67 dici præmeditatum, quia conditio facit voluntatem imperfectam, & deliberationem indeterminatam dependentem à facto alterius ad tradita per Baldum *in auth. & qui iurat num. 17. C. de bonis autorit. Iudic. poſſiden.* qui ait quod verbum, volo, denotat voluntatem imperfectam, ad ſui eſſentiam expectans actum alterius voluntatis, quem ſic dicentem refert, & ſequitur Menoch. *de arbitr. cap. 496. num. 4.*

Propterea Senatus Pedemontanus teſte
68 Gaſpare Theſau. *in additiou.* ad Patrem *deciſ. 178. lit. A.* cum eſſet inquiſitus quidam, quod certam mulierem cum ſecuri occidiſſet eo quod repererat incidentem ligna in quodam ſuo prædio, licèt faſſus fuiſſet illuc animo deliberato occidendi acceſſiſſe, ſi reperiret illam ligna incidere, cenſuit malè per Iudicem Reum condemnatum ad mortem, & mitigauit pœnam ad triremes perpetuas *anno 1600. prima Iulij.*

69 Pro affirmatiua verò poteſt dici, quod in tantum quis eximitur à pœna ordinaria homicidij in quantum in actu occiſionis ob
70 iram, ſeù iracundiam non reperitur in plenitudine ſui intellectus, calor enim iræ, ſeù iracundiæ impedit ne quis poſſit diſcernere, & cogitare id, quod decet, & id quod expedit ſaluti ſuæ, & proximi ſui, nam vt ait Petrarca.

*Ira è breue forore*

Sed ira ceſſat, ſeù ceſſaſſe præſumitur,
71 quoties quis diuertit ſe ad extraneos actus, vt dicunt Farinac. *conſ. 2. num. 8. & quæſt. 126. num. 16.* Bertazol. *conſ. crim. primo numer. 16. & conſ. 135. num. 18. & 19.* cum aliis per me *ſupra* relatis, quibus addo Patrē Graſſettum *de nece proditoria §. 2. num. 11.*
72 & regulariter ceſſat poſt duodecim horas iuxta illud D. Pauli *ad Epheſ. 4.* ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram: ergo qui deliberauit per dies antè occidere non poteſt excuſari ſub prætextu iræ, ſeù iracundiæ, quia ſi interim dormiuit, & manducauit, ac alios actus ſolitos fecit, amiſit il-
73 lam bilis efferueſcentiam, & ratio eſt, quia tempus, quod intercedit inter principium iræ, & occiſionem, in quo

Reus tranſit ad actus tam edendi, quam dormiendi, ex communiter contingentibus excludit acrem, ac vehementem animi concitationem, atque perturbationem, & ſanguis ex ira ebulliens frigeſcit, & ſedatur, vndè *Deuteron. cap. 19.* habetur, quod non dicitur calore iracundiæ occidere is, qui heri, & nudiùs tertiùs odium contra proximum ſuum habuiſſe comprobatur, & per conſequens operatur, quod poſtmodum delinquens dicatur ex mera nequitia, & malitia delinquere, & non debet excuſari, vt ex Ariſtotel. & Cicerone inquit Petr. Theodoric. *indic. crim. tom. 2. cap. 7. de homicid. aphoriſ. primo num. 10.* quem *ſupra* retuli, & probat Farinac. *quæſt. 125. num. 403.* vbi ait ridiculum eſſe dicere, quod à pœna ordinaria eſſet recedendum, quem refert, & ſequitur Matthæu *de re crimin. controuerſ. 29. num. 18.*

Nec facit, quod conditionatè deliberauerit. Quia huic obiectioni ſatisfacit Gribald. *in tract. de homicid. tit. de ſimpl. homicid.*
74 *volunt. nu. 6. & ſeq.* ponderando Text. *in leg. penult. §. ſunt quidam ff. de extraordin. crimin.* vbi ingrediens poſſeſſionem, in qua poſitus fuerat lapis nuncupatus ſcopoliſmus, ſi occidatur, dicitur prouocaſſe, & tamen occidens à pœna capitali non liberatur, quia tale homicidium erat iam conceptum, & ſub conditione ſuſpenſum.

Nec poteſt attendi prouocatio, quam non reddendo, ſeu non faciendo ipſe occiſus cauſauit.

Quia vt reſpondet Gribald. *loc. cit. num. 6.* quando homicidium iam erat in corde, &
75 deſiderio inimici capitalis præcogitatum, & conceptum, ſtatutumque, vt primo verbo, vel facto inimici, quamuis leuiſſimo, prouocatus ipſum occideret, tunc licèt talis prouocatio cauſam effectui dediſſe videatur, attamen reuera malus animus præcedens, & odium capitale potiſſimum cauſa homicidij fuerunt: igitur effectus cauſæ potiſſimum, non autem contingenti debet adſcribi *l. antepenult. ff. ex quibus cauſ. maior. l. 5. ff. de condit. & demonſtr.*

Præterea, vt ſubdit Gribald. *ibid num. 10.*
76 prouocatio tunc ſuffragatur, quando voluntas nocendi immediatè ex ipſa prouocatione proceſſit: quando verò voluntas nocendi iàm antè prouocationem fuit, homicidium reputatur doloſum, & potiùs malo animo præcedēti, quàm prouocationi aſcribitur, nam niſi talis animus, & odium præceſſiſſet, tantus, & talis exceſſus non contigiſſet.

Nec obſtare ait, quod quælibet etiam le-
77 uiſſima prouocatio excuſat à dolo, & prouocatum in ſola culpa conſtituit *l. Gracchus C. de adult. & l. ſi adulterium §. Imperatores ff. eod. tit. & l. qui cum natu §. ſi libertus ff. de bon.*
78 *liber.* Quoniam reſpondetur hoc ità demū procedere, ſi nullus dolus prouocationem

præ-

præceſſit, quia tunc omnis culpa, & effe-
ctus ſubſequens à dolo originem capit, &
pro dolo reputatur, nàm à primordio titu-
li omnis poſterior euentus formatur *l. vnica*
*C. de impon. lucr. deſcript. lib.* 11. igitur quan-
79 dò culpa à dolo dependet punitur ſicut do-
lus *l. ſi quis §. qui abortionis ff. de pænis l. quoniã*
*multa C. de vi publ. l. ad commentarienſem C. de*
*cuſtodia Reor.* vbi culpa, quoniam à cauſa
doloſa proceſſit, morte punitur.

Nec demum obſtare ait Text. *in l. item*
80 *mela §. Celſus ff. ad leg. aquil.* vbi effectus
homicidij imputatur vltimo agenti, non
primò, quamuis læthalitèr vulneranti, quia
niſi vltimus ſuperueniſſet, forte ex ictu pri-
mi non perijſſet, ergo in hoc caſu niſi vlti-
ma prouocatio ſuperueniſſet, fortẽ prouo-
catus non occidiſſet.

Reſpondetur enim, quod ibi Textus lo-
quitur in facto diuerſarum perſonarũ, quo
caſu finis inſpici debet; ſecus verò in facto
eiuſdem perſonæ, quia finis culpoſus ad
principium doloſum refertur, & ſecundum
ipſum iudicatur *leg. qui ſaccum ff. de furt. &*
*d. §. qui abortionis*, & facit doctrina Bart. *in l.* 1.
*& leg. qui balneum ff. qui potior. in pignor. hab.*

Et quamuis Caball. *loc. cit. num.* 133. di-
cat quod hæc Gribaldi opinio ſibi viſa fuit
ſemper dura, & nunquam ſibi placuit, &
contra eam adducat Angel. *in leg. ſi adulte-*
*rium cum inceſtu §. Imperatores num.* 2. *ff. ad*
*leg. Iul. de adult.* qui ait difficilimum eſſe
81 temperare iuſtum dolorẽ, & ideo neſcien-
tem temperare mitiùs puniri.

Nihilominùs ſi benè perpendentur eius
dicta *ibidem num.* 137. apparebit quod non
recedit à Gribaldo in totum, ſed ſolùm eo
caſu, quo non conſtat de tali animo præ-
meditato, & deliberato nocendi: verba eius
82 ſunt. *Nec obſtant adducta per Gribaldum in*
*contrarium, quia omnia eius fundamenta tendunt*
*ad oſtendendum animum occidendi ab initio, quę*
*ego non præſumo, quia animus nocendi non præ-*
83 *ſumitur gloſa in leg. fluminum §. fin. gloſa pe-*
*nult. ff. de damno infecto, quam ibi ſequitur Bart.*
*in prima oppoſitione, & Marſil. conſ.* 51. *nu.* 48.
*Sed omnia attribuenda ſunt rixæ autori, qui cæ-*
*pit prouocare, & quamuis occidens ſit inimicus*
*occiſi, ſi tamen eum occidat prouocatus ab eo, di-*
*citur ob prouocationem facere; imò magis dicitur*
84 *prouocatus, quando eſt eius inimicus, & licèt*
*non eſſet natura iracundus, tamen fit repente præ-*
*cedente prouocatione, vndè debet iudicari, quod*
*iracundia prouocatus, & non vera animi mali-*
*gnitate deliquerit, vt docet Boſſ. pract. crimin.*
*tit. de homicid. ſub num.* 91. *ad finem verſ. quod*
*exemplum. Et in omnem euentum de hoc animo,*
85 *de quo non poteſt probari per teſtes, cum ſit qua-*
*litas latens in corde, & ſit inuiſibilis, & à ſolo*
*Deo cognoſcitur, ſtandum eſſet aſſertioni iuratę*
*ipſius occidentis* Gloſa *in §. ſed iſte Inſtit. de*
*action. & ibi* Iaſ. *in terminis num.* 90. *verſ. addo*
*quod benè*, Angel. *conſ.* 314. *col.* 2. *ad fin.* An-
char. *conſ.* 159. *in fine; & ita teneo, & eſt opi-*
*nio mitior in pænis ſequenda*. Hactenùs Ca-
ball.

Ecce igitur quod ipſe non recedit à Gri-
86 baldo, vbi, & quoties conſtet puta ex con-
feſſione iudiciali, vel extraiudiciali ipſius
occidentis, vel alitèr legitimè, quod habe-
bat ab initio talem animum. Etenim quan-
87 do conſtat de animo determinato nihil iu-
uat illud leue factum, quod intercedit,
quia homicidium ſequutum refertur ad prę-
meditationem, & deliberationem doloſam
antè factam prout præſumi debet iuxtà opi-
nionem Mærendæ *conſ. crim. diuerſ.* 90. *nu.* 11.
*lib.* 2. Blanch. *de indit. & tortura num.* 90.
Honded. *conſ.* 87. *antè finem lib.* 2. & ideò
Vermigl. *conſ. crim.* 26. *num.* 19. dicit quod
inimicus homicida excuſatur à pœna ordi-
naria ſolùm, quando caſus occiſionis pro-
uenit ex actu improuiſo, & ex hoc defendit
ſuum Clientem dicẽdo non fuiſſe condem-
nandum in pœnam ordinariam, quia Ca-
nonicus, quem occidit, præuijs duplicatis
ambaſiatis ſe contulerat ad domum Clien-
tis ad inuiſendum illius Vxorem, & Soro-
rem: talis enim acceſſus euenit præter pro-
babilem, & veriſimilem expectationem, &
cum id Cliens cura, & conſilio perſpicere
non potuerit ſequitur, quod ex improuiſo
quoque impetu quodam animi magis, quã
cogitatione præcedente permotus minùs
beneuoli, aut inimici audacia in acceden-
do ad eius domum cauſa eius Vxorem, &
Sororem inuiſendi, ex hoc occiſi facto tunc
orto animum ad offenſionem applicauerit.

Et hæc concluſio comprobatur ex doctri-
na Iacobi Ayrerij *in tract. de homic. par.* 2. *tit.*
*de homicid. volunt. num.* 92. vbi ait delicta
88 ex paſſionibus leuiora quidem eſſe, modò
voluntas iram, & dolorem non præcedat:
alias enim non excuſarentur.

Quid dicendum? Dic quod caſus Gribal-
di eſt diuerſus à caſu noſtro, nam Gribaldus
89 loquitur de eo, qui factus obuiam ſuo ini-
mico leuitèr ab illo, facto, ſeù verbo pro-
uocatus, eumdem occidit, nos autem lo-
quimur de eo qui deliberauerat occidere
aduerſarium, niſi faceret, vel redderet rem
ab eo petitam, & ſic non poſſumus vti di-
cta Gribaldi doctrina ad deciſionem caſus
noſtri, niſi per argumentum ex maioritate
rationis.

Verum eſt quod Gribaldus videtur tan-
gere punctum caſus noſtri, dùm *ibidem*, in
diſcurſu ad probandam ſuam aſſertionem
adducit Text. *in d. leg. penult. ff. de extraordin.*
90 *crim.* In qua agitur de eo, qui deliberauit
occidere, ſi agrum, in quo poſitus erat Sco-
poliſmus, quiuis ad illum colendum ingre-
deretur, & ſic deliberauit conditionatè, pro-
ut in caſu noſtro, & tamen vt ipſe ait, quam-
uis ille, qui poſuit Scopoliſmum prouoca-
tus ab eo, qui contrà formam ſcopoliſmi
ingreditur, occidit, nihilominùs à pœna
capitali non liberatur, quia tale homici-

dium erat iam conceptum, & ſub conditione ſuſpenſum.

Sed verum etiam eſt, quod ille Texrus non meretur allegari, quia in illa lege pro- 91 hibetur ſub pœna capitali poſitio ſcopoliſmi, etiamſi nulla offenſio inferatur ab eo, qui poſuit ſcopoliſmum, vt apparet ex verbis Textus prædicti ibi: *hanc rem Præſides exequi ſolent grauiter vſque ad pœnam capitis: quia & ipſa res mortem comminatur*, quaſi dicat, quod dignus morte eſt is, qui in tantùm præiudicium Proximi, & Reipublicæ, quæ 92 ex defectu culturæ agrorum læſa notabiliter remanet, illis, qui culturam agri aſſumunt, mortem comminatur, vt benè aduertit Ant. Matthæus *de crimin. tit. 5. de extraordin. crimin. cap. 2. num. 5. & ſeq.* videndus, quia notabilia ſunt eius verba.

Sed quatenùs Textus ille faceret ad rem 93 verba illa *vſque ad pœnam capitis* ſtant excluſiuè ad mortem iuxta opinionem Marantæ *in Speculo aureo 4. par. diſtinct. prima num. 59. & 64.* & Riminald. *in l. imperium nu. 161. & ſeqq. ff. de Iuriſd. omnium Iudic.* quia in dubio, 94 vt ipſi dicunt, verbum *capitis* debet intelligi de pœna capitis minori: præſertim vbi 95 lex diſponit, & loquitur de delictis non conſumatis: in his enim quoties pœna remiſſa eſt ad arbitrium Iudicis, vt in dicto Text. remiſſa eſt arbitrio Præſidis, nunquam imponitur pęna mortis, vt tradit Bald. *conſ. 443. col. 11. vol. 3.* Felyn. & Dec. *in cap. ex literis col. pen. de Conſtit.* & licèt Menoch. 96 *de arbitr. caſ. 86. num. 22.* & Ant. Mathæus *loc. citat. dicto num. 3.* contendant in dicta lege eſſe præcisè, & abſolutè ſtatutam pœnam mortis, nihilominus vel hæc opinio nō eſt tenenda, cum non poſſit negari pęnam eſſe remiſſam arbitrio Præſidis, vt denotant verbum *ſolent*, *& dictio vſq;* vel quatenùs ſit tenenda non poteſt trahi ad deciſionem caſus noſtri ex rationibus mox *ſupra* adductis.

Cęterùm ex maioritate rationis, vt dixi *ſuprà*, hæc Gribaldi determinatio inſeruit deciſioni caſus propoſiti, etenim homicidium 97 plectendum eſt pęna ordinaria, quoties iam erat in corde, & deſiderio occiſoris præcogitatum, & conceptum, & ſtatutum etiam ſi in actu ipſo occiſionis ab occiſo data ſit cauſa, dummodò prouocatio ſit leuis, vt ex Farin. & Spada ait D. Panimoll. *dec. 86. annot. prima* 98 *n. 22.* nam re vera malus animus pręcedens, & odium capitale poriſſimū cauſa homicidij fuerunt, & effectus cauſæ potiſſimùm, & non contingenti debet adſcribi. Propterea bene Gribald. *ibid. num. 10.* & Ayrerius paritèr *in tract. de homicidio par. 2. de homici-* 99 *dio voluntario num. 92.* liberant à pœna ordinaria occiſorem ſolum in caſu, quo voluntas occidendi iram, & dolorem non præcedat, nam ſi voluntas occidendi iam ante prouocationem fuit, homicidium dicitur doloſum, & pœna mortis venit expiandum *ad leg. 3. C. de Epiſc. audient.*

Et Vermigl. *dicto conſ. crim. 26. num. 19.* 100 ait quod inimicus occidens inimicum excuſatur à pœna ordinaria ſolùm quando caſus occiſionis prouenit ex actu improuiſo.

Et Farinac. *quæſt. 126. num. 216.* referens opinionem Caſoni *de indit. & tort. tract. 4.* 101 *cap. primo num. 2. & 3.* dicentis quod deliberatio, & præmeditatio non præſumitur, quando quis caſu obuians inimicum ſuum ira commotus illum aggreditur, & occidit; aduertit, quod non ſinè ratione Caſon. dixit de obuiante ſuum inimicum caſu, quia ſi non caſu, ſed dedita opera ipſum obuiaſſet, vt aggrederetur, & occideret, homicidium eſſet præmeditatum; & ſubdit idem eſſe, quando quis à principio ſic armatus incedens, vt quandocumque ſuum inimicum obuiaret, illum occideret, quia tunc etiam quod caſu obuiet illum, non per hoc non eſſet homicidium præmeditatum, cum certum ſit, quod præmeditato animo, & antè homicidium ſic facere occiſor cogitauerit, & deliberauerit, & ſic, ſunt verba Farinacij, *valdè dubitò de eo, quod dixit* Caſon. *vbi ſupra, quod ſcilicèt hæc concluſio procedat etiam quod quis habuerit animum occidendi, niſi voluerit intelligere (& hæc eſt veritas) de animo occidendi, exorto tempore, quo quis obuiat ſuum inimicum, non antea, quia ſi antea, non eſt dubium quod intrat præmeditatio*, & Farinac. ſic dicentem ſequitur Giurb. *conſil. crimin. numer. 62.*

Idem dicit Pater Graſſett. *de nece proditoria §. 2. num. 6.* nempè quod dicitur calore iræ ſubitò accenſæ per memoriam accepta- 102 rum iniuriarum occidere is, qui occidit inimicum caſu obuiam factum, & ad necem non quæſitum, & de quo necando ſimul ac inueniretur, non erat conceptum propoſitum, & citat Molinam, Clar. Caball. Villagut. Fagundez, Baron. Paſchal. Bertazol. ſecùs verò ſi appareat, quod anteà deliberaſſet illum interficere, & ambulaſſet armatus animo illum occidendi, quia tunc etiamſi caſu obuiam factum occiderit, dicitur non merè liberè, & voluntariè, ſed animo deliberato illum occidiſſe, & citat Clar. §. *homicidium num. 6.* & Caball. *de omni gener. homic. nu. 382.* & nullam facit mentionem de Farinac. qui vbi proximè magiſtraliter more ſuo loquutus eſt, & tamen de illo facit mentionem, quando *ibidem*, ſubdit, quod præſumitur præmeditate occidiſſe, quoties inimicus alio non dicto, & alio non apparente, armatus incedens inimicum ſuum ex improuiſo aggreditur, & occidit.

Cùm igitur in quæſito ſupponatur determinatio antecedenter facta, ſequitur ex doctrina præfatorum Doctorum, quod occidens debeat pęna ordinaria puniri tanquam homicidium doloſum præmeditatum patrauerit.

Non

Non obſtat vnicum motiuum prima fa-
cie non contemnendum, & cui Gribaldus
non plene meo credere ſatisfacit ex indu-
ctione Text. *in dicta leg. pen.* quod ſcilicèt
103 conditionatè deliberauerit, quia re vera
quoad ipſum determinatio dicitur pura,
nam determinauit occidere, & perſeuera-
uit in ea determinatione adeò, vt ſibi nihil
remanſit agere, niſi exequi, & per conſe-
quens quoad eum homicidium ſequutum
fuit omninò voluntarium, præmeditatum,
& directè volitum, & ideò pœna ordinaria
puniendum, vt ex Giballino *de irregularit. cap. 4. quæſt. prima num. 4.* inquit Graſſettus
*de nece proditoria* §. 23. *num.* 31. qui *num.* 86.
104 *& ſeqq.* hoc in ſortioribus terminis ad pri-
uandum Reum immunitate Eccleſiaſtica
firmat in eo, qui inſidioſè, ſed coactè occi-
105 dit, dicens, quod coactio fundata in metu,
ſeù alia paſſione non fuit vera coactio, nec
abſtulit à voluntate liberam tendentiam in
cauſam mortis efficacem, atque in mor-
tem ipſam, quæ adæquata tendentia deno-
minat homicidium directè voluntarium,
eſto habeat admixtam nolleitatem inefficа-
cem, quæ denominat inuoluntarium ſecun-
dum quid, & ſic (vt ipſe proſequitur dicere)
106 occidens inuitus aliquem intrà Eccleſiam
per repugnantiam, qua nollet patrare faci-
nus, niſi impelleretur à metu, vel concu-
piſcentia libertatem non tollentibus, pol-
luit Eccleſiam, quia voluntas ſic impulsè,
coacta, aut illecta adhùc eſt voluntas, cuius
rationi eſſentiali incompoſſibilis eſt coactio,
quæ nimirum eſt à principio intrinsèco, &
tale homicivium ſimpliciter voluntarium
fuit, licèt aliquid inuoluntarij admixtum
habuerit, vel minùs voluntarium fuerit,
quam alias ſine dictis paſſionibus fuiſſet, &
allegat concordantem D. Paſſerinum *de pol-
lut. Eccleſ. diſp. 5. cap. 16. num. 5.*

Et hoc confirmar P. Graſſettus *in additio-
ne ad dictum* §. 23. *num.* 135. *& ſeqq. poſita in
fine operis*, vbi ait ſibi non probari doctrinam
Giurbæ *conſ.* 85. *num.* 5. dicentis, quod vo-
107 luntas cocta voluntas eſſe dicitur, ſed eſt
imperfecta, quæ ad præmeditatum non ſa-
tis eſt, vt pęnæ ordinarię locus ſit: nam di-
cit Graſſettus, coactio nihil tollit de lumi-
ne intellectuali circa obiectum prauum,
108 obiectique circumſtantias, ac proindè ni-
hil de ſimpliciter, & vſque quaque volun-
tario, ſed addit ſolummodò extrinſecam
imperfectionem conſiſtenrem in nolleita-
te inefficaci: alioquin enim, vt ſubdit, ſi
daremus coactioni, vt voluntatem redderet
imperfectam, & præmeditationi qualita-
tem tolleret, dandum id quoque eſſet ille-
ctioni, quæ fit per amorem lucri, vel per
certitudinem placendi, ſi fiat homicidium,
& ſic de alijs, quę tamen in communi æxiſti-
matione, nec rollunt præmeditatum, nec
minuunt voluntarium.

Sed quicquid ſit de hac concluſione in
terminis metus, in quibus loquitur P. Graſ-
ſettus, quam videtur amplecti S. Antonin.
*in Summa par. prima tit. 4. de voluntario, & in-
uoluntario* §. 4. *circa medium*, & antè hos D.
Thom. *par. prima 2. q. 6. art. 6.* & clarius Ca-
ſtropalaus *oper. moral. tom. primo tract. 2. di-
ſput. prima punct. 6. num. 4. & 5.* illa abſque
vlla prorsùs difficultate procedit in terminis
109 concupiſcentiæ, in quibus loquimur nos,
quia concupiſcentia, vt benè diſtinguit
S. Antonin. *loc. cit. circa finem*, non cauſat
inuoluntarium, etiam ſecundùm quid,
ſicut timor, & aſſignat rationem, quia ti-
mor eſt de malo, concupiſcentia autem
110 reſpicit bonum ſaltem apparenter: ma-
lum autem ſecundùm ſe contrariatur vo-
luntati, ſed bonum eſt voluntati conſo-
num, vndè magis ſe habet timor ad cau-
ſandum inuoluntarium, quam concupi-
ſcentia; imo concupiſcentia auget volun-
111 tarium hactenùs S. Antonin. Et hoc latiùs
antè eum dixit D. Thom. *d. par. prima 2. qu. 6.
art. 7. per tot.* vbi iiſdem verbis vtitur, qui-
bus loquitur S. Antonin. imò *ad* 3. dicit
*quod ſi concupiſcentia totaliter cognitionem au-
ferret (ſicut contingit in illis, qui propter concu-
piſcentiam fiunt amentes) ſequeretur, quod con-
cupiſcentia voluntarium tolleret, nec tamen pro-
priè eſſet ibi inuoluntarium: quia in his, qui
vſum rationis non habent, neque voluntarium eſt,
neque inuoluntarium: Sed quandoque in his, quę
per concupiſcentiam aguntur, non totaliter tolli-
tur cognitio, quia non tollitur poteſtas cognoſcen-
di; ſed ſolùm conſideratio actualis in particulari
agibili, & tamen hoc ipſum eſt voluntarium ſecun-
112 dùm quod voluntarium dicitur quod eſt in pote-
ſtate voluntatis, vt non agere, & non velle: ſi-
militer autem & non conſiderare: poteſt enim vo-
luntas paſſioni reſiſtere*, quam concluſionem
alijs medijs veram oſtendit Caſtropalaus
*loc. cit. punct. 5. per tot.*

Et hac retenta opinione, non obſtant ad-
ducta in contrarium, quia primùm, & ſe-
cuddùm argumentum ceſſant ex iam dictis.
Tertium verò deductum ex re iudicata in
113 Senatu Pedemontano ceſſat, tùm quia non
agitur ibi de homicidio appenſato, nam
à Theſauro fit mentio ſolùm de animo de-
liberato, qui etiam in actu rixæ poteſt ſu-
peruenire, vt paſſim dicunt Doctores, tùm
etiam, quia in illo caſu occiſor repererat
mulierem actu incidentem ligna in agro ip-
ſius occiſoris, & ſic repererat eam facien-
tem actum *hic, & nunc* incitantem, & pro-
uocantem ad iram, & quidem iuſtam ex
damno, & iniuria in ipſum occiſorem re-
ſultantem.

Et hanc opinionem ego ſequor *cum hoc*
114 *temperamento*, quod is, qui determinauit
conditionatè, vt ſupra, occidere, nullo
alio facto verbo occidat, nam ſi accedit, vel
alio modo incidit in eum, cui per ſe, vel
per alium dixerat, vt res reſtitueret, & in-
troducto colloquio ad diſponendum eum-

dem

dem ad faciendam reſtitutionem, & videns
quod ille cum obſtinatione negabat id a-
gere, & propterea, prout conditionatè per
duos, vel tres dies antè deliberauerat, per-
cuſſit, & occidit, debet vtiq; ſecundùm me
à pœna ordinaria eximi, quia iſto caſu po-
teſt dici, quod actus occiſionis incipiat ab i-
pſo actu vltimæ denegationis, cum poſſit
indè argui qualisqualis prouocatio indu-
cens iuſtum dolorem, quem neſciens tem-
perare, debet à pœna mortis excuſari, vt
ex Angelo dicit Caballus *loc.cit.*

Homicidium præmeditatum, ſeu appen-
115 ſatum eſt illud, quod contradiſtinguitur
à doloſo, rixoſo, quia illud committitur,
vt vulgò dicitur: *à ſangue caldo*: præmedita-
tum verò committitur *à ſangue freddo*: vt
ex Boſſio Clar. Bertazzol. & alijs monſtrat
Farinac. *d. quæſt.* 126. *num.* 8. *&* 9. & exigit
116 omninò pœnam mortis naturalis iuxta
textum *in l. 3. §. patiatur C. de Epiſc. aud. &*
*in §. lex Cornelia Inſt. de public. Iudic. & in l.*
*pen. §. qui alias perſonas, ff. ad leg. Pomp. de*
*Parricid. & in l. 1. C. de raptu Virginum*, per
quæ Iura, & multas Doctorum auctoritates
ita reſpondet Farinac. *quæſt.* 119. *num.* 12. *&*
*ſeqq.* & per Text. *in l. eiuſd. in fine ff. ad leg.*
*Corn. de Sicar. & l. 1. §. 2. ff. eod.* & ex Geneſi
*cap. 9. verſ.6.* & Exod. *cap.* 21. & Deuteron.
*cap.19. verſ.13.* & aliis reſpondet Godofred.
Abauo *in praxi criminali §. Homicida num.* 4.
*&* 5. & ex Farin. *conſ.2. num.* 19. Peguer. *de-*
*ciſ.* 14. *num.* 5. *& deciſ.* 77. *numer.* 18. *&* 19.
Giurba *conſ. crim.* 2. *num.* 38. *& conſ.* 63. *nu-*
*mer.* 2. Thoro *compend. deciſ. par. 3. ſect.* 1.
*verbo citatio, & par. 1. verbo homicidium*,
Clar. *quæſt.* 30. *verſ. punctus eſt*, & ex Mat-
thæù *de Regim. Regni Valent. tom. 2. cap.* 8.
*§.* 8. *num.* 74. firmat Cortiada *deciſ.* 98. *nu-*
*mer.* 19. & nouiſſimè ex Ballis, & Graſſett.
ac alijs Conciol. *crimin. reſol.* 1. *num.*2. *verbo*
*homicidium*.

Limitant hoc aliqui ex Doctoribus, quā-
117 do homicida propter grauem iniuriam
motus fuit ad occidendum, quamuis cum
penſamento, & ex temporis interuallo, &
vt vulgò dicitur: *à ſangue freddo*: occiderit,
& ſunt Gram. *deciſ.*5. *& deciſ.*23. Bertazzol.
*conſ. crim.* 206. *num.* 4. *& conſ.* 356. *num.* 14.
*&* 20. *conſ.* 433. *num.* 43. Gizzarell. *deciſ.*18.
Sanfel. *deciſ.*537. *num.*12. Pratus ad Paſchal.
*de patr. poteſt. par. 3. cap. 6. verſ. hinc*, & no-
uiſſimè poſt hæc ſcripta D.Carol. Anton. de
Roſa *in tract. de decretis cap.* 10. *num.* 7. qui
adducit Text. *in l. doli verbum ff. de ſeruo cor-*
*rupt.* & adducit duas rationes, quarum pri-
ma eſt, quod ratio naturalis ſuadet, vt in-
iuria aliquo modo cum pœna æſtimetur:
altera, quod iuſta cauſa iuſtum producit
dolorem, qui ſemper cor præmit, & ideò
meritò omni tempore eſt habenda in conſi-
deratione, & hanc opinionem, tamquam
veriorē tuetur Giurb. *conſ. crim.*86. *n.*19. ſe-
quitur D.Cęſ.Panimol. *d. dec.*86. *n.*32. *& ſeqq.*

Verùm Farin. *quæſt.* 121 *num.* 118. *& q.* 125
118 *num.* 403. & latiùs *in conſ.*141. *per tot. lib.* 2.
contrarium veriùs eſſe oſtendit Doctorum
claſſicorum autoritate, & pluribus ratio-
nibus, & ſubdit, aliàs ſequerentur plura ab-
ſurda, *Primò*, quod omnia homicidia præ-
meditata punirentur pœna extraordinaria,
cum nullum ferè ſit homicidium, quod nō
habeat aliquā cauſam præcedentis iniuriæ.
*Secundò*, quod relaxarētur hominibus habe-
næ ad delinquendum: *Tertiò*, quòd daretur
omnibus anza ius ſibi propria autoritate di-
cēdi, quod eſt omninò à legibus improbatū.

Et cum Farinaccij opinio ſit Iuri con-
ſona, vt fatetur Roſa *loco citato* & ſit etiam
magis proficua Reipublicæ, exiſtimo quod
119 ab ea non poſſit Iudex in iudicando
recedere, licèt Princeps ob æquitatem
in aliquo caſu iniuriæ valdè grauis, &
multæ conſiderationis poſſit ab ea recede-
re, vt concedit Farinac. *locis citatis*: moueor
ad ita dicendum etiam quia, cum leges non
indulgeant homicidis ſi appenſatè, & ex
propoſito delinquant, ſed rigidè exigant,
vt ſanguis expietur ſanguine, & caput in-
terfectoris ſacrificetur manibus defuncti, vt
legitur Geneſi *cap.* 19. ibi: *Quicumque effu-*
*derit ſanguinem humanum effundetur ſanguis il-*
*lius*, & Exodo *cap.* 21. ibi: *Qui percuſſerit*
*hominē volens occidere morte moriatur*, & Deu-
teron. *cap.* 19. ibi: *Si quis autem odio habens*
*proximum ſuum inſidiatus fuerit vitæ eius, ſur-*
*genſq; percuſſerit illum, & mortuus fuerit, fu-*
*geritque ad vnam de ſupradictis Vrbibus, mittent*
*Seniores Ciuitatis illius, & accipient eum de lo-*
*co effugij, tradentque in manu proximi, cuius*
*ſanguis effectus eſt, & morietur. Non miſerebe-*
*ris eius, & auferes innoxium ſanguinem de Iſrael,*
*vt benè ſit tibi*, & *in l.3. C. de Epiſc. audient.* ibi:
*Homicida, parricidaque, quod fecit ſemper ex-*
*pectet*: ita Iudices eis, ex quacumque magna
cauſa ad necem proceſſerint, indulgere non
poſſunt, cum non debeant, nec poſſint ipſi
eſſe clementiores *lege vulgatis iuribus*.

Præſertim cum crimen homicidij, ſi ſit
appenſatum, & in animo præconceptum
ſit grauiſſimum, atrociſſimum, & horri-
bile, vt ex D. Thoma ait Farinac. *qu.* 119.
*num.* 1. & talis homicida debeat dici ſacri-
legus, tùm quia occidendo hominem tol-
lit è mundo rem pretioſiſſimam, ſacratiſ-
ſimamque, cum ſit ſigillum pulcherri-
mum expreſſum è matrice pulcherrima ad
exemplum ideæ rationalis effectum, vt
dicit Abauo *pract. crim. §. homicida numer.* 1.
tùm quià interficiendo Dei officium ſibi
vſurpat, in cuius manu ſtat vita, & mors
hominum, vt ex Textu Deuteron. *cap.* 32.
Iob *cap.* 14. *& in cap. quicumque percutit* 23.
*quæſt.* 8. conſiderat Decianus *tract. crim. lib.*9.
*cap.* 17. *num.* 1.

Propterea Iudices ex hoc capite, atro-
citatis ſcilicet delicti, debent leges, &
tenorem legum ad vnguem ſeruare, & etiā
quia

quia cum tres ſint cauſæ infligendi pœnas; *Prima*, vt delinquens caſtigetur; *Secunda*, vt ſatisfiat offenſo, illiuſque honor, & fama reſarcietur, ne prætermiſſa animaduerſio contemptum eius pariat, & honorem leuet. *Tertia*, vt alijs detur exemplum, quo diſcant à delictis abſtinere, vt recenſet Aulus Gellius *noct. Atticar. lib. 6. cap. 18.* & totidem ſint cauſæ, vt idem Gellius perhibet *ibidem*, pœnas condonandi; *Prima*, ſi ſpes magna ſit, quod is, qui peccauit citra pœnam ipſe ſeſe vltro corrigat; *Secunda*, ſi iactura dignitatis eius, in quem peccatum eſt, non poſſit ex prætermiſſa animaduerſione prouenire; *Tertia*, ſi non id peccatum eſt, cuius exemplo neceſſario metu ſanciẽdum ſit. Vtique nulla ex recenſitis cauſis concurrit ad ſuadendum aliquam indulgentiam in homicidio, nam homicida non poteſt citra pœnam ſeſe vltrò corrigere, quia ſtatutum eſt in Sacra Scriptura, quod ſanguis ſanguine expietur; iactura dignitatis eius in quem peccatum eſt, non poteſt vllatenus reſarciri, quia homo irreuocabilitèt ſublatus eſt; & demum peccatum homicidij eſt tale, vt exemplari, hoc eſt publica, pœna debeat à Ciuitatibus exterminari; Vnde omnibus penſatis exiſtimo eſſe adimendam Iudicibus facultatem recedendi in huiuſmodi crimine à pœna ordinaria: eò magis quia hæc lænitas in puniendis delinquentibus eſt anſa, & cauſa maiorum malorum, vt in terminis homicidij ex Rebuff. Cepoll. Petro Aerodio aduertit Caluin. *de æquitate cap. 102. num. 43.* vbi ſubdit, quod ſi iura ſeruarentur multi ab homicidijs retraherentur, quando ob indulgentiam tot com-
120 mittuntur homicidia, vt difficile ſit dicere an frequentiores ſint hominum cædes, an natiuitates.

Hac igitur opinione tamquam iuri conſona, & magis proficua Reipublicæ retenta. Non obſtat Text. *in l. doli verbum ff. de ſeruo corrupto*, quia in tantùm Vulpianus vult, quod quis excuſetur ex iuſta ratione, in
121 quantum dicta ratio ſit pro iuſta à lege approbata, vt deducitur ex verbo, *approbata*, quod verbum habent Codices Florentini, etenim non ſufficit, quod cauſa ſit iuſta, niſi ſit inſimul pro iuſta admiſſa, & approbata in Iure, & ideò Iuriſconſultus vtitur ibi vtroque verbo *approbata, atque iuſta*, vt legenti apparet. In homicidio autem nunquam dicitur iuſta, & approbata cauſa occidendi, ſi habens cauſam non incontinenti, ſed ex interuallo occidit, vt dixi ex Sacra Scriptura Deuteron. *cap. 19.* & alijs adductis plena manu à Farinac. *loc. cit.* præterquam quod non datur proportio inter iniuriam, licèt atrociſſimam, & interfectionem.
122 Non obſtat ratio naturalis, quæ ſecundùm Carolum Ant. de Roſa *loc. cit.* in iudicandò ſuadet, vt iniuria aliquo modo cum pœna æſtimetur, quia, vt dixi, leges, & Doctores non attendunt huiuſmodi iniurias, & cauſas, quando iniuriatus, & offenſus appenſatè, & ex interuallo ius ſibi propria authoritate dicit, & quidem in odium, ex quo potiùs ex ſe, quàm iudiciali medio vindictam ſumere audent, quia hoc nullatenus eſt permittendum hominibus, qui non debent ſicuti cætera animantia ſubſiſtere in naturali inſtinctu, ſed quid rationi, & honeſtati conueniat appetere, vt benè aduertit Struuius *de vindicta priuata cap. primo aphoriſm. 2. num. 2.* Inſuper non ſolùm leges prohibent vindictam priuatam, hoc eſt illam, quam carentes publico miniſterio propter ſua odia in interficiendis hominibus, vel alitèr lædendis ſibi vſurpant, vt habetur *in l. 14. C. de iudic. & l. 38. §. 8. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. 13. ff. quod met. cauſ. l. 7. & l. fin. ff. de vi priuat. l. 7. C. ad leg. Iul. de vi l. prima §. 2. ff. quor. legat. l. 5. C. de legat.* cum aliis Iuribus adductis à Struuio *loc. cit. cap. 1. aphoriſm. 7. num. 1. & cap. 2. aphoriſ. 1.*
123 *num. 1. & 2.* Sed & ipſa natura hoc abhorret, vt ex Ferdin. Vaſquez. *controuerſ. illuſtr. lib. 1. cap. 12. num. 3.* S. Thoma, Scoto, Molina, Gregor. de Valentia, & alijs monſtrat Struuius *ibidem num. 7. Cum enim* (ſunt eius verba) *ſubiectio, & imperium ſint à natura, ſubiectio autem ius priuatæ vindictæ adimat, ſequi neceſſe eſt ipſam naturam vindictam priuatam non admittere.*

Non obſtat demum alia ratio adducta, quia non Index, ſed Princeps poteſt attendere ad minorandam pœnam cauſam, quæ cor præmere dicitur, vt aduertit Farinac. *vbi ſupra*.

Et non ſolùm in homicidio appenſato
124 imponenda eſt pœna ordinaria contra ipſum occiſorem, ſed etiam contra omnes alios, qui data opera aſſiſtunt, & ad homicidium patrandum concurrunt opera, ope, vel conſilio Clar. §. *homicidium verſ. aut verò ſunt plures* Farin. *quæſt. 96. num. 38. & ſeqq. & conſ. 138. num. 27.* Caball. *crim. reſol. 192. num. 1. & ſeq.* & his relatis Matthæû *de regim. Regn. Valent. cap. 8. §. 8. num. 71.* qui ait hoc procedere, etiamſi rixam affectarunt, & ponit caſum valdè notabilem, & ſubdit, quòd principales ſibi mutuò præbentes auxilium eadem pœna debent puniri, iuxta doctrinam Bart. Maſcar. Farin. Glurb. Guazzin. Berlich. & Ant. Matthæ. *locis* per eum *relatis num. 85.* & ampliat procedere, etiamſi non conſtet de certitudine vulnerantium, quia, præterquam quod impoſſibile eſt percipere ſenſu quænam archibuſiata vulnerauerit, quandò plures archibuſiatæ exploſæ fuerunt, vbi delictum eſt appenſatè commiſſum non ſuffragatur incertitudo, quia tunc agat quis, vel non agat, in totum, & ad totum tenetur ex regula trita, & communi, quod agentes, & conſentientes pari pœna plectuntur.
125 Quomodo autem, & ex quibus conie-

cturis deducatur penſamentum, & delibera-tio, & præmeditatio tradit diffuſiſſimè Farinac. *quæſt.* 126. *num.* 93. *& ſeqq.* Cortiada *deciſ.* 98. *à num.* 71. *vſque in finem*, Menoch. Giurb. Ballis, & Graſſettus *locis relat.* à Conciolo *loc. cit. num.* 11.

126 Homicidium verò qualificatum diuiditur in plures ſpecies: vnum enim dicitur proditorium, & de eo tractabimus *in cap. ſequenti*. Alterum dicitur parricidium, & de hoc egimus *in capitulo præcedenti*. Tertium eſt illud quod committitur à latronibus in itineribus, vel in domibus ad effectum derobandi. Quartum eſt illud, quod committitur cum veneno, & de his duobus agemus *infra ſuis locis*. Qualificatum etiam dicitur homicidium, quandò committitur mediante pecunia, quod ſuo vocabulo vocatur aſſaſſinium, de quo plura dicemus *hic*. Dicitur etiam qualificatum homicidium, quando committitur in Eccleſia, vel in Sacerdorem, de quo viden. Farinac. *quæſt.* 119. *num.* 6.

Et hæc ſatis ſint ad explicationem *Rubricæ huius Capituli Septimi*.

## Cap. Septimi §. I.

Trà gl' homicidij doloſi, quello, che viene commeſſo per aſſaſſinio, è degli altri più deteſtato dalle leggi, e da' Sacri Canoni.

Chi dunque commetterà, ò farà commettere homicidio per aſſaſsinio, incorrera in pena della forca, e di eſſere ſquartato, e nella medeſimà pena incorreranno il Mandatario, e Mandante, quando ſi foſſe venuto all' atto proſsimo; E quando non ſi foſſe venuto all' atto proſsimo la pena ſarà della galera, ò perpetua, ò temporale ad arbitrio di S. Signoria Illuſtriſsima.

*SVMMARIVM.*

1 *Aſſaſſinij nomen fuit inuentum à Iure Canonico.*

2 *Aſſaſſinus erat ſolùm is, qui Chriſtianum occidebat, vel occidi iubebat opera quorumdam infidelium pretio conductorum.*

3 *Hodie eſt omnis, qui pretio occidit, & conducit ad occidendum.*

4 *Aſſaſſini impropriè vocantur illi, qui in ſtrata publica itinerantes aggrediuntur, & ſpoliant.*

5 *Et iſti propriè dicuntur graſſatores, quando ad effectum derobandi id faciunt.*

6 *Aſſaſsinij nomen eſt Iuris, & concurſum plurium qualitatum exigit ad ſui conſtitutionem.*

7 *Nempè mandatum.*
*Ad occidendum. num.* 11.
*Christianum. num.* 17.
*Ex pacto, & conuentione num.* 24.
*Certæ rei datæ, vel promiſſæ. num.* 25. *&* 58.
*Et acceptatæ expreſsè. num* 55.
*Exigit effectum. num.* 84.
*Exigit, quod occidendus non habeat cauſam ſibi præcauendi à Mandatario. num.* 90.
*Contrarium vult Foria; ibidem.*
*Seu pluribus reijcitur. ibidem.*

8 *Mandatum ad occidendum probatur directè, & indirectè, & dantur exempla. & num.* 9.

10 *Mandatum ad occidendum præſumitur ex tribus. inimicitia capitali; alloqutione ad aures occiſoris: & delicto in continenti ſequuto.*

12 *Mandatum ad vulnerandum mediante pecunia non facit aſſaſſinium.*

13 *Contrarium tenet Farin.*

14 *Sed reijcitur à Giurba.*
*Quod procedit etiamſi mors ſequatur num.* 16.

15 *Delicta pretio commiſſa grauiora ſunt.*

18 *Occidens Iudæum, vel alium infidelem mediante pretio non dicitur aſſaſsinus.*

19 *Duæ ſpecialitates non permittuntur in eodem ſubiecto.*

20 *Qualitas, quod occiſus mediante pecunia ſit Chriſtianus debet in proceſſu deduci, aliàs occidens euadit pœnam aſſaſsinij.*

21 *Intellige, & explica. vt hic.*

22 *Iudæus mandans Chriſtiano, vt occidat Iudæum, non committit aſſaſsinium.*

23 *Contrarium: Sed reprobatur.*

26 *Qualitas pactionis, & conuentionis inter mandantem, & mandatarium de certa re data, vel promiſſa eſt illa, quæ conſtituit aſſaſsinium.*

27 *Et debet per Fiſcum probari.*

28 *Non dicitur probata eo ipſo, quod eſt probatum homicidium.*

29 *Sed debet probari concludenter, & plenè.*

30 *Præſertim, quandò agitur ad pœnam in foro laico.*

31 *Contrarium quoad plenas probationes.*

32 *Concilia.*

33 *Aſſaſsinij in crimine probationes dicuntur plenæ, & concludentes, quando extant argumenta probabilia.*

34 *Afferuntur duæ rationes. & num.* 35.

36 *Etiamſi deducantur ex dicto teſtium aliquam exceptionem patientium,*
*Ob rationem aſsignatam. ibidem.*

37 *Dictum Pueri vndecim annorum adminiculatum pluribus adminiculis ſufficit in crimine aſſaſsinij.*

38 *Dictum duorum Puerorum atteſtantium maritum præcipitaſſe vxorem in puteum ſufficit ad condemnandum.*

39 *Teſtes inhabiles admittuntur ad probandum in delictis difficilis probationis.*

Prout

40 *Prout in delictis exceptis.*

41 *Socij criminis duo non ſufficiunt in crimine aſſaſſinij.*

42 *Procedit quoad ſocios plures patientes exceptiones.*

43 *Et procedit quoad condemnandum, ſecùs quoad torquendum.*

44 *Nam quoad torturam duo ſocij criminis, etiamſi patiantur plures defectus ſufficiunt.*

45 *Fama publica legitimè probata in delictis occultis ſufficit ad torturam, quando habuit ortum ex cauſa veriſimili.*

46 *Coniecturæ duæ etiam leues ſufficiunt ad torturam in his, quæ ſecretò fieri ſolent.*

47 *Mandatarij dictum adminiculatum ex inimicitia, vel cauſa odij ſufficit ad torturam in crimine aſſaſſinij.*

48 *Argumenta probabilia, vbi exiſtimantur inditia indubitata, ſufficiunt ad condemnandum.*

49 *Aſſaſſinij in crimine debet conſtare de qualitate ſecundùm illam ſpeciem probationis, quæ de Iure requiritur ad actum, qui explicandus eſt.*

50 *Dantur exempla probationis ad carcerandum, torquendum, condemnandum.*

51 *Aſſaſſinij in crimine contractus, hoc eſt pactio, an verò executio contractus habeat prærogatiuam, vt argumentis probabilibus probari debeat, diſputatur ad partes.*

52 *Refertur opinio dicentium, quod dictam prærogatiuam habeat executio, non contractus ipſe, hoc eſt pactum mediante pecunia factum, debet concludenter probari.*

53 *Refertur opinio dicentium, quod dictam prærogatiuam habet ipſe contractus, quia tractatus de occidendo, cum ſit difficilis probationis, præſumptiuè probatur. & num. 56.*

*Refertur opinio eorum qui volunt dictam prærogatiuam cadere tàm ſuper contractu, quàm ſuper executione. num. 59.*

54 *Qualitas inductiua ſpecialitatis debet concludentiſsimè probari.*

55 *Fallit, quando extat lex, quæ priuilegiat probationes, vt in Text.* cap. pro humani de homicid. in 6.

57 *Qualitas aſſaſſinij eſt ſeparabilis ab homicidio, & experientia docet dari homicidium ſine dicta qualitate.*

58 *Canones in deteſtationem criminis aſſaſſinij contenti fuerunt probatione ex argumentis probabilibus deducta.*

60 *Inditia plus quam indubitata quæ ſint.*

61 *Aſſaſſinium in terminis Bullæ Gregorij XIV. debet plenis probationibus probari.*

62 *Expenduntur verba dictæ Bullæ. & num. 66.*

63 *Referuntur quatuor rationes ex Farin.*

64 *P. Graſſetus* in anatom. necis proditoriæ *reijcitur à P. Bordono* in tractat. de proditorio.

65 *Sacra Congregatio Immunitatis ad priuandum Reum Immunitate Eccleſiaſtica cenſuit non ſufficere ſententiam contumacialem, qua Reus fuit tamquam aſſaſſinus, vel proditor condemnatus a Curia Sæculari.*

67 *Verba*, iudicio tuo videbuntur, *importans probationem coniecturalem.*

*Intellige, & declara vt num. 74.*

68 *Bulla Gregorij XIV. circa Immunitatem Eccleſiaſticam debet interpretatori iuxta Text.* in cap. pro humani de homicid in 6.

69 *Contrarium eſt veriùs.*

70 *Afferuntur ad hoc probandum ex Caſtillo* deciſ. *156. ſex rationes.*

71 *Author addit duas alias rationes. & num. 72.*

73 *In dicta Bulla non inuenitur contradictio, vt aliqui exiſtimant.*

75 *Bulla prædicta facit duos caſus primus eſt extractionis ab Eccleſia factę ab Epiſcopo ad aſſecurandum delinquentem, & arbitrio Epiſcopi remittitur.*

76 *Secundus caſus eſt conſignationis Curię Sæculari ad effectum puniendi, & non remittitur arbitrio Epiſcopi, ſed debet iuxta legitimas probationes terminari.*

77 *Agitur enim in iſto ſecundo caſu de præiudicio irreparabili.*

78 *Afferuntur reſolutiones S. Congregationis. & num. 80.*

79 *Dictio*, verè, *appoſita in Bulla, ſeu lege pro certa regula, denotat probationes concludentes.*

81 *Epiſcopi in materia Bullæ Gregorianæ non poſſunt ſtare proceſſui Iudicis Sæcularis.*

82 *Et nec ad probandum delictum exceptuatum poſſunt Reum torquere.*

83 *Et antequam decretant conſignationem, & traditionem Rei Curiæ Sæculari debent legitimare proceſſum, & aſsignare Reo defenſiones.*

84 *Et quatenus decretent conſignationem non dato termino ad faciendum defenſiones Sac. Congregatio Immunitatis pronunciat ſententiam nullam, & Reum eſſe repetendum.*

85 *Carrerius diſtinguens inter probationes ſufficientes in Curia Sæculari; & in Curia Eccleſiaſtica in materia criminis aſſaſſinij reprobatur.*

86 *Dominicus Criſpus explicans Bullam Gregorij diſponentis ſuper materia Immunitatis Eccleſiaſticæ reijcitur.*

87 *Aſſaſſinus non eſt, qui ad committendum homicidium modicam pecuniam habuit.*

*Contrarium. num. 100.*

88 *Nec is, qui accipit vnum par caligarum.*

89 *Nec is, qui accipit pecuniam pro impenſis faciendis in hoſpitio,*

90 *Nec is, cui fuit dictum à mandante, quod ei ſemper præſto erit.*

*Vel quod in ſuis neceſsitatibus ſemper eum iuuabit. num. 95. & 96.*

*Nec is, cui mandans dixit ſe miſſurum equum, quamuis mandatarius exiſtimet, quod ſibi detur. num. 97.*

*Nec is, cui dictum, quod alius ſolueret. num. 96.*

*Acceptatio pecuniæ, ſeu alterius rei promiſſæ, debet eſſet expreſſa. num. 90.*

91 *Nam tacita non ſufficit.*

92 *Etiamſi poſtea ſequatur homicidium.*

93 *Contrarium ſequuto indè homicidio.*

94 *Certitudo rei promiſſæ, & acceptata debet eſſe*

*per ſe, vel habita relatione ad alium, puta ad arbitrium, vel declarationem alterius.*

101 *Promiſsia incerta, & generalis ſufficit, quando eſt pretio aſtimabilis.*

102 *Puta de dando aliquam in vxarem.*

103 *Vel de procurando aliquod officium.*

*Vel de permittendo, quod poſsit occiſum deprædare. num. 105.*

104 *Aſſaſsinium committitur per verba,* ammazzàte il tale, che la Caſa mia vi ſarà ſempre aperta, *vel* che vi leuarò dalla forca, *vel* che ne farete gratia al Sign. Tale.

106 *Aſſaſsinij in crimine, attenditur malitia, & auiditas, qua quis mouetur ad perpetrandum homicidium.*

107 *Et paruitas pretij arguit maiorem malitiam, maiorem impietatem, & maiorem crudelitatem.*

108 *Ideò mirum, quod aliqui Doctores excuſent hos crudeles humanæ naturæ inimicos, ex paruitate, generalitate, incertitudine rei datæ, vel promiſſæ.*

109 *Text.* in cap. pro humani de homicid. in 6. *explicatur à Faiardo.*

110 *Aſſaſsinium committitur quando quis, vt alteri complaceat, occidit.*

111 *Contrarium.*

112 *Concordantur opiniones.*

113 *Reijcitur hæc concordantia.*

114 *Aſsignatur ratio.*

115 *Reijcitur alia diſtinctio, ſeù concordantia, quæ fit inter perſonam liberam, & perſonam ſubiectam.*

216 *Refertur alia concordantia. & num. 117.*

118 *Mandans poteſt eſſe aſſaſsinus abſque eo quod mandatarius ſit talis: & è contra.*

*Et eo caſu etiamſi poſtmodum ſuccedat remuneratio, & ratificatio non ſubintrat aſſaſſinium reſpectu eius, qui à principio, & tẽpore delicti non potuit dici aſſaſsinus. num. 120.*

119 *Sed quod tunc nec mandans dici poſsit aſſaſsinus firmatur.*

121 *Bannimenta Vrbis, quod ſit aſſaſsinus is, qui ad complacendum accidit recipiunt interpretationem, vt procedant quoties interuenit datio, ſeu promiſsio, ſeu ſpes præmij, & lucri.*

122 *Aſſaſsinus non punitur pœna ordinaria, ſi mors non ſequatur.*

124 *Limitatur concluſio in ijs, qui ſoliti ſunt aſſaſſinare.*

125 *Et in ijs, qui enixam voluntatem occidendi oſtendunt.*

126 *Sed ad hæc vt intret limitatio requiritur actus proximus, puta inſultus & offenſio.*

127 *Aſſaſsinus eſt puniendus, ſi eum pœnituit, pœna extraordinaria ob turpe pactum re integra: ſed effectu ſequuto non obſtante reuocatione pœna ordinaria.*

*Euſebius de Euſebijs laudatur. num. 123.*

128 *Aſſaſsinus eſt is, qui occidit eum, qui non habet cauſam, & occaſionem ſibi ab eo præcauendi*

129 *Didacus de Faria tenet contrarium.*

130 *Sed reijcitur.*

131 *Reſpondetur eius motiuis, & argumentis.*

132 *Aſſaſsinus non eſt is. qui propriam iniuriam vleiſcitur, socijs pecunia conductis.*

133 *Nec quando mandans interuenit.*

234 *Aſsignatur ratio.*

135 *Conciliantur.*

136 *Reijcitur conciliatio.*

137 *In vno tamen caſu contraria opinio procedit, nempè quando mandans, & ſic inimicus interuenit modo occulto, puta laruatus.*

138 *Nec quando occidendus ſuſpicans de mandatario contra illum euaginauit arma, nam tunc mandatarius cenſetur motus ad occidendum ex dicta euaginatione armorum potiùs, quam ex mandato.*

139 *Nec aſſaſsinus eſt filius, qui prauio præmio Patris inimicum occidit.*

*Nam ex inimicitia cum patre oboritur inimicitia cum filio. ibid.*

140 *Et nec aſſaſsinus eſt is, qui mediante pecunia occidit bannitum in pœnam vitæ, quia ab omnibus debet ſibi cauere.*

141 *Aſſaſsinij in crimine attenditur Ius commune, quando non extat Statutum, ſeù Edictum particulare, nam iſtud debet attendi.*

142 *Actus remoti plures ſunt in materia criminis Aſſaſsinij.*

143 *Recenſentur. num. 144. 145. 146. 147. 148. & 149.*

150 *Statuti, & Bannimentorum pęnalium natura requirit delicti conſumationem.*

151 *Arbitrarijs in pęnis quãdo pęnę ſũt augẽdę propter qualitatem aggrauantẽ modus, & gradus ſeruandus eſt, vt augeatur ad proximam pęnam, non autem remotiorem.*

152 *Datur exemplum.*

153 *Pęna gradus de Iure canonico.*

154 *Arbitrium eſt proportione geometrica temperandum.*

155 *Datur exemplum.*

*Homicida quomodò puniendus. ibid.*

156 *Pœna quando minoratur propter aliquam cauſam non poteſt eſſe in eadem ſpecie.*

157 *Contrarium.*

158 *Differentia inter pęnam triremium perpetuarum, & ad tempus.*

159 *Mediator in crimine Aſſaſsinij non comprehenditur in Bannimentis. num. 161.*

160 *Mediator, & proxeneta, ſicut mutuans ſcienter pecuniam, ac depoſitarius in crimine Aſſaſsinij eadem de iure communi pœna tenentur cum principali.*

*Quando quis debeat dici potius mediator quam mandans habetur. num. 165.*

*An poſsit dari quod in vna re duo ſint mandantes vide ſub num. 166. verſ. & quamuis poſsint.*

162 *Auxiliator, Conſultor, Fautor de Iure communi puniuntur ead. pœna.*

163 *Secus in terminis Bannimentorum.*

*Quid dicendum in terminis Bullæ Gregarianæ, vide eod. num. 164.*

167 *Aſſaſsinium non committur ſi mandatarius, qui accepta pecunia promiſit occidere induxit alium abſque præmia ad occidendum.*

*Con-*

*Contrarium ibidem.*

168 *Pena Aſſaſsinij in omni Natione eſt exemplaris, & qualificata.*

169 *Redditur ratio.*

170 *Quæ ſit huiuſmodi pena.*

171 *Minoribus 25. annis in crimine Aſſaſsinij non parcitur.*

172 *Quid de minore auxiliatore remiſsiuè.*

173 *Aſſaſsinium eſt crimen mixti Fori.*

174 *Contrarium.*

175 *Quia Pontifex non poteſt ſtatuere penam quoad laicos.*

176 *Conciliantur opiniones.*

*Text.* in cap. pro humani de homic.in *6. explicatur à Conar.vt dicitur d.n.175.& 176*

177 *Couarruuias reijcitur à Cantera tanquam loquens contra communem,*

178 *Et ratio allata per eundem Conar. reijcitur à Bonadilla.*

179 *Cantera dicit quod Iudex Eccleſiaſticus eſt competens in crimine Aſſaſsinij solũ quoad excommunicationem.*

180 *Et quando Sæcularis eſt negligens.*

181 *Iudex Eccleſiaſticus non imponit pœnam ſanguinis.*

182 *Aſſaſsini poſſunt vbique capi detineri, & puniri à Iudice etiam incompetente.*

183 *Quod procedit, tribus concurrentibus, primo quod ſit facta declaratio ſuper tali qualitate.*

184 *Secundò, quod conſtet de Aſſaſsinio aliundè, quam ex proceſſu Iudicis incompetentis.*

185 *Tertiò quod agatur coram Iudice, qui condignè poſſit punire.*

186 *Iudex Eccleſiaſticus eſt competens in crimine Aſſaſsinij, quia eſt mixti Fori.*

187 *Cantera opinio procedit ſolùm, quando agitur contrà Sæculares, nam in cauſis Eccleſiaſticorum de Aſſaſsinio imputatorum locus eſt præuentioni. & num.* 190.

188 *Clericus Aſſaſsinus poteſt puniri à Iudice Laico, quia eo ipſo, quod committit Aſſaſsinium, perdit priuilegium Clericale.*

189 *Eſt communis opinio, & eſt etiam vera.*

190 *Si intelligatur cum aduertentijs, quæ ſequuntur. & num.* 191. *& ſeq.*

192 *Aſſaſsinij qualitas debet eſſe manifeſta, antequam Iudex poſſit procedere.*

193 *Contra Clericum ad hoc vt Iudex Sæcularis poſsit procedere, debet conſtare de Aſſaſsinia ex ſententia Iudicis Eccleſiaſtici, vel notorietate facti; vel confeſsione.*

194 *Nec ſufficit ſola accuſatio, ſeu imputatio.*

195 *Aſſaſsinij ſuper qualitate debet fieri, & præcedere declaratio, ad hoc vt Iudex Sæcularis poſsit procedere contra Clericum.*

196 *Et dicta declaratio debet fieri ab Eccleſiaſtico.*

197 *Contrarium dicentes reijciuntur. & num.* 198.

199 *Degradatio debet præcedere ad hoc vt Clericus puniri, & cognoſci poſsit à Sæculari in crimine Aſſaſsinij.*

200 *Reijciuntur contrarium tenentes & Cantera tres affert rationes ad mõſtrandum eſſe neceſſariam degradationem actualem.eod. num.*

201 *Degradatio Eccleſiaſtici fit etiam in crimine hæreſis;*

202 *Et quouis alio crimine grauiſsimo.*

203 *Aſsignatur ratio.*

*Inquiſitores hæreticæ prauitatis procurant ſibi conſignari hæreticos condemnatos in poſſe Curiæ Sæcularis peruentos, vt conſulant illorum animabus:*

204 *Recognitio banniti ad manus Curiæ peruenti debet fieri, & quomodo.*

205 *Debet fieri a Iudice Tribunalis condemnantis.*

206 *Iudices Sæculares facta eis conſignatione hæretici poſſunt procurare, quod coram ipſis fateatur ſe eſſe illum contentum in ſententia.*

207 *Contrarium tamen eſt verius, quia tenentur exequi clauſis oculis.*

208 *Degradatio Clerici in minoribus an debeat fieri extant opiniones hinc inde.*

209 *Quid in Monialibus, vel Conuerſis Monaſterij.*

210 *Clericus Aſſaſsinus, ad hoc vt priuetur priuilegio Fori debet eſſe ſequuta mors aſſaſsinati.*

211 *Contrarium videtur verius Autori.*

212 *Et ſaltem relinqui hoc debet Iudicis arbitrio.*

213 *Clericus Aſſaſsinus poteſt puniri non expectata incorrigibilitate. num,* 217.

214 *Contrarium.*

215 *Remittitur arbitrio Iudicis.*

216 *De conſuetudine non expectatur incorrigibilitas, quandò delictum eſt atrox, & ſcandaloſum.*

218 *Iudex Eccleſiaſticus non tenetur tradere Clericum Aſſaſsinum Iudici Sæculari.*

219 *In tribus tantum caſibus ad hoc præcisè tenetur: in crimine hæreſis: falſificationis literarum Apoſtolicarum: & conſpirationis in Epiſcopum proprium.*

220 *Clericus Aſſaſsinus non pœna mortis naturalis, ſed arbitraria punitur.*

221 *Contrarium verius quandò ſequuta eſt degradatio.*

222 *Etiam ſi dicti Clerici degradati non fiat traditio a Iudice Eccleſiaſtico.*

*Quod non placet Martæ, & Fermoſino abſque diſtinctione relata. infra nu.* 230.

223 *Clericus Aſſaſsinus pendente diſcuſsione ſuper qualitate Aſſaſsinij debet retineri in carceribus Iudicis Eccleſiaſtici.*

224 *Aſsignatur ratio.*

225 *Degradationis formula, & totus proceſſus remiſsiue.*

226 *Modus practicatus Bononiæ contra carceratum.*

227 *Et contra contumacem.*

228 *Degradationis ſententia debet fieri in ſcriptis, & ſubſcribi ab Epiſcopo.*

229 *Contrarium.*

231 *Degradationis notabilia nouem ponuntur à Cortiada.*

232 *Iudex Sæcularis an cognoſcat de viribus ſententiæ degradationis remiſsiuè.*

233 *Aſſaſsini patentati S. Officij debent remitti Iudicibus d. Tribunalis.*

234 *Non approbatur hæc opinio.*

235 *Priuilegium tribuens Iuriſdictionem Iudici Laico in Clericum Aſſaſsinum eſt clauſum in corpore Iuris.*

236 *Nec illi derogatur niſi dicatur expreſsè.*
237 *Ideò in tales patentatos aſſaſsinos locus eſt preuentioni inter Curias.*
238 *Cardinales Legati à Latere, ſeù Auditore, Turròni Bononia habent cumulatiuam cum Archiepiſcopo in cauſis capitalibus Clericorum ex Bulla Gregorij XV.*
239 *Papa poteſt Iudici, ſeu Principi Sæculari dare facultatem iudicandi, & cognoſcendi cauſas ciuiles, vel criminales Clericorum certi loci.*
240 *Vt fuiſſe conceſſum Regi Franciæ & Reipublicæ Venetæ dicunt aliqui Doctores.*
*Breue Gregorij XV. per extenſum refertur.*

## Commeſſo per aſſaſſinio.

1 NOmen aſſaſſinij fuit repertum, & in-
uentum de Iure Canonico, ſeù vt me-
lius dicã eſt nouum, & nouitèr ab Innocẽ-
tio IV. ſpecificatũ *in cap. pro humani de homi-
cid. in* 6. nam de Iure Ciuili erat penitus in-
cognitum, vt aduertit Farinac. *quæſt.* 123.
*num.* 1. Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 30. *n.* 20.
Carpzou. *pract. crimin. par.* 1. *quæſt.* 19. *nu.* 10.
*&* 11. & de eo in Iure Ciuili fit mentio per
æquipollens *in l. non ſolùm* §. *ſi mandato ff. de
iniur.* vt ait Laur de Franch. *controu. inter E-
piſc. & Regular. tit. de aſſaſſinio num.* 148. &
Pertus Theodoric. *iudic. crim. tom.* 2. *cap.* 7.
*de homicid. aphoriſm.* 4. *num.* 1. & quamuis à
principio aſſaſſinium dicebatur ſolùm, quã-
2 do quis Chriſtianum occidi iubebat opera
quorumdam hominum infidelium, qui
pretio conducti eam artem exercere ſoliti
erant, vt ex Archidiac. Io: Andr. & Aret.
inquit Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 79.
vbi Patriam, & originem eorundem deſi-
gnat, & idem latius repetit *in cod. tract. lib.* 9.
*cap.* 30. *num.* 1. *& ſeqq.* & latiſſimè Marta
*de Iuriſd. caſ* 129. *num.* 1. *&* 2. & Theodoric.
*loc cit. num.* 2. *&* 3. & Carpzou. *loc. cit. n.* 1.
qui ex Paulo Æmilio *lib.* 5. *de rebus geſtis Frã-
cor.* dicunt; *Aſſaſſinos fuiſſe colluuiem quandam
Gentis obſcuræ, & perfidæ circa* 60. *virorum mil-
lia, quæ in Regione Eſſenorum decem omninò
incolebant Oppida circa Phæniciam. Hi recepta
Mahumetis perſuaſione, ſanctiſsimi omnium à
Barbaris exiſtimabãtur, nulla ambitione bonorum,
ſed ipſi inter ſe maximè vnanimes, quem Virum
optimum putabant, illum ſibi præficiebant, illum-
que Seniorem, aut Arſacidam vocabant, nihilque
ſanctius, aut glorioſius, quo, & immortalitatem
conſequi poſſent, iudicabant, quam pro patria
Arſacida, ſeu Domino, ac pro Religione, ac ſecta
ei infenſos adeoque homines Chriſtianos interime-
re, eiuſque nomine mortem oppetere. Vnde Chri-
ſtianorum doctrinam edocti ſeque Chriſtianos ſi-
mulantes proditoriè quoſque, ac Proceres Chri-
ſtianos inopinantes ex mandato Senioris accepto
trucidabant, quantumuis certo ſcirent ſe illicò de-
prahenſos graues viciſſim daturos pœnas, quas etiã
mira animi alacritate perpeſſi fuere,* attamen
3 hodiè aſſaſſinium eſt, quoties aliquis con-
ducit pretio operas etiam Chriſtiani ad
Chriſtianum occidendum, vt explicat idem
Decian. *loc. cit. num.* 79. *&* 81. & Marta *di-
cto caſ.* 129. *num.* 3. vbi ait, qud decies mil-
lies diſpoſitio *d. cap. pro humani* fuit ſic intel-
lecta; & quia per interpretationem, & ex-
tenſionem hoc fit, vt pluribus citatis dicit
Decian. *d. cap.* 30. *num.* 4. ideò impropriè
iſti, qui conducunt Chriſtianos, & Chriſtia-
ni, qui locant pretio eorum operas ad oc-
cidendum hominem, vocantur aſſaſſini,
4 (prout, & impropriè, imò impropriiſſimè
appellantur dicto nomine illi, qui in ſtrata
publica itinerantes aggrediuntur, vulnerant,
ſpoliant Farin. *conſ.* 143. *num.* 1. Muta *deciſ.*
50. *num.* 4. Giurb, *conſ. crim.* 36. *num.* 7. Grat.
*conſil.* 52. *num.* 51. *vol.* 2. Gabriel. *lib.* 7. *con-
5 cluſ.* 1. *num.* 43. & iſti, qui itinerantes ſpo-
liant, ſuo proprio vocabulo dicuntur graſ-
ſatores, & nullo modo compræhenduntur
in diſpoſitione Text. *in cap. pro humani*) vt
benè aduertit Farin. *quæſt.* 123. *num.* 163.) ſed
non obſtante, quod per interpretationem,
& extenſionem, & ſic impropriè iſti dican-
tur; & vocentur aſſaſſini adhuc contra eos
tamquam ſubrogatos in locum antiquorũ
aſſaſſinorum habent locum pœnæ *cap. pro
humani*, vt ex Couar. Caſſan. Placha, Afflic.
Tiraquell. Menoch. Gram. & alijs dicit
Paſqualigo *in add.* ad Laur. de Franch. *loco
citato num.* 150. nam, quippe qui ſubrogati,
induçunt naturam eorum, in quorum lo-
cum ſubrogantur, *l. ſi cum* §. *qui iniuriarum
ff. ſi ſi quis caut.* imò atrociùs delinquunt,
quia Chriſtiani Chriſtianos accepto pretio
occidunt, vt aduertit Paſqualigo *loc. cit.* &
comprobat Carpzou. *d. q.* 19. *nu.* 4. & quam-
uis dubitetur inter Doctores, an contra hos
procedant pœnæ ſpirituales, Sacra tamen
Congregatio practicat affirmatiuam teſte
Paſqualigo *loc. cit. num.* 149.

De iſtis, qui locant, vel conducunt ope-
ras alterius ad occidendum hominem me-
diante pecunia intendunt loqui noſtra ban-
nimenta, cum verbis, *trà gl'homicidy doloſi
quello, che viene commeſſo per aſſaſſinio è degl'al-
tri più deteſtato dalle leggi, e da Sacri Canoni*;
& quidem, vt dicit Carpzou. *d. q.* 19. *num.* 7.
aſſaſſinium ſpecies eſt homicidij, longè ta-
men grauius ſimplici homicidio, tum pro-
pter interuentum pecuniæ, quæ regulariter
facit delictum atrocius, & pœnam auget vt
eſt Text. *in l. Cicero ff. de pœnis* tùm propter
qualitatem proditionis, quæ in aſſaſſinio in-
teruenit, occiditur enim homo incautus ab
eo, à quo, ceſſante penitus inimicitia, &
rancore, non poteſt ſe præcauere, vt habe-
tur *in d. cap. pro humani*, & dicit Carpzou.
*loc. cit. num.* 4. tùm demum, quia qui pecu-
nia conductus, & allectus occidit, ex mera
malitia, & crudelitate ad necem procedit,
deficit enim in illo ira, offenſa, & omnis a-
lia cauſa, quæ aliquo modò iuſtè impellat
ad delinquendum prout conſiderat Capzo.
*loc. cit. num.* 9.

Et

Et quia nomen aſſaſſinij eſt nomen *Iuris*
6 quod concurſum plurium qualitatum re-
quirit ad ſui ipſius conſtitutionē opere pre-
tium eſſe duxi ad ornatum eorumdem ban-
nimentorum requiſita criminis aſſaſſinij
referre.
7 Primum requiſitum eſt, vt interueniat
mandatum, vt habetur *in cap. pro humani de
homicid. in 6.* Alex. *conſ. 166. num. 5. vol. 7.*
Bald. *conſ. 383. num. 5. vol. 5.* Carpzou. *pract.
crim. par. 1. quæſt. 19. nu. 27.* & ex Barr. Alex.
Bald. & Ant. Gabriel Paſqualigo *in addit.* ad
Laur. de Franch. *controuerſ. inter Epiſc. & Reg.
tit. de crim. aſſaſſinij n. 156.* Bero. *conſ. 175. n. 31.
vol. 3.* Et mandatum poteſt probari directè,
vel indirectè: directè probatur, quando in
8 proceſſu conſtat de mandato, mediante
probatione verborum ſpecialium conclu-
dentium illud Muſcarell. *de cognit. delictor.
tit. de homicid. mediant. mand. num. 24. & ſeqq.*
Felic. *alleg. 166. num. 2.* & Giurb. *conſ. crim.
91. num. 42.* & Paſqualigo *loc. cit.* qui ait,
quod depoſitio teſtis debet verſari circa
mandatum, ità vt deponat de mandante, &
9 mandatario. Indirectè verò, quandò de-
ducitur ex præſumptionibus, & coniectu-
10 ris reſultantibus ex tribus, nempe inimici-
tia capitali; alloquutione ad aures interfe-
ctoris; & delicto incontinenti ſequuto,
to, Giurb. *d. conſ. 91. num. 29.* Menoch. *de
arbitr. caſ. 361. num. 49.* & innumeri ab eiſd.
allegati.
Secundùm requiſitum eſt, vt mandatum
11 ſit ad occidendum, nàm ſi ſit ad vulneran-
12 dum etiam mediante pecunia non ſufficit,
Boer. *deciſ. 109. n. 4.* Intrigl. *deciſ. 40. num. 50.*
Guazzin. *reor. defenſ. prima cap. 38. num. 42.
verſ. ſecùs autem* Gabriel. *tit. de maleſic. concl.
prima num. 29. & ſeqq.* Honded. *conſ. 93. nu-
mer. 65. vol. 2.* Clar. §. *Aſſaſſinium num. 2. &
quæſt. 30. num. 16.* Donat. Anton. de Marin.
*quotid. reſol. 173. num. 3. & 4.* Gratian. *diſce-
ptat. forenſ. 598. num. 10. & cap. 619. num. 1.
& ſeqq.* Carol. de Graſſ. *Cleric. effect. 1. nu-
mer. 691.* Giurb. *conſ. crim. 46. num. 9.* Car-
pzou. *pract. crim. par. 1. quæſt. 19. numer. 27.*
13 Farin. *de Immunit. num. 134. & conſ. 99. n. 52.*
qui tamen *in quæſt. 123. num. 139.* tenet con-
trarium, & minùs rectè, vt aduertit Giurb.
*d. conſ. 46. num. 9. & ſeqq.* vbi reprobat alios
14 dicentes ſufficere mandatum ad vulneran-
dum, & hanc opinionem tenent etiam
Maſtrill. Ceuall. Caſtropal. Rouit. Lezzana,
Vermigl. Thom. del Bene, Barboſ. Cabre-
ros, Ball. Thor. Nouar. Carthar. quos refert
Corriada *deciſ. 101. nu. 24.* & pluribus citatis
Conciol. *crim. reſol. 5. n. 1. verbo aſſaſſinium*, &
Paſqualigo *in addit.* ad Laur. de Franch. *con-
trou. inter Epiſc. & Regul. tit. de crim. aſſaſsinij
nu. 146.* Benè tamen verum eſt, quod licet
mandatum ad vulnerandum mediante pe-
cunia non ſit aſſaſſinium, nihilominus ne-
15 gari non poteſt, quin delicta pretio com-
miſſa grauiora exiſtimari debeant, vt eſt
Textus *in l. Cicero ff. de pœnis* Gratian. *diſcep.
598. num. 11. & diſcept. 619. num. 5.* Capyc.
*deciſ. 155. num. 11.* Nouar. *ſingul. nou. Iur.
Pontific. concluſ. 43. num. 3. de Aſſaſsin.* Giurb.
*conſ. 46. num. 17. & 23.* & pro multis Cor-
tiada *loc. citato numer. 36.* & Ricc. *deciſ. 112.
num. 2. par. 1.*
16 Sed an, ſi ex vulneribus ſequatur mors, in-
tret aſſaſſinium? Vide Giurb. *d. conſ. crim.
46. num. 21.* Rouit. Farin. & Ball. *locis rela-
tis* à Conciol. *crimin. reſol. 5. numer. 5. verbo
aſſaſsinium* Matthæum *de criminib. tit. de Sica-
rys cap. 3. num. 16.*
17 Tertium requiſitum eſt, vt tractetur de
18 occidendo Chriſtianum, nam ſi occidere-
tur Iudæus, vel alius infidelis, non haberet
locum Textus *d. c. pro humani de homic. in 6.* vt
de cōmuni firmat Clar. §. *aſſaſsiniū in princ.
& n. 13.* Io: Andr. *in d. cap. pro humani ſub n. 4.
verbo Magnates, & verbo Chriſtianorum*, qui
dicit ex hoc defendiſſe quemdam Prælatum
& cum ſic dicentem refert Alex. *conſ. 166. in
fine lib. 7.* & pluribus relatis Doctoribus de
communi teſtantibus Cyriacus *contr. 399.
num. 1.* & hoc idem dicunt Laur. de Franch.
*loc. cit. num. 144.* & Monterent. *ad Statut. Bo-
non. ſtat. crim. lib. 5. rub. 21. tit. de pœna aſſaſsi-
norum verbo aliquem actum lit. A. circa finem.*
Nouar. *de Iure nouo Pontific. concluſ. 43. n. 21.
tit. de aſſaſsin.* Io: Mar. Nouar. *ſuper pragm.
rubr. de aſſaſsin. collect. prima num. 3.* & Cor-
tiada *deciſ. 95. num. 24.* & hæc opinio poteſt
dici vera ob rationem, quia aliàs Textus re-
ciperet duas violentias, primam, dum ex-
tenditur ad Chriſtianum occidentem, quā-
do abſolutè loquitur de infideli occidente
Chriſtianum: ſecundam dum extendi-
tur ad necem infidelis, quandò abſolutè
loquitur de nece Chriſtiani, etenim non
19 debent permitti in Iure duæ ſpecialitates ex
eodem fonte promantes iuxta Text. *in l. 1.
C. de dot. promiſſ. l. cum poteſt. §. genero ff. de
Iure dot.* Oldrad. *conſ. 79.* Bart. *in l. ſi is, qui
pro emptore quæſt. finali ff. de vſucapion.* Iaſ. in
§. *fuerat num. 52. Inſt. de action.* & Azeuedo
20 *lib. 8. recopil. tit. 6. l. 3. num. 5.* Imò qualitas
quod occiſus ſit Chriſtianus debet deduci in
proceſſu, aliàs occidens euadet pœnam aſ-
ſaſſinij, quia in dubio non præſumitur, quod
occiſus fuerit Chriſtianus, vt ex Corn. *conſ.
249. lib. 1.* probat Io: Mar. Nouar. *ſuper prag-
mat. de aſſaſſ. collect. 1. num. 2.* Aret. *conſ. 163.
col. 2.* Baiard. ad Clar. §. *aſſaſsinium num. 13.*
Io: And. *in c. pro humani de homic. in 6.* Decian.
*tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 16.* Alex. Am-
broſ. *de Imm. Eccleſ. cap. 7. nu. 12.* & Pacian.
*in tract. de probat. lib. 2. c. 14. de baptiſ.* qui *ibid.
n. 17.* reprobat Clar. *in §. aſſaſsinium*, dicentē,
quod apud Senatum Mediol. parū prodeſ-
ſet talis defenſio, nam cum hæc qualitas à
lege requiratur debet omninò probari, &
citat Iaſon, Curt. Senior, & Tiraquell. pu-
21 tat tamen Pacian. *ibidem numero decimo:*
ſufficere ad hoc, vt intret pœna *cap. pro hu-*

*mani*

*mani* quod probetur occiſum licet nondum
baptizatum in voluntate, & diſpoſitione ſe
baptizandi extitiſſe, & in fide, & Chriſti no-
minis confeſſione vſque ad mortem perſe-
ueraſſe, & allegat Textum *in cap. 2. de Preſ-
bytero non baptizato, & in cap. baptiſmi vicem
de conſecrat. diſtinct.* 4. Eoque magis debet
qualitas iſta baptiſmi probari in caſu, quo
quis reperitur circumciſus, quia vt ait Ma-
ſcard. *de probat. concl.* 138. *num.* 14. ex hoc ſa-
tis appareret occiſum illum fuiſſe infidelem,
niſi plenè conſtaret de Baptiſmate, & hoc
idem poſt multos, quos allegat, vult Cor-
tiada *deciſ. 95. num. 25.* & concluſio prædi-
22 cta eſt vera, etiamſi Iudæus, vel aliàs Infi-
delis mandet mediante pecunia occidi Iu-
dæum, vt vult Cyriac. *contr. 399. numer.* 5.
23 vbi reprobat Collegium Bononien. con-
trarium conſulens penès Zilett. *conſ. crim. di-
uerſ. 41. vol. 1. in paruis*.

Quartum requiſitum eſt, vt interueniat
24 pactio, & conuentio inter mandantem, &
mandatarium de danda, & accipienda reſ-
pectiuè pecunia, vt ex Baldo, Gram. Alber-
got. Capyc. & Carrer. dicit Farin. *conſ.* 10.
*num.* 4. & eum refert, & ſequitur Guazzin.
*reor. defenſ. 4. cap. 13. num.* 6. qui allegat
concordantes Riminald. Iun. *conſ. 685. nu-
mer. 12. & ſeqq. vol.* 6. Honded. *conſ.* 93.
*num. 66. vol.* 2. & pluribus citatis Conciol.
*crimin. reſol. prima num. 2. verbo aſſaſſinium*
25 vel debet interuenire pactio, ſeù datio alte-
rius certæ rei, aut ſaltem certa promiſſio,
quæ à mandatario acceptetur, & ſub certa
ſpe habendi promiſſa mandatum exequatur
Gabriel. *lib. 7. concl. prima num.* 2. Bertazol.
*conſ. crimin. 241. num. 38. lib.* 2. Burſatt. *conſ.
20. num. 4. lib. primo* Decian. *tract. crim. lib. 9.
cap. 30. num.* 17. Vulpell. *reſp. crimin. 143.
num.* 5. Riminald. Iun. *conſ. 685. num.* 12.
*lib.* 6. Honded. *conſ. 93. num. 66. lib. 2. lib.* 2.
Capyc. Gram. Decian. Farin. Caball. No-
uar. Gambacur. Intrigl. Tuſch. Guazz.
Maſcard. Graſſ. Gutierez. Caſtropal. Thom.
del Bene *locis relatis* per Cortiad. *d. deciſ. 95.
num. 13. & 14.* Gratian. Giurb. relati à Con-
ciol. *crimin. reſol. 4. num. 2. & reſol. 5. num. 2.
verbo aſſaſſinium* Carpzou. *pract. crim. p. p.
quæſt. 19. num.* 27.

Et iſta qualitas, in qua in hoc crimine
26 conſiſtit tota vis, quia eſt illa, quæ facit
mandatum ſimplex tranſire in Aſſaſſinium,
vt aduertit Decian *tract. crimin. lib. 9. cap. 30.
num. primo* & Carpzou. *pract. crim. p. prima*
27 *quæſt. 19. num.* 7. debet per Fiſcum probari,
quia, licèt ſit annexa homicidio, & ab eo
28 non poſſit ſeparari, non dicitur tamen pro-
bata ex eo quod eſt probatum homicidium
ex probabilibus argumentis, quia poteſt eſ-
ſe homicidium, vt experientia docet, ſi-
ne qualitate Aſſaſſinij Farinac. *conſil. 10.
num. 17. 54. & 57. lib. primo* Bart. *in l. non
ſolùm §. ſi mandato ff. de iniurijs, & l. Cicero ff.
de pœnis* Ciarlin. *controu. forenſ. cap. 10. nu-
mer. 114. & num.* 129. & Pater Graſſett. *de*
29 *nece proditoria §. 29. num.* 174. & de dicta
qualitate verè, & concludentèr conſtare
debet, quia qualitas delictum principale
aggrauans verè probanda eſt, vt notabili-
ter inquiunt Guglielm. de Benedict. *in cap.
Rainutius, verbo mortuo itaque il primo n. 168.
de teſtam.* Alber. Brun. *conſ. 69. num.* 3. Angel.
*conſ.* 114. Foller. *pract. crim. verb. etſi confite-
buntur in 4. p. 3. p. num.* 9. Ciarlin. *d. contro-
uerſ. 10. num. 61. & ſeqq.* Bordon. *de homicid.
prodit. num. 269. vſque ad num.* 306. Cortiad.
*deciſ.* 21. qui *à num. 62. vſque ad num.* 74. de-
cem argumentis probat plenas, & conclu-
dentes requiri probationes, & nouiſſimè
Thom. del Bene *de Immunit. Eccleſ. tom. 2.
cap. 16. dub. 21. ſect. prima in fine*, & in ter-
minis præciſis Aſſaſsinij Paramus *de origin.
S. Officij in defenſ. S. Offic. reſponſ. primo cap. 2.
per tot. & cap. 17. num.* 29. Farin. *quæſt. 8.
num.* 86. Narbona ad Concordata Caſtellæ
*in l. 20. gloſa 19. per tot.* Tuſchus *concl. 18.
verbo qualitas* Maſtrill. *deciſ. 156. num.* 6. præ-
ſertim quandò agitur de Aſſaſſinio in Foro
30 Laico ad effectum condemnandi, vt ex
Carrer. *pract. crim. in 3. tract. de homicid. &
Aſſaſſin. §. circa igitur num. 29. in fine*, & ex
Farin. *quæſt. 86. num. 41. & quæſt. 123. nu.* 47.
firmat Ciarlin. *d. controu.* 10. *num.* 48. & ple-
niùs Farin. *in conſ. 10. num. 15. 23. 26. & 57.*
Contrarium tamen, ſufficere ſcilicèt minùs
concludentes probationes ſolidioribus ar-
31 gumentis tuentur Cortiada *dicta deciſ. 21.
à numer. 75. vſque ad numer.* 85. Didac. Ant.
Frances *de Competentia Iuriſd. inter. Cur.
quæſt. 96, num. 5. & ſeqq.* qui de veriori teſta-
tur, Faiard. *Fiſcal. alleg. 5. num.* 22. Graſſett.
*anath. neciſ. proditor. §. 29. num. 259. & 260.
& ſeqq.* Donat. Ant. de Marin. *reſol. quotid.
lib. primo cap. 51. num.* 6. Cenſal. *vot. 9. nu-
mer.* 6?. Ant. de Ball. *variar. lib. 3. de lit. diſ-
penſ. caſ. primo qu. 3. n.* 5. Abb. Felyn. Gamma
& ibi Adden. Flores de Mena, Portules ad
Molin. Mynſinger. Seſſe Guazzin. Giurba
Bouadilla Ant. de Queuedo *locis relatis* à
Cutello *ad leges Siculas tit. ad leges Martini
controuer. 5. num. 7. fol.* 432. qui eos ſequitur
& reſpondet contrarijs. Sed alij Doctores
32 conciliant hanc diſſentionem, dicendo,
quod opinio requirentium plenas proba-
tiones procedit, quandò agitur de aſſaſſi-
nio coram Iudice Laico, alia verò, quando
agitur coram Iudice Eccleſiaſtico, vt poſt
Gram. diſtinxit Carrer. *prax. crim. §. circa
igitur tertium num.* 29. Ciarlin. *controu. 10.
num.* 88. Farin. *quæſt. 123. num.* 47. Merlin.
Pignatell. *contr. 54. num. 20. & ſeq.* de Lu-
ca ad Vinc. de Franch. *deciſ. 688. num. 12.
verſ. et ſic*, & citati à D. Petra *ritu 274. nu.* 127.
33 At aduertendum eſt, probationes plenas,
& veras in crimine iſto aſſaſſinij exiſtimari,
quandò extant argumenta probabilia, non
quæ ſenſu corporeo immediatè percipiun-
tur, ſed quæ per diſcurſum colliguntur, vt
ſan-

ſanciuit expreſsè Text. *in cap. pro humani de*
*homicid. in 6.* & docent Farin. *quæſt.* 86. *n.*43.
*& conſ.* 10. *num.* 57. Pater Graſſett. *d.* §. 29.
*num.* 174. Giurb. *conſ. crim.*70. *n.* 22. Ciarlin.
*d. controu.* 10. *nu.* 89. Ant. de Ball. *var. quæſt.*
*lib.* 3. *tit. de literis diſpenſat. caſ. primo quæſt.* 3.
*num.* 5. *&* 6. Faiard. *alleg. Fiſcal. alleg.* 5.
*num.* 22. & Cortiada *deciſ.* 21. *num.* 95. vbi
ſubdit quod communis, & hodierna praxis
Tribunalium interpræstata eſt, inditia indu-
bitata ad probandam qualitatem aſſaſſinij,
eſſe illa quæ ad torturam ſufficiunt, & alle-
gat Gramm. Guazz. Giurb. Tapia, Caſtill.
Maſtrill, & Merlin. *locis* per eum *ſpecificatis*,
& duæ afferri poſſunt rationes, prima quia
34 canones in deteſtationem criminis conten-
ti fuerunt probatione argumentorum pro-
babilium in qualitate aſſaſſinij, vt apparet
apertiſſimè ex Text. *in dicto cap. pro humani*
*de homicid. in 6.* Secunda quia dicta qualitas
35 tanquam ſimpliciter, & abſolutè arcanum,
non eſt de per ſe probabilis *vera probatione*
per teſtes, ſed ſolùm *præſumptiuè* per proba-
ta inditia, & probatas coniecturas, Graſſett.
*d.* §. 29. *num.* 174. *& num.* 243. *& ſeq.* Ciar-
lin. *d. controu.* 10. *num.* 90. & eſt Text. *in leg.*
*omnes* §. *à Barbaris ff. de re milit.* ibi: *quod enim*
*liquido probari non poteſt, argumentis probatur.*
36 Imò ſufficit, quod dicta probabilia argu-
menta probentur etiam per teſtes aliquam
exceptionem patientes, quia cum delicto-
rum exceptorum natura plerumque amet
latibula, & tenebras, oditque conſpectum
quorumcumque teſtium, ne dum maiorum
omni exceptione, eſſet quodammodo im-
poſſibile inuenire teſtes omni exceptione
maiores, & conſequenter delicta remane-
rent impunita, vt bene argumentatur Graſ-
ſett. *d.* §. 29. *num.*264. & adducit exemplum
Ciarlin. *controu.* 12. *num.* 25. qui credidit te-
37 ſtimonio Pueri vndecim annorum vnito
pluribus adminiculis, & Marſil. qui *in l. in-*
*fans ff. ad leg. Corn. de Sicar. num.* 37. ait ex at-
38 teſtatione duorum Puerorum condemnaſ-
ſe quemdam maritum, qui vxorem hau-
rientem aquam in puteum præcipitauit, &
ad probandum in delictis difficilis probatio-
39 nis admitti teſtes inhabiles, adducit Char-
thar. *deciſ. crim.* 87. *num.* 52. Giurb. *conſ.* 43.
*num.* 28. Criſpolt. *caſ. militar.* 14. *num.* 12.
Magon. *deciſ. lucenſ.* 30. *num.* 28. Brunor. à
40 Sole *quæſt.* 51. *num.* 9. & quod in delictis ex-
ceptis admittantur teſtes inhabiles Farinac.
*quæſt.* 62. *num.* 81. *&* 85. Merlin. Pignatell.
*controu.* 98. *num. primo cent. prima*, & Ciarlin.
*d. controu.* 12. *num.* 31.
41 Poteſt obijci, quod duo ſocij criminis
non ſufficiunt in crimine aſſaſſinij vt vo-
luerunt Farin. *d. conſ.* 10. *per totum*, & Ciar-
lin, *d. controu.* 10. *num.* 119. *&* 123.
Sed reſpondetur contarium eſſe verius,
vt firmat Cutellus *ad leges Siculas tit. ad leges*
*Martini controu.* 3. *num. primo fol. mihi* 423.
vbi ait ſufficere quod contra mandantem
conſtet de capitali inimicitia cum interfe-
cto: quod ſuper mandato, & ſolutione pe-
cuniæ adſint dicta duorum mandatariorum
cum tortura: & quod conſtet de allocutio-
ne mandantis cum mandatarijs, nam hæc
in tali delicto difficilis probationis ſufficien-
tiſſima ſunt, & allegat Farin. *quæſt.* 44. *nu.* 7.
*&* 8. & melius *num.* 18. & 19. vbi quod di-
ctum vnius mandatarij quando adeſt qua-
litas aſſaſſinij, & adminiculum aliquod ſa-
tis erit & allegat Marſil. *in prax.* §. *examinata*
*num.* 29. Gabriel. *lib.* 7. *concluſ. de crim. concl.*
*p. num.* 22. & Caſtropalao *in ſumma par. pri-*
*ma tract.* 4. *diſp.* 8. *num.* 6.
Ad Farin. & Ciarlin. *loc. ſup. cit.* reſpondetur
quod ſocii de quibus ipſi loquuntur plures
42 patiebantur exceptiones, & præſertim ſo-
cietatis, variationis, & periurij, & ideò
non eſt mirum, ſi dicunt eoſdem non fuiſ-
ſe ſufficientes ad probandum, quia tunc ni-
hil penitùs probant, & nec vnius fides per
alterum ſuppletur, vt explicant ipſimet
Farin. *d. conſ.* 10. *num.* 9. *& ſeqq.* & Ciarlin.
*controu.* 10. *num.* 123. *& ſeqq.*
43 Cęterùm dicta obiectio haberet locum
ad impediendam condemnationem in pœ-
nam ordinariam, & non ad impediendam
torturam, quia ad effectum torturæ non
eſſent neceſſaria argumenta probabilia, de
quibus loquitur Textus, *in d. cap. pro humani*,
44 & Doctores *in locis ſupra citatis*, nam pro
tortura ſatis eſſent etiam illi duo ſocij cri-
minis plures patientes exceptiones, vt benè
conſiderat Ciarlin. *d. contr.* 10. *num.* 126.
45 & ſatis eſſet publica vox, & fama, quæ le-
gitimè probata in delictis occultis ſufficit
ad torturam, quandò habuit ortum ex ali-
qua cauſa veriſimili, vt ait Horatius Perſius
*conſ. crim.* 19. Giurb. *conſ. crim.* 87. *num.* 20.
& Graſſett. *d.* §. 29. *num.* 191. & Farinac.
*quæſt.* 47. *num.* 11. *&* 12. Carrer. *pract. crim.*
§. *circa num.* 18. Plach. *Epit. delict. lib. primo*
*cap.* 19. *num.* 14. *&* 15. & Ant. de Ball. *va-*
*riar. lib.* 3. *tit. de lit. diſpenſat. caſ. primo qu.* 3.
*num.* 5. etenim in huiuſmodi delictis ratione
clandeſtinitatis proceditur ad torturam
etiam ex inditiis minùs legitimis, vt ex Ca-
millo Campegio *in addition.* ad Zanchinum
*de hæreticis cap.* 9. *verbo nunquid poterit torque-*
*ri*, vult Graſſett. *d.* §. 29. *num.* 253. vbi re-
probat Farin. contrarium dicentem *in q.* 122.
*num.* 59. & Guazzin. *reor. defenſ.* 30. *num.* 9.
ſed Farin. *quæſt.* 37. *num.* 88. tenet idem quod
Pater Graſſett. quandò adeſt difficultas pro-
46 bationis, & ſufficere duas etiam leues co-
niecturas in his, quæ ſecretò fieri ſolent tra-
dit Dec. *loc. relato*, per Fabium Timęum,
qui eum ſequitur *in addition.* ad Magon. *de-*
*ciſ. Lucenſ.* 25. *lit. A.* & Graſſett. *d.* §. 29. *nu-*
*mer.* 253. & in ſpecie aſſaſſinij ſufficere ad
47 torturam dictum mandatarii adminicula-
tum ex inimicitia, vel cauſa odii, firmant
Niger *in cap. Regni frequens num.* 68. Prouin-
zalis ad Bertacchin. *in repertor. verbo aſſaſſi-*
*nus, &*

*meni* quod probetur occiſum licet nondum
baptizatum in voluntate, & diſpoſitione ſe
baptizandi extitiſſe, & in fide, & Chriſti no-
minis confeſſione vſque ad mortem perſe-
ueraſſe, & allegat Textum *in cap. 2. de Praſ-*
*bytero non baptizato, & in cap. baptiſmi vicem*
*de conſecrat. diſtinct.* 4. Eoque magis debet
qualitas iſta baptiſmi probari in caſu, quo
quis reperitur circumciſus, quia vt ait Ma-
ſcard. *de probat. concl.* 138. *num.* 14. ex hoc ſa-
tis appareret occiſum illum fuiſſe infidelem,
niſi plenè conſtaret de Baptiſmate, & hoc
idem poſt multos, quos allegat, vult Cor-
tiada *deciſ.* 95. *num.* 25. & concluſio prædi-
22 cta eſt vera, etiamſi Iudæus, vel aliàs Infi-
delis mandet mediante pecunia occidi Iu-
dæum, vt vult Cyriac. *contr.* 399. *numer.* 5.
23 vbi reprobat Collegium Bononien. con-
trarium conſulens penès Zilett. *conſ. crim. di-*
*uerſ.* 41. *vol.* 1. *in paruis*.

Quartum requiſitum eſt, vt interueniat
24 pactio, & conuentio inter mandantem, &
mandatarium de danda, & accipienda reſ-
pectiuè pecunia, vt ex Baldo, Gram. Alber-
got. Capyc. & Carrer. dicit Farin. *conſ.* 10.
*num.* 4. & eum refert, & ſequitur Guazzin.
*reor. defenſ.* 4. *cap.* 13. *num.* 6. qui allegat
concordantes Riminald. Iun. *conſ.* 685. *nu-*
*mer.* 12. *& ſeqq. vol.* 6. Honded. *conſ.* 93.
*num.* 66. *vol.* 2. & pluribus citatis Conciol.
*crimin. reſol. prima num.* 2. *verbo aſſaſſinium*,
25 vel debet interuenire pactio, ſeù datio alte-
rius certæ rei, aut ſaltem certa promiſſio,
quæ à mandatario acceptetur, & ſub certa
ſpe habendi promiſſa mandatum exequatur
Gabriel. *lib.* 7. *concl. prima num.* 2. Bertazol.
*conſ. crimin.* 241. *num.* 38. *lib.* 2. Burſatt. *conſ.*
20. *num.* 4. *lib. primo* Decian. *tract. crim. lib.* 9.
*cap.* 30. *num.* 17. Vulpell. *reſp. crimin.* 143.
*num.* 5. Riminald. Iun. *conſ.* 685. *num.* 12.
*lib.* 6. Honded. *conſ.* 93. *num.* 66. *lib.* 2. *lib.* 2.
Capyc. Gram. Decian. Farin. Caball. No-
uar. Gambacur. Intrigl. Tuſch. Guazz.
Maſcard. Graſſ. Gutierez. Caſtropal. Thom.
del Bene *locis relatis* per Cortiad. *d. deciſ.* 95.
*num.* 13. *&* 14. Gratian. Giurb. relati à Con-
ciol. *crimin. reſol.* 4. *num.* 2. *& reſol.* 5. *num.* 2.
*verbo aſſaſſinium* Carpzou. *pract. crim. p. p.*
*quæſt.* 19. *num.* 27.

Et iſta qualitas, in qua in hoc crimine
26 conſiſtit tota vis, quia eſt illa, quæ facit
mandatum ſimplex tranſire in Aſſaſſinium,
vt aduertit Decian *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 30.
*num. primo* & Carpzou. *pract. crim. p. prima*
27 *quæſt.* 19. *num.* 7. debet per Fiſcum probari,
quia, licèt ſit annexa homicidio, & ab eo
28 non poſſit ſeparari, non dicitur tamen pro-
bata ex eo quod eſt probatum homicidium
ex probabilibus argumentis, quia poteſt eſ-
ſe homicidium, vt experientia docet, ſi-
ne qualitate Aſſaſſinij Farinac. *conſil.* 10.
*num.* 17. 54. *&* 57. *lib. primo* Bart. *in l. non*
*ſolùm* §. *ſi mandato ff. de iniurijs, & l. Cicero ff.*
*de pœnis* Ciarlin. *controu. forenſ. cap.* 10. *nu-*
*mer.* 114. *& num.* 129. & Pater Graſſett. *de*
29 *nece proditoria* §. 29. *num.* 174. & de dicta
qualitate verè, & concludentèr conſtare
debet, quia qualitas delictum principale
aggrauans verè probanda eſt, vt notabili-
ter inquiunt Guglielm. de Benedict. *in cap.*
*Rainutius, verbo mortuo itaque il primo n.* 168.
*de teſtam.* Alber. Brun. *conſ.* 69. *num.* 3. Angel.
*conſ.* 114. Foller. *pract. crim. verb. etſi confite-*
*buntur in* 4. *p.* 3. *p. num.* 9. Ciarlin. *d. contro-*
*uerſ.* 10. *num.* 61. *& ſeqq.* Bordon. *de homicid.*
*prodit. num.* 269. *vſque ad num.* 306. Cortiad.
*deciſ.* 21. qui *à num.* 62. *vſque ad num.* 74. de-
cem argumentis probat plenas, & conclu-
dentes requiri probationes, & nouiſſimè
Thom. del Bene *de Immunit. Eccleſ. tom.* 2.
*cap.* 16. *dub.* 21. *ſect. prima in fine*, & in ter-
minis præciſis Aſſaſsinij Paramus *de origin.*
*S. Officij in defenſ. S. Offic. reſponſ. primo cap.* 2.
*per tot. & cap.* 17. *num.* 29. Farin. *quæſt.* 8.
*num.* 86. Narbona ad Concordata Caſtellæ
*in l.* 20. *gloſa* 19. *per tot.* Tuſchus *concl.* 18.
*verbo qualitas* Maſtrill. *deciſ.* 156. *num.* 6. præ-
ſertim quandò agitur de Aſſaſſinio in Foro
30 Laico ad effectum condemnandi, vt ex
Carrer. *pract. crim. in* 3. *tract. de homicid. &*
*Aſſaſſin.* §. *circa igitur num.* 29. *in fine*, & ex
Farin. *quæſt.* 86. *num.* 41. *& quæſt.* 123. *nu.* 47.
firmat Ciarlin. *d. controu.* 10. *num.* 48. & ple-
niùs Farin. *in conſ.* 10. *num.* 15. 23. 26. *&* 57.
Contrarium tamen, ſufficere ſcilicèt minus
concludentes probationes ſolidioribus ar-
31 gumentis tuentur Cortiada *dicta deciſ.* 21.
*à numer.* 75. *vſque ad numer.* 85. Didac. Ant.
Frances *de Competentia Iuriſd. inter. Cur.*
*quæſt.* 96. *num.* 5. *& ſeqq.* qui de veriori teſta-
tur, Faiard. *Fiſcal. alleg.* 5. *num.* 22. Graſſett.
*anath. neciſ. proditor.* §. 29. *num.* 259. *&* 260.
*& ſeqq.* Donat. Ant. de Marin. *reſol. quotid.*
*lib. primo cap.* 51. *num.* 6. Cenſal. *vot.* 9. *nu-*
*mer.* 63. Ant. de Ball. *variar. lib.* 3. *de lit. diſ-*
*penſ. caſ. primo qu.* 3. *n.* 5. Abb. Felyn. Gamma
& ibi Adden. Flores de Mena, Portules ad
Molin. Mynſinger. Seſſe Guazzin. Giurba
Bouadilla Ant. de Queuedo *locis relatis* à
Cutello *ad leges Siculas tit. ad leges Martini*
*controuer.* 5. *num.* 7. *fol.* 432. qui eos ſequitur
& reſpondet contrarijs. Sed alij Doctores
32 conciliant hanc diſſentionem, dicendo,
quod opinio requirentium plenas proba-
tiones procedit, quandò agitur de aſſaſſi-
nio coram Iudice Laico, alia verò, quando
agitur coram Iudice Eccleſiaſtico, vt poſt
Gram. diſtinxit Carrer. *prax. crim.* §. *circa*
*igitur tertium num.* 29. Ciarlin. *controu.* 10.
*num.* 88. Farin. *quæſt.* 123. *num.* 47. Merlin.
Pignatell. *contr.* 54. *num.* 20. *& ſeq.* de Lu-
ca ad Vinc. de Franch. *deciſ.* 688. *num.* 12.
*verſ. et ſic*, & citati à D. Petra *ritu* 274. *nu.* 127.
33 At aduertendum eſt, probationes plenas,
& veras in crimine iſto aſſaſſinij exiſtimari,
quandò extant argumenta probabilia, non
quæ ſenſu corporeo immediatè percipiun-
tur, ſed quæ per diſcurſum colliguntur, vt

ſan-

ſanciuit expreſsè Text. *in cap. pro humani de*
*homicid. in 6.* & docent Farin. *quæſt.* 86. *n.*43.
*& conſ.* 10. *num.* 57. Pater Graſſett. *d.* §. 29.
*num.* 174. Giurb. *conſ. crim.* 70. *n.* 22. Ciarlin.
*d. controu.* 10. *nu.* 89. Ant. de Ball. *var. quæſt.*
*lib.* 3. *tit. de literis diſpenſat. caſ. primo quæſt.* 3.
*num.* 5. *&* 6. Faiard. *alleg. Fiſcal. alleg.* 5.
*num.* 22. & Cortiada *deciſ.* 21. *num.* 95. vbi
ſubdit quod communis, & hodierna praxis
Tribunalium interprætata eſt, inditia indu-
bitata ad probandam qualitatem aſſaſſinij,
eſſe illa quæ ad torturam ſufficiunt, & alle-
gat Gramm. Guazz. Giurb. Tapia, Caſtill.
Maſtrill, & Merlin. *locis* per eum *ſpecificatis*,
& duæ afferri poſſunt rationes, prima quia
34 canones in deteſtationem criminis conten-
ti fuerunt probatione argumentorum pro-
babilium in qualitate aſſaſſinij, vt apparet
apertiſſimè ex Text. *in dicto cap. pro humani*
*de homicid. in 6.* Secunda quia dicta qualitas
35 tanquam ſimpliciter, & abſolutè arcanum,
non eſt de per ſe probabilis *vera probatione*
per teſtes, ſed ſolùm *præſumptiuè* per proba-
ta inditia, & probatas coniecturas, Graſſett.
*d.* §. 29. *num.* 174. *& num.* 243. *& ſeq.* Ciar-
lin. *d. controu.* 10. *num.* 90. & eſt Text. *in leg.*
*omnes* §. *à Barbaris ff. de re milit.* ibi: *quod enim*
*liquido probari non poteſt, argumentis probatur.*
36 Imò ſufficit, quod dicta probabilia argu-
menta probentur etiam per teſtes aliquam
exceptionem patientes, quia cum delicto-
rum exceptorum natura plerumque amet
latibula, & tenebras, oditque conſpectum
quorumcumque teſtium, ne dum maiorum
omni exceptione, eſſet quodammodo im-
poſſibile inuenire teſtes omni exceptione
maiores, & conſequenter delicta remane-
rent impunita, vt bene argumentatur Graſ-
ſett. *d.* §. 29. *num.* 264. & adducit exemplum
Ciarlin. *controu.* 12. *num.* 25. qui credidit te-
37 ſtimonio Pueri vndecim annorum vnito
pluribus adminiculis, & Marſil. qui *in l. in-*
*fans ff. ad leg. Corn. de Sicar. num.* 37. ait ex at-
38 teſtatione duorum Puerorum condemnaſ-
ſe quemdam maritum, qui vxorem hau-
rientem aquam in puteum præcipitauit, &
ad probandum in delictis difficilis probatio-
39 nis admitti teſtes inhabiles, adducit Char-
thar. *deciſ. crim.* 87. *num.* 52. Giurb. *conſ.* 43.
*num.* 28. Criſpolt. *caſ. militar.* 14. *num.* 12.
Magon. *deciſ. lucenſ.* 30. *num.* 28. Brunor. à
40 Sole *quæſt.* 51. *num.* 9. & quod in delictis ex-
ceptis admittantur teſtes inhabiles Farinac.
*quæſt.* 62. *num.* 81. *&* 85. Merlin. Pignatell.
*controu.* 98. *num. primo cent. prima*, & Ciarlin.
*d. controu.* 12. *num.* 31.
41 Poteſt obijci, quod duo ſocij criminis
non ſufficiunt in crimine aſſaſſinij vt vo-
luerunt Farin. *d. conſ.* 10. *per totum*, & Ciar-
lin, *d. controu.* 10. *num.* 119. *&* 123.
Sed reſpondetur conrarium eſſe verius,
vt firmat Cutellus *ad leges Siculas tit. ad leges*
*Martini controu.* 3. *num. primo fol. mihi* 423.
vbi ait ſufficere quod contra mandantem
conſtet de capitali inimicitia cum interfe-
cto: quod ſuper mandato, & ſolutione pe-
cuniæ adſint dicta duorum mandatariorum
cum tortura: & quod conſtet de allocutio-
ne mandantis cum mandatarijs, nam hæc
in tali delicto difficilis probationis ſufficien-
tiſſima ſunt, & allegat Farin. *quæſt.* 44. *nu.* 7.
*&* 8. & melius *num.* 18. & 19. vbi quod di-
ctum vnius mandatarij quando adeſt qua-
litas aſſaſſinij, & adminiculum aliquod ſa-
tis erit & allegat Marſil. *in prax.* §. *examinata*
*num.* 29. Gabriel, *lib.* 7. *concluſ. de crim. concl.*
*p. num.* 22. & Caſtropalao *in ſumma par. pri-*
*ma tract.* 4. *diſp.* 8. *num.* 6.
Ad Farin. & Ciarlin. *loc. ſup. cit.* reſpondetur
quod ſocii de quibus ipſi loquuntur plures
42 patiebantur exceptiones, & præſertim ſo-
cietatis, variationis, & periurij, & ideò
non eſt mirum, ſi dicunt eoſdem non fuiſ-
ſe ſufficientes ad probandum, quia tunc ni-
hil penitùs probant, & nec vniùs fides per
alterum ſuppletur, vt explicant ipſimet
Farin. *d. conſ.* 10. *num.* 9. *& ſeqq.* & Ciarlin.
*controu.* 10. *num.* 123. *& ſeqq.*
43 Cęterùm dicta obiectio haberet locum
ad impediendam condemnationem in pœ-
nam ordinariam, & non ad impediendam
torturam, quia ad effectum torturæ non
eſſent neceſſaria argumenta probabilia, de
quibus loquitur Textus, *in d. cap. pro humani*,
44 & Doctores *in locis ſupra citatis*, nam pro
tortura ſatis eſſent etiam illi duo ſocij cri-
minis plures patientes exceptiones, vt benè
conſiderat Ciarlin. *d. contr.* 10. *num.* 126.
45 & ſatis eſſet publica vox, & fama, quæ le-
gitimè probata in delictis occultis ſufficit
ad torturam, quandò habuit ortum ex ali-
qua cauſa veriſimili, vt ait Horatius Perſius
*conſ. crim.* 19. Giurb. *conſ. crim.* 87. *num.* 20.
& Graſſett. *d.* §. 29. *num.* 191. & Farinac.
*quæſt.* 47. *num.* 11. *&* 12. Carrer. *pract. crim.*
§. *circa num.* 18. Plach. *Epit. delict. lib. primo*
*cap.* 19. *num.* 14. *&* 15. & Ant. de Ball. *va-*
*riar. lib.* 3. *tit. de lit. diſpenſat. caſ. primo qu.* 3.
*num.* 5. etenim in huiuſmodi delictis ratione
clandeſtinitatis proceditur ad torturam
etiam ex inditiis minùs legitimis, vt ex Ca-
millo Campegio *in addition.* ad Zanchinum
*de hæreticis cap.* 9. *verbo nunquid poterit torque-*
*ri*, vult Graſſett. *d.* §. 29. *num.* 253. vbi re-
probat Farin. contrarium dicentem *in q.* 122.
*num.* 59. & Guazzin. *reor. defenſ.* 30. *num.* 9.
ſed Farin. *quæſt.* 37. *num.* 88. tenet idem quod
Pater Graſſett. quandò adeſt difficultas pro-
46 bationis, & ſufficere duas etiam leues co-
niecturas in his, quæ ſecretò fieri ſolent tra-
dit Dec. *loc. relato*, per Fabium Timęum,
qui eum ſequitur *in addition.* ad Magon. *de-*
*ciſ. Lucenſ.* 25. *lit. A.* & Graſſett. *d.* §. 29. *nu-*
*mer.* 253. & in ſpecie aſſaſſinij ſufficere ad
47 torturam dictum mandatarii adminicula-
tum ex inimicitia, vel cauſa odii, firmant
Niger *in cap. Regni frequens num.* 68. Prouin-
zalis ad Bertacchin. *in repertor. verbo aſſaſſi-*
*nus, &*

*nus, & verbo mandatarius* Marſil. *in pract.§.di-*
*ligenter num.* 37. 39. & 40. Muta *ad capitula*
*Regni Siciliæ tomo* 5. *cap.* 359. *num.*94. & Ant.
Ballis *variar. lib.* 3. *de literis diſpenſatius caſ.*
*primo quæſt.* 3. *num.* 27. qui *ead. quæſt.* 3. *nu.*5.
cum Capyc. *decif.* 115. *in fine*, tenet, quod
48 vbi argumenta probabilia exiſtimantur in-
ditia indubitata ſufficiunt ad condemnan-
dum, & hoc tenet etiam Ameſuca *de poteſt.*
*in ſe ipſum lib. primo cap.* 10. *num.* 9. dicens,
49 quod adhoc vt ſpecialia aſſaſſinij locum ha-
beant, debet conſtare de qualitate aſſaſſinii
ſecundùm illam probationis ſpeciem, quæ
ad illum actum, qui explicandus eſt, de
Iure requiritur: verbi gratia ad inquirendum
50 & carcerandum Reum etiam ſtrictiori car-
cere, ac prout aſſaſſinum, ſufficiunt leuia
inditia de qualitate imò, & leuiora, quia
hoc eſt ſpeciale in aſſaſſinio, quod leuiori-
bus probationibus probetur, & citat Text.
*in cap. primo de homicidio in* 6. & Monticell.
*pract. crim. regul.* 8. *num.* 23. Ad torquendum
ſufficiunt inditia de qualitate vrgentiora,
quam ad carcerandum, ſed non adeò vr-
gentia, ac in alijs criminibus, quia ſem-
per leuior probatio ſufficit in aſſaſſinio,
quia etiam per teſtes de auditu torquetur aſ-
ſaſſinus, & citat eundem Monticell. *d. re-*
*gul.* 8. *num.* 24. & 28. & Metenda *conſ.* 50.
*num.* 6. & ſequitur Muta *loc. cit. num.* 65.
Ad condemnandum verò ſufficiunt inditia,
ſeù argumenta probabilia circa dictam
qualitatem exiſtentia, cum ſufficiat, quod
de qualitate conſtet cum priuilegijs aſſaſſi-
nij, hoc eſt tali probatione etiam priuile-
giata, qua lex contentatur.

Difficultas tamen eſt non modica circa de-
51 terminationẽ ſubiecti, in quod debeat ca-
dere ſpeciale probationis à Text. *in d. c. pro*
*humani de homic. in* 6. inductum, an ſcilicèt de-
beat cadere ſuper pactione, an verò ſuper
executione, & ſecundũ Chriſtophorũ de
52 Vargas *decif.* 49. *num.* 9. hoc criminis aſſaſ-
ſinij ſpeciale reſpicit ſolùm executionem
contractus, nam contractus ipſe, hoc eſt
pactum mediante pecunia factum inter mã-
dantem, & mandatarium, debet ſecundum
ipſum concludenter probari; ſi enim (*ſunt*
*eius verba*) conſtat Titium promiſiſſe pecu-
niam Sempronio, vt Seium occideret: reſpe-
ctu implementi huius contractus ſi ſit quę-
ſtio procedi poterit per inditia, teſtes de
auditu, famam publicam, & iunctis præ-
ſumptionibus poterit conuinci delinquens
ad pœnam delicti, vel ſaltem ad torturam:
ſi verò lis ſit reſpectu contractus, quia non
conſtat de promiſſione pecuniæ, nec de
mutuo conſenſu ad comittendum homici-
dium mediante pecunia, imò tota lis ſit in
qualitate homicidij, quia negantur requiſi-
ta ad aſſaſſinium, & in eorum verificatione
tota controuerſia ſit, reſpectu huius articu-
li, remoto omni aſſaſſinij priuilegio, id pro-
bandum eſt, & procedendum per regulas
ordinarias aliorum delictorum, & ad pro-
bandam qualitatem, ex qua reſultat aſſaſ-
ſinium, ſunt neceſſariæ pleniſſimæ proba-
tiones per neceſſe concludentes, vt ita poſt
Anchar. & alios aduertit Gabriel. *conſ.* 170.
*num.* 26. *lib. primo*, vbi reſoluit qualitatem
interuentionis pecuniæ, aut promiſſionis
non poſſe certificari, niſi id veris, & plenis
probationibus appareat: *hactenùs Vargas*. Et
hanc opinionem in ſubſtantia tenẽt Thom.
del Bene *de Immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16.
*dub.* 21. *ſect. prima num.* 15. *in fine*, & Garron.
*ad nouas Conſtitut. Mediol. tit. de pœnis art.* 2.
*num.* 21. *verſ. cæterum debebit*, qui firmant,
quod debet plenè per teſtes, aut per confeſ-
ſionem partis conſtare pecuniam fuiſſe da-
tam pro illa cauſa, pro qua prætenditur da-
tum mandatum.

Sed contra hanc opinionem Vargas po-
53 teſt dici, quod potiùs contractus, quam
executio contractus debet habere prætoga-
tiuam ſpecialitatis, quoad modum proba-
tionis, quia cum tractatus de occidendo ſit
difficilis probationis, ſolet enim ſecretò fie-
ri vt dicunt Grauett. *conſ.* 220. *num.* 15. &
*conſ.* 225. *num.* 15. Felic. *alleg.* 36. *num.* 14.
Maſcard. *de probat. concl.* 1386. *num.* 4. Hon-
ded. Decian. Menoch. Cephal. & alij relati
à Giurb. *conſ. crim.* 2. *num.*46. debet per con-
ſequens ſufficere, quod probetur præſum-
ptiuè, vt ex Cepol. Grauett. Clar. Guazzin.
Felic. Caualcan. Eugen. Farin. ait Giurb.
*d. num.* 46. etiam ad imponendam pœnam
ordinariam, vt probat idem Giurb. *loc. cit.*
*nu.* 60. & 61. vbi plures adducit concordan-
tes: in delictis enim occultis, & quæ diffici-
lis ſunt probationis, ijs contenta lex eſt pro-
bationibus ad ordinariam etiam pœnam
imponendam, quæ haberi poſſunt vt per
Text. *in capit.* 3. *de probat. capit. licèt de*
*præſumpt.* Honded. Aldouin. Azeued. &
alij ſubdit Giurb. *loc. citat. numer.* 61. *circa*
*finem*.

Nec quicquam facit, quod qualitas eſt
54 concludentiſſimè probanda, quando ipſa
eſt inductiua ſpecialitatis, nempè quandò
qualitas inducit, & cauſat, vt ſpeciale ha-
beat locum, nam quandò datur priuilegium
cauſæ, vel perſonæ ratione certæ qualitatis,
illa qualitas eſt probanda per probationes
legitimas, non autem per priuilegiatas, ad
hoc vt detur priuilegium cauſæ, quod com-
peteret probata qualitate ſuper cauſa princi-
pali, vt ex Aretino *conſ.* 163. *num.* 5. ait Fa-
rin. in terminis aſſaſſinij *conſ.* 10. *num.* 15.
& 26. & ex Carol. de Graff. *effect. cleric. pri-*
*mo num.* 710. ait de Marin. *quotidian. reſol.*
*Iur. lib. primo cap.* 51. *num.* 5. & 9.

Quia concluſio in ſe eſt veriſſima, ſed
55 non procedit quandò adeſt lex, quæ diſpo-
nit, quod ad qualitatem probandam ſuffi-
ciant præſumptiones, prout diſponit lex *in*
*d. cap. pro humani*, ſufficere probabilia argu-
menta, vt apparet ex verbis ibi: *poſtquam*

*proba-*

*probabilibus conſtiterit argumentis*, etenim lex
ſpecialis derogat legi generali *vulgatis Iu-
ribus*.

Vnde multi concludunt ex his ſpecialita-
56 tem cadere in hoc crimine ſuper contra-
ctu, volunt enim, quod exequutio, hoc eſt
homicidium in executionem pacti ſequu-
tum ſit probandum iuxtà Textum *in leg. fin.
C. de probat. & in cap. nos in quemquam 2. quæ-
ſtion. prima & in leg. qui ſententiam C. de pœnis*,
nempè legitimis, & luce meridiana clatio-
ribus probationibus, & quod contractus,
pactio ſcilicèt inhita mediante pecunia in-
tèr mandantem, & mandatarium, ſufficit,
quod probabilibus argumentis probetur, &
hoc apertè dicit Farin. *d. conſ.* 10. *num.* 57.
ibi *nec refragatur dicere quod iſta qualitas faciens
aſſaſſinium ſit annexa homicidio, vt ab eo non
poſſit ſeparari, videatur dicere, quod probato ho-
micidio ex probabilibus argumentis, dicatur eſſe
probatum aſſaſſinium, quia reſpondetur aſſum-
57 ptum eſſe falſum, quod qualitas aſſaſſinij ſit in-
ſeparabilis ab homicidio, cum, vt experientia
docet, poſſit eſſe homicidium ſinè qualitate aſſaſ-
ſinij* Bart. *in leg. non ſolum §. ſi mandato ff. de
iniur. & leg. Cicero ff. de pœnis. Quod homici-
dium eſt probandum iuxta leg. fin. C. de proba-
tionibus cap. nos in quemquam 2. quæſt. prima
leg. qui ſententiam C. de pœnis, hoc eſt legitimis,
& luce meridiana clarioribus probationibus: At
vbi dicitur qualitas aſſaſſinij, illam ſufficit proba-
re per argumenta probabilia, & ſic probationes
ad diuerſa tendunt, aliæ enim ad homicidium,
aliæ ad qualitatem exiguntur: abſurdiſſimum
enim eſſet, quod probato mandato ad occidendum
ex probabilibus argumentis diceretur probatum
aſſaſſinium, quod eſt contra Ius, & idcircò Cano-
58 nes in deteſtationem criminis contenti fuerunt
probatione argumentorum probabilium in quali-
tate aſſaſſinij; qua probata inferatur ad homici-
dium, non ſic è conuerſo, ideò non poteſt de
vno ad alium inferri*, hactenùs Farin. & hanc
opinionem ſectantur Gambacurta, Graſſett.
& alij, quos refert, & ſequitur Faiardo *Fi-
ſcal. allegation.* 5. *nu.* 22. & de Marinis *dicto
cap.* 51. *num.* 6. ibi *idque adeò verum eſſe dixe-
runt, vt quamuis conſtet adeſſe aſſaſſinium*, puto
quod velit dicere *homicidium, tamen adhuc per
probabilia argumenta conſtare debet Titium ita
mandaſſe, & ſeium induxiſſe pretio ad occidendū*.

His tertia ſuccedit Doctorum opinio vo-
lentium huiuſmodi priuilegiatam proba-
59 tionem cadere tam ſuper qualitate aſſaſſi-
nii, quam ſuper ipſomet aſſaſsinio, quod
idem eſt, ac dicere probationem priuile-
giatam cadere tam ſuper contractu, tracta-
tu ſcilicet, & pactione, quam ſuper execu-
tione, & huius opinionis ſectatores refert,
& ſequitur Ricc. *reſol.* 36. *in princ. part.* 2.
*prax. Eccleſ.* ibi: *Clarum eſt in Iure non ſolum
qualitatem aſſaſſinij, ſed ipſum aſſaſſinium debe-
re probalibus argumentis probari, prout eſt Text.
in cap. pro humani de homicid. in* 6. Et recen-
ſet *ibidem*, quæ ſint probabilia argumenta,

Et hæc vltima opinio mihi videtur vera
in terminis *d. cap. pro humani* ibi *poſtquam pro-
babilibus conſtiterit argumentis aliquem ſcelus
tam execrabile commiſiſſe*, Etenim Pontifex
non diſtinguit, nec ſeparat *ibi* qualitates ab
homicidio, & nec homicidium à qualitati-
bus, ſed homicidium cum qualitatibus mix-
tum illud *ſcelus execrabile* appellat, & pro-
terea tale homicidium cum qualitatibus
mixtum ſufficit, quod per probabilia argu-
menta probetur, quia quandò lex non di-
ſtinguit, nec nos diſtinguere debemus *vulga-
tis Iuribus*, alias ſequeretur quod diſpoſitio
dicti Textus *in capit. pro humani* induceret
priuilegiatam probationem ſolùm ad im-
ponendam pœnam qualificatam, quia
Reus conuictus plenis probationibus de
homicidio appenſato, ex hoc ſolo iam
poſſet ad mortem condemnari vt eſt no-
tum, & ſic in facti contingentia *hic* Bono-
niæ contra Matthæum de Marchis imputa-
tum, quod mediante pecunia occiderit Ia-
cobum Sarſellam de ordine, & mandato
N. N. dictum fuit ſufficienter conſtare
60. quod ipſe occiderit, nam tres teſtes eum
inter plures recognouerant pro illomet,
qui viſus fuit aufugere poſt exploſionem
archibuſiatę è loco exploſinis habens archi-
buſium præ manibus: fuit incontinenti in-
culpatus à Sarſella, qui interogatus de Ma-
lefactore reſpondit *è ſtato quello, ch'è fugito*:
nullus alius fuit viſus extare, aut fugere è
dicto loco, & ipſe extraiudicialitèr cum
vno teſte, criminoſo tamen, occidiſſe faſ-
ſus fuit, ex quibus non poteſt negari, quin
eſſet inditijs pluſquam indubitatis grauatus
iuxtà aduertentiam Ciarlin. *controu.* 12. *nu-
mer.* 9. Capicelatro *decиſ.* 163. *num.* 45. Seue-
rin. *in addition.* ad Santelic. *deciſ.* 392. *lib.* 3.
*verſ. & primo inditium & verſ. de viſo exire*,
& Farin. *quæſt.* 36. *num.* 41. *& quæſt.* 86. *nu-
mer.* 14. *&* 59. *& conſ.* 108. *num.* 90. *& ſeqq.*
& Marij Mutæ *ad capitula Regni Siciliæ tom.* 3.
*cap.* 51. *num.* 187. *fol. mihi* 259. Sed quia pro
qualitate interuentus pecuniæ extabant ſo-
lum fama publica, paupertas, & vilitas
Matthæi, confeſſio extraiudicialis eiuſdem
per vnicum teſtem, vt ſupra probata, quam
vis probata eſſet inimicitia N. N., cum Sar-
ſella, & correſpondentia, ſeù vt ità dicam
relatio cum Matthæo, & d. N. N. fuit di-
ctum non conſtare ſufficienter de qualitate
aſſaſſinii ad effectum condemnandi, & fuit
ex conſideratis per Ameſeua *loc. cit.* deuen-
tum ad tormentū vigiliæ, in quo faſſus fuit

Dixi quod hæc opinio mihi videtur vera
in terminis *cap. pro humani*, quia in termi-
nis Bullæ ſanct. mem. Greg. XIV. in qua
61 agitur de aſſaſſinio ad effectum priuandi
Reum Immunitate Eccleſiaſtica diſputatio
non poteſt habere locum, quia Bulla præ
dicta non admittit probationes priuilegia-
tas, ſed plenas, legitimas, veras, & con-
cludentes requirit, vt manifeſtè colligitur

62 ex verbis illis; *neque indè abſtrahi, Curiaque*
*Sæculari prædictæ conſignari, nec tradi poſſint,*
*niſi cognito priùs per Epiſcopum, ſeu ab eo depu-*
*tatum an ipſi verè crimina ſuperius expreſſa com-*
*miſerint*; nam plenam, & concludentem
probationem indicant ea verba *niſi cognito*,
& ſubſequentia *an ipſi vere*, vt oſtendunt
P. Bordonus *de homicidio proditorio num. 270.*
*& ſeqq.* Diana *moral. par. 3. tract. primo de*
*Immun. Eccleſ. reſol. 38.* Fermoſin. *in cap.*
*cum non ab homine quæſt. 15. num. primo de iu-*
*dic.* Pilaia Pontific. *deciſ. lib. 2. deciſ. 4. de*
*Eccleſ. earumq; Imm. num. 72. & ſeqq.* qui plu-
res allegant concordantes, & viginti ſeptẽ
Doctores idem affirmantes enumerat Graſ-
ſett. *de nece proditoria* §. *29. num. 44.* & in
corroborationem quatuor rationes affert
Farin. *conſ. 76. num. 4. & ſeqq.* à quo alii ſu-
63 prædicti Doctores eaſdem rationes mutuati
ſunt, primo quia capti in Eccleſia habent
regulam Immunitatis Eccleſiaſticæ pro ſe
*cap. inter alia, cap. pen. & fin. de Immun. Ec-*
*cleſ.* qui autem pro ſe habent regulam dici-
tur etiam pro ſe habere iuris præſumptio-
nem *leg. ab ea parte ff. de probat. cum alijs Iu-*
*rib. adductis* à Farin. *ibidem num. 3.* quem ſe-
quitur Caſtill. *deciſ. 156. num. 3. & 4.* ergò
qui dicit caſum non compræhenſum in re-
gula, cum faciat aſſertionem contra præ-
ſumptionem Iuris, eam debet concluden-
tiſſimè, & euidentiſſimè probare, vt dicunt
Farin. & Caſtill. *loc. cit.*

Secundò, quia qualitas tribuens iuriſdi-
ctionem non præſumptiuè, & per inditia,
ſed concludentèr probari debet *leg. conſenſiſſe*
§. *ſed ſi dubitetur ff. de iudic.* cum alijs iuribus
adductis à Farin. *loc. cit. num. 4.* & à Caſtill.
*num. 5.* ergò dum pro Curia Sæculari inſta-
tur carceratos ſibi conſignari tanquam ſub-
ditos ſuæ iuriſdictioni propter commiſſum
delictum cum qualitate, debet eam plenè
probare vt dicunt Farinac. & Caſtell. *vbi*
*proximè.*

Tertiò, quia quandò lex probationem
requirit intelligi debet de probatione plena,
& vera arg. *text. in leg. non omnes* §. *à barbaris*
*ff. de re milit. & in d. cap. pro humani*, & hoc
eſt verum, etiam ſi lex de probatione ſim-
pliciter loquatur, vt dicunt præfati Docto-
res, ergò multò magis, quandò prout in
dicta Bulla, expreſsè vult, quod crimen ve-
rè probetur, vt explicant ijdem Doctores.

Quartò, quia dicta Bulla per modum
conditionis, *conſtito*, hoc exigit, vt aduer-
tunt Farin. *loc. cit. num. 6.* & Caſtill. *num. 8.*
64 Et licèt Graſſett. & alii ab ipſo relati te-
neant contrarium, nihilominus, præterquam
quod loquuntur contra expreſſa verba Bul-
læ, rationes, quibus innituntur, nullius eſ-
ſe momenti monſtrat Bordon. *loc. cit. à nu-*
*mer. 276. vſque ad num. 294.* vbi relatis ra-
tionibus pro negatiua, eam, & rationes
pro ea allatas benè confutat, ad quem remit-
to lectorem, quia non eſt opus illas recen-
re, cum rem reddat indubitatam ſola inter-
prætatio, quam eiuſdem Bullæ pluries fe-
cit, & manifeſtauit Sacra Congregatio Im-
munitatis, nam *in Cremonen. 24. febr. 1612.*
*& in Lucen. 27. Iul. 1618.* ſententiam con-
65 tumacialem non ſufficere cenſuit, *& in*
*Theanen. 20. Iunij 1651. & in Lauden. 7. No-*
*uembris 1651.* cenſuit requiri plenam, & con-
cludentem probationem ad effectum priua-
tionis priuilegij Immunitatis,

Quod ſi replicetur, quod Bulla prædicta
66 rem ſatis dubiam reddit cum verbis appoſi-
tis *in* §. *3*, ibi: *Vniuerſis, & ſingulis venerabili-*
*bus fratribus noſtris, Patriarchis, Primatibus,*
*Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Eccleſia-*
*rum, & Monaſteriorum Prælatis tam Sæcularibus,*
*quam cuiuſuis ordinis Regularibus diſtrictè præci-*
*piendo mandamus, & præcipimus, vt laicos in*
*caſibus prædictis delinquentes ad eorum Eccleſias,*
*Monaſteria, domos, & alia loca ſupradicta ſacra,*
*ſeù religioſa reſpectiuè confugientes, & in eis ſe*
*recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta,*
*eorumque aliquod iudicio ſuo commiſiſſe vide-*
*buntur, quando à Curia Sæculari fuerint requiſi-*
*ti, & quilibet eorum fuerit requiſitus Miniſtris;*
*& Officialibus Curiæ Sæcularis abſque irregulari-*
*tatis nota, aut alicuius cenſuræ Eccleſiaſticæ incur-*
*ſu tradi, & conſignari curent, & faciant, & quilibet*
67 *eorum curet, & faciat*, etenim, dicit Graſ-
ſettus *dicto* §. *29. num. 63*, dicta verba *iudicio*
*ſuo videbuntur*, non important concluden-
tem probationem, ſed tantùm coniecturа-
lem, ergò idem importare debent ſubſe-
quentia verba *in* §. *5. eiuſdem Bullæ* appoſita,
*niſi cognito prius, an ipſi vere crimina commiſe-*
*rint*, aliter ſequitur contradictio, quod ſci-
licèt probatio debet eſſe plena ex poſterio-
ribus verbis, & non plena, ſed coniecturа-
lis ex prioribus verbis.

Et quandò Bulla non pateretur hanc du-
68 bietatem *ex verbiſmet in ea appoſitis*, Adhuc
retineret dubietatem, quia adhoc vt ius
commune minus quã fieri poſſit corrigeret,
deberet explicari iuxtà terminos *cap. pro hu-*
*mani*, nempe quod ſufficiant argumenta
probabilia ad inducendum animum Iudicis
ad firmiter credendum, quod confugiens
ad Eccleſiam verè crimen exceptum com-
miſerit.

Reſpondetur, quod hæc, & ſimilia non
69 poſſunt dubietatem aliquam inducere, quia
Conſtitutio prædicta non debet intelligi, &
interprætari, & explicari alitèr quam ipſa
met loquitur, vt in terminis dictæ Conſtit.
Gregorianæ aduertit Caſtill. *deciſ. 156. nu. 32.*
*& ſeqq. lib. 2.* qui, cum prætenderetur, quod
Conſtitutio Gregoriana deberet interpræta-
ri, & extendi prout extenditur Text. *in cap.*
*fin. de Immun. Eccleſ.* contrarium verius eſſe
70 firmauit ſex rationibus. *Primò* quia Bulla
proceſſit per modum legis vniuerſalis, &
Statuti, ideò tollit ius commune, vt di-
cunt Planc. & Rota penès Pur. & Caputa-
quen. *locis relatis* ab ipſo *ibidem num. 32.*

Secun-

*Secundò*, quia dicta Bulla voluit reducere
rem ad vniformem regulam, ideò per ne-
ceſſe corrigit Ius commune, quia regula
prouidet generaliter, non ſpecialiter *l. pri-
ma ff. de reg. Iur. Tertiò*, quia in aliquibus
particulariter correxit expreſſius ius com-
mune, videlicet dum committit cognitio-
nem Epiſcopo, nam de Iure cognitio per-
tinebat ad Epiſcopum cum aliqua diſtin-
ctione ſuper extractione Reorum, & etiam
cognitione cauſæ, vt videre eſt penes Fa-
rinac. *quaſt.* 28. *num.* 76. *Quartò*, quia in
multis locis facit mentionem canonum, &
etiam tollit dubitationes, & interpretatio-
nes, quæ erant Iuris communis, vt ponde-
rat Farin. *in conſ.* 76. *Quintò*, quia quandò
voluit, quod ius commune illibatum per-
maneret hoc expreſſit, vt legi poteſt circa
Clericos, Monachos, & Milites, eorumque
priuilegia, vt conſiderat Farin. *d. conſ.* 76.
*Sextò*, quia ità expreſſim determinatur in
in literis arbitrii conceſſis per Sedem Apo-
ſtolicam Archiepiſcopo Panormitano, qua-
rum particulam refert ipſe, *ibidem, num.*
37. Ex his enim deduco concluſionem
ad caſum de quo agitur, facientem, quia
ſi Conſtitutio corrigit Ius commune, non
poteſt à Iure, & iuxta regulas Iuris com-
munis interpretari, & regulari, non ſolùm,
quia data correctione Ius commune eſt, ac
ſi non eſſet, ſed etiam quia Ius commune,
& Ius municipale, ſeù ſtatutarium, ſeù Ius
nouum Pontificium antequam ſit redactũ
in corpore Iuris communis habent ſe tan-
quam genus, & ſpecies, & ſemper ſpecies
derogat generi, vt inquit Bald. *in leg. data
opera num.* 13. *C. de iis, qui accuſ. non poſſ.* &
Garon. *ad nouas Conſtit. Mediol. tit. de pœnis
prælud.* 6. *Miſcellan.* 11. *num. primo*, qui affert
aliam rationem, nempè quod poſterio-
71 res leges derogant prioribus: addo aliud
fundamentum ad ſubſtinendum quod Bul-
la non poteſt recipere interpretationem
*à cap. pro humani*, quia ſcilicèt ſunt leges ad
diuerſum effectum latæ. Innocentius enim
Quartus fecit diſpoſitionem *d. cap. pro hu-
mani* ad obuiandum iis, qui ſic horrenda
inhumanitate, deteſtandaque ſæuitia mor-
tem ſitiunt aliorum, vt eos faciant per aſ-
ſaſſinos occidi, vt legitur *verſ. cum igitur*:
Gregorius verò XIV. fecit hanc diſpoſitio-
nem ad tollendum abuſum Officialium ſæ-
cularium circa interpretationem indulto-
rum à Sede Apoſtolica diuerſis Principibus
conceſſorum pro extractione ab Eccleſia
Reorum ad illam confugientium, vt legi-
tur *ibidem §. primo*, vndè benè ſuccedit re-
gula tradita à Maſcardo *de interpretatione
Statutorum concl.* 2. *num.* 129. quod lex, ſeu
ſtatutum non recipit interpretationem ab
alia lege, vel ſtatuto, quandò agitur de di-
uerſa materia, nam ſicut ex diuerſis non fit
illatio, ità nec ex illis poteſt aliqua declara-
tio inferri Iaſ. *id leg. ſciendum num.* 4. *verſ. ſe-
cundo limita ff. qui ſatiſd. cogan. cum aliis iuribus
allegatis* à Maſcard. *ibidem*, & eo minus quan-
dò verba excludunt huiuſmodi interpreta-
tionem, prout eſt in caſu dictarum legum,
nam Innocentius *in dicto cap. pro humani*, ex-
preſsè ſtatuit ad probandum aſſaſſinium
ſufficere *probabilia argumenta*: Gregorius ve-
rò XIV. *in dicta Bulla* expreſsè ſtatuit, quod
*verè conſtet* de aſſaſſinio, vt benè conſide-
rant Farinac. *d. conſ.* 76. *num.* 5. Caſtill. *di-
cta decis.* 156. *num.* 6.
72 Rursùs addo aliam rationem ad ſubſtinen-
dum quod Bulla non poteſt recipere inter-
pretationem *a d. cap. pro humani*, nempè
quia *in d. cap. pro humani*, agitur de præiudi-
cio delinquentis dumtaxat, qui omni odio
debet proſequi: at in Bulla Gregoriana
agitur de præiudicio non ſolum delinquen-
tis, ſed & Eccleſiæ, quæ habet Ius tutandi
Reum, vt ex Caſtropalao ait Bordonus *loc.
cit. nu.* 290. & ex Paſqualigo ait Pilaia *lib.* 2.
*deciſ.* 4. *de Eccleſiis, earumque immunit. nu.* 75.
*verſ. aliã rationem*; lex enim, ſeu Conſtitutio
non eſt reſtringẽda, ſeu amplianda, ſeu aliàs
interpretãda, quoties tertiùs damnũ patere-
tur, vt inquit Maſcar. *loc. cit. concl.* 4. *n.* 118. Si-
quidem ea ſemper eſt facienda interpreta-
tio, nè quis indebitè afficiatur, & ſaluo
præiudicio tertii Imol. Riminald. Alex. De-
cian. & alii relati à Maſcard. *ibid. num.* 119.

Nec eſt verum quod prædicta Bulla red-
ditur dubia ex verbis (*iudicio ſuo videbuntur.*)
vltra enim reſponſionem, quam dat P. Bor-
73 donus *loc. citat. num.* 284. dicens non inue-
niri contradictionem in Gregoriana, ſed
maximam conuenientiam inter vtramque
clauſulam importantem eumdem ſenſum,
& eamdem ſpeciem probationis, ſcilicet
plenæ, nam prior aliquantò obſcurior per
poſteriorem claram elucidatur in ſenſu iu-
dicii concludenter probatiui, vt docent Spe-
rell. *deciſ.* 101. *num.* 48. Vermigliol. *conſ.* 99.
*num.* 2. Notum enim eſt, vt ſubdit, verba
ſequentia in legibus declarare præcedentia
*leg. non eſt dubium ff. de legibus*, Et vnam par-
tem legis aliam declarare *leg. vtrum ff. de pe-
titione hæredit.* & hæc, ait, eſt germana ex-
poſitio Bullæ, nam illa priora verba, *iudi-
74 cio ſuo videbuntur*, in hac materia, vbi agi-
tur de damno irreparabili, non poſſunt in-
telligi *pro arbitrio boni viri* iuxta explicatio-
nem huius clauſulæ, quam communiter
tradunt Doctores apud Theodoſ. Rubeum
*clauſ.* 453. & Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 8. *n.* 4.
cum locum habeat ſolum in ciuilibus, &
quidem in illis, vbi non agitur de præiudicio
tertii, vt ex Caualcan. *par.* 1. *dec.* 46. *n.* 420. &
*dec.* 22. *num.* 40. dicit Sanchez *loc. cit. verſic.
ſecundò probatur*: vndè hoc maximè pro-
cedit in criminalibus etiam ciuiliter actis,
vt in caſu noſtro de Immunitate, in qua Iu-
dicium in hac cauſa eſt præiudiciale ei, qui
declaratur non gaudere priuilegio Immu-
nitatis.

Reſpondetur, quod dicta Bulla prouidet
duobus caſibus diſtinctis, & abſolutè inter
75 ſe diuerſis, *Primùs* caſus concernit extra-
ctionem Rei ad effectum aſsecurandi iudi-
cium, qui quandoque ob debilitatem, &
inſufficientiam carcerum Curiæ Epiſcopa-
lis ponitur nomine Epiſcopi in carceribus
Iudicis Sęcularis, & iſte primus caſus con-
tinetur *in §. 3. & iudicio Epiſcopi* remittitur:
*Secundùs* caſus concernit conſignationem,
76 & traditionem Rei Curiæ Sæculari ad ef-
fectum, vt à Iudice Sæculari poſſit condi-
gnis pœnis puniri, & iſte ſecundùs caſus
continetur *in* §. 5. & hoc non remittitur *ar-
bitrio Epiſcopi, ſed verę, & legitimæ cognitioni*,
aſſignatur: & quidem ſatis appoſitè, quia
77 in iſto ſecundo caſu, vt benè aduertit Bor-
don, *loc. cit.* agitur de damno irreparabili,
& de actu irretractabili. Propterea ex his
ſequitur, quod nulla contradictio, nulla
contrarietas, & nulla dubietas ex verbis
Bullæ poteſt reſultare, quia quandò agitur
de extrahendo ſimpliciter Reum ab Eccle-
ſia, cum agatur de actu retractabili præuia
Rei reſtitutione Eccleſiæ, à qua extrahitur,
benè ſufficiunt inditia: at quandò agitur
de declaratione, an Reus gaudeat nec ne
Immunitate, cum ſit actus irretractabilis,
probationes plenæ, & veræ, & concluden-
tes requiruntur, nec ſufficit, quod Rei ſint
tantum inditiati de delictis exceptis, quia
78 debet conſtare, quod vere crimina excepta
commiſerint, dictio enim *verè* tanquam
appoſita in Bulla pro *certa regula* Epiſcopo-
rum in hac materia Immunitatis, prohi-
bendo inſuper delinquentibus appellatio-
nem ab eorum ſententia, denotat proba-
tiones plenas, & concludentes, & hanc
79 fuiſſe mentem Pontificis explicauit pluries
Sac. Congregatio Immunitatis, nam quan-
dò fuit in ea actum de Reo conſignando,
reſpondit, vt dictum eſt ſupra, neceſſarias
fuiſſe plenas, & concludentes probationes;
quandò verò actum fuit in Sac. Congrega-
tione de ſimplici extractione, reſpondit in-
ditia ſatis fuiſſe, & ita cenſuit *in Meluitana*
15. *Iunij* 1638. his formalibus verbis: *Sacra
Congregatio Immunitatis cenſuit: ad effectum
extractionis delinquentium, qui confugiunt ad
Eccleſiam, non requiri probationes plenas, &
concludentes, ſed illas ſufficere pro arbitrio, &
conſcientia Epiſcopi*, vt habetur *ſol. 64. lib.
decretor.* R. P. D. Paulutij qui fuit Secreta-
rius Sac. Congregationis Immunitatis per
multum tempus, & inde meritis, & ma-
gnis laboribus exigentibus fuit ad Cardina-
latus apicem euectus: idem reſoluit S. Con-
gregatio Epiſcoporum, in qua ante ere-
ctionem, & deputationem Congregationis
Immunitatis cauſæ Immunitatis decide-
bantur, *in Neapolitana 23. Aprilis 1602.
Meſſinen. 4. Maij 1604. Neapolitana prima Iu-
lij* 1622. vt habetur *in Regiſtro compilato*, per
R. P. D. Dominum meum Altouitum
*ſol.* 223.

Et hæc diſtinctio caſuum ad mentem Bul-
80 læ Gregorianæ eſt adeò certa apud Sacram
Congregationem, vt in primo caſu nullam
prorſus diligentiam, nullam curam Epiſco-
pis iniungendam, ſed omnia vigilantiæ E-
piſcoporum, & eorum arbitrio, & conſciē-
tiæ relinquat: Secundò verò caſu curam,
diligentiam, ſollicitudinem Epiſcopis man-
81 dat, & iniungit non ſolum quoad quali-
tatem proceſſus, ne ſcilicèt ſtent proceſſui
à Curia Sæculari fabricato, vt aduertit Fa-
rin. *conſ. 76. nu. 1. & ſeq.* & quoad modum
82 probandi, ne ſcilicèt in defectum plenæ
probationis adhibeant torturam ad ha-
bendam veritatem ab ore Rei, vt *in Licien.*
10. *Nouembris* 1655. *& in Papien libro decre-
tor. R. P. D. Fani fol. 22.* vbi fuit repræhenſus
Epiſcopus, ex quo eius Vicarius proceſſit
contra delinquentem ad torturam: ſed e-
tiam ſollicitudinem iniungit, & mandat,
quoad modum cognoſcendi ſuper plenitu-
dine, & qualitate probationum, vt ſcilicèt
83 legitimato proceſſu, antequam declarent,
an Rei gaudeant, vel nè, aſſignent ipſis Reis
defenſiones ad hoc, vt poſſint ſe defen-
dere, & exceptiones dare, vt Sacra Congre-
gatio decreuit *in Feretrana 2. Aprilis* 1669.
*lib. decret.* R. P. D. Altouiti *fol. 332. & in
Hidruntina 7. Iulij 1671. lib. cit. fol.* 571. &
84 quatenùs fuerit ſequuta conſignatio non
dato termino ad defendendum pronunciat
ſententiam eſſe nullam, & Reum eſſe repe-
tendum, vt decreuit Sacra Congregatio *in
Monopolitana 30. Martij* 1677. vt apparet *lib.
cit. fol.* 1369.

Et quidem hæc interpretatio à Sac. Con-
gregatione facta, & inconcuſsè ſeruata de-
bet ſufficere ad remouendam omnem am-
biguitatem, quam Doctores ad fauendum
miniſtris Curiæ Secularis ſcrupuloſè nimis
in verbis Bullæ inſpicere, & elicere nitun-
tur: obſeruantia enim ſubſequùta eſt pro
lege expreſsa habenda, quandò ſententijs,
& re iudicata facta eſt interprætatio, vt ha-
betur *in l. nam Imperator ff. de legib.*

His ſtantibus non poteſt placere diſtin-
85 ctio facta à Carrerio, quem ſequuntur alij
*ſupra* relati, quod ſcilicèt ſufficiant inditia
ad probandum aſſaſſinium, quandò agitur
in Curia Eccleſiaſtica, non verò quandò a-
gitur in Curia Seculari, quia vel cauſa co-
gnoſcitur in Curia Eccleſiaſtica ad effectū
puniendi, & non video quare non debeant
exigi inditia, quæ exigerentur in Curia Sæ-
culari, dum Pontifex *in d. cap. pro humani*
non diſtinguit inter cognitionem cauſæ fa-
ciendam in vna, vel in alia Curia, & licèt
pœna, quæ imponitur in Curia ſæculari ſit
ſanguinis, & ea, quæ imponitur in Curia
Eccleſiaſtica non poſſit eſſe ſanguinis, nihi-
lominùs non inuenitur cautum, quod ex
hoc minores probationes exigi debent.

Vel Cauſa cognoſcitur in Curia Eccleſia-
ſtica ad effectum remittendi, ſeu conſignan-
di Reum

di Reum Curiæ Sæculari, & ex iam dictis
probationes in hoc caſu debent eſſe omni-
nò plenæ.

Et nec placere poteſt diſtinctio, quam af-
86 fert nouiſſimè, & poſt hęc ſcripta D. Domi-
nicus Criſpus *theor. & pract. crim. lib. 1. tract. 6.*
*de Imm. Eccl. cap. 8. n. 34.* nempè, quod vbi
qualitas vnitur delicto, prout in graſſatione,
trucidatione, ſeù mutilatione facta in Eccle-
ſia, &c. ita vt idē teſtis, qui ſuper delicto de-
ponit, nō poteſt non deponere etiam ſuper
qualitate, & tunc ad excludendū Reū ab im-
munitate Eccleſiaſtica requiritur, quod cō-
ſtet, quod verè Reus crimen cōmiſerit: vbi
verò qualitas eſt ſeparata à delicto, vt in aſ-
ſaſſinio, & in proditione, in quibus delictis
poteſt contingere, quod teſtes percutere
tantum viderint, & qualitates, quæ conſti-
tuunt aſſaſſinium, ſeù proditionem igno-
rent, & tunc ad priuandum Reum immuni-
tate Eccleſiaſtica ſufficit, quod de tali quali-
tate conſtet per *inditia* ſufficiētia ad torturā,
nam talis qualitas eſt difficillimæ probatio-
nis, & rarò euenit poſſe eas plenè probari.

Satisfacit enim huic diſtinctioni P. Bor-
don. *loc. cit. num. 281. & ſeq.* dicendo plenā
probationem in proditorio non eſſe impoſ-
ſibilem, ſed valdè facilem: manifeſtè enim,
& facili negotio probatur præcedens ami-
citia ſimulata, quæ ſola ſpecificat qualita-
tem proditionis, vt ipſe probat *in d. tract. de*
*homicid. proditor. quæſt. 3. num. 16.* ſi probatur
inimicitia excluditur proditorium ex dictis
per ipſum *ibidem quæſt. 4. num. 24.* cum ergò
amicitia, & inimicitia facilè probentur, tol-
litur manifeſtè impoſſibilitas, quæ ſupponi-
tur in hac re.

In aſſaſſinio autem eſto ſit valdè difficilis
illius probatio, cum ſit probandum homici-
dium procedere ex conuento pretio ad oc-
cidendum, tamen id non eſt impoſſibile,
cum conuentio, & pactum huius generis
contingat vel ſcriptura, vel coram amicis
teſtibus fieri.

Satisfacit etiam alio modo idem Bordon,
*ibidem num. 283.* dicendo tunc ſufficere le-
uiores probationes, quando agitur contra
Reum, qui nullum ius, nec poſſeſſionem
habet circa negotium, de quo agitur: in
caſu autem noſtro Reus ſemper eſt in certa,
& indubitata poſſeſſione immunitatis, qua
ſpoliari non poteſt, niſi concludenter pro-
betur qualitas, per quam ſpoliandus eſt per
iura, quæ ipſe allegat *eod. num. 283.* proba-
tio autem per coniecturas nō dicitur mani-
feſta, ſed talis eſt ea, quæ fit per teſtes, qui fa-
ctum viderunt; ergo probatio per coniectu-
ras non ſufficit: & ratio ſuadet: manifeſta
enim, & indubitata eſt poſſeſſio immunita-
tis Eccleſiæ Reorum, dum actu manent in
loco Sacro, ſeu Religioſo, donec declare-
tur non gaudere, ergo probatione manife-
ſta, & conclucludente conſtare debet de
qualitate excludente homicidam ab Immu-
nitate.

Satisfit etiam ſecundùm me præfatæ di-
ſtinctioni, ſi dicatur, quòd illa violat lite-
ram, & contextum Conſtitutionis, quæ in-
diſtinctè requirit plenam probationem ſu-
per quolibet delicto in ea recenſito, vt ap-
paret ex verbis: *niſi cognito prius per Epiſco-*
*pum, ſeù ab eo deputatum, an ipſi verè crimina*
*ſuperiùs expreſſa commiſerint*: Sciebat quidem
Pontifex, quod aſſaſſinium, & proditorium
ſunt difficilis probationis, & tamen non
fecit differentiam circa modum probandi
graſſationem, trucidationem in Eccleſia, &
huiuſmodi, neque ergo nos poſſumus di-
ſtinguere, vt ait Bartol. *in quæſt. 9. incip. Iu-*
*dex num. 11.* vbi ad hoc allegat Text. *in l. 3.*
*ff. de Off. Prætor. & l. pretio ff. de publican.* &
*l. proſpexit ff. qui, & à quibus* & nec poſſu-
mus verbis expreſſis, & claris interprætatio-
nem vllam accommodare.

Aduertendum iterum, vt ad materiam,
vnde digreſſus ſum, redeam, quod non om-
nis conuentio, nec quælibet merces conſti-
tuit hanc qualitatem aggrauantem, quæ fa-
cit tranſire mandatum ſimplex in aſſaſſi-
87 nium: nam aſſaſſinus non dicitur is, qui
pro committendo homicidium modicam
pecuniam habuit Boſſ. *tit. de mand. num. 35.*
Graſſ. *Cleric. effect. 1. num. 707.* Campagna
*in cap. Regni* 60. Maſull. ad Capic. *deciſ. 155.*
*num. 4.* Campana *ſelect. reſol. 16. num. 24.* Fa-
rinac. *quæſt. 123. num. 47.* Scialoya *de torquen.*
*Reis cap. 12. num. 22.* Danza *de pugna Doctor.*
*tom. 2. tit. de aſſaſſ. cap. 3. num. 24.* nec is, qui
88 accipit vnum par caligarum Carrer. *pract.*
*crim. §. homicidij n. 13.* & Vulpell. *reſponſ. crim.*
*143. n. 9.* vel accipit pecuniā pro impenſis fa-
89 ciendis in hoſpitio, dum iret ad facinus per-
petrandum Boſſ. *tit. de homicid. de mand. num.*
*34. &* Vulpell. *loc. cit. n. 8.* & pluribus relatis
D. Cęſar Panimol. *dec. 22. annot. 6. n. 22. & 23.*

Aduertendum tertiò, quòd licèt aliqui
Doctores dicant, quod non ſolùm pecunia
90 debet eſſe promiſſa à mandante, & acce-
ptata à Mandatario, cum non ſufficiat ſo-
la promiſſio, ſeù oblatio, niſi ſequatur ac-
ceptatio ad effectum, vt quis dicatur aſſaſ-
ſinus, Bald. *conſ. 383. vol. 5.* Merend. *conſ.*
*crim. diuerſ. 88. num. 15. & 17. tom. 2.* Brunor,
à Sole *quæſt. 34. num. 13.* Gabriel. *tit. de ma-*
*leſ. concl. 1. n. 39.* Niger *c. regni frequens n. 72.*
Merlin. *contr. 54. n. 23.* Nouar. *ſingul. nou. Iu-*
*ris Pontif. concl. 43. de aſſaſſ. n. 9.* Farin. *q. 123.*
*num. 147.* Sed inſuper requirunt, quod ac-
91 ceptatio ſit expreſſa, & dicunt, quod non
ſufficit tacita, etiam quod poſteà fuiſſet ſe-
92 quutum homicidiū Gratian. *diſcept. forenſ.*
*619. nu. 8.* Nouar. *loc. cit. nu. 19.* Merlin. *dicta*
93 *controu. 54. num. 24.* nihilominus contra-
rium firmant Decian. *tract. crim. lib. 9. c. 30.*
*num. 17.* Baiard. ad Clar. *§. aſſaſsinium num. 6.*
Cortiada *deciſ. 95. num. 23.* nam ab effectu
ſequuto cognoſcitur intentio contrahen-
tium, & hanc opinionem citatis Baiard.
Bald. Garon. & Giurb. ſequitur Faiard. *Fi-*
*ſcal.*

*ſcal. alleg.* 5. *num.* 23. & hoc idem probat Farinac. *d. quaſt.* 123. *num.* 129.

94 Aduertendum quartò, quod debet eſſe promiſſum quid certum, aliàs non dicitur aſſaſſinium Nouar. *ſing. non. Iur. Pontif. concluſ.* 43. *tit. de aſſaſſ. num.* 18. & quod non ſufficiat quid promiſſum in genere Bald. *conſ.* 98. *vol.* 1. quod eſt replicatum *in conſ.* 383. *lib. quinto*, Pariſ. *conſ.* 166. *lib.* 4. Berò *conſ.* 175. *num.* 31. *& ſeqq. lib.* 3. vbi dicit mercedem debere eſſe certam per ſe, vel habita relatione ad aliud, vt puta ad arbitrium alterius, vel ad declarationem ex poſt facto faciendam Capic. *deciſ.* 155. *num.* 17. Niger. *cap. Regni frequens num.* 73. Gram. *vot.* 11. *num.* 11. Eugen. *conſ.* 76. *num.* 138.

95 vbi quod non ſufficit ſi dicatur, quod ei

96 ſemper præſto erit, vel quod in ſuis neceſſitatibus ſemper eum iuuabit, & huiuſmodi Conciol. *crim. reſol.* 1. *num.* 3. *verbo aſſaſſinium* & relati à Carolo Anton. de Luca ad Vinc de Franch. *deciſ.* 176. *num.* 2. Vermigl. *conſ. crim.* 14. *num.* 8. *& conſ.* 105. *numer.* 12. Sperell. *deciſ.* 102. *num.* 22. *par.* 2. Ant. de Ball. *variar. lib.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 8. *&* 9. quod procedere, etiamſi ſtante hac promiſſione mandatarius exequatur, volunt Giurb. *conſil. crim.* 70. *num.* 37. & Gratian. *cap.* 619. *nu.*

97 *decimo*. Idem venit dicendum, quando mandans dicit ſe miſſurum equum, & non promittit dare equum Bald. *conſ.* 383. *num.* 3. *vol.* 5. quamuis mandatarius exiſtimet quod ſibi daretur, Bald. *d. conſ.* 383. *lib.* 5. Alciat. *conſ.* 11. *num.* 14. *lib.* 1. & Carrer. *pract. crim.* §. *circa igitur tertium de homicid. num.* 5. Idem

98 eſt, quando quis non promittit aliquid dare, ſed quod alius ſolueret Farinac. *conſ.* 10. *num.* 28. Boſſ. *tit. de mand. ad homicid. num.* 35. quando enim facta eſt promiſſio dependens à voluntate alterius, dicitur inaniter facta.

99 Farin. *d. conſ.* 10. *num.* 28. Idem eſt ſi quis mandet cũ promiſſione, *che non gli mancarebbe mai a' ſuoi biſogni* Vulpel. *reſp.* 143. *n.* 1. *& ſeqq.* Baiard. ad Clar. §. *aſſaſſinium n.* 7. *&* 8.

Verùm quoad iſtam quartam aduertentiam, & etiam quoad aduertẽtiam ſecũdam res non tranſit abſque difficultate, quia

100 quod paucitas pecuniæ, vel rei non minuat delictum, & nec tollat aſſaſſinium probant Caſtropal. del Bene, & Thor. *locis relatis* per Cortiadã, qui eos refert, & ſequitur *deciſ.* 95. *num.* 15. & Carpzou. *pract. criminal. par.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 42. inquit, quod in aſſaſſinio debet haberi reſpectus ſolùm ad ipſum homicidiũ lucri gratia commiſſum, non etiam ad quantitatem lucri, vel præmij, æquè enim, vt ſubdit ille, pecuniæ, vel lucri gratia occidit, qui ob groſſum, quem ſperat, aliquem necat, ac ſi mille floreni ipſi ſoluti fuiſſent, & citat Baldum Panormit. & Donlhauder. & quod incerta,

101 & generalis promiſſio non debeat attendi ad proſternendum aſſaſſinium, dummodò talis promiſſio ſit pretio æſtimabilis, ex Villagut. Oldephop. Decian. Maſcard. Farinac. de Marin. Nouar. Thor. Maſtrill. Ricc. Baiard. & Thom. del Bene firmat Cortiada *dicta deciſ.* 95. *numer.* 17. *&* 18. qui *d. num.* 17 ait ex Caſtropal. del Bene, & Giurb. quod aſſaſſinus dicitur is, qui aliquẽ

102 occidit ex promiſſione facta per mandantem de dando aliquam *in vxorem*, vel pro-

103 curando ei aliquod *officium*, & ſimile, quia licèt executio talis promiſſionis non ſit in poteſtate promittentis, & reputetur, ac ſi nihil promiſſum fuiſſet, eſt tamen re vera adhuc quid pretio æſtimabile, & ſic æquipollens pecuniæ, cum promittens ex tali promiſſione reſtet verè obligatus, quantum in ſe eſt, vt *Vxor promiſſa* velit ipſum in maritum accipere, vel vt ei detur *officium*, & hoc idem videntur velle etiam Vincen. de Franch. *deciſ.* 176. de Luca *addit.* ad eum. *ibid. num.* 4. & Io: Maria Nouar. *pragm.* 1. *de aſſaſſ. col.* 2. *num.* 6. *&* 7. in quo loco ait, aſ-

104 ſaſſinium committi per verba: *ammazzate il tale, che la Caſa mia vi ſarà ſempre aperta*, vel, *che vi leuarò dalla forca*, vel *che ne farete gratia al Signor tale.* & ſequitur Faiardo *alleg. Fiſcal. quinta numero* 25. vbi adducit ad ſupradicta comprobandum auctoritatem Nouar. *quæſt. forenſ. p. p. quæſt.* 45. Bellon. *conſil.* 28. *num.* 12. Maſtrill. *de indultu cap.* 11. Farin. *quæſt.* 123. *num.* 145. qui tamen *recedit* in appendice *de Immun. cap.* 8. *num.* 131. & Danza *de pugna Doctorum tom.* 2. *tit. de aſſaſſ. cap.* 1. *num.* 18. & de Luca ad Vinc. de Franch. *deciſ.* 176. *num.* 3. *&* 4. quibus addendi ſunt alij relati à Conciol. *crim. reſol. par.* 1. *num.* 4. *verbo aſſaſſinium*, & Panimoll. *dicta annot.* 6. *numer.* 6. Imo Aretin. *conſ.* 63. *numer.* 16. *in fine*, dicit Archiepiſcopum Florentinum commiſiſſe aſſaſſinium, eo quod mandauerat occidi Laurentium de Medicis cum promiſſione cõcedendi homicidæ direptio-

105 nem, & deprædationem domus dicti Laurentij: & quod plus eſt, Scabini apud Carpzou. *loc. cit. num.* 51. dictarunt pœnam aſſaſſinii duobus aſſaſſinatoribus, qui conduxerant militem ad occidendũ quemdã conceſſa ipſi poteſtate, occiſũ poſtmodũ ſpoliãdi, & res penès ipſum repertas auferendi.

106 Et certè debet in hac materia conſiderari malitia, & auiditas, ob quam quis mouetur ad perpetrandum homicidium, plus enim, & minus, vt ait philoſophus, non mutat ſpeciem; imò cum paucitas pretii

107 arguat maiorem malitiam, maiorem impietatem, & maiorem crudelitatem, & inhumanitatem ex hoc ſolùm debent maiori, ac crudeliori ſupplicio affici, vt benè in terminis noſtris perpendunt del Bene *de Immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 26. *dub.* 21. *ſect.* 2. *num.* 10. *&* 11. & eo relato Faiardo *fiſcal. alleg.* 5. *num.* 25. & de Luca ad Vinc. de Franch. *deciſ.* 176. *num.* 4. & Carpzou. *d. quæſt.* 19. *num.* 42. & miror quod Doctores ad excu-

108 ſandum hos crudeles humanæ naturæ inimicos,

micos, qui vt ait Faiard. *loc. cit.* non offenſi, & nec prouocati innocentes exterminant,& trucidant, adduxerint argumentum à generalitate promiſſionis, & à paruitate pretii, quando ad conſtituendam eſſentiam aſſaſinij debet ſufficere ſola pretij,aut alterius rei pretio æſtimabilis promiſſio, ac acceptatio, vt omnes fatentur, & ſignanter adducti per Cortiad. *deciſ.* 95. *num.* 13. *& ſeqq.* & nihil refert, quod poſtmodum nec ſit pecunia ſoluta, vel res data Farin. *conſ.* 4. *numer.* 6. Graſſ. *Cleric. effect.* 1. *num.* 700. Marta *de Iuriſd. par.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 129. *num.* 5. Giurb. *conſ. crim.* 97. *num.* 4. *in fine*, & his relatis Faiard. *fiſcal. alleg.* 5. *num.* 23. *in fine*, nam ſunt verba
109 formalia Faiard. *num.* 25. *Textus in cap. pro humani de homicid. in* 6. *decidens, mandantem homicidium fieri per aſſaſsinium grauibus pœnis puniendum, non denotat ſpecificam debere eſſe pecuniæ ſolutionem,vel rei promiſsionem in quantitate, vel re certa, & ſolùm Pontifex paſtorali cura prouidere curauit, ne per aſſaſsinos talia crimina perpetrarentur, & ideò aſſaſsini propriè ſunt, qui præſtando, vel offerendo præmium concitant, vt alij criminoſi ob lucrum, & intereſſe perpetrarent homicidium, & tales, qui exequutioni mandant, quodcumque fuerit propoſitum præmium, aut intereſſe, ſatis erit, vt qui eius intuitu mandauerint, vel exequuti fuerint interemptionem, aſſaſsini propriè dicantur, cum mandans mandatariorum animos conciliet contra innocentem, vel certam ſoluendo pecuniam, vel rem promittendo, vel in ſpe alienius intereſſe reducendo.* hactenus Faiard.

Aduertendum quintò, quòd, dum in crimine aſſaſſinij debet interuenire vtriuſque conſenſus, & aſſenſus, nemj è mandantis, & mandatarij, vt dixi *ſupra*, & probant Gabriel *lib.* 7. *concl.* 1. *num.* 39. Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 30. *num.* 16. *&* 17. Bertazol. *conſ. crim.* 459. Farin. *conſ.* 10. *numer.* 4. Marta *de iuriſdict. caſ.* 129. *num.* 22. Ant. de Ball. *variar. lib. tit. de literis diſpenſat. caſ.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 10. Laur. de Franch. *contron. inter Epiſc. & Regnl. tit. de crimine aſſaſsinij num.* 161. requiritur enim, quod interueniat contractus mutuæ voluntatis, vt ſi contractus fuiſſet licitus, potuiſſet cogi ad ſoluendum Farin. *d. num.* 4. Laur. de Franch. *dicto num.* 61. vbi Paſqualigo *in addit. num.* 162. & alij paſſim;requiritur tractatus,vt ex Grãmat. *vot.* 11. *n.* 19. Riminal. Iun. *conſ.* 685. *n.* 12. *vol* 6. Hond. *conſ.* 93. *nu.* 66. *vol.* 2. ſubdit Laur. de Franch. *ibid.* vbi Paſqualig. *in add. d. num.* 162. ait,quod nec ſufficit tractatus niſi probetur concluſio eiuſdem tractatus.

110 Ideò ex his non poteſt eſſe vera opinio eorum, qui aiunt aſſaſſinium committi, quando quis ad hoc, vt alteri complaceret, aliquem occidit, inter quos adnumerantur Ioan. Andr. *in cap. penultimo de Cleric. non reſident.* Gram. *vot.* 9. *numer.* 3. Graſſ. *Cleric. effect.* 1. *num.* 701. & innumeri relati à Farinac. *quæſt.* 123. *num.* 38. & à Giurb. *conſ.* 70. *num* 27. Contrarium enim
111 euincitur ex dicta ratione, & ex autoritate Alciat. *conſ.* 11. *num.* 18. *lib.* 1. Gabriel *lib.* 7. *concl.* 1. *num.* 5. *ampl.* 2. Garon. *ad nouas Conſtit. Mediol. lib.* 4. *tit.* 6. *de pœnis artic* 2. *nu.* 15. Del Bene *de Immunit. Eccleſ. tom.* 0. *cap.* 16. *dub.* 21. *ſect.* 1. *num.* 15. Faiard. *Fiſcal. alleg.* 5. *num.* 24. & relat. à Farin. *d. quæſt.* 123. *nu.* 40. & à Giurb. *d. conſ.* 70. *num.* 59. & pro multis Cortiada *deciſ.* 95. *num.* 19.

Et licèt aliqui conentur concordare di-
112 cendo, quod hæc ſecunda opinio procedit, quando occidens ad complacendum,& rem gratam faciendam non præfixit ſibi ſpem remunerationis, & præmij, & prima procedit, quando fuit commiſſum delictum ſub ſpe conſequendi præmium ex tali complacentia, vt quia complaceat ei,qui veriſimiliter eſſet remuneraturus, quam diſtinctionem fecerunt Carrer. *pract. crimin.* §. *circa tertium de homicid. commiſſ. verb. vel ling. num.* 5. Monticell. *pract. crim. reg.* 8. *n.* 7. & relati per Farin. *d. quæſt.* 123. *num.* 39.

Nihilominus eorum concordantia nul-
113 latenus poteſt ſubſtineri,quoniã nõ interueniente pecunia, aut alia re, ſeu certa promiſſione ex conſenſu vtriuſque non committitur aſſaſſiniũ, etiamſi animo alteri cõplacendi fuerit commiſſum delictum, vt vltra allegatos Doctores declarat Alciat. *dicto conſ.* 11. *n.* 18. Ant. de Bal. *var. lib.* 3. *de literis diſpenſat. cap.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 10. qui ex Diuo Thoma, Gaetano, & Soto addit aliam
114 rationem, nempè quod huiuſmodi gratia non eſt ſui natura æſtimabilis pecunia, etiamſi expectetur aliquod beneficium.

Et nec ſubſiſtit alia diſtinctio inter perſo-
115 nam liberam, & perſonam ſubiectam alicui Domino, quam facit Gabriel *conſ.* 170. *n.* 15. *& ſeq. lib.* 1. & ſequuntur Rimin. Iun. *conſ.* 685. *n.* 22. *lib.* 6. Hond. *conſ.* 93. *num.* 68. *vol.* 2. Giurb. *conſ.* 70. *num.* 39. *in fine*, & Faiard. *Fiſcal. alleg.* 5. *num.* 24. *in fine* Bertachin. *repert. verbo aſſaſsinus in principio*, qui dicunt committi aſſaſſinium, quando occidens ad complacendum eſſet ſubditus, vel alio modo ſubiectus Dominio eius, in cuius gratiam delictum patratur, ſecus autem ſi eſſet perſona libera, & nullo modo illi ſubiecta. Quia etiam iſto caſu deficit conditio, quòd vita hominis pacto ex conſenſu & tractatu inhito ſubijciatur pretio, prout de neceſſe fieri oportet ad conſtituendum aſſaſinium, vt dicunt ſupracitati Doctores,& comprobant Paſqualigo *loc. cit. num.* 160. & in terminis dictam diſtinctionem reijcit Cãpagna *in Regni Neapolitani c. frequens n.* 70. & expèdit ad hoc Bald. *in conſ.* 156. *incip. quãquam vol.* 2. & Albert. Brun. *tract. de conſtit. decr. ſtat. verbo aſſaſsinus vol.* 3. & hanc opinionem eſſe communem affirmat *ibidem*.

Dicet aliquis,quod diſtinctio poteſt ſaltem ſubſtineri in terminis caſus poſiti à Monterent. qui ait eſſe aſſaſſiniũ, quando quis aliud agens,

agens, ſe declaret coram aliqua perſona, quod ſibi res grata fieret, ſi occideretur eius
116 inimicus: nam tunc ſi audiens dicta verba propter ſpem ferè infallibilem, quam habet, & habere veriſimilitèr poterat remunerationis occidit, dicitur commiſiſſe aſſaſſinium mentale, vt ſaluando Ioan. Andr. & Gram. ab impugnatione dicit præfatus Monterent. *ad Stat. crim. Bonon. lib. 5. tit. de pœna aſſaſ. verbo præmio*; maximè ſi ille, qui taliter loquutus fuit, haberet dominium ſuper ipſo, qui ad complacendum, & morem gerendum occidit, vt ex Io: Andr. deducit Gabriel. *d. conſ.* 170. *nu.* 16. videtur enim iſto caſu remuneratio, & ſpes remunerationis eſſe quodammodo certa. Con-
117 trarium tamen etiam in his terminis firmat Bero. *conſ.* 175. *num.* 34. *vol.* 3. & argumentum Monterent. diluitur à Gabriel. *dicto conſ.* 170. *num.* 17.

118 Poterit etiam dicere, quod ille, qui ex illa certa ſpe habendi præmium, remunerationem, vel beneficium occidit, incurrat ſolus in crimen aſſaſſinij, quia finis huiuſmodi homicidij eſt lucrum turpe, & non eſt inconueniens, quod occidens ſit aſſaſſinus ipſe ſolum, vt aduertit Monterent. *loc. cit. verbo tamquam aſſaſſinus circa finem*, vbi ait, quòd ſi quis animo conſequendi hæreditatem mandet amico, vt quemdam occidat, mandans ille eſt aſſaſſinus, dato quod mandatarius non ſit aſſaſſinus, ſed ſimplex homicida, & ſubdit, quod vidit ſimile deli-
119 ctum fieri à Nepote in Patruum. At contrarium de directo tenent Grat. *conſ.* 52. *num.* 47. *& ſeq. lib.* 2. Gabriel. *lib.* 7. *concl.* 1. *num.* 40. Eugen. *conſ.* 76. *num.* 134. *& ſeq. lib. primo* qui in ſpecie dicunt non committi aſſaſſinium ab eo, qui ob ſpem ſucceſſionis alium occidit, & hanc opinionem tenent etiam Farin. *quæſt.* 123. *num.* 160. *& de Imm. cap.* 8. *num.* 129. & Carol. Anton. de Luca *in addit.* ad Vinc. de Franch. *deciſ.* 176. *num.* 6. *in fine*; ſola enim voluntas vnius non ſufficit ad inducendum aſſaſſinum, vt dicit Gabriel. *d. conſ.* 170. *num.* 16. & alij *ſupra citati*.

Sed an ſi poſtmodum is, in cuius gratiam fuit commiſſum homicidium, ratificet, &
120 remuneret, poſſit dici aſſaſſinus, & teneatur de aſſaſſinio? puto, quod non, per ea, quæ potuit Aug. Bero. *conſ.* 175. *numer.* 46. *&* 53. *lib.* 3. ſiquidem non cooperatus fuit, & nihil penitus tribuit cum pecunia, vel alia re ad accalorandum, & incitandum occiſorem, prout videntur requirere Doctores de hac materia loquentes, & præſertim Bero. *loc. cit. num.* 53.

Et datio, ſeu promiſſio pecuniæ, aut alterius certæ rei, vel ſpes ferè certa, & infallibilis alicuius remunerationis pretio æſtimabilis, & quæ occiſori vtilitatem afferre poſſit, eſt adeò neceſſaria à principio, & antè factum, vt etiam ſi extet Statutum, ſeù Bannimentum, quale extat in Vrbe, quod ſit aſſaſſinus is, qui ad complacendum, ſeù ad rem gratam faciendam occidit, adhuc
121 dictum Statutum, ſeu Bannimentum recipit interpretationem à Iure Communi, vt ſcilicet procedat, quoties interuenit datio, ſeu promiſſio, ſeù ſpes præmij, & lucri, vt benè aduertit Farinac. *quæſt.* 123. *num.* 39.

122 Quintum requiſitum eſt vt ſequatur effectus, nàm licet de rigore Iuris aſſaſſinij nomen, & pœna intret, quotiès quis mediante pecunia alterum inſultat, & vulnerat, vt propter atrocitatem, & enormitatem criminis diſponit expreſsè Textus *in cap. pro humani de homicid. in* 6. per quem ita reſponderunt Gram. *vot.* 9. Plach. *epithom. delictor. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 9. Maſcard. *de probat. concl.* 138. *num.* 2. Gabriel. *lib.* 7. *concl.* 1. *num.* 7. *&* 8. Clar. §. *aſſaſſinium num.* 7. vbi Baiard. *num.* 23. *&* 24. Caball. *de omn. gener. homicid. num.* 501. Guazz. *Reor. defenſ.* 1. *c.* 38. *num.* 42. Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 30. *numer.* 38. Giurb. *conſ. crim.* 46. *num.* 36. Farin. *quæſt.* 28. *num.* 25. *& quæſt.* 123. *num.* 101. Anton. de Ball. *variar. lib.* 3. *de literis diſpenſat. caſ.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 4. & pluribus alijs citatis Cortiada *deciſ.* 95. *num.* 10, & poteſt eſſe ratio, quia hoc delictum ſtatim ex ipſa conductione, & pactione nomen ſortiri videtur, vt ex Iodoch. & Gædd. conſiderat Petrus Theodoric. *iudic. crim. tom.* 2. *cap.* 7. *de homicid. aphoriſm.* 4. *num.* 4. nihilominùs quia rigor *d. cap. pro humani* habet locum in aſſaſſinio verò, quandò ſcilicet infidelis ad fidelem occidendum conductus eſt, ſicut & illa qualitas expreſsè *in d. cap. pro humani* requiritur, non debet habere locum in aſſaſſinio ficto, ac improprio, ſcilicet ex interpretatione ita dicto, quādò nimirum Chriſtianus ad occidendum Chriſtianum conducitur, tunc enim conductio nuda, ac turpis conuentio aſſaſſinium ſtatim non facit, niſi illa ad effectum deducatur, vt formalibus verbis ex Angelo, Carrer. Decian. Ignat. Lopez. dicit Theodoric. *loc. cit. num.* 4. *&* 5. & comprobat Carpzou. *dicta quæſt.* 19. *nu.* 56. & vlterius de generali conſuetudine etiam aſſaſſinus eximitur à pœna ordinaria, ſi ex vulnere non ſequatur mors, vt ex Probo, Corn. Marſil. Gram. Cirill. Gomez. Fabr. Clar. Maſcard. Brun. à Sole, & alijs firmat Farinac. *quæſt.* 123. *num.* 115. *&* 116. & ex Gutierez Theſau. Ceuall. Maſtrill. Curell. Farin. Caball. Thor. Diana, Thoma del Bene, & Megalio firmat Cortiada *d. deciſ.* 95. *num.* 12. & ex Sperell. Vermigl. Giurba,
123 Giouagnon. & alijs firmat Illuſtriſſimus D. meus Euſebius de Euſebijs, qui dum hęc ſcribo cum magno omnium mærore, & maxima mea afflictione è viuis ſublatus eſt, & quidem cum tanta charitate, ac tanto zelo munere Aduocati Pauperum functus eſt in Vrbe, vt Pater Pauperum vocari, & appellari meruerit: vndè benè poſſumus cum Virgilio dicere eum fuiſſe inſignē

pietate

pietate Virum. Pręfatus igitur Illuſtriſsimus
D. meus Euſebius id firmat penès P. Paſse-
rinum *in comment. ad cap. pro humani de homi-
cid. in 6. poſt num.* 20. *verſ. & propterà*, & ra-
tio huius modificationis eſt, quia, licèt di-
ſpoſitio *cap. pro humani* conſuetudine exten-
ſa ſit ad aſſaſſinos etiam Chriſtianos, non
tamen, vt dixi, debet dici extenſa cùm tanto
rigore, cum quanto lata fuit intuitu illo-
rum infidelium, de quibus præcisè loquitur,
vt aduertunt Farinac, *d. quaſt.* 123. *num.* 115.
Sperell. *decif.* 102. *num.* 29. & P. Bordonus
*de homicid. prodit. num.* 289. Dummodo ta-
124 men non ſimus in ijs, qui ſunt ſoliti in
eodem genere criminis delinquere, hoc eſt
aſſaſſinare, quia tunc etiam morte non ſe-
quuta debent mori, vt ex Gram. Gabriel.
Decian. & Brunor. à Sole, aduertit Farin.
*d. quaſt*, 123. *num.* 96. idem volunt Monte-
rent. *ad Stat. crim. Bonon. lib.* 5. *tit. de pœna
aſſaſsinij verb. ipſum aſſaſſinium*, & Godofred.
Abauo *de reatib. quaſt.* 16. *num.* 38. *verſ. limi-
ta tamen*, & Dominus meus Euſebius *loc cit.
verſ. denique*, & ex Cutell. Thom. del Bene,
& Thoro vult Cortiada *decif.* 101. *num.* 13.
qui *num.* 14. hoc ampliat procedere, quan-
125 do apparet in aſſaſſino de enixa voluntate
occidere volente, nempè quando offen-
dens monſtrat enixam voluntatem occidē-
di, & allegat Theſaur. *in add.* ad Patrem
*decif.* 243. *verſ. quod tamen & in quaſt. lib.* 2.
*quaſt.* 25. *in fine*.

126 Debet tamen iſtis duobus caſibus deue-
niti ad actum proximum, hoc eſt ad inſul-
tum, & offenſionem aliàs ſecùs, vt pluri-
ribus oſtendit Farin. qui docet etiam quan-
do dicatur fuiſſe deuentum ad actum proxi-
mũ, & quando ad actum remotum *d. quaſt.*
123. *num.* 104. & 106. & multis citatis Cor-
tiada *decif.* 101. *num.* 6. & hoc idem dicit
Don. Anton. de Matinis *Iuris reſol. lib.* 1. *cap.*
51. *n.* 3. & 4. qui *ex d. cap. pro humani de homic.
in* 6. ex verbis illis *per prædictos aſſaſſinos inter-
fici fecerint, vel etiam mandauerint, quamquam
mors ex hoc forſan non ſequatur*, elicit, quod
delictum debet eſſe conſumatum, licèt
mors ſequuta non ſit, & ſic exigit, quod ſal-
tem grauia vulnera debeant interuenire, ad
quod vide etiam Carpzou. *d. quaſt.* 19. *n.* 58.
*& ſeqq. vſque in fin.*

Quid ſi mandantem pœnituit? dic quod
Capic. *decif.* 155. *num.* 19. & 20. dicit pœni-
tentiam (quicquid ſit quoad ſpiritualem) in
temporalibus, & quoad pœnam tempora-
lem non prodeſſe in crimine læſæ Maieſta-
tis: in conſciſcente ſibi mortem: in extra-
hente de Eccleſia fugientem ad illam: & in
127 crimine aſſaſſinij: Verius tamen eſt, quod
re adhuc integra punitur tàm mandans,
quam mandatarius pœna extraordinaria
ob turpe pactum, Tapia *de Iure Regni lib.* 5.
*tit. de homicid. pragm.* 1. *de aſſaſſinio num.* 2. Fa-
rin. *quaſt.* 123. *num.* 81. 119. & 104. alios al-
legans Cortiada *decif.* 101. *num.* 16. & 17.
non tamen æquali pœna, quia duriùs debet
puniri is, qui nullum actum virtutis oſten-
dit, prout fecit is, quem facti pœnituit, vt
benè explicat Tapia *loc. cit. num.* 2. ad intel-
ligentiam doctrinæ, Io: Ant. de Nigris *in
cap. Regni frequens*, idem vult Cantera *qq:
crim. tit. de homicid. cap. cap.* 7. *num.* 50. *verſ.
ſed delictum eſt*. Sed re non integra, vel quia
non reuocauit Mandatum, vel quia eo re-
uocato mandatarius voluit exequi, & iſto
caſu dic, prout dicunt Decian. *tract. crim.
lib.* 9. *cap.* 30. *num.* 37. & Farinac. *quaſt.* 123.
*num.* 82. *& ſeqq.* & Cortiada *d. decif.* 101. *nu-
mer.* 16 & 17.

128 Sextum requiſitum eſt, vt is, qui debet
occidi non habeat occaſionem ſibi præca-
uendi ab eo, qui habet mandatum occiden-
di, ita firmant Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 20.
*num.* 9. Cantera *quaſtion. crimin. tit. de homic.
cap.* 7. *num.* 44. *verſ. quarto tractandum*, Decian.
*tract. crim. lib.* 9. *cap.* 30. *num.* 18. Farin. *quaſt.*
123. *num.* 152. Cyriac. *controu. forenſ.* 399.
*num.* 11. Caball. *crim. reſol.* 289. *num.* 4. Gra-
tian. *diſcept.* 619. *num.* 26. Conciol. *crim. re-
ſol.* 2. *verbo aſſaſsinum* Ambroſin. *de Immun.
Eccleſ. cap.* 7. *num.* 2.

Et licèt contrarium aſſerat Didacus Ybā-
129 nez de Faria ad Couar. *d. cap.* 20. *num.* 87.
exiſtimans formalitatem aſſaſſinij nō conſi-
ſtere in occiſione incauti; ſed benè in occi-
ſione mediante pecunia, ſeu conuentione
prætij dati, vel promiſſi ſequuta, & habet
tria motiua ad ita dicendum, *Primum*, quia
Menoch. *de arbitr. caſ.* 360. *num.* 39. *& ſeqq.*
ait, quòd aſſaſsinus eſt is, qui cum altero pe-
cunia promiſsa, vel data pactus eſt, vt ali-
quem occidat. *Secundum*, quia Doctores
loquentes de materia non faciunt mentio-
nem de qualitate incautionis. *Tertium*, quia
Gregorius XIV. in Bulla, & Doctores lo-
quentes de Immunitate Eccleſiaſtica con-
tradiſtinguunt proditorium ab aſſaſsinio,
quod non feciſsent ſi in aſsaſſinio debuiſſet
ineſſe qualitas incautionis, quia fuiſset
omnino ſuperfluum.

Nihilominus non eſt recedendum à fir-
mata concluſione, quia Didac. Ybannez
130 de Faria loquitur contra communem Do-
ctorum opinionem, quam firmant omnes
ſupracitati, &, ſecundùm me, loquitur con-
tra expreſſam literam Text. *in dicto cap. pro
humani de homicid. in* 6. vt apparet ex illis ver-
bis: *non ſolum corporum, ſed mortem procurent
etiam animarum, niſi eos exuberans gratia Diui-
na pręuenerit*, ſiquidem ex his verbis Ponti-
fex intendit occiſionem incauti, & nihil
mali ſibi timentis.

Vlterius motiua, quibus ipſe de Faria
131 tuetur ſuam opinionem, non ſtringunt.
Non quidem *Primum*, quia Menoch. *ibid.*
facit nudam, & ſimplicem deſcriptionem
aſſaſſini, & nullatenus declarat requiſitum
incautionis non eſſe neceſſarium, imò dùm
refert verba Pauli Emilij *lib.* 5. *de rebus geſtis*

*Francorum* dicentis: *is aſſaſſinus, vt vnus è noſtris, ſe noſtrorum turbæ immiſcens per fallaciam cædem facit*, quodammodo hanc incautionis qualitatem neceſſariam eſſe autumit: *Secundùm*, quod ſcilicèt Doctores de materia loquentes non faciunt mentionem de tali qualitate, euincitur eſſe contrarium ex *relatis ſupra*, & alijs multis, qui referri adhoc poſſunt, quorum aliqui etiam infra referentur. *Tertiùm* demùm motiuum ex Gregoriana, & Doctoribus de Immunitate Eccleſiaſtica loquentibus deductum ceſſat ex eo, quia volens Gregorius XIV. dare regulam certam extractioni Reorum ab Eccleſia faciendæ, ad hoc vt tolleret abuſum, quem introduxerunt Miniſtri, & Officiales Sæculares, habuit neceſſitatem loquendi præcisè de vno quoquo caſu exceptuato, & per conſequens habuit neceſſitatem diſtinguendi caſum proditorii à caſu aſſaſſinij, non obſtante quod proditorium ineſſet in aſſaſſinio, & hoc ad tollendam in futurum omnem controuerſiam. Scicbat enim Pontifex, quod lex debet eſſe clara, & omnem obſcuritatem, & ambignitatem reſpuens; & ideo volnit præcisè loqui de aſſaſſinio, ne alias Eccleſiaſtici dicerent, quod aſſaſſinium eſt grauius crimen proditorio, vt ex Narbona, quem citat, ait Fermoſin. *Fiſcal. alleg.* 5. *num.* 12. *par.* 2. ibi: *& ex his pateat, & ex dicto cap. primo de homicid. in* 6. *maius delictum committere, quam proditorius, illum, qui aſſaſſinus eſt in* §. *cùm igitur, & in* §. *ſacri approbatione, cum ad id committendum, vt plurimum vtantur hominibus pretio conductis, à quibus occidendus minimè ſe poteſt præcauere, cum eos omnimodo ignoret etiã colloquentes cum eo*; proptereà proditorium tanquam minus crimẽ non includi, & nec venire ſub appellatione aſſaſſinij, maius crimen continentis ad tradita à Thoma del Bene *de Immunit. Eccleſ. cap.* 14. *dub.* 14. *per tot*, & dixiſſent etiam, quod ab Immunitate Eccleſiaſtica non excluduntur alij caſus præter expreſſos, etiamſi crimina ſint grauiora expreſſis, vt pluribus oſtendit del Bene *loc. cit. cap.* 16. *dub.* 24. *ſect. prima*. Vnde non benè ex dicta expreſſione, & contradiſtinctione, vt ait de Faria, poteſt deſumi argumentum, & motiuum dubitandi de dicta requiſito incautionis in aſſaſſinio, prout nec benè motiuum prædictum deducitur ex quo aliqui Doctores tractantes de Immunitate Eccleſiaſtica non faciunt mentionem de qualitate incautionis, quia non ſequitur ex hoc, quod hæc qualitas non ſit neceſſaria, ſufficit enim, quod magis cordati de dicta qualitate faciant mentionem, vt de ea expreſsè loquitur Thoma del Bene *loc. citat. cap.* 16. *dub.* 21. *ſect. prima num.* 15. & Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 3. *num.* 10. Gutierez. *pract. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 14. & 52. Farin. *quæſt.* 28. *num.* 26. Germon. *de Sacror. Immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 69. Narbona *lib.* 20. *gloſ.* 11. *num.* 8. *tit. primo lib.* 4. *recopilat.* & his relatis Cortiada *deciſ.* 95. *num.* 2. *verſ. tum quia aſſaſſinus*, & ex Picharad. *manuduct.* 3. *par.* §. 4. *verſ. aſſaſſinium num.* 12. & Ceuall. *com. contra commun. tom.* 4. *quæſt.* 901. ait Ayllon. *in addit. ad Gomez. loc. cit. num.* 11. addo D. Cæſar. Panimoll. *dec.* 22. *annot.* 6. *num.* 20. & 21.

Habito igitur pro vero dicto ſexto requi-
132 ſito, indè infertur, quod aſſaſſinus non
eſt, qui propriam iniuriam vlciſcitur, ſo-
cijs pecunia conductis Gabriel. *conſ.* 170. *nu-
mer.* 13. *lib. primo*, Vulpell. *reſp. crim.* 143.
*num.* 19. Cyriac. *controuerſ.* 399. & Nouar.
*ſing. non. Iur. Pontif. concluſ.* 43. *num.* 20. *tit. de
aſſaſſinio*, Vbi teſtatur habuiſſe de facto. Do-
nat. Ant. de Marinis *quotid. reſol.* 173 *num.* 6.
Peregr. *de Immun. Eccleſ. cap.* 7. *num.* 45. &
Baiard. ad Clar. §. *aſſaſſinium num.* 5. Am-
broſin. *loc. cit. num.* 10. Panimoll. *d. num.* 20.
133 Infertur ſecundò, quod non eſt aſſaſſi-
nus is, qui mediante pecunia facit occidere
ſuum inimicum, ſi ipſe mandans homici-
dio interueniat, de Marinis *dicta reſol.* 173.
*num.* 8. Gabriel. *conſ.* 170. *num.* 11. *vol. primo*
Farin. *quæſt.* 123. *num.* 148. Guazz. *ad defenſ.
reor. defenſ.* 4. *cap.* 13. *num.* 3. Bertazol. *conſ.
crim.* 143. *numer.* 13. & *conſ.* 356. *numer.* 26.
Gratian. *diſcept.* 619. *num.* 25. & Caball. *de
omn. gen. homicid. num.* 496. Clar. §. *aſſaſſi-
nium num.* 5. Giurb. *conſ. crim.* 48. *num.* 25.
Ant. de Ballls *tract. crim. lib.* 3. *numer.* 20.
Vrſell. *in examin. apum concl.* 150. *num.* 21. &
73. Diana *in ſumma verbo Immunitas Eccleſia-
ſtica num.* 29. Conciol. *crim. reſol.* 2. *num.* 1.
*verbo aſſaſſinium* Andr. Fachin. *conſ.* 83. *nu-
mer.* 10. *lib.* 3. Laur. de Franch. *controu. in-
ter Epiſc. & Regul. tit. de crimine aſſaſſinij nu-
mer.* 155. & Paſqualigo *in addition. ibid. nu-
mer.* 156. Baiard. ad Clar. Donat. de aſilio,
quos refert, & ſequitur Dominus meus Eu-
ſeb. penès Paſſerinum *commentar. ad cap. pro
humani de homicid. in* 6. *poſt numer.* 20. *verſ.*
134 *quarto quia*; addo Panimoll. *loc. citat. nu-
mer.* 21. Nam ex inimici ſui interuentu oc-
cidendus ſibi poteſt præcauere, ne occida-
tur Decian. *dicto cap.* 30. *num.* 18. & de Ma-
rinis *dicta reſol.* 173. *num.* 8. Gratian. *loc. cit.*
135 *num.* 26. Et licèt aliqui Doctores, inter
quos Felicius *allegat.* 117. *num.* 3. *par.* 2. Ro-
uit. *pragmat. prima de aſſaſſinio nu.* 17. & alios
referens Giurb. *dicto conſ. crimin.* 48. *num.* 26.
& *ſeqq.* dicant non intrare aſſaſſinium, quan-
do à principio fuit conuentum, quod in
ſcelere perpetrando interueniret mandans,
aliàs ſecùs, & mouentur ea ratione, quia
quando præceſſit mandatum de occidendo
data pecunia, & illud fuit acceptatum, tunc
ex hoc ſolo dicitur conſumatum delictum
quoad mandatum, vt puniatur tanquam
aſſaſſinium, licèt principalis ipſe voluerit
poſtea interuenire in executione mandati,
& hanc opinionem firmat etiam Nouar.
*Sing. Iur. noui Pontif. concl.* 43. *n.* 19. *tit. de aſſaſſ.*
136 Nihilominus hæc diſtinctio non poteſt
ſubſi-

ſubſiſtere, ſi vera eſt concluſio poſita in
principio præſentis ſexti requiſiti, quia ſiuè
fuerit conuentum à principio, quod aſſiſtat
& interueniat is, qui eſt inimicus, & homi-
cidium mandat, ſiuè ex poſt voluerit ex ſu-
pra abbundanti cautela interuenire, ſemper
ceſſabit aſſaſſinium ob rationem, quia præ-
ſentia inimici præſtat ei, qui debet occidi,
cauſam, & occaſionem præcauendi: nec
quidquam poteſt operari ratio per eos alla-
ta ad firmandum contrarium, quia etiam
delictum dicitur conſumatum, quandò
mandatum mediante pecunia fuit datum,
& reſpectiuè acceptatum, & tamen non
punitur tanquam aſſaſſinium, & pœna aſ-
ſaſſinii ſi fuerit reuocatum, vel ſi non fuerit
deuentum ad actum proximum, vel ſi mors
ex inſultu, & vulnere non fuerit ſequuta, vt
fuit *ſuprà* oſtenſum.

137 Verum eſt, quod in vno caſu poteſt li-
mitari ſupra firmata concluſio, nempè
quandò mandans interuenit modo adeò
occulto, & clandeſtino, vt non poſſit co-
gnoſci ab occidendo: puta, quod interue-
niat indutus habitu ementito, & laruatus,
quia tunc æque eſt, ac ſi non interueniſſet,
quia occidendus non poteſt ſibi præcauere
vt benè conſiderat Caualcan. *de brach. regio
par. prima num.* 81.

Nec dicatur, quod tunc ſolùm excludi-
tur aſſaſſinium ob præſentiam, & interuen-
tum mandantis, ſi ipſe mandans propriis
manibus operetur, & ſocii conducti ſint
pecunia ad ſolùm aſſiſtendum, prout dicit
Gabriel *dicto conſ.* 170. *lib. primo* ibi *nam tra-
ctatum fuerat, vt ipſe Fabritius principalis ſem-
per adeſſet, & Paulus, & Antonius comitaren-
tur, & auxiliarentur*, & *num.* 12. ibi *cum ipſi
nempè mandatarij nil proprijs manibus fecerint*;
Et eum ſic dicentem ſequuntur Facchin.
*conſ.* 82. *num.* 10. *lib.* 3. Bertazol. *conſ. cri-
min.* 356. *num.* 26. *lib.* 2. Farin. *de Immunit.
Eccleſ. num.* 133. *& quæſt.* 123. *num.* 35. 99.
*& meliùs num.* 148. Cherubin. *ad Bullam sanc.
mem. Clement. VIII. in ordine* 37. *ſchol.* 2.
Reſpondetur enim quod præſati Doctores
loquuntur de caſu magis claro, & certo,
de quo nullo modo poteſt dubitari, ſed non
excludunt alium caſum, de quo nos loqui-
mur, de quo haberi debet eadem ratio ex
rationibus, & autoritatibus adductis.

138 Infertur tertiò, quod ſi occidendus ſuſ-
picans fuiſſe contra ſe datum mandatum de
occidendo euaginauerit enſem contra illũ,
qui recepit mandatum, & iſte eumdem oc-
cidit, ceſſat aſſaſſinium, etiamſi fuiſſet me-
diante pecunia datum, ac acceptatum man-
datum de illo occidendo, quia iſto caſu
homicida cenſetur motus ad occidendum
non ex mandato, ſed ex euaginatione enſis
per occidendum facta, & ſic ad ulciſcendum
propriam iniuriam, vt reſpondit Cæphal.
*conſ.* 424. *num.* 34. *& ſeqq. vol.* 3. & D. Orilia
ad Campanam *reſol.* 24. *num.* 58. qui citat
Chartar. Add. ad Rouit. Decian. Carol.
de Graſſ. Menoch. & Mazzol. *locis* per eum
*relatis*, multa enim poterant contingere,
ne mandatum exequeretur, vt conſiderat
Cæphal. *loco cit.*

139 Infertur quartò, quod ſi Pater mandat
filio, vt eiuſdem Patris præfixo præmio ini-
micum occidat, & ipſe occidit, non dicitur
commiſiſſe aſſaſſinium, quia data inimici-
tia cum Patre neceſſario ſequitur, quod fi-
lius ſit inimicus, vel ſaltem ſit ſuſpectus illi,
qui mandatur occidi, & ideo debet ſibi ab
eo cauere, vt dicit Decian. *d. tract. criminal.
lib.* 9. *cap.* 30. *num.* 18. & ſequitur Farin. *quæ-
ſtion.* 123. *num.* 152. & Cyriac. *d. controu.* 399.
*num.* 10. & 11. regula enim eſt trita, quod
occidens communem inimicum, etiamſi
recipiat, & paciſcatur prȩmium, non com-
mittit aſſaſſinium, & nec aſſaſſinus dicitur,
vt tradunt Vulpell. Baiard. Farin. Guazzin.
Diana Cyriac. *locis relatis* à Conciol. *crimin.
reſol.* 2. *num.* 4. *verbo aſſaſſinium*.

140 Infertur quintò, quod ſi mediante pecu-
nia occiditur bannitus, non committitur
aſſaſſinium, quia bannitus in pœnã vitȩ ha-
bet occaſionem, & cauſam præcauendi ab
omnibus, quia vigore legis, Conſtitutio-
nis, ſeù Statuti omnes facti ſunt executores
ſententiæ contrà ipſum bannitum latæ iux-
ta dictum Caini, *omnis, qui inuenerit me, oc-
cidet me*, vt habetur *Geneſi cap.* 4. *nu.* 15.

Et hæc ſunt requiſita quæ conſtituunt
aſſaſſinium in terminis Iuris, & in locis, in
quibus non extat ſtatutum aliud diſpo-
nens, nam vbi extat ſtatutum aliter diſpo-
141 nens illud eſt ſeruandum, ad tradita per
Tiraquell. *de pœn. temper. cauſ.* 37. *num.* 4.
Corn. *conſ.* 249. *num.* 2. *lib. primo* Farin. *quæ-
ſtion.* 123. *num.* 125. propterea cum Banni-
menta noſtra diſponant, quod imponatur
pœna vltimi ſupplicij, & ſciſſionis in fru-
ſtra tam mandanti, quam mandatario, quã-
do fuit deuentum ad actum proximum, &
pœna triremium temporalis, aut perpetua
arbitrio Eminentiſſimi, quando non fuit
deuentum ad actum proximum, vtique il-
la ſunt ad vnguem ſeruanda, quamuis, vt di-
xi, *num.* 122. de Iure requiritur, quod effe-
ctus, & ſic mors ex vulnere ſequatur, quia
Bannimenta in locis, vbi extant, ſunt atten-
denda prout dicunt ſupracitati Doctores.

142 Quæro primò. An in Bannimentis com-
præhendatur quilibet actus remotus? Dic
quod actus remoti ſunt plures in hac mate-
ria aſſaſſinij: *Primus* actus eſt ſola cogitatio
143 & non eſt punibilis, vt per Glo. *in cap.
pro humani verbo mandauerit de homicid. in* 6.
firmant Doctores relati à Farin. *quæſt.* 123.
144 *num.* 112. *Secundùs* eſt vocatio mandatarij,
& nec iſte actus eſt punibilis, ſecundùm
Carrer. Plach. & Brun. à Sole *locis relatis* per
145 Farin. *d. nu.* 112. *Tertiùs* actus eſt ipſa tra-
ctatio, & conuentio de pretio facta cum
mandatario, & abſque vlteriori actu eſt pu-
nibilis ratione ipſius mandati, & turpis pa-
cti, vt ex Tapia Farin. Io: Ant. de Nigris,

Cantera, & Corriada dixi *ſupra verſ. quid ſi mandantem pœnituit.* *Quartùs* actus eſt arre-
146 ptio itineris verſus locum aſſaſſinamenti, & pariter eſt punibilis, vt ex Bald. *in leg. non ideo minùs num.* 1 3. *C. de accuſat.* & Iacob. de S. Georgio *in leg. p. §. in hac autem verba ff. quod quiſque Iur. num.* 9. & ex Caſſan. *Conſuet. Burgund. rub. p. verſ. aduerte tamen* inquit Farin. *d. quaſt.* 123. *num.* 107. & meliùs *nu-*
147 *mer.* 108. *& ſeqq.* *Quintùs* actus eſt ipſa vagatio, & permanentia in loco, & circa locum inſidiarum, & debet puniri iuxta Text. *in l. is, qui cum telo C. ad leg. Corn. de Sicar.* Et iuxta opinionem Colleg. Bonon. *conſ. crim. diverſ.* 41. *num.* 8. *lib. primo in paru.* Cirilli *ſumma criminal. rub. de publ. Iudic.* §. 6. *num.* 10. & meliùs Corn. *conſ.* 202. *num.* 3. *lib. primo* & Farin. *d. quaſt.* 123. *num.* 107. *verſ.*
148 *vbi actum proximum & nu.* 111. *Sextùs* actus eſt inſultus gladio euaginato factus, & pariter puniri debet, vt aiunt Corn. *d. conſ.* 202. *num.* 2. *&* 3. *lib. primo* Alberic. *in leg. is, qui cum telo num.* 2. *&* 3. *C. ad l. Corn. de Sicar.* & Farin. *d. quaſt.* 123. *num.* 106. *verſ. prout & multò meliùs reſpondet. & num.* 111. *Septimùs*
149 actus eſt ipſa percuſſio, ſi fit cum gladio, enſe, vel ſimili armorum genere, vel ipſa exoneratio archibuſij, vel emiſſio ſagittæ, ſeù dardi, ſi fit cum armis igneis, aut cum baliſta, vt pluribus exornat Maſtrill. agens de exoneratione archibuſij *deciſ.* 155. & Gizzell. *dec.* 25. vbi Addentes de Mari, & de Angel. & Afflict. agens de emiſſione dardi *in conſtitut. Regni rub.* 12. *de percuſſ. illicit. cum armis num.* 11. *lib. primo*, & eo relato Farin. *loc. cit. num.* 106. *circa finem*, qui alios allegat concordantes: & omnes iſti actus continentur, & compræhenduntur in Bannimentis præter actum ſimplicis cogitationis, & actum vocandi mandatarium, qui cum ſint impunibiles de Iure communi, & ſtatutum, dum illud expreſsè non corrigit, ſtrictè, & iuxtà regulas Iur. commun. intelligatur Farin. *quaſt.* 123. *num.* 39. & Rouit. *pragm. prima de aſſaſſ. num.* 19. *&* 20. remanet omninò verum, quod dicti primus & ſecundus actus non compræhenduntur;
150 præſertim verò quia ſtatuti, & Bannimentorum pœnalium hæc propria eſt natura, vt requirant delicti conſumationem, vt ex Francho, Baldo, Marſil. Gram. & Brun. à Sole inquit Farin. *dicta quaſt.* 123. *num.* 121. Sed delicti conſumatio, & perfectio non inducitur, niſi poſtquam mandatum fuit datum à mandante, & acceptatum à mandatario, Bald. *conſ.* 430. *lib.* 2. Corn. *conſ.* 249. *num.* 2. *lib. primo* Gram. *vot.* 11. *nu.* 19. & his relatis Farin. *d. quaſt.* 123. *num.* 120. quibus poſſunt addi Rouit. Giurb. & Nouarr. relati *ſupra*; ex hac ratione non poſſunt dicti duo primi actus compræhendi.

Quæro ſecundò; quomodò debet regulari arbitrium in decernenda pœna temporalis, vel perpetua triremum? Dic, quod
151 in arbitratiis pœnis quando ſunt augendę propter qualitatem aggrauantem, modus, & gradus ſeruandus eſt, vt augeatur ad proximam pœnam, non autem remotiorem, arg. *leg. capitalium §. incendiarij ff. de pen.* vbi
152 quod ad tempus relegatus in Inſulam deportatur, & deportatus capite punitur, item damnati ad tēpus, in perpetuū damnātur: in perpetuū damnati, ad metallū damnatur: in metallū damnati, vltimo ſupplicio afficiūtur ita aduertit Flamin. Carthar. poſt *crimin. deciſ.* 66. Iuliui eius filii *num.* 117. *& ſeqq.* qui ſubdit, quod in Iure Canonico primus gra-
153 dus pœnæ in Clerico eſt ſuſpenſio, quæ pro leuibus infligitur; alius depoſitio pro grauibus: Tertiùs detruſio pro grauioribus. Quartus perpetuus carcer pro grauiſſimis, vltimus degradatio, & traditio Curiæ Sæculari, quæ ſuccedit loco pœnæ mortis naturalis: arbitrium enim ex proportione
154 geometrica eſt temperandum pro ratione perſonarum, temporum, locorum, & qualitate animi, vt rectè adnotauit Theſau. *forenſ. quaſt.* 13. *num.* 11. *lib.* 3. qui docet, quod
155 quotieſcumque receditur à pœna ordinaria homicidii, quæ eſt capitalis, ſolet communiter homicida condemnari ad triremes perpetuas pro primo gradu: pro ſecundo gradu condemnari ſolet ad triremes per decennium, puta quod alium pro alio occidit, iſto enim caſu duæ cauſæ concurrunt ad minuendum pœnam, prima, quia ſine dolo, ſecunda quia alium pro alio occidit: pro tertio gradu condemnari ſolet ad triremes per ſeptenium; puta quia homicida id feciſſet ſine, dolo, alium pro alio occidiſſet, eſſet nobilis vel ſcholaris, & eius Pater multa merita apud Principem haberet: pro quartò gradu condemnari ſolet ad triremes per triennium, vel ad plus per quinquiennium, puta quia in homicida vltra prædicta concurreret etiam minor ætas. Et hoc de ſummo Iuris rigore, quia ſi Iuris rigor modificaretur per æquitatē, concurrentibus tot cauſis, ſufficeret pœna exilii nulla alia mulcta adiecta, & ſubdit Theſau. *loc. cit. num.* 14. quod ex his Senatus condemnauit homicidam minorem 25. *annis* nobilē: ſcholarē: non ſpontę, ſed magis caſu occidentem vnum pro alio, iunctis meritis Parentum in pęnā librarū mille cū Banno.

Propterea attenta proportione Geometrica iuxta aduertentiam Carthar. & Theſau. quod ante omnes docuit Gregor. Tholoſan. *Sintagm. Iur. Vniuerſi part.* 3. *lib.* 30. *cap.* 5. *num.* 2. ibi *cæterum par ſeueritas non conſiſtit in æqualitate Arithmetica, veluti vt omnes, qui homicidium fecerint, capite priventur, ſed in æqualitate Geometrica, vt ſecundùm id, quod iuſtum videbitur, puniantur æquali ſeueritate*, & hoc idem ex Ariſtotile vult Ant. Matth. *de crim. tit. de pœnis cap.* 4. *n.* 6. *&* 7. qui in cōmutationibus proportionem Arithmeticā, in pęnis pręmijſque Geometricam iuſſit obſeruari reiecto Bodino aliam proportionis ſpeciem aſſignante: in caſu noſtrorum Bannimen-

nimentorum debet imponi pœna triremiũ,
pro tertiò actu ad quinquennium: pro quar-
tò ad ſeptennium: pro quintò ad decen-
nium: pro ſextò ad perpetuum, & pro ſepti-
mò debet imponi pœna vltimi ſupplicij,
& ſciſſionis in fruſtra.

Nec dicatur quod quandò pœna mino-
156 ratur propter aliquam cauſam non debet
eſſe in eadem ſpecie, vt dicunt Ricc. *deciſ.*
169. *num.* 9. *par.* 4. Guazzin. *Reor. defenſ.* 33.
*cap.* 14. *num.* 15. *verſ. tandem Aduocatus* Ver-
migliol. *conſ.* 68. *num.* 9. & Marſil. *in l. prima*
*C. ad l. Corn. de Sicar. num.* 61. *& in pract. cri-*
*min.* §. *quoniam num.* 96.

Quia, vt dixi alias in iſtis annotationibus,
157 in maioribus Tribunalibus ſeruatur con-
trarium, & pluries vidi practicari, & etiam
practicaui in Vrbe, & in Legatione Roman-
diolæ, & etiam hic Bononię.

Et poſſet etiam attentari, idem eſſe pra-
cticandum in quovis alio Tribunali per do-
ctrinam Bald. Felin. Salyc. Gandin. & An-
gel. quos refert, & ſequitur Auendan. *de*
*exeq. mand. reg. par.* 2. *cap.* 16. *num.* 17. vbi
firmat, quod quandò ex aliqua cauſa mi-
noratur pœna corporis afflictiua, poteſt im-
poni alia minor etiam corporalis eiuſdem
generis, & proſequitur materiam perpen-
dendo iura, & reſpondendo contrarijs *vſ-*
*que ad num.* 19. & hanc Auendani opinio-
nem pluribus tuetur, & comprobat Franc.
Maria Pratus *obſeru.* 20. *per tot.*

Quod debet potiſſimum habere locum
in pœna triremium, quæ ſi pro delicto eſt
imponenda in perpetuum, vtique minora-
158 ta poteſt eſſe ad tempus, tùm quia mul-
tum differt pœna triremium perpetuarum
à temporali; etenim prima dicitur capitalis,
ſecunda non: prima æquiparatur damna-
tioni in metallum, ſecunda non, & deni-
que per primam quis efficitur ſeruus pœnæ,
per ſecundam verò non, vt poſt Bartol. Pe-
guer. Cerdan. Peregrin. & Bimium probant
Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 14. *nu-*
*mer.* 60. *& ſeqq.* & Capiblanc. *de Baronib.*
*pragm.* 7. *num.* 14. *par. prima*, tùm quia pœna
triremium dicitur conſiſtere in numero, vt
ex Bart. *conſ.* 222. *num. primo*, Fontanell. *de*
*pact. nupt. clauſ.* 4. *num.* 5. *gloſ.* 8. *par.* 14. *nu-*
*mer.* 42. *& ſeqq.* & Caball. *crim. reſol.* 56. *nu-*
*mer.* 112. *& num.* 122. alias in his adnotatio-
nibus dixi, & ideò pœna triremium poteſt
augeri quoad tempus, & minui iuxtà facti,
& perſonarum qualitatem, & contingen-
tiam; ſecùs in alia, quæ conſiſtit in ſpecie,
vt firmant præfati Doctores: tùm demùm
quia in materia legali non debet accipi ſpe-
cies, & genus, prout accipitur in philoſo-
phia, ſed accipitur iuxtà proportionem
geometricam, vt dixi *ſupra* ex Carthar. The-
ſau. & Tholoſan. & Matthæio.

Hic tamen ceſſat penitùs difficultas, quia
ex diſpoſitione Bannimentorum pœna de-
bet eſſe in eadem ſpecie ibi: *la pena ſarà della*
*galera ò perpetua, ò temporale ad arbitrio di ſua*
*Signoria Illuſtriſſima.*

Quæro tertiò, An dicta Bannimenta
compræhendant mediatorem? puto, quod
159 non, quia faciunt tantum mentionem
de mandante, & mandatario ibi: *chiunque*
*commetterà, ò farà commettere*, & ibi: *il man-*
*datario, e mandante*, & ita in his terminis ple-
nè articulo diſcuſſo fuit reſolutum in Sac.
Concil. Neapolit. teſte Rouit. *pragm. prima*
*de aſſaſſ. num.* 19. *& ſeqq. & deciſ.* 15. Nouar.
*pragm.* 2. *de aſſaſſ. collect.* 3. *num.* 2. & Nouar.
*in ſumma Bullar. tit. de Immunit. Eccleſ. nu.* 72.
Giurb. *conſ. crim.* 7. *num.* 21. & Gambacurta
*de Immunit. Eccleſ. cap.* 34. *num.* 4. *lib.* 5. &
160 licet de Iure mediator, & proxeneta pu-
niatur eadem pœna, qua aſſaſſinus, vt vo-
lunt Farin. *quæſt.* 123. *num.* 29. Giurb. *conſ.*
*crim.* 7. *num.* 8. & Cortiada *deciſ.* 95. *num.* 36.
prout de depoſitario firmant Giurb. *conſ.* 41.
*num.* 10. *& ſeqq.* Nouar. *d. collect.* 3. *num.* 6.
& Rouit. *pragm. prima num.* 30. *tit. de aſſaſſin.*
vbi ex Text. *in leg. vtrum ff. de parricid. & leg.*
*qui domum ff. de adulter.* & Villagut. *de extenſ.*
*leg. tit. de extenſ. leg. correct. & pœnal. ſimul*
*quæſt.* 6. *num.* 95. ait, quod etiam mutuans
ſcientèr pecuniam cauſa inueniendi aſſaſſi-
num punitur vt principalis, nihilominùs
161 hoc non facit, quin Bannimenta, quæ
ſtatuunt pœnam ordinariam, quandò fuit
deuentum ad actum proximum, tanquam
exorbitantia à iure communi, reſtringi de-
beant ad eos, qui in ipſis Bannimentis ſpe-
cificè nominati ſunt, vt concedit Giurba
*dicto conſ.* 7. *num.* 21. & & pluribus mon-
ſtrat Rouit. *loc. cit.*

162 Idem dicendum de auxiliatoribus, con-
ſultoribus &c. nempè quod debeant puniri
iuxta terminos Iuris communis, ſi qualita-
tem aſſaſſinamenti, & interuentus pecuniæ
ſciuerint, vt pluribus relatis Doctoribus
volunt Farin. *quæſt.* 123. *num.* 29. *& ſeqq. &*
34. & Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 30. *nu-*
*mer.* 42. & Nouar. *d. collect.* 3. *num.* 7. & Cor-
tiad. *dec.* 95. *nu.* 7. Panimoll. *deciſ.* 22. *annot.* 6.
*nu.* 50. *& ſeqq.* & habetur expreſsè in Text. *in*
*cap. pro humani de homic. in* 6. non tamen com-
163 pręhenduntur in Bannimentis, nec puniun-
tur pœna Bannimentorũ, niſi effectu mor-
tis ſequuto ex deductis per Rouit. *loc. cit.*

Imo quia non eſt expreſſum *in cap. pro hu-*
*mani*, quod mediatores veniant nomine aſ-
ſaſſini, & pœnis ibi ſtatutis puniantur, ſed
Doctores dictam diſpoſitionem extendunt
ad eos ex argumento ſumpto à Textu *in*
*leg. vtrum ff. ad leg. Pomp. de parricid. & in*
§. *alia Inſtitution. de public. iudic.* ideò cum
verè, & propriè non compræhendantur ſub
nomine, & diſpoſitione aſſaſſinij, licèt in
164 Tribunalibus ſæcularibus puniantur tan-
quam aſſaſſini, in Tribunalibus tamen Ec-
cleſiaſticis non poſſunt declarari, & dici ta-
les, quoad effectum, vt priuentur immu-
nitate Eccleſiaſtica, vt dicunt Diana *Reſol.*
*moral.*

*moral. par.4. tract.primo reſol.33.& par.6.tract.*
*1.reſol. 11. in fine, & in ſumma par.prima verbo*
*Immunitas Eccleſiarum num.* 25. Nouar. *in*
*ſumma Bullar. tit. de Immunit. Eccleſ. num.* 72.
Ricc. *de publie. Iudic. quaſt.* 37. *num.* 35. Ro-
uit. *pragm. prima de aſſaſſin. num.* 49. Gamba-
curta *de Immunit. lib.* 5. *cap.* 34. *num.* 14. Ma-
ſull. *in additiom* ad Capic. *decis.* 112. de Ma-
rinis *reſolut.* 171. & hanc opinionem ſatis
eſſe probabilem ait del Bene *de Immunit. Ec-*
*cleſ. lib.* 2. *cap.* 16. *dub.* 21. *ſect.* 6. *num.* 3.
Iul. Cappon. *diſcept.* 258. *num.* 7. *in fine*, ex
eo, quod in Bulla Gregoriana priuantur
immunitate tantùm aſſaſſini, quales, vt ip-
ſe del Bene addit, propriè, & rigoroſè non
ſunt, qui tanquam mediatores in crimine
operantur.

Et Ideò poſt hæc ſcripta allegaui in cauſa
Aſten, quod extractus ab Eccleſia, debebat
Eccleſiæ reſtitui, etiam ſi fuiſſet, prout non
erat, probatum, quod ipſe dediſſet manda-
tum ad occidendum mediante pactione, &
iuxta pactum pecuniam poſtmodum exbur-
ſaſſet occiſoribus, nam ex quo non conſta-
bar de inimicitia, & nec de aliqua cauſa
propria, & qualitas, & conditio perſonæ
imputati erat talis, vt in eum minimè ca-
dere poſſet ſuſpicio, & veriſimilitudo, quod
fuiſſet mandatarius, ſolent enim huiuſmodi
mandata dari hominibus perditis, & infimę
ſortis, vt conſiderat Salyc. *in leg. fin. num.* 5.
*C. de accuſat.* debebat de neceſſe concludi,
165 quod fuerat ſolùm mediator, ſeù quod
habuerat mandatum ad iubendum, & non
ad exequendum per ſe ipſum, & per conſe-
quens non de mandato, & tanquam man-
dans, ſed tanquam mediator poterat teneri,
vt, benè diſtinguit Bart. *in leg. aut qui alitèr*
*§. hæc verba ff. quod vi aut clam, & in l. p.*
*§. incidit ff. ad Turpill.* quem ſequitur Ang.
*de Maleſ. verbo, & Sempronium numer.* 16.
*quaſt.* 6. vbi formant quæſtionem an ſi man-
do tibi, vt tu mandes alij, tu ſecundo man-
dans tenearis, & in reſolutione quæſtionis
dicunt hunc talem tanquam nuntium te-
neri.

166 Et quamuis poſſint dari duo mandantes
prout eſt, quando Titius mandat Seio vt oc-
cidat Caium, Seius verò mandat Sempro-
nio, vt eumdem Caium occidat, vt exem-
plificant Bart. *in dicto §. hac verba num.* 2.
Caball. *crim reſol.* 241. *num.* 6. Thoro *com-*
*pend. decis. par.* 3. *ſect.* 2. *verbo mandatarius ad*
*committendum* Capic. *decis.* 155. *num.* 5., ni-
hilominus termini huius caſus ſunt mul-
tum diuerſi à caſu noſtro, quia obſtante
qualitate, & conditione perſonæ, non po-
terat haberi pro mandatario, vt dixi, & ſic
erat, & haberi debebat pro mero nuncio,
& mediatore.

Quæro quartò. An committatur aſſaſſi-
167 nium, ſi mandatarius, qui accepta pecu-
nia promiſit occidere, induxit alium abſque
vllo pręmio ad occidendum? videtur quod
non, quia res eſt deducta ad caſum; à quo
incipere non poteſt, & ità mihi videntur in-
nuere in hac ſpecie noſtra Decian. *tractat.*
*crim. lib.* 9. *cap.* 33. *num.* 3. & Rouit. *pragm.*
*prima de aſſaſſinio num.* 49. Sed vide Capic.
*decis.* 155. *per tot. & ſignanter num.* 17. vbi tra-
ctat in terminis articulum, & concludit,
quod reſpectu ad facientes non eſt aſſaſſi-
nium, ſed eſt aſsaſſinium reſpectu ad eum,
qui recepta pecunia, ſeù promiſſione alteri
executionē ſiue dicta promiſsione, ſeù da-
tione mandauit.

Quæro quintò. Quæ ſit pœna propria
168 huius Immanis ſceleris? Dic quod in
omni Natione practicatur pœna exempla-
ris, & qualificata, quia interuentus pecu-
169 niæ facit, vt dixi *ſupra*, delictum atrocius,
& pœnam auget, vt ex Textu *in leg. Cicero*
*ff. de pœn.* Gomez. Ayllon. *in addit.* ad eum
Capic. Menoch. Gabriel. Decian. Peguer.
& Farinac. & alijs firmat Cortiada *decis.* 95.
170 *num.* 30. Et paſsim imponitur pœna ac-
coppationis, & ſciſſionis in fruſtra, vt ex
Plach. Carrer. Clar. Gambacurt. Decian.
Gutierez. Couar. Fermoſin. & Farin. dicit
idem Cortiada *d. decis.* 95. *num.* 31. Marſil.
*pract. crim. §. diligenter num.* 167. *& ſequenti*
vbi ait quod poteſt ſpadacchiari, & ita ſpa-
dacchiatus duci ad mortem, & Porro *faſci-*
*cul. rer. crimin. §. aſſaſſinium verſ. pœna eſt, &*
Cantera *q. crim. cap.* 7. *de homicid. num.* 49.
ait, quod puniuntur cum aliqua qualitate
ſcilicèt trahendo eos per terram, ſcinden-
do corpus in partes, & ponendo in vijs pro-
pter atrocitatem delicti, Ant. de Ball. *tract.*
*variar. lib.* 3. *de lit. diſpenſat. caſ. primo quaſt.* 3.
*num.* 2. ait quod ſcinditur fruſtratim, & di-
laceratur, & ad caudam equi trahitur igno-
minioſè, & laqueo ſuſpenditur: at ex Ban-
nimentis noſtris imponi debet pœna furca-
rum, & ſciſſionis, & quod pœna ſolùm
furcarum practicetur in Principatu Catha-
loniæ, teſtatur Cortiada *ibidem num.* 31. vi-
de Carpzou. *prac. crim. p. p. q.* 19. *n.* 10. *& ſeqq.*

Quæro ſextò. An eadem pœna punian-
tur minores 25. annorum? Dic, quod eis
in hoc crimine non patcitur, nec habet lo-
171 cum *leg. auxilium §. in delictis ff. de minor.*
prout annotauit Porro *in dicto faſciculo*
*rer. crim. §. aſſaſſinium verſ. minori annis* 25. &
Cortiada *d. decis.* 95. *num.* 35. qui iuxtà ſu-
pra notatum ſtylum Cathaloniæ refert, fuiſ-
ſe minorem furca ſuſpenſum.

Quæro ſeptimò. Quid dicendum de mi-
172 nore auxilium præſtante? vide Porro *loc.*
*citat.* qui remittit ſe ad Corneum *conſ.* 159.
*n. primo vol. primo*, Bologn. *conſ.* 34. *nu.* 11.
Bertazzol. *conſ. crim.* 143. *nu.* 14. *lib. primo.*

Quæro octauò. An de aſſaſſinio contra
laicos cognoſcat Iudex Eccleſiaſticus? Di-
uerſæ ſunt Doctorum opiniones, aliqui di-
173 cunt eſſe mixti Fori, & ſunt Decian. *tract.*
*crim. lib.* 4. *cap.* 26. *n.* 17. Guazzin. *reor. defenſ.*
*prima cap.* 11. *num.* 23. & remiſſiuè Porro

*dicto*

*dicto* §. *aſſaſſinium in fine* Tondut. *de præuent. par.* 2. *cap.* 28. *num.* 4. *ſeqq.* Gregor. Lopez. & Bouadilla relati à Fermoſino *alleg. fiſcal.* 5. *num.* 20. & 25. *par.* 2.

174 Aliqui dicunt ſpectare ad ſolum Iudi-
cem Sæcularem, nam Couaru. *var. lib.* 2.
*cap.* 20. *num.* 10. ait Pontificem aduerſus lai-
175 cos, & ſæculares, qui ei ſubditi non ſunt,
quoad temporalem iuriſdictionem nihil *in
d. cap. poſt humanæ* ſtatuere, dummodò man-
datarij non ſint de gente, & natione infide-
lium, aliàs enim, ſunt verba Couarruuias,
criminis punitio ad ſolum Principem ſæcu-
larem pertinet non obſtante dicti capituli
Conſtitutione, quæ tunc laicos pœnis inibi
expreſſis punit, quando hi Chriſtianum oc-
cidi mandauerint miniſterio, & opera illo-
rum infidelium. In ſubſtantia, vt conſide-
rat Cantera *quæſt. crim. cap.* 7. *de homicid. nu-
mer.* 48. *verſ. ſed eſt maximum dubium*, Couar-
ruuias vult Pontificem quoad punitionem
laicorum non poſſe ſtatuere pœnam, & nec
Iudicem Eccleſiaſticum poſſe laicos punire,
niſi in certis delictis ratione peccati, vt tra-
ditur *in cap. per venerabilem*, vbi DD. *qui fi-
lij ſint legitimi*, & per conſequens Iudicem
Eccleſiaſticum non eſſe competentem in
cauſa aſſaſſinij perpetrati opera, & miniſte-
rio Chriſtiani, nam ſi perpetretur per ho-
176 mines Turcas, & Infideles poterit Ponti-
fex, vt inquit Couar, *ibidem* punire etiam
laicum hoc tractantem propter maximam
iniuriam, quæ fit toti Eccleſiæ occidendo
fideles, & ſubdit hoc colligi ex dicto Text.
*cap. pro humani*, ibi: *Non abſque Eccleſiaſticæ
dignitatis opprobrio*, & ibi: *tamquam Chriſtia-
næ Dignitatis æmulus*;

177 Reijcitur tamen Couar. à Canter. *d. cap.*
7. *num.* 48, tamquam loquens contra com-
munem opinionem Doctorum, qui, vt ex
Deciano, & Marta dixi *ſupra num.* 3. vnani-
mi voto aſſerunt deciſionem *d. cap. pro hu-
mani* habere locum etiam quando Chriſtia-
nus mandat Chriſtiano, vt recepta pecunia
Chriſtianum occidat, & quidem de hac
communi opinione teſtantur etiam Clar.
§. *aſſaſſinium nu.* 1. Brunor. à Sole *quæſt. legal.*
34. *num.* 25. Farinac. *quæſt.* 7. *numer.* 83. &
*quæſt.* 123. *num.* 22. Gutierez. *pract. quæſt. lib.*
3. *quæſt.* 7. *num.* 4. Bouadilla *politica lib.* 2. *ca-
pite* 18. *num.* 57. *tom.* 1. Giurb. *conſ. crim.* 41.
*num.* 10. & *conſ.* 46. *numer.* 6. & 7. Gratian.
*diſcept.* 598. *num.* 7. Carthar. *deciſ.* 82. *num.* 7.
Caball. *de omn. gen. homicid. num.* 471. & pro
mille Cortiada *deciſ.* 95. *num.* 4.

178 Et ratio per eumdem Couar. allata re-
probatur à Bouadilla *in politica d. lib.* 2. *c.* 18.
*num.* 57. *tom. primo*, dicente, *però nò parece, que
aprieta mucho la opinion de Couaruuias, porque
en eſte delito lo que ſe conſidera es el efeto, y fin,
què es hazer matar à vno por precio, y por indu-
ſtria de perſona de quien no tiene recato ſin que ſea
de conſideracion para eſte efeto el linage, y condi-
cion dela perſona interpueſta, como quiera que el
hecho es tan cruel, que arguye mas rancor, y ſe-
uicia en caminarlo por induſtria de hombre Chri-
ſtiano, con el qual por la reſiſtencia, que le harà
la fè, y caridad Chriſtiana hà de ſer meneſter mas
inſtancia, y premio, que no con vn Turco, ò Pa-
gano deſobligado de los dichos vincolos, y tambien
porque del hombre Chriſtiano, y que trae abito
dello, menos recato ſe puede tener, que del Gentil,
e infiel, y aſſi es maior la alenoſia*; & hoc idem
diuerſa tamen phraſi dicit Decian. *tract. crim.
lib.* 9. *cap.* 30. *n.* 4. *verſ. nam licet negari non poſſit.*

Aliqui dicunt, inter quos Cantera
179 *loc. cit.* quod Iudex Eccleſiaſticus non eſt
competens in crimine aſſaſſinij, niſi quan-
do vult imponere pœnam excommunica-
tionis, vel in caſu, quo Iudex ſæcularis eſt
180 negligens: & hoc modo intellecto Text.
*in d. cap. pro humani* aſſaſsinium dicitur eſſe
mixti fori, hoc eſt vtriuſque Fori: Eccle-
ſiaſtici, quoad excommunicationem *in di-
cto cap. pro humani* fulminatam (cujus ta-
men diſpoſitio circa excommunicationem
in multis locis non practicatur, vt de Re-
gno Neapolit. teſtatur Taſſonus *de ante-
fato verſ.* 12. *obſeru. prima num.* 28. *fol. mihi*
483. & ego, vt verum fatear numquam vidi
practicari.) Fori verò Sæcularis quoad pœ-
nas temporales *in d. cap.* indictas; huiuſmo-
di enim delicta quoad pœnam temporalem
ſunt vindicanda potiùs per mundi Iudices,
quàm per Antiſtites, & Rectores Eccleſia-
rum, argum. Text. *in cap. ſunt quadam* 23.
*quæſt.* 5. & ratio eſt, quia Iudices Eccleſiaſti-
ci non poſſunt ſufficienter vindicare, dùm
181 non poſſunt pœnam ſanguinis indicere,
iuxtà Textum *in cap. ſententiam ne Cleric.
vel Monach.* & Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.*
27. *num.* 7. *verſ. quinta eſt regula*, & *lib.* 9. *cap.*
30. *num.* 8. & ideò videtur dicendum, quod
Pontifex noluerit tribuere Iudicibus Eccle-
ſiaſticis facultatem puniendi alia pœna,
quàm excommunicationis, laicos contro-
uenientes diſpoſitioni *d. cap. pro humani*.
Et hac opinione retenta.

182 Non obſtat, quòd aſſaſſini poſſunt vbi-
que capi, detineri, & puniri etiam à Iudice
incompetente, quia omiſsis reſponſionibus
datis per Alex. *conſ.* 166. *n.* 3. & *ſeqq. lib.* 7. con-
183 cluſio procedit, *Primò* quando facta eſt de-
claratio ſuper qualitate aſſaſsinij, vt ex Io:
Andr. Gem. Alex. Carrer. Plach. Monri-
cell. Roland. & alijs firmant Farin. *quæſt.* 8.
*num.* 85. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 36. *num.* 3..
Graſſ. *Cler. effect.* 1. *n.* 710. *ſeq.* Cyriac *contro.
forenſ. cap.* 399. *num.* 20. *Secundò*, quando con-
184 ſtat de aſſaſsinio aliundè, quam ex proceſ-
ſu fabricato à Iudice incompetente Cardin.
Alban. *conſ.* 13. Scaccia *de Iudic. lib.* 1. *c.* 11.
*num.* 70. qui de communi, & veriori teſta-
tur Roland. *conſ.* 24. *num.* 62. *lib.* 1. Bouadil.
*politic. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 58. & meliùs Cy-
riac. *d. cap.* 399. *num.* 16. vbi ait non ſuffice-
re confeſsionem ipſius Rei, quod ante eum
dixit Alex. *conſ.* 166. *num.* 6. *lib.* 7. & Capic.

*deciſ.*

*deciſ.* 155. *num.* 11. *Tertiò*, quandò agitur
185 coram Iudice, qui poteſt condignè puni-
re iuxta opinionem Conar. & Canicræ *locis
citatis*, aliàs quod in odium aſſaſsinorum
fuit introductum, in eorum fauorem reſul-
taret, quod non eſt vllatenus dicendum.

Cæterùm licèt hæc opinio ſit magis pro-
186 ficua Reipublicæ, & bono gubernio,
nihilominus verior eſt opinio, quam primo
loco retuli ex Deciano, Guazzin. & Fermo-
ſin. & ratio eſt euidens, quia delicta dicun-
tur eſſe mixti Fori, & ab vtroque Iudice
puniri poſſunt data inter ipſos præuentione,
quoties lege Canonica, & Imperiali ſunt
prohibita, vt ex Abb. Aret. Marian. Go-
dofred. & Deciano firmat Bellettus *diſquiſit.
Clerical. par.* 1. *tit. de fauore Cleric. real.* §. 4.
*num.* 8. nam, cum vtriuſque lex remaneat
offenſa ex controuentione, reſultat, quod
vterque poteſt offenſam vindicare, vt ſub-
dit Bellert. *loc. cit.* Lex autem Canonica
contra aſſaſſinos, tàm laicos, quàm Eccle-
ſiaſticos eſt *in d. cap. pro humani*: lex verò
Imperialis ſub nomine conductoris, & lo-
catoris eos compræhendit *in l. non ſolum* §. *ſi
mandato ff. de iniurijs* vt dixi *in principio huius*
§. *num.* 1. ideò non eſt cur dubitetur delictũ
eſſe mixti fori. Verum eſt, quod *d. cap. pro
humani* fuit editum contra vtentes opera il-
lorum infidelium, ſed cum ſit per Docto-
res, & Tribunalia extenſum, vt dixi *ſupra*,
etiam ad vtentes opera Chriſtianorum, vi-
get eadem lex, & ideò eumdem debet ha-
bere effectum.

In omnem caſum eſt aduertendum, quod
187 opinio Canteræ habet locum ſolùm, quã-
do agitur contra ſæculares perſonas: etenim
in cauſis Eccleſiaſticorùm eſſe locum præ-
uentioni inter Iudicem Eccleſiaſticum, &
ſæcularem, nemo vnquam controuertit de
Marin. *quotid. reſol.* 51. *num.* 10. *lib.* 1. Ricc.
ad Vinc. de Franch. *deciſ.* 176. *in fine*, Fer-
moſin. *d. allegat. Fiſcal.* 5. *par.* 2. Carol. de
Graſſ. *Clerical. effect.* 1. *num.* 717. Gram. *conſ.*
2. *poſt deciſ.* Baiard. ad Clar. *quæſt.* 36. *nu.* 37.
de qua re ego latè dicam in *ſequenti
quæſito*.

Quæro nonò, An Clericus ſubſit in hoc
crimine Iudici laicò? reſpondeas, quod ſic,
188 quia Clericus committens aſſaſſinium, eo
ipſo ammittit priuilegiũ Clericale, & à Iu-
dice ſęculari punitur, vt ex Geminian.
Carrer. & alijs dicunt Decian. *tract. crimin.
lib.* 9. *cap.* 30. *num.* 21. & Farin. *quæſt.* 123.
*num.* 62. & ex Graſſ. Narbon. Barboſ. Cyriac.
Thom. del Bene, Giurb. Merlin. Cenſal.
de Marinis, & Cortiada firmat Faiard. *Fi-
ſcal. allegat.* 5. *num.* 20.

189 Et quidem eſt opinio communis, & etiã
vera, ſi cum infraſcriptis aduertentijs intel-
190 ligatur. Prima aduertentia eſt, quod lai-
cus non eſt Iudex contra Clericum priuati-
uè, ſed cumulatiuè cum Eccleſiaſtico, &
inter eos eſt locus præuentioni, vt dixi *nu-
mero* 187. & Doctoribus *ibi* adductis addo
Ant. de Ballis *variar. lib.* 3. *tit. de liter. diſpen-
ſat. caſ.* 1. *quæſt.* 3. *nu.* 33. & Fagnan. *cap. con-
tingit*, il ſecondo *num.* 24. *de ſent. excom.* vbi
ait, quod quoties Iudex Eccleſiaſticus præ-
uenit cognoſcendo, & ſententiando ſuper
eodem delicto, Iudex Sæcularis debet om-
ninò quieſcere, ſi quidem ſententia ſiuè
condemnatoria, ſiuè abſolutoria lata in v-
no foro, parit exceptionem rei iudicatæ in
alio *cap.* 1. *de except. lib.* 6. & Ball. *loc. cit.*
ponit hoc pro cautela, quam docet Cleri-
cos, vt ſcilicet ſe præſentent coram Iudice
Eccleſiaſtico.

191 Secunda aduertentia eſt, quod debet
conſtare Clericum eſſe aſſaſſinum, Capic.
*deciſ.* 155. *num.* 5. & 6. Decian. *tract. crim. lib.*
9. *cap.* 30. *num.* 21. Farin. *quæſt.* 8. *num.* 85.
& *quæſt.* 123. *num.* 65. Ant. de Ball. *loc. cit.
caſ.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 29. & *ſeq.* Maſtrill. *de in-
dultu cap.* 29. *nu.* 19. Matta *de Iuriſd. caſ.* 129.
*num.* 16. Fagnan. *cap. contingit* il ſecondo *nu-
mer.* 23. *de ſentent. excommun.* & eſt ratio, quã
192 omnes aſsignant, quia de qualitate, quæ
tribuit iuriſdictionem, ante omnia debet
conſtare, vt ex Gram. Carrer. Plach. & a-
lijs inquit Farinac. *d. quæſt.* 8. *n.* 85. & *quæſt.*
123. *numer.* 66. & Maſtrill. *dicto numero* 19.
Donat. Ant. de Marin. *Iuriſ. reſol. lib.* 1. *cap.*
51. *num.* 5. Carol. de Graſſ. *Clerical. effect.* 1.
*num.* 710. & quidem plenè, vt ex Carolo de
Graſſ. & Tonduto aduertit Fermoſin. *fiſcal.
alleg.* 5. *nu.* 25. *par.* 2. & firmant Auendan. &
Plach. *locis relatis* à Carolo Antonio de Lu-
ca ad Vinc. de Franch. *deciſ.* 688. *nu.* 12. *verſ.
ſecundo quia*, qui huius aſsumpti duplicẽ ra-
tionem reddit, primò, quia non debet quis
haberi pro aſſaſsino, ſtatim quod de eo im-
putatur, ſed poſtquam fuerit de tali delicto
conuictus, ad quod allegat Merlin. *controu.*
64. *num.* 25. *centur.* 2. Secundò quia magnum
oriretur inconueniens, Iudicem laicum ex
inditijs Clericum forſan Innocentem tor-
mentis ſubijcere; qui ſi in eiſdem perſiſtat,
non ſine aliquo timore incurſus cẽſurarum
eius conſcientia illaqueata remaneret, ad
quod allegat Caball. *crimin. reſol.* 60.

Sed dicetur conſtare de dicta qualitate, ſi
193 conſtet ex probabilibus argumentis, vel ſẽ-
tentia Iudicis Eccleſiaſtici, vel ex notorieta-
te facti, vel ex Imputati confeſsione, prout
ex Gram. *vot.* 11. Capic. *dec.* 112. & Alba *conſ.*
13. docet Farin. *quæſt.* 8. *n.* 86. *circa fin.* at non
194 ſufficere notorietatem dicunt del Bene *de
Immun. Eccleſ. cap.* 6. *dub.* 5. *ſect.* 2. *num.* 19.
Diana *par.* 1. *tract.* 11. *de Immun. Eccleſ. re-
ſol.* 52. & Marta *loc. cit. num.* 21. ob rationẽ
quia poteſt dari factum notorium, & quod
dubitetur de diffinitione ipſius, & ponit *ibid.*
de hoc notabile exemplum.

195 Tertia aduertentia eſt, quod in cauſis
Eccleſiaſticorum etiam præcedat declarato-
ria ſuper dicta qualitate aſſaſsinij Decian.
*dicto cap.* 30. *numero* 21. Farinac. *quæſtione* 8.

*numer.*

numer. 86. circa finem, & quæſt. 123. num. 65.
Ant. de Ballis d. caſ. 1. quæſt. 3. n. 32. Marta
de Iuriſdictione caſ. 129. num. 17. Diana par. 1.
tract. 11. de Immun. Eccleſ. reſol. 52. verſ. di-
cto igitur, Thom. del Bene de Immunit. Eccleſ.
cap. 6. dub. 5. ſect. 2. num. 4.
196 Et hæc declaratoria debet fieri à Iudice
Eccleſiaſtico, vt firmant Alba conſ. 13. Mar-
ta d. caſ. 129. numer. 17. Fagnan. loc. cit. Fa-
rin. quæſt. 8. num. 86. in fine, & quæſt. 123.
num. 68. Ignat. Lopez ad Diaz. pract. crimin.
can. cap. 96. lit. B. verſ. notabis, Oliua de Fo-
ro Eccleſ. par. 2. quæſt. 14. num. 6. & ſeqq. Gu-
tierez pract. quæſtion. lib. 3. quæſt. 7. num. 24.
Fermoſin. fiſcal. alleg. 5. num. 25. par. 2. An-
ſald. de Iuriſdictione par. 3. cap. 2. numer. 76.
Carol. de Graſſ. Cleric. effect. primo num. 711.
Diana loco citato, del Bene loco citato num. 5.
& relati à Bouadilla in politica lib. 2. cap. 18.
197 num. 58. tom. 1. vbi teſtatur de communi
opinione, & reijcit Capic. Gram. & Clar.
qui dicunt contrarium, & teſtantur, quod
apud eos Clerici de aſſaſsinio imputati deti-
nentur in carceribus laicalibus, & quod
nulla habita conſideratione Clericatus, aut
declaratoriæ, fit contra eos proceſſus, & il-
lo compilato vno, & eodem tempore de-
clarantur eſſe aſſaſsini, & condemnantur, &
hanc opinionem Capic. Gram. & Clari ſe-
quuntur Io: Anton. de Nigris in cap. Regni
frequens in nona addit. verſ. aduerte colum. 4. &
Anton. de Ball. d. quæſt. 3. num. 32. qui aiunt
hoc maximè procedere, vbi Clericus eſſet
in fortijs Curiæ Sæcularis. Sed eos reprobat
198 etiam Farinac. d. quæſt. 123. num. 68. & q. 8.
num. 85. & 86. in fine vbi contrariam obſer-
uantiam, vti non iuridicam, & contra li-
bertatem Eccleſiaſticam, ac contra Iura
Canonica, & Ciuilia non eſſe ſequendam,
admonet, & in additione ad dictam quæſtionem
8. num. 85. impreſſ. poſt tertium lib. conſil. ad-
ducit concordantem Mar. Italiam de Immu-
nit. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 5. num. 7. quibus
addo Martam loc. cit. num. 17. & Narbon.
Barboſ. Garon. Cyriac. del Bene, Graſs.
Giurb. Maſtrill. & Merliu. quos refert, & ſe-
quitur Faiardo fiſcal. alleg. 5. num. 21. & hoc
dicit etiam Fagnan. cap. contingit, il ſecondo
num. 23. in fine de ſentent. excomm. & hanc tu-
tiorem, & probabiliorem ſententiam dixit
Oliua de Foro Eccleſ. par. 2. quæſt. 14. num. 10.
in fine, licet conetur ſubſtinere praxim,
quam dicit vigere in Hiſpania, & Regno
Neapolitano, & hanc opinionem pluribus
tuetur del Bene de Immunit. Eccleſ. cap. 6.
dub. 5. ſect. 2. num. 12. & ſeqq.
199 Quarta aduertentia eſt, quod præcedat
etiam degradatio, quamuis enim Capic. d.
deciſ. 155. nu. 26. & 27. verſ. quia inter alias,
Lapus, & Dominic. in cap. pro humani Ioan.
Andr. in cap. cum non ab homine n. 11. de Iud. &
alij multi relati à Farin. quæſt. 8. num. 72. &
quæſt. 123. num. 62. dicant non requiri de-
gradationem, moti ex Textu in dicto cap. pro
humani, ibi: Incurrat ſententias ipſo facto, &
ibi: & poſtquam probabilibus conſtiterit argumen-
tis aliquem ſcelus tàm execrabile commiſiſſe, nul-
latenus alia excommunicationis, vel depoſitionis,
aut diffidationis aduerſus eum ſententia requira-
tur: & ex illis verbis, videlicet, ſit cum ſuis
mundanis opibus tamquam Chriſtianæ æmulus à
toto Chriſtiano populo perpetuò diffidatus, nam
idem eſt bannire, & diffidare, quod ſtatue-
re, & præcipere, vt impunè occidi poſsit,
vt conſiderat in terminis Aufrer. de Poteſt.
Sæcul. in Eccleſ. Regul. prima limit. 18. nu. 26.
quem refert Marta de Iuriſdictione caſ. 129.
num. 9. Nihilominus contrarium veriùs eſ-
ſe exiſtimant Pegna ad Emeric. 3. par. direct.
com. 49. §. præterea dico, & Carthar. capto ban-
nito cap. 1. num. 288. verſ. præterea Cened.
pract. quæſt. Canon. quæſt. 15. num. 4. verſ. in-
fertur etiam, Carrer. pract. crim. in tertio tract. de
homic. & aſſaſſ. §. circa itaq; vltimum nu. 62. &
Farin. quæſt. 123. num. 63. vbi ait non requiri
verbalem, ſed requiri actualem degradatio-
nem, & meliùs quæſt. 8. n. 74. & latiùs Can-
tera quæſt. crim. tit. de homicid. cap. 7. num. 46.
200 verſ. ſed his non obſtantibus, qui deducit ne-
ceſsitatem actualis degradationis ex tri-
bus; Primò, quia nullibi reperitur cautum,
quod Iudex Sæcularis poſsit occidere Cle-
ricum abſque eo, quod prius actualitèr de-
gradetur; Secundò, quia Clericus quantum-
cumque graue crimen committat, non de-
ſinit eſſe Clericus, & eſt in Iuriſdictione
Eccleſiaſtica, donec ab ea eijciatur per de-
gradationem; Tertiò, quia non poteſt Cle-
201 ricus maius crimen committere, quàm
crimen hæreſis, & tamen licèt condemne-
tur de hæreſi, & ſit excommunicatus ipſo
Iure à tempore commiſsi criminis, adhuc
nequit abſque degradatione actuali puniri,
& verſ. nec in contrarium facit. beniſſimè re-
ſpondet, & ſatisfacit contrarijs, vt pote-
ris per te ipſum videre: & generalitèr in
quolibet crimine neceſſariam eſſe actua-
202 lem degradationem firmat nouiſſimè
Fermoſinus in cap. cum non ab homine quæ-
ſtione 11. num. 1. de Iudicijs, ob rationem,
quia Clericus retinet priuilegium Canonis,
& Fori antè actualem degradationem & in
terminis aſſaſſinij commiſſi opera Chriſtia-
ni pariter neceſſariam eſſe degradationem
ex Couar. variar. lib. 2. cap. 20. num. 6. verb.
ſexto firmat idem Fermoſin. loc. cit. quæſt.
22. num. 5. Vndè cum Clericus condemna-
tus incidit in manus Curiæ Sæcularis ipſe
debet requirere Iudicem Eccleſiaſticum, vt
dictum Clericum degradet, vt ex Angelo de
Caſtro conſ. crim. diuerſ. 37. tom. 2. & Farin. q. 8.
num. 109. inquit Cenedus practic. quæſt. canon.
quæſt. 15. numer. 4. in fine, qui extra, rem no-
ſtram, num. 9. ait, quod in ſententijs, quæ fe-
runtur in contumacia ab Inquiſitoribus hæ-
reticæ prauitatis contra hæreticos, debent
Inquiſitores iuxta monitum Franc. Pegnæ
ad Emeric. direct. Inquiſit. par. 3. comm. 49.

*num. 215. verſ. iam Magiſtratus*, & Scacciæ
*de Iudic. lib. 1. cap. 93. num. 5.* expreſsè, & no-
minatim dicere, ac iubere Magiſtratibus
Sæcularibus, vt quoties tales in ſententia
nominatos, & condemnatos inuenerint, &
cœperint, id ſibi ſignificare debeant; & ra-
203 tio huius praxis eſt, quia ſicut in cauſis
Clericorum, qui debent tradi Curiæ Sæcu-
lari, debet vt dixi, neceſſariò præcedere de-
gradatio actualis, non tantùm, quia populus
poteſt commoueri, dicens indignum fieri
facinus abſque actuali degradatione Cleri-
cum in Sacris conſtitutum vltimo ſuppli-
cio affici, quod aliquandò contigiſſe ex
Doctoribus, quos citat, refert Cenedus *di-
cta quæſt. 15. num. 4. verſ. infertur etiam*: ſed
potiùs quia cum dicta degradatione debet
conſuli Ordini, & Characteri, cuius vigo-
re, quantumuis interuenerit verbalis de-
gradatio, ſemper Clericus eſt de Foro Ec-
cleſiæ, vt ex Gamma *de Sacram. præſt. qu. 5.
num. 21.* Salzedo ad Diaz. *cap. 135. verſ. nam
Clericus, & cap. 139. verſ. cum Clericus, &
cap. 150. in lit. C. verſ. nam quando*, firmant
Cened. *loc. cit. num. 4.* & pluribus citatis Fer-
moſin. *in d. cap. cum non ab homine quæſt. 11.
num. 1.* ita in cauſis laicorum debet præcede-
re Inquiſitoris diligens monitio, & opera-
tio, vt conſulat animæ ipſius condemati, ſi
quidem antè executionem ſententiæ in hæ-
reticum latæ, debent Inquiſitores Reũ mo-
nere, inſtruere, & procurare, quod reſipi-
ſcat, abiuret, & pœnitentiam ſalutarem
faciat, & adimpleat, & hoc ad effectum,
vt illius animæ conſuletur, vt benè perpen-
dit Cened. *loco cit. d. num. 9.* imò debet hæ-
reticus captus à Sæculari conſignari Inqui-
ſitori, ad hoc, vt ſciſcitari poſſit de ſo-
cijs, ac illi emendari, aut puniri poſſint, &
alij eos vti hæreticos euitent, & fugiant,
cum eam retributionem Chriſtianis impen-
dant, quam mus in pera, vt inquit Cened.
*dicto num. 9.* & ego retuli *in cap. 1. §. primo
num. 115.*

Præterea vrget in hæretico alia fortis,
204 & euidens ratio, quia Reus condemnatus
in contumacia, dum incidit in manus Cu-
riæ debet formitèr recognoſci pro illomet
corpore, & ſubſtantia, de quo cantat ſen-
tentia iuxta praxim, quam docet Bart. *in l.
Diuus n. 5. ff. de Cuſtod. Reor.* & ſequuntur An-
gelus *in l. inter ſtipulantem §. 1. num. 13. ff. de
verbor. obligat.* Clar. *quæſt. 96. verſ. quæro num-
quid circa med.* Scappa *de iure non ſcripto lib. 5.
cap. 177. num. primo, & 2.* Cartar. *capto Banni-
to cap. 3. num. 3.* Franch. *deciſ. 688 in princip.*
Caball. *crim. 270. num. 1.* & alijs relatis Tho-
ro *in addit.* ad Salernit. *deciſ. 3. num. 7.* & Fa-
rinac. *quæſt. 11. numero 21. verſic. limita ter-
tio.*

Imò debet eidẽ Reo legi ſententia, & ipſe
Reus interrogari, an ſit ille, qui in ſenten-
tia nominatus, & condemnatus reperitur, vt
notum eſt verſãtibus in criminalibus ſubſel-
lijs, & quatenus pro recognitione adhibendi
ſint teſtes, puta quia Reus neget ſe eſſe illũ,
qui nominatus, & condemnatus exiſtit in
Sententia, quo caſu recognitionem facien-
dam eſſe per teſtes dicunt Doctores citati, &
præſertim Carthar. Caball. Farinac. vtique,
& illis debet legi ſentẽtia ad effectum, vt de-
ponant, an Bãnitus ſit idem in ſententia no-
minatus, vt dicit D. Zuffus *de legitim. proc.
quæſt. 149. num. 16.* vbi refert ita determi-
naſſe Sacram Conſultam.

Vlterius debet per Iudicem declarari bã-
nitum fuiſſe ritè, & rectè recognitum, vt
dicit D. Zuffus *d. num. 16.* & ſucceſſiuè de-
bet aſſignari bannito recognito terminus
ad dicendum cauſam, quare ſententia exe-
qui non debeat, vt ex Foller. Afflict. Salyc.
& alijs dicit Carthar. *loc. cit. cap. 3. num. 11.
& ſeqq.*

Prædicta autem nequeunt fieri ab alio,
205 quàm à Iudice, qui tulit ſententiam con-
demnatoriam, & habet cauſæ cognitionem,
habent enim dependentiam à prima ſenten-
tia, & conſequuntur illam, & alij Iudices,
nequeunt ſe intromittere in ea; potiſſimum,
quia non habent proceſſum, & ſenten-
tiam.

206 Nec dicatur, quòd Carthar. *d. cap. 2. nu-
mer. 2. verſ. & cautelam* ex Campegio *in addit.*
ad Zanchin. *de hæretic. cap. 18. in penult. addit.*
firmat, quoad crimen hæreſis poſſe Iudicem
Sæcularem facere, vt ille, qui fuit per In-
quiſitorem condemnatus, ſe illum eſſe fa-
teatur, de quo in ſententia per Eccleſiaſti-
cum Iudicem lata.

Nam nec Campeg. nec Felin. relatus à
Campegio, & nec Carthar. *loc. cit.* tractant
articulum, de quo agimus, cùm ſolùm di-
cant, quòd tradito Reo ab Inquiſitore Iudi-
ci Sæculari, ipſe Iudex Sæcularis poterit ad
cautelam facere, vt ille per Inquiſitorem
condemnatus, ſe illum eſſe fateatur, de quo
in ſententia, & ſic non loquuntur de ban-
nito capto, & nec de bannito capto potuiſ-
ſent ita loqui ob rationes ſupra adductas.
Imò dubito valdè de dicto Campegij, Feli-
207 ni, & Carthar. etiam in terminis, in qui-
bus loquuntur, quando agitur de cauſa hæ-
reſis, quia in tali cauſa Iudices Sæculares re-
cepto Reo in eorum poſſe debent exequi
clauſis oculis ſententiam ab Inquiſitoribus
latam, vt ex Text. *in cap. vt inquiſitionis §.
prohibemus de hæretic. in 6.* & auctoritate plu-
rium Doctorum, quos refert, dicit Parexa
*de editione Inſtrum. tit. ſecundo reſol. 8. num. 21.
& 27.*

208 Sed an Clerici in Minoribus conſtituti
ſint degradãdi? affirmatiuè reſpõdent Gail.
*de pace publ. lib. 1. cap. 1. num. 22* & alij re-
lati à Thoma del Bene *de Immun. Eccleſ. to-
mo 1. cap. 6. dubit. 9. ſect. 2. num. 1.* & à Bar-
boſ. *de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 110. num. 8.*
negant verò Farinac. *quæſt. 8. num. 57. &
109.* Thom. del Bene *d. cap. 6. dub. 9. ſect. 1.
num. 2.*

*num.* 2. & de conſuetudine ita ſeruari dicunt
Couar. Paz. Cutell. *locis relats* à Cortiada,
*deciſ.* 34. *num.*83. & del Bene *dicta ſectione* 2.
*num.* 1. & Thoma Valaſcus *alleg.* 51. *per tot.*

Quid ſi ſint Moniàles, vel Monaci laici
nullo in Clericorum gradu conſtituti, an ſi
209 tradendi ſint Iudici Sæculari, debeant de-
gradari? Cenedus *dicta quæſt.* 15. *num.*6. dicit
vidiſſe dubitari de hoc caſu, ſed non vidiſſe
in praxi, & cum Martino del Rio *diſquiſit.*
*Magical. lib.* 5. *ſect.* 16. *pagin.* 79. cenſet ſuf-
ficere nudationem, ſeù ſpoliationē habitus
Monaſtici, vt viris capuccium, fœminis
veró velum cum ſcapulari, & habitu ſupre-
mo auferatur, laiciſque veſtibus induantur,
& ordine, cui ſe addixerant, eiecti, ſpoliati-
que omni religioſorum priuilegio, ſortiſq;
laicæ effecti declarentur, ſicq; Curiæ ſæcu-
lari tradantur.

210 Quinta aduertentia eſt, quod requiritur
effectus hoc eſt quod mors fuerit ſequuta, vt
ex Anania *in cap. pro humani de homicid. in* 6.
& DD. *in cap. perpetuò de elect. in*6. Auendan.
*de exequen. mandat. Regio par.*1. *cap.* 22. *nu.* 8.
conſiderat Bouadilla *politic. lib.* 2. *cap.* 18.
*num.* 56, *tom.* 1. vbi ait, quod licèt regula-
riter in crimine aſſaſſinij conatus ad actum
proximum deductus puniatur pœna ordi-
naria, ſecundùm opinionem, quæ eſt ma-
gis communis, & ſecundùm aliam opinio-
nem in ęquitate fundatam puniatur pœna
arbitraria, nihilominùs, vt quis priuetur
priuilegio Fori, requiritur effectus, & non
ſufficit conatus: ibi: *Però el priuilegio del*
*Fuero de la Ygleſia non ſi pierde por ſolo el dicho*
*atentado, y determinacion, ſe no ſe ſiguio el efet-*
*to ſegun dotrina de Anania, y otros.*

Hæc tamen aduertentia non videtur eſſe
211 tuta, quia eſt contra expreſſam literam
Textus *in d. cap. pro humani*, ibi: *Quicumq;*
*Princeps, Prælatus, ſeu quauis alia Eccleſiaſtica,*
*Sæculariſq; perſona quempiam Chriſtianorum per*
*dictos aſſaſſinos interfici fecerit, vel etiam man-*
*dauerit, quamquam mors ex hoc forſan non ſe-*
*quatur.* Expreſsè enim Pontifex compræ-
hēdit in diſpoſitione iſta perſonas Eccleſia-
ſticas, & expreſsè voluit, quod incurrant
pœnas etiam non ſequuto effectu; imò ex
ſolo, & nudo mandato, & ideò ex hoc con-
tradiſtingult verba *interfici fecerit* à ver-
bis, *vel etiam mandauerit*, vt benè perpendit
Paſſerinus *in d. cap. pro humani num.* 5. qui
ſubdit, quod aliqui volunt eos ad pœnas *d.*
*cap. pro humani* teneri, etiamſi mandatum
re integra reuocauerint.

Mouentur Auendanus, & Bouadilla ex
doctrina Ananię *in d. cap. pro humani*, ſed non
potui reperire repetitionem Ananiæ *in dicto*
*cap. pro humani*, benè verum eſt, quod Ana-
nia *in cap.* 1. *extra de homicid.* referens An-
charanum loquitur de caſu occurſo Vene-
tijs, in quo Ancharan. fuit in voto quod Ec-
cleſiaſticus eſſet tradendus Curiæ Sæculari,
& moreretur, ſed ne verbum quidem, *ibi*,
facit de hac noſtra quæſtione.

Mouentur etiā ex doctrina, quā commu-
niter tradunt repetentes *in c. perpetuo de ele-*
*ctione in* 6. ſed Doctores fundant in dicto
Tex. regulam communem, & tritam, quod
ex delicto attentato, & non conſumato
quis non incurrit pœnam impoſitam pro
delicto, ſed non trahitur ad caſum, in quo
ex lege, vel Statuto impoſita eſt pœna pro
ſolo conatu, vt de ſe patet.

Meliùs igitur erit dicere, quod iſto caſu
eſt in arbitrio Iudicis condemnare, vel non
212 Eccleſiaſticum in pœnā ordinariam, vt di-
cit Mar. Italia *de immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 5.
§. 5. *num.* 151. Et poſt hæc ſcripta vidi ſen-
tentiam in pœnam vltimi ſupplicij latam
Spoleti die 9. Iunij 1681. à Iudice ſpecia-
liter deputato in vim facultatum à Pon-
tifice impartitarum Eminentiſſimo Fachi-
netto contra Sacerdotem Ioannem N. pro
mandato ad occidendum, mediante pe-
cunia, dato contra Sacerdotem Simeonem
N. qui à duobus ſicarijs fuit indè mortalitèr
vulneratus, ſed ex illis non obijt, & cum
pro parte dicti Sacerdotis Ioannis, & e-
ius fratris germani exiſtentium in contu-
macia fuiſſet inſtitum ex eadem ſententia
eſſe illam annullandam ex diuerſis motiuis,
quæ non ſunt hic exponenda, & ego tam-
quam Relator eiuſdem cauſæ, & inſtantiæ
in Sacra Cōſulta allegaſſem etiam per mo-
dum obiecti dictam opinionē Auendani, &
Bouadillæ, quamuis non fuiſſet allegata, &
nec vllo modo tacta nullitas ex hac doctri-
na per Defenſores, non potui cognoſcere,
quod illi Eminentiſſimi Patres, ſeu alij Do-
mini de illo ſupremo Senatu applauſiſſent
pręfatæ opinioni: & ſententia prædicta con-
tra eoſdem lata, ſi non approbata, fuit ſaltē
in ſuo eſſe relicta cum reſcripto adeant San-
ctiſsimum *ſub die* 16. *Ian.* 1685.

Sextra, & vltima aduertentia eſt, quod
213 debet etiam concurrere incorrigibilitas.
Verum in hoc variāt Doctores: Alij tenent
Clericum pro homicidio, ſeu alio delicto
enormi, & qualificato, puta commiſſo per
inſidias, ac proditoriè, ſeu per aſſaſsinium,
alijſue ſimilibus delictis poſſe puniri nulla
expectata incorrigibilitate; Alij autumant
214 incorrigibilitatem eſſe omninò neceſſa-
riā; Alij remittunt arbitrio Iudicis, vt in-
215 ſpectis loci, temporis, & perſonarum qua-
litatibus illam exigat, vel non; & Alij abſo-
216 lutè tenent, quod hodie ex conſuetudine
recepta nulla debeat expectari incorrigibi-
litas, vt pro vna quaque opinione plures
refert Doctores Cortiada *deciſ.* 34. *num.* 52.
*vſque ad totum num.* 55. qui *in fine* hanc vlti-
mam admittit, quoties delictum ſit nimis
atrox, & ſcandaloſum, pernicioſum exem-
plo, & valdè damnoſum Reipublicæ, vt
ſubdit *ibidem num.* 120.

217 Cæterum in Crimine aſſaſsinij opinio
eorum, qui negant requiri incorrigibitatē,

quam approbat del Bene *de Immun. Eccleſ. cap. 6. dub. 5. ſect. 2. à num. 1. vſque ad num. 9.* videtur fundata in Text. *in d. cap. pro humani de homicid. in 6.* in quo diſpoſitum eſt, quod Clericus aſſaſſinus ipſo facto abſque alia ſententia ſit depoſitus, & à Clericali priuilegio excluſus; propterea non eſt expectanda incorrigibilitas, ſed ſolum declaratio Iudicis Eccleſiaſtici, quod delictum à Clerico commiſſum habet qualitates aſſaſſini, quæ declaratio, vt ex Farin. & Alban. aduertit del Bene *loc. cit. num. 8.* eſt quædam remiſſio, & traditio Clerici, quam Iudex Eccleſiaſticus facit Iudici Sæculari.

Quæro decimò, an Clericus aſſaſſinus carceratus à Familia Iudicis Eccleſiaſtici ſit
218 Curiæ Sæculari tradendus? dic quod non repetitur iure cautum, quod ad tradendum eumdem Curię Sæculari Iudex Eccleſiaſticus præciſè teneatur, vt reſpondent Anton. Burgos *in repetit. cap. at ſi Clerici num. 98. de Iudic.* Farinac. *quæſt. 151. num. 3.* & Vermigliol. *conſ. crim. 312. num. 18.* inquit, quod
219 exceptis tribus caſibus nempè *hæreſis, criminis falſificationis literarum Apoſtolicarum, & coniurationis contra ſuum Epiſcopum*, Curia Eccleſiaſtica, neque etiam delinquentes ex quacumque atrociſſima cauſa, Curiæ Sæculari remittit, & citat Gloſ. *in cap. ad abolendum verbo relinquatur*, & *ibi* Abb. *num. 11. de hæret.* imò quod nullo modo poſſit tradere, tenet in terminis Marius Italia *de Immun. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 5. per tot.* & eo relato Farin. *in addit. ad quæſt. 8. num. 82.* & reprobato Carolo de Graſsis contrarium dicente *in Cleric. effect. 1. num. 365.* ſequitur Sperell. *deciſ. 85. num. 9. & 10. par. 1.* vbi reſpondet, & ſatisfacit omnibus contrariis, & congruunt, quæ dicit Fermoſin. *cap. cum non ab homine quæſt. 46. de Iudicijs.*, & quæ dixi ego *in cap. 6. §. 1. num. 97. & ſeq.*

Quæro vndecimò, An Clericus aſſaſſinus debeat condemnari ad mortem naturalem? Marius Italia *de Immun. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 5. num. 127.* relatus à Farin. *in addit. ad quæſt. 8. num. 82. impreſſ. poſt tertium lib. con-*
220 *ſil.* concludit Clericum nonniſi arbitraria pœna pro aſſaſſinio puniri poſſe, & quod contraria ſententia minimè probatur *in cap. pro humani de homicid. in 6.* ſed tu dicas, quod
221 Clericus degradatus punitur à Iudice Sæculari pœnis à Iure Ciuili taxatis, vt *per cap. 2. de pœn. in 6.* Boſ. Farinac. Thom. del Bene, Ambroſin. Diana, & alijs inquit Cortiada *deciſ. 34. num. 79.* vbi ampliat hoc
222 procedere, etiamſi à Iudice Eccleſiaſtico non fiat traditio eius Clerici degradati, & ad hoc allegat Marant. Scacc. Farin. Ambroſ. Auilam, Guazzin. Bouadill. Gaill. Fermoſin. & de Franch. Vide circa hanc ampliationem Martam, & Fermoſinum *locis allegandis infra num. 230.* Sed non ſunt ligatæ manus Iudicis aliter arbitrandi, & iudicandi, vt firmat Italia *loc. citat.*

Quæro duodecimò, An Clericus interim pendente diſcuſſione ſuper qualitate criminis aſſaſſinij debeat retineri in carceribus Iudicis Sæcularis, an verò Iudicis Eccleſiaſtici? Diximus ſupra, quod Clericus remanet in poteſtate, & ſub iuriſdictione Iudicis Eccleſiaſtici, vſque quo non ſit facta actua-
223 lis degradatio, & hinc debet neceſſariò inferri, quod interim debet retineri in carceribus eiuſdem Iudicis Eccleſiaſtici, iuxta diſpoſitionem *cap. ſi Iudex laicus de ſenten. excomm. in 6.* vt innuit Sperell. *deciſ. 133. num. 67.* Gratian. *diſcept. 190. numer. 16. & ſeqq.* Ciarlin. *controu. forenſ. cap. 90. num. 43. 46. 50.* & in terminis fuiſſe cum proteſtatione conſignatum, ac remiſſum Curiæ Eccleſiaſticæ quemdam Clericum imputatum de aſſaſſinio, inquit Faiard. *fiſcal. alleg. 4. nu. 1.* & pluribus oſtendit Fagnan. *in cap. contingit. il ſecondo num. 20. & ſeqq. de ſent. excomm.* & reddit rationem ex Iordano, Segura, & Salzedo ad Diaz. Fermoſinus *in cap. cum non ab homine quæſt. 42. num. 2. de Iudicijs*, quia
224 iſte criminoſus debet eſſe in parte, vbi de facili viſitetur à Iudice, qui de eo cognoſcit; vlterius, vt ſubdit Fermoſin. *ibidem*, conceſſo, quod Eccleſiaſticus Iudex poſſit, imò potiùs debeat, de eo cognoſcere euenit, vt ei concedantur omnia, quæ ad cognitionem ſpectant, & ſic quemadmodum cognoſcit de cauſa, ita & iuriſdictionem habebit in eius perſona, vti quid conſequens ad officium, & adminiſtrationem Iuſtitiæ per Text. *in cap. præterea de offic. deleg. & l. 2. ff. de iuriſdictione omnium Iudicum, & ibi* Alex.

Quæro decimo tertiò, quæ ſit formula degradationis actualis, de qua fecimus mentionem *ſupra*? dic quod forma degra-
225 dationis traditur *in c. degradatio de pœn. in 6* à Foller. *pract. crim. can. cap. 33. num. 15. & ſeqq.* ab Ambroſ. Cutell. Maranta, Claro, Cenedo, Carol. de Graſſ. Scaccia, Guazzin. Barboſ. & Carleual. *locis relatis* per Cortiadam *deciſ. 34. num. 68.* ſed illa per extenſum ponitur à Cortiad. *loc. cit. ſub n. 62. & 63.* Ego in facti contingentia deſideraui habere exēplum decreti alicuius Tribunalis habentis vtramq; poteſtatem, Eccleſiaſticam ſcilicet & ſæcularem, & feci ad hoc perquirere proceſſus in Turrono exiſtentes, & rogaui Illuſtriſſimum Dominum meum D. Petrum Matthiam Tortum Fiſcalem Generalem Cameræ, & Sedis Apoſtolicæ, vt committeret diligentias in Tribunali Gubernij, & nullum potui habere exemplum, cum tamen caſus frequenter accidat. Exiſtimaui igitur, cum vrgeret, & immineret expeditio cauſæ Sacerdotis detenti in carceribus Turroni, & confeſſi cuncationem, & ex-
226 penditionem monetæ aureæ falſæ, ſatis eſſe decretum ab Eminentiſſimo D. Cardinale Legato in ſolita Congregatione criminali factum, Sacerdotem prædictum fore,

& eſ-

& eſſe actualitèr degradandum, eaque for-
miter, & ſolemniter facta eumdem eſſe
morti tradendum *iuxta diſpoſitionem Bullæ*
Sanct. mem. Vrbani Octaui *la 75. in ordine.*

In ſententia prædicta appoſui verba illa,
fore, & eſſe, ſtante degradatione actuali, ac
traditione factæ Curiæ ſæculari, decapitan-
dum, prout &c.

Et cum in eadē cauſa protuliſſem ſenten-
227 tiam contra alium Sacerdotem in contu-
macia exiſtentem, dixi, fore, & eſſe con-
demnandum, prout condemnamus, & pro
condemnato haberi volumus, & manda-
mus, *præuia tamen actuali degradatione per
quem ſpectat facienda*, in pœnam vitæ, vlti-
mi ſupplicij, ſcilicèt decapitationis, man-
dantes propterea &c.

Quæro decimoquartò. An ſententia
degradationis debeat neceſſario ferri in ſcri-
tis, & ſubſcribi ab Epiſcopo degradante?
228 Et videtur reſpondendum affirmatiuè, ſi
attendimus formulam poſitam per exten-
ſum in Pontificali, & regiſtratam per Cor-
229 tiadam *d. deciſ. 34. num. 63.* Crederem ta-
men ſufficere, quod Notarius coram teſti-
bus ſe roget de dicta prolatione ſententiæ,
& de quolibet actu vigore dictæ ſententiæ
ſubſequuto; Etenim ſufficit Iudici dicere
*condemno*, vel *abſoluo*, quod facere Poteſta-
tes Italiæ, Cardinales, Auditores Rotæ, &
communiter hodiè omnes Iudices, ait Gloſ.
*in cap. fin. verbo proferri* & *ibi* Additio Ma-
gna *de ſenten. & de re iudic. in 6.* & hoc potiſ-
mum procedere in ſententiis latis ab Epiſco-
po, diſponit Text. *in d. cap. fin.* Aduerten-
230 dum tamen cum Marta *de iuriſdictione
caſ. 131. num. 13.* & Fermoſin. *in cap. cum
non ab homine quæſt. 44. numer. 2. de iudicijs*,
quod ſi Epiſcopus dicat *degradamus te* abſen-
te Iudice laico, & nihil aliud proferat, quod
iſtud, non ſufficit, vt Iudex Sæcularis illicò
cognoſcat de Clerico, niſi eo præſente de-
gradetur, & tradatur: ſin autem dicat *de-
gradamus te, & priuamus omni priuilegio Cleri-
cali*, tunc cenſetur relaxatus ſæculari iuriſ-
dictioni ex ſententia Butrij *in cap. at ſi Cle-
rici §. de adulterijs verſ. venio de iudic.*

Occaſione ſumpta ex formulæ dictæ a-
231 ctualis degradationis ponit nouem nota-
bilia Cortiada *dicta deciſ. 34. à num. 67. vſque
ad totum num.* 85. quæ per te ipſum poteris
videre, ſi lubet, ad inſtructionem eorum,
quæ in hac materia poterunt occurrere, &
præſertim agit de illa notabili quæſtione,
232 *an* Iudex ſæcularis cognoſcat de viribus
ſententiæ degradationis, & *an* poſſit aliquid
circa impoſitionem, ſeù minorationem
pœnæ, & circa probationes in proceſſu de-
ductas, ſeù deducendas, vide eum, & Do-
ctores per eum citatos, & ſignanter Sanfel.
*deciſ. 139. & 239.* & vide Parexa *de editio-
ne inſtrument. tit. 2. reſol. 8. num. 21. & ſeqq.
vſque in finem*, vbi materiam doctè lateque
per octo concluſiones expendit, & decla-
rat.

233 Quæro decimoquintò. An aſſaſſini pri-
uentur priuilegio, & Foro S. Officij? Ant.
de Ballis *variar. lib. 3. tit. de literis diſpenſat.
caſ. primo quæſt. 3. num.* 34. ponit hanc quæ-
ſtionem, & reſoluit negatiuè, ex quo in
Regno Inquiſitores habent Iuriſdictionem
ampliſſimam in eorum patentatos, & Offi-
ciales cum Fori remiſſione, & poteſtate
vindicandi cum clauſulis abdicatiuis, & non
obſtantibus, & ex his putat eſſe derogatum
*cap. primo de homicid. in 6.* cui Pontifex po-
tuit derogare ſecundùm Gram. *conſ. 2. poſt
deciſiones.*

234 Ego non habeo hoc pro claro, & ita
vero, vt non poſſit difficultari in occurren-
235 ti caſu, & ratio dubitandi eſt, quia priui-
legium tribuens Iudici laico Iuriſdictionem
in aſſaſſinos eſt clauſum in corpore iuris, vt
de ſe patet, & per conſequens non cenſetur
236 illi derogatum, niſi fuerit expreſsè dictum
Theſau *deciſ. 177. num. 2. & 9.* Carleual. *de
de Iudic. diſputation. 2. quæſtion. 6. num.* 758.
& alios referens Dominus Orilia ad Cam-
pan. *reſol. 29. num. 23. & ſeqq.* vndè teneo
opinionem, quam in his terminis tuetur
Fermoſin. pro S. Officio ſcribens *Fiſcal. al-
leg. 5. per tot. par. 2.* nempè quod ſit locus
237 præuentioni inter Inquiſitorem, & Iudi-
cem laicum, etenim per Text. *in cap. pro hu-
mani*, non fuit data poteſtas priuatiua Iudi-
ci laico, vt pluribus monſtrat Fermoſin.
*loc. cit.*

Dixi ſuprà, quod Sacerdos monetarius
fuit proceſſatus, & detentus in Tribunali
Turroni, & ne Iudices ſæculares ſumant
inde argumentum, (prout fecit Frater Pau-
lus *in illo ſuo pernicioſo libello* pro Republica
Veneta, contra quem famoſiſſimi Iuriſpe-
riti ſcripſerunt) & præſumant Auditorem
Turroni eſſe Iudicem merè laicum operæ
prætium eſſe duxi aduertere, quod Audito-
238 res dicti Tribunalis, ſeù potiùs Cardina-
les Legati à Latere habent *cumulatiuam* cum
Archiepiſcopo in cauſis *Capitalibus* Præsbi-
terorum, vt conſtat ex Breui ſanct. mem.
Gregorij XV. cuius feci mentionem etiam
*in proœm. harum annotationum in §. 9. circa finem.*
Et hic ad literam referre decreui, vt omnes
videant, & ſciant, quod ante dictum Breue
Gregorij, Cardinales à Latere Legati habe-
bant facultates magis amplas à Pontifice
eiſdem tributas contra Clericos, & perſo-
nas Eccleſiaſticas, quod poſſe facere Pon-
239 tifices, etiamſi velint facultatem cogno-
ſcendi, & iudicandi cauſas ciuiles, vel cri-
minales Clericorum certi loci conferre Iu-
dici, ſeù Principi ſæculari communiter fa-
tentur Doctores, vt videre eſt penes Farin.
*quæſt. 8. num. 3.* & penès Cenedum *practic.
quæſt. 4. num. 4.* vbi innumeros refert: licèt
enim generalitèr in omnibus cauſis non
poſſit Papa in totum tollere exemptionem
Fori Eccleſiaſti omnibus Clericis: poteſt ta-
men hoc alicui, & in certo loco reſtrictum

facere

facere ex adductis per Cened. *loc. citat.* qui ex Gigante *de crimin. laeſ. Maieſt. lib. primo tit. quis de crim. laeſ. Maieſt. cognoſ. num.* 20. refert
240 Rempublicam Venetam, & Regem Galliæ huiuſmodi facultatem à Pontificibus habuiſſe.

Tenor Breuis ſanct. mem. Gregorij XV. talis eſt.

*Breue ſanct. mem. GREGORII XV. Super nonnullis facultatibus competentibus Foro Archiepiſcopali Bonon. Circa cognitionem Cauſarum, tam Ciuilium, quàm Criminalium.*

AD futuram Rei memoriam. Cum nos dum in minoribus conſtituti Eccleſiæ Bononien. præeſſemus, Archiepiſcopi Bononien. pro tempore exiſtentis iuriſdictionem aliquando diminutam fuiſſe animaduerterimus, ex facultatibus Legatorum Apoſtolicæ Sedis, habentium quandoque poteſtatem procedendi in cauſis criminalibus Eccleſiaſticarum perſonarum cumulatiuè cum eodem Archiepiſcopo, itaut inter eos præuentioni locus ſit, & pariter eam ibi extare conſuetudinem viderimus, quod in Cauſis ciuilibus Clerici actores trahunt laicos reos ad Forum Eccleſiaſticum. Nos certam in præmiſſis formam,per quam eiuſdem Archiepiſcopi iuriſdictio, ſecundùm Canonum, & Concilij Tridentini diſpoſitionem conſeruetur, & laudabilis eadem conſuetudo confirmetur, & amplietur, quod etiam in cauſis ciuilibus vtile futurum credimus ipſis partibus propter minora diſpendia, quæ ibi in Eccleſiaſtico Foro patiuntur, præſcribere volentes; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtræ, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in Foro Archiepiſcopali Eccleſiæ Bononien. cui dilectus filius noſter Ludouicus tituli S. Mariæ Transpontinæ Presbyter Cardin. Ludouiſius nuncupat. S. R. E. Camerarius, noſter ſecundùm carnem ex fratre germano nepos ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica præeſſe dignoſcitur, omnes, & quæcunque Cauſæ perſonarum Eccleſiaſticarum vtriuſque ſexus, ac piorum locorum Ciuitatis, & Diœceſis Bonon. ſiue inter ipſas, & ipſæ agantur Cauſæ prædictæ, & ſiue in illis actores tantùm, ſiue rei tantùm ſint, eadem loca pia, & Eccleſiaſticæ perſonæ, & cuiuſcumque qualitatis cauſæ ipſæ, exiſtant, & ad quamcunq; ſummam aſcendentes, tam ciuiles, quam criminales, & mixtæ, & tam actiue, quam paſſiuè contra quoſcunque tam Eccleſiaſticos, quam Laicos, tam Seculares, quam cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti regulares, citrà tamen derogationem noſtræ nuper editæ Conſtitutionis circa Conſeruatores, & priuatiuè quoad S. Rom. Eccleſiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, atque Gubernatores, etiamſi à Nobis, & ſucceſſoribus noſtris habeant, vel habituri ſint facultatem procedendi in Cauſis criminalibus Eccleſiaſticarum perſonarum, itaut dictæ facultates eiſdem Legatis, & Gubernatoribus nullatenus ſuffragentur, nec illis vti valeant, *niſi pro criminibus, pro quibus Eccleſiaſtica perſona Foro Sæculari traduntur*, ac etiam quoad quoſcunque alios tam ordinariam, quam delegatam iuriſdictionem habentes, in prima inſtantia tam hactenus motæ, quam in futurum mouendæ in Curia, & Foro Archiepiſcopali per Officiales, & Iudices ab ipſo Ludouico Cardin. ac eius in dicta Eccleſia ſucceſſoribus pro tempore deputatos, vna cum earundem Cauſarum incidentibus, & dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totiſque negotijs principalibus audiri, cognoſci, & fine debito, prout iuris fuerit, terminari, & debitæ executioni omnino demandari debeant. Quodque duæ ſententiæ conformes in Cauſis prædictis faciant rem iudicatam, nec ab eis appellari, reſtitutio in integrum, ſeù reductio ad arbitrium boni viri peti, ſeù quocunque alio modo reclamari poſſit, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus; dictoq; Ludouico Cardin. & eius in dicta Eccleſia ſucceſſoribus prædictis, & ab eo, & illis pro tempore deputatis Officialibus, & Iudicibus huiuſmodi, omnes, & ſingulos, necnon Vniuerſitates, Collegia, & loca etiam pia ius, & intereſſe habentia, aut habere quomodolibet prætendentia, citandi, etiam per Edictum publicum, conſtito ſummariè de non tuto acceſſu, ac eiſdem ſub cenſuris, & pecuniariis, aliiſque eorum arbitrio imponendis, applicandis, & moderandis pœnis, inhibendi, aliaq; omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi, earundem tenore præſentium plenam, & amplam facultatem impartimur. Decernentes præſentes Literas de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeù nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocunque defectu, prætextu, ratione, vel cauſa, etiam ex eo, quod Regulares huiuſmodi, ſeù eorum Procuratores auditi, vel cauſæ propter quas præſentes emanarunt, examinatæ non fuerint, notari, impugnari, reſcindi, ſeù reuocari, in ius, vel controuerſiam adduci, eaſque ſub ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, & conceſſionum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, vel Legatorum, aut Gubernatorum facultatibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus, cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs, ac irritantibus, & alijs decretis impetrandis, ſeù etiam motu proprio concedendis, vllo vnquam tempore minimè comprehendi, ſed ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ac per-

ac perpetuo ab illis exemptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, validiſſimum ſtatum, & ſub poſteriori data per eundem pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum eligenda, reſtitutas, & de nouo conceſſas eſſe, & cenſeri, neque quod idem Ludouicus Cardin. facultatibus per præſentes ſibi conceſſis, etiamſi pluries caſus euenerit, vſus non fuerit, opponi poſſe, ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. Rom. Eccl. Card. etiam de Latere Legatos ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere ac irritum, & inane quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. quatenus opus ſit regula noſtra de iure quæſito non tollendo, ac quibuſuis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ciuitatis, & Diœceſis Bononien. huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & vſibus, ſtylis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, necnon quibuſuis Conſeruatoriis, priuilegiis quoque pro electione Conſeruatorum, Indultis, & Literis Apoſtolicis, necnon quibuſuis Conſeruatoriis quibuſuis Ordinibus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quæuis alia expreſſio habenda eſſet, eorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Anulo Piſcatoris, die 28. Aprilis 1622. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

*S. Card. S. Suſanna.*

Loco † Anuli Piſcatoris.

---

# Cap. Septimi §. II. & III.

Et ſe l' homicidio ſarà ſeguito per mandato ſemplice ſenza la qualità dell' aſſaſſinio tanto il mandante, quanto il mandatario ſaranno puniti con la pena della forca.

§. 3. E la medeſima pena incorreranno, quando ſi foſſe venuto all' atto proſſimo ad arbitrio come ſopra, e ſe non ſi foſſe venuto all' atto proſſimo la pena ſarà corporale ſino alla Galea incluſiuè.

*SVMMARIVM.*

1 *Mandatum ad delinquendum vnum eſt ſimplex, aliud eſt qualificatum, & vnum ab alio diſtinguitur.*
2 *Simplex eſt illud, quod datur, & acceptatur abſque interuentu pecuniæ.*
3 *Punitur pœna ordinaria ſequuto homicidio tam in mandante, quam in mandatario.*
4 *Mandans comprehenditur in ſtatuto ſi loquitur in rem, ſecùs ſi in perſonam.*
5 *Sed hodiè ſemper comprehenditur.*
6 *Mandatum non ſequuto homicidio punitur pœna extraordinaria.*
*Ob generalem conſuetudinem ibidem.*
7 *Ceſſat ſtantibus Bannimentis indicentibus pœnam ordinariam, quandò fuit deuentum ad actum proximum.*
8 *Nam generalis conſuetudo tollitur per Bannimenta.*
9 *Et ſit redditus ad ius commune imponens pœnam mortis pro conatu.*
10 *Arbitrium Cardinalis Legato reſeruatum non poteſt extendi ab alio.*
11 *Ad extendendum arbitrium attendi debent circumſtantiæ grauantes.*
12 *Datur exemplum in eo, qui non reiterauit ictus percuſſionis, quia putauit percuſſum fuiſſe mortuum.*
13 *Superchiaria eſt ſpecies aſſaſſinamenti.*
14 *Mandans occidere debet moueri ex cauſa propria, nam ſi mouetur ex cauſa propria, & inſimul ex cauſa mandatarij, non dicitur mandans, ſed conſulens, & inflammans.*
15 *Et mitiori pœna puniretur.*
16 *Mandatum, & non conſilium præſumitur, quandò quis fuit occiſus contemplatione illius, qui alterum occidendum commouit.*
17 *Idem quando inimicitia mandantis præponderat.*
18 *Idem quando occidens non erat alias facturus.*
19 *De mandatario debet conſtare plenè, verè, & certè.*
20 *Sufficit tamen certitudo per deſcriptionem, & ſigna identitatem oſtendentia.*
21 *Mandatarij incertitudo operatur vt nequeat procedi contra mandantem. & num. 29.*
22 *Ob duplicem rationem allegatam, & num. 23.*
24 *Mandatarij perſona debet apparere certè, & non per præſumptiones, & inditia.*
*Sed fallit, quandò Iudex inquirit de ſolo mandato ſeparato à delicto. num. 40.*
*Fallit quoad exactiſſimam probationem. nu: 29.*
*Quia ſufficiunt ſigna, & deſcriptio mandatarij*

*iuxtà*

*iuxtà receptam praxim. num. 31.*

*Alias rarò delinquentes puniri poſſent. num. 30.*

*Eſt tamen praxis hec aliquando periculoſa, numero 32.*

*Maximè quandò Iudex ex deſcriptione, & ſignis vult indiuiduare, & ſpecificare delinquentem. num. 33.*

*Tutius eſt condemnare eo caſu mandatarium ſub nomine N. in proceſſu deſcriptum, numero 34.*

*Circa materiam diſtinguuntur ſex caſus ſub numero 36. 37. 38. 39. 40. 41. & 42. verſ. addo ſextum.*

25 *Equiuoca eſt probatio, quæ fit per nominis identitatem.*

26 *Talis eſt etiam illa quæ fit per deſcriptionem & ſigna delinquentis.*

*Contrarium. num. 37.*

27 *Mandatum tanquam accidens non poteſt ſtare ſine ſuo principali.*

28 *Text.* in l. libellorum ff. de accuſat. *requirit quod in inquiſitione nominetur perſona cumqua delictum eſt commiſſum.*

35 *Condemnatus ſub nomine N. in proceſſu deſcriptus ſequuta recognitione patitur executionem ſententiæ, & condemnationis.*

36 *Mandatarius quomodò, & quandò debeat indentificari, & probari tradit Eminentiſsimus D. Cardinalis Gualterius per quinque caſus, quos diſtinguit.*

38 *Mandatum poteſt probari per præſumptiones, & quandò tractatur de ſubſtinendo inquiſitionem contra contumacem tranſmiſſam, idem eſt quod probetur per præſumptiones, ac per plenas probationes.*

39 *Mandans non poteſt moleſtari, ſi non apparet quod is, qui accepit mandatum illud executioni mandauit.*

41 *Vel ſaltem appareat de aliqua relatione inter occiſorem, & mandantem.*

*Explicatur doctrina Natte d. num. 39. & ſub num. 44. verſ. poteſt opponi.*

42 *Occiſor ſi non habet cauſam propriam poteſt torqueri ad detegendum, & indicandum, mandantem.*

43 *Duo tamen requiruntur, primo quod occiſor non habeat cauſam, ſecundò, quod ſit perſona vilis, & veriſimiliter moueri potuerit ex mandato ad delinquendum.*

44 *Contrarium circa hoc ſecundùm dicit Farinac. Sed ſequenda eſt prima opinio, quæ eſt Saliceti.*

*Adducitur ratio ibid.*

45 *Mandati probatio habetur per verba inferentia mandatum, vel per præſumptiones reſultātes ex inimicitia capitali, allocutione ad aures occiſoris, & delicto incontinenti ſequuto.*

46 *Hæc tria copulatiuè requiruntur.*

47 *Et ſufficiunt ſolum ad torturam.*

48 *Et contraria opinio procedit quoad pœnam extraordinariam.*

49 *Sufficiunt ad pœnam ordinariam quando concurrunt etiam adminicula.*

50 *Vel quando inditia ſunt indubitata.*

51 *Pœna ordinaria ex inditijs indubitatis non ſolet imponi pro homicidio commiſſo ex ſimplici mandato.*

52 *Mandatum non ſolùm præſumitur ex dictis tribus requiſitis, ſed ex alijs inditijs, quæ recenſentur.*

53 *Verum debent æquipollere.*

*Et in ſpecie inferre tractatum. num. 55.*

54 *Allocutio ſecreta ſuppletur per minas.*

56 *Tractatus probatur coniecturis, ſed debent coniecturæ eſſe vehementiſſimæ, & approbatæ à Iure.*

57 *Inditium æquipollens debet habere omnia requiſita, quæ debent concurrere in ea re, ad quam fit æquiparatio.*

58 *Inditia deducta ex cauſis, ex perſonis, ex minis, & ex animoſitate loquentis inducunt mandatum.*

59 *Non tamen, vt poſſit deueniri ad torturam, niſi concurrant inditia denotantia in ſpecie mandatum, qualia ſunt deducta ex familiaritate, conuerſatione cum eo, qui exequutus eſt delictum.*

60 *De mandatario debet plenè conſtare, quando mandans reperitur in poſſe Curiæ.*

*Verum quod ſufficiat de illo conſtare per inditia oſtenditur. num. 62.*

*Et reſpondetur contrarijs. num. 61.*

61 *Inditia, quæ ſufficiunt ad torquendum carceratum ſufficiunt ad condemnandum contumacem.*

64 *Probationes receptæ ad defenſam mandatarij proſunt mandanti; quando ſunt receptæ pro vtroque, ſecus ſi pro vno tantum.*

65 *Probationes intelliguntur pro mandante, & mandatario quandò recipiuntur antè condemnationem contumacis.*

*Et etiam quandò non fiat proteſtatio. numero 67.*

66 *Praxis expediendi contumacem antequam aſsignentur defenſiones carcerato, vnde orta.*

68 *Abſurdum non eſt quod in delictis correlatiuis in eadem cauſa vnus condemnetur tanquam confeſſus, & alius abſoluatur ex defectu probationum.*

*Ratio huius praxis eſt quia teſtes qui examinantur ad defenſam ſolent deponere vt ſaueant inquiſitis corrupti pecunia vel gratia ibid.*

*Ideo teſtibus ad defenſam parum fidendum eod. num. 68.*

69 *Abſolutoria, vel condemnatoria an noceat, vel proſit mandanti, ſi ſit lata ad fauorem, vel contra mandatarium, diſtinguendum vt hic.*

70 *Tortura illata mandatario, qui negatiuus permanſit, non prodeſt mandanti, ſi extant inditia contra eum.*

71 *Mandatum præſumitur in delictis factis à filio, domeſticis, famulis.*

72 *Contrarium.*

73 *Concilia. & num. 74.*

75 *Veritas eſt, quod præſumitur mandatum, quando vltra conſanguinitatem famulatum &c. concurrit alia præſumptio.*

76 *Etiamſi ſit vnica, & leuis.*

77 *Immo ſi concurrunt plures præſumptiones, & vrgentes oritur indè inditium indubitatum*

*ad con-*

*ad condemnandum in extraordinariam.*
78 *Differentia inter delictum de mandato, & delictum de conſenſu commiſſo.*
79 *Filius faciens violentiam cum hominibus Patris an præſumatur feciſſe de conſenſu Patris remiſsiuè.*

## Se l' homicidio ſarà ſeguito per mandato ſemplice.

1 DIxi ſupra contradiſtingui mandatum
ſimplex à mandato cum qualitate,
2 quia ſimplex eſt illud, quod datur, & recipitur abſque interuentu pecuniæ, ſeù alterius rei, vt explicat Decian. *tract. crimin. lib. 9. cap. 30. num. primo & latius cap. 31.*

Et hoc mandatum ſimplex ſequuto homicidio debet de Iure communi puniri pœ-
3 na ordinaria *leg. Corn. de Sicar.* tam in mandante, quàm in mandatario Farin. *qu. 135. num. primo* qui ſe fundat *in lege non ideo minùs C. de accuſat. & in l. ſi per alium ff. ne quis eum qui & in l. ſi quis id, quod ff. de iuriſd. omn. Iudic.* & concordantes adducit Cyn. Bart. Iacobin. de S. Georg. Gandin. Alberic. Decium, Boulench. Cæpoll. Carrer. Gomez. Decian. & alios: ſecùs de iure ſtatutario, quia in ſtatuto mandans non compræhen-
4 ditur, niſi loquatur in rem, vt diſtinguit Bart. *in leg. ſi quis id, quod §. ſerui quoque n. 10. ff. de iuriſdict. & in l. ſed ſi vnius §. ſeruus nu. 2. ff. de iniur. & in l. aut qui aliter §. fin. ff. quod vi, aut clam* Clar. *quæſt. 89. verſ. ſed quæro* Bertazol. *conſ. crim. 444. num. 4.*

5 Contrarium tamen etiam in terminis ſtatuti reſpondent Gandin. *de malefic. tit. de pœnis num. 12.* Suarez *verbo mandator. num. 46.* Aretin. *in leg. gallus §. et quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.* Ant. de Ballis *variar. lib. 4. tit. de quæſt. particul. quæſt. 7. num. 4. & ſeqq.* & Monterentius *ad ſtatut. crimin. Bonon. lib. 5. de pen. mandant. verbo ea pœna.*

6 At homicidio non ſequuto debet tantum extraordinariè puniri ſecundùm conſuetudinem generalem totius mundi, de qua teſtantur poſt Angel. Corn. Alex. Gram. Caſſan. Boſſ. Tiraquell. Carpanus *ad nouas Conſtit. Mediol. cap. homicidium num. 1059.* & alijs pluribus more ſuo relatis Farin. *quæſt. 124. num. 78. & ſeqq.* & poſt Gambacurt. Ricc. Cutell. Vermigl. Thor. Larrea, Maſtrill. Diana, del Bene, Giurb. & Matthæu, Cortiada *deciſ. 92. num. 30.* Ant. Matthæus *de crimin. titul. de Sicarijs capit. 3. num. 11.*

Verùm ſtante Banno expreſsè puniente
7 mandatum pœna vltimi ſupplicij, etiamſi non fuerit ſequutum homicidium, dummodò fuerit deuentum ad actum proximum, inſultus ſcilicèt, & vulneris, vt ſupra explicaui, debet illud ſeruari non ſolùm, quia tunc non poteſt attendi conſuetudo,
8 quæ per diſpoſitionem ſtatutariam, & Bannimentalem dicitur omninò ſublata, Farin. *quæſt. 124. num. 135.* Gram. *vot. 8. nu. 8. & vot. 9. num. 13. & voto 20. num. 4.* Clar. *quæſt. 92. verſ. ſcias tamen,* & Claud. ad Bertazol. *conſ. crimin. 123. lit. A.* & diffusè, ac multum accuratè Ant. de Ball. *variar. lib. 4. quæſt. particul. quæſt. prima num. 34. verſ. quid dicendum, & num. 36. & num. 41.* & 53. ſed etiam quia Bannimenta reducunt nos ad
9 Ius commune, quod pro conatu pœnam mortis imponit iuxta Text. *in leg. is, qui cum telo C. ad leg. Cornel. de Sicar. & in §. item lex Cornelia Inſtit. de public. Iudic. cum alijs iuribus adductis* ab Ant. Matthæo *de criminib. tit. de Sicarijs cap. 3. num. 10.* & ideò, cum ius commune concurrat cum diſpoſitione Bannimentorum, non poteſt attendi conſuetudo, vt in terminis ſimilis ſtatuti dicit Carpan. *in dicto cap. homicida per tot. & ſignanter num. 1063.* & idem voluerunt Ang. *in l. p. §. fin. num. 3. ff. quod quiſque Iur.* Maſtrill. *deciſ. 155. num. 7.* Franc. Maria Pratus ad Muſcatell. *de cognit. delict. tit. de ictu Scopitti verſ. at quæſtio,* & Gizzarell. *deciſ. 25. num. 7.*

Conſiderandum tamen, quod Bannimenta noſtra non tollunt dictam conſuetudinem, niſi vbi, & quoties Eminentiſſimus & Reuerendiſſimus D. Cardinalis Legatus cognoſcens bono publico expedire, ità arbitrabitur, vt apparet ibi: *E la medeſima pena incorreranno, quando ſi foſſe venuto all' atto proſſimo ad arbitrio come ſopra di SS. Illuſtriſſima,* & propterea non interpoſito arbitrio, quod
10 nequit interponi ab alio, quam ab ipſomet Eminentiſs. & Reuerendiſs. Domino Cardinale Legato ad Text. *in l. ſeruus ſi hæredi ff. de ſtatu liberis,* Afflict. *conſtit. ſi damna num. 74.* & Ant. de Ball. *variar. lib. 4. tit. de quæſt. particul. quæſt. 5. num. 23.* remanemus in terminis eiuſdem Conſuetudinis, & non poſſumus imponere pœnam mortis, vt dicit Ant. de Ball. *d. num. 23.*

Sed quandò Legatus debet ſuum interponere arbitrium, & extendere pœnam ad mortem? Dic quod debet attendere cir-
11 cumſtantias delicti aggrauantes, vt dicunt Crauett. Menoch. Viu. Bertazol. Riminald. Couar. & Cumia relati ab Ant. de Ballis *lib. 4. variar. tit. de quæſt. particul. quæſt. 5. num. 4.* qui eos refert, & ſequitur, & Carpan. *ad nouas conſtit. Mediol. cap. homicida numer. 1060.* & poteſt poni exemplum in eo,
12 qui percuſſit, & in tantùm abijt, in quantum putauit percuſſum eſſe mortuum, nam tunc conſuetudo non debet habere locum, & nec debet in aliquo percuſſorem releuare, vt aduertunt Add. ad Alex. *conſ. 15. num. 3. lit. E. verſ. quod tamen vol. primo,* & eo relato Carpan. *loc. cit. num. 1060.* & poteſt etiam poni exemplum in eo, qui cum magna copia armatorum, vt dicitur cum ſuperchiaria, irruit in alium, & animo oc-
13 cidendi percutit, & mortaliter vulnerat, etenim eſt ſpecies aſſaſſinamenti, vt ex Grat. *conſ. 52. lib. 2.* & Paris *conſ. 166. vol. 4.* no-

tat Monterent *ad Statut. crimin. Bonon. lib. 5.*
*tit. de pœna aſſaſſinij verbo tamquam aſſaſſinus*
*circa finem*, & concurſus plurium hominum
facto interuenientium auget delictum, vt
per Text. *in l. ſi plures ff. de iniurijs inquit* Bal-
dus *l. prima num. 9. C. de ſeru. fugit.* ideò iſtis
caſibus poteſt intrare, & extendi arbitrium.

Ad ſciendum ea, quæ ſunt neceſſaria ad
conſtitutionem, & eſſentiam huius crimi-
nis, deberent ſufficere ea, quæ dixi *in §. an-*
*tecedenti*, nam dempto requiſito interuen-
tus pecuniæ, ſeu alterius certæ rei, cætera
applicantur mãdato ſimplici; Nihilominùs
ad intelligentiam, & maiorem explicatio-
nem etiam *ſupradicti* §. dico quod in man-
dato ſimplici requiritur de neceſſe.

Primò perſona mandantis, qui ex cauſa
propria moueatur ad dandum mandatum
14 ad delinquendum, nam ſi moueretur ex e-
ius propria cauſa, & inſimul ex cauſa man-
datarij, & ſic ex cauſa communi, puta quia
qui occiditur, erat communis inimicus,
non eſt amplius mandans, ſed conſulens,
ſeù inflammans Farin. *quæſt. 123. num. 157.*
*& quæſt. 134. num. 72.* Cyriac. *controu. forenſ.*
*399. num. 11.* Giurb. *conſ. 70. num. 31. 32. &*
*33.* & Eminentiſſimus, & Reuerendiſs. clar.
mem. D. Cardinalis Gualterius penès Zuf-
fum *de legitim. proceſſ. quæſt. 66. num. 60.* &
iterum ex Bald. Ruin. Boſſ. Berò, Corn. A-
ret. Bertazzol. Carrer. & alijs firmat Farin.
*quæſt. 129. num. 13.* qui vlterius ex prædicto-
rum auctoritate infert, quod iſte mandans,
15 ſeù potiùs conſulens debet mitiori pœna,
quàm occidens teneri.

Hoc tamen ſecundùm Farinac. *loc. citato*
*num. 14. & ſeqq.* habet tres limitationes, qua-
rum *Prima* eſt, quod præſumitur mandatũ,
16 & non conſilium, quando quis fuit oc-
ciſus contemplatione illius, qui alterum
ad delinquendum mouit, & allegat Ruin.
*conſil. 6. numero ſexto lib. quinto. Secunda*
eſt, quod præſumitur mandatum, & non
conſilium, quando inimicitia non eſt æ-
17 qualis, ſed reſponderat, & eſt maior ex
parte eius, qui alterum ad delinquendum
mouit, & allegat Ruyn. *d. conſ. 6. numer. 3.*
Boſſ. *tit. de mand. ad homicid. num. 53.* Franc.
Marci *deciſ. 423. num. 26. par. 1.* & Maſcard.
*de probat. concluſ. 419. num. 6. & 7. Tertia* eſt
quod mandatum, & conſilium præſumitur,
18 quando non erat alias facturus, & allegat
Ruyn. *d. conſ. 6. num 2.* Monticell. *reg. 7. nu-*
*mer. 5.* quam concluſionem reſpectu pœnę,
quam dicit eſſe ordinariam comprobat ipſe
Farinac. *dicta quæſtione 129. num. 108. & ſeqq.*
*& num. 130.*

Secnndò requiritur perſona exequentis,
nempè mandatarij, de quo debet conſtare
19 plenè, verè, & certè Boſſ. *tit. de delict. num.*
*36.* Cathar. *capto bannito cap. 1. nu. 347.* Bur-
ſatt. *conſ. 20. num. 6. & conſ. 146. numer. 11.*
Maceraten. *lib. 3. var. reſol. 2. num. 10.* Pere-
grin. *conſ. 103. num. 21. lib. 2.* & Giurb. qui
alios multos allegat *conſ. crim. 91. num. 18.* &
20 alij paſſim. Explica tamen hoc, vt *infra* dicã.
21 Data enim incertitudine mandatarij ſub-
oritur impotentia procedendi contra man-
dantem Boſſ. *tit. de delict. num. 35.* Pariſ. *con-*
*ſil. 171. num. 10. vol. 4.* Marſil. *conſ. 49. num.*
*11.* Menoch. *de arbitr. caſ. 352. num. 15.* Fol-
ler. *verbo capiat informationem num. 70.* Surd.
*conſ. 40. num. 47.* Cyriac. *contro. forenſ. 488.*
22 *num. 60.* & duplex poteſt afferri ratio, pri-
ma, quia cum vtriuſque perſona in man-
dato ſit neceſſaria, vt dicunt præcitati Do-
ctores, ſi deficeret mandantis, aut manda-
tarii perſonæ identitas, deficeret corpus de-
licti, vt innuit Eugen. *conſ. 77. num. 135.* &
Giurb. *conſ. crim. 97. num. 7.* altera ratio eſt,
23 quia mandanti tolleretur defenſio, ſeù
modus ſe defendendi Giaccar. ad Clar. *quæ-*
*ſtione 89. lit. D.* Giurb. *d. conſ. 97. numer. 8.*
Marſ. *conſ. 49. numer. 14.* Felic. *allegat. 167.*
*numer. 1.* & Burſatt. *conſil. 216. numer. 82.*
nam cum poſſit dicere, & probare, quod
quis fuit occiſus ab alio, quam à prætenſo
mandatario; vel quod aſſ. mandatarius erat
in loco ſatis remoto, die, & hora homici-
dij; vel quod mandatarius erat amicus oc-
ciſi, ita vt ei confidere non debebat; vel
quod erat eius inimicus, cui nec alloqui
poterat: vel quod ille mandatum non ha-
buit, & ſic quod non deliquit de mandato,
& huiuſmodi, vtique ſi non indiuiduatur
perſona mandatarij, non poterit vti prædi-
ctis modis, ſeu altero eorum ad ſe defen-
dendum, & ſuam innocentiam monſtran-
dam, vt benè conſiderant Menoc. *caſ. 352.*
*num. 11.* Ruin. *conſ. 6. num. 11. lib. 5.* Surd.
*conſ. 40. nu. 19.* Marſil. *conſ. 49. nu. 14.* Felic.
*alleg. 167. num. 1.* & Giurb. *d. conſ. 97. nu. 8.*

Eſt tamen verum, quod ſi non poteſt
haberi nomen, & cognomen, & vera,
ac certa cognitio mandatarij, ſufficit i-
dentitas perſonæ eiuſdem habita per ſi-
gna, ſtaturam, veſtimenta, barbam, æta-
tem, qualitatem pilaminis, & potiſſimè
per faciem. vt docent Farin. *quæſt. 3. nu. 10.*
*verſ. ſublimitando* Decian. *tract. crim. lib. 9.*
*cap. 33. num. 2.* Burſatt. *conſ. 20. numer. 6.*
Giurb. *conſ. 97. num. 9.* Muta *ad pragmat. tit.*
*41. de armis prohibitis num. 103.* & quamuis
24 aliqui dicant non ſufficere, quod conſtet
de mandatario per præſumptiones, & indi-
tia, Boſſ. *tit. de delict. num. 38. in fine, & tit.*
*de mandat. ad homicid. num. 36. in fine* & Me-
noch. *caſ. 349. num. 13. & caſ. 352. num. 15.*
& Raudenſ. *de analog. capite 24. numero*
*37.* qui ait non ſatis eſſe, quod ille contra
quem pro maleficio inquiritur, ſit Titius,
25 quia ſic nominatur, ſi aliæ ceſſarent conie-
cturæ, nam æquiuoca eſt probatio, quæ fit
per nominis proprij identitatem, & Giurb.
26 *conſ. 97. num. 7.* inquit ſigna, & deſcriptio-
nem delinquentis non ſufficere, quia ſatis
ſunt vaga, & non vni potius, quàm alteri
conueniunt; Nihilominus non eſt receden-
dum

dum à dicta concluſione, nam eſt quidem
neceſſe quod conſtet de illo, qui mandatũ
27 exequutus fuit, tum quia mandatum tam-
quam accidens non poteſt ſtare ſine ſuo
principali delinquente, vt ex Bald. Anchar.
Marſil. & Monticell. probat Farin. *quæſt. 3.*
*num. 2. verſ. ratio præcedentis concluſionis*, tum
etiam quia Text. *in l. libellorum ff. de accuſat.*
28 diſponit, quod in inquiſitione debet nomi-
nari perſona, cum qua delictum eſt com-
miſſum, ne in tanto crimine cum alterius
jactura vagari contingat, vt ſubdit Farinac.
*d. quæſt. 3. num. 3.* ſed nullo modo poteſt in
29 praxi adhiberi illa exactiſſima probatio,
quam requirunt Boſſ. Menoch. Raudenſ.
30 & Giurb. *locis citatis*, quia nunquam, vel
raró punirentur delinquentes, qui vt pluri-
mum ſunt forenſes, & è longinquo ac-
cerſiti ad hoc, vt admiſſo crimine abeant, &
numquam amplius reuideantur in loco
31 commiſſi delicti, & propterea receptum
fuit, & recipi debet vbique locorum in pra-
xi, quod ſufficiant ſigna, & deſcriptio
mandatarij, iuxta aduertentiam Farinacij
*d. quæſt. 3. num. 5. verſ. ego autem in fine, & me-*
*lius num. 10. per tot.*

Non poſſum tamen negare, quin praxis
32 ſit aliquando periculoſa, præſertim quan-
do Iudex volens vti diligentia, quam eſſe
neceſſariam autumit in his terminis Emi-
nentiſſimus D. Cardinalis Gualterius penes
D. Zuffum *de legitimat. proceſſ. quæſt.* 66. *n.* 38.
33 vult ex deſcriptione delinquentis facta per
teſtes reinuenire, & identificare ipſum de-
linquentem; etenim iſto caſu de facili er-
ratur propter rationem aſſignatam à Rau-
den. & Giurba, nempè quia huiuſmodi
probatio eſt æquiuoca, & multis conue-
34 niens, & tutius tunc eſt condemnare man-
datarium ſub nomine N.N. in proceſſu de-
ſcriptum, quia ſi deſcriptus poſt ſequutam
condemnationem deuenier in poſſe Curiæ,
poterit recognoſci à teſtibus, qui viderunt
eum alloqui cum mandante, & à teſtibus
qui viderunt eumdem in actu perpetratio-
nis delicti, & eumdem in proceſſu deſcri-
35 pſerunt, & facta recognitione in forma
poterit Iudex ſententiam exequi facere iux-
tà praxim, quam docent Farinac. *quæſt.* 31.
*num. 10. verſ. ſublimitando* Ambroſin. *proceſ.*
*in form. lib. 6. cap. 1. n. 6. & ſeq.* Carthar. *capto*
*bannito cap. 2. num. 4. & ſequentibus.* Porrò
*in addit.* ad Ambroſin. *in d. cap. 1. verſic. t.*
*quando ignoratur.*

Vt tamen de hoc ſecundo requiſito ha-
36 beatur maior, & lucidior explicatio non
erit abs re referri plures caſus, quos diſtin-
xit Eminentiſsimus Dominus Cardin. Gual-
terius penès D. Zuffum *de legitim. proc. quæſt.*
66. *per tot.*

Primus eſt in homicidio commiſſo à per-
ſona, quæ nec cognita, & nec deſcripta eſt,
& nec apparet, quod fecit de mandato.

Secundus caſus eſt in homicidio com-
miſſo à perſona incognita, ſed teſtes eam
deſcribunt, & feciſſe de mandato aſſerunt.

Tertius caſus eſt in homicidio commiſſo
à perſona incognita, quam teſtes deſcribũt,
ſed non aſſerunt feciſſe de mandato, niſi per
præſumptiones, & inditia.

Quartus caſus eſt in homicidio commiſ-
ſo à perſona, quæ nec cognita, & nec de-
ſcripta eſt, ſed teſtes inquiunt fuiſſe à Titio
datum mandatum Seio de occidendo il-
lum, qui deindè fuit repertus occiſus.

Quintus caſus eſt in homicidio commiſ-
ſo à perſona cognita, & deſcripta à teſtibus,
quæ nullam habens cauſam occidendi præ-
ſumitur feciſſe de mandato alterius, ſed
nec liquidò, & nec præſumptiuè conſtat de
cuius ordine, & mandato fecit.

Quoad primum caſum Dominus Cardi-
nalis dicit, quòd nullam recipit difficulta-
tem, quia de mandato ne fumus quidem
datur.

Quoad ſecundum caſum pariter dicit,
quod nullam recipit difficultatem, quia
37 conſtat de mandato, & conſtat de occiſo-
re, ſaltem per deſcriptionem, & ſubdit de
hoc caſu ſcripſiſſe Carthar. *deciſ.* 31. Muſca-
tell. *de cognit. delict. tit. de homicid. mediante*
*mandat. num.* 17. *&* 22. & Giurba *conſil.* 97.
*num.* 9. *circa finem.*

Quoad tertium caſum, ait, eſſe reſpon-
dendum, prout fuit reſponſum in ſe-
cundo caſu, quia idem eſt, quod conſtet de
38 mandato per præſumptiones, ac per pro-
bationes ad effectum tamen ſubſtinendi
inquiſitionem, & ait ſuper hoc caſu con-
ſuluiſſe Nattam *conſ.* 422. & de illo feciſſe
mentionem Giurb. *conſ.* 97. *num.* 18. & Fa-
rin. *quæſt.* 3. *num.* 5. *verſ. ego autem*, & con-
ferre dicta per Eugenium *conſilio* 76. *nume-*
*ro* 3.

Quoad quartum caſum reſpondet non
poſſe procedi contra mandantem, quia non
39 conſtito homicidium fuiſse commiſſum
ab eo, qui mandatum accepit, non poteſt
moleſtari mandans, dum ab alio, quàm
à mandatario potuit committi, & citat
Ruin. Burſatt. Surdum, Mar. Anton. Ver-
migliol. declarantes, & explicantes Nattam
40 *d. conſ.* 422. admittit tamen poſse hoc caſu
procedi pro ſolo mandato iuxta caſum
Eugen. *conſ.* 76. *num.* 39. *&* 50. *lib.* 1. & De-
cian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 33. *num.* 2. Boſſ.
*tit. de delictis num.* 48. Menoch. *de arbitr. caſ.*
352. *num.* 10. *& quæſt.* 3. *num.* 6.

Quò tandem ad quintum caſum reſpon-
41 det, quod non extantibus inditijs inferen-
tibus tractatum, ſeu relationem aliquam
inter inimicum, qui præſumitur man-
dans, & occiſorem non poteſt inimicus
moleſtari, ſed occiſor benè poteſt tor-
42 queri ad indicandum mandantem, &
ſubtiliter explicat doctrinam Farinac. *conſil.*

 169.

196. *vol.* 3. ſed aduertendum, quod ad hoc
vt poſſit torqueri occiſor, quando non ap-
paret de cauſa ad effectum vt indicet man-
dantem, debent duo concurrere, *Primum*,
43 quod non appareat de cauſa propria occi-
ſoris. *Secundum*, quod ex qualitate occiſi,
& occiſoris inſurgat præſumptio, quæ ve-
riſimiliter Iudicis animum moueat ad cre-
dendum de mandato alterius occidiſſe. His
enim duobus concurrentibus poteſt occi-
ſor, quamuis de mandato non conſtet, poſt
condemnationem ipſius, torqueri, vt man-
datores, & conſcios reuelet, vt per doctri-
nam Salyc. *in l. fin. C. de accuſat. num.* 5. te-
ſtatur deciſum Dexart. *deciſ. Sardiniæ* 37. *nu-
mer.* 1. *& ſeqq.* nam ſi perſona inquiſita eſt
ſeruilis, poteſt interrogari de mandatori-
bus, & ſocijs, quia tales perſonæ, vt pluri-
mum, tamquam meticuloſæ, ſine ſocij ſua-
ſione, & mandato non conſueuerunt ma-
gna delicta tentare, vt ſubdit Dexart. *loc. cit.*
cui addo Tapiam his formalibus verbis lo-
quentem *de Iure Regni lib.* 5. *tit.* 6. *pragm.* 1.
*in fine*, & Salycetum ſequuntur Gomez. *va-
riar. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 17. & Boſſ. *tit. de
indic. & conſider. ante tortur. num.* 145.

44 Verùm Farinac. *quæſt.* 37. *num.* 154. *& ſeq.* admittit concluſionem etiam in perſona non vili, quandò nulla poteſt conſiderari cauſa, propter quam delictum commiſerit, ſed non recedas à dicta Salyceti doctrina, qui requirit præſumptionem, & veriſimilitudinem mandati, & complicitatis alterius vltra non cauſam, vt aduertit Dexart. *loc. citat. num.* 4. durum enim eſt, quod perſona non vilis torqueatur ad indicandum mandantem, ex quo non apparet de cauſa propria, quæ poteſt eſſe occulta, & non propalanda ex cauſa honoris, & huiuſmodi.

Addo ſextum caſum, & eſt quando fuit repertus occiſus Seius, & inquiritur contra Caium inimicum dicti Seij, qui viſus fuit alloqui cum forenſibus, & iſti fuerunt viſi armati circa locum, & tempus delicti, & puto quod non poſſit procedi, quia eliceretur præſumptum de præſumpto, nempè præſumeretur, quod Caius propter inimicitiam fecerit occidere Seium, & quod fecerit occidere ab illis, cum quibus viſus fuit alloqui, & quod iidem effectiuè occiderint, hoc autem improbatum eſt in iure, vt notum eſt omnibus. Vlteriùs ſi non poſſet procedi contra Caium, quando non conſtaret, quòd homines, cum quibus fuit viſus alloqui, occiderint Seium, ex ea ſolùm ratione, quia potuit occidi ab alijs, quã ab illis, vt ex Ruin. Farin. Surd. Burſatt. Mar. Antonin. Giurb. Vermigl. & D. Card. Gualter. dixi *ſup. n.* 39. quibus addo Conciol. *crim. reſol.* 6. *num.* 3. *verbo mandatum*. & Lau. Matthæù *de re crimin. controu.* 23. *numer.* 35. multò minùs poterit contra eum procedi, quando de vtroque mandante ſcilicèt, & mandatario dubitatur, quia potuit ab alijs, & de mandato alterius, quàm imputari occidi, & ita reperio fuiſſe in fortioribus terminis reſolutum penes Laur. Matthæù *dicta controu.* 23. *num.* 35. *& ſeqq.* vbi refert, quòd occiſo ictu ſcopetti, & nocturno tempore quodam Viro Equeſtris gradus per equitantem, qui aſſaſſinus credebatur, fuit inquiſitus pro mandato quidam Riualis eiuſdem occiſi, ſed fuit abſolutus ab obſeruatione Iudicij, quia mandatum vagè præſumebatur ita, vt neque apparebat, cui datum eſſet, neque de executore conſtabat, & ſic cuncta reducebantur ad vagas ſuſpiciones, & cerebrinos diſcurſus; quid dixiſſet Matthæu, ſi nec conſtaſſet, quod equitans ille occidiſſet?

Poteſt opponi quod Natta *dicto conſ.* 422. ſubſtinet inquiſitionem formatam contra mandantem ex eo, quia inimicus mandantis fuerat interfectus à forenſi, & ipſe mandans die præcedenti, & eo die, quo commiſſum fuit homicidium, plures in ſua domo hoſpitatus fuerat forenſes.

Sed præterquam quod opinio Nattæ non eſt omninò tuta, & de ea dubitarunt Burſatt. *conſ.* 20. *num.* 7. *lib.* 1. Anton. de Ballis *var. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 18. Eminen. Gualter. *dicta quæſt.* 66. *num.* 12. Conciol. *d. reſol.* 6. *num.* 8. *verbo mandatum*, & Giurb. *d. conſ.* 97. *nu.* 18. vbi ait, quod nemo ex Doctoribus citatis à Natta dicit, quòd ex hoc ſolo poſſit puniri mandans.

Reſpondetur, quod Natta ad ſubſtinendam eius opinioocm fundat ſe in inditijs, quæ concurrebant ad certificandum, quod is, qui occidit, erat ex illis forenſibus à prætenſo mandante receptatis, quando enim concurrit aliqua certitudo, ſaltem per ſigna, & deſcriptionem mandatarii, nulli dubium, quod poteſt procedi, vt dictum eſt ſupra ex Farin. Decian. Burſatt. & Giurb. quibus addo Matthæù *de Regim. Regni Valent. cap.* 8. §. 2. *num.* 10. concludunt enim ſufficere, quod, vbi non poteſt haberi certitudo, habeatur ſaltem probatio de mandatario per ſigna ſpecifica, ita vt Reo non tollatur defenſio reſultans ex probatione executionis delicti per alium factæ, vt explicat Matthæù *dicta controu.* 23. *num.* 36. Giurb. *conſ.* 97. *num.* 19. Farin. *quæſt.* 3. *num.* 10. Maceraten. *reſol.* 47. *num.* 5. *par.* 3. Vermigliol. *conſ. crim.* 27. *n.* 18. Emin. Gualter. *loc. cit. n.* 15. Conciol. pariter *loc. cit. num.* 7. ſiquidem neceſſe eſt, quod conſtet de aliqua relatione mandantis ad mandatarium, & è contra, vt ex Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 33. *num.* 1. Eugen. *conſil.* 76. *num.* 44. *&* 135. Guazzin. *Reor. defenſ.* 4. *c.* 13. *nu.* 2. & Giurb. *conſ.* 97. *nu.* 7. dicit Emin. Gualter. *loc. cit. num.* 50. *& ſeqq.* & ex hoc dicunt communitèr Doctores, quod mandatum præſumitur ex inimicitia capitali, ex allocutione ad aures interfectoris, & ex delicto incontinenti ſequuto, vt pluri-

bus

bus citatis oſtendit Farin. quaſt. 134. num. 57.
& altero eorum deficiente, deficit manda-
tum, & præſuumptio mandati, vt dicit Fa-
rin. ibidem, & quidem ſatis appoſitè, quia
inimicitia facit præſumere animum nocen-
di: allocutio oſtendit relationem, & cor-
reſpondentiam inter mandantem, & man-
datarium: & delictum incontinenti ſequu-
tum oſtendit, quod ex cauſa recepti man-
dati, & non ex alia cauſa occidit. Verum
eſt, quod alloquutio quandoque præſumi-
tur interceſſiſſe, ſed in illis tantùm, cum
quibus intercedit relatio, & coniunctio, vt
eſt in patre, & filio, vt reſpondet Marſil.
conſ. crim. 3. num. 9. dummodo inſimul ha-
bitent, ita vt de die, & de nocte, & ſecretè
& palàm ad libitum alloqui ad inuicem
poſſunt, vt benè ſubdit Marſil. ibidem, vn-
dè ceſſante cohabitatione, eſſet neceſſariò
probanda alloquutio, multò ergò magis
probanda eſt relatio inter penitùs extra-
neos.

Tertiò requiritur probatio mandati, quæ,
45 vt in crimine aſſaſſinij dixi, habetur per
teſtes deponentes de verbis expreſſis inferē-
tibus mandatum, de quibus copiosè agunt
Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 34. num. 2. &
ſeq. & Farin. quaſt. 134. num. 1. & pluribus
ſeqq. Peregrin. conſ. 104. num. 3. lib. 2. vel
ſaltèm habetur per teſtes deponentes de il-
lis tribus requiſitis, nempè inimicita capi-
tali, allocutione ſecreta facta ad aures
46 mandatarij, & delicto incontinenti ſequu-
to, quæ tria copulatiuè requiruntur ad præ-
ſumendum mandatum, Carrer. pract. crim.
§. circa igitur tertium n. 48. & Farin. conſ. 55.
num. 2. & quaſt. 134. num. 57. Decian. trac.
crim. lib. 9. cap. 34. num. 12. Ant. de Ballis
variar. lib. 1. quaſt. 20. num. 12. & Eminen-
tiſſimus D. Cardin. Gualterius penès Zuf-
ſum de legitimatione proceſſus quaſtione 66. nu-
mero 54.

Aduertendum modò, quòd iſta proba-
47 tio dicitur à Doctoribus præſumptiua, &
ideò ſufficit ad torquendum, & non ad con-
demnandū, Fulgoſ. in l. ſi ventri §. eorū ratio ff.
de priuil. credit. Paul. in l. prima C. de ijs, qui-
bus, vt indign. vbi Alex. Carrer. pract. crim.
§. circa igitur terrium num. 50. & ſeqq. Decian.
d. cap. 34. num. 13. Farin. conſ. 102. numer. 31.
& 34. & quaſt. 134. num. 65. & 66.

Contrarium tenent Ripa in l. ſi in. ventri
§. eorum ratio num. 4. ff. de priuil. credit. & alij
relati à Farin. conſ. 55. num. 54. & à Centol.
in add. ad d. conſ. 55. lit. F.

48 Sed Centolin. in d. addit. lit. F. ait, hanc
contrariam opinionem procedere quoad
imponendum pœnam extraordinariam, &
mitiorem iuxta declarationem Clari qu. 20.
verſ. ſcias tamen circa finem; vel ſaltèm pro-
cedit, quando dicta tria requiſita ſunt ad-
49 miniculata alijs inditijs, & coniecturis adeò
relouantibus, & apud Iudicem vrgentibus,
vt inſimul arctent mentem eiuſdem ad fir-
miter credendum rem ita ſe habuiſſe, & ſic
50 quando adſunt inditia indubitata, vt no-
tant in terminis Bald. Boer. Brun. & Ma-
ſcard, locis relatis per Centolin. vbi proximè
verſ. verùm ne decipiaris.

Sed ego numquam memini pro homici-
51 dio commiſſo ex ſimplici mandato fuiſſe
deuentum ad pœnam ordinariam ex indi-
tiis indubitatis, quia hoc vix admittitur in
atrociſſimis.

Iterum aduerten. quod licet regularitèr
mandatum præſumatur ex dictis tribus re-
quiſitis, non præcluditur tamen via pro-
bandi, & illud deducendi ex alijs inditijs, &
præſumptionibus, nam Bald. in l. prima n. 18.
C. de ſeru. fugit. inquit poſſe probari, ac præ-
52 ſumi ex perſonis, ex cauſis, ex moribus, ex
minis, ex animoſitate loquentis, ex fami-
liaritate, ex conuerſatione, ex fama publi-
ca incontinenti orta, & aliis huiuſmodi, &
Baldum ſic dicentem refert, & ſequitur Fa-
rin. conſ. 55. num. 46. 47. 48. & ſeqq. & conſ.
102. num. 24. & 32. & quaſt. 134. numer. 62.
ait, quòd licèt non omnia dicta tria inter-
ueniant requiſita, ſufficit tamen vt alia ſi-
53 milia, & æquipollentia inditia adducantur,
& citat fulgoſ. in l. ſi ventri §. eorum ratio
num. 1. ff. de priuil. credit. vbi firmat indi-
tium inimicitiæ ſuppleri per alia inditia Fe-
lin. in cap. afferte num. 13. de praſump. vbi di-
cit debere præcedere inimicitiam capitalē,
vel alias vrgentes cōiecturas, Aretin. in cap.
tertio loco num. 38. de probat. Vulpell. reſp.
crimin. 125. num. 1. Aym. conſ. 35. num. 4. vbi
54 quod loquutio ſecreta ſuppletur per minas;
imò quòd minæ plus operantur, quàm ſe-
creta loquutio, quibus adductis per Fari-
naccium addo Lentulum Cappellum pe-
nès Farin. conſ. 55. num. 23. Centolin. in ad-
dit. ad Farin. conſ. 102. lit. D. & Eminentiſ-
Dominum Cardinalem Gualterium penès
Zuffum de legitimatione proc. quaſt. 66. num. 59.
& 64.

Videntur tamen contra Baldi, & Sequa-
cium doctrinam inſurgere alij Doctores,
qui licet admittant probari mandatum ex
præſumptionibus, & coniecturis, nihilo-
minus requirunt, quòd dictæ coniecturæ
55 ſint tales, quæ non ſolùm in genere, ſed &
in ſpecie inferant tractatum, vt volunt Fa-
rin. conſ. 22. num. 30. verſ. primo quod conſtet
Cyriac. contr. 106. num. 71. Andreol. contr.
149. num. 1. Vermigliol. conſ. crim. 70. nu. 3.
& conſ. 79. num. 8. Rota Ianuen. penès Cen-
ſalium vot. 2. num. 16. Imò alij requirunt,
56 quod coniecturæ tractatus ſint vehemen-
tiſſimæ, & approbatæ à Iure, & adeò certæ,
vt vix poſſint denegari, & alitèr interpræta-
ri Bald. in l. quicumque num. 28. C. de ſeru. fug.
Decian. conſ. 88. num. 3. in fine lib. 3. Maſcar.
de probat. concl. 822. num. 14. & concl. 1386.
num. 18. Honded. conſ. 87. num. 94. Boer.
deciſ. 164. num. 4. Add. ad Farinac. conſ. 55.
litera F. verſiculo verum ne decipiaris, Guazzin.
Reo-

*Reorum defenſ. 4. cap. decimo quarto num. 6.*

Sed vna, vel altera dictarum opinionum attenta, eſt certum, quod ad ſupplendum alterum ex requiſitis per æquipollens debet dictum inditium æquipollens habe-
57 re omnia requiſita, quæ debent concurrere in ea re, ad quam fit adæquatio Alex. *conſ. 68. num. 7. verſ. probatur vol. 7.* Cyriac. *controu. forenſ. 203. num. 3.* & Eminentiſs. Gualterius penès Zuffum *q. 66. n. 64. & ſeqq.*

Et paritèr eſt certum, quod inditia deducta ex cauſis, ex perſonis, ex minis, &
58 ex animoſitate loquentis indicant mandantem ità, vt poſſit contra eumdem aſſumi informationes, & inquiri ad hoc, vt poſſit haberi, & reperiri, quod ipſe fuit
59 Mandans, ſed non poteſt ex ſolis dictis inditijs contra eumdem vti mandantem deueniri ad torturam, niſi cum eiſdem concurrant etiam contra eumdem inditia in ſpecie denotantia, & præſeferentia mandatum, qualia ſunt deducta ex publica voce, & fama, ex familiaritate, & ex conuerſatione eius, qui delictum fuit exequutus; vt benè explicat Eminētiſsimus Gualterius penès Zuffum *de legit proc. quaſt. 66. num. 22. 26. 32. 41. & 63.* qui citat Vermigliol. *conſ. crim. 120. num. 4.* & Farin. *quaſt. 3. num. 5. verſ. pariterque ſi adſunt,* nam cum longè diſter, vt ipſe ait *loc. citato num. 43.* quod conſter de mandatario, vt poſſint aſſumi informationes, & inditia contra aliquem inimicum occiſi, vti mandantem, & quod iſte inimicus valeat moleſtari, vti mandans, & etiam differ, quod quis poſsit ex inimicitia, ex minis, & ex qualitate perſonæ, & animoſitate loquendi proceſſari ad hoc, vt detegatur mādans, & quod verè talis, & pro tali habeatur, vt de ſe patet, debent de neceſſe acquiri, & cumulari in ordine ad mandatum vltra prædicta inditia generalia, etiam præſumptiones, & coniecturæ, quæ indicent præcedentem tractatū, ſeu aliquam aliam relationem inter mandantem, & mandatarium, vt ex Farinac. *d. quaſt. 3. num. 5. verſ. nam non dico,* pulchrè docet Eminentiſſimus Gualterius *in ſæpè citata quaſt. 66. num. 43. 50. & 63.* vbi teſtatur, quòd ita ſemper vidit ſeruari in omnibus Tribunalibus Vrbis, aliàs obſtaret concluſio trita, communis, & indubitata, quod non conſtito de mandatario, non poteſt procedi contra mandantem Text. *in l. ſi is, qui rem §. ſi tu Titium ff. de furt.* Bart. *in d. §. ſi tu Titium num. 2. & conſ. 199. incip. Tudertinus num. 2. lib. primo,* Farinac. *quaſt. 3. num. primo, & num. 5.* Vermigli. *conſ. 45. num. 1.*

Benè verum eſt, quòd puto, concurrentibus his, poſſe procedi ad torturam contra carceratum, licèt Vermigliol. *conſ. crim. 45. num. 2. & conſ. 62. num. 2.* & eo relato Emin. D. Cardin. Gualterius *loco cit. num. 31. verſ.*
60 *in Iure nimirum,* dicat, quod non ſufficit, quando proceditur contra carceratum, quod de mandatario conſtet per ſententiam contumacialem, vel aliàs minùs plenè, ob rationem, quia tunc non agitur de ſuſtinenda inquiſitione, in quibus terminis ajunt fuiſſe loquutum Farin. *d. quaſt. 3. num. 6. verſ. ſed non dico.*

61 Etenim ſi ad condemnandum contumacem requiruntur eadem indicia, quæ requiruntur ad torquendum carceratum, vt ex Clar. & Campana in terminis Bullarum nouiſſime probat Dominus Orilia *in addit.* ad Campanam *ſelect. reſol. prima num. 13. cir-*
62 *ca finem*, neſcio videre, quare debeant ſufficere, quando mandans eſt contumax, & non quando eſt præſens, & carceratus.

Nec valet ratio in contrarium allata,
63 quia inquiſitio nunquam, vt ſupponitur, ſubſtinetur ex contumacia, ſed benè ſubſtinetur ex inditijs legitimis, vt ex Conſtitutione 137. Beati Pij Quinti Farinac. Carthar. Scaccia, & alijs oſtendit D. Orilia ad Campanam *d. reſol. prima num. 8. & 12. & 21.*

Poteſt tamen ſuſtineri opinio Vermiglioli, quatenus admittatur, quod contumax poſſit condemnari, & condemnetur ex inditijs paulo minoribus iis, quæ requiruntur ad torturā, quod poſſe fieri, dicunt Brun. Boſſ. Corrad. Lancell. *locis relat.* à Farin. *q. 1. n. 45.*

Corroborantur quæ dixi ex eo, quia mandans poteſt extra ordinem puniri quando non plenè conſtat de mandatario, vt dicunt Intrigliol. *decis. 19. numer. 20.* Farinac. *quaſt. tertia numero octauo,* Giurba *conſ. crim. 91. num. 8.* Et ad hanc extraordinariam condemnationem ſufficere, quod notitia perſonæ mandatarii habeatur per famam, vel alia inditia dicit Farin. *loc. cit. num. 9.* etenim ſi mandans poteſt condemnari in pœnam extraordinariam, multo fortius ergo poterit torqueri.

Quæro primò. An probationes factæ à mandatario carcerato proſint mandanti exiſtenti in contumacia, & è contra? agunt de hoc articulo inter antiquos Riccard. de Maſiibra, vt apparet *in quaſt. quā diſputauit Padua* vt ponès Io: And. *in eius mercuriali de reg. Iur. in 6. verbo rari habitationē* vbi recenſet per extenſum dictam diſputationem Riccardi, & Bart. *in leg. prima §. fin. ff. de quaſtion.* & inter Modernos Farin. *quaſt. 135. nu. 32.* Decian. *tract. crim. lib. 9. cap. 33. num. 6.* Guazzin. *reor. defenſ. 2. cap. 8. num. 12* Baiard. ad Clar. *quaſt. 57. num. 2. & ſeqq.* Catena *de S. Offic. par. 3. tit. 9. num. 101. & ſeqq.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 351. num. 14. & caſ. 352. num. 12.* Conciol. *crim. reſol. 5. num. 4. verbo mandatum,* & Dominus Orilia *ad Campanam reſol. 25. num. 55. & ſeqq. vſque in finem,* & alij citandi, ex quorū dictis reſpondeas quod
64 proſunt, quando ſunt receptæ pro vtroque, ſecùs ſi pro altero tantùm, ità diſtinguunt Bart. *in d. leg. 1. §. vlt. ff. de quaſt.* Catter. *pract. crim. §. circa igitur tertium nu. 125.* Aug. ad Angel.

Angel. *de malef. §. Sempronium n.* 40. Bald. *conſ.* 259. *n.* 6. Boſſ. *tit. de mand. ad homicid. n.* 37. & Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 33. *n.* 6. Alber. *in leg. non ideò minùs num.* 6. *&* 7. *C. de accuſat.* Farin. *quaſt.* 135. *num.* 32. & ante omnes hæc diſtinctio videtur fuiſſe facta à Riccardo de Malumbra *in d. quæſtione* quam diſputauit Paduæ, quam vt dixi refert Io: Andr. *in Mercurial. verbo ratihabitionem circa finem fol. mihi* 103. *à tergo* Sed pro intelligentia huius concluſionis eſt aduertendum quod ex generalitate tituli ſuper defenſione formati arguitur, quod Iudex voluerit teſtes admittere, & probationes recipere pro veritate vtriuſque inquiſitionis, vt conſiderat Riccard. de Malumbra *loc. cit.* item arguitur exactis præcedentibus, ſiuè ſequentibus per Iura, quæ allegat Riccard. *ibidem*, & ideo

65 poteſt dici, quod probationes intelliguntur receptæ pro vtroque quandò recipiuntur, antequam fuerit deuentum ad condemnationem contumacis, & ideò introductum

66 eſt in praxi, quod contumaces priùs expediantur, & condemnentur, antequam præſentibus, & carceratis publicetur proceſſus, & aſſignentur defenſiones iuxta Theoricam Bart. *in l. non idcirco ff. de iudic.* Scap. *de Iure non ſcripto lib.* 5. *cap.* 114. *num.* 14. Clar. *quæſt.* 49. *verſ. ſed pone* vbi Baiard. *in addit.* Caball. *crim. reſol.* 75. *num.* 11. Guazzin. *reor. defenſ.* 22. *cap. primo num.* 8. & Caualc. *de brach. reg. par.* 4. *num.* 156. D. Orilia ad Campanam *reſol.* 25. *num.* 72. *verſ. quando vero* qui tamen conſiderat hoc non poſſe practicari, vel periculoſum eſſe quod practicetur, quando inditia contra mandatarium carceratum non ſunt nimis vrgentia, vel quando ipſe examinatus aliquam Iudici patefacit defenſionem, ex qua vterque defenditur, nam iſto caſu debet præuerti ordo, & ita practicare Sac. Conſultam teſtatur *ibidem*.

Imò etiam ſequuta condemnatione contumacis Iudex eſt coactus admittere articulos, qui concernunt, vel concernere quoquo modo poſſunt perſonam eorum, qui ſunt condemnati in contumacia, prout euenit vbi, & quoties carceratus alias remaneret indefenſus, vt dicunt Scarlattin. & Bertazzol., & alii *mox citandi* & Conciol. *crimin. reſol. prima verbo articuli*. Sed tunc

67 ad tollendam omnem difficultatem ſolet interloqui, & declarare defenſionem carcerati non prodeſſe condemnato abſenti, vt poſt Scarlattin. *conſ. crim. diuerſ.* 114. *num.* 9. *&* 19. *lib. primo* aduertit Farinac. *conſ.* 73. *num.* 8. Guazzin. *reor. defenſ.* 28. *cap.* 4. *nu.* 3. & Dominus Orilia ad Campanam *reſol.* 25. *num.* 55. *circa finem & nu.* 62. Carena *loc. cit. num.* 100. & Conciol. *dicta reſolution prima num.* 3.

Nec obſtat, quod in correlatiuis delictis non poteſt ſtare, quod vnus deliquerit, & alius non, vt in adulterio, ſtupro, & delictis commiſſis de mandato, quia de ſui natura non poſſunt committi, niſi concurrentibus duabus perſonis, vt inquit poſt alios, quos allegat Farin. *dicto conſ.* 73. *nu.* 2. *&* 7.

Quia etiam in correlatiuis prædicta praxis ſeruatur, vt colligitur ex Farin. *d. conſ.* 73.

68 *num.* 8. & Caball. *d. reſol.* 75, ait non eſſe abſurdum, quod in eadem cauſa contumaces condemnentur tanquam confeſſi, & quod præſentes aliquandò omnes, vel aliqui eorum abſoluantur, & adhoc plures allegat concordantes, quibus addo Guazz. *reor. defenſ.* 22. *cap. primo num.* 8. & D. Orilia ad Campanam *reſol.* 24. *num.* 66. & Ant. Matthæum *de criminib. tit. de accuſat. cap.* 5. *num.* 9. vbi ait quod ſatius longè eſt vel alterum condemnari, quam vtrumque iuſtam pœnam effugere: nec, ſubdit ipſe, eſt nouum ex duobus eiuſdem delicti Reis alterum condemnari, alterum abſolui: id enim in quæſtione legis Iuliæ de Adulterijs contingere poteſt, quæ, damnato adultero, integram voluit eſſe defenſionem adulteræ *leg. denunciaſſe §. quæritur ff. de adulter.* Et exiſtimo, quod hoc ſit fundatum in præſumtione, quod teſtes, qui examinantur ad defenſam, ſolent deponere, vt faueant inquiſitis, & quandòque etiam corrupti pecunia, vel gratia, contra veritatem proteſtantur, vt dicunt Clar. *§. homicidium num.* 43. Dexart. Sardiu. *deciſ.* 75. *num.* 9. *in fine* Theſau. *quæſt. forenſ.* 63. *num.* 6. *lib.* 4. & ideò teſtibus, qui ad defenſam examinantur, parum confidendum eſſe dicunt Porrus *faſcic. rer. crim. §. defenſiones fol. mihi* 426. & Thor. *de ciſ. vot.* 3. *num.* 27. *p.* 2. imò nulla eſſe adhibendam fidem, ait Dexart. *loc. cit.*

Quæro ſecundò. An abſolutoria, vel condemnatoria lata pro mandatario proſit, & reſpectiuè noceat mandanti, & è contra? Dic quod hanc quæſtionem diſputauit Paduę Riccardus Malumbra vt in diſputatione quam refert Io: Andr. *in qq. Mercurial. verbo ratihabitionem*, & de ea agunt Farin. *qu.* 135. *nu.* 33. & relatis alijs Decianus *tract. crimin.*

69 *lib.* 9. *cap.* 33. *num.* 7. qui ait, quod ſi quæritur an ſententia condemnatoria lata contra mandatarium noceat mandanti, vel è contra, debet reſponderi negatiue per regulam, quod res inter alios acta tertio non præiudicat, vt habetur *toto tit. C. res intèr alios &c.* Bald. *in l. Iuris C. quibus res iudic. non noc.* ſequitur Gomeſ. *de delict. cap. primo num.* 88. *verſ. ſententia tamen*. Si verò quæritur, an abſolutoria proſit, debet diſtingui, aut fuit pronunciatum nullum fuiſſe commiſſum delictum, & prodeſt, quia hæc cauſa allegata eſt communis neceſſario vtrique: aut fuit pronunciatum mandatarium eſſe abſoluendum, quia non eſt in culpa, & non prodeſt mandanti, quia poteſt eſſe, quod mandatarius non ſit in culpa, & tamen mandans ſit in dolo, vt dicit Dynus, cuius eſt diſtinctio *in cap. ratihabitionem in vltima quæſtione de reg. Iur. in* 6. aut mandatarius fuit

fuit ſimpliciter abſolutus, & prodeſt mandanti, quoad qualem qualem præſumptionem, non tamen vt non poſſit contra ipſum mandantem inquiri, & etiam condemnari, ſi conſtat de mandato, & de dolo. At Riccard. de Malumbra arguit pro, & cõtra, & concludit quod ſtantibus probationibus contra vtrumque mandantem ſcilicèt, & mandatarium, ſi mandatarius probauerit occidiſſe ad ſui defenſionem, indè non releuatur mandans ad Text. *in l. ſi quis id §. ſed alius ff. de Iuriſdictione omn. Iudic. & in l. prima ff. de eo, per quem fact. eſt.* Si verò probauerit, ſe fuiſſe abſentē, & tunc mandans releuatur, ſi Iudex teſtes illos pro veritate vtriuſque inquiſitionis communiter contra vtrumque formatæ recepit, hoc ſaluo, quod lucidiores probationes contra ipſum mandantem requiruntur de mandato propter præſumptionem prouenientem ex abſolutione mandatarii, *& in fine*, ſubdit quod diſtinctio prædicta, an teſtes ſint recepti generaliter, vel ſpecialiter non procedit quando per modum accuſationis proceditur. Mihi videtur quod diſtinctio allata à Deciano vbi ſupra, & iſta Riccardi fraternizent, & in ſubſtantia concordent. Sed alii breuiùs diſtinguendo dicunt, quod ſententia lata ſuper facto, puta quod dicat non fuiſſe commiſſum delictum, prodeſt, ſecus ſi latà ſit ſuper perſona, dicendo, quod inquiſitus non reperitur in culpa, vel quod non commiſit delictum Bart. *in leg. denunciaſſe §. quaritur ff. de adult.* Baiard. ad Clar. *qu. 57. num. 3.* Menoch. *de arbitr. caſ. 351. num. 14. & caſ. 352. num. 12. & ſeqq.* Boſſ. *tit. de public. honor. num. 56.* Aldouin. *conſ. 22. nu. 37.* Caualcan. *de Brach. Regio par. 4. num. 156.* & Carena qui poſuit eandem diſtinctionem *in tract. de S. Offic. par. 3. tit. 9. §. 21. nu. 101.* Conciol. *crim. reſol. 5. num. 4. verbo mandatum*: diſtinctio tamen Deciani mihi clarior, & tutior eſſe videtur, & eam ſequor.

Vt tamen habeatur magis clara, & magis præciſa dilucidatio huius articuli contingibilis omni die, præſertim cum non obſtante ſupradicta proteſtatione Fiſci, & Iudicis interloquutoria, aliqui Doctores adhuc contendunt, quod ex defenſionibus factis, & ex abſolutoria habita à carcerato debeāt releuari contumaces, adeout dicant, quod ſententia contra eos lata debet retractari, vt videre eſt pœnes D. Oriliam *dicta obſeru. 25. num. 67. & 68.* operæ pretium eſſe duxi, licèt replicentur quodammodo ea, quæ iam allata ſunt, rem per caſus diſtinguere, quorum.

Primus eſt, quando defenſionibus factis à carcerato, ex illis liquidò apparet delictum non fuiſſe commiſſum, & tunc eſt omninò certum, quod indè releuantur contumaces, & ſententia debet retractari, & ipſi contumaces abſolui, vt probant Io: Andreas *in mercuriali cap. ratihabitionem verſ. tractat etiam an abſolutio,* Dinus *in eod. cap. ratihabitionem in vltima quaſt. de reg. Iur. in 6.* Decian. *tract. crim. lib. 9. cap. 33. num. 7.* Farin. *quaſt. 131. num. 62. & quaſt. 135. num. 33.* Et ſequuntur Doctores ſupracitati, & quicquid dicat Riccardus *infra in quarto caſu citandus*, iſta concluſio eſt de indubitabili, quia, vbi non eſt delictum, ibi non poteſt eſſe pœna, vt pluribus iuribus oſtendit Caball. *crimin. reſolution. prima per tot.* Et in terminis Decian. *loco citato*, & ſententia debet retractari non ſolum ad fauorem Rei fictè confeſſi, qualis eſt contumax, ſed etiam retractatur ad fauorem Rei iudicialiter, & proprio ore confeſſi, nam detecta poſt condemnationem aſſerti Rei innocentia quia delictum non fuit commiſſum, retractatur, & deletur ſententia, vt eſt Text. *in l. prima §. vlt. ff. de quaſtionib.* & *ibi* Bart. & alij Doctores, qui ſolùm in hoc caſu dubitant, an hoc poſſit facere Iudex de per ſe, an verò opus ſit, quod Princeps ipſe retractet, ſeù mandet ſententiam retractari.

Secundus caſus eſt, quandò factis defenſionibus à carcerato, puta mandatario apparet quod ipſe delictum non commiſit, & nec illud committere potuit, quia tempore perpetrationis illius erat in loco valdè diſtanti, & in iſto caſu Riccardus de Malumbra *loco ſupra citato*, qui melius, quam vllus alius, quem viderim, materiam tractat, adducit hinc indè rationes, & iura, & prò affirmatiua affert *ſex* argumenta, *& totidem ſex* pro negatiua; deindè concludit, ſeù potiùs conciliat dicendo, quod ſi Iudex teſtes, quos mandatarius induxit pro veritate vtriuſque inquiſitionis communiter contra vtrumq; formatæ recipit, quod potuit, quia latiſſimum eius eſt officium *l. prima, C. de iuriſd. omn. Iudic. & l. is, apud quem Cod. de edend.* debet ex dictis probationibus mandans abſolui, quia per quas probationes abſoluitur mandatarius, abſolui debet, & mãdans *l. prima, §. fin. ff. de quaſt. & l. illicitas, §. veritas, ibi ex fide &c. ff. de offic. Præſid.* ſi verò Iudex teſtes pro mandatario inductos recipit ſpecialiter pro defenſione dumtaxat eiuſdem mandatarij; mandans non poteſt ex illis commodum, & iuuamen aliquod reportare, niſi quod lucidiores probationes contra ipſum mandantem tunc requiruntur de mandato propter præſumptionem prouenientem ex abſolutione mandatarij *cap. quia veriſimile de præſumptionibus, & cap. filij de hereticis in ſexto*, ſubdit tamen, quod hæc diſtinctio non procedit, quando Iudex proceſſit per modum accuſationis, quia acta facta inter accuſatorem, & accuſatum quantumcumque generalia ſemper cenſentur ſpecialiter facta, & perſonas ipſorum, qui in iudicio interuenerunt, non tranſcendunt *leg. inter accuſatorem, ff. de publicè indic. & leg. ſi cum dies, §. plenum, ff. de arbitr.* & docet etiam *ibi* quomodò diſcerni, & cognoſci poſcit, quod acta ſint facta, &

teſtes

teſtes ſint recepti generaliter ad fauorem vniuſcuiuſque. Eandem diſtinctionem facta mentione de Riccardo tenet Bart. *in l. prima. §. fin. ff. de quæſtionib. & in l. denunciaſſe. §. fin. ff. de adult.* Philipp. Franch. *in cap. ratihabitionem, numer. 6. de reg. iur. in 6.* & ad verbum eam refert Alberic. *in l. non ideò minus, num. 6. & 7. C. de accuſation.* & cum iſtis pertranſeunt Decian. *d. cap. 33. num. 6.* Farin. *quæſt. 135. num. 32. & quæſt. 131. num. 59.* & alij paſſim.

Sed iuxtà praxim hodiernam Tribunalium, de qua *ſupra*, de raro, & non niſi ob fiſci, & Iudicis imprudentiã, vel incuriam, puta quod non proteſtetur, & reſpectiuè non interloquatur, poteſt habere locum dicta diſtinctio: poteſt tamen euenire, quod recipiantur probationes abſque d. proteſtatione, & interloquutoria, & eo caſu res terminanda eſſet iuxtà dictam diſtinctionem, licet D. Orilia *d. obſeru. 25. num. 68.* indiſtinctè dicat probationes abſque dict. proteſtatione, & interloquutoria factas ſemper abſenti prodeſſe, etiamſi abſens ſit iam condemnatus, nam verius mihi videtur procedendum eſſe ad determinationem articuli iuxtà prædictam Doctorum diſtinctionem, quia potiſſimum fundamentum fit in tacita voluntate Iudicis, quod voluerit admittere probationes ad fauorem etiã abſentis, vt colligitur ex dictis per Riccard. *in d. quæſt. circ. fin. verſ. cum verò probauit*, & ſic ſi ex condemnatione facta apparet, quod ad fauorem carcerati dumtaxat voluit Iudex probationes recipere, ceſſat penitus motiuum arguendi in contrarium.

Difficultas tamen eſt, an facta per fiſcum proteſtatione, & per Iudicem admiſſa cum interlocutoria in forma, adhuc probationes factæ proſint contumaci iàm condemnato? & Dominus Orilia *loc. cit. num. 69. & ſeqq.* diſtinguit inter probationes factas à mandatario, & probationes factas à mandante; primo caſu inquit, quod ſi mandatarius probet ſe non deliquiſſe tales probationes non proſunt mandanti, dummodò antequam receptæ fuerint, ſit facta proteſtatio, & Iudex fuerit interloquutus, vt *ſupra*: Secundo verò caſu aſſerit, quod ſi mandans probet ad ſui exculpationem, quod mandatarius, licet pro delicto condemnatus in contumacia, delictum non commiſit, tales probationes proſunt ipſi mandatario abſenti, & in contumacia condemnato, etiamſi præceſſerint proteſtatio, & interloquutio. Ratio differentiæ inter vnum caſum, & alium eſt, quia primo caſu probationes non tangunt, & nec percutiunt immediatè, & directè perſonam contumacis, ſed benè tendunt ad oſtendendum ipſius carcerati Innocentiam: ſecundo verò caſu probationes directè, & immediatè tangunt perſonam eius, qui in contumacia exiſtit. Vide eum, quia doctè, lateque rationes huius diſtinctionis adducit.

Et quidem eſt ſubtilis, & apud me vera diſtinctio, ſed ratio, in qua fundata eſt non patitur, quod reſtringatur ad perſonam mandatarij, quia potius, vt habeat locum debet attendi, & inſpici qualitas ipſa probationis factæ, nam ſicut mandans poteſt ad ſe exculpandum probare, quod mandatarius non deliquit, quia erat in loco longinquo tempore commiſſi delicti, & ex hac probatione directè, & immediatè oſtendente Innocentiam mandatarij, releuat ipſum mandatarium, ità mandatarius poteſt ad ſui defenſam articulare, & probare, quod mandans tẽpore aſſerti mandati erat detentus in ſecreto carcere, vel aliàs taliter impeditus, vt impoſſibile ſit, quod dederit, & dare potuerit tale mandatum, & quia probatio tendit directè, & immediatè ad oſtendendam innocentiam mandantis, debet releuare, & iuuare ipſum mandantem, licèt contumacem, & condemnatum.

Tertius caſus eſt, quandò ex probationibus factis apparet, quod aſſertus mandatarius ad propriam defenſionem occidit, & iſto caſu Riccardus *in ſæpè citata quæſtione* dicit, quod talis probatio non releuat mandantem, nam licèt excuſetur occiſor, non per hoc tollitur malitia mandantis, *leg. ſi quis id quod §. ſed ſi alius ff. de iuriſd. omni Iudic.* & eum referunt, & ſequuntur Alberic. *in d. l. non ideò minùs num. 7. C. de accuſat.* & Philipp. Franch. *d. cap. ratihabitionem num. 6. de regul. Iur. in 6.* & Io: Andr. *in mercuriali d. verbo ratihabitionem.* Contrarium vult Dominus Orilia ad Campanam *d. obſeru. 25. num. 58.* per Textum *in l. fin. C. de aliment. pupillo præſtan.* Vbi habetur, quod ſi actus ex duplici cauſa potuit fieri neceſſaria, & voluntaria, ex ea cauſa factus dicetur, quæ erat neceſſaria, & adhoc probandum vtitur pluribus validis argumentis, & Doctorum authoritatibus, & præſertim Cæphal. *conſ. 424. num. 34. & 38. lib. 3.* quem ego ad hunc propoſitum alias allegaui *in iſtis annotationibus*. Concedit tamen Dominus Orilia *ibid. d. num. 58. in fine*, quod iſto caſu mandans poterit teneri, & puniri de mandato, quatenus conſideretur de per ſe, & veluti delictum etiam abſque exequutione punibile, vt aduertunt Mænoch. *conſ. 352. num. 13.* Gram. *deciſ. 38. num. 9.* & Farinac. *quæſt. 7. num. 48. & quæſt. 135. num. 8.* Ego in hac re (præmiſſo, quod Riccardus, & Doctores, qui eum referunt, & ſequuntur non firmant, quod mandans teneatur, & puniri debeat iſto caſu pœna ordinaria) puto quod dicti Doctores poſſint beniſſimè conciliari dicendo, quod opinio D. Oriliæ procedat iuxtà terminos caſus Deciani, quem ipſe allegat *tract. crim. lib. 9. cap. 36. num. 45. in medio*, nempè quando poſt datum manda-

tum ſuborta eſt inimicitia inter illum, cui fuit datum mandatum, & illum, contra quem fuit datum dictum mandatum, inimicitia enim occiſoris ſuborta poſt mandatum facit præſumere homicidium non ex mandato ſucceſſiſſe, ſed ex cauſa propria; & propterea mandans tunc debet puniri ſolum de mãdato, & turpi pacto. Opinio verò Riccardi procedat iuxta terminos caſus poſiti per Cæphal. *d. conſ.* 424. & iuxta terminos caſus per me recenſiti *in rub. huius cap. n.* 33. nempè quandò mandatarius accedit cum animo, & intentione exequendi mandatum, ſed occidendus ſuſpicans de eo, quod res vera erat, approximatur ad dictum mandatarium, & contra illum extrahit, & euaginat enſem, mandatarius verò poſitus in vitæ diſcrimine eundem aggreſſorem occidit: iſto enim caſu eſt verum, quod mandatarius dicitur feciſſe ad ſui defenſionem, & pro mandante poteſt conſiderari, quod multa poterant contingere, quæ mandatarium retraxiſſent ab executione habiti mandati, ſed verum pariter eſt, quod mandatum dedit cauſam huic homicidio, & per conſequens non debet dici, quod mandans non debeat puniri, niſi de ſolo mandato; quia (citra tamen pœnam ordinariam) pœna mandati debet in aliquo aggrauari propter dictum homicidium cauſatum, & occaſionatum à dicto mandato.

Quartus caſus eſt, quandò ex probationibus factis apparent eliſæ, & debilitatæ probationes, quæ extabant contra carceratum, ita vt carceratus indè, vel abſoluitur, vel torquetur.

In caſu, quo carceratus, puta mandatarius, abſoluitur. Diſtinguũt Doctores, an abſoluatur ex quo delictum non fuit commiſſum, vel ex quo non fuit in culpa, nam ſi abſolutoria emanauit, ex quo carceratus non fuit in culpa, omnes Doctores vnanimiter dicunt, quod dicta abſolutoria non prodeſt mandanti, ſeù alio ſocio in contumacia exiſtenti; quia licet mandatarius non fuerit in culpa, potuit tamen eſſe mandans in dolo, & culpa Dynus *in cap. ratihabitionem in vlt. quæſt. de reg. iur. in* 6. Auguſt. ad Angel. *de malefic. verbo & Sempronium Rodulphi num.* 40. Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 33. *num.* 7. Farinac. *quæſt.* 135. *num.* 33. & alij per eoſdem adducti, & ponit exemplum Bart. *in l. adulter §. ſi eo tempore ff. de adulter.* in mandato ad occidendum dato furioſo, nam licèt furioſus abſoluatur, nihilominus mandator tenetur. Et idem puto dicendum, ſi ponatur exemplum in terminis propoſiti caſus, quia eliſio inditiorum poteſt prouenire ex malitia teſtium arg. Text. *in l. denunciaſſe § fin. ff. de adulter.* Et idem dicendum ſi ponatur exemplum in abſolutoria data ſimpliciter, quia licèt proſit mandanti quoad qualem qualem præſumptionem, vt dicit Decian. *dicto num.* 7. *in fine*, ita vt pleniores requirantur eo caſu probationes ad procedendum contra mandantem, nihilominus talis abſolutoria non poteſt elidere inditia, & probationes contra ipſum mandantem extantes, & in proceſſu deducta: hinc benè D. Orilia *in dicta obſer.* 25. *num.* 62. inquit, quod magis ſubleuabunt mandantem probationes factæ per mandatarium, quam ſententia ipſa abſolutoria, quia ſententia poteſt eſſe non iuſta, vel per ſordes prolata. Si verò abſolutoria datur ex eò, quia non fuit commiſſum delictum Dyn. *in dicto cap. ratihabitionem in vltima quæſtione*, vult, quod talis abſolutoria proſit mandanti, quia vbi non eſt delictum ibi nulla pœna & Dynum ſic dicẽtem ſequuntur poſt alios, quos citat Farin. *d. quæſt.* 135. *num.* 33. Decian. *d. cap. num.* 7. Menoch. *de arbitr. caſ.* 351. *num.* 14. *& caſ.* 352. *num.* 12. *& ſeq.* Guazzin. *Reor. defenſ.* 2. *cap.* 8. *numer.* 12. Carena *de S. Offic. par.* 3. *tit.* 9. *n.* 101. Conciol. *crimin. reſol.* 5. *num.* 4. *verbo mandatum*. Verùm Riccard. de Malumbra, quem refert, & ſequitur Bart. *in l. adulter. § ſi eo tempore ff. de adulter.* tenet, quod nec iſto caſu, nempè quandò fuit conceſſa abſolutio, ex quo delictum non fuit commiſſum, proſit mandanti, & adhoc allegat Text. *in dicto §. ſi eo tempore*, vbi ſtatuitur, quod abſolutoria lata pro adultero non prodeſt adulteræ, niſi in caſu ſpeciali mulieris nuptæ tempore, quo committitur adulterium, ſed reijcitur Riccard. & Bartoli opinio à Deciano *loc. cit.* dicente, quod ſanior ſibi videtur eſſe opinio Dyni, & reſpondet ad Text. *in dicto §. ſi eo tempore*, non apparere ibi quod adulter fuiſſet abſolutus ea ratione, quia nullum adulterium fuiſſet commiſſum, prout ſupponũt Riccardus, & Bart. potuit enim abſolui ipſe adulter, quia verè ipſe non commiſiſſet adulterium, ſed alius; & hanc puto eſſe ſequendam opinionem, cum hoc tamen, prout aduertit Decian. *dicto num.* 7. *in fine*, quod iſto caſu mandans teneatur, ac puniri poſſit de mandato, tanquam delictum de per ſe, vt dixi etiam *ſuprà*.

In caſu verò, quo carceratus torquetur, & negatiuam in tormento ſubſtinet, quo caſu debet deindè relaxari *in forma*, hoc eſt *cum fideiuſſione de ſe repræſentando*, vt eſt notum. Tunc contumax nullũ commodum, ſeu iuuamen poteſt reportare, quia hoc minùs eſt, quam habere abſolutionem, ex quo non fuit repertus culpabilis; nam plerique patientia, ſeù duritia tormentorum ità tormenta contemnunt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo poſſit, ſunt formalia verba Text. *in leg. prima §. quæſtioni ff. de quæſtionbus*, & ideò eo fortiùs in iſto caſu procedit doctrina Dyni; de qua ſupra: & hoc in terminis mihi probat Caualcan. *de brach. regio par.* 4. *num.* 156. *vt in ſequenti quæſito* oſtendam.

70 Quæro tertiò. An tortura illata mandatario,

tario, qui negatiuus in ea permanſit, proſit mandanti, contra quem extant inditia? negatiuè reſpondet Giurb. *conſ. crim.* 87. *nu.* 3. 4. & 23. Et in terminis inceſtus hoc idem firmat Cyriac. *controu. forenſ.* 354. *num.* 23. & aſſignat rationem, quia ex illa purgatione inditiorum Reus non dicitur abſolutus tanquam Innocens, ſed ex defectu probationum Fiſci, quæ ſunt eliſæ ex dicta purgatione, Bald. *conſ.* 427. *num.* 12. *lib.* 5. quod reperitur impreſſum penes Roman. *conſ.* 451. Maſcard. *de probat. verbo adulterium concluſ.* 59. *in fine*, Caball. *crim. reſol.* 293. *nu.* 41. Et ſic poteſt eſſe, quod delictum commiſerit, licet torturam ſuſtinuerit, ad Text. *in d. leg.* 1. §. *quæſtioni ff. de quæſt.*

Sed an hæc negatiua in tormentis vnius Correi reddat erroneam, ſeu ſaltem dubiam confeſſionē iudicialiter in plano examine factam ab alio Correo, & per conſequēs, reddat illam non aptam ad præferendam pœnā ordinariam? Ego de hoc articulo pro veritate Conſultus ab Eminentiſſimo & Reuerendiſſimo Domino meo D. Cardinali Spada Legato à Latere Ciuitatis, & Status Vrbini permanſi diu anceps, tandem omnibus iuxta meam tenuem intelligentiam perpenſis, & præſertim ponderata doctrina Caualcani, qui videtur decidete caſum *in tract. de Brach. Regio par.* 4. *num.* 156. ibi: *Verum ſi alter ex ſtupratoribus abſoluatur, vt quia fortè per torturam inditia purgauit, tunc procedere poteſt dictum Gomeſij dicentis in tract. de delictis cap. primo num.* 88. *quod in delictis connexis, vt in crimine inceſtus, ſtupri, ſodomiæ, & ſimilibus ſententia lata ad fauorem vnius alteri non prodeſt*. Et ponderato, ſeù potiùs habito pro anteſignano Maſtrillo *deciſ.* 246. qui decidit in terminis caſum iſtum, nam vir, & vxor inquiſiti de tonſatione, & diminutione monetarum Vir, qui in tortura negatiuam ſubſtinuit, fuit abſolutus, & vxor quæ confeſſa, fuit condemnata, & in tantum fuit receſſum ab ordinaria, in quantum ei profuit qualitas metus, quam confeſſioni adiecit.

Reſpondi quod licèt indicia contra mandatarium extantia fuiſſent eliſa, & purgata per torturam, nihilominus ex illis adhuc remanebat in ſuo eſſe confeſſio mandantis ita, vt potuiſſet indè ad pœnam mortis damnari, niſi confeſſionem erroneam aliunde demonſtraſſet: ſiquidem tortura non facit, quod tortus habeatur prò innocente, vt deſumitur ex diſpoſitione Text. *in dicto* §. *quæſtioni*; poteſt enim eſſe, quod tortus delictum commiſerit, quamuis torturam ſuſtinuerit, vt inquit Cyriac. *controu. forenſ.* 354. *num.* 24. propterea dicebam quod mandans non poterat ex negatiua mandatarij, & ex abſolutione ei danda releuari, quia abſolutio ex defectu probationum, & ex purgatione inditiorum per torturam à mandatario reportanda, qualiſcſt iſta de qua agitur, vt ex Baldo, Maſcardo, Caballo dicit Cyriac. *dicta controu.* 454. *num.* 24. non iuuabat, & nec liberabat ipſum mandantem. Nam ad hoc requiritur abſolutio ex capite innocentiæ, vt dicunt Cyriac. *ibidem*, & Caualc. *de Brach. Regio par.* 4. *num.* 156. & alij Doctores paſſim, qui de materia loquentes ſemper ſupponunt abſolutionem mandatarij prouenifſe ex probationibus formitèr factis excludentibus delictum, vel ipſum delinquentem vt videre eſt penès Doctores ſupracitatos, præſertim Farinac. *quæſt.* 135. *numer.* 33. Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 33. *num.* 7. Guazzin. Caren. Mænoch. Baiard. *locis relatis* à Conciolo *crim. reſol.* 5. *num.* 4. *verbo mandatum*, & D. Oriliam ad Campanam *d. obſeru.* 25. *num.* 55. *& ſeqq. vſque in finem*.

Et dicebam hinc eſſe, quòd licèt mandatarius, vel alius ſuſtineat negatiuam in tortura, adhuc illa non ſuffragante mandans, ſeù conſocius, contra quem extant inditia, torquetur, vt firmant Spada *conſ.* 106. *per tot. lib. primo* Caualc. *loc. citat. numer.* 157. & Giurb. *conſ. crimin.* 87. *numer.* 23. *& 31. in fine*.

Et hinc pariter eſſe, quod ſi vnus perſiſtat in negatiua, & alter confiteatur, negans abſoluitur, & confeſſus damnatur in eadem ſententia, vt dicunt Caualc. *loc. cit. nu.* 157. Cyriac. *d. controu.* 354. *num.* 22. *& ſeqq.* Carena *de S. Officio par.* 3. *tit.* 9. *num.* 102. Conciol. *crim. reſol.* 5. *num.* 4. *verbo mandatum*, & Spada *conſ.* 106. *num.* 3. *lib. primo* Maſtrill. *dicta deciſ.* 246.

Quod certè non eſſet, ſi negatiua vnius in tortura redderet confeſſionem alterius erroneam, dubiam, & minùs probabilem, quia eo caſu Iudex non poſſet fundare condemnationem in confeſſione hæſitationem admittente, & nec poſſet decernere torturam ad habendam confeſſionem, quæ & ſi habeatur, nullatenùs eſſet attendenda.

Poteſt opponi, quod Textus ſit ad litteram in contrarium *in l. prima* §. *vltimo ff. de quæſtionibus*, ibi: *Prudentèr, & egregia ratione humanitatis, Saxa chariſſimè, Primitium ſeruum, qui homicidium in ſe confingere metu ad Dominum reuertendi ſuſpectus eſſet* (hoc eſt *confeſſus*, vt explicat Gloſa *ibid. verbo ſuſpectus*) *perſeuerantem falſa demonſtratione damnaſti quæſiturus de conſocijs, quos aquè habere ſe commentus fuerat, vt ad certiorem ipſius de ſe confeſſionem peruenires, nec fruſtrà fuit tam prudens conſilium tuum: cum in tormentis conſtiterit, neq; illos ei conſcios fuiſſe, & ipſum de ſe temerè commentum. Potes itaque decreti gratiam facere*.

Sed eſt aduertendum ad tria: primum quod Gloſa *ibidem verbo reuertendi*, ſupponit, quod Primitius ſeruus, cum Dominus ei præcepiſſet, vt aliquem occideret, dicebat ſe occidiſſe, ne Dominus in eum ſæuiret, & ſic ſupponit Gloſa, quod re vera homo non fuerat occiſus, & per conſequens non conſtabat de corpore delicti. Secundū,

quod eadem Gloſa *ibidem in verbo conſtiterit*
explicat, idest, *certum fuerit*, quæ certitudo
non prouenit ex ſola negatiua in tormentis
eorum, qui fuerunt imputati, vt dictum eſt
*ſupra* ex Text. *in ead. leg. prima §. quæſtioni*,
ideò fatendum, quod etiam ex alijs fuerit
habita certitudo, quod demonſtrant *verba,*
*cum in tormentis conſtiterint, neque illos ei con-*
*ſcios fuiſſe, & ipſum de ſe temerè commentum.*
Tertium, quod Textus ille habet varios in-
tellectus, vt videre eſt penès Bart. *ibidem*,
Salic, *in l. 2. num. 3. & ſeqq. C. de cuſtodia reo-*
*rum*, & Franc. Aretin. *in cap. cum dilecti filij*
*num. 29. & ſeq. de accuſat.* qui dicunt etiam,
quod ille ſeruus faſſus fuerat *per tormenta* ei
illata à Iudice; vndè cum habeat tam va-
rios intellectus non poteſt adduci ad deci-
ſionem caſus, de quo agitur, vt ex Socci-
no, & Iaſ. dicit Ripa *de nocturno tempore cap.*
*19. num. 23.* ſignanter cum non appareat ex
illo Textu, quod conſocij nominati fue-
rint vllo modo ſuppoſiti tormento, cum
tortura, de qua fit mentio in illo Textu, re-
feratur, & referri poſſit ad ipſum confeſ-
ſum ad tradita per dictos Doctores.

Quæro quartò, diximus *ſupra*, quod pre-
ſumitur mandatum ex familiaritate, con-
71 uerſatione, &c. An ex iis debeat præſumi
mandatum in delicto facto à famulo, filio,
vel alio domeſtico, & familiari? affirmati-
uam tenet Barr. *in l. prima §. fin. ff. quod vi,*
*aut clam, & in l. de pupillo §. ſi quis ipſi ff. de*
72 *oper. non. nunciat.* negatiuam verò fouet
Bald. *in l. prima circa finem C. de Epiſcop. &*
*Cleric. & in l. ad inuidam C. quod met. cauſ.*

73 Iſtam contrarietatem conciliat Decian.
*conſ. 88. num. 1. lib. 3.* & ante eum Speculat.
*tit. de delat. §. iuxta verſ. quid ſi amici*, Alex.
*in d. §. ſi quis ipſi* vbi etiam Iaſ. & Felin. *in*
*cap. Petrus extra de homicid.* dicendo, quod o-
pinio Bart. procedit, quando probatur
ſcientia Patris, vel Domini, quod domeſti-
cus volebat committere delictum, nam
tunc, quia non prohibuit, cum prohibere
potuiſſet, præſumitur de eius volutate, &
mandato factum. Opinio verò Bald. pro-
cedit, quando non probatur dicta ſcientia,
quia tunc ignorantia præſumitur, *l. verius ff.*
*de probat.*

74 Has duas opiniones aliter conciliat Abb.
*in cap. cum cauſam num. 19. verſic. ſed an ex*
*facto amici de teſtibus*, quam videre poteris.

75 Sed veritas eſt, quod concluſio, quod
delictum commiſſum ad commodum, &
ſatisfactionem conſanguinei præſumatur
factum de illius ſcientia, conſenſu, & man-
dato iuxta Text. *in cap. conſtitutus* il primo,
vbi Gloſa *extra de teſtibus*, Bart. *loco citat.* &
alios relatos per Farinac. *conſ. 26. numer. 9.*
quamuis habeat contradictores, Bald. *vbi*
*ſupra*, & Ananiam, ac alios relatos per Boſſ.
*tit. de mand. ad homicid. num. 39.* debet incon-
cuſsè, & abſque vlla prorſus difficultate
procedere, quoties vltra conſanguinitatem
delinquentis concurrit aliqua alia præſum-
ptio, nam tunc contra Bald. & alios præua-
lere opinionem Bartoli probant Roman.
*in d. §. ſi quis ipſi* Alex. *conſ. 69. lib. ſecundo*
Marſil. *conſ. 3.* Farinac. *quæſt. 134. num. 86.*
*& 87. & conſ. 26. num. 10. & ſeqq.* vbi ait,
76 quod ſi concurrit vnica præſumptio etiam
leuis, oritur ex ea inditium indubitatum ad
torturam, & allegat Boſſ. *vbi ſupra num. 32.*
77 ſi vero non vnica, ſed plures concurrant
præſumptiones non leues, ſed vrgentes,
oritùr indè inditium indubitatum ad con-
demnandum, ſi non ad pœnam ordinariã,
vt ſufficere volunt Dnen. *reg. 203. in 1. limit.*
*verſ. quod tamen intelligo verum* & Plach. *epit.*
*delict. cap. 14. num. 4.* ſaltem ad pœnam ex-
traordinariam, vt firmant Abb. *in d. cap. cũ*
*cauſam num. 19. de teſtib.* Marſil. *d. conſ. 3. nu-*
*20.* Aym. *conſ. 35. num. 4. lib. 1.* Maſcard. *de*
*probat. lib. 1. concl. 496. num. 17. & 18.* & Fa-
rinac. *d. conſ. 26. num. 11.* qui teſtatur, quod
hæc eſt vera, & communis practica, & hoc
idem formalibus verbis replicat *conſ. 55. nu-*
*mer. 31.* ſed quoad imponendam pœnam
dubitat, & benè Conciol. *crim. reſol. nu. 12.*
*verbo mandatum*, vbi ſolum ſufficere ad tor-
turam autumat, & Doctores per Farinacium
*loc. cit.* allegatos non probare eius inten-
tionem aſſerit, & hoc videtur velle Pere-
grin. *conſil. 104. num. 4. verſic. remotis autem*
*lib. 2.*

Quæro quintò, An ſit differentia inter
78 delictum factum de mandato, & delictum
factum de conſenſu, & quænam ſit diffe-
rentia? Vide Ang. *de malef. verbo Sempro-*
*nium mandatorem num. 1.* & ibi Auguſtin. *in*
*additione num. 2. & 3.* Ang. *conſ. 22.* & De-
cian. *conſ. 88. num. 1. lib. 3.* Peregrin. *conſ. 104.*
*num. 4 lib. 2.*

79 Quæro ſextò, An filius faciens violen-
tiam alicui cum hominibus Patris, præſu-
matur feciſſe de conſenſu Patris, ita quod
Pater poſſit puniri? Vide Bald. *conſ. 506.*
*col. fin. vol. 5.* & remiſſiuè Ioann. Anton.
de Nigris *cap. Regni ſubditorum num. 159. verſ.*
*ſed quid* ...

---

# Cap. Septimi §. IV.

**Chiunque ratificarà l'homicidio commeſſo da altri in nome del ratificante, quantunque non foſſe preceduto il mandato, caderà in pena della galera, e di ſcudi cinquecento, la quale quando vi fuſſe legitimo inditio di mandato vero, ò preſunto ſi eſtenderà ſino alla pena della forca ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſs.**

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Ratificatio vt noceat ratificanti duo debet habere, vnum quod deliƈtum ſit commiſſum nomine ratificantis; alterum quod ſit ratificatum ſcientèr, vt ſuo nomine factum.*

2 *Ratificatio punibilis non inducitur ex lætitia, quam Pater audito deliƈto à filio commiſſo oſtendit, niſi dicta duo probentur.*

## Chiunque ratificarà homicidio.

RAtificatio deliƈti, vt noceat ratificanti,
1 duo præcipuè requiruntur: vnum,
quod ratificantis nomine commiſſum fuerit deliƈtum: alterum, quod ratificatum ab eo fuerit ſcienter, vt ſuo nomine geſtum Farinac. *quæſt.* 135. *num.* 64. *& conſ.* 104. *numer.* 18. Add. ad Farin. *conſ.* 26. *lit. A.* Peregrin. *conſ.* 104. *num.* 2. *vol.* 2. Honded. *conſ.* 95. *num.* 36. *vol.* 2. Decian. *con.* 88. *num.* 20. *lib.* 3. Giurb. *conſ.* 91. *num.* 45.

Hinc Decian. *loc. citat.* aſſerit, quod ſi audito deliƈto commiſſo à filio pater lætetur,
2 & congratuletur, non inducitur ratificatio
punibilis, niſi illa duo probentur, & hoc Decian. replicat etiam *in tract. crim. lib.* 9. *cap.* 39. *num.* 7. & hoc probant etiam Natta *conſ.* 499. *num.* 5. *& conſ.* 595. *num.* 3. & Oſaſch. *deciſ.* 138. *num.* 17. & eſt ratio ſecundùm Peregrinum *loc. cit.* quia poteſt quis ratificare factum, & improbare qualitatem facti.

Sed an oporteat, vt in aƈtu deliƈti ipſe delinquens dicat facere nomine eius, qui poſtmodum deliƈtum ratificauit? affirmat Salyc. *in l. non ideò minus num.* 34. *C. de accuſat.* negat Bald. *in l. ob hac verba col.* 2. *verſ. iuxta hoc. ff. de ijs, qui not. infam.* qui ridiculum putat dicere requiri, vt in aƈtu percuſſionis ille dicat: *percutio te nomine Titij.* exiſtimat enim in maleficijs idem eſſe dicere nomine alterius, ac contemplatione alterius. Vndè qui occidit inimicum capitalem Seij contemplatione ipſius Seij, dicitur occidere nomine Seij, quia iſta contemplatio vice nominis habetur argum. *l. fideicommiſſa §. plerumque ff. de legat.* 3. Cōciliat has diſſenſiones Peregrin. *d. conſ.* 104. *num.* 2. dicendo, quod non requiritur, quod delinquens in aƈtu percuſſionis dicat facere nomine Seij, quia ſufficit, quod faciat nomine Seij, & hoc deſumatur ex verbis delinquētis in aƈtu deliƈti, ſiuè extra, vel depræhendatur ex legitimis inditiis, puta, quia offendens erat valdè amicus Seij iniuriati, & cum offenſo nullam habebat cauſam inimicitiæ, & cum hac Peregrini diſtinƈtione pertranſeundum puto, quia qui diſtinguit veritati approximatur vulgats iuribus.

# Cap. Septimi §. V.

E ſe alcuno con premio, ò ſenza darà mandato limitato à ferire ſolamente, ſe ciò commetterà, ſi facci con arma atta ad vccidere, e ne ſegua la morte, caderanno tanto il mandante, quanto il mandatario in pena della morte.

*SVMMARIVM.*

1 *Mandans an teneatur, ſi mandatarius in executione deliƈti mandati excedat remiſſiuè.*
2 *Septem caſus diſtinguit Centolinus.*
3 *Et vndecim caſus diſtinguit Danza.*
4 *Duos caſus diſtinguunt Bannimenta.*
5 *Vulnera non poſſunt dari ad menſuram.*
6 *Mandatarij in poteſtate non eſt ſeruare fines mandati.*
*Intellige vt num.* 7.
8 *Mandans inferri vulnera non adieƈta qualitate inſtrumenti, quo cum deberent inferri ſequuta morte vulnerati debet teneri pæna ordinaria.*
9 *Contrarium.*
10 *Diſtingue.*
11 *Vulnera ſolent infligi cum armis aptis ad occidendum.*
12 *Caſtigatio, correƈtio, verberatio fit regulariter cum armis non aptis ad occidendum.*
13 *Mandans aliquem sfriſiari, ſequuta morte, non debet mori.*
14 *Idem ſi mandat frangi brachia, & crura.*
15 *Mors non ſolet regulariter prouenire ex percuſſionibus illatis in cruribus, brachijs, humeris.*
16 *Corporis quæ ſint partes, quæ vulneratæ, & læſæ inferant mortem.*
17 *Et quæ ſint, quæ regularitèr mortem non inferant.*

## Se alcuno con premio, ò ſenza darà mandato limitato à ferire ſolamente.

DE quæſtione celebri, ac frequenti, an ſcilicèt, ſi mandatarius excedat fines
1 mandati, mandans teneatur de exceſſu,
traƈtant Farinac. *quæſt.* 135. *num.* 150. *& ſeqq.* Caball. *de omni gener. homicid. num.* 240. 249. 252. 267. 268. *&* 269. Clar. *q.* 89. *verſ. pone aliquis,* Gram. *conſ.* 20. *num.* 1. *& ſeqq.* Marſil. *conſ.* 67. *num.* 31. Menoch. *caſ.* 352. *n.* 2. Conciol. *crim. reſol.* 10. *per tot. verbo mandatum,* Centolin. *in add.* ad Farin. *conſ.* 32. *lit. A,*
2 vbi diſtinguit ſeptem caſus, Danza *de pugna*
*Doƈtorum tit. de homicid. cap.* 7. *num.* 23. vbi diſtinguit tres caſus, & latiùs *in addit.* ad Gram.

Gram. *deciſ. 38. num. 42. & ſeqq.* vbi diſtin-
3 guij vndecim caſus, quos poteris per te ipsũ
videre, ſi lubet. Mihi enim videtur, quod
Bannimenta noſtra ſatis prouideant for-
mando in hac materia duas regulas genera-
4 les, quarum prima eſt, quod mandans ho-
micidio ſequuto debet puniri pœna ordi-
naria, ſi mandauit inferri vulnus cum ar-
mis aptis ad necandum; Secunda deduci-
tur ex argumento à contrario ſenſu, & eſt
quod mandans debet puniri pœna extraor-
dinaria, ſi mandauit vulnerari armis non
aptis ad necandum, & eſt bona diſtin-
ctio, quia primo caſu mandans debet cogi-
tare, quod vulnera non poſſunt dari ad mẽ-
5 ſuram, & quod in impetu illo percutiendi
6 non eſt in poteſtate mandatarij ſeruare fines
mandati, vt explicat Caball. *de omni gener.
homicid. num.* 269. Danza *in add.* ad Gramm.
*deciſ.* 38. *num.* 42. *&* 43. Plach. *epit. delict.
cap.* 15. *num.* 3. Gomez. *variar. tit. de homic.
num.* 18. Centolin. *loc. citato in tertia concluſio-
ne*, & hoc eſt verum, etiamſi mandatario
inhibeat, ne occidat, vt aduertunt Gomez.
*loco citato num.* 18. Monticell. *reg.* 7. *num.* 60.
Brun. à Sole *quaſt.* 34. *num.* 47. & Centol. *lo-
co citato concl.* 4. Secundo verò caſu, quia
genus armorum non eſt præcisè aptum ad
7 occidendum, & eſt in poteſtate mandatarij
ſeruare fines mandati, non debet mandans
teneri de homicidio præter eius intentionẽ
ſequuto, vt notant Clar. *quaſt.* 89. *verſ. po-
ne aliquis*, Caball. *de homicid. numer.* 269. &
Danza ad Gram. *d. deciſ.* 38. *nu.* 44. Centol.
*loc. cit. concl.* 7. & Monticell. *d. reg.* 7. *nu.* 51.
58. *&* 62. Giurb. Gratian. Vermigl. *locis re-
latis* à Conciol. *crimin. reſol.* 10. *num.* 1. *ver-
bo mandatum*, qui cum hac opinione pertran-
ſit *ibidem num.* 11.

Sed quid dicendum, quando mandans
ordinat inferri vulnera, non adiecta quali-
tate inſtrumenti, quo cum debeant vulnera
8 inferri? Variant Doctores in hoc puncto.
Alij enim tenent, quòd ſequuto homicidio
debet mandans puniri pœna ordinaria, Go-
mez. *tit. de homicid. num.* 18. Clar. *quaſt.* 89.
*verſ. pone aliquis*, Menoch. *caſ.* 352. *num.* 2.
Monticell. *reg.* 7 *num.* 58. & Brun. à Sole
*d. quaſt.* 34. *num.* 44. Alij tenent, quod extra
9 ordinem puniri debet, & ſunt Gribald. *reg.
crim. verb. mandans aliquem tantum percuti*,
Hieron. de Monte *quaſt.* 16. Centolin. *in ad-
dit. ad conſ.* 32. Farin. *lit. A. concl.* 1. Cauale.
*de Brach. reg. par.* 4. *num.* 187. & Danza *de
pugna Doctorum titulo de homicid. cap. ſeptimo
num.* 23.

Ego in hac difficultate, cum Bannimen-
10 ta non diſponant, quid agendum ſit in hoc
caſu, crederem, eſſe attendenda verba mã-
dati, vt inquit Danza *de pugna Doctor. tit. de
homicid. cap.* 7. *num.* 23. nam ſi mandans di-
xit mandatario, *infligas vulnera*, & manda-
tarius in exequutionem vulnerauit, & occi-
dit, mandans debet teneri pœna ordinaria

*legis Corn. de Sicar.* quia regulariter vulnera
11 ſolent infligi cum armis aptis ad occiden-
dum, nempè cum enſe, gladio, ſica, pi-
ſtoleſio, & huiuſmodi, & ideo in dicto man-
dato tacitè ineſt dicta qualitas armorum, &
ad hoc faciunt Doctores relati à Conciol,
*crim. reſol.* 10. *num.* 7. *verbo mandatum*.

Si verò mandans dixit mãdatario *caſtigas,
corrigas, verberes*, & mãdatarius occidit, man-
dãs nõ debet puniri pœna ordinaria, ſed ex-
12 traordinaria tantùm, quia caſtigatio, corre-
ctio, verberatio regulariter fiunt cum armis
non aptis ad occidendũ, nempè pugno, ala-
pa, arundine, baculo, & alio ſimili, vt dedu-
cuntur ex traditis per Clar. *quaſt.* 89. *verſ. po-
ne aliquis* Caball. *de homicid. numer.* 269. &
Danza *in add.* ad Gram. *deciſ.* 38. *num.* 44.

Idem poteſt dici, quando mandans ordi-
nat mandatario, vt aliquem ſignet in facie,
13 quia poteſt inferri sfriſium cum nouacula,
cum cultello paruo ad incidendum panem,
vel ad aptandum calamum, & cum vitro, &
ſic ex hac generalitate videtur excuſandus
à pœna ordinaria, etiam ſi indè proueniat
homicidium, Clar. *d. quaſt.* 89. *verſ. pone
aliquis*, Menoch. *caſ.* 352. *num.* 2. Ant. Ga-
leat. Maluaticenſ. *conſ. crim. diuerſ.* 111. *per
tot. lib.* 1. & his relatis Centolin. *in addit. ad*
Farinac. *conſil.* 32. *lit. A. concluſ.* 2. & Ver-
migliol. *conſil. crimin.* 14. *num.* 2. *& conſ.* 29.
*num.* 8.

Poteſt idem aſſeri de eo, qui ordinat man-
datario, vt alicui frangat brachia, ſeu
14 crura, non ſolùm quia mandatum hu-
iuſmodi poteſt exequi cum ferro, &
cum baculo, ſeù alio ſimili, & ſic cum in-
ſtrumento apto, & non apto ad necandum,
quo caſù debemus in mitiorem inclinare
vulgatis Iuribus, ſed etiam quia ex parte
corporis læſa dignoſcitur, quod mandans
habuit animum, vt percuteretur cum in-
ſtrumento non apto ad occidendum; vide-
tur enim talis mãdãs carere animo necandi
*cap. ſignificaſti*, il ſecondo, *extra de homicid.*
& in terminis de mandante aliquem vulne-
rari in cruribus ait Monticell. *reg.* 7. *num.* 51,
58. *&* 62. & Centolin. alios allegans *in addit.*
ad Farin. *conſ.* 32. *lit. A. concl.* 7. & de mãdan-
te frangi brachia Vermigl. *conſ. crim.* 16.
*num.* 42. Farin. *quaſt.* 126. *num.* 127. Conciol.
*crimin. reſol.* 2. *num.* 2.

Licèt enim nulla ſit corporis pars, quæ
mortis periculo non ſubiaceat ex percuſſio-
ne, vt ex Clar. *quaſt.* 89. *verſ. pone aliquis*:
inquit Danza ad Gram. *deciſ.* 38. *numer.* 50.
15 nihilominus, quia regularitèr, & ex com-
muniter contingentibus ex percuſſionibus
illatis in cruribus, brachijs, humeris, & ſi-
milibus locis non ſolet prouenire mors, vt
innuit Danza *in add.* ad Gram. *deciſ.* 17. *nu-
mer.* 30. non præſumitur, quod percutiens
in dictis corporis partibus, & nec mandans
percuti hominem in illis, habeat animum
occidendi, vt proſequitur Danza *ibidem*, qui

ſubdit

ſubdit ex Campagna *cap. Regni ad peruerſorum num. 5 ʃ, ad medium*, quod tunc percuſ-
ſio ex communitèr contingentibus non
judicatur mortalis. E contra præſumitur,
quod percutiens habeat animum occi-
16 dendi, quando percuſſit in capite, vel
in corde, vel in cerebro, vel in veſſica, in
renibus, in inteſtinis minutis, in epate, in
pulmone, & poteſt eſſe ratio ſupra recenſi-
ta, quia ex communiter contingentibus
17 ſemper ſolet indè ſequi mors: in alijs verò
corporis partibus ex communiter con-
tingentibus læſio, ſeù percuſſio non eſt
mortalis, licèt aliquando, & indè mors
proueniat, nam nulla eſt corporis pars, quę
mortis periculo non ſubiaceat ex percuſ-
ſione, vt dixi *ſupra* ex Danza, & huius di-
cti reddit rationem ipſe Danza *in addit.* ad
Gram. *deciſ.* 17. *num.* 30. quia nulla pars
corporis eſt, quæ vacet neruis, quorum
læſio, ſeù abſciſſio mortem non poſſit gi-
gnere.

Hinc cùm fuiſſet hic Bononiæ tempore mei Auditoratus datum mandatum duobus ſicarijs ad frangendum crura NN. qui indè miſerrimè per aliquos dies poſt obijt non fuit poſſibile habere relationem à Medicis, & peritis, quod fractio prædicta debuiſſet exiſtimari ex communitèr contingentibus mortalis: & habeo penès me conſultum, & judicium diuerſorum medicorum, quorum conſilium requiſiui, qui abſolutè concludunt mortem indè neceſſariò non inferri, & propterea non potui deuenire ad condemnationem in pœnam ordinariam contra mandantem.

---

# Cap. Septimi §. VI.

E tutte le ſudette pene haueranno luogo, e ſi eſeguiranno, ſe bene il mandato fuſſe ſtato dato, ò accettato, ò il delitto fuſſe ſeguito fuori de' Luoghi ſoggetti à queſta Legatione, ogni volta che la perſona, nella quale fuſſe fatto l'eceſſo fuſſe Suddito.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuriſdictio in delinquentem acquiritur ratione loci delicti, ratione originis, & ratione domicilij.*

2 *Iudex originis, vel domicilij delinquentis procedit pro maleficio ab originario, vel domiciliato commiſſo extra Territorium.*

3 *Condemnatus à Iudice loci commiſſi delicti, & à Iudice originis, vel domicilij pro eodem delicto debet ab vtroque Iudice abſolui. quia poteſt ab vtroque cogi ad pœnam, ſi diuerſa eſt burſa Fiſcalis.*

4 *Delinquens principaliter offendit locum, & Superiorem loci, in quo delinquit, ſecundariò verò offendit locum, & Superiorem loci ſuæ originis, & habitationis.*

5 *Iuriſdictio in delinquentem acquiritur etiam ratione perſonæ offenſæ.*

6 *Præſertim ſi delinquens reperiatur, & capiatur in loco originis, vel domicilij perſonæ offenſæ.*

7 *Contrarium.*

8 *Bannimenta firmant primam opinionem.*

9 *Sed huiuſmodi Bannimenta non valere dicit Bart.*

10 *Prima opinio eſt magis, & melius fundata in Iure.*

11 *Text* in l. nullum C. de teſtib. *procedit non ſolùm in teſte falſo, ſed in qualibet perſona, quæ quouis modo Iuriſdictionem Iudicis non ſui offendit.*

12 *Iudex Officialis offenſi priuatiuè procedit contra offendentem.*

13 *Contrarium nempè quod cumulatiuè procedit.*

14 *Etiamſi offenſus ſit Officialis Fori Eccleſiaſtici.*

15 *Farinac. reijcitur à Carthario.*

16 *Pendentia litis non poteſt allegari, quando Reus permanet in contumacia.*

17 *Nec Iudex vnius Fori poteſt alterum impedire, etiamſi ab vno Iudice eſſet lata ſententia.*

18 *Præuentio non impedit alium Iudicem in proceſſura, niſi proueniat ex captura.*

19 *Carceratus in vno Tribunali tamquam legitimè impediens non tenetur comparere coram alio Iudice citante, & ſic non allegat pendentiam, ſed impedimentum proceſſuræ opponit.*

20 *Sed carceratus poſt ſententiam latam opponit ſolutionem pænæ factam in Tribunali Iudicis, qui capturam procurauit.*

*Intellige vt num. 21.*

22 *Statutum loci commiſſi delicti debet attendi quoad pœnam: loci verò iudicij quoad proceſſuram.*

23 *Iudex originis, vel domicilij ſupplet vſque ad condignam pœnam, quando Iudex loci commiſſi delicti non punit ad menſuram delicti.*

24 *Et hoc procedit etiam in condemnato, vel abſoluto in Foro Eccleſiaſtico.*

25 *Quod intellige iuxta diſtinctionem Farinac.*

26 *Remiſsio delinquentis quando fiat.*

27 *Remiſſio delinquentis dependet à voluntate.*

28 *De generali conſuetudine hodie remiſsiones non fiunt.*

29 *Præſertim in Vrbe.*

30 *Vbi omnes delinquentes tamquam in in communi Patria poſſunt puniri.*

31 *Aliquando tamen fuerunt remiſsi temporibus noſtris.*

32 *Remiſsionem Principi conſulentes ad multa aduertere debent, quæ referuntur.*

*Primò, an ij, qui ſunt remittendi ſint originarij, & naturales Ditionis Principis remittentis, & afferuntur duæ rationes. Secundò*

*an in literis requiſitorijs adſit ſaltem ſummaria informatio, ſed non ſeruatur quando remiſſio fit, vt dicunt, ex vrbanitate. Tertiò, an conſtet de identitate perſonæ delinquentis. Quartò an adſit ſuſpicio iniuſtitiæ. Quintò an delictum ſit de atrocibus. ibid.*

33 *Iudex originis poteſt exequi ſententiam à Iudice loci commiſſi delicti latam contra delinquentem.*

34 *Requiritur tamen exhibitio proceſſus, & ſententiæ.*

35 *Et instantia partis offenſæ.*

36 *Sed debet iſto caſu condemnatio eſſe fundata in probatione concludenti, & plena.*

37 *Nec ſufficit quod ſit fundata ſuper legitimis indicijs.*

38 *Traditur ratio.*

39 *Et ita reſpondit Cæſar Mantatus* conſ. 95. libro primo;

40 *Probatio plena requiritur de Iure Communi ad effectum condemnandi.*

41 *Statutum, ſeu Conſtitutio, quod contumax habeatur pro confeſſo eſt contra Ius Commune, & ideò odioſum.*

42 *Et propterea debet intelligi, vt procedat in delictis intra Territorium commiſſis.*

43 *Statutum, quod Pater teneatur pro delicto Filij, intelligitur pro delicto commiſſo intra Territorium.*

44 *Statutum, quod non admittatur Procurator in criminalibus, intelligitur pro delictis commiſſis intra Territorium.*

45 *Statutum imponens pœnam confiſcationis, intelligitur pro delictis cõmiſſis intra Territoriũ.*

46 *Teſtes pro informatione Curiæ recepti in contumacia Rei probant non ratione Statuti, quod vbiquè extat, ſed ratione conſuetudinis vbique in Italia extantis. & num. 47. & 49.*

48 *Statuta, licèt vniformia, non coniunguntur.*

50 *Conſuetudo facit Ius.*

## Ogni volta che la perſona, nella quale foſſe fatto l'eccesſo foſſe ſuddita.

1 IVriſdictio in delinquentem acquiritur
vel ratione loci delicti, vel ratione ori-
ginis ipſius delinquentis, vel ratione domi-
cilij eiuſdem, vt pluribus citatis Doctori-
bus oſtendunt Deciam. *tract. crim. lib. 4. c. 3.*
*num. 16. & 17.* Farinac. *quæſt. 7. numer. 1.* &
Merlin. Pignatell. *controu. forenſ. 95. in princ.*
2 *cent. 1.* Vnde Iudex originis, vel domicilij
poteſt procedere pro maleficio ab originario,
ſeu domiciliato commiſſo extra terri-
torium, vt pluribus citatis doctoribus de
magis communi, & ſeruata Doctorum o-
pinione teſtatur Farin. *quæſt. 7. num. 20. & 21.*
Fachin. *contr. Iuris lib. 9. cap. 20.* Franch. *deciſ.*
66. & ibi Adden. Amendol. Ric. & de Luca;
Capiblanc. *de Baron. pragm. 8. p. 2. num. 206.*
Pignatell. *d. cap. 95. num. 1. & 2.* plures re-
lati à Carleual. *de iudic. lib. 1. diſp. 2. quæſt. 7.*
*ſect. 1, num. 739. & num.* 840. Enricus Pir-
hinc. *method. non. Iur. Canon. tit. de foro com-*
*pet. §. 3. num. 14. verſic. idque etiam extendi-*
*tur*, Fermoſin. *in cap. poſtulaſti quæſt. 5. num. 4*
*in fine eodem tit. de foro compet.* & fuiſſe receptũ
in praxi apud Tribunalia, quod Iudex ori-
ginis, vel Domicilij puniat, firmat ex Gra-
mat. Franch. Tapia, Theſaur. Magon. May-
nard. Triuiſan. Capon. Cancer. & alijs D.
Carolus Petra *M. Cur. ritu 273. numer. 161.*
Et in tantum hoc eſt verum, vt delin-
3 quens ſi eſt condemnatus pro eodem de-
licto à Iudice loci delicti, & à Iudice
originis, ab vtroque Iudice debet abſolui,
quia poteſt cogi ad pœnam ab vtroque
ſi diuerſa eſt burſa Fiſcalis Bald. *in l. prima*
*C. vbi de crim. agi oportet num. 6. quæſt. 3.* &
Vulpell. *conſ. 91. num. 3.* vide circa hoc, quę
dicam *infra num. 20. & ſeqq.* & vide quæ la-
tiùs dixi *in cap. 1. §. 10. in quæſito 2. num. 36.*
*& pluribus ſeqq.*

4 Delinquens enim principaliter offendit
locum, & Superiorem loci, in quo delin-
quit, ſecundariò verò offendit locum, & Su-
periorem loci ſuæ originis, & habitationis,
cum publicè interſit, vt hi, qui origine, vel
habitatione ſunt ſubditi rectè viuant, vt
pluribus citatis Doctoribus inquit Caball.
*crim. reſol. 3. num. 8. & 9.* & latiùs *in reſol. 262.*
*n. 5.* vbi ſubdit, quod ſi ſecus fieret, magna
daretur occaſio delinquendi, quia quilibet
ſceleſtus ad delinquendum in alienas Pro-
uincias properaret, ſi ſciret ſe in loco origi-
nis, vel domicilij proceſſari, & puniri non
poſſe, & ad hoc probandum plures allegat
concordantes, quibus addi poſſunt Peregr.
*conſ. 103. num. 7. verſ ſed quia contraria opinio,*
& Doctores ab eo citati de vſu, & praxi
Tribunalium atteſtantes.

Sed hoc non placet Io: Bapt. Muccio *di-lucidat.* ad Sanfelic. *deciſ. 138. num. 7.* ſi Iuriſdictiones non ſint ſub eodem Principe, eo enim caſu non poteſt dici offenſa Iuriſdictio Principis originis, vel domicilij, dum crimen non eſt patratum ſub illius iuriſdictione: concedit tamen, quòd ad expurgandam Prouinciam malis hominibus poteſt Princeps, ſeù Iudex iſto caſu ſuum originarium, ſeu domiciliatum expellere, ne crimina impoſterum eueniant: & ſic concedit, quod poteſt eijcere, ſed negat, quod poſſit cognitionem criminis aſſumere, & pœnam ob commiſſum alibi crimen infligere, & hinc infert, quod ſi Iudex originis, vel domicilij Reum iſto caſu abſolueret, vel aliqua pœna damnaret, non indè tutus eſſet Reus ad locum patrati criminis accedens, cum offenſæ factæ Principi huius loci, conſultum non ſit pœna, qua illum puniuit Iudex domicilij, vel originis. Muccius prædicta mutuatus fuit à Carleual. *de Iudic. lib. 1. tit. 1. diſput. 11. quæſt. 7. ſect. 1. nu. 741.* qui ait hanc opinionem tenuiſſe Franciſcũ Calderam *in repetit. l. à Diuo Pio §. ſententiam Romę num. 33. ff. de re iudic.*

Ego

Ego valdè dubito de hac diſtinctione, quia quandò iuriſdictiones ſunt ſub eodem Principe quæſtio eſt de re, quæ poteſt dici de indubitabili, ob rationem allatam à Carleual; & Muccio *loc. cit.* nempè quia ex delicto facto in Dominio eiuſdem Principis nihil refert quod in vna, vel alia parte eiuſdem Dominij delictum committatur, ſemper enim eidem Principi, licet non eidem magiſtratui ſit offenſa, & ideo iſto caſu Iudex, qui eſt ſub eodem Principe, non poteſt dici omninò incompetens ad puniendum eum, qui in alio loco eiuſdem Principis deliquit, vt firmat Vargas *deciſ. 43. numer. 29.* Vnde Legiſlatores non debuerunt diſponere, & nec Doctores potuerunt dubitare de facultate Iudicis originis, vel Domicilij puniendi ſubditos extrà territorium delinquentes, & propterea aſſerendum eſt, quod non de iſta, ſed de alia quæſtione dubitabili, quandò ſcilicet Iuriſdictiones ſunt ſub diuerſis Principibus, diſponant Textus *in leg. prima C. de Iuriſd. omn. Iudic. & in leg. prima C. vbi de crimine agi oport. & in leg. ſolent ff. de cuſtod. Reor. & in leg. à Diuo Pio §. ſententiam ff. de re iudic. leg. relegatorum §. intercedere*, vbi Gloſa *verbo ad reſcripti ff. de interdict. & relegat. in cap. cum contingat, & cap. fin. de Foro competenti, & cap. primo vbi* Gloſa *de raptoribus*.

Nec vrget motium, quod vbi delictum fit à domiciliato, vel originario in ditione alterius Principis non offenditur Princeps, ſeù Iudex domicilij, vel originis, quia, vt ad corroborandum rationem adductam *reſol. 3. num. 9.* dicit Caball. *crim. reſolut. 162. num. 5.* delicta iſto caſu non puniuntur principalitèr proptèr offenſam territorio factã, ſed proptèr odium criminis, & nè delicta impunita remaneant, cum Iura, & pax publica violentur, quæ vbique vigent, & dominantur, & non minùs in loco originis, & domicilij, quam delicti, & Didac. Cantera *crimin. quæſt. 7. num. primo & 2.* quem allegat Caball. *loco cit. num. 6.* addit aliam rationem, nempè quia Reipublicæ, & Iudici conuenit habere bonos ſubditos, & Magon. *deciſ. 70. num. 30.* ait quod ſubditi mali ſunt, etiamſi extra territorium mala committant, quæ eos ſequuntur ſicut lepra leproſum: his adſtipulantur Enricus Pirrhinc *methodo noua Iur. Canonici tit. de Foro competen. §. 3. num. 14. verſ. idque extenditur* & Peregrin. *d. conſ. 103. num. 7. verſ. ſed quia contraria opinio lib. 2.* Et certè non poteſt negari, quin Iudici originis, vel domicilij ſaltem indirectè fiat iniuria, quia ex delictis ſubditi Princeps ſubit notam, quod malè educat, & malè inſtruat ſuos ſubditos, & etiam quia malum nomen Patriæ, & Nationi ſubindè oritur. Offenſio autem indirectè facta Iudici tribuit eidem Iuriſdictionem iuxta terminos Text. *in leg. nullum C. de Teſtibus*, non enim neceſſe eſt, vt alibi dicam, quod offenſio fiat ex propoſito, & principaliter contra Iudicem, alias numquam haberet locum diſpoſitio d. Textus, quia falſitas commiſſa à teſte in perhibendo teſtimonium falſum in cauſa ciuili tendit principaliter in detrimentum partis collitigantis, vt de ſe patet, & tamen ex illa prorogatur Iuriſdictio Iudicis non ſui.

Eoque magis dubito de dicta diſtinctione quia ipſe Caldera concedit *ibidem in fine*, quod Reus etiam pro delicto extra Regnũ commiſſo poteſt in loco ſui domicilij accuſari, & inquiri non ad effectum, vt imponatur pœna ordinaria pro delicto, ſed vt extra ordinem iudicantis arbitrio puniatur, & ſic ipſe in hoc ponit contradictoria, quia impoſitio pœnæ ſiuè ſit ordinaria, ſiuè ſit extraordinaria, præſupponit in Iudice Iuriſdictionem in delinquentem.

Et ex his dubito etiam de diſtinctione, quam facit Carleual. *loc. citat. numer. 743.* dicens quod opinio affirmantium procedit, quandò originarius, ſiue domiciliatus laborat infamia multorum delictorũ extra territorium admiſſorũ, vel alicuius grauiſſimi criminis, qui ea vtitur cautela ad impunitatem criminum, in quibus aſſiduè verſatur, conſequendam, vt admittat extra territorium flagitia, præſertim apud vicinas Ciuitates, & aduerſus perſonas exteras, & miſerabiles, quæ non facilè poſſunt apud domicilia delinquentium accuſationes inſtituere, & iniuriarum ſatisfactionem quærere: opinio verò negantium procedit, quãdo originarius, vel domiciliatus in locis valdè remotis, & à propria Ciuitate valdè diſtantibus delinquit caſu potiùs, quam præmeditato animo, aut prouocatus potiùs, quam ſpontè, eo criminis genere, quod in homines etiam honeſtiſſimos cadere ſolet.

Siquidem diſtinctio prædicta admitteret, & non admitteret in Iudice iuriſdictionem, quod non poteſt eſſe, quia ſi Iudex habet iuriſdictionem in originarium, ſeu domiciliatum in Ditione Principis exteri delinquentem, vtique puniet illum (ſeruata tamen proportione) tam pro leui, quam pro graui delicto: ſi verò non habet iuriſdictionem, nec pro graui, & nec pro leui delicto poterit eum punire, nam iuriſdictio non dependet à grauitate delicti, ſed benè dependet à lege determinate, quod ratione loci delicti, ratione originis, & ratione domicilij, quis ſubijciatur Iudici, vt diſponunt *ll. & Canon. locis mox citatis*.

Et in hanc ſentẽtiam eo facilius deuenio, quia, quicquid dicat Carleual. *loc. citat. numer. 843.* vbi inquit à noſtris moribus, & totius Orbis Chriſtiani conſuetudine alienum eſſe, & protſùs inauditum, quod ſpectet ad Iudicem originis, vel domicilij animaduerſio eorum, qui inter Tartaros, Turcas, aut Scithas maleficia, furta, & homicidia commiſerunt; Receptum fuit in Tribuna-

libus, quod delinquentes in Regnis exteris proceſſentur, carcerentur, & puniantur; Habemus huius rei exemplum penès Hieronym. Baſilico *crim. deciſ.* 25. qui refert, quod cum de *Anno* 1640. Claſſis Turcarum diripuiſſet oppidum nuncupatum S. Marco, & inter ſpolia abduxiſſet Puellam inſignis ſpeciei, eamque in Vxorem Tunetanus Rex duxiſſet, quidam Ioſeph Precone eiuſdem oppidi Iuuenis Tunetum acceſſit, & Reginæ Germanum ſe finxit, & indè aurum, argentum, & pretioſos lapillos reportauit, fuit propterea, in Patriam reuerſus, accuſatus à fratre, & ſorore præfatæ Reginæ, & carceribus manciptus in illis ſuam cauſam dixit: Aliud exemplum habemus penès Io. Volk. Bechmannum *in commentar. pandectar. theoricopract. par. prima tit. de Iuſt. & Iur. leg. vt vim num.* 42. *fol. mihi* 15. qui ex Nicolao Tulpio *obſeruat. medic. lib. primo cap.* 47. refert quod, cum ſeptem Britanni nauim conſcendiſſent in Inſula Chriſtophoriana vnius ſolùmmodò noctis itineri, vltrà quam non extenderant commeatum, fuerunt vi tempeſtatis longiùs adducti, vt antè diem decimum ſeptimum non potuerint ad portum reuerti, cumque vndecim dies inædia laboraſſent, ancipiti ſorti commiſerunt, cuius carne vrgentem famem, & quo ſanguine compeſcerent ſitim. Iacta alea fuit, & is, qui fuit autor huius lanienæ, primus deſtinatus primæ cædi lubenter fortunæ ceſſit, iugulatus ab alio, qui pariter ſorte ad hoc deſtinatus fuit. Tandem ad Inſulam Martinianam deducti, fuerunt homicidij accuſati. Non luerunt tamē pœnam, quia vt ait Bechmann. dedit ipſis veniam Iudex.

Vndè concludendum cum Ant. Matth. *de crim. tit. de accuſat. cap.* 5. *n.* 5. *in fine*. *Cum verò cæde facta ius diuinum ſimul, & gentium violatur, quemuis Iudicem, in cuiuſuis manus Reus inciderit, diuinæ legis, atque ſalutis cuſtodem, & patronum eſſe decet, Tros, Rutiluſue fuerit, qui perimitur, nihil intereſt: nequè minori flagitio homines in India necantur, atque in media Hiſpania. Itaque ſummoperè hic laudo eorum Senatus Conſulta, qui prahenſo originario etiam de criminibus extrà Prouinciam admiſſis quærendum ſibi exiſtimauerunt.*

5 Alij addunt quartum modum acquirendi iuriſdictionem in delinquentem, ratione ſcilicet offenſæ factæ in perſonam ſubditi, vt volunt Gloſ. *in l. nequid* §. *de iis, ff. de incend ruin. naufrag.* Angel. de Peruſio *in l. vacantia num.* 44. *C. de bon. vacant. lib.* 10. quod admittunt Alciat. *conſ.* 13. *numer.* 5. *lib.* 7. & Caball. *crimin. reſol.* 3. *numer.* 15. quando
6 Reus reperiretur, & caperetur in loco perſonæ offenſæ, nam tunc iſti concedunt, quod offendens poteſt capi, detineri, & puniri in loco, in quo perſona offenſa ſortitur forum, licet ipſe offendens nulla alia ratione ſit ibi ſubiectus.
7 Sed contrarium probant Salyc. *in l. cunctos populos num.* 8. *C. de Summa Trinit.* Bald. *in d. l. cunctos populos* Pariſ. *conſ.* 159. *num.* 10. *lib.* 4. & alij relati à Farin. *in add. ad quæſt.* 7. *num.* 1. & 2.

Vnde Bannimenta ad dirimendam hanc
8 controuerſiam ortam inter Doctores ſtatuunt, quod ratione offenſæ in ſubditum acquiratur iuriſdictio in delinquentem, licèt extra territoriū offendat, & nulla alia ratione ſit ſubiectus. Et quamuis Bart. & Add. ad Alberic. relati à Caball. *crim. reſol.* 3. *n.* 10.
9 dicant huiuſmodi Statutum non valere, quia diſponit de re, quæ ad ſtatuentis iuriſdictionem non ſpectat; Nihilominus non recedendum à firmata concluſione, quia Doctores allegati *num.* 5. firmant contrariū,
10 & eorum opinio melius fundata videtur, dum nititur diſpoſitioni Textus *in lege nullum Cod. de teſtibus*, iuxta intellectum quem illi tribuunt Doctores, volentes, quod dicta lex procedat non ſolum in teſte falſo, ſed in omni perſona, quæ quouis modo iu-
11 riſdictionem Iudicis non ſui offendit Petrus, & Cynus, & alij communiter *in dicta leg. nullum* Franch. *deciſ.* 679. *num.* 5. & *deciſ.* 722. *num.* 26. qui ponit exemplum in eo, qui receptando contumacem M. Curiæ dicebatur illam offendiſſe. Capiblanc. *de Baron. pragm.* 8. *cap.* 37. *num.* 9. *tom.* 2. Salzedo ad Diaz. *pract. crim. canon. cap.* 97. *verſ. nec illud* Farin. *quæſt.* 8. *numer.* 26. & *quæſtion.* 67. *numer.* 37. Capic. Galeot. *Fiſcal. reſp. primo num.* 2. & 3. Merlin. *controu. forenſ. cap.* 71. *num.* 9. *cent.* 2. Rouit. *deciſ.* 20. *num.* 18. Anna *conſ.* 107. Prat. *reſp. crim.* 42. *num.* 6. & *ſeqq.* & alij inferius *in tit. de falſis* citandi.

Imò aliqui volunt, quod quandò aliquis
12 Officialis ratione officij offenditur, tunc Curia, cui offenſus inſeruit, priuatiuè cognoſcit de hac offenſione, vt ex Paulo de Caſtro Alber. Boer. & Montemarano firmat Farin. *conſ.* 134. *num.* 3. & *ſeqq.* & nouiſſimè Antonellus *de Regim. Eccleſ. Epiſc. lib.* 6. *cap. primo num.* 5. & *ſeqq.*

At cumulatiuè procedere cum Iudice
13 loci, ſeù originis tenent Clar. *q.* 38. *verſ. quæro nunc*, Caball. *crim. reſol.* 261. *n.* 5. *et caſ.* 117. *n.* 2. Anſald. *de iuriſd. par.* 2. *tit.* 11. *cap.* 25. *n.* 59. & *ſeqq.* Merlin. *cap.* 71. *nu.* 9. Affl. *deciſ.* 219. Graſſ. *Clerical. effect. primo num.* 1153. Scialoya *de Foro compet. cap.* 41. *nu.* 3. de Franch. *dec.* 147. *n.* 4. & ibi de Luca *in addit. n.* 1. Giurb. *conſ. crim.* 59. *num.* 118. *verſ. reſpondeo tertio*,
14 & in terminis offenſionis factæ in miniſtros Fori Eccleſiaſtici Sperell. *deciſ.* 86. *num.* 8. &
15 Carthar. *crim. deciſ. vlt. num.* 30. qui reprobat Farinac. contrarium dicentem *in d. conſ.* 134. & ſubdit Caſtr. Alber. & alios non dicere id, ad quod eos allegat.

Cæterum Maſcard. *de interpratation. ſtatutor. concluſion.* 6. *numer.* 73. ait quod cautela erit ad puniendos forenſes extra territorium delinquentes in ciues, qui alias à ſtatuto immediatè puniri non poſſent, vt fiat

fiat ſtatutum, quod occiſor, ſiuè aliter de-
linquens audens ingredi territorium ſtatuti
tali pœna puniatur, quia tunc forenſis ſta-
tuto pœnali ligabitur, ſi ingredietur, quia
offendit ingrediendo vetitam terram, *quæ
cautela*, ſunt formalia verba Maſcardi, *eſt
ſummopere neceſſaria, & æquitati, & iuſtitiæ
conſona, crudele enim eſt, & ab omni ratione
alienum, vt trucidans alicuius ciues debeat poſſe
ſub prætextu, quod illos extrà territorium occi-
derit, impunè etiam in eadem Ciuitate ſuis Ciui-
bus impio facto illius orbata perambulare liberè
& nulla ſupereminente pœna, prout hæc etiam
piè, & iuſtè animaduertit* Claud. ad Berta-
zol. *conſ. crim. 443. lit. B.* & ſubdit Maſcard.
*ibidem*, quod hinc ſanctè, & prudenter fuit
per ſtatutum criminale Ianuæ *lib. 2. cap. 10.*
ordinatum quod contra quemcunque Ciui,
aut diſtrictuali iniuriam, vel offenſam, aut
vim in rem, vel in perſonam inferentem
debeat ad Inſtantiam vim paſſi, vel ſuorum
iniuriam proſequentis magiſtratus procede-
re, ſi ad Vrbem Genuam, vel ad loca di-
ſtrictus venerit, & illum punire, ac ſi deli-
ctum Genuæ commiſſum fuiſſet.

10 Concludendū tamen quod noſtra Banni-
menta, licet non diſponant iuxta mentem
Maſcardi, valent & ſeruari debēt per doctri-
nam & autoritatem Gloſæ, Angeli, & alio-
rum de quibus *ſupra*.

Dixi, quod Iudex originis poteſt pro-
cedere contra ſubditum extra territorium
delinquentem, & opere pretium eſſe duxi
de aliquibus quærere.

Quæro primò. An poſſit opponi exce-
tio pendentiæ litis in loco commiſſi delicti
16 ſi Reus exiſtit in contumacia? reſpondeas
quod non, nam nec ipſe Reus ſi permanet
in contumacia, & nec pars offenſa, ſeù ac-
17 cuſator & nec Iudex loci admitti debet ad
opponendum de dicta litis pendentia, ità di-
cunt Caball. *crim. reſol.* 162. *num.* 12. *& nu-
mer.* 18. *& ſequentibus* & Farin. *quæſt.* 7. *n.* 55.
Peregrin. *conſ.* 103. *num.* 5. *lib.* 2. Etiamſi
iam lata eſſet ſententia à Iudice loci com-
miſſi delicti, quia adhuc Iudex originis, vel
domicilij rectè procedit ad condemnan-
dum eundem, vt dicunt prædicti Doctores,
& aſſignat rationem Parexa *de inſtrum. edit.
tit. 2. reſol. 6. ſpecie 2. num.* 210. *&* 252. di-
cens hoc eſſe, quia vterque Iudex eſt in po-
tentia citandi Reum realiter; hoc eſt ca-
piendi, & carcerandi, cum non detur cau-
18 ſa attributiua iuriſdictionis veræ, niſi ex
captura, vt ex Mariano Soccin. Riminald.
Decian. Boſſ. Gaill. Farin. Azeued. Matta,
& Carleual probat Parexa *loc. citat. nu.* 206.
*& ſeqq.* quibus addo Cutellum *ad leges Sicu-
culas Martini tertia concordata* §. 5. *verſ. ſea à
preuencion. ſol.* 504. & ideò antè capturam
nullus ex Iudicibus habentibus cumulati-
uam iuriſdictionem poteſt prætendere qua-
litatem attributiuam iuriſdictionis priuati-
uæ, quia pendet ex futuro euentu, nempè
ex carceratione eiuſdem delinquentis, & in-
terim vterque procedit, quia iuriſdictio cu-
mulatiuè translata penes vtrumque reſidet
in ſolidum, vt ex Menoch. & Surd. dicit
Parexa *loc. cit. num.* 252. & hoc videntur vel-
le Ceuall. *com. contra commun. quæſt.* 678. *nu-
mer.* 20. Fermoſin. *in cap. poſtulaſti quæſt.* 4.
*num.* 16. *& quæſt.* 5. *num.* 6. *de Foro competent.*
licet diſtinguat cum Balboa inter præuen-
tionem factam à Iudice ſub eodem Principe
& illam factam à Iudice ſub diuerſo Princi-
pe manente, quæ mihi nullatenus probatur
ob rationes *ſupra* allatas: & Cutellus *loco
citato* ait quod interim vnus Iudex alterum
in recipiendis probationibus non prohibe-
bit, quia præter præuentionem prouenien-
tem ex captura omnes aliæ ſpecies præuen-
tionis excluduntur ad inhibendum.

Quæro ſecundò. An poſſit opponi dicta
exceptio caſu, quo Reus eſſet carceratus?
diſtinguas, aut Reus fuit carceratus à Iudi-
ce loci commiſſi delicti, antequam Iudex
originis, vel domicilij condemnaſſet, aut
poſtquam illum condemnauit. Primo caſu
non poteſt opponi exceptio pendentiæ, ſed
19 benè poteſt impediri proſequutio proceſſus
& condemnationis, quia carceratus, & ſic
legitimè impeditus, citatus non poteſt, &
nec tenetur comparere, vt ex Bart. Salyc.
Alex. Caſtren. Affl. Ruyn. & alijs inquit
Farin. *quæſt.* 11. *num.* 54. Et in terminis ter-
minantibus Carthar. *crim. deciſ.* 31. *num.* 14.
& meliùs *deciſ.* 72. *num.* 2. *& ſeqq. & num.* 32.
*& ſeqq.* & facit Caball. *crim. reſol.* 162. *nu.* 17.
Secundò verò caſu non poteſt opponi ex-
ceptio pendentiæ, ſed benè poteſt opponi
20 ſolutio condemnationis facta in loco com-
miſſi delicti, vt innuunt Caball. *d. caſ.* 162.
*nu.* 18. & Farin. *qu.* 7. *num.* 55. nam ſolutio
pœnæ facta in vno Iudicio operatur, vt de-
linquens nequeat coram alio Iudice puniri,
21 niſi iſte alius Iudex condemnauerit in gra-
uiorem pœnam pro aliqua qualitate aggra-
uante non deducta coram primo Iudice, vt
explicant Caball. *d. caſ.* 162. *num.* 21. & Fa-
rin. *in addition. ad quæſt.* 4. *num.* 2. *&* 4. *&
quæſt.* 7. *num.* 26. Vel niſi appareat Reum
à primo Iudice non fuiſſe condignè puni-
tum vt dicit Cartar. *d. deciſ.* 72. *num.* 36. po-
teſt enim alius Iudex ſupplere vt probant
Carthar. *loc. citat. num.* 36. & 42. Peregrin.
*conſ.* 103. *num.* 8. *lib.* 2. & Cutellus *ad leges
Siculas Martini in tertijs concordatis* §. 5. *verſ.
ſea à preuencion.* Vbi ait quod in caſu quo v-
nus Iudex debet dare alteri in captura præ-
uenienti proceſſum, dat ſolùm copiam il-
lius, & originalem penès ſe retinet, vt ex
cauſæ exitu, fuerit ne Reus condecenti pœ-
na damnatus, diiudicet; vt, ſi opus eſt, ſup-
pleat. Sed Peregrin. *ibidem num.* 8. aſſerit
contrarium quando iuriſdictiones ſunt om-
ninò diſtinctæ veluti ſæcularis, & Eccleſia-
ſtica: nam tunc abſolutus in vno Tribunali
poteſt in alio moleſtari, & citat Couar.

*pract. cap. 10. num. 6.* Bald. *conſ. 260.* Clar. *quæſt. 57, num. 11.* vide quæ circa hanc materiam latè dixi *in cap. primo* §. 10. *in 2. quæſito per totum*; & vide quæ dicam infra *in quæſito 5. num. 25.*

Quæro tertiò. Quale ſtatutum ſit ſeruandum illud ſcilicèt loci commiſſi delicti an illud loci originis, & domicilij? Quoad
22 impoſitionem pœnæ debet ſeruari ſtatutum loci commiſſi delicti, ſed quoad proceſſum debet attendi locus Iudicij, vt dicit Bart. *in leg. cunctos populos numer. 48. Cod. de Summa Trinitat. & fide Catbolica*, & ex Saly. Villalob. Clar. Pariſ. & Ioſeph Ludou. inquit Farinac. *in addition. ad quæſt. 7. num. 25. & in fragm. verbo delicta num. 98.* Intellige tamen quod dicitur de ſeruando ſtatutum loci commiſſi delicti quoad pœnam, vt procedat quando originarius, vel domiciliatus delinquit extra territorium, ſed tam territorium originis, ſeu domicilij, quam territorium loci commiſſi delicti extant ſub eodem Principe: ſecus ſi locus delicti eſſet in territorio Principis exteri, quia miniſtri vnius Principatus nihil habent facere cum legibus Principis extranei *cap. vt animarum* §. *ſtatuto de conſtit. in 6.* Fontanell. *deciſ. 163. num. 7. & deciſ. 430. num. 4.* & D. Orilia ad Campanam *reſol. 13. num. 21. & ſeq.* nullaque eſt lex communis inter diuerſos Principatus, ſed vnuſquiſque ſuis legibus viuit vt ex Carleual. *de iudic. tit. primo diſputat. 2. quæſt. 7. num. 842.* dicit D. Orilia *loc. cit.* ſed iſto caſu originarius, vel domiciliatus debet puniri pœna ſtatuti loci originis, vel domicilij quatenus concurrant ea quæ dixi *proœmio* §. 10. *quæſito ſecundo circa finem*, alias debet puniri pœna ſtatuta à Iure communi, vt dixit D. Orilia *loc. cit. num. 22. vſque in finem*, & pluribus oſtendit doctiſſimus Ant. Matthæus *de crimin. tit. de accuſat. capit. 5. num. 5.* cuius verba ſunt. *Atque ex his, quæ contrà Accurſium, & communem ſcholam diſputauimus, corruit etiam eorum ſententia, qui ſcripſerunt non poſſe Reum in loco domicilii accuſari, nam ſi vbicumque reperitur accuſari poteſt, vtique etiam in loco domicilii accuſari poterit, licèt crimen in alia Prouincia ſit perpetratum. Corruit denique eorum diſtinctio, qui exiſtimarunt aliam eſſe accuſationis, aliam inquiſitionis, quæ ex officio fit, rationem: ſi accuſator aliquis exiſtat, aut quærente læſo Iudex procedat etiam in loco domicilij cognoſci poſſe: ſin citra quærelam ex officio Iudex in Reum inquirat, & nomiſi in loco admiſſi id fieri poſſe. Quid enim d. leg. 3. & l. 13. ff. de offic. Præſid. non nè de Præſide ex officio inquirente in malicos loquuntur? Atqui propoſitæ diſtinctionis ne minimum quidem veſtigium, aut argumentum ibidem relictum eſt. In primis verò mirandum eſt interpretes iuris certatim in huiuſmodi ſententias deſcendiſſe, cum eadem pernicioſiſſimæ ſint exemplo. Quid enim magis dolendum hodiè, quam tot homicidia impunè abire, poſtquam ſectis in minutiſſimas partes Prouinciarum territorijs, atque iuriſdictionibus nullo negotio ſicarij aufugiunt, atque alieni territorii finibus potiuntur. Scio obtenditur illa ipſa iuriſdictionum diuiſio; quodque peccaſſe aduerſum nos videri non poſſit ille, qui in alieno territorio delinquit. Verum eam ego rationem tum probandam exiſtimo, cum delictum in alieno territorio perpetratum contrà ſtatuta, & ius proprium iſtius territorij perpetratum eſt, cum verò cadæ facta ius diuinum ſimul, & gentium violatur; quemuis Iudicem in cuius manus Reus inciderit Diuinæ Legis atque communis ſalutis cuſtodem, & patronum eſſe decet*, hactenus Matthæus. Nullatenus enim debet admitti quod Reus euadat impunis ex quo delictum perpetrauit in Principatu extero, vt dixi ſupra, niſi in caſu dumtaxat quo delictum in extero Principatu commiſſum non eſt punibile de iure communi vt ait Matthæus *ibidem*, & nec eſt punibile ex ſtatuto originis, vel domicilij.

Quæro quarto, an Iudex originis, vel domicilij cognoſcens, quod delinquens non fuit condignè punitus in loco commiſſi delicti, poſſit ſupplere, & Reum puni-
23 re vſque ad condignam pœnam? dixi *ſupra nu. 21.* quod poteſt. Addo quod ità tenent Bald. *in l. penul. quæſt. 7. C. de execut. rei iudicat.* Sebaſtian. Medic. Heron. de Monte locis relatis à Farin. qui eos ſequitur *quæſtion. 7. num. 26. verſ. benè autem*, & ità deciſum refert Gam. *dec. 53. n. 2.* Vide quæ ego latè dixi ſupra *in cap. 1.* §. 10. *quæſito 2. n. 42. ſeqq.* & vide Ceuall. *de cognit. violent. q. 63. in fine*, Fermoſ. *cap. poſtulaſti q. 4. num. 15. & cap. penul. de Foro competent. &* Carthat. *deciſ. 72. num. 36.*

Quæro quinto, an præcedens concluſio procedat in abſoluto, ſeù condemnato
24 etiam in foro Eccleſiaſtico? reſpondeas pariter affirmatiuè, vt in his terminis præciſis dicunt plures Doctores relati à Barboſa *de off. Epiſcop. allegat. 51. num. 95. part. 3.* ſed Farinac. *quæſt. 4. num. 8. & ſeqq.* latè tractat hanc quæſtionem, & poſtquam firmauit, & benè, quod Iudex ſæcularis ſemper in delictis mixti fori procedit contra Reum,
25 quando Eccleſiaſticus ſolum impoſuit pœnam ſalutarem, & medicinalem animæ, vel quando impoſuit pœnam præparatoriam, qualis eſt pœna degradationis, quærit an procedere poſſit, quando Iudex Eccleſiaſticus pœna ordinaria delicti proportionata pro Tribunali puniuit Reum, & ratio dubitandi eſt, quia hoc conceſſo puniretur Reus in duobus locis, quod non eſt dicendum: & concludit, quod in atrocibus, & grauiſſimis delictis, in quibus Iudex Eccleſiaſticus non valet imponere pœnam condignam, ſæcularis procedit contra eundem ad ſupplendum pœnam minorem impoſitam à Iudice Eccleſiaſtico; ità tamen, vt prima computetur in ſecunda, & ſecunda ſuppleatur per primam. In alijs verò delictis non grauibus, & atrocibus, in quibus

Iudex

Iudex Eccleſiaſticus poteſt imponere pœnam condignam, & competentem, non poteſt Iudex ſæcularis Reum abſolutum, vel condemnatum ampliùs moleſtare.

Et iuxtà hanc diſtinctionem, quæ eſt veriſſima, debet intelligi Salzedo, ad Diaz. *pract. criminal. can. capit.* 113. *verſic. eſt quidem*, & Barboſa *dict. alleg.* 51. *numer.* 95. & Carena *de S. Offic. part. ſecunda, tit.* 7. §. 3. *numer.* 16. dum aiunt pœnæ ſupplementum à laico non fieri, quia ad Eccleſiaſticum vti dignorem ſpectat declaratio, an pœna ſit condigna, & ſemper declarabit eſſe condignam, nam hoc eſt verum in delictis non grauibus, in quibus cum Iudex Eccleſiaſticus poſſit imponere pęnam condignam, præſumitur condignam, & competentem pœnam impòſuiſſe: non ſic in atrocibus, & grauiſſimis, in quibus eſt certum, quod Eccleſiaſticus non valet ad menſuram ſceleris punire, & nec ipſe Iudex Eccleſiaſticus poteſt vllatenùs id aſſerere. Vide quæ latius dixi *in cap.* 1. §. 10. *in* 2. *quæſito*, quibus hæc per modum declarationis, & maioris explicationis addenda videntur.

Verum Carthar. *deciſ. crim.* 72. diſtinguit caſum abſolutionis, & caſum condemnationis, & dicit quod Reus condemnatus non poteſt a ſecundo Iudice puniri, niſi in quantum debet ſuppleri pęna primi Iudicis quatenùs non ſit ſufficiens: Reus verò abſolutus poteſt ſinè vlla deſtinctione puniri a ſecundo Iudice, quia cum iuriſdictio Eccleſiaſtica, & ſæcularis ſint prorſus diſtinctæ, & ſeparatæ *cap. quoniam* 10. *diſtinct.* intrat regula, quod ſententia abſolutoria lata in vna iuriſdictione non parit exceptionem rei iudicatæ in alia, & ad hoc allegat Cyn. Clar. Albertin. Farin. Germond. & Brunor. a ſole, & alios concordantes; hanc diſtinctionem firmat etiam Baiard. ad Clar. *qu.* 39. *num.* 15. *& q.* 57. *n.* 26. *& ſeqq.* in hoc tamen differt diſtinctio Carthar. a diſtinctione Baiardi, quod Carthar. loquitur in delictis mixti fori, & Baiad. loquitur in delictis punibilibus in loco delicti, originis, vel domicilij, & Carth. ponit regulam indiſtinctè, & Baiard. dicit quod abſolutus a Iudice loci delicti non poteſt amplius moleſtari, abſolutus verò a Iudice originis, vel domicilij poteſt puniri a Iudice loci delicti.

At Aretin. *conſ.* 58. *num.* 11. *& ſeqq.* & Farin. *qu.* 7. *num.* 26. *verſ. & quamuis* tuentur contrarium, quia ſicut condemnatio, ita & abſolutio parit exceptionem rei iudicatæ quoad omnes alios Iudices compententes.

Quid dicendum? dic, & concilia prout dixit *ſupra in cap.* 1. §. 10. *quæſito ſecundo.*

Quæro ſexto, an Rei capti in loco originis, vel domicilij ſint remittendi ad locum commiſſi delicti? reſpondendum affirmatiuè ex diſpoſitione tex. *in auth. vt nulli Iudicum*, §. *ſi quis verò comprehenſorum*, *& in l. non eſt dubium*, §. *illud C. de cuſtodia Reor. & in auth. vt omnes obbediant Iudic.* §. *hoc conſideratur*, *& in l. ſi cui*, §. *fin. & l. fin. ff. de accuſat.* quatuor rationes affert Couar. *pract. cap.* 11. *num.* 3. & remiſſiuè ad eum, & ad text. *in l. capitalium*, §. *famoſos*, *ff. de pœnis*, *& in Auth. ſi verò*, *C. ad leg. Iul. de adult.* Fermosin. *in cap. poſtulaſti quæſt.* 4. *numer.* 12. *de foro competenti*, qui *num.* 13. ait hoc eſſe verum, ſi Iudex loci commiſſi delicti petat, & inſtet pro remiſſione, & Carleual. *de Iudic. quæſt.* 7. *ſect.* 2. *num.* 802. affert ſex rationes penès eum videndas, & *num.* 804. ait quod ſi Iudex loci delicti petat, nedum ex vrbanitate, ſed ex neceſſitate debet Reus ad eum remitti etiamſi, vt ipſe ſubdit *ibid. numer.* 807. Iudex originis, vel dominij præuenerit ad quærelam, & inſtantiam accuſatoris & *num.* 810. ait hoc maximè procedere, ſi delictum, de quo Reus proceſſatus, & imputatus eſt, ſit de delictis publicis, in quibus principaliter fit iniuria Republicæ, minùs verò principaliter parti.

Hæc regula habet plures limitationes, vt videre eſt penès Borellum ad Bellugam *Speculo Princip. rub.* 11. §. *ex quo prædiximus in additione prima*, vbi 31. limitationes congerit, & penès Tapiam *de iure Regni lib.* 3. *rub.* 6. vbi *octo* ampliationes, & 23. limitationes adducit, & penès Farin. *quæſt.* 7. & Carleual. *loc. cit. à num.* 801. qui diffuſiſſimè de materia loquuntur.

Communiter tamen Doctores pertran-
26 ſeunt cum hac diſtinctione, vt naturales
& domiciliati, qui alibi delinquunt concedantur, & remittantur ad locum commiſſi delicti, ſi ad inſtantiam Iudicis loci delicti, & virtute litterarum requiſitoriarum fuerint capti: ſecùs quando Iudex originis, & domicilij non requiſitus cauſam præoccupauit, & fecit Reos incarcerare, vt diſtinguunt Farin. *q.* 7. *num.* 23. Gomez. *variar. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 87. Carleual. *de Iudic. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 804. & Chriſtoph. Creſpi *obſeru.* 74. *num.* 7. *& ſeqq.*

Verùm cum hodiè remiſſio, & præ-
ſertim ſpecies illa remiſſionis delinquen-
27 tium, quam dicunt fieri ex Vrbanitate, de-
pendeat totaliter a voluntate, & arbitrio Principis remittentis, non poteſt dari aliqua regula, quia ex tempore, affectione, correſpondentia concedi, vel denegari ſolet.

Nihilominùs proponitur conſideran-
dum, quod de conſuetudine generali, ma-
28 ximè in Italia, remiſſiones hodiè non
fiunt, vt dicunt Bart. Alex. Salyc. Imola, Bald. locis relatis a Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 11. & alijs relatis Farin. *quæſt.* 7. *num.* 28.

Quæ concluſio eo fortius procedit, &
29 habet locum in Vrbe, nam Romana Curia

ria nunquam ſolet remittere delinquentes,
ſed in ea omnes vbicumque deliquerint
30 puniuntur, quia eſt communis Patria, vt
per text. *in l. Roma, ff. ad munic.* Oldrad.
Imol. Franch. Dec. Cyrill. qui teſtatur ſe
ità ſeruaſſe *de anno* 1540. cum eſſet Iudex
Criminalis in Curia Capitolina, & per
alios, quos citat, inquit Farin. *quæſtion.* 7.
*num.* 11.*verſ. limita ſeptimo, & num.* 12.*in fin.*
teſtatur ità fuiſſe practicatum *de anno* 1580.
in Tribunali Gubernatoris Vrbis contra
Georgium N. qui in Ducatu Florentiæ homicidium
commiſerat, & in Vrbe fuerat
captus.

Sed intellige vt non fiant à Iudicibus,
nam Principes, ſi volunt, poterunt delinquentes
remittere, etiam ſi in eos nullam
habeant iuriſdictionem, & etiamſi extet
conſuetudo in contrarium, vt dicunt Decian.
*d.quæſt.*19.*num.* 9. vbi teſtatur, vidiſſe
Gubernatorem Mediolani nomine Caroli
V. Imp. remiſiſſe ad Dominium Venetum
D.Ludouicũ N.Bononienſem,&Clar.
*quæſt.* 38. *num* 21. teſtatur vidiſſe aliquando
non obſtante tali conſuetudine, fieri remiſſiones
delinquentium captorum in Ducatu
Mediolani Principibus finitimis in
delictis atrocibus, ſubdens quod ipſe hoc
nunquam laudauit, quia credidit, quod
ſtante conſuetudine, ipſi debuiſſent eſſe
ſecuri, tamèn ad punitionem malefactorum
Deus ità fieri permittit, & Clarum
ſic dicentem ſequitur Farin.*d.quæſt.*7.*nu.*32.
At Henricus Zobel. *in tract. de executione in
effigie theſ.* 79. *circa finem,* miratur de Claro
dicens *non video quid Claro §.fin. quæſtion.*38.
*num.*21. *ſub finem in mentem venerit cum Principes
Reos remittentes improbet, dicatque nunquam
ſe tale factum laudaſſe: quin ità fere loquitur,
quaſi etiam pacta, conuentioneſque à vicinis
Principibus de remittendis Reis cum in fine
inita (vt ſcilicet nono conſenſu, ac pactorum
vinculo ad id quod per ſe ius iniungere videatur,
validius ſe mutuo aſtringerent) aliquam
vim non haberent, nec obſeruari ſolere, niſi ad
libitum: itaque merito ille cenſuram aliorum
non effugit, & Venetos, quos affert, ab hac culpa
defendit* Bettozol. *conſ.* 410. *in fine vol.* 2.
*cuius verba allegat* Baiard. *in add. ad ipſum
Clarum loc. citato*, hactenus Zobel. qui refert
Mahumetem Turcarum Imperatorem
remiſiſſe Laurentio Medici poſcenti illum,
qui Iulianum Medicem interfecerat, &
tenet quod Principes adhoc tenentur ratione
iuris naturalis, & hoc pluribus oſtendit
*ibidem*, & huiuſmodi ius adeò vrgere
ait, vt tribuat iuſtam cauſam mouendi
bellum, vel repræſalias exercendi contra
recuſantem remittere, & affert exemplum
Henrici ſecundi Francorum Regis
poſcentis à Senatu, Populoque Geneuate,
vt Baptiſtam Didatum peculatus Reum
remitterent: affert exemplum Thebanorũ,
qui mouerunt bellum contra Hippotas
recuſantes tradere ſicarios Phoci Boeoti:
& demum affert exemplum Beniamitarum
contra quos fuit motum bellum ex
eo quia recuſarunt exhibere ad pœnam
eos, qui fœdi criminis conſcij erant vt
habetur *Iudic. cap.* 20. *&* 21. Et hanc concluſionem,
quod ſcilicet ſit licitum belligerare
contra eos, qui improbos, & facinoroſos
defendunt, ne debitas perſoluant pœnas
ex eadem S. Scriptura *d. cap.* 20. tenet
Petrus Binsfeld. *in tract. de iniur. & damno
dato cap.* 8. *quæſtion.* 1. *concluſ.* 27. & hoc
vult etiam Cutellus *ad leges ſiculas Martini
cap.*16.*nota* 17. *num.* 2. *& ſeq. fol. mihi* 332.
vbi ait quod nocuorum deditio facienda
eſt, ſi ab eo, in cuius Ditione peccauerunt,
expetantur, ac delictum in publici
ſtatus pernicem admiſſum ſit, vt de piratis,
inſidiatoribus viarum, incendiarijs, monetarum
corruptoribus, tumultuarijs &
ſimilibus delinquentibus qui maieſtatem
lædere dici poſſunt & affert exemplum
facinoroſorum petitorum à Beniamitis
quod refert Zobel *loc.cit.* & de quo habetur
*in d. cap.* 20. *Iudic.* & refert exemplum Samſonis
petiti ab Hebræis, vt habetur eadem
Sacra ſcriptura *cap.* 15. *Iudic.* & populatorũ
agrorum, quos Romani poſtularunt ab
Hernicis, & interfectorum Phoci, quos
Hippotenſibus poſtularunt Beoti, & ſubdit
Cutellus *ibid. numer.* 3. repetitionem hanc
malefactorum Romanum Pontificem Luſitano
Regi conceſſiſſe.

Et hæc remiſſio, vt inquit Cutellus *d.n.*3.
non ſolùm debet practicari in eos, qui ſubditi
ſemper fuerunt eius, qui poſtular ſibi
remitti, ſi poſt patratum crimen aliò confugiunt,
verùm & in eos etiam, qui cum non
eſſent ſubditi, in dominijs tamen poſtulantis
facinus commiſerunt, & poſtea à Dominio
diſceſſerunt: & *numer.*4. inquit Principes
teneri præcisè ad dedendum facinoroſos
petentibus, vel eos puniendum, ſuppoſito
id Iure gentium produci, ac ad mutuã
quietem tectam, ſartamque ſeruandam, &
affert Liuium *lib.*1. mirantem apud Tatium
plus ſuorum gratiam, preceſue valuiſſe,
quam quod iuſtitia poſceret agentibus laurentis
Iure gentium aduerſus eos, qui eos
offenderant, quo factum eſt, vt pœnam
illorum in ſe conuertiſſet. Fiunt igitur remiſſiones
paſſim à Principibus. Et notum
31 eſt fuiſſe aliquando etiam ex Vrbe remiſſos
delinquentes. Debent tamen Officiales aduertere
ad multa antequam conſulant Prin-
32 cipibus quod remittant. Primò, quod remitti
non debet is, qui eſt de originarijs, &
naturalibus Dominij Principis remittentis,
vt dicunt Chriſtophor. Creſpi *obſer.* 74.*n.*7.
Salgad. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ.* 2. *par. cap.*27.
*num.* 65. & ex eo Parexa *de edit. inſtrum. p.* 1.
*tit.* 2. *reſol.* 9. *num.* 64. aſſerens Fiſci Patronũ
debere ſe opponere ſimilibus remiſſionibus,
ſi petantur fieri de naturalibus Regni

ad

ad extraneos, & poteſt afferri duplex ratio, prima, quia repugnat quodammodò naturæ, quod ſubditi, qui filiorum loco debent eſſe apud Principem, vt per Text. *in auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffrag. §. eos autem, & auth. de armis §. ſancimus*, ait Bartol. *in l. cunctos populos num.* 47. *C. de Summa trinit. & Fide Cathol.* exteris puniendi tradantur; Alia, quia expedit, quod in loco originis puniantur, ad hoc vt cæteri ſubditi ſciant originarios, & naturales non effugere animaduerſionem ſui Principis, etiamſi extra Dominium delinquant, quod fieri poſſe euincitur ex firmatis à me *ſupra*, & ex traditis à Fermoſino *in cap. poſtulaſti de Foro competen. quæſt.* 1. *n.* 15. & ex deciſis penès Gammā *deciſ.* 53. Franch. *deciſ.* 37. *num.* 1. *& deciſ.* 66. & plures, quos refert Menoch. *conſ.* 911. *num.* 17. & quos congerit Carleual. *de iudic. tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſtione ſeptima ſect. prima numero* 735. *& numero* 739.

Sed Chriſtophorus Creſpi *obſer.* 74. *nu.* 7. aſſerit etiam hos originarios, & naturales eſſe remittendos, quoties ad inſtantiam Iudicis loci delicti, & virtute literarum requiſitoriarum fuerint capti. Ego tamen teſtari poſſum, quod etiam in terminis, in quibus loquitur Creſpi, non fuerunt conceſſi naturales, & originarij, quando euenit caſus tempore mei Auditoratus Turroni in Ciuitate Bononiæ, & Principatibus finitimis; & reperio, quod Caball. *crim. reſ.* 161. *num.* 14. *&* 15. quem refert Farin. *quæſt.* 7. *in addit. num.* 25. & ipſe reſtatur ſe numquam vidiſſe Principem aliquem, qui ſuum ſubditum ratione originis, vel domicilij conceſſerit alteri Principi, in cuius Territorio deliquerit.

Secundò, quòd in literis deprecatorijs, quæ per requirentem expediuntur, quarum formula habetur pœnes Brunn. *de proceſſ. cap.* 3. *num.* 18. & remiſſiuè ad eum penès Zobell. *in tract. de exeent. in effigie theſ.* 76. inſerta ſit aliqua ſaltem ſummaria cauſæ informatio, ex qua non ſolùm conſtet de corpore delicti Reo imputati, verùm etiam quòd ille eius macula ſit aſperſus, & quod ad requirentem de patrati criminis punitione pertineat cognoſcere, vt formalibus verbis inquit Parexa *d. reſol.* 9. *nu.* 60. & Carleual. *de Iudic. diſp.* 2. *quæſt.* 1. *numer.* 26. *& quæſt.* 7. *num.* 777. qui dicit, hoc ſtatui ex Text. *in l. diuus ff. de Cuſtod. Reor.* Ayllon. ad Gomez. *de delict. cap.* 1. *num.* 87. Fermoſin. *cap. poſtulaſti quæſtione quinta num.* 6. *&* 11. *de Foro compet.*

Sed & hoc requiſitum paritèr ceſſat, vbi remiſſio fit ex vrbanitate, quia etiam abſq; requiſitione fieri poteſt, vt aduertit Carleual. *d. quæſt.* 7. *num.* 804. *&* 826. vbi affert exemplum remiſſionis IESV Chriſti Domini Noſtri factæ à Pilato ad Herodem: & ſequitur Creſpi *d. obſeru.* 74. *num.* 16. qui teſtatur vidiſſe in Ciuitate Matritenſi plures delinquentes extraneos capi, & remitti nulla præcedente cauſæ cognitione, ſed tantùm Regis conſultatione, & iuſſu. Sed in hoc paritèr poſſum teſtari, quod aliquando Magnus Dux Hetruriæ, deprecatus ab Eminētiſſimis Cardinalibus pro tempore Legatis Romandiolæ, & Bononiæ requiſiuit iuridicam informationem, & interim nedum in remiſſione, ſed & in captura Rei ſuperſederi voluit.

Tertiò, quod conſtet de identitate perſonæ delinquentis, de qua debet conſtare antequam Reus remittatur, vt refert fuiſſe practicatum Creſpi *loc. citato num.* 16. quem ſequitur Laur. Mattheū *de re crim. contr.* 10. *num.* 39. quia non eſt æquum, vt cum tantò diſcrimine vagetur ad Text. *in l. Prætor edixit in princ. ff. de iniur.* & iſto caſu Creſpi *dicto num.* 16. ait, quòd Reus eſt formiter audiendus: At ſcio ſatis fuiſſe recognitionem factam extraiudicialiter inter plures ab ijs, qui fuerunt ad hoc tranſmiſſi à petente remiſſionem.

Quartò, quòd non adſit ſuſpitio alicuius iniuſtitiæ, nam ſi Iudex poterit de hoc ſuſpicari, non debet delinquentem remittere, vt pluribus monſtrat Parexa *d. reſol.* 9. *n.* 89. Carleual. *loco citato num.* 862. & alij ab ipſis citati Farin. *quæſt. ſeptima in addit. numer.* 28. Zobel. *de exeent. in effigie theſ.* 78. & reddit rationem Cutellus *ad leges Martini controuerſ.* 11. *numero primo fol. mihi* 453. ne Iudex remittens ſit in cauſa, quod remiſſus indebitè moleſtetur iuxta ineffrenatos Iudicis appetitus, & citat ad hoc Felin. *in cap fin. num.* 9. *ad finem de Foro compet.* Boſſ. *de Foro compet. num.* 50. quam opinionem eſſe ſatis æquam dixit Probus ad Monach. *in cap. Romana §. contrahentes numero quinto de Foro competenti.*

Quintò, quod delictū ſit graue, & de atrocioribus, vt eſt Text. *in §. ſi verò quis comprehenſorum* Auth. *vt nulli Iudicum*, & Clem. *vnica* iuncta Gloſſ. *verbo de more de Foro competenti*, Carleual. *loc. cit. num.* 853. Creſpi *d. obſeru.* 74. *num.* 19. Parexa *d. reſol.* 9. *n.* 37. Fermoſin. *in cap. poſtulaſti quæſt.* 5. *num.* 13. *de Foro competen.* & ante eos Petrus Cyn. Bart. Anchar. & Gloſa *locis relatis* à Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 7. vbi ponderando Tex. *in d. §. ſi verò quis comprehenſorum* dicit, quod in grauioribus non ſolùm ex vrbanitate, ſed ex neceſſitate debet fieri remiſſio, nixus verbo *iubemus*, quo vtitur Imperator *ibidem*, & pro Deciani opinione faciunt adducta à Zobel. *d. theſ.* 76. vbi, vt dixi, probat Principes ad hoc teneri ratione iuris naturalis.

Aliàs aduertentias ponunt Doctores, ſed iſtæ màgis conſiderabiles eſſe videntur. Vide quæ circa huiuſmodi remiſſiones dicam *in cap.* 26. §. 10. *verbo faranno rimeſſi & c.* 33. §. 1. *ſub num.* 39.

Quæro ſeptimò, an contra ſubditos poſſit

ſit à Iudice loci originis exequi ſententia
lata à Iudice loci commiſſi delicti? Vide-
tur prima facie dicendum, quod non, quia
non ſolùm Iudex loci originis non poteſt
exequi ſententiam latam à Iudice commiſsi
delicti, cum ſtare non poſsit proceſſui, &
ſententiæ per dictum Iudicem latæ, ſecun-
dùm Doctores relatos à Farinac. *d. quæſt.* 7.
*num.* 43. ſed nec poſſet exequutioni deman-
dare ſententiam, quam ipſemet protulit,
licèt enim ipſe poſſit formare proceſsum
contra eius ſubditum extra Territorium
delinquentem, & poſſit etiam illum conde-
mnare, non tamen poteſt ſuam ſententiam
exequi, quia lata ſententia debet Iudex loci
originis, ſeu domicilij delinquentem ad
locum delicti remittere. vt ibi in exemplũ
aliorum fiat exequutio ipſius ſententiæ, ſe-
cundùm Alex. Imol. Fulgoſ. & Boſſ. *locis
relatis* per Farin. *d. quæſt* 7. *num.* 24. & per Fer-
moſinum *cap. poſtulaſti quæſt.* 5. *num.* 1. *de Fo-
ro compet.*

Contrarium tamen in vtroque caſu eſt
33 verius, nam quod Iudex originis, & domi-
cilij valeat contra ſubditum exequi in loco
originis ſententiam, quam ipſe contra il-
lum protulit pro delicto extra Territorium
commiſſo, probat ex Couar. Salyc. Bald.
Anan. Afflict. Felin. Gram. & Soccin. Fa-
rinac. *dicta quæſt.* 7. *num.* 24. *verſic. verùm i-
ſtorum opinio*, & ex Textu *in l. fin. C. vbi de
crimin. agi oport.* & ex Facchin. *controu. Iuris
lib.* 9. *cap.* 21. & Couar. *pract. cap.* 11. *num.* 6.
probat Fermoſin. *loc. cit.* & probant plures
Doctores relati à Caricual. *de Iudic. tit. pri-
mo diſput.* 11. *quæſt.* 7. *ſect.* 2. *num.* 812. qui ait
hanc eſſe procul dubio magis communem
ſententiam.

Quod verò idem Iudex originis valeat
exequi contra ſubditum ſententiam, quàm
contra eumdem protulit Iudex delicti pro-
bat Farinac. *loco citato num.* 43. *verſ. ſublimita
ſecundo*, ibi: *Propterea crederem ſtandum eſſe
proceſſui facto per Iudicem remittentem*, & eius
opinio mihi videtur eſſe inconcuſsè ſeruan-
da, nam quoties proceſſus fuit fabricatus à
Iudice competente, qualis eſt Iudex loci
commiſsi delicti per Textum expreſſum *in l.
prima C. de Iuriſdictione omn. Iudic. & in l. ſi cui
§. penult. ff. de accuſat. Auth. quæ in Prouincia
C. vbi de crim. agi oport.* tunc benè poteſt at-
tendi etiam in alio Tribunali, & Iudex
competens ratione originis, vel domicilij
poteſt, & debet ſtare dicto proceſſui, & poteſt
etiam ſententiam exequi ad hoc, ne delicta
remaneant impunita. Nec obſtant Docto-
res allegati per Farinac. *loc. citato numero* 43.
*verſic. limita vndecimò*, qui aiunt non eſſe
ſtandum dicto proceſſui: quia ipſi ſuppo-
nunt proceſſum fuiſſe fabricatum, & com-
pilatum à Iudice incompetente, vt benè ad-
uertit Farinac. *loco citato verſic. ſublimita ſe-
cundò*, & ideò non poſſunt afferi ad deciſio-
nem caſus noſtri, in quo Iudex, qui fabri-
cauit proceſſum, ſupponitur eſſe compe-
tens, & ita ego practicaui contra quemdam
Franciſcum de Lodis de Crepalcorio, qui
cum fuiſſet carceratus ad inſtantiam Sere-
niſsimæ Duciſſæ Mutinæ pro homicidio
commiſſo per eumdem in comitiua alio-
rum in Finali eiuſdem Ducatus, & Eminen-
tiſs. D. Card. Pallauicinus Legatus à Latere
noluiſſet eumdem remittere ex ſupradicta
ratione, quia erat de naturalibus, & origi-
34 narijs Legationis, fuit ſtante exhibitione
proceſſus, & ſententiæ in pœnam vltimi
ſupplicij latæ per D. Gubernatorem Finalis,
35 & inſtantia facta per matrem Franciſci de
Vecchijs interfecti, fuit, inquam, recogni-
tus in forma tamquam bannitus, & poſt ter-
minum aſſignatum ad dicendum cauſam,
quare ſententia exequi non deberet, fuit
trãſmiſſus ad triremes perpetuas, & ſententia
fuit confirmata in Tribunali A.C. ad trire-
mes, ni fallor, per decenniũ. Nõ fuit ſuſpen-
ſus prædictus Franciſcus, prout erat ſenten-
tia, quia apparebat de aliqua rixa, licèt po-
tuiſſet ex aliquo fumo dici affectata.

Dixi *ſupra num.* 22. quod reſpectu ad pro-
cedendum debet attendi ſtatutum iudicij,
modo puto eſſe aduertendum, quod hoc
debet intelligi quoad ſtylum, qui debet ſer-
uari in modo citandi, & proferendi ſenten-
tiam, vt ex Boſſio *tit. de ſentent. num.* 115. Cu-
man. *conſ.* 141. Decian. *reſp.* 11. *num.* 188.
*lib. primo* Maſcard. *de interpretat. ſtatut. concl.*
7. *num.* 80. Peregrin. *conſ.* 63. *num.* 21. *lib.
primo* explicat, & exemplificat Roſa *conſult.*
4. *à num.* 15. *vſque ad num.* 22. nam quoad
eſſentiam probationis delicti, quando pro-
ceditur cõtra ſubditum pro delicto extra iu-
riſdictionem patrato requiruntur probatio-
nes plenæ, & concludentes, & condemna-
36 tio debet eſſe fundata in probatione delicti
plena, & concludenti, & non ſufficit, quod
37 ſit fundata ſuper legitimis inditiis, & eſt
ratio quia in tantum legitima inditia ſuffi-
38 ciunt ad condemnandum in pœnam ordi-
nariam, in quantum ſtatutum, ſeù conſti-
tutio diſponit, quod contumax extantibus
legitimis inditijs habeatur pro confeſſo, vt
docet nos Farin. *quæſt.* 11. *num.* 16. vndè ceſ-
ſante huiuſmodi ſtatuto res redit ad termi-
nos iuris communis, & legitima inditia
non ſufficiunt, quia Ius commune requirit
plenas, & concludentes probationes, vt
pluribus citatis Doctoribus firmat Farinac.
39 *loc. cit.* Vndè Cæſar. Manent. *conſ.* 95. *per
tot. lib. primo*, cum quidem Terrigena in-
quiſitus fuiſſet pro homicidio extrà Caſtrũ,
& territorium Montis Ferrati patrato etiam
in perſonam forenſem, & Iudex loci pro-
ceſſiſſet ad delicti pronunciam in contuma-
ciam in pœnam capitis, & confiſcationis
bonorum, exiſtimauit fore abſoluendum
totaliter, quia cum cauſa debuiſſet tractari
iuxta terminos Iuris communis, & non
iuxta terminos ſtatuti, ſeù decreti Montis

Ferrati, Reus non potuerat condemnari ex
depoſitione teſtium non citata parte rece-
ptorum, qui attento Iure communi, de quo
vt dixi probationes debent eſſe concluden-
40 tes ad condemnandum vt pluribus citatis
inquit Manent. *ibidem num*. 5. legitimam non
faciebant probationem ad condemnandum
ad Text. *in cap*. 2. vbi Abb. Felyn. & alij *de*
*teſtibus*. Ad ſtatutum, quo diſponitur quod
41 contumax habeatur pro confeſſo reſpon-
det ex Aret. Pacian. Catthar. illud eſſe
odioſum, & contrà ius commune, & ideò
eſſe intelligendum vt habeat locum, quoad
42 delicta in territorio ſtatuentium commiſſa,
non extrà vt dicunt Butr. Bart. Iaſ. Catal.
Marſil. Siluan. Paris. quos allegat *ibidem*
43 *num*. 7. ſubdens quod ſicut ſtatutum, quod
Pater teneatur pro delicto filij, non habet
locum, quandò filius delinquit extrà ter-
ritorium, vt dicunt Socc. Dec. Vul pell.
quos allegat *num*. 8. & ſicut ſtatutum, quod
44 non audiatur, nec admittatur Procurator in
criminalibus, non procedit quando quis de-
linquit extra territorium, quia tunc debet
attendi Ius commune, quo iure admittitur
*leg. Reus C. de accuſ*. Theſau *deciſ*. 90. *nu*. 17.
45 Et tandem ſicut ſtatutum imponens pœ-
nam confiſcationis bonorum pro homici-
dio, non procedit, quandò quis extrà ter-
ritorium homicidium committit, & de de-
licto non eſt plena probatio, prout de iure
requiritur Salyc. *leg. prima in fine C. de hæred.*
*Inſtit*. ita pari ratione, ait, quod ſtatutum,
quod contumax habeatur pro confeſſo,
non procedit contra delinquentem, qui de-
lictum extrà territorium ſtatuentis perpe-
trauit.

Et cum prædicta in terminis Iuris com-
munis comprobentur ex Doctoribus plena
manu adductis à Farin. *d. num*. 16. non eſt
recedendum ab opinione Manenti, niſi in
quantum dicit quod teſtes non probant ex
46 eo, quia recepti erant non citata parte,
nam, licèt hoc poſſit eſſe verum attento
iure communi, & poſſit eſſe verum atten-
to ſtatuto: quamuis enim, vt teſtatur Farin.
*d. num*. 16. ſtatuta, quibus ſancitur, quod
47 contumaces tanquam confeſſi condem-
nentur, extent vbique vniformia, non ta-
48 men coniuguntur iuxtà opinionem cano-
nizzatam à Rota in pluribus deciſionibus, &
præſertim penes Merlin. *deciſ*. 352. *num*. 44.
quam ſequuntur Gratian. *diſcep. cap*. 431.
*capit*. 449. *in fine cap*. 581. *numer*. 8. *cap*. 632.
*num*. 22. Io: Torre *de pact. futur. ſucceſſ. lib*. 3.
49 *cap primo num*. 63. nullatenus tamen poteſt
eſſe verum attenta conſuetudine, quæ extat
in tota Italia, vt teſtatur Farin. *loc. cit*. con-
demnandi Reos contumaces ex ſolo pro-
ceſſu informatiuo, etenim conſuetudo fa-
50 cit ius, etiam quoad præſentes, ità vt vali-
dè condemnentur ex proceſſu informatiuo,
vt firmat Caball. *crimin. reſol*. 269. *num*. 9.
quem refert, & ſequitur D. Zuffus *de legit.*
*proceſſ. quæſt*. 52. *nu*. 8. & Scialoya *de foriudic.*
*cap*. 4. *num*. 7. eo igitur fortiùs facit ius, vt validè condamnentur abſentes, & contumaces, quia ſtante dicta conſuetudine caſus contumaciæ operatur idem, quod caſus præſentię Rei, nam eius contumacia pro pręſentia eſt, vt eſt Text. *in auth. Qua in prouincia C. vbi de crim. agi oportet*, per quem Text. & Bald. *in leg. prius num*. 50. *C. de his qui accuſ. non poſſ. & in leg. nec quiſquam num*. 12. *ff. de offic. Proconſul*. ita dicit D. Zuffus *loc. citat. quæſt*. 50. *num*. 15.

Vnde reaſſumendo hic materiam tertij quæſiti, vt habetur *ſupra num*. 22. puto aſſerendum, quod reſpectu ad probationes delicti debeat attendi Ius commune ex rationibus modo adductis: reſpectu ad modum procedendi ad citationes, executiones, & ad ſententiam debeat attendi ſtatutum loci iudicij ex ijs, quæ dicta ſunt ex Bart. Salyc. Vallalob. Clar. Farin. & alijs adductis *dicto num*. 22. & ex Roſa, Decian. & alij adductis hic *ſub num*. 35. reſpectu tandem ad pœnam imponendam pro delicto attendi debeat ſtatutum loci commiſſi delicti ex ijs, quæ dicta ſunt. *d. num*. 22.

Quæro octauò. An Iudex competens parte offenſa accuſante, & petente poterit Reum in eius territorio repertum punire, quamuis in alio territorio penitùs diſtincto, & ſub ditione alterius Principis exiſtente deliquerit? Reſpondeas affirmatiuè cum Couarr. Anania, Boer. Gram. Abb. Rocc. de Curte, Aufrer. Calderin. Clar. *locis relatis* à Farin. *quæſt*. 7. *num*. 30. & quamuis Farinac. ſit contrariæ opinionis, nihilominus non eſt recedendum à communi, præſertim cum Farinac. reijciatur à Muta *ad pragm. tit*. 10. *de Foro compet. num*. 49. dicente, quod Farinac. nihil pro ſua opinione allegar, & contra eum eſt Gloſa. *in leg*. 2. *C. vbi de crimin. agi oport*. quæ dicit vbi te inuenero, ibi te condemno, & ſic non adeſt totalis defectus iuriſdictionis, & refert habuiſſe caſum Meſſanæ In quodam Gallo, qui in partibus Græciæ rapuerat duas Puellas, & in Mari deſlorauerat. Et ſubdit, quod in dicto caſu pars non accuſabat, ſed ad inſtantiam Fiſci procedebatur, & cum toto hoc, eſto quod in tortura fuerit negatiuus, fuit ille, vt ipſe refert *ibidem*, condemnatus per M. Curiam.

## Cap. Septimi §. VII.

Et il medeſimo hauerà luogo, quando ò il delitto fuſſe trattato, ò conſumato dentro à luoghi ſoggetti à queſta Legatione, auuenga che da perſone non ſubddite, e contra perſona fora-

ſtiera, nè quali caſi, e ciaſcheduno di quelli haueranno luogo le coſe contenute di ſopra in queſto Capitolo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Bannimenta requirunt conſumationem delicti iuxta tractatum factum à non ſubditis contrà non ſubditum.*
2 *Contrarium verius eſt.*
3 *Tractatus de delinquendo eſt de per ſe punibilis etiam ſeparatus à delicto, & conſumatione delicti.*

### Trattato, ò conſumato dentro à Luoghi ſoggetti.

DE materia, & diſpoſitione *huius* §. tractat diffusè Farinac. *quaeſt. 7. à num. 44. vſque ad nu.* 51. & ſufficit remittere lectorem ad eum, & ad Clar. *quaeſt. 38. verſ. vidi aliquando dubitari*, Brun. *conſ. crim. diuerſ. 115. num.* 85. *lib. 2. in magnis*, & Monticell. *reg. 8. num.* 35. Bero *quaeſt. 89. num.* 3. & alios relatos à Farinac. *ibidem*.

Reſtat difficultas enucleanda pro dilucidatione Bannimentorum, an ſcilicet requiratur à Bannimentis, quod delictum iuxtà tractatum habeat effectum ſuum? Videtur
1 prima facie dicendum, quod ſic, quia tractatus factus à non ſubdito contra alium pariter non ſubditum non eſt punibilis effectu non ſequuto, præter quam in crimine aſſaſſinij ad Text. *in cap. pro humani de homic. in 6.* & in crimine læſæ Maieſtatis ad Text. *in l. quisquis C. ad leg. Iul. Maieſt.* & in crimine raptus ad Text. *in l. vnica C. de raptu Virgin.* in alijs enim criminibus impunibilis eſſe perhibetur à Bero *quaeſt. famil.* 89. & Brun. *conſil. crim. diuerſ.* 115. *num.* 86. *lib. 2. in fol.*

Sed contrarium eſt verius in terminis no-
2 ſtrorum Bannimentorum, quæ in illis verbis; *nè quali caſi, e ciaſchedun di quelli haueranno luogo le coſe contenute di ſopra in queſto Capitulo*, diſponunt eſſe puniendos actus etiam remotos, inter quos eſſe compræhenſum tractatum, dixi *ſupra in crimine aſſaſſinij quaeſito primo*, & ideò hac diſpoſitione
3 attenta tractatus de per ſe ſolus eſt punibilis etiam ſeparatus ab effectu, & compræhenditur in Banno, vt innuit Farinac. *quaeſt. 7. num. 49. verſ. in non ſubdito*; vlterius alternatina, *aut*, ibi; *ò il delitto foſſe trattato, ò conſumato, in hoc* §. *poſita*, tollit omnem difficultatem, quia apparet manifeſtè, quod indicitur pœna pro ſimplici, & ſolo tractatu etiamſi effectus inde nullus ſequatur.

## Cap. Septimi §. VIII.

Dichiarando che qualunque volta alcuno mandatario d'altro luogo ſi trouerà ſorto queſta Legatione, e capitarà nelle mani della Corte, ancorche non haueſſe armi ſi preſumerà, & intenderà eſſer venuto all'atto proſſimo di conſumare il delitto, e contro di lui come tale ſarà eſſeguita la pena della morte.

*S V M M A R I V M.*

1 *Bannimentalis hæc diſpoſitio eſt rigoroſa.*
2 *Continet enim tria ſpecialia exorbitantia à Iure.*
3 *Lex etſi rigoroſa debet ſeruari.*
*Prout fuit ſeruata Mediolani in duobus caſibus recenſitis. num. 11.*
4 *Sed non ſunt in his rigoroſis ligata penitùs manus Iudicis.*
5 *Iudex in augendo, vel minuendo pœnam debet attendere iuſtam cauſam, & eam debet in ſententia exprimere.*
6 *Iudex non debet eſſe clementior lege.*
7 *Sed procedit, quando non adeſt cauſa.*
8 *Nam ſtante cauſa reſultante ex actis mitigat etiam pœnas ſtatutarias, quod ſeruare iurauit.*
*Contrarium ſeruatum fuit Mediolani. num. 10.*
9 *Forenſes ſtatutis à Iure exorbitantibus non ligantur.*
12 *Lenitas in puniendis delictis Reipublica damnoſa.*

### S' intenderà eſſer venuto all'atto proſſimo di conſumare il delitto.

DIximus *in* §. *primo huius Capituli*, in quo tractauimus de crimine aſſaſſinij *in quaeſito primo*; qui ſint actus remoti, & qui proximi ad delictum, ideò recurras *ad dictum locum* in facti contingentia; ſolum hic addam, quod rigoroſa eſt hæc diſpoſitio
1 Bannimentalis, dùm punit pœna furcarum mandatarium foreſem repertum ſine armis
2 in Legatione. Tria enim continet ſpecialia exorbitantia à Iure communi: *Primùm* quod puniatur forenſis pœna ordinaria, quandò in eo poteſt præſumi ignorantia Bannimentorum: *Secundùm* quod puniatur tanquam deueniſſet ad actum proximum, etiam ſi ſit in itinere, & nondum acceſſerit ad locum delicti: *Tertiùm*, quod puniatur tanquam deueniſſet ad actum proximum, vt
3 ſupra, etiamſi repertus fuerit ſine armis: & licèt lex etiamſi rigoroſa debeat ſeruari *leg. proſpexit ff. qui, & à quibus*, nihilominus Iudex deber abſtinere ab exequutione, quandò non interueniunt qualitates, quæ multum grauent delictum, ſiquidem non ſunt
4 in his rigoroſis ligatæ manus Iudicis, iuxtà Text. *in l. hodie ff. de pœn. & in l. ſi Seuerior. C. ex quibus cauſ. infam. irrog.* & ex Farinac, Baiard. Xamar. Ant. Matthæo dicit Matthęſi *de re crim. controu. 21. num. 24.* addo Bart. Caſtr. Bald.

Bald. Innoc. Felyn. *locis relatis* à Riminald.
*conſ.* 327. *num.* 7. *lib.* 3. & Chriſtoph. Creſpi
*obſer.* 5. *num.* 105. qui, duo neceſſaria eſſe,
aſſerit ad minuendam pœnam, nempè
quod adſit iuſta cauſa ſic faciendi, & quod
5 in ipſa prolatione ſententiæ fiat mentio de
dicta cauſa, & citat Tiraquell. Farinac. &
Morlam. Quamuis enim Iudex non debeat
6 eſſe clementior lege, *auth. de Iudic.* §. *opor-*
*tet*, & à diſpoſitione legis non poſſit rece-
dere, iuxta Text. *in leg.* 1. *ff. ad S C.Turp.* ibi
*pœna verò proſequutio non eius voluntati manda-*
*tur, ſed legis autoritati reſeruatur*, quod pro-
cedere etiam in pœnis vſu, & conſuetudi-
ne receptis eſt Text. *in l. ſi quis Reum ff. de*
*cuſtod. reor. & in l. pr. C. de petit. bonor. ſubl.*
cum alijs iuribus relatis per Matthæu *d. con-*
*trou.* 21. *num.* 13. *& ſeqq.* & Xamar. *de offic.*
*Iudic. lib. primo quæſt.* 6. *num. primo, & ſeqq.*
nihilominus prædicta procedunt, quando
7 Iudex vult ad libitum ſuum pœnam mi-
nuere, ſecus ſi id agat ex iuſta cauſa, vt plu-
ribus oſtendunt poſt alios, quos citant D.
Matthæu *loc. cit. num.* 24. vbi requirit, quod
iuſta cauſa reſultet ex actis, & Xamar. *dicta*
8 *quæſt.* 6. *num.* 3. *&* 4. qui extendit hoc etiam
ad pœnas indictas per ſtatutum, & etiam
ſi Iudex iurauerit illud ad vnguem ſeruare,
ſed procedere ſolum in Magiſtratibus ma-
ioribus, aduertit poſt alios, quos citat Ri-
minald. *loco cit. num.* 24.

Potiſſimum verò, quia Bannimenta poſ-
ſunt videri iniqua reſpectu forenſium, quos
9 multi Doctores aſſerunt ſtatutis à Iure
communi exorbitantibus non ligari, vt ex
Add. ad Dec. Bald. Io: Bapt. de S. Seuerino
firmat Farin. *in fragm. verbo Bannimenta n.* 22.
Cogita tamen in facti contingentia, quia
10 Carpan. *ad nouas Conſtit. Mediol. num.* 1046.
agens de ſtatuto huic ſimili extante Medio-
lani ait, quod Principes non patiuntur, ma-
ximè Mediolani, quod Iudices poſſint mi-
nuere pœnam mortis à dicto Statuto indi-
ctam, ſubdens *vè illis Iudicibus, qui hoc fa-*
*cerent, quia hoc reſpicit ſpeciem gratiæ quam ſibi*
*reſeruant Principes*, & allegat ad hoc Boſſ.
*tit. de homicid. num.* 4. *verſ. & ſi ſtatutum &*
49. *& ſeq.* vbi Boſſ. facit mentionem de di-
cto ſtatuto, ſeù decreto, & dicit illud eſſe
laudabile, & quod Iudices, & Prætores in
dicto Ducatu Mediolani non poſſunt muta-
re pœnam homicidij, ex quibus Cæſar Cal-
uinus *de æquitate cap.* 102. *num.* 41. teſtatur,
11 quod Senatus prædictus cenſuit *die* 27. *Iu-*
*nij* 1619. quod duo mandatarij Bergomen-
ſes, qui ab Agro Brixienſe, in quo manda-
tum ſuſceperant ad Ciuitatem Cræmonæ ſe
contulerant, vt interficerent fratres de Ro-
tulis, furcis ſuſpenderentur, licèt ad actum
magis proximum non deueniſſent: & quod
idem cenſuit *die* 15. *Nouembris* 1626. contrà
Ioſephum Capretinum Mantuanum, qui
accepto mandato in eo agro ad oppidum
Caſtelletti agri Cremonen. armatus ſcopu-
lo breui rotato ſe contulerat, vt de manda-
to Syluij Valarij interficeret Iouitam Car-
bonum Incolam dicti oppidi, & addit Cal-
uin. *ibidem*, quod hoc ſumma ſit ratione,
nempè ad Prouinciam à peſſimo hoc ho-
12 minum genere expurgandam, cum lenitas
in puniendis delinquentibus ſit anſa, & cau-
ſa maiorum delictorum, & idem vult Re-
buff. *ad conſtit. Regni proœmio gloſ.* 5. *num.* 29.
dum ait, *ſed vtinam illa Iura obſeruarentur,*
*quia multi ab homicidijs retraherentur*, teſte
Cæpolla *conſ.* 29. quod ſanè repetere vide-
tur Petrus Aerodius *lib.* 8. *rer. Iudicatarum*
*tit.* 4. *cap. primo verbo ſed ita quoque veniam*
*indulgere*, Et ſubdit Caluin. *ibidem num.* 43.
hoc cauſæ eſſe, cur iam apud nos difficilè ſit
dicere, frequentiores ſint hominum cædes,
an natiuitates.

---

# Cap. Septimi §. IX. & X.

Et ſe alcuno complice auanti che ſegua il caſo dell'homicidio, ſcoprirà alla Corte il trattato, otterrà l'impunità, & oltre queſto gli ſarà conceſſo di potere rimettere vn Bannito dell'iſteſſo, ò vero ſimile delitto.

§. 10. Mà chi ſaprà ſimili trattati, ò mandati, e non li reuelarà alla Corte auanti alla conſumatione del delito cadrà in pena di trecento ſcudi, e della galea per anni cinque.

*SVMMARIVM.*

1 *Impunitatis materia remiſſiuè.*
2 *Epiſcopi habent ius concedendi impunitatem vni ex correis in delictis occultis.*
4 *Contrarium.*
*Concordantur opiniones cum diſtinctione remiſſiuè. num.* 8.
*Epiſcopi habent ius grátiandi delinquentes ſaltem de conſuetudine. num.* 3.
*Etiam quoad laicos in delictis mixti Fori dummodò præueniant ibidem.*
5 *Impunitatis conceſſio ſpectat ad ſupremum Principem.*
6 *Principi Supremo competit remittere crimina.*
7 *Merum & mixtum habens imperium non poteſt apponere manus in reſeruatis Principi.*
*Etiamſi ſint conceſſa eidem regalia in genere, ibidem.*
9 *Impunitas promiſſa à non habente ius dummodò habeat iuriſdictionem aliquam debet ſeruari.*
10 *Confeſſus in vim impunitatis conceſſæ à non habente ius huiuſmodi, poteſt puniri, ſi de delicto*

*conſtat aliter quam ex dicta eius confeſſione.*
11 *Sed non poteſt puniri pœna ordinaria.*
12 *Dummodò certioratus iudicialiter de nullitate dictæ impunitatis non perſiſtat in confeſſione, nam perſiſtens in ea poterit puniri etiam dicta pęna ordinaria.*
13 *Delictum, de quo quis debet rebanniri, quando dicatur ęquale.*
14 *Delicti æqualitas non cognoſcitur ex pœna, ſed ex qualitate, & paritate delicti.*
15 *Adulterium, ſtuprum, inceſtus non parificantur homicidio,*
16 *Sententia, & non proceſſus attenditur ad cognoſcendum paritatem, & æqualitatem delicti.*
17 *Rebannitus, ſi poſt rebannitionem detegatur imparitas delicti, poterit puniri.*
18 *Farinac.* conſ. 53. *explicatur. num. 24. & 26.*
19 *Sententia lata ab eo, qui habet facultatem limitatam, eſt nulla ſi Iudex exceſſit limites facultatum.*
20 *Iudex procedit nulliter, ſi contra iuris prohibitionem agit.*
21 *Et ex tali actu Fiſcus non recipit præiudicium, & Reus non recipit iuuamen.*
22 *Reus ex actu notoriè nullo non poteſt dicere, quod ſit tutus ſub fide publica, quia re vera tunc eſt ſub clypeo iniuſtitiæ.*
23 *Sacra Conſulta repræſentat Principem.*
25 *Abſolutus non poteſt pro eodem delicto amplius moleſtari.*
27 *Par in parem non habet imperium.*
28 *Princeps dando facultatem inquirendi, & procedendi contra aliquem pro delictis ab illo commiſſis, non cenſetur conceſſiſſe facultatem circa ea, quæ fuerunt per ipſum Principem remiſſa, vel aliquo modo condonata.*
29 *Gratia facta à Principe, ſi eſt generalis, & motu proprio facta, comprehendit etiam delicta non expreſſa. num. 31.*
30 *Extenditur enim ad accuſationes nondum inſtitutas.*
32 *Abſolutio, cum clauſula ab omnibus delictis ſpecificatis, vel non ſpecificatis, ſi non prodeſt abſoluto per modum abſolutionis, prodeſt ſaltem per modum ſaluiconductus.*
33 *Reuelandi obligatio remiſſiuè.*
34 *Reuelare non tenetur is, qui factum ſcit ab ipſo delinquente, & ſub ſecreto reuelatum.*
35 *Dummodò non tendat in graue damnum alicuius, vel non tendat ad corruptionem multitudinis ſpiritualem, vel corporalem.*

## Otterrà l'Impunità.

1 DE impunitate plura dixi *in cap. 2. §. 4.* ideò remitto me ad ea. Solum addo, quod D. Franciſcus de Angel. *in opuſcul. 4. tit. de impunitate impreſſ. poſt tract. de impenſis, & melioram. dotal.* agit de caſu ſingulari, &
2 norabili, an ſcilicet Epiſcopi in corũ Ditione & Diœceſi poſſint cõcedere impunitatẽ vni ex Correis, quãdo delictũ eſt occultum. Pro affirmatiua conſiderat, quod Epiſcopi habẽt merũ, & mixtũ imperiũ, & quod poſſunt in eorum Diœceſi ad inſtar Principum facere gratiam delinquentibus ſaltem de conſuetudine Abb. *conſ. 64 num. 76. lib. 1.* Genuen. *pract. Archiep. Neapol. cap. 57.* & ibi Add. Vermigliol. *conſ. 143. num. 2.* Conciol. *crim. reſol. 1. num. 7. verbo Epiſcopus, qui n. 8.* hoc ampliat, & extendit ad cauſas laicorum in delictis mixti Fori, quoties ipſi Epiſcopi præueniunt.

4 Pro negatiua verò, quam ipſe tuetur,
conſiderat, quod ius concedendi impuni-
5 tatem ſpectat ad Supremum Principem ex
diſpoſitione expreſſa legis, vt habetur *in l.*
*relegati verbo, & nemo poteſt ff. de pœnis, & in*
*in l. moris eſt §. ſed enim erga & §. fin. ff. eod.*
*tit.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 3. cap. 7. num. 1.*
*& ſeqq.* Peregr. *de iure Fiſci lib. 5. tit. 2. nu. 1.*
*& ſeq.* Theſau. *decif. 21. in princ.* Farin. *q. 6.*
6 *num. 10.* Remittere enim crimina eſt ſupra
legem, quod inferioribus prohibetur, vt
ait Maſtrill. *loco cit. num. 5.* imò nec Princi-
pi ipſi permittitur, niſi ex cauſa rationabili,
& Reipublicæ vtili, vt ſubdit Maſtrill. *ibid.*
*num. 6. & 17.*

Nec obſtare ait, quod Epiſcopi habeant
merum, & mixtum imperium, quia ex hoc
7 non infertur, quod poſſint apponere manus
in reſeruatis Pontifici, quæ, etiamſi conceſ-
ſa ſint regalia in genere, adhuc non dicun-
tur conceſſa, vt probant Caccheran. *decif.*
*101. num. 12.* & Theſau. *decif. 21.*

8 Ego in hoc puncto pertranſirem cum
diſtinctione, quam feci *in d. §. 4. num. 62.*
quam vide ibidem.

In comprobationem eorum, quæ ibi di-
xi videndus eſt præfatus D. de Angelis *dicto*
*opuſcul. de Impunit. qui numer. 22.* concludit,
prout dixi ego *in d. §. 4. num. 22.* quod im-
9 punitas promiſſa ab Epiſcopo, ſiue eius Vi-
cario, & à quouis alio Iudice, debet ſerua-
ri, quamuis illam promittere non potuerit,
quia nemo ſub fide publica debet decipi,
Clar. *quæſt. 69. verſ. ſi verò ſit promiſſa,* & Bi-
ctus *epitom. cauſ. regular. tit. de Rei citat. q. 80.*
*num. 23.* addo Themud. *decif. 72. num. 10. lib. 1.*
Coſta, Mendez. Almeida *locis relat.* à Leitam
*de iure Luſitano tit. de ſecurit. quæſt. 8. num. 10.*
*& num. 12. & 13.* Valaſ. *allegat. 67. num. 31.*
10 Limitat tamen concluſionem in caſu,
quo confitens delictum motus ex promiſ-
ſione impunitatis, eſſet aliàs ex reſultanti-
bus in proceſſu conuictus per rectos iuris
11 tramites, nam poſſet condemnari non
in vim confeſſionis, ſed conuictionis, at
non in pœnam ordinariam, iuxta opi-
nionem Bicti *loco citato,* & deciſionem
Ant. Gobij *de monetis quæſt. 9. numer. 16. & 17.*
propterea *ibidem num. 23.* dat cautelam, vt
12 Reus iſto caſu denuò examinetur præuia
denunciatione expreſſa, quod impunitas
promiſſa ſibi non ſuffragatur, nam ſi Reus
hac facta denuncianone perſiſtit in confeſ-
ſione, poterit condemnari in pœnam ordi-
nariam iuxta opinionem Farinac. *quæſt. 81.*

*cap.*

*capite octauo, numero 288. & ſequentibus.*

### Vn bandito dell' iſteſſo, ò ſimile delitto.

13 De æqualitate, & imparitate delictorum,
& quomodo poſſit, & debeat cognoſci, an
delictum, pro quo quis petit rebanniri, ſit
æquale agit Farinac. *q. 103. nu. 180. & ſeqq.*
Alberic. de Roſat. *in l. prima C. de maleſic. &*
*mathematic. & in tractatu de ſtatut. lib. 4. q. 99.*
*per tot.* Nell. *de bannit. in 3. p 2. temp. quæſt. 8.*
Dec. *conſ. 65. & in cap. at ſi Clerici num. 60.*
*& ſeq. extra de Iudic.* Blanc. *pract. crim. §. vi-*
*ſis indicijs nu.* 133. Soccin. *conſ. 157. nu. 12. lib.*
2. qui conſuluit contra Dec. *loc. cit.* contra
quem eſt etiã ſententia Addentis ad ipsũ *in*
*d. c. at ſi Clerici, & in d. conſ. 65.* Baiar. ad Cla-
rum §. *homicidium num.* 215. & tandem vide
Caball. *crim. reſol. 244. num. 36. & ſeqq. &*
*caſ.* 197. *per tot.* Interim nota pro regula ge-
14 nerali quod æqualitas delictorum non co-
gnoſcitur ex pœna, ſed benè ex qualitate, &
paritate delicti, & ideò adulterium, ſtuprũ,
15 inceſtus, etiamſi puniantur pœna vltimi
ſupplicij, non parificantur homicidio, vt
prędicti Doctores teſtantur, & ſignantèr
Caball. *d. caſ. 244. num. 39. & 40.*

Iterùm nota, quod ad ſubſtinendam ſen-
16 tentiam rebannitionis propter paritatem
delicti debet attendi ſententia, vt eſt Text.
*in l. quod ad ſtatum ff. de pœn.* & *ibi* Gloſ. *in fi-*
*ne* determinat eſſe attendendam ſentẽtiam,
& iſte ſtylus ſeruatur in Tribunalibus, qui
debet omninò attendi ſecundùm Oſaſch.
*decis. 22. num. 6. & 7.*

17 Sed an rebannitus, qui obtinuit abſolu-
tionem, & rebannitionem poſſit moleſtari,
ſi deindè detegatur, quod delictum non e-
rat æquale? Farinac. *conſ.* 53. *num.* 1. 2. 3. 4.
25. 29. *& ſeqq.* reſpondet affirmatiuè, & te-
ſtatur *in fine* quod tempore Põtificatus Beati
Pij Quinti fuit quidam Concettus ſuſpen-
ſus non obſtante allegata bona fide.

18 Aduertendum tamen in facti contingen-
tia, quod in caſu Farinacij *in d. conſ.* 53. con-
currebant plura maxima conſideratione di-
19 gna. *Primum* eſt, quòd ſententia erat no-
toriè nulla, ex quo Locumtenens Guber-
natoris Aſculi, non obſtante, quod non
haberet autoritatem, & facultatem remit-
tendi alios bannitos, quàm illos, qui com-
miſiſſent delicta non grauiora commiſſis
per occiſum, gratiauerat Simeonem de
Monte Acuto pro delictis etiam non ex-
preſſis, vt videre eſt *in dicto conſil.* 53. *num.* 1.
& 18.

*Secundum* eſt, quòd Iudex inferior con-
ceſſerat remiſsionem delictorum etiam nõ
expreſſorum, & maiorum expreſſis, & non
eſt mirum, quòd Farinacius dixerit non eſ-
20 ſe attendendam, nam quicquid Iudex fa-
cit, vel promittit contra Iuris prohibitio-
21 nem, nulliter agitur, & nec talis actus Fi-
ſco præiudicat, ſicut nec prodeſt Reo, qui
22 tunc non dicitur tutus ſub fide publica, ſed
ſub clipeo iniuſtitiæ, vt formalibus verbis
loquitur Farinac. *ibidem num.* 34.

*Tertium* eſt, quod Simeon, de quo lo-
quitur Farinac. commiſerat plura delicta, &
ea quidem atrociſſima, & pro maiori parte
læſæ maieſtatis crimen in ſe continentia,
vt videre eſt *in d. conſ. num* 29.

*Quartum* eſt, quod dicta remiſſio facta
per Locumtenentem Gubernatoris Aſculi,
23 reuidebatur per Sacram Conſultam, quæ
repræſentat Principem, & poterat in gradu
appellationis ſententiam inferioris Iudicis
reuidere, & annullare.

Et, vt dixi, ad hæc debet aduerti, quia
24 poteſt dici, quòd his, vel altero horum
ceſſante, non ſit adhærendum opinioni
Farinacij, & propterea cum eſſem Pro-
curator Pauperum in Vrbe prædicta pon-
derauì, & adduxi ad fauorem Angeli Pa-
latronij, aliàs la Raſſina in Carceribus
Vrbis ad inſtantiam Tribunalis A.C. deten-
ti pro diuerſis criminibus, & ſignanter pro
recaptu in perſonam Ioannis Horatij, de an-
no 1644. commiſſo, pro quo non poterat,
vt dicebam, moleſtari, quia propter præ-
ſentationem capitis Cæſaris Iacobi pro
graſſationibus, priuato carcere, & alijs
capitaliter banniti fuerat *de anno* 1643. ab-
25 ſolutus à Sac. Conſulta: abſolutus enim
non poteſt pro eodem delicto amplius mo-
leſtari, *cap. de his* vbi DD. *de accuſat. & l. qui*
*de crimine C. de accuſat.* Farin. *quæſt. 4. num. 1.*
*& ſeqq.*

Et dicebam non obſtare Farin. *d. conſ.* 53.
26 tùm quia in terminis præſentatæ nõ requi-
ritur in Vrbe, & Statu Eccleſiaſt. quod deli-
cta occidentis, & præſentantis ſint æqualia,
vel minora cõmiſſis per occiſum, vel præ-
ſentatum: tùm quia Angelus de nullo
crimine exceptuato in banno erat inquiſi-
tus: tùm demum, quia remiſſio, ſeu ſen-
tentia remiſſionis lata erat de ordine, &
mandato ſpeciali Sacræ Conſultæ, quæ vt
dixi Principem repræſentat, & ſupremũ eſt
Tribunal, & ideò non poterat reuideri per a-
lium Iudicem etiam ſupremum, & parem
27 poteſtatem habentem per regulam, quod
par in parem non habet imperium.

Opponebatur adeſſe cõmiſſionẽ manu
Pontificis ſignatam, ſed reſpondebam, quod
Princeps, quando dat facultatem inquiren-
28 di, & procedendi contra aliquem pro de-
lictis commiſſis, nunquam cenſetur con-
ceſſiſſe facultatem circa ea, quæ fuerunt
per ipſum remiſsa, vel aliquo modo con-
donata, niſi ſpecialiter reuideri mandaue-
rit, vt benè in ſimili aduertit Alex. *conſil.*
106. *num. 3. lib. 2.* quamuis enim Princeps
magnam habeat poteſtatem in criminali-
bus ad Text. *in l. prima §. ſi quis vltro ff. de quæ-*
*ſtionibus*, cum alijs adductis in his terminis
à Thoma Velaſco *alleg. 60. num.* 12. nihilo-
minus

minus non cenſetur mandaſſe reuiſionem, niſi appareat, quod certioratus, & ſciens ita mandet, vt innuit Velaſcus *loco citato per tot,*

Opponebatur etiã, per Angelum nõ fuiſſe ſpecificatum delictum dicti recaptus, ſed reſpondebam, quòd, quicquid ſit de neceſſitate expreſſionis, & ſpecificationis, quæ poteſt dici non requiri, quia gratia à Princi-
29 pe conceſsa illi, qui bannitum, vel caput banniti præſentat, eſt generalis de omnibus delictis vſque ad diem præſentationis commiſſis, vt legitur in Edicto Taleæ, ſeu pre-
30 ſentaiæ, & ideò extenditur ad accuſationes nondum inſtitutas Bart. *in l. de pupillo* §. *ſi pluribus ff. de noui oper. nunciat.* maximè
31 cum gratia ſit motu proprio, & ad vtilitatem publicam conceſsa Iaſ. *in d.* §. *ſi plurib. num.* 7. Foller. *pragm.* 5. *num.* 13. *&* 14. *de abolit.* penès Rouit *in d. tit. de abolition.* Donat Anton. de Marin. *quotidian. reſolut.* 159. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1. vbi refert cuidam Cicotto non profuiſse gratiam, ex quo erat conceſsa à Prorege ad illius inſtantiam pro delictis non expreſſis, contrarium ſentiens, ſi gratia fuiſset conceſsa motu proprio: & in terminis, quod non ſit neceſsaria dicta expreſſio delictorum innuit Merlin. Pignatel. *controu. forenſ.* 54. *n.* 5. 6. *&* 7. *cent.* 1. Reſpondebam, inquam, quod Angelus erat abſolutus ab omnibus delictis ſpecificatis, vel non ſpecificatis, vt apertis literis legebatur in ſententia abſolutoria, & propterea e-
32 rat ad illius fauorem ſeruanda, vel in modum abſolutionis, vel in modum ſaluiconductus, vt ait Farin. *queſt.* 6. *num.* 27. & Io: Bapt. Thoro *in add.* ad Io: Grandem *de bello exulum prædicam. quantitatis queſt.* 3. *num.* 29.

### Non li riuelarà alla Corte.

33 De obligatione reuelandi dixi plura *in cap.* 2. §. 2. *& cap.* 5. §. *primo num.* 58. Sed vide quæ notant Legiſtæ *in l.* 3. §. *ſi tibi ff. de condict. furtiua*, & Canoniſtæ *in cap. qui cum fure de furt.* Neùizzan. *ſylua Nuptiali lib.* 3. *verbo monitorię num.* 29. Riminald. *conſ.* 327. *per tot. lib.* 3. qui dat vnam notabilem limitationem Regulæ, nempè, quòd is, qui ſcit factum ab ipſo delinquente, & ſub ſecreto
34 reuelatum, non tenetur reuelare, & *num.* 23. citat ad hoc Ioan. Andr. Henric. Boich. Card. Florent. & Io: de Anania *in d. cap. qui cum fure*, nam cum ſecretum ſit de Iure naturali, nihil homini præcipi poteſt contra
35 id, quod eſt de Iure naturali, dummodò non tendat in graue damnum alicuius, vel non tendat ad corruptionem multitudinis ſpiritualem, vel corporalem, vt ſubdit Riminald. *ibidem.*

## Cap. Septimi §. XI.

Ogni homicida doloſo ſarà punito con la pena della Morte, e qualunque verrà all' atto proſsimo di ſimile delitto ſarà punito con la pena della Galera per anni cinque, la qual pena s'eſtenderà ſino alla pena della forca incluſiuè, quando l'homicidio fuſſe tentato con veleno, ancorche non fuſſe ſeguito.

*SVMMARIVM.*

1 *De homicidio doloſo remiſſiuè.*
2 *Venenum propinatum remiſſiuè.*
3 *Veneficium per tres regulas Iuris punitur ex ſolo conatu.*
4 *Nempè quia eſt de atrociſſimis: quia eſt grauius occidere veneno, quam gladio: & quia occidens veneno proditoriè dicitur occidere.*
*Venenum dans alicui ad propinandum tenetur pœna ordinaria, etiamſi propter medicamentum adhibitum mors non ſit ſequuta. ibidem.*
5 *Venenum præparans tenetur pœna extraordinaria.*
6 *Gramat. reprobatur ab Antonio de Ballis.*
7 *Veneni emptio punitur pœna ordinaria in filio: extraordinaria in aliis.*
8 *Venenum ponens in calice ad occidendum Sacerdotem punitur pœna ordinaria, etiamſi mors, & aliud non ſequatur.*
9 *Eſt delictum mixti Fori.*
10 *Deberent etiam Eccleſiaſtici degradari, & Curia Sæculari tradi propter hoc delictum.*

### Homicidio doloſo.

1 DE homicidio doloſo dixi *ſupra in hoc eodem capitulo in principio verſ. rixoſum, & doloſum*, ſed puto, quòd Dominus Cardinalis hic loquatur de homicidio doloſo appenſato, & præmeditato.

### Fuſſe tentato con veleno.

De homicidio tentato, ſeù exequuto me-
2 diante propinatione veneni, dicam *in capitulo* 31. §. 14. hic ſolùm afferam rationem,
3 propter quam in veneficio puniatur conatus, & eſt propter tres regulas Iuris; *Primò*, quia ſumus in atrociſſimis; *Secundò*, quia grauiùs eſt occidere veneno, quàm gladio, *Tertiò*, quia veneno occidens proditoriè dicitur occidere, vt ex Text. *in l. prima C. de malef. & mathem.* Bald. & Felin. inquit Ant. de Ball. *lib.* 4. *variar. tit. de quæſtion. particul. quæſt.* 1. *num.* 43. qui per has rationes inquit,

quod

4 quod pœna ordinaria punitur is, qui vene-
num dedit ad propinandum, licèt ex pro-
pinatione eiuſdem non fuerit ſequuta mors
ob medicamenta fortè ſuſcepta, quia non
ſtetit per eum, qui venenum porrexit, cùm
nihil vltrà ex parte eius remaneret facien-
dum ad conſumationem delicti; pœna ve-
5 rò extraordinaria ſi præparaſſet venenum,
ſed illud non dediſſet, & ad fundandam hãc
diſtinctionem allegat Tex. *in l. 1. §. præterea, & in l. 3. in princip. ff. de Sicar.* Couarru. *clem. 1. de homicid. par. 2. ſub nu.* 11. Decian. *tract. crim. lib. 9. cap. 23. numer. 3. in fine*, Menoch.
6 *caſ. 360. num. 20. & 46.* & reprobat Gram. *deciſ. 2. nu. 32. & deciſ. 74. nu. 15.* & Soncen. *conſ. crim. diuer.* 98. dicentes, quod indiſtinctè
eſt locus pœnæ extraordinariæ, quoties
mors non ſequatur, & ſupradictam diſtin-
ctionem ponit etiam Vulpell. *reſp. crim.* 145. *num.* 5. & Cantera *quæſt. crim. tit. de homicid. cap. 7. num.* 25. & ſecundùm eamdem di-
ſtinctionem ſunt intelligenda Bannimenta
noſtra.

Sed qnid dicendum, ſi non ſit deuentum
7 ad actum magis proximum, quàm emptio-
nis veneni? Bart. *in l. prima ff. ad leg. Pomp. de parricid.* ait, Monachos S. Petri Peruſij, qui
Abbatem venenate voluerunt, teneri, ac ſi
occidiſſent, ſed reprobatur communiter per
Doctores, vt inquit Ang. *in d. l. prima* qui
ſpeciale, ait, eſſe in filio volente occidere
Patrem, vt ſolà emptio ſufficiat, cui addo
Felyn. *de conatu 5. fallent.* & Alex. *in add.* ad
Bart. *d. l. 1.* & Anton. de Ball. *loc. cit. nu.* 44.

Quid de ponente venenum in calice ad
8 occidendum Sacerdotem? dic, quòd iſte
actus alio non ſubſequuto debet puniri pœ-
na mortis, vt dicunt Bern. Diaz. *pract. crim. quæſt. cap.* 89. & Cantera *crim. quæſt. cap. 7. de*
9 *homicid. num.* 24. qui ſubdit, quòd iſto caſu
benè procederet etiam Iudex Eccleſiaſticus
contra laicum talitèr miniſtrantem venenũ
Sacerdoti celebranti, quia acquirit iuriſdi-
ctionem contra laicum, qui in re tam San-
cta delinquit, & ſubdunt, quod Pontifex
deberet facere Conſtitutionem contra Cle-
10 ricos, & Eccleſiaſticos taliter delinquentes,
quod debeant degradari, & Curiæ Sæculari
tradi, & Cantera citat Abb. *in cap. at ſi Cle- rici col. pen. de Iudic.*

contrario, ancorche non feriſſe, nè
coglieſſe, ò l'archibugio non faceſſe
fuoco, incorrerà in pena della forca.

§. 13. E chi abbaſſerà archibugio
carico come ſopra contro d'alcuno in-
correrà in pena della galera per cin-
que anni; la quale conforme alla pe-
na impoſta per la ſemplice delatione,
ſopra al *Cap.* 24. ſi augumentarà ſe-
condo le qualità dell'armi, de' luo-
ghi, e delle perſone iui conſiderate,
ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſ-
ſima.

*SVMMARIVM.*

1 *Arma bellica, & ignea non tolleranda in Republica, quia eſt diabolicum inuentum ad deſtruendum genus humanum.*
2 *Sunt inſidioſa, & proditoria.*
3 *Delictũ cum archibuſio patratum dicitur atrox.*
4 *Aequiparatur aſſaſſinio.*
5 *Animus nocendi præſumitur ex exploſione archibuſiatæ.*
6 *Animus occidendi deliberatus ex exploſione archibuſiatę præſumitur.*
7 *Contrarium.*
8 *Nouem coniecturas affert Foller.*
9 *Recenſentur.*
10 *Archibuſium onerans cum palla, oſtendit habere animum deliberatum occidendi.*
11 *E' contra ſi cum pallinis.*
12 *Vel cum carta.*
13 *Cum ſolo puluere excludit etiam animum nocendi.*
*Punitur tamen. num.* 48.
14 *Præſumptum de præſumpto non elicitur in Iure.*
15 *De qualitate materiæ adhibitæ in oneratione archibuſij debet conſtare de neceſſe, vel per veſtigium ſui indicatiuum, vel per teſtes de viſu, vel per teſtes de auditu ſibili.*
16 *Archibuſiatam explodens, non poteſt torqueri ad indicandum an cum palla exonerauerit.*
17 *Quia daretur tortura ad habendum corpus delicti.*
18 *Contrarium.*
19 *Corpus delicti in exploſione archibuſiatæ eſt ipſa exploſio, & ipſe ſonitus, & ſtrepitus exploſionis.*
20 *Seu ſtrepitus Rotæ, & viſio flammæ.*
21 *Tortura poteſt inferri ſuper qualitate aggrauante.*
22 *Vt in crimine ſodomiæ ſuper emiſſione ſeminis intra vas.*
23 *Bannimenta, dum ſtatuunt eſſe præſumendum, quod archibuſius eſſet onuſtus pila, vel alia materia apta ad occidendum, dummodo non probetur contrarium, videntur eſſe iuridica.*

# Cap. VII. §. XII. & XIII.

§. 12. Vuole anco, e dichiara Sua
Signoria Illuſtriſſima, che chiunque
appenſatamente ſparerà contro d'al-
cuno archibugio carico con palla, ò
altra materia atta ad vccidere, il che
ſi preſumerà, ſe non ſarà moſtrato in

Canni-

24 *Bannimenta quoad pœnam mortis contra archibuſiautem ſine offenſione non videntur habero locum niſi concurrat mala qualitas, & facinoroſitas explodentis.*

25 *Maximè ſi ipſe delinquens eſſet in poſſo Curię.*

26 *Et poteſt attentari, quod procedant ſolùm in caſu, quo Reus ſit contumax.*

27 *Bamimenta fiunt ad terrorem potiùs, quàm ad valorem.*

*Contrarium tenet Gram. ibidem.*

*Qui dicit Baldum ruminare hanc concluſionem in alio ſęculo. ibidem.*

28 *In materia tamen exploſionis archibuſiatę non exequuntur, niſi ſequatur mors, vel ſaltem vulnus.*

29 *Muſcatellus reprobatur, dum vult quod Index nequit etiam ex iuſtiſſima cauſa pœnam in pragmatica ſtatutam contra explodentem archibuſiatam minorare.*

30 *Archibuſiata exploſa in rixa non meretur pœnam ordinariam ſequatur, ſiuè non vulnus, & offenſio.*

31 *Sed an intret pœna mortis, ex quo cum exploſione concurrit delatio archibusij remiſſiuè. & num. 38. & an pœna reguletur ex eadem lege latè diſcutitur. ibidem.*

32 *Exploſa doloſè, & appenſatè meretur pœnam ordinariam, ſi indè ſequatur offenſo in corpore.*

33 *Idem ſi non ſequatur offenſio in corpore.*

34 *Contrarium.*

35 *Diſtingue vt num. 37. & 39.*

40 *Sacra Conſulta numquam imponit pœnam mortis, quando non adeſt offenſio in corpus.*

*Idem ſeruat Sac. Concil. Neapolit. ibidem.*

*Pœna impoſita in ſpecie pro conatu non tollitur per conſuetudinem, quę extat puniendi conatum pęna extraordinaria. num. 36.*

41 *Archibuſiata exploſa à conſtituto in vitę periculo non meretur pœnam.*

42 *Pęna Banimentorum non habet locum, quando archibuſius exploſus erat onuſtus miliarinis.*

43 *Vide rationem.*

44 *Conatus in explodendo archibuſium, puta quod puluis ſuſcepit ignem in fucone, & non in canna non punitur.*

45 *Contrarium.*

46 *Maximè vigore Bannimentorum.*

47 *Dummodò probetur, quod archibuſius eſſet onuſtus palla.*

48 *Explodens archibuſium ſolo puluere pyrio onuſtum debet aliqua pęna puniri.*

*Ob rationem aſſignatam. ibidem.*

49 *Bannimentorum diſpoſitio contra explodentes archibuſiatam an procedat contra opem ferentes remiſſiuè.*

50 *Et an comprębendat mandantem, ita vt ex qualitate armorum debeat augeri pęna remiſſiuè.*

51 *Non comprehendit eum, qui occidit vnum pro alio.*

52 *Contrarium.*

53 *Sed primam opinionem tuetur D. Orilia.*

54 *De delictis commiſſis cum armis igneis agunt Doctores hìc recenſiti.*

Sparerà contro alcuno archibugio carico con palla, ò altra materia atta ad occidere.

OMne genus armorum potiùs, quam
1 bellicum, & igneum ſupportari po-
teſt in Republica, cum illud vocetur Dia-
bolicum inuentum ad deſtruendum genus
2 humanum, ſit inſidioſum, & proditorium,
3 adeò vt delictum cum Archibuſio patra-
tum ſit atrox ſecundùm Rimin. Iun. *conſ.*
327. *num.* 18. & æquiparatur aſſaſſinio, vt
4 dicit Muſcatel. *de cognit. delict. tit. de ictu ſcop.*
*num.* 30. quem ſequitur Muta *ad pragmat. tit.*
41. *de armis prohibitis num.* 92. & plura in
medium afferunt in deteſtationem huiuſ-
modi generis armorum Decian. *tract. crim.*
*lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 15. *& cap.* 4 *num.* 29. Prat.
*in addit.* ad Muſcatell. *tit de ictu ſcopetti in*
*princ.* D. Maſſin. *de confiſc. bon. quęſt.* 8. *in prin-*
*cip.* Franch. *deciſ.* 713. *num.* 11. Thor. *C. rer.*
*iudic. cap.* 54 *num.* 5. Peguer. *deciſ. crim.* 56.
*num.* 7. Farinac. *quęſt.* 108. *num.* 52. *& conſ.*
136. *num.* 3. *lib.* 2. Caball. *crimin. reſol.* 88.
*num.* 7. Giurb. *conſ. crim.* 98. *in princ.* Boua-
dill. *politie. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 97. Carpzou.
*practic. crim. p.* 1. *quęſt.* 3. *num.* 25. & omnium
latiſſimè Matthæu *de re crim. contron.* 31, *à*
*num.* 1. *vſque ad num.* 19. & ideò qui vtitur
his diabolicis inſtrumentis, ſi archibuſiatã
5 exploſit, habet præſumptionem contra ſe,
quod animo nocendi exploſerit, licèt nul-
la indè fuerit ſequuta offenſio, vt ait Mu-
ſcatell. *loco citato num.* 17. vbi Adden. *nu.* 18.
qui citat Bertazz. *conſ. crim.* 32. Caualc. *de*
*Brach. reg. par.* 4 *num.* 172. Guazz. *Reor. de-*
*fenſ.* 33. *cap.* 22. *num.* 4. Pacian. *conſ.* 12. *nu-*
6 *mer.* 17. & Giurba *conſ. crim. decimo num.* 18.
imò habet præſumptionem contra ſe, quod
animo occidendi deliberato exploſerit, vt
ex Foller. Gram. Bertazzol. & alijs dicit
Giurb. *loco citato*, & Cutellus *ad leges Mar-*
*tini controuerſ.* 14. *num. quarto fol. mihi* 461.
qui tamen diſtinguit circa genus armorum,
nam deferentes ſcloppos longiores cum nõ
ſit de per ſe ſimpliciter prohibitum aſpor-
tari in locis habitatis, ſed tantùm cum qua-
litate onerationis, ideò ex nuda aſportatio-
næ non dicuntur delinquere, niſi quoque
probetur fuiſſe oneratos, ac aptos ad male-
faciendum: deferentes verò ſcloppos bre-
uiores, qui vulgò *piſtolette* nuncupantur,
*hæc qualitas*, ſunt eius verba, *non eſt neceſſa-*
*ria probari, ſed ſufficit eius directio, etiam quod*
*igne nec ſuccenſus, nec exoneratus fuerit*: ca
ratione, quia illius ſimplex apportatio eſt
vetita *ex pragmatica* 5. & ſubdit: *quamobrem*
*etiam ante nouiſſimam pragmaticam Meſſinę edi-*
*tam de anno* 1631. *dirigentes paruos ſclopos tene-*
*bantur pœna vitę naturalis non probato animo*
*malefaciendi, nec quod erant onerati, vt ſępius*
*practicauimus, ex quo enim erat de genere prohi-*
*bitorum, ac illicitorum, pręſumitur animus prę-*
*meditatus*

*meditatus ad damnificandum ex ſolo genere ar-*
7 *morum*: ſed quoad appenſamentum contra-
rium eſt verius, niſi aliundè appareat per
Fiſci probationem de coniecturis penſa-
ſamenti, vt ex eodem Giurb. colligitur *nu-*
8 *mer. 23. & ſeqq.* & nouem modos probandi
in hac facti ſpecie huiuſmodi animum de-
terminatū enumerat, Foller. *in pragm. de ictu
ſcopittæ*, & ex ipſo Thor. *vot. 26. n.11. lib.1.*
9 nempè confeſſionem extraiudicialem: mi-
nas præcedentes: iudicialem confeſſionem:
inimicitiam: modum emittendi ictum, vt
ſi fuerit emiſſus recto tramite: modum e-
mittendi proditoriè, & ex inſidijs: qualita-
tem temporis, puta nocturni: conſuetudi-
nem delinquendi: & tandem varias conie-
cturas Iudicis arbitrio reſeruatas, quorum
modorum duos tantùm, primum ſcilicèt,
& tertium approbat Muſcatell. *loco citato*,
quem refert Thor. *d. num. 11.*

Verum animum prædictum probari ex
modo onerandi archibuſium meliùs, quàm
ex quouis alio modo exiſtimo, nam onerans
10 cum palla oſtendit animum determinatum
occidendi, Blanch. *de indit. num. 84.* Thor.
*vot. 26 num. 12. lib.1.* Foller. *pragm. 1. de ictu
ſcopetti num. 45.* & alij *ſupracitati*.

11 Onerans verò cum pallinis excludit ma-
nifeſtè dictum animum, quia regulariter
quis non vtitur illis ad hominem occiden-
dum Campana *reſol. 2. num. 41.* Blanch. *loco
citato* Thor. *C. rer. indic. caſ. 60. num. 173.*

12 Eoque fortiùs ſi onerauerit archibuſium
cum carta, vt ex Paride, Ball. Foller. &
Muta aduertit Thor. *vot. 26. num. 6. & dicto
caſ. 60. num. 173.*

13 Quod ſi onerauerit archibuſium ſolo
puluere pyrio, excludit animum tam occi-
dendi, quam lædendi, quia id ad terrorem
feciſſe videretur, vt inquit Thor. *d. vot. 26.
num. 13. & caſu 60. num. 173.*

Vbi verò non conſtat de materia,
cum qua fuit oneratus archibuſius, tunc eſt
recurrendum ad coniecturas enarratas per
Foler. & Thot. *locis ſuprà relatis*; Sed hoc
non tranſit ſine difficultate, quia eliceretur
præſumptum de præſumpto, nempe elice-
14 retur præſumptio, quod quis oneraſſet ar-
chibuſium cum pila plumbea, & inde eli-
ceretur præſumptio animi occidendi, quod
non recipitur in Iure, vt dicunt communi-
ter Doctores, & ſignantèr Farin. *conſ. 55.
num. 25.* & eſt Text. *in leg. vnica Cod. de dot.
promiſſ.* Vndè neceſſario debet conſtare de
15 qualitate materiæ adhibitæ in oneratione
archibuſij, vel per veſtigiū ſui indicatiuum
in loco, ad quem pyla peruenit, vel per de-
poſitionem teſtium, qui viderunt immitti
pilam in archibuſium, vel per depoſitio-
nem teſtium, qui audiuerunt ſibilum pilæ
per aerem currentis, vt dicunt Campana
*ſelect. reſol. p. num. primo* Muſcatell. *de cognit.
delict. tit. de ictu ſcopitti num. 3. & 14.* Thor.
*vot. 26. per tot.* & Cutellus *ad leg. Siculas
Martini controuerſ. 14. num. 4. fol. mihi 461.*
qui allegat concordantes Rouit. *ad pragm.
de ictu ſcopettæ in vltima impreſſione* Foller. *ad
eandem pragm. à num. 21. vſque ad 50.* Mutam
quem dicit confusè loqui *ad pragm. tit. 41.
n.38. & n.114.115. & 116.* Conciol. & alij re-
lati à Maioran. *in opopraxi cap. 10. n.44.* Quod
intelligo eſſe verum quoad effectū condem-
nandi; secùs quoad effectum torquendi ex-
plodentem ad ſciendum ab eo, an pila ar-
chibuſium onerauerit: quamuis enim poſſit
dici torturam inferri non poſſe ex eo, quia
16 in hac facti ſpecie ipſa immiſſio pilæ plum-
beæ, ſeu alterius materiæ aptæ ad necandum
dicitur eſſe corpus delicti, vt firmant Giurb.
*obſeruat. deciſ. 33. numer. 11. & 12. & ſeqq.*
D.Maſſin. *de confiſcat. bonor. qu. 8. numer. 52.*
ideò non conſtito, quod archibuſius explo-
ſus eſſet pila plumbea onuſtus, tanquam
corpore delicti deficiente, non poteſt deue-
niri ad torturam, Farin. *quaeſt. 2. num. 3. &
quæſt. 38. num. 2.* Scialoya *de torquend. Reis
cap. 3. num. 16.* qui ait, quod tortura non
poteſt inferri ad probandum corpus delicti,
17 cum de illo aliundè conſtare debeat, Guazz.
*reor. def. 4. cap. primo num. 15. & cap. 3. nu. 13.
& defenſ. 30. capit. 4. numer. 26.* & in ter-
minis noſtris Thor. *compend. deciſ. par. 2.
vèrbo pæna mortis*, & Donat. Ant. de Marin.
*quotid. reſol. 323. num. 9. lib. primo*; qui *ibid.
num. 10.* dicit hoc adeò eſſe verum, vt pro-
cedat, quamuis extarent inditia, & fama:
Nihilominùs contrarium eſt tenendum per
18 doctrinam Muſcarell. *d. tit. de ictu ſcopittæ
num. 17.* dicentis, ex ſola exploſione archi-
buſiatæ abſque offenſione reſultare præ-
ſumptionem ſufficientem ad ponendum
ipſum inquiſitum in tormentis, ad effectum
ſciendi, an archibuſius fuerit pila onuſtus,
& citat Foller. *in d. pragm. de ictu ſcopittæ nu-
mer. 74.* quibus addo Farin. *conſ. 36. num. 8.*
& de Marin. quotid. *reſol. 314. nu. 9. lib. primo.*

Nec obſtant adducta in contrarium, quia
19 corpus delicti eſt ipſa exploſio archibuſiatę,
vt benè conſiderat Donat. Ant. de Marin.
*quotid. reſol. 314. num. 6. & 9. lib. primo*, vbi
ait ſatis eſſe delictum in genere probatum,
dum conſtat ipſius ictus ſonum, ſeu ſtrepi-
tum fuiſſe auditum, fumumque, ſeù flam-
mam fuiſſe viſam, & citat Muſcatel *d. tit de
ictu ſcopittæ num. 6.* teſtaturque ſic fuiſſe de-
ciſum, ſubdens, *& iure quidem*, (ſunt eius
formalia verba) *nam cum clarè conſtabat de
appenſamento, quod in ictus emiſſione pragmatica
requirit, quicquid de delicto in genere ſophiſticè
dicebatur, citrà omnem ſcrupulum credendum
erat in ſcopittæ corpore, ſeù canna munitionem ad
occidendum ſufficientem fuiſſe*, hactenùs de Ma-
rinis; & hoc idem in fortioribus terminis,
20 quando archibuſius non ſuſcepit ignem
in canna, ſed tantùm in fucone, & audi-
tus fuit ſtrepitus rotæ, & viſa flamma,
pluribus oſtendit Vulpell. *reſp. crim. 39. per
totum*. Propterea cum ex dicta exploſione
Rrr reſul-

reſultet corpus delicti, benè poteſt pro qua-
21 litate delictum aggrauante deueniri ad tor-
turam, vt in crimine ſodomiæ ad ſcien-
22 dum emiſſionem ſeminis intra vas, inquiũt
Ball. *de literis diſpenſat. caſ.* 55. *numer.* 15. &
Riccius *de public. Iudic. quæſt.* 41. *nu.* 5. *par.* 2.
23 Verùm noſtra Bannimenta dum volunt,
quod præſumatur archibuſius eſſe onuſtus
pila, ſeù alia re apta ad occidendum, dum-
modò non probetur contrariũ, tollunt om-
nem controuerſiam, & iuridica eſſe compro-
batur ex dicta reſolutione Sac. Conc. Neap. de
qua de Marin. *d. reſol.* 314. & ex Farin. *d. conſ.* 36.
*n.* 8. Ego tamen nunquam deuenirem ex di-
cta præſumptione, licèt à Bannimentis ap-
probata, ad pœnam mortis, niſi concur-
24 reret etiam mala qualitas, & facinoro-
ſitas delinquentis, vt latiùs dicam *infra*
*verſ. tertius caſus eſt*, præſertim verò ſi de-
25 linquens eſſet præſens, & carceribus de ten-
tus, contrà quem ex dicta præſumptione
procederem ſolum ad torturã: nec puto er-
rare, ſi dicerem, quod Bannimenta iſta pro-
26 cedant ſolùm contra contumacem, qui ex-
tantibus inditijs habetur pro confeſſo tam
de delicto, quam de qualitatibus delictum
aggrauantibus, vt dicit Farinac. *quæſt.* 11.
*num.* 63. *verſ. ſed certè apud nos*,

## Incorra in pena della forca.

Quamuis Gram. *deciſ.* 36. *num.* 2. non ap-
probet Doctrinam Baldi dicentis *in addition.*
ad Speculat. §. *ſententia*, *verbo banna*, quod
Bannimenta fieri videntur potiùs ad terro-
27 rem, quam ad valorem, dicatq; quodidem
Bald. hanc ſuam traditionem in alio ſæculo
ruminabit; tamen ego in hac adnotatione
ſaltèm non audeo aſſerere, quod explodens
archibuſiatam indiſtinctè ſemper pœna
Bannimentorum puniatur, niſi mors, vel
28 offenſio fuerit ſequuta, quidquid dicat
Gram. *loc. citat. num.* 12. quem tacito no-
mine ſequitur Muſcatell. *pragmat. de ictu ſco-*
*pitta n.* 23. *&* 24. vbi contra Foller *tit. de ictu*
29 *ſcopitta num.* 98. nimis obſtinatè autumit,
quod Iudex neque ex cauſa iuſtiſſima valet
pœnam impoſitam in pragmatica minora-
re, ne videatur eſſe clementior ipſa lege, ad
Text. *in auth. de Iudicibus* §. *oportet*, & Mu-
ſcatellum in hoc ſequitur Muta *ad pragmat.*
*tit.* 41. *de armis prohibitis num.* 91. ob eam
rationem, quia, ſi cauſa quamuis iuſtiſſima
non comprehenditur in pragmatica, non
debet Iudex ob cauſam recedere à tenore
pragmaticæ, & ipſam pragmaticam tran-
ſgredi, nec eadem clementior eſſe ad Text.
*in d.* §. *oportet* Afflic. *conſtit. ea quæ ad decus in*
*ult. not. num.* 32. Paris de Puteo *de ſindicatu*
*verbo compoſit.* 10. *cap. primo nu.* 3. *&* 4. verum
Muta *ibidem num.* 97. concedit eſſe in arbi-
trio Iudicis pœnam ex cauſa minorare de
æquitate, non autem de rigore.

Vndè vt veritas elucescat, & materia pro
viribus meis enucleetur, afferam aliquos
caſus; quorum.

Primùs, eſt quandò archibuſiata fuit ex-
30 ploſa in rixa, & tunc nunquam imponitur
pœna mortis, ſiuè ſequatur offenſio, ſiuè
non, nam rixa operatur, vt Bannimenta
non habeant locum, vt inquiunt Muta *loc.*
*cit. n.* 130. Maſtrill. *dec.* 155. *n.* 12. Giurb. *conſ.*
*crim* 63. *num.* 1. Laur. Matthæu *de regim. Re-*
*gni Valent. par.* 2. *cap.* 8. §. 8. *num.* 143. &
Baldaſſar. de Angel. *in addition.* ad Gizzarel.
31 *deciſ.* 25. *num.* 4. Sed an tunc pro delatione
archibuſij intret pęna rigoroſa, ſi non intrat
pro exploſione, vide bene loquentem Mat-
thæu *de regim. Regni Valent, par.* 2. *cap.* 8. §. 8.
*nu.* 151. & Thor. *compend. deciſ. verb. pœna*
*aſportationis ſclopi par.* 3. *ſect.* 2. Et an intret
pœna Iuris communis, vel potius pœna ſit
regulanda juxta diſpoſitionem Bannimen-
torum ita vt locus eſſe poſſit pœnę trire-
mium vide Campanam *ſelect. reſol. prima*
vbi *num.* 6. tenet quod recurrendum ſit ad
diſpoſitionem Iuris communis, quia cum
Bannimenta requirant appenſamentum
non comprehendunt caſum rixoſum, &
per conſequens iſte caſus tanquam ommiſ-
ſus remanet in diſpoſitione Iuris communis,
& vide etiam D. Oriliam *in ſuis obſeruationi-*
*bus* ad eundem Campanam *d. reſol. prima*
*num.* 37. *&* 38. vbi diſtinguendo vult, quod
caſus dicatur ommiſſus, quando Banni-
menta expreſsè requirunt appenſamentum:
ſecus verò quando Bannimenta loquuntur
ſimpliciter, quia tunc caſus non eſt ommiſ-
ſus. Vide rationes per eum adductas. Cum
bona tamen venia Domini mei crederem
indiſtinctè ſentiendum cum Campana, quia
cum Bannimenta exorbitent à Iure com-
muni vindicant ſibi locum ſolum, quando
delictum eſt appenſatè commiſſum adhoc
vt minus, quam ſit poſſibile illud corrigat
*vulgatis iuribus*.

Nec poteſt ſecundùm me dari ratio diſcri-
minis inter caſum expreſſionis, & caſum
non expreſſionis, dum vtroque caſu exigitur
appenſamentum.

Poteſt dici quod Bannimenta non exor-
bitant à Iure communi, nam ex Text. *in leg.*
*is, qui cum telo C. de ſicarijs*, incedens cum
telo debet pœna mortis puniri, & quod ca-
ſus archibuſiatæ exploſæ cum offenſione in
rixa, ſi non comprehenditur in Bannimen-
tis quoad ipſam pœnam mortis, compre-
henditur tamen in eis Bannimentis quoad
diſpoſitionem in illis factam *iuxta vulgatum*
*axioma quod teneatur eadẽ lege, ſi non eadẽ pœna*

Sed ceſſant hæc, & ſimilia argumenta ſi
conſideretur, quod Text. *in d. l. is qui cum te-*
*lo*, exigit appenſamentum, vt apparet ex
verbis illis: *cum telo ambulauerit hominis ne-*
*candi cauſa*; & concordat Textus *in* §. *item*
*lex Cornelia Inſtit. de publ. iudic.* qui vtitur eiſ-
dem verbis. Et quod tunc quis debet puni-
ri eadem lege, licet non eadem pœna, quan-
do alias

do alias delictum remaneret impunitum;
ſecus quando ceſſante Bannimentorum diſ-
poſitione remanet diſpoſitio Iuris commu-
nis; alias enim nunquam daretur locus Do-
ctorum axiomati, quod caſus ommiſſus à
ſtatuto remanet ſub diſpoſitione Iuris com-
munis, quia ſemper pœna caſus ommiſſi re-
gularetur iuxta diſpoſitionem ſtatuti, &
hoc quidem eſt in quæſtione, an ſcilicet in
caſu ommiſſo pœna ſit regulanda ex Iure
communi, an verò ex ſtatuto. Et cum Do-
ctores dicant regulandã eſſe iuxta Ius com-
mune vt ex Donat. Ant. de Marinis *allegat.
23. num. 2.* refert Dominus meus Orilia *di-
cto numer. 37. in principio*, debemus illis ac-
quieſcere ex doctrina Ant. de Ballis, qui ad
noſtrum propoſitum benè loquitur *var. lib.
4. de quaſtion. particul. quaſt. prima num.* 37.

Secundùs caſus eſt, quandò archibuſia-
ta fuit exploſa dolosè, & appenſatè, &
32 cum offenſione in corpore, & venit ſem-
per exequenda pœna Bannimentorũ Gam.
*deciſ. Luſitania* 170. Intrigliol. *ſing. 236. lib.
primo* Giurba *d. conſ. crim. 63. num. 2.* Mar.
Burg. *de modo proceden. ex abrupto quaſt. 19.
num. 82. & ſeq.* Maſtrill. *deciſ.* 155. Gizzarell,
*deciſ. 25. & ibidem* Addentes.

Tertiùs caſus eſt, quandò dolosè, & ap-
penſatè, ſed abſque offenſione corporis, vel
cum læſione tantùm veſtium fuit exploſa,
& tunc poſſum teſtari, vidiſſe diuerſimodè
practicari, nam eueniente caſu Rauennæ
tempore quo erat Legatus Eminentiſſimus,
& Reuerendiſſimus D. meus clar. memor.
Cardinalis de Aquauiua in perſonam Do-
ctoris Ioannis Franciſci N. qui in pileo
percuſſus remanſit ex archibuſiata aduerſus,
cum exploſa per Ioannem N. fuit ipſe Ioan-
33 nes condemnatus in pęnam vitæ, & confiſ-
cationis bonorum, iuxta diſpoſitionem
Bannimentorum, de quibus mentionem
facit etiam Farinac. *conſ. 214. num. 6.* at alias
34 eueniente caſu in Caſtro Molleani de Fir-
mo tempore, quo eram in dicta Ciuitate
Locumtenens criminalis Illuſtriſſimi Do-
mini Franciſci Cennini, fuit ex literis Emi-
nentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini mei
D. Cardinal. Chiſij ſub datum Romæ 16.
*Ianuarij* 1658. condemnatus ad triremes per
quinquennium, & ad medietatis bonorum
confiſcationem Dominicus Coſmps, qui
dolosè, & appenſatè intùs Conuentum
S. Franciſci archibuſium exploſit abſque of-
fenſione aduerſus Federicum de Sgambis.

Igitur quid dicendum in iſta difficultate,
35 ſi alias contingeret caſus? Videtur dicen-
dum, quod debeat imponi pœna mortis,
quando in ſpecie per ſtatutum punitur affe-
ctus, effectu non ſequuto, dummodò ta-
men ad actum proximum fuerit deuentum,
vt affirmant Clar. *queſtion. 92. num. 2.* & ibi
Baiard. *in addition.* Farinac. *quaſt. 124. nu. 37.*
Carpzou. *pract. crim. quaſt. 21. num. 38.* Mat-
thæu *de re crim. controu. 32. num. 25.* & in ter-
minis idem Matthæu *de regim. Regni Valent.
par. 2. cap. 8. §. 8. num. 141. & ſeq.* Marius
Cutellus citatus à Matthæu *in Cod. legum Si-
cul in diſcur. concord. Inquiſit. controu. 5. 6. &
14.* Maſtrill. *deciſ. 155. num. 7.* Franc. Mar.
Prat. *in addition.* ad Muſcatell. *de cognit. de-
lict. tit. de ictu ſcopitta verſ. at quaſtio* & Do-
nat. Ant. de Marin. *quotidian. reſol. 323. nu-
mer. 4. lib. primo*, & Muta *ad pragmat. tit. 41.
de armis prohibitis num. 95. & ſeq.* & ratio eſt,
36 quia pœna indicta in ſpecie pro conatu,
nunquam poteſt tolli per conſuetudinem,
quæ extat ferè vbique puniendi conatum
pœna extraordinaria, tùm quia Bannum
emanauit poſt conſuetudinem, tùm etiam
quia talis pœna non eſt impoſita reſpectu
effectus, ſed benè reſpectu conatus, qui ex
ſe tanquam delictum in ſuo eſſe perfectùm,
& conſumatum, meretur pœnam impoſi-
tam à ſtatuto, prout dicunt Matthæu *d. §. 8.
num. 141.* & Farinac. *conſ. 36. num. 3. & me-
liùs quaſt. 124. num.* 135. Et ratio rationis eſt,
quia cum in hoc diſcrepet ſtatutum à con-
ſuetudine, ſtandum eſt ſtatuto, & non con-
ſuetudini, vt poſt Batt. quem allegat, vult
Cæpol. *conſ. crim. 2. num. 2.*

Sed poteris, & meliùs, diſtinguere, vt
pœna mortis vigore Bannimentorum pu-
37 nientium expreſsè conatum, poſſit imponi,
quandò duo copulatiuè concurrunt: *pri-
mùm* quod exonerans archibuſiatam, ſit
alias facinoroſus: *ſecundùm*, quod appen-
ſatè deliquerit, vt Sac. Concil. Neapolit.
cenſuit *in pragmat. ſimili*, quam dixit teſte
Gizzarel. *deciſ. 25. num. 10. & 12.* rigoroſam,
dummodò dd. duo requiſita non concur-
rant; & propterea receſſit ab illius diſpoſitio-
ne in caſu, de quo agit Gizzarell. ex quo
non concurrebant requiſita, & ità alias pra-
cticatum fuiſſe, refert idem Gizzarell. *nu-
mer. 13. & ſeqq.* quem ſequitur Franc. Mar.
Prat. *in addition.* ad Muſcatell. *loco proximè
citato verſ. nec prædicta*, Giurb. *conſ. crim. 63.
num. 1. & 20.* qui citat Mutam, Ballum,
Cumiam, & Ricc. *locis* per eum *relatis*, eoſ-
demque ſequitur Donat. Ant. de Marinis
*quotid. reſol. 314. nu. 3. lib. primo*, licet Cam-
pana *reſol. prima nn. 9.* recedat ab huiuſmo-
38 di opinione dicendo, quod hodierno tem-
pore non requiritur facinoroſitatis qualitas,
quia tota vis ſeueritatis fundatur in qualita-
te Inſtrumenti, & armorum igneorum, qui-
bus delinquitur, & ad autoritatem Gizza-
rell. reſpondet, quod tunc temporis rigor
pragmaticæ in diſſuetudinem abierat.

Pœna verò extraordinaria imponitur,
quandò in delinquente non concurrit qua-
39 litas facinoroſitatis, prout non concurre-
bat in Dominico Coſmo, quo requiſito ceſ-
ſante, certum eſt, quod poteſt Iudex recede-
re à pęna Bannimentorum, ad tradita à Ma-
ſtrill. *dicta deciſ. 155. num. 28.* Foller. *in com.
ad pragm. de ictu ſcopitta num. 62.* Ant. de Bal-
lis *variar. lib. 5. pragm. 5. numer. 12.* Theſau.

*dec.* 243. *in fin.* Gizzarell. *d. dec.* 25. & Addit. ad
eum *n.* 6. & ex nouiſſimè exaratis à D. Domi-
nico Criſpo *in theor. & prac. crim. tract.* 12. *de*
40 *ictib. ſcoppict. cap.* 1. *n.* 12. *&* 17. Cæterū quid-
quid ſit de Iure, in facto nunquam Sac. Con-
ſulta imponit pœnam mortis, quandò
non adeſt offenſio, ità etiam ſeruat. M. C.
Vic. & Sac. Conſ. Neapol. teſte Thor. *Cod.
rei indic. caſ.* 46. vbi *in fine*, dicit, quod nun-
quam fuit practicata pragmat. contra emit-
tentes ictum, non ſequuta offenſione per-
ſonali, & citat Gizzarell. *deciſion.* 25. *nu-
mer.* 12. & Carol. Tapia *de iure Regni tom.* 5.
*titul.* 36. quibus addo Criſpum *loc. citat.*
quamuis in offendente concurrat qualitas
præmeditationis, & facinoroſitatis, & ità
memini deciſum firmi tempore, quo eram
locumtenens ſæpè memorati, & sēper enco-
miandi Illuſtriſſimi & Reuerendiſs. D. Fran-
ciſci Cennini ad fauorē Ioſephi T. ex literis
Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi D. mei
D. Cardinal. Chiſij. ſub datum Romæ 4.
*Aprilis* 1659. & hoc eſſe etiam de Iure pluri-
bus monſtrat Ant. Gamm. *deciſ. Luſitaniæ*
170. qui ait requiri adhoc, vt Bannimenta
locum habeant, quod vulnus ſit ex archi-
buſiata ſequutum, licèt contrarium fuiſſet
in caſu ab ipſo relato deciſum.

Quartùs caſus eſt, quando quis in diſcri-
mine vitæ conſtitutus archibuſiatam aduer-
41 ſus ſuum aduerſarium exploſit, & tunc non
ſolùm non habet locùm pœna Bannimen-
torum, ſed illam explodens omninò excu-
ſatur, vt ait Caball. *crim. reſol.* 38. Baldaſſ.
de Angel. ad Gizzarell. *dicta deciſ.* 25. *nu.* 5.
& alij multi, quos refert, & ſequitur Giurb.
*conſ. crim.* 63. *num.* 17. & cum eueniſſet ca-
ſus in perſona Nicolai Siderij, & Alexandri
de Creſcembenis de Lauro Firmi, qui in-
uicem ſibi exploſerant archibuſiatas me
compilante proceſſùm, & votante fuit di-
ctum, quod non moleſtarentur ex litteris
præfati Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi
D. Card. Chiſij ſub datum 11. *Maij* 1658.

Quintùs caſus eſt, quandò quis aduersùs
alium exonerat archibuſium migliarinis
42 onuſtum, & tunc ſecundùm doctrinam
Campanę *ſelect. reſol.* 2. *numer.* 41. qui citat
Blanch. *pract. crim.* §. 2. *num.* 38. ſequuta,
vel non offenſione, ſemper eſt mitiganda
pœna Bannimentorum, nam quia ex com-
muniter accidentibus non ſolet ex dd. mi-
43 gliarinis remanere quis mortuus, videtur
ceſſare animus occidendi, & præmeditatio
in explodente, qui ſi habuiſſet animum,
vel præmeditationem occidendi, non adhi-
buiſſet migliarinas in aptando Archibu-
ſium, ſed pilas magis aptas; vnde videtur
ceſſare dolus, qui accipitur pro animo oc-
cidendi, ſecunpùm Eugen. *conſ.* 38. *num.* 10.
*lib.* 2. & conſequenter ceſſat diſpoſitio Ban-
nimentalis, quæ non vindicat ſibi locum
ſine dolo, Clar. *quæſt* 84. vbi Baiard. *nu.* 14.
Menoch. *de arbitr. caſ.* 324. *num.* 12. *& caſ.*
361. *num.* 15. Honded. *caſ.* 104. *num.* 13. 19.
*&* 40. *& conſ.* 26. *lib.* 2. Bertaz. *conſ. crimin.*
30. *nu.* 132. *& conſ.* 298. *lib.* 2. Borel. *conſ.* 45.
*num.* 13. Farin. *quæſt.* 87. *num.* 25. & Maſtrill.
*deciſ.* 25. *num.* 19. qui citatos DD. refert, qui-
bus adddo Dec. *cap. cognoſcentes num.* 11. *de
conſtit.* Bonacoſſ. *com. op. crim. verb. ſtatutum
imponens p. prima* & Giurba *d. conſ.* 63. *nu.* 2.
Etenim non eſt verum, quod emittens
ictum archibuſij, ſemper habeat animum
occidendi, quia attendi debet materia, qua
ſclopus eſt onuſtus vt *ſupra* dixi ex autorita-
te Thor. *Cod. rer. iudic. caſ.* 60. *num.* 173. vbi
citat Foller. *in pragm.* 1. *de ictu ſcopitti nu.* 51.
Mutam *pragm. Sicil. tit.* 41. *num.* 127. Parid.
*de ſindic. verbo pœna*, & Ballum *ſuper dicta
pragm. prima*, qui firmat, quod quandò ar-
chibuſius non eſt onuſtus palla plumbea,
ſed cum carta, aut bombace, non punitur
emittens ictum pœna Bannimentorum, ſeù
pragmaticæ, ſed extra ordinem. Nec obſtat
Bald. *in cap. primo de præſumpt.* Felyn. *cap. ſi-
gnificaſti il ſecondo num.* 8. *de homicid.* Carauit.
Gram. & Corn. relati à Maſtrill. *d. deciſ.* 155.
*num.* 8. quia ipſi loquuntur in ſaggittante
cum arcu, vel baliſta, vel in emittente lan-
ceam, cum quibus ſemper, & quandocum-
que Homo occidi poteſt, quod non proce-
dit in archibuſio, ex quo quandoque datur,
quod ignis non recipitur in canna, & ideò
pila non exploditur. Vlterius etiam in bali-
ſta requiritur iaculum cum ferro vt dicit
Blanch. quem citaui ſupra *num.* 10. alias ceſ-
ſat appenſamentum.

Sextus Caſus eſt quandò archibuſiata
non fuit emiſſas, ſed tantùm puluis in fuco-
44 ne ignem ſuſcepit. Et tunc attenta diſpo-
ſitione iuris communis non punitur, vel
quia conatus de conſuetudine non punitur
Bart. *in l.* 1. §. *Diuus ff. de quæſt.* vel quia non
fuit deuentum ad actum proximum, nem-
pè emiſſionem pilæ plumbeæ, Donat. Ant.
de Marin. *quotid. reſol.* 323. *numer.* 6. *lib.* 1.
Intrigliol. *Sing.* 236. *lib.* 1. & Gamm. *deciſ.
Luſitaniæ* 170. At contrarium in hoc tenent
Maſtrill. *deciſ.* 155. de Ball. *variar. lib.* 5.
45 *pragm.* 3. *tit. de armis prohibit. n.* 1. *&* 2. Giurb.
*obſeru.* 33. *num.* 1. *& ſeqq.* & his relatis Mat-
thæu. *de re crim. controu.* 32. *num.* 23. ob ra-
tionem, quia explodere volens fecit quod
in ſe erat ad occidendum. Sed attenta di-
ſpoſitione bannimentorum, ibi — *ancorche
46 l'Archibugio non faceſſe fuoco* — tentans ex-
plodere Archibuſiatam aduerſus alium pu-
nitur pœna triremium per quinquennium.
47 Puto tamen, quod talis pęna non poſſit
imponi, niſi per fiſcum fuerit plenè proba-
tum archibuſium fuiſſe pilis plumbeis onu-
ſtum, vt aduertit de Marin. *loc. cit. num.* 8.
& Rouit. *in pragm.* 1. *de ictu ſcopittæ in nouiſſ.
impreſſ.* & Campana *reſol.* 1. *num.* 4. & requi-
ritur etiam, quod probetur adfuiſſe ani-
num nocendi, alias bannimenta non ha-
bent locum, vt in terminis aduertit de Ma-

rinis

rinis *reſol.* 314*:nu.* 4. etenim ex inditiis,& ſo-
la præſumptione reſultante ex exoneratio-
ne archibuſij non poterit deueniri ad aliud,
quam ad torturam, vt dixi *ſupra* ex Muſca-
tell. & Vulpell. *locis inibi citatis*.

Septimus Caſus eſt, quandò archibuſius
eſt onuſtus ſolo puluere pyrio, & quamius
exonerans talem archibuſium videatur id
facere ad retrorem, vt inquit Thor. *vot.* 26.
*nu.* 13. & conſequenter non habeat locum
diſpoſitio bannimentalis, nihilominus de-
48 bet aliqua pœna puniri, quia indè contin-
gere poteſt offenſio in perſonam, vt ſæpè
contingit in feſtiuitatibus, & congratula-
tionibus, quarum occaſione dum explo-
duntur archibuſiatæ cum ſolo puluere, re-
manent homines offenſi in facie, & ocu-
lis, & aliqui etiam cæci remanſerunt, vt ex
Foller. & Afflic. concludit Thor. *loc. cit. nu-
mer.* 14. *& ſeq.* inquiens, eſſe locum pœnæ
extraordinariæ, ſiuè offendat, ſiuè non.

Octauus caſus eſt, quando quis direxit ar-
chibuſium aptum, & paratum ad occiden-
dum cum animo exonerandi contra ini-
micum, in quem illum direxit, ſed pœni-
tentia ductus non exploſit, & iſte non eſt
caſus compræhenſus in bannimentis, &
nec punitur pœna mortis, ſed pœna vis
publicæ vt ex Iſernia, Afflict. Foller. dicit
Muta *ad pragm. tit.* 41. *de armis probibitis, n.* 128.

Sed an diſpoſitio Bannimentorum com-
præhendat opem dantes? videndi ſunt Do-
49 ctores, ad quos ſe remittit Baldaſs. de An-
gel. *in add. ad* Gizzarell. *d. deciſ.* 25. *num.* 13.
nempè ad Troiſ. *in ritu* Maſtrill. *loc. cit. n.* 29.
Theſaur. *quæſt. forenſ.* 46. *lib.* 1. Franch. *de-
ciſ.* 515. *num.* 4. *&* 5. Thor. *compend. deciſ. p.*
2. *verb. pragm. de ictu ſcopitti*, & ad Cæphal.
*conſ.* 204. *lib.* 2. qui agit de faciente inſul-
tum cum archibuſio, & viden. Giurb. *dict.
conſ. crim.* 63. Merlin. *contr. for. cap.* 47. *per
totum*, qui defendit partem negatiuam, &
Thor. *C. rer. iudic. caſ.* 43. *num.* 7. Mutam *ad
pragm. tit.* 41. *de armis probibitis num.* 98. qui
50 loquitur de mandante & tenet partem af-
firmatiuam ob rationem quia hæ pragma-
ticæ punientes ſimilia delicta continent fa-
uorem publicũ vt per Afflic. & citat Bald.
Salyc. Anchar. Florian. Angel. & Foller. *loc.
ibidem* per eum relatis, & ſubdit hoc eſſe ve-
rũ maxime ſecuto effectu, & interfectione.

An vero qualitas armorum influat ad
augendam pœnam contra Mandantem?
Vide Matthæu *de regim. Regni Valent. par.* 2.
*cap.* 8. §. *num.* 138. *& num* 149.

An compræhendat eum, qui occidit
vnum pro alio, puta, exploſit archibuſia-
tam contra Titium, & occidit Semproniũ?
51 negat de Angelis ad Gizzarell. *deciſ.* 25. *nu-
mer.* 4. quia reſpectu Sempronij explodens
non eſt in dolo ad tradita per Caball. *crim.
reſol.* 31. *num.* 11. Farin. *quæſt.* 125. *num.* 139.
& alios relatos per dictum de Angelis *loc.*
52 *cit.* Contrarium tuetur Campana *reſol. prima
num.* 9. *verſ. ex prædictis*, ob rationem quia
ſatis eſt, quod ictus ſit emiſſus appenſatè
animo nocendi, reprobatur tamen à D.
53 Orilia *in obſeru. ad eum reſol.* 1. *num.* 59. ſed vi-
deque dixi *ſupra* in materia occidentis vnũ
pro alio, vide Theſau. *deciſ.* 243. *in fine*, qui
loquitur in his terminis præciſis.

De delictis commiſſis cum huiſumodi
54 ictibus tormentorum, ſeu igneorum ar-
morum, vltrà Doctores in diſcurſu cita-
tos tractant flores de Mena *in addit. ad* Gam-
ma *deciſ. Luſitan.* 170 Ricc. *collec.* 1363. *p.* 4
Theſau. *deciſ.* 243. Gaſp. Theſau. *quæſt. fo-
renſ.* 24. *part.* 2. Nouar. *de ictu ſcopitti col.* 1.
Caball. *caſ.* 83. *& caſ.* 252. Guazzin. *defenſ.* 33.
*cap.* 24. *num.* 1. Thoro *compend. deciſ. tom.* 2.
*verbo pœna mortis* Cortiada *deciſ.* 34. *num.* 42.
& nouiſſimè Matthæu *de regim. Regni Valen.
tom.* 2. *cap.* 8. §. 8. *num.* 140. *& ſeqq. de re crimi-
nal. controu.* 13. *num.* 7. vbi remiſſiuè ad hos,
& alios Doctores.

---

# Cap. Septimi §. XIV.

Il Cadauero di quello, che à po-
ſta hauerà occiſo ſe ſteſſo moſſo dal-
la conſcienza di qualche delicto
commeſſo, forſi per fuggir la de-
bita punitione, ò fuſſe quel tale
carcerato, ò nò, ſarà appiccato, e ſe
il Reo nel caſo ſudetto volontaria-
mente ſi feriſſe per occiderſi, ouero
volontariamente veniſſe all' atto
proſſimo d' vcciderſi, incorrerà in
pena ſtraordinaria anco corporale ad
arbitrio di SS. Illuſtriſsima.

*SVMMARIVM.*

1 *Mortem ſibi inferentes quommodò puniendi, & de materia tractant Doctoris citati.*
2 *Occidere ſe ipſum repugnat legi diuinæ, naturæ, & humanæ.*
3 *Cadauera ſe ipſos interficientium ſuſpenduntur de conſuetudine, & quare, num.* 5.
4 *Crimen per mortem extinguitur.*
6 *Mortui male tractantur, vt viui terreantur.*
7 *Virgines Mileſiæ ſe ipſas occidebant, & quomodò fuit huic Malo obuiatum.*
8 *Conſuetudo ſuſpendendi cadauera ſe ipſos interficentium procedit vbi illa extat, & in atrociſsimis tantum.*
9 *Et vbi interficiens ſe, ſit confeſſus, vel conuictus.*
11 *Et ità practicatum Bononiæ ad fauorem Matthai de Marchis, & contra quamdam Annam num.* 12.
13 *Bannimenta in materia ſe ipſos interficientium loquen-*

*loquentia debent interpratari, & ſuppleri, num. 10. & 14.*

15 *Iudas non metu pœna, ſed agitatione patrati criminis ſe ſuſpendit.*

14 *Cadauer ſe interficientis vt ſuſpendatur tria requiruntur, primum quod de delicto ſit facta conteſtatio.*

16 *Secundò quod conſtet plenè, quod ſe occiderit.*

17 *Tertiò quod audiantur conſanguinei ipſius defuncti.*

18 *Dummodò ſe interficiens non ſit legitimè confeſſus.*

19 *Occideas ſe habetur pro confeſſo eo ipſo, quod probatur ſe metu pęna occidiſſe, explica vt num. 23.*

20 *Conteſtatio delicti non requiritar in coatumace: contrarium, num. 22.*

21 *Grauius metu pœna ſe occidere, quam ex conſcientia patrati delicti.*

24 *Nemo ex ſola coutumacia debet condemnari.*

25 *Vulnerans ſe ad effectum occideadi dicitur deneuiſſe ad actum occiſionis.*

26 *Ad Actum proximum deneait qui admenat ictũ, ſed ex aliquo accidenti non vulnerat.*

27 *Vulneraati ſe ad effectum occidendi debetur pœna ordinaria.*

28 *Coatrarium qaod pœna ſit extraordiuaria.*

29 *Et quod ſit pęna exily, ſeù fuſtigationis.*

30 *Semper tamen vulnerans ſe ſit infamis:*

31 *Vulaeris illatio per ſe non praſefert pœnam, ſed ſolum tacitam coafeſſionem criminis.*

32 *Diſtingue:*

33 *Miles, qui propter conſcientiam patrati criminis ſe vulnerat, debet mori.*

34 *Opem preſtans volenti ſe occidere tenetur ad pęnam.*

35 *Exemplum Amalachitis.*

36 *Mutilans ſe adeffugieudam pœnam, ad quam eſt demnatus, incurrit iu pęnam bannimentorum.*

37 *Intellige vt hic explicatur.*

38 *Etiam de Iure communi punitur explica vt num. 39.*

40 *Frangens ſibi brachia ad effugiendam torturam, vel pendens ia tortura abſcindens ſibi linguam habetur pro confeſſo & punitur.*

41 *Vulnerans ſe comprahenditur in Statuto loquente de alium vulnerante.*

42 *Vulnerans ſe ad frandandum aliquem, puta, quod fingat fuiſſe vulueratum à latronibus, & ſpoliatum tenetur de vulneribus, & de furto.*

43 *Imò tenetur etiam de falſa relatione.*

44 *Caſtrare ſe ipſum eſt punibile.*

45 *Caſtrans alium per vim, & doloſè debet puniri.*

46 *Referuntur caſus.*

## Il Cadauero di quello, che à poſta hauerà occiſo ſe ſteſſo.

1 DE ijs, qui ſibi mortem inferunt, tractant diffusè Farin. *quaeſt.* 10. *num.* 77. *& ſeqq. & quaeſt.* 128. *num.* 10. *& ſeqq.* Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 1. *& ſeqq. per tot.* Gregor. Tholoſan. *ſintagm. Iur. part.* 3. *lib.* 36. *cap.* 22. Bouadill. *politic. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 143. Abauo *de reatibus quaeſt.* 7. *num.* 164. *et in praxi crim. §. homicida num.* 129. *& ſeqq.* Gomeſ. de Ameſcua *de poteſt. in ſe ipſum lib.* 1. *cap.* 7. & multos modernos referens Beiſold. & Adden. ad eum *in Theſau. pract. ad ſucc. lit. S. §.* 74. *fol. mihi* 888. *& in tract. de homicid. & in tract. de vita, & necis conſider.* Danza *de pugna Doctorum tom.* 1. *de carcerib. num.* 36. & *in add. ad* Gram. *deciſ.* 44 *num.* 7. *& ſeqq.* & Petra, ac de Mari *in ead. add.* Caball. *crim. reſol.* 137. *per tot.* Gizzarell. *deciſ.* 15. *num.* 5. Boer. *deciſ.* 316. *num.* 10. & alios referens Baſilicò *crim. deciſ.* 3. *num.* 11. *& ſeqq.* Carpzou. *pract. crim. par.* 1. *quaeſt.* 2. *num.* 25. *& ſeqq.* Perr. Theodoric. *Iudic. crimin. tom.* 2. *cap.* 7. *de homicid. num.* 1. *& ſeqq.* Hieronym. de Laurent. *deciſ. Auenion.* 123. *per tot.* vbi refert caſum horrendum, & miſerum occurſum Antonio Monterenſio Bononienſi. Martinus Naurath. *de vita & morte hominis theorem.* 65. qui ait grande eſſe peccatum occidere ſe ipſum quaecumque id de cauſa fiat: peccat enim contra autoritatem Dei, qui ſolus, eſt vitæ Dominus: peccat contra bonitatem Dei, contra prouidentiam Dei: contra charitatem: contra iuſtitiam; contra communem naturæ inclinationem: contra præceptum Decalogi. Et de eadem materia tractant D. Manſius *conſult.* 247. *lib.* 3. & Dominus Gerh. Feltman. *de cadauere inſpiciendo cap.* 19. 20. 21, 22. inquibus capitibus de tota materia diffusè loquitur, & Dominus Carolus Petra Mag. Cur. *ritu* 269. *num.* 51. *tom.* 3.

Ex dictis per eoſdem Doctores colligi-
2 tur, quod occidere ſe ipſum repugnat legi Diuinæ, naturæ, & humanæ: quod Maior eſt crudelitas in ſe ipſum, quam
3 in alium ſęuire: & quod in odium, & deteſtationem delinquentium, & propter facti memoriam cadauera ſe ipſos interficientium ſuſpenduntur de conſuetudine, quamuis de Iure non permittatur, ex quo
4 per mortem crimen, & pœna extinguitur, vt eſt Text. *in l. defuncto ff. de public. indic. & in l. crimen ff. de pœn. & in l. fin. C. ſi Reus, vel accuſat. mort. fuer.* & hæc conſuetudo, ſiuè obſeruantia introducta eſt ad deterrendũ alios,
5 vt ſcilicèt alij tàm immane ſpectaculum veriti, ſibi ipſis manus non inferant, vt aduertit Solorzanus *de crimin. parricid. lib.* 1. *c.* 2. *in princ.* vbi refert illud Optati Mileuit. *lib.* 6.
6 vt terreatis viuos, malè tractetis mortuos, & illud Quintilian. *declam.* 274. non ſatis putarunt maiores, eas pœnas conſtituere, quas poſſit aliquis excipere in vita, multos magis tangit ſepultura, ad cogitationem futurorum, plerique grauiùs mouentur. & ex Gellio, Leonico, & Menoch. ad propo-
7 ſitum noſtrum refert, quod Virgines Mileſiæ à furore, quo percitæ voluntariam mortem oppetebant, non deſtitere priùs, quàm Mileſiorum decreto, quæ poſtea ſe ſuſpendio conficerent Virgines cum eodem

laqueo

laqueo, quo eſſent præcinctæ nudato corpore per Fori medium iuſſæ palam efferri, aliàs tàm inhoneſti funeris pudore, ne ſibi poſtmodum violentas manus iniicerent terruerunt, & Menoch. *de arbitr. cap.* 285, citatis à Solorzano, vbi proximè refert aliud ſimile decretū factum à Tarquinio Priſco. hoc idem ex Vincentio Cartari *in Imagin. Deorum* refert Mura *ad pragmatic. tit.* 52. *de condemnatis ad mortem num.* 16. vbi poſtquam retulit ex Marcellino, & Bouadilla fuiſſe quemdam Carnificem viuum ſuccenſum ex eo, quia quamdam adulteram in vita ſpoliauerat, & nudam reliquerat, & dehoneſtatem cauſauit contra ea, quæ ſcripſit Plinius *lib.* 7. *cap.* 17. Solin. & Tiraquell. *locis* per eum *relatis* ſubdit: *Quamuis non ita fortaſſe extra propoſitum videatur ad hoc vt à tanta ignominia abſtinerent fœminæ, vt videre eſt in conſuetud. Panormit, vbi ſcripſi cap.* 76. *num.* 45. 46. *&* 47. *& apud Hiſtoricos, quia ad hoc vt mulieres ſe arcerent à morte; quam in ſe ipſas iniiciebant mortuis viris, fuit decretum, vt earum cadauera ponerentur in loco publico.*

8 Sed Farinac. *quæſt.* 10. *num.* 79. *&* 80. intelligit dictam conſuetudinem procedere in locis, vbi extàt, & eo caſu ſolùm in delictis atrociſſimis, de quibus Reus, qui ſibi

9 mortem infert, ſit confeſſus, vel legitimè conuictus, & per conſequens ſi quis eſt dumtaxat proceſſatus, inditiatus, vel diffamatus de crimine, ſeù ſe ipſum occidat tædio vitę, dolore, amore, ſiuè timore affectus nequit, poſt mortem ſuſpendi, & ad has concluſiones firmandas plurimos allegat Doctores tàm *in dicta quæſt.* 10. *num.* 79. *&* 80. quàm *in quæſt.* 128. *num.* 11. *& ſeqq.* & ſequitur Carpzou. *pract. crim. par.* 3. *quæſt.* 131. *num.* 35. *& ſeqq.* & ita intelligi debet Gerh. Feltman. qui *in tract. de cadauere inſpiciendo cap.* 19. *num.* 1. *& ſeqq.* refert vidiſſe in Carnificina Delphenſi in Batauis furci habenti bidentis ſpeciem hærere fœminam, quæ vt pudorem ſupplicij propter falſæ monetæ crimen meriti effugeret, mortem ſibi attùlerat, & vidiſſe Groningæ cadauer eius, qui in cuſtodia militari vitam ſibi ademerat aſſeri impoſitum, vt facies terram quateret, quando ad locum ſuppliciorum raptatus fuit, quod & indignus eſſet, vt mortuus Cælum reſpiceret, & in loco ſupplicij fuit inuerſo modo infœlici arbori, quæ dimidiatum patibulum dicitur pede vno fixum, & ſubdit *num.* 3. quod ſi ſponiè moriatur is, qui ad mortem damnatus eſt, in cadauer tamen pœna ſtatuitur, ſi facinus atrociſſimum admiſit, veluti perduellionis, impuritatis, aut ſacrilegij, & citat Hahn ad Vevembec. *ff. de cadau, punitor.* & Pappon. *arreſt.* 1. *lib.* 24. *tit.* 14. & quod ſi mitiùs agere magiſtratus inſtituat, cadauer in loco pœnis deſtinato per carnificem humari mādat, & allegat Carpzou. *iuriſprud. Conciſtor. tit.* 24. *def.* 379. *num.* 5. *& ſeq.*

Propterea cum noſtra Bannimenta exor-

10 bitent à Iure communi, debent reſtringi, & interpræſtari, vt recipiant eaſdem intelligentias, quas recipit conſuetudo, vt in terminis poſt Corn. Dec. Pariſ. & Plot. docet Farin. *quæſt.* 128. *num.* 46. & ita ego obſeruaui hic Bononiæ *de anno præterito* 1673. nā

11 Matthæus de Marchis imputatus, & etiam confeſſus in tormento vigiliæ, ſed qualificatè, habuiſſe complicitatem in aſſaſſinio in perſonam Iacobi Sarſellæ, fuit ſtante qualitate confeſſioni adiecta, ſepulturæ traditus, quamuis potuiſſet ſuſpicari, quod nolēs comedere ſe ipſum fame necaſſet: At

12 mulier, quæ faſſa fuit iugulaſſe duas nepotes paruulas, ne videret, vt dicebat, eas pati, & fame perire, ſemet in carceribus cum quadam cordula ſuffocauit, fuit ad exemplum, & terrorem aliorum ſic mortua furcis ſuſpenſa.

Nec obſtat, quòd Bannimenta vtantur verbis: *moſſo dalla conſcienza di qualche delitto commeſſo*: ſumpto argumento à dictione, *qualche*, quæ generalitatem redolet.

13 Quia ne ſequatur abſurdum, debet ſuppleri cum verbo, *graue, & atroce*: potiſſimum cum videatur per illud verbum, *qualche*, remiſſa conſideratio qualitatis delicti arbitrio Iudicis, & ſic boni Viri, vt colligitur ex conſideratione, quam ferè ad propoſitum noſtrum facit Farin. *d. quæſt.* 128. *num.* 29. *&* 30. & hæc intelligentia eſt conformis Iuri, quia ad hoc, vt poſſit cadauer ſe occidentis ſuſpendi, requiritur, quod delictum ſit de ſe, & ſui natura capitale, & pœna mortis dignum, vt innuit Farinac. *d. quæſt.* 10. *num.* 79. ibi: *ſi enim iſto caſu viuus non potuiſſet ſuſpendi, ergò multò minus eo mortuo ſuſpendi poteſt cadauer* Boſſ. *tit. de accuſat. numero* 33. & Caball. *crimin. reſol* 137. *num.* 5. *&* 16.

Recipiunt etiam noſtra Bannimenta tres

14 alios ſubintellectus, quos Doctores accommodant ſupradictæ conſuetudini. *Primus* eſt, quòd de delicto ſit facta Reo conteſtatio, quia tùnc pro delicto, & metu pœnæ cenſetur ſe occidiſſe, vt aduertit Cantera *qq. crimin. tit. de homicid. cap.* 7. *num.* 53. *verſ. quod intellige verum*, & Decian. *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 2. *num.* 2. aliàs ſecus, nam poteſt eſſe, quod non metu pœnæ, ſed ex agitatione patrati criminis ſe occiderit, vt pō-

15 derauit Iuriſconſultus Marcianus *in l.* 3. *ff. de bonis eorum*, ibi; *Videri autem & Patrem, qui ſibi manus intuliſſet, quod diceretur filium ſuum occidiſſe; magis dolore filij amiſſi mortem ſibi irrogaſſe*: & poteſt poni exemplum in Iuda, qui ob proditionem factam Chriſto Domino Noſtro non poterat aliquam pœnam temporalem timere, dum Iudæis, ad quos ſpectabat punitio, ipſe rem gratam fecerat, ſed ſe ſuſpendit ex illa animi agitatione, qua cognoſcebat ſe malè feciſſe, vt in ſpecie reperio aduertiſſe Decian. *d. cap.*

num.

*num. 6. circa finem*, & iſte ſubintellectus eſt
veriſſimus in terminis noſtrorum Banni-
mentorum, quæ expreſsè requirunt, quod
quis ſe occidat ad effugiendam pœnam,
ibi: *per fuggir la debita punitione*.

*Secundus* eſt, quod conſtet plenè, quod:
16 ſe occiderit, nam in dubio præſumitur quis
potius ab alio, quàm à ſe ipſo interfectus, vt
ex Beluiſ. & Plot. aduertit Farin. *quæſt* 128.
*num.* 41. & ideò requiruntur clariores pro-
bationes, vt ex Royx. *deciſ Lituan. prima in
fine*, Vulpel. *conſ. crim.* 1. *num.* 21. Decian.
*tract. crim. lib.* 9. *cap.* 3. *num.* 10. Peregrin.
*de Iure Fiſci tit.* 4. *lib.* 4. *num.* 2. & Baiard. ad
Clar. *quæſt.* 68. *num.* 116. inquit Farin. *dicta
quæſt.* 28. *num.* 42. & 43.

*Tertius* eſt, quod citentur conſanguinei
17 ipſius defuncti ad defendendum Rei inno-
centiam, & videtur hoc fundari *in l.* 3. §. *fin.
ff. de pœn.* Abauo *de reatib. quæſt.* 7. *num.* 167.
Farin. *quæſt.* 10. *num.* 83. Cantera *d. cap.* 7. *nu-
mer.* 53. *circa medium* Aret. Gomez. Gigan.
Zanchin. Guindiſal. Alb. Clar. & Cyrill.
*locis relatis* per Farin. *d. num.* 83. quibus ad-
dendi ſunt Viu. *deciſ.* 244. *in fine*, & Danza
*in add.* ad Gram. *deciſ.* 44. *num.* 2. & *num* 25.
& licet ipſi loquantur in caſu, quo Fiſcus
prætendit facere confiſcationem bonorum,
nihilominus ratio, qua mouentur ad ita di-
cendum, comprædendit caſum noſtrum;
potiſſimum, quia infamia indè reſultans
afficit omnes de familia, & ideò ſecundum
aduertentiam ad ſimile propoſitum factam
per Farinac. *conſ.* 150. *num.* 4. & Bertazzol.
*conſ.* 280. *per tot.* & *conſ.* 216. quem refert,
& ſequitur idem Farinac. *quæſt.* 99. *num.* 163.
ſunt citandi, & intra breuem terminum
horatum eiſdem aſſignandum audiendi,
18 dummodò ille, qui ſe ipſum occidit, non
ſit legitimè confeſſus vt in caſu mulieris,
de quo *ſupra*, quia tunc non poteſt compe-
tere aliqua defenſio.

Opponas ad hæc duo, *Primum*, quod eo
19 ipſo, quod fuit probatum, quem ſe ipſum
occidiſſe metu pœnæ reſultat, quod ille
habetur pro confeſſo de crimine, quod ei
impingitur *l.* 1. *ff. de his, qui mortem ſibi con-
ſciuer.* Bart. *in l. qui rei* §. *de illo ff. eod.* & Bald.
*in l.* 2. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* & his relatis
Abauo *de reatib. quæſt.* 7. *nu.* 166. *Secundum*
20 quod nō requiritur conteſtatio delicti, quia
Bannimenta diſponunt. quod ſuſpendatur
cadauer illius, qui ad effugiendam pœnam
in carceribus, ſeù extrà carceres ſe occidit,
ex quo videtur reſultare, quod non requi-
ritur conteſtatio, quæ non poteſt fieri Reo
abſenti, & contumaci.

Sed reſpondetur, quod eadem Banni-
menta expreſsè exigunt, quod quis ſe
occidat ad effugiendam pœnam, & pro-
pterea neceſſario requirunt etiam accu-
ſationem, & conteſtationem, nam abſque
ea potuit ſemper credere, quod Fiſco non
innoteſceret delictum, vel deficeret proba-
tio, & quod ipſe euaderet immunis à pœna
vt reperio conſideraſſe Decian. *tract. crimin.
lib.* 9. *cap.* 2. *num.* 6. *verſ. attamen poteſt.* qui
inſuper ait ex Igneo *in l. prima* §. *ſi ſibi ma-
nus nu.* 27. *ff. ad Sillan.* quod grauius eſt me-
21 tu pœnæ, quàm conſcientia delicti ſibi
manus inferre, ob rationem, quia primo ca-
ſu inſtat crimen, & notorium iam factum
eſt toti Ciuitati adeò vt tantum expectent
omnes pœnæ executionem ad publicum
exemplum, quod multùm intereſt Reipu-
blicæ; quæ tamen omnia ſe ipſum occi-
dens ſcelus ſceleri addendo elidit: at in ſe-
cundo caſu ceſſant hæc omnia, & ideò non
ita offenditur Reſpublica, & ad probandam
differentiam inter duos caſus pōderat Tex.
*in l.* 2. *C. qui teſtam. facer. poſſ.* & *in l. ſi quis
filio exhæredato* §. *eius, qui in fine ff. de iniuſto,
rupto, & irrito teſtam.* Et corruit penitus illa-
22 tio in obiecto facta, quia conteſtatio litis
cum abſente, & contumace fit per tranſmiſ-
ſionem inquiſitionis, vt de ſe paret.

Ad aliud obiectum reſpondet ſatis appo-
23 tè Decian. *loc. cit. cap.* 3. *numero* 8. dicens,
quod non poteſt quis haberi pro confeſſo
ex eo ſolùm, quod ſibi mortem inferat, e-
tiam poſt accuſationem, quia ex accuſatio-
ne, & morte voluntaria indè ſequuta non
dicitur conſtare de crimine per Text. *in l. in
fraudem* §. *bona, verſ. eius ff. de Iure Fiſci*: po-
teſt enim eſſe, prout eueniſſe narrat Decian.
*d. cap.* 3. *num.* 14. quod accuſati, & carcera-
ti etiamſi ſint innocentes, ſibi mortem in-
ferant, ſeu inferre conentur, & ideò De-
cian. *ibidem* monet eſſe diligentèr omnes
circumſtantias perpendendas, antequam
pro confeſſis habeantur ex hoc ſolo, quod
ſibi mortem intulerint, nam, ſubdit ipſe, ſi-
24 cut ex ſola contumacia quis diffinitiuè
damnari non debet, ita & ex hoc ſolo, quod
ſibi mortem conſciuerit, qui actus æquipa-
ratur contumaciæ, non debet vti verè con-
feſſus puniri, nam iſta duo æquiparantur, ſe-
cundùm Igneum, quem allegat *in l. prima
§. ſi ſibi manus num.* 113. *ff. ad Sillan.* Sed cir-
ca hunc articulum, an ſcilicet Reus mor-
tem ſibi inferens debeat haberi, vel ne pro
confeſſo, vide Baſilicò *deciſ. crim.* 44. *num.* 6.
& *ſeqq.* & latè materiam tractantem Do-
minum Aloy. Manſium *conſult.* 247. *lib.* 3.
Et circa neceſſitatem citandi hæredes, & cō-
ſanguineos ad cadauer defuncti defenden-
dum, videndi ſunt Pappon. *lib.* 2. *corp. Iur.
Gallic. tit.* 10. *arreſto* 7. Chanut. *ibidem in no-
tis* & Gerh. Feltman. *de cadauere inſpiciendo
cap.* 22. *num.* 1. & 2. vbi ait hoc confirmari
ex notabili loco Martiniani *in l. vlt. ff. de
bonis eorum*, ibi: *Hæredes qui parati ſunt cau-
ſam ſuſcipere, & innocentem defunctum oſtende-
re, audiendos eſſe*; & ſubdit, quod alias ſen-
tentia contra cadauer, tamquam indefen-
ſum, data eſt ipſo iure nulla, & Iudex litem
ſuam facit, prout fuit reſolutū *de anno* 1551.
penès Pappon. *loc. cit.* vide omninò Feltman

qui

quã ait, quod Fiſco non incumbit onus probandi dolum, ſed conſanguinei debent dolum excludere, quia præſumptio ſtat contra cadauer, & ait, quod ſi conſanguinei, ſeu hæredes citati non compareant, Iudex ex officio deputabit cadaueri defenſores.

Quæro primo, an mortem ſibi inferens debeat in Eccleſia ſepeliri? negatiuam ſtatuit Text. *in cap. placuit* 23. *q.* 5. vbi gloſa ait eſſe illi dandam ſepulturam caninã, ſequuntur Roman. *ſing.* 264. Benedict. *in cap. Raynutius verbo mortuo itaque teſtatore* 1. *num.* 50. Plach. *epith. delict. cap.* 23. *num.* 14. & his relatis Hieron. Laurent *dicta deciſ.* 123. *num.* 8. & hanc non eſſe modicam pęnam ait ex Iodoch. Couar. Menoch. Decian. Martinus Naurath. *de vita, & morte hominis theorem.* 65. ſed intellige, vt id procedat reſpectu ad eos, qui ſe occidunt ex malitia, conſcientia ſcilicet patrati criminis: ſpe lucri forſan fruſtrati: pudore æris alieni: non verò reſpectu ad eos, qui ſine animo fraudulento ex melancholia, furore, aliaue animi impotentia mortem ſibi conſciſcunt, & inferunt, quos honeſta priuare ſepultura nimis rigoroſum nedum impium eſſe firmat Martinus Naurath. *d. theorem.* 65. dicens, quod hi commiſeratione potius digni ſunt, præſertim ſi vitę antea benè tranſactæ ſufficiens habeant teſtimonium Sforz. Oddo *conſ.* 93. *num.* 25. Petr. Heig. *par.* 2. *quæſt.* 38. *num.* 65. Carpz. *pract. crim. par.* 3. *quæſt.* 145. *num.* 61. ſubdit tamen Naurath. *ibidem* quod licèt honeſta ſepultura hoc caſu occiſis non ſit deneganda, de ceremoniis tamen aliquid remittendum, quo alij ab huiuſmodi facinore deterreantur, cum nec inſontes eſſe poſſint mortē ſibi inferrētes, ex quauis cauſa faciāt, vt conſiderat idem Naurath. *ibidem*, ideò, etiam in caſu, quo non conſtat, an conſciētia patrati criminis, an verò malincholia ſe occiderit, concedit Feltman *loco cit. cap.* 22. *num.* 10. cadauer eſſe ſepeliendum noctu, & abſque comitatu.

Quæro ſecundò an bona mortem ſibi inferentis debeant confiſcari? Vide Hiron. de Laurent. *deciſ. Auenionen.* 123. *num.* 9. *& ſeqq. vſque in finem*, & Vulpell. *crim. reſp.* 1. *n.* 18. qui reſpondent negatiuè præterquam in criminibus exceptis, vt aduertit Vulpell. *ibidem*.

E ſe il Reo nel caſo ſudetto volontariamente ſi feriſſe per occiderſi, ò vero volontariamente veniſſe all'atto proſſimo d'occiderſi.

Duo hi conſiderantur diſtinctè, vulnus ſcilicèt, & actus vulnerandi, nam quando quis ſe vulnerat ad effectum occidendi, di-
25 citur deueniſſe ad actum occiſionis, & per ſe non ſtat, quin ſequatur mors, quia iam fecit totum id, quod in ſe erat; & nihil vltrà poterat agere: quandò verò non
26 vulnerat, ſed cum cultro in ſe ictum adminat, & ex aliquo accidenti non perficit, dicitur deueniſſe ad actum proximum occidendi, quia adhuc reſtat aliud agendum, & vtrumque prohibetur *in Bannimentis* ſub pęna extraordinaria, etiam corporali arbitrio D. Cardinalis Legati, qui debet circà pœnam facere differentiam inter vnum, & alium caſum.

Nota ly verba *nel caſo ſudetto*, quia pœna non poteſt habere locum, niſi concurrat qualitas relata conſcientiæ patrati criminis, & metus pœnæ imminentis, & ideò neceſſe eſt, quod quis ſe vulneret ad effugiendam pœnam criminis patrati, & per conſequens debent interuenire omnia determinata in caſu mortis, de quibus *ſuprà*, quæ non ſunt repetenda.

Noſtra Bannimenta ſtatuendo pœnam extraordinariam contra illos, qui ſe ipſos vulnerãt ad effectũ occidendi, ſeũ ad actum proximum occidendi deueniũt ex conſcientia patrati criminis, & ad effugiendam pęnam, dirimunt controuerſiam, quæ extat
27 inter Doctores; nam aliqui volunt eſſe imponendam pœnam ordinariam, ac ſi mors fuiſſet ſequuta, alij verò pęnam extraordi-
28 nariam tantùm indicendam aſſerunt, vt videre eſt penès Farinac. qui Doctores pro vtraque parte refert *quæſt.* 128. *num.* 34. *& ſeqq.* Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 3. *num.* 4. Gram. *deciſ.* 44. & Danza *in addition. ad dictam deciſ.* 44. Caſtill. *dec.* 169. Viu. *dec.* 244. & Thoro *compend. dec. tom.* 1. *verb. vulnerans.*

Quæro primò. Vſque ad quam pœnam poſſit extendi arbitrium? Dic, quod Gomez. *de de delict. tit. de homicid. num.* 14. teſtatur fuiſſe aliquando impoſitam pœnam
29 exilij, & aliquando pœnam fuſtigationis; & eum referunt, & ſequuntur Farin. *dicta quæſt.* 128. *num.* 37. & Danza ad Gram. *dicta deciſ.* 44. *num.* 16. qui ſubdit ex Farinac. *loc. citat. num.* 21. quod vulneranti ex talibus
30 vulneribus ſemper reſultat, vltrà alias pœnas, etiam infamia.

Quæro ſecundò. An pœna extraordinaria ſit ſemper huiuſmodi delicto congrua? Decian. *d. cap.* 3. *num.* 4. dicit, quod ſi crimen, ad cuius pœnam effugiendam, quis ſe vulnerat, eſt tale, pro quo veniat imponenda pœna capitalis, veluti confeſſus punietur eadem pœna capitali: ſi verò pro crimine non veniat imponenda pęna capitalis, punietur eadem pœna, quam exigit tale crimen, & ſic videtur velle Decian.
31 quod illatio vulneris non debeat præſeferre pœnam, ſed tantùm tacitam confeſſionem ſceleris inducat.

Mihi tamen in terminis Iuris communis videtur, quod Iudex benè poſſit in hac materia vti regulis, & diſtinctionibus, quas tradunt Doctores in materia

32 tentatæ fugæ è carceribus, nam poſſunt
equipatari caſus fugæ corporis è carceribus,
& fugæ animæ è corpore iuxtà rithmum.
*La Morte è il fin d' una prigione oſcura.*
& quidem ſicut fugiens, ſeu tentans fuge-
re è carceribus non habetur pro confeſſo dè
delicto, pro quo detinetur, ſed tantum pro-
ter fugam tentatã facit contra ſe inditium,
quod delictum ſibi conteſtatum, pro quo
detinetur, commiſerit, vt firmat pluribus
Farinac. *quæſt.* 30. *num.* 43. vbi allegat con-
cordantes: ità ſe ipſum occidens, ſeù vul-
nerans ad effectum ſe occidẽdi non habetur
pro confeſſo, ſed tantùm pro inditiato de
delicto, & crimine, de quo fuit accuſatus,
vt probat Decian. *d. cap.* 3. *num.* 8, Ideò cre-
derem, quod ſi vulnerans ſe ſit imputatus
de crimine capitali, ſufficiat, quod pro cri-
mine ſuſpendatur, ſeù decapitetur; ſi verò
ſit imputatus de crimine non capitali; vel
debet vulneratio computari ad aggrauandũ
pęnã delicti, vel debet computari ad aggra-
uandum inditia eiuſdem delicti iuxtà ad-
uertentiam Farin. *d. qu.* 30. *nu.* 43. *& qu.* 11.
*num.* 16. & videtur in terminis hoc probare
Decian. *d. cap.* 3. *num.* 8. & poteſt hoc fun-
dari in Text. *in leg. prima ff. de bon. eorum &c.*
vbi Gloſa verb. *capitalibus*.
Dummodò tamen ſe vulnerans non ſit
33 miles, quia miles, qui propter conſcien-
tiam patrati crimis ſibi manus infert, debet
mori per Text. *in leg. omne delictum §. qui ſe*
*vulnerauerit ff. de re milit. & in ſi aliquid §. fin.*
*ff. de pœn.* Decian. *loc. cit. cap.* 3. *num.* 4. *&*
*cap.* 4. *num.* 7. Igne. *in l. prima §. ſi ſibi manus*
*ff. ad Sillan, num.* 17. Gram. *deciſ.* 44. *nu.* 4.
& Farinac. *quæſt.* 128. *num.* 23. & Io: An-
dreas *in addition.* ad Speculat. §. *primo verbo*
*prælibatum tit. de pœn.* qui omnes reddunt ra-
tionem differentiæ, quia miles ſæuiendo in
ſe ipſum plus delinquit, quam alius, qui
non eſt miles, cum Reipublicæ non ſolùm
Ciuem, ſed & militem ſubtrahat, qui pro
ea pugnare debet.
Quæro tertiò. An opem præſtans volenti
34 ſe occidere teneatur ad pęnam? Gregor.
Tholoſan. *ſintagm. Iur. par.* 3. *lib.* 36. *cap.* 22.
*num.* 14. reſpondet affirmatiuè, quia cum
non liceat cuiquam ſe occidere, nec lici-
tum eſt cuiquam adhoc opem ferre, & af-
fert exemplum Amalechitis, quem Dauid
35 2. *Reg. cap.* 1. iuſſit occidi, ex quo Saulem ad-
huc ſpirantem iuſſu eiuſdẽ Saulis interemit.
Imò apud me non eſſet huiuſmodi opem
ferens immunis à ſuſpitione occultę ſocie-
tatis in delicto principali iuxta Text. *in l. fin.*
*C. de Malef. & Mathemat.*
Quæro quartò. An compræhendatur in
36 Banno qui mutilat ſe, ſeù alitèr vulnerat
ad effugiendam pœnam, ad quam fuit con-
demnatus, puta triremium, vel alterius ſi-
milis? Reſpondeas affirmatiuè, quia qui ſe
vulnerant poſt ſententiam, verè, & pro-
priè ſunt compræhenſi in lege, Danza ad
Gram. *deciſ.* 44. *num.* 13. Bal. *in l. ſi quis filio*
*§. eius, qui* 2. *col. ad med. ff. de iniuſto, rupto te-*
*ſtam.* & Igneus *in l. prima §. ſi ſibi manus nu-*
*mer.* 67. *&* 68. *& ſeqq. ff. ad Sillan.* Sed aduer-
37 te, quod Bannimenta requirunt, quod
quis ſe vulneret animo occidendi, & ideò
deficiente tali animo, non eſt locus diſpo-
ſitioni.
Benè verùm eſt, quod abſque diſpoſi-
tione Bannimentali, talis ſe vulnerans, ſeù
38 debilitans ad reddendum ſe inhabilem de-
bet, & quidem acriter, puniri, vt firmant
Gram. *deciſ.* 44. *per totum*, Baſilicò *deciſ.* 44.
*num.* 16. Decian. *d. lib.* 9. *cap.* 2. *num.* 5. Ca-
ſtill. *deciſ.* 169. & Conſtant. *in l. vnica nu.* 44.
*C. de Claſſic. lib.* 11. & Danza *in addition.* ad
Gram. *deciſ.* 44. *num.* 2. qui *num.* 18. intelli-
git hoc verum in vulneribus læthalibus, ſeù
39 debilitantibus corporis membra, non au-
tem in vulnuſculis, & ſgraffignatura, & hu-
iuſmodi, quæ vulnerum appellatione non
veniunt ſecundùm Thor. Muſcatell. Taſ-
ſon. Campagn. Gabriel. Cataldin. de Viſſo,
& Caualc, *locis relatis* per Danzam *vbi pro-*
*ximè.* Barboſ. & Themud. relati à Leitam *de*
*iure Luſitan. tit. de inquiſit. num.* 121.
Quæro quintò. An frangens ſibi brachiũ
ad effugiendam torturam, vel pendens in
tortura abſcindens ſibi linguam compræ-
hendatur in Bannimentis? Dic quod non ex
rationibus ſuprà allatis, ſed benè debet pu-
niri de iure cõmuni vt aduertit Baſil. *d. dec.*
44. *n.* 1. *& ſeqq.* qui tractat in ſpecie de vtro-
que caſu, & dicit huiuſmodi delinquentes
40 habendos eſſe pro confeſſis de delictis, pro
quibus detinentur, & teſtatur in primo caſu
fuiſſe deciſum eſſe conſulendum Principem
circa pœnam, & in ſecundò caſu quemdam
Didacum Duradum fuiſſe curato vulnere
repoſitum tormento iam incæpto, & in ne-
gatiua perſiſtentem fuiſſe damnatum ad
triremes per decennium, vide Doctores,
quos allegat pro vtraque parte, quibus addo
viden. Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 3. *nu.* 14.
& Igneũ *in l.* 1. *§. ſi ſibi manus n.* 113. *ff. ad Sillan.*
Quæro ſextò. An ad regulandum arbi-
trium poſſit Iudex attendere ſtatutum lo-
41 quens de alium vulnerante? dicas, quod
ſic, quia ſtatutum puniens vulnerantem
aliquem, compræhendit eum, qui ſtudio
ſe ipſum vulnerat, vt ex Marſil. Gramm.
Corn. Carrer. Bald. Io: Andr. Decian. &
Peregrin. firmat Farin. *quæſt.* 128. *num.* 45.
at Caualcan. *de Brach. Regio par.* 5. *num.* 87.
*& ſeq.* tenet contrarium ob duas rationes,
*Primò* quia ſecundùm leges ciuiles minùs
delinquitur in ſe ipſum, quam in alium,
nam aliorum membrorum nemo eſt Do-
minus, ſed ſuorum quilibet eſt vſufructua-
rius: *Secundò* quia ſe vulnerans pœnas quo-
dammodo luit, patiendo dolorem, qui indè
poſtmodũ prouenit, quod non eſt ſi vulne-
retur alius. Verùm hæ rationes non debent
ſuffragari, quia *prima* reijcitur ex aſſertio-
ne vo-

ne volentium magis peccare eum, qui ſe
ipſum interficit, ſeu vulnerat, Carpzou.
*pract. crim. par. prima quæſt.* 2. *num.* 25. Petr.
Theodoric. *indic. crim. tom.* 2. *cap.* 7. *de ho-
micidio num. primo*, nam omnis charitas inci-
cipit à ſe ipſo *leg. præſes Cod. de ſeru. & aq.* &
magis ſibi charitas, & iuſtitia habenda, &
tribuenda, quam alijs vt aduertit Theodor.
*loc. cit.* qui ex Cicerone in ſomnio Scipio-
nis ait: pijs hominibus retinendus eſt ani-
mus in cuſtodia corporis, nec iniuſſu eius, à
quo ille datus eſt nobis, ex hominum vita
migrandum eſt, ne munus humanum aſſi-
gnatum à Deo defugiſſe videamini. *Secun-
da* verò ratio refutatur, quia non eſt atten-
dendus dolor, quem ſibi homo cauſat, ſed
potius debet attendi inhumanitas, & crude-
litas, quam vulnerans ſe oſtendit, cui enim
vt dicunt dicti Doctores, parcet, qui ſibi
non pepercit? Et qui ſibi inuidet, omni alio
nequior eſt, vt habetur *Ecclef.* 13.

Quęro ſeptimò. Extrà materiam. Ad quid
tenetur is, qui ſe ipſum vulnerat ad de-
fraudandum aliquem, puta quod fingat in-
cidiſſe in latrones, & fuiſſe ab eis ſpoliatum,
percuſſum, & vulneratum? Danza *in addit.*
42 ad Gram. *deciſ.* 44. *num.* 17. & Caualc. *de
Brach. Reg. par.* 5. *num.* 86. *&* 87. inquiunt
teneri de vulneribus, & de furto, & ego
43 adderem ipſum teneri etiam de falſa rela-
tione, quatenùs illam Curiæ prorexit, nam
offendit aures Iudicis cum huiuſmodi falſa
relatione.

Quæro octauò. An caſtrare ſe ipſum ſit pu-
nibile? Text. *in leg.* 4. *ad leg. Cornel. de ſicar.*
44 prohibet hoc ſub pœna capitis non ſolùm
caſtranti, ſed etiam ſe caſtrare facienti, &
ità communiter etiam reſpondent Docto-
res Bald. *in leg. prima Cod. de eunuch. & in leg.
Reos num.* 9. *Cod. de accuſ.* Cataldin. *de Sindic.
num.* 86. qui dicit vidiſſe de hoc dubitari in
Ciuitate Recineti, & alios plures allegat
Farinac. *quæſt.* 128. *num.* 32. quibus poſſunt
addi Mari *in addition.* ad Gram. *deciſ.* 44. *nu-
mer.* 6. & Danza *in addition.* ad eundem
Gramat; *d. deciſ.* 44. *num.* 26. Petr. Theode-
ric. *indic. crimin. tom.* 2. *cap.* 7. *de homicidio
num. primo* qui ex Baldo ait, quod membra
generationis ſunt membra corporis nobi-
lia, quibus humana ſpecies conſeruatur, &
quod ideò illa mutilans debet puniri tan-
quam inimicus naturæ, & Abauo *prac. crim.
§. homicida num.* 144. qui ait, quod multò
45 magis puniendus eſt is, qui violenter, &
doloſè aliquem facit caſtrare, & refert,
46 quod de facto caſus euenit in Senatu Sabau-
diæ, vbi fuit accuſatus quidam nobilis, quod
caſtrare feciſſet filium Monachum S. Clau-
dij in Comitatu Burgundiæ, quia volebat
relicto habitu vxorem ducere, & innuit,
quod ſequuta inde morte filij, Pater pœnas
in Iure contentas luiſſet, niſi formidine
percuſſus ſubitò animam efflaſſet.

An Pater peccet mortaliter filium ca-
ſtrando propter muſicam, & an filius con-
ſentiendo caſtrationi peccet, & ſit irregu-
laris? tractat de hac re Iul. Caponns *diſcept.*
222. *per tot.* qui *diſcept.* 221. tractat de quæ-
ſtione an Eunuchi, Spadones, & caſtrati
poſſint ad ſacros ordines promoueri ſine
diſpenſatione Summi Pontificis, & hac oc-
caſione plura notabilia ponit, & ſignanter
*num.* 8. dicit ex Andr. Laurent. & Ariſt.
quod, *caſtrati ſunt malorum morum, & peſſimæ
rationis*, & quod, ſunt eius verba, *nec ferè in-
uentus eſt aliquis exectus bonus legis, nec intelle-
ctus niſi diminuti*, & reddit *ibidem*, rationem
vndè hoc eueniat.

An verò, qui alterius genitalia lædit, vel
abſcindit, incidat in pęnam ſtatutam contrà
caſtrantes, vide Sanfelic. *deciſ.* 337. *nu.* 95.
*& ſeqq.* qui ponit caſum notabilem.

# CAPVT OCTAVVM.

## RVBRICA

## Della Pace, ò Tregua rotta, e delle Vendette tranſuerſali.

In antecedenti Capitulo tractatum fuit de homicidio, & quia poſt homicidium Partes ſolent facere concordiam, & pacem inire, & pace non obſtante quandoque vindictam ſumere audent, meritò poſt homicidium ſequitur titulus, & diſpoſitio contra eos, qui pacem frangere non verentur.

### Cap. Octaui §. Primus.

Per punire con le pene humane, quelli, che per le Diuine non s' aſteneſſero da rompere le paci, ò tregue, ò vero commettere vendette tranſuerſali S. S. Illuſtriſſima ſtatuiſce.

Che ſe alcuno offenderà quello, con chi hauerà fatta la pace, ò tregua,

ò ſia per ſcrittura publica, o priuata, o ſenza, o per ſemplice parola data di non offendere (oltre l'incorſo delle pene conuentionali) s'intenderà di più eſſer caduto in pena di perpetua infamia; & più ſe l'offeſa fuſſe nella perſona, e con ferita, ſarà in oltre punito con la pena dell'vltimo ſupplicio, mà ſe ſarà ſenza ferita la pena ſarà della galea per anni dieci; e ſe l'offeſa ſarà fuori della perſona, ſarà la pena di ſcudi ducento, e di trè tratti di corda, o maggiore ſecondo la qualità del delitto.

*SVMMARIVM.*

1 *De Pacis fractura tractant Doctores nominati.*
2 *Pacis, treguę, & verbi de non offendendo differentia remiſſiuè.*
3 *Pacis fractura crimen deteſtabile, & enorme, & quodammodo tollit commercium humanum.*
4 *Pax eſt pactum, per quod perpetuò fit finis querelæ, ſeù diſcordiæ.*
5 *Proditorium eſt crimen ſub pace commiſſum.*
6 *Et aſſimilatur aſſaſſinio,*
7 *Proditorum arma, & inſignia delentur.*
8 *Nobiles ob crimen proditorium furca ſupenduntur.*
9 *Et contumaces euerſo capite cum elogio proditionis depinguntur in loco eminentiori Ciuitatis.*
10 *Et corrumpentes picturam puniuntur.*
11 *Leges plures in Iure diſponunt de pęna frangentis pacem. quæ ſint.*
12 *Procedunt in pace inter ſingulares perſonas inita, dummodo ſit iuramento firmata.*
13 *Hodiè attendontur ſtatuta locorum.*
14 *Pax ad eius probationem non requirit inſtrumentum.*
15 *Probatur enim per tactum manuum, per riſum reciprocum, per potum, per oſculum.*
16 *Contrarium nempè quod requirat inſtrumentum.*
17 *Et ità ſeruatur de conſuetudine,*
18 *Bannimenta ſtatuunt probari pacem per ſcripturam publicam, & priuatam, & etiam ſine ſcriptura, hoc eſt per teſtes,*
19 *Teſtes habent eandem vim, quam habent inſtrumenta ad probandam pacem, dummodò concludant illum per tactum palmarum, & oſculum.*
20 *Compoſitiones poſſunt fieri probata per teſtes remiſſione facta à parte offenſa.*
21 *Partes non poſſunt facere per conuentionem, quod pœna Iuris communis, vel municipalis minuatur in pacis fractura.*
*Vide rationem ibid.*
22 *Cautio de ſeruanda pace debet præſtari, quando partes ità paciſcuntur.*
23 *Intellige vt explicatur hic.*
24 *Pœna cautionis ruptę applicatur Cameræ Apoſtolicæ de Iure Bullarum.*
25 *Bulla Pij Quarti circa fractionem cautionis non comprahendit Ciuitatem Bononiæ.*
26 *Et nec comprahendit conuentionem de præſtando cautionem de ſeruando pacem.*
27 *Infamię pęna quæ remiſſiuè.*
28 *Infamia ſequitur infamem, vt lepra leproſum.*
29 *Et eum repellit à quolibet actu legitimo.*
30 *Remouet ab officio.*
31 *Honoribus, & officijs priuat.*
32 *Et priuat etiam nobilitate.*
33 *Repellit à duello.*
34 *Reddit inhabilem ad commendas.*
35 *Infamia Iuris, & facti poteſt per Principem tolli.*
*Intellige vt num. 37.*
36 *Verbum perpetuò diuerſimodè accipitur.*
38 *Pictura infamis eſt aliquid pluſquam infamia.*
39 *Sententia Iudicis requiritur ad infligendam infamiam.*
40 *Diſtingue vt hic.*
41 *Beneficia Eccleſiaſtica an poſſint conferri alijs non expectata ſententia contra infames, diſtingue vt hic.*
42 *Beneficijs Eccleſiaſticis nemo cenſetur priuatus niſi in ſententia exprimatur.*
43 *Dummodò qualitas delicti contrarium non inducat,*
44 *Qualitas pęnę exigit nouam ſententiam.*
45 *Triremium pęna non eſt infamatoria, & ignominioſa.*
46 *Condemnatus ad triremes perpetuas ſi fuit ordinatus ad titulum patrimonij, & non habeat, vndè viuat, non poteſt beneficio priuari.*
47 *Offenſionis perſonæ, & offenſionis in perſonam differentia.*
48 *Inſultus non eſt offenſio in perſonam.*
49 *Offenſio in perſonam requirit quod corpus tangatur, & lædatur, vel ſaltem tangantur inſeparabilia à corpore, vt ſunt pili, capilli, vngues.*
50 *Detentio in priuato carcere an ſit offenſia in perſonam remiſſiuè.*
51 *Vulnera parua, ſeù vulnuſcula non comprahenduntur in Bannimentis.*
52 *Etenim non habentur in conſideratione,*
53 *Dummodò non egeant medela.*
54 *Vulnus dicitur, quando fit ſciſſura in corpore.*
55 *Et requiritur quod fiat ferro.*
56 *Offenſio perſonæ eſt quando corpus non tangitur.*
57 *Exempla remiſſiuè,*
58 *Pax non rumpitur ex ſolo inſultu, & inuaſione, dummodò inſultans non fecerit ex parte ſua quidquid potuit, vt damnificaret.*
59 *Pacem rumpit, qui in ſuum aduerſarium, cum quo habet pacem archibuſium exonerat, abſque offenſione.*
60 *Imò eam rumpit ex ſola inclinatione archibuſij dimiſſo cane ſuper rota.*

DE

1 DE fractura pacis pleniſſimè
tractant Farin. *quæſtion.* 107.
*per tot.* Guazzin. *in tract. de*
*pace*, Vulpell. *in eodem tract.*
*de pace*, Moron. *in eod. tract.*
Caball. *crim. reſol.* 141. Mon-
teren. *ad ſtat. crim. Bonon. lib.* 5. *rub.* 45. Can-
cer. *var. reſol. cap.* 11. *par.* 2. & D. Maſſinus
*de confiſcat. quæſt.* 14. Conciol. *crimin reſol.* 1.
*& ſeqq. verbo Pax* Carpzou. *pract. crim. par.*
*prima quæſt.* 35. *per tot.*

Et de differentia inter pacem, treguam, &
2 verbū de non offendendo tractat Guazzin.
*de pace par.* 2. §. *primo quæſt.* 4. *&* §. 2. *per tot.*

Eſt crimen deteſtabile, & enorme, &
quodammodò tollit commercium huma-
3 num, & vinculum, quo humana ſocietas
continetur, dirumpit, vt ait Decian. *tract.*
*crim lib.* 7. *cap.* 30. *num. primo*, quia cum ſit
neceſſe, quod veniant ſcandala, *& fratrum*
*quoque gratia rara ſit*, vt cecinit Poeta, con-
tingit propter hoc ſcelus, quod homines
non obſtante pace viuant cum ſollicitudine
& timore, vt ad aliud propoſitum innuit
Pater Graſſettus *anathom. necis prodit.* §. 16.
*num.* 8. & tamen pax, quæ dicitur eſſe pa-
4 ctum, per quod perpetuò fit finis quærelæ,
ſeù diſcordiæ ſecundùm Bart. *conſ.* 66. Alex.
*in leg. prima in princ. ff. de pactis* Angel. *leg.* 2. *C.*
*de libertis, & eor. lib.* & his relatis Monterent.
*loc. cit. lit. B. verbo de pœna eius, qui ruperit*
*pacem*, eos ſecuros, & tutos ab omni pror-
ſus agitatione reddere debet iuxtà ſupradi-
ctam pacis diffinitionem, & ob id crimen
5 ſub pace comiſſum dicitur eſſe proditoriū,
quod ſecundùm Caualcan. *de Brach. Reg.*
6 *par. prima num.* 80. fraternizzat cum aſſaſſi-
nio, nam ſicut in illo, ità & in iſto incau-
tus, & nihil mali ſibi timens offenditur, &
ideò ad perterrefaciendum homines, eoſ-
que ab huiuſmodi crimine detinendum, le-
ges exaſperantur, & pęnę augentur non ſo-
lum à ſtatutis locorum, ſed etiam de Iure
7 communi, nam arma, & inſignia prodito-
rum delentur, vt firmat Bart. *in l.* 2. *ff. de*
*oper. publ. & in l. eorum ff. de pan.* Iaſ. *in leg. ſi*
*quis id, quod, num.* 41. *ff. de iuriſdictione omn.*
*Iudic.* qui allegat ad hoc Text. *in d. l. eorum*,
*& in leg.* 3. *C. de offic. Rector. Prouinc.* & nobi-
8 biles, qui alias decapitarentur, ignominio-
sè furca ſuspenduntur, vt dicit Bald. *in cap.*
*cum quidam de iureiurand. num.* 3. & quatenùs
9 ſint contumaces, depicti in eminentiori Ci-
uitatis loco pede ſuſpenduntur cum elogio
proditionis, ſtatuta etiam pœna contra au-
10 ferentes, ſeù effigiem, ne poſſet diſcerni,
corrumpentes; vt ex Iaſ. *in l. ſi quis id quod*
*numer.* 41. *ff. de iuriſd. omn. Iudic.* & Lauden.
*tract. de crim. læſæ Maieſt. quæſt.* 26. monſtrat
Decian. *loc. cit. cap.* 31. *num.* 15.

Hinc puto Conſtitutionem Marchiæ *lib.*
4. *cap.* 76. *&* 77. & Bannimenta Status Ec-
cleſiaſtici, ac Vrbis ſumpſiſſe motiuum in-
dicendi vltra alias pœnas, etiam illam pi-
cturæ euerſo capite in eminentiori, ac nobi-
liori loco Ciuitatis faciendæ, de qua facit
mentionem Farin. *dicta quæſt.* 107. *num.* 65.
*& ſeqq. & conſ.* 150. *num.* 4. *& ſeq.* Bertazzol.
*conſ.* 208. *& conſ.* 216.

De Iure Communi plures leges diſponſit
11 de pœna imponenda contra frangentes pa-
cem, prima eſt *in l. fin. ff. de re militar.* Secun-
da eſt *in cap.* 1. *de pace tenenda in vſib. feud.*
Tertia eſt *in* §. *ſi quis verò de pace iuram. fir-*
*mand.* quas commentat Bald. Vulpell. Berò,
& alij relati à Farinac. *quæſt.* 107. *num.* 57. *&*
*ſeqq.* & quamuis fuerint editæ contra viola-
tores pacis publicæ, & inter Ciuitates, &
Caſtra initæ, procedunt, & ſibi locum vindi-
12 dicant etiam in violatores pacis initæ inter
ſingulares perſonas, dummodò pax inter
eaſdem inita ſit iuramento firmata, prout
ex Vulpell. Bald. Viu. Alberic. Marſil. &
Melchior. de facin. probat Farinac. *d. q.* 107.
*num.* 62. *& ſeqq.*

Hodie tamen cum quælibet Prouincia,
imò quælibet Ciuitas habeat particulares
13 prouiſiones de hac re diſponentes, iſtæ, &
non leges Iuris Communis ſunt attenden-
dæ, quamuis minorem pœnam legali indi-
cerent, vt aduertunt Vulpell. *de pace quæſt.* 52.
Burſatt. *conſ.* 94. *num.* 4. *lib.* 1. Bertazzol. *con-*
*ſil. crim.* 237. *num.* 1. & ibi Add. *lit. A. lib.*
1. & his relatis Farinac. *d. quæſt.* 107. *num.* 96.
propterea ad vnguem debent ſeruari noſtra
Bannimenta, quæ vltra pœnas conuentio-
nales, & perpetuæ infamiæ, imponunt pœ-
nam vltimi ſupplicij contra vulnerantes
eum, cum quo pacem iniuit: pœnam tri-
remium per decennium contra offendentes
in perſonam abſque vulnere; & ſcutor. 200.
& trium ictuum funis, & etiam maiorem
iuxta facti qualitatem contra offendentes
extra perſonam: & prædictas pœnas exten-
dunt etiam in caſu, quo perſona offenſa
non interuenerit paci, illam non ratifica-
uerit, & quod plus eſt, nec de ea notitiam
habuerit, vt habetur *in ſequenti* §. 2.

## Per ſcrittura publica, ò priuata, ò ſenza.

Controuertitur acerrimè inter Doctores,
14 an ad probationem pacis requiratur inſtru-
mentum, ſiquidem partem negatiuam te-
nent Vulpell. *de pace quæſt.* 66. *num.* 4. *&* 5.
*& reſp. crim.* 85. *per tot.* Caball. *crim. reſol.* 141.
*num.* 10. Alex. ad Bart. *in l. non ſolùm* §. *iniu-*
*riarum ff. de iniur.* Catald. ad Boncomp. *de*
*Sind. quæſt.* 9. & poſt Caſtr. Bald. & Imol.
quos allegat Monterent. *Stat. crim. Bonon.*
*lib.* 5. *rub.* 45. *verbo per publicum inſtrumentū*
15 *circa medium*, vbi firmat poſſe probari pacē
per tactum manuum, per riſum reciprocū,
per potum, per oſculum, & ſimilia, iuxta
gloſ. *in* §. *in ſumma Inſtit. de iniur. & in l. ipſius*
16 *C. famil. Erciſcund.* Partem verò affirmatiuā
tuentur Clar. *quæſt.* 58. *verſ. ſcias etiam*, Farin.
*conſ.*

*conſ.* 81. *num.* 1. *& ſeqq. & conſ.* 150. *num.* 10.
Baiard. ad Clar. *d. queſt.* 58. *num.* 72. *& ſeqq.*
Guazzin. *de pace quaeſt.* 32. *num.* 12. Vermigl.
*conſ. crim.* 222. *num.* 8. & D.Maſſinus *de con-*
17 *fiſc. bonor. quaeſt.* 14. *num.* 4. qui aiunt ita ſer-
uari de conſuetudine, & hanc concluſionē
affirmatiuam tuetur nouiſſimè Conciol.
*verbo pax reſol.* 11. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi ponit
aliquas declarationes. Bannimenta noſtra
dirimunt hanc queſtionem ſtatuendo, quod
ſufficit illam probari per ſcripturam publi-
18 cam, aut priuatam, & etiam abſque ſcrip-
tura, ſupple per teſtes, ſeù fidem ſubſcrip-
tam manu partium, & à perſonis fide di-
gnis, nam huiuſmodi diſpoſitio eſt ſeruan-
da, vt inquit D.Maſſinus *loc. cit. nu.* 5. teſtes
19 enim habent eandem vim, quam habent
inſtrumenta ad effectum, vt controuento-
res incurrant pœnam fractæ pacis, vt ipſe-
met Farinac. affirmat *in add. ad q.* 5. *num.* 11.
dummodo concludant pacis concluſionē
per tactum palmarum, oſculum, & alia
ſuprà recenſita vt dicunt Vermigl. *conſ. crim.*
223. *nu.* 9. qui reddit rationem, Farin. *conſ.* 98.
*per tot.* & Guazzin. *de pace part.* 1. *quaeſt.* 80.
*num.* 9. quos ſequitur D. Maſſinus *loc. citat.*
& hanc opinionem veram de iure commu-
ni dicunt Caball. *crim. reſol.* 141. *num.* 10. Nel-
lus *de Bannitis in* 3. *par.* 2. *temp. quaeſt.* 38. *nu-*
*mer.* 14. & Carauit. *ritu* 277. *num.* 15. *& ſeqq.*
vbi quod ſi offenſus remiſit offendenti om-
nem actionem declarando coram teſtibus
nolle alitèr Iuſtitiam contra talem, verùm
non fuit factum inſtrumentum, poterit iſta
remiſſio poſtmodum probari per teſtes, vt
20 ea probata valeat Iudex inquiſitum com-
ponere: ſed de Iure Regni contrarium ve-
riùs exiſtimat, & citat Foller. in declaratio-
ne ad indultum. Tutiùs tamen proceditur
cum inſtrumento, ne fraudes committan-
tur, vt ſubdunt Carauit. & Nell. *loc. cit.*

## Oltre l' incorſo delle pene conuen- tionali.

Iſta clauſula reperitur appoſita etiam *in*
*Statuto crimin. Bonon. lib.* 5. *rub.* 45. *in fine*, ibi:
*Saluis ſemper penis conuentionalibus appoſitis*
*circa pacem prædictam in inſtrumento eiuſdem*, &
ibi Monterent. *verbo conuentionalibus*, ait,
quod cum recurrimus ad pœnas cōuentio-
nales, habemus diligenter perſcrutari ver-
ba promiſſionis, ſeù pactorum, *& verbo ſal-*
*uis* videtur velle, quod pœna conuentiona-
lis innouet, & tollat pœnam Statuti quate-
nus excedit alteram, quia de eodem deli-
cto non debet ſæpiùs quæri, & allegat Vul-
pell. *de pace q.* 52. *n.* 3. & propterea idē Mon-
teren. *d. verbo conuentionalibus* ſubdit, quod ſi
partes promiſerint inter ſe non offendere in
perſona, tūc, quicquid ſit de iure communi,
nō rumpitur pax propter verba iniurioſa e-
tiā facto ſigno vulnerandi, ſi ad actuale vul-
nus nō veniſſet detentus à circumſtantibus,
& allegat ad hoc *conſ. crim. diuerſ.* 17. *tom.* 2.
*in paruis* Dubitarem tamen valdè in facti
contingentia de veritate huius opinionis,
quia non debet eſſe in arbitrio partium fa-
21 cere, quod pœna Iuris Communis, ſeù
Municipalis minuatur, vt poſt alios, quos
allegat, inquit Farin. *quaeſt.* 107. *num.* 74. *&*
84. *&* 85. vbi reddit rationem, quod pax fit
ex mera voluntate contendentium, nec Iu-
dicis iuſſu, aut coactè, & propterea partium
conuentiones, & pœnæ conuentionales nō
poſſunt derogare pœnis Iuris, & dicit ſecùs
eſſe in cautione de non offendendo, quæ
iuſſu Iudicis præſtatur. Sed, quicquid ſit de
veritate harum opinionum, eſt certum,
quod in terminis noſtrorum Bannimento-
rum pœnæ conuentionales non derogant
pœnæ Bannimentorum, quia in iis expreſ-
sè cauetur, ibi: *Oltre l'incorſo delle pene con-*
*uentionali*, pœnam, de qua hic, habere lo-
cum vltra exactionem pœnæ conuentiona-
lis, prout ex Statuto Vrbis argumentatur
Farin. *d. quaeſt.* 107. *num.* 84. *circa finem.*

Sed an pactum conuentionale ſit per Iu-
dicem attendendum? dicas, quod ſic, quia
quod partibus vnanimi conſenſu placuit
in eorum præiudicium, Iudici diſplicere
non debet, & ideò ſi conuenerint, quod
22 detur cautio de ſeruando pacem, illa debet
præſtari, & in caſu controuentionis exigi, vt
deducitur ex Alberic. Marſil. Honded. *locis*
*relatis* à Farin. *d. quaeſt.* 107. *num.* 75. ſed tu-
tius erit ſi diſtinguas inter cautionem præ-
ſtandam ſub pœna corporali, & cautionem
23 præſtandam ſub pœna pecuniaria, nam
primò caſu videtur pactum improbandum,
quia fideiuſſor non poteſt ſe obligare ad
pœnam corporalem, vt ex Marſil. Alber.
& Honded. & Vulpell. innuit Farin. *loc. cit.*
*num.* 75. & quatenus obligaretur, obligatio
non teneret, vt firmant præfati Doctores, &
per conſequens Iudex non debet ſuum im-
partiri officium in re, quæ non poteſt vlla-
tenus ſubſiſtere. Secundo verò caſu con-
uentio debet admitti, ſuſtineri, & in caſu
contrauentionis exigi, & iuxta illius teno-
rem applicari, vt innuunt Honded. *conſilio*
89. *per totum*, & Farinac. *loco citato num.* 75.
*in fine.*

Dixi, quòd pœna pecuniaria debet iuxta
tenorem cautionis applicari, & quidem
procedit de Iure Communi, quia pacta
ſunt ſeruanda, vt in terminis reſpondent
Herculan. *de caut. cap.* 10. *num.* 8. Ant. Ga-
leaz. Maluat. *conſ.* 33. *num.* 1. *& ſeqq.* Farin.
24 *quaeſt.* 107. *num.* 90. At de Iure nouo Ponti-
ficio debet applicari Cameræ Apoſtolicæ,
vt expreſsè cauetur in Bulla san. mem. Pij
Quarti 43. *in ordine* & san. mem. Sixti V.
*Bulla* 93. in quibus Conſtitutionibus ſtatui-
tur, quod pœnæ pecuniariæ applicentur
Cameræ Apoſtolicæ, & quod alteri quo-
modolibet applicatæ debeantur, & exigi
debeant ad fauorem eiuſd. Cameræ Apoſt.

Poteſt

Poteſt tamen dubitari de duobus, an
ſcilicèt diſpoſitio dictarum Bullarum
compræhendat Ciuitatem Bononiæ, & an
compræhendat caſum, de quo quæritur, &
videtur quoad vtrumque reſpondendum ne-
25 gatinè, quia de hac Ciuitate, ad hoc, vt
in diſpoſitione compræhenſa ſit, debet fieri
expreſſa, ſpecifica, & indiuidua mentio,
Vermigliol. *conſ. crim.* 1. *num.* 15. Cohell.
*ſuper Bull. Boni regimin. q.* 9. *in princ.* quo ve-
rò ad ſecundum Conſtitutio tamquam cor-
rectoria Iuris communis debêt ſtrictè intel-
ligi, vt tantùm compræhendat, quantum
ſonat Rota *deciſ.* 475. *num.* 6. *par.* 1. *diuerſor.*
& Vermigliol. *conſ. crimin.* 115. *num.* 8. & i-
deò cum Bullę loquantur de pœnis, & mul-
ctis pecuniarijs à Iure Cõmuni, vel Muni-
cipali, ſiuè etiam per decreta, edicta, pro-
clamata, aut bannimenta à Miniſtris edita
& facta inflictis, vt legitur *in dictis Bullis*, nõ
26 poſſunt trahi ad cautionem de conſenſu, &
ex conuentione partium datam de ſeruan-
do contenta in inſtrumentis treguæ, ſeù
cautionis dè non offendendo; niſi tamen
dicamus, quod & hæc venit, ex quo occa-
ſione inſtrumenti pacis inhitæ fuit praſtita,
Cogita in contingenti caſu.

## In pena di perpetua infamia.

27 Quæ, & qualis ſit pœna infamię, tradi
tur per Doctores *in tot. tit. de iis, qui not. in-
fam. & in l. infamis ff. de public. Iudic.* & dici-
tur per Bart. *in l. prima C. ex quibus cauſis in-
fam. irrog.* eſſe læſę dignitatis ſtatus moribus,
& legibus reprobatus; ſequitur infamem
28 vbique locorum vt lepra leproſum, Bart.
*in l. ea ff. de poſtlimin.* Felin. *in cap. teſtimoniū*
29 *de teſtibus*: repellit infamem à quolibet actu
legitimo *cap. licèt ex quadam de teſtib. cap. in-
famibus de reg. Iur. in* 6. exuit militem cingu-
lo militari, Bart. *in l.* 2. §. *miles ff. de infam.*
Giurb. *conſ.* 44 *num.* 28. & Criſpolt. *caſ. mi-*
30 *litar.* 21. *num.* 6. & ab omni publico officio
hominem remouet, vt ait Bart- *in d. §. miles*,
31 imò ipſo Iure officijs, & honoribus priuat,
vt eſt Textus *in d.* §. *miles*, per quem ita re-
ſpondent Giurb. *conſ. crim.* 44. *num.* 2. & 28.
Caball. *crimin. reſol.* 294. *num.* 153. Azeued.
*lib.* 8. *recopil. tit.* 3. *leg.* 3. *nu.* 32. *& ſeq.* Ma-
ſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 447. &
Matthęū *de re crim. controu.* 76. *numer.* 78. &
concordat Text. *in l.* 1. *ff. ad leg. Iul. de vi
priuat. & l. relegatorum* §. *fin. cum lege ſeq. ff. de
interdict. & releg. & in l. neque C. de dignit. lib.*
12. *& in l. ſed & ſimiliter* §. *ſcribit autem ff.*
32 *de excuſat. tut.* & infamia priuat etiam no-
bilitate *l. Iudices C. de dignit. lib.* 12. Azeued.
*loc. citato num.* 43. Paſchal. *de virib. patr. po-
teſt. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 60. *& ſeq.* & Criſpolt.
*loco citato num.* 9. vbi recenſendo alia incom-
33 moda infamię dicit, quod repellit à pugna,
ſeu duello, & citat Ferett. *conſ.* 15. *numer.* 3.
& 5. & Bardellon. *conſ.* 156. *num.* 6. *lib.* 2. &
34 quod reddit inhabilem ad commēdas, quas
ſolēt habere Equites Hieroſolymitani, San-
cti Stephani, & ſimiles iuxta Caball. *caſ.*
172. *per tot.*

Sed an poſſit per Principem tolli? Farin.
*quæſt.* 6. *num.* 45. remittit ſe ad Oddum *de
reſtil. in integr. quæſt.* 97. *artic.* 2. *numer.* 9. Af-
flict. *tit. quæ ſit prima cauſa benefic. ammitt. gloſ.*
3. *num.* 98. Aymon. *conſ.* 28. *num.* 1. *& ſeq.*
35 & videtur cum eiſdem concludere, quod
poteſt tolli non ſolum infamia Iuris, ſed
etiam infamia facti. At vigore Bannimen-
torum eſſet contrarium dicendum propter
verba ibi appoſita; *di perpetua infamia*. Ve-
rum non poteſt huiuſmodi diſpoſitio ligare
manus Supremi Principis, imò nec D. Car-
dalis Legati, qui eadem Bannimenta pro-
mulgauit, vt in ſimilibus terminis ait Creſpi
36 *obſeru.* 5. *num.* 63. vlterius verbum *perpetuò*,
quod diuerſimodè accipitur, vt explicar Al-
ber. *diction. verb. perpetuum*, Bald. *conſ.* 372.
*vol.* 4. diſpoſitionem non ampliat, vt ex
Soccin. & Marcabr. inquit Giurb. *conſil.* 12.
*nu.* 31. Certum tamen eſt illud Plauti rela-
tum ab Azeuedo *recopilat. lib.* 8. *tit.* 3. *leg.* 3.
37 *num.* 38. quod hominum immortalis eſt in-
famia, quæ etiam tunc viuit, cum credas
eſſe mortuam, & ex gratia, & reſtitutione
Principis non deletur, vt benè expreſſit
Claudius Cæſar, qui cum cuiuſdam notam
deprecantibus familiaribus ademiſſet, *litura
tamen*, inquit, *extat*, ſentiens, vt aduertit
Azeued. *loco citato*, etiam remiſſa culpa ma-
nere prioris infamiæ veſtigium. Principes
enim licèt poſſint facere, quod infamia fa-
cti, & iuris non habeat effectum, non poſ-
ſunt tamen tollere infamiam facti, quæ ex
communi hominum opinione prouenit,
nam non poſſunt Principes facere, quod im-
preſſiones hominum mutentur, vt proſe-
quitur Azeued. *loc. cit. num.* 47. & 48. ideò
hanc infamiam remouere omninò eſſe ſo-
lius Dei, vult Text. & Gloſ. *in cap. ex tuarum
de purgat. Canonic.* & Fagnanus *cap. veſtra
num.* 34. *de cohabitat. Cleric. & mulier.* & idem
*inquit* Farinac. *quaſt.* 6. *num.* 45. *verſic. & in
propoſito*.

Quæro ſecundò, an per dd. verba, *perpetua
infamia*, poſſit Iudex arbitrare, & in ſenten-
tia decretare, quod effigies eius, qui pacem
fregit depingatur euerſo capite in loco ali-
quo Ciuitatis? Videtur dicendum, quod
non, quia pictura cum elogio nominis, co-
gnominis, & qualitatis delicti non ſolùm
afficit delinquentem, ſed omnes de illius fa-
milia, vt dicunt Bertazol. & Farin. *locis re-
latis in principio huius Capituli*, & ideò Ban-
nimenta loquentia ſolùm de infamia delin-
quentis, non poſſunt trahi, & extendi ad
infamiam conſanguineorum eiuſdem de-
38 linquētis, vt de ſe patet. Addo, quod pictu-
ra eſt aliquid plus, quàm infamia, quia po-
nitur ad vituperium infamis, vt aduertit Iaſ.
*loco ſupra cit.* & per conſequens Bannimen-
ta,

ta, quæ loquuntur de caſu ſimplici, non
compræhendunt caſum mixtum. *vulgatis
Iuribus*. Si tamen caſus eſſet enormis, &
exemplaris, poſſet Iudex non vigore Banni-
mentorum, ſed ex authoritate Bart. Iaſ. &
aliorum ſupra relatorum deuenire ad de-
cretandum picturam.

Quæro tertio, an ad irrogendam infa-
39 miam requiratur ſententia Iudicis? vide-
tur reſpondendum affirmatiuè, & quod
Iudex in ſententia debeat vti eiſdem verbis
infamatorijs in lege, ſeù ſtatuto contentis,
vt ex Auendan. *de mandat. Regio cap.* 18. *lib.
primo, num.* 5. inquit Azeuedo *recopil. lib.* 8.
*tit.* 3. *leg.* 3. *num.* 47. ſed tu diſtinguendo inter
40 infamiam Iuris, & infamiam facti, dicas
quod infamia iuris proueniens ex expreſſa
diſpoſitione legis volentis delinquentem
notari ipſo facto, non requirit ſententiam,
quia ipſum factum infamat, vt per *l. atheras
ff. de his, qui notant. infam.* inquit Azeued.
*ibid. num.* 52. & exemplificat in eo, qui ab
exercitu ignominiæ cauſa miſſus eſt: & in
eo, qui artis ludicræ cauſa in ſcenam pro-
dit: & in alijs expreſſis *in d. l.* 1. *ff. de his, qui
not. infam.* ſecus ſi prouenit ex tacita mente
legislatoris, ſeù prouenit ex infamia facti;
quia iſtis duobus caſibus neceſſaria eſſet
ſententia, vt ait Gloſſa *in l. liberorum, §. nota-
tur verb. non iuris ff. de infam.* Aflic. *conſtit.
Regni lib.* 2. *tit. de notificandis bannitis cap. cor-
di nobis eſt num.* 10. Farin. *quæſt.* 56. *num.* 5.
vbi multos allegat concordantes.

Quæro quarto an officia, & beneficia,
præſertim eccleſiaſtica poſſint alijs confer-
41 ri non expectata ſententia contra infames?
tangit hanc quæſtionem Fagnanus *cap. qua-
liter, & quando il ſecundo de accuſat. n.* 90. *ſeqq.*
& concludit, quod ſi Iudex pronunciat
tantummodò ſuper delicto, puta Prælа-
tum commiſiſſe homicidium, non poteſt
alius in eius locum eligi a Canonicis: ſi ve-
rò pronunciat ſuper pœnam, puta quia
priuat, vel ſuſpendit, & tunc benè alius eli-
gitur, quando pœna, ſuper qua eſt pronun-
ciatum, irrogat infamiam, veluti quando
Prælatus ſuſpenditur perpetuò propter fur-
tum, vel aliud publicum crimen: & idem
dicit ſi ſola pœna ſinè ſententia ſuper cri-
mine infligitur, ex qua irrogatur infamia,
euidentior enim eſt infamia, quæ ex pœna,
quam quæ ex ſententia prouenit, Innocen.
& Io. Andr. *in cap. qualiter, & quando il ſe-
condo de accuſat. n.* 21. & ipſe Fagnan. *in cap.
vergentis, num.* 20. *& ſeqq. de hæretic.* hoc ex-
tendit ad filios hæreticorum, qui eo ipſo,
quod patres pro hęreticis ſunt condemnati,
de facto priuantur beneficijs, & etiam pen-
ſionibus, & hanc opinionem tanquam ve-
riorem firmat ex *deciſ. Rotę in Conchen. Pen-
ſionis* 6. *Martij* 1598. *coram Peregrin.* quam re-
fert Farin. *deciſ.* 123. *poſt* 2. *lib. conſil.* reije-
ctis alijs duabus *deciſ.* 87. *&* 90. penes eumdē
Farin. *d. lib.*

Ego in hac materia puto eſſe attenden-
dam qualitatem delicti, qualitatem pœnæ,
& qualitatem euentus, quando in ſenten-
tia nihil fuit dictum de priuatione benefi-
42 cij: quamuis enim regula ſit, quod nemo
debet priuari, ſeù cenſeri priuatus benefi-
cio, niſi in ſententia exprimatur, vt poſt
Innocent. Anan. & Rotam dicit Diaz. *pract.
crim. can. cap.* 133. *num.* 3. Rebuff *pract. bene-
ficial. lib.* 3. *tit. de modo ammitten. benef. num.* 64.
Farin. *in fragm. verbo Clericus, nu.* 80. & Ca-
ball. *crim. reſol.* 25. *num.* 2. Nihilominus
quando vna ex dictis qualitatibus ineſt, de-
bet cenſeri priuatus, vel debet priuari per
43 nouam ſententiam. Qualitas enim deli-
cti, quod inducit priuationem ipſo facto,
efficit vt ſequuto delicto quis intelligatur
priuatus autoritate iuris, vt explicant Diaz.
Caball. & Farin. *loc. citatis*: qualitas verò
44 pœnæ hoc non operatur ex ſe, ſed benè
mediante alia noua ſententia, vt inquit
Caball. *d. caſ.* 25. *num.* 8. & antè eum Bald.
*in l. quid ergò, § pœna grauior. num.* 30. *ff. de his,
qui not. infam.* Siquidem, qui effectus eſt
infamis propter pœnam, puta, quia fuit fu-
ſtigatus, non debet, nec poteſt amplius
exercere, & ideò debet citari, & reprodu-
cta ſententia debet priuari beneficio, ſe-
cundum Innoc. *in cap. qualiter, & quandò,
num.* 10. *de accuſat.* Qualitas tandem euen-
tus, puta, quod quis ſit condemnatus ad
carceres, vel triremes perpetuas, & per
conſequens ſit effectus impotens ad ſeruiē-
dum, & exercendum officium non priuat
per ſe beneficio, ſed benè efficit, vt me-
diante noua ſententia debeat priuari, vt ex
Lopez. ad Diaz. Rebuff. Clar. Zerula in-
quiunt Caball. *d. caſ.* 25. *num.* 6. *&* 7. Farinac.
*verbo Clericus num.* 80. *& Rota poſt lib.* 2. *conſ.*
Farinac. *deciſ.* 134. *num.* 2. *&* 3.

Comprobantur ea, quæ diximus ex
*d. deciſ.* Rotæ penes Farinac. *deciſ.* 134. *n.* 2.
& penes Puteum *deciſ.* 30. *lib.* 1. nam cum
fuiſſet impetratum beneficium tamquam
vacans ob condemnationē beneficiati ad
triremes, fuit reſolutum, impetrationem
fuiſſe nullam tanquam reſtrictam ad vaca-
tionem, quæ non extabat, & tamen con-
demnatio Beneficiati ad triremes fuit facta
ob latrocinium, & alia crimina infamiam
irrogantia, *vt in dicta deciſ.* 134. habetur,
etenim noua ſententia eſt neceſſaria, quia
ipſo iure non inducitur vacatio beneficio-
rum. niſi in certis caſibus in iure expreſsis
Innoc. *in cap. cum noſtris num.* 1. *de conceſs. præ-
bend.* Fęlyn. *in cap.* 2. *num.* 4. *de reſcript.* & Ro-
ta *d. deciſ.* 134. *num.* 2. etiam ſi crimen irro-
get infamiam Abb. & Fęlyn. *in cap. quare-
lam num.* 3. *de Iureiur.* cum alijs adductis per
Rota *in eadem allegata deciſione* 134.

Aduertendum hic quod pœna triremiū
45 non eſt infamatoria, & ignominioſa, vt
firmant Ricc. *deciſ. Archiep. Neap.* 119. *per tot.
par.* 1. & Borell. *conſ.* 52. non ſolum quia

non

non reperitur iure cautum, quod condemnatus ad triremes contrahat infamiam, ſed etiam quia pœna deportationis, ſeù banni, in cuius locum ſucceſſit pœna remigationis, non irrogat infamiam, vt ratiocinatur Riccius *ibidem*.

46 Aduertendum etiam, quod Beneficiatus condemnatus ad triremes perpetuas vel ad carceres perpetuos, ſi fuit ordinatus ad titulum patrimonij, & non habeat vnde viuat, non poteſt beneficio priuari, vt oſtendit Riccius *deciſ.* 185. *per totam part.* 1. vbi idem eſſe aſſerit in Clerico concubinario extrema paupertate laborante.

## Se l'offeſa fuſſe nella perſona.

47 De differentia inter offenſionem in perſonam, & offenſionem perſonæ, ſeù perſonalem, tractat poſt Bald. Bart. Hercul. Moron. Vulpell. Bertazol. Cæphal. Laderch. Peguer. Honded. Farin. *quæſt.* 107. *nu.*147. *&* 150. offenſio enim in perſonam dicitur, quandò corpus principaliter tangitur, ac læditur, & propriè fit, quandò corpus ex percuſſione patitur dolorem, liuorem, tumorem, aut ſanguinis effuſionem, vt ait Hercul. *de caut. cap.* 35. *num.* 1. Moron. *de pace quæſt.*173. *num.*3. *&* 7. Bertazol. *conſ.*247.*num.*27. & his, ac alijs relatis Farinac. *d.quæſt.*107.*num.*147. offenſio verò perſonæ, ſeu perſonalis eſt quando corpus non tangitur, nec læditur, & offenſionem corpus non ſentit, vt explicat Farinac. *loc. citato*; hanc eandem diſtinctionem facit Monterent. *ad Statut.crim.Bonon.lib.*5.*rub.*45.
48 *verbo vulnerauerit*, qui infert indè, quod inſultus non dicitur offenſio in perſonam, & nec minatio, & nec verba iniurioſa, & citat Gulielm. de Cun. *in l. ſi qua per calumniam C.de Epiſc. & Cleric.* & Bald. *conſ.* 430. *vol.* 6. ſequitur Caball. *crim. reſol.* 152. *per tot.* vbi firmat offenſionem non poſſe dici
49 in perſonam, niſi ipſum corpus tangatur, vel niſi ſaltem tangatur inſeparabilia à corpore, vt ſunt pili, capilli, vngues, & ſimilia, ſecus ſi tangantur res corpori cohærentes, vt ſunt veſtimenta, & ipſum ſic dicentem refert, & ſequitur Farinac. *in addit. ad quæſt.* 107. *num.* 179. an autem detentio in
50 priuato carcere dicatur offenſio in perſonam, tractat remiſſiuè Monterent. *loc. proximè citato*.

## Con ferita ſarà in oltre punito con la pena dell'vltimo ſupplicio.

Explicatur ex his verbis qualitas offenſionis requiſita à bannimento, vt ſcilicèt interueniat indè vulnus, vel ſaltem percuſſio, quæ tangat, & lædat corpus, vt in terminis ſtatuti huius Ciuitatis aduertit Monteren.*loc.cit. in fine d.verbo vulnerauerit.*

Qualia autē debeant eſſe vulnera ad hoc vt habeant locum Bannimenta, non declaratur, ideò videtur dicendum, quòd debent eſſe vulnera magna, & læthalia, non autem
51 vulnera patua, ſeu vulnuſcula, quæ vulnera non dicuntur, nec ipſorum appellatione veniunt, vt inquit Danza *de pugna Doctorum tom.* 2. *tit. de homicid. cap.* 6. *num.* 21. *& ſeqq.* Thor. *vot.* 50. *num.* 18. *& vot.* 99. *numer.* 54. Muſcatell. Taſſon. Campagn. Gabriel. & Catalan. *locis relatis* per Danzam *in add.* ad Gram. *deciſ.* 44. *num.*19. *& ſeqq.* quibus addendi ſunt Bald. *in cap. cum adeò in* 3. *col. de reſcript.* Iaſ. *in l.ſciendum in* 4.*col. ff. qui ſatiſd. cogan.* Barbat. *conſil.* 74. Pariſ. *conſ.*165. Bertachin. *repert. verbo vulnus*, & Marſil. *conſil. crimin.*80.*num.* 15. *&* 22. *& conſil.* 103.*nu.*16.
52 & alij, quos retuli *cap.* 7. §.14. *numero* 39.& Marſil. *ibidem* ait, paruum vulnus non haberi in conſideratione, & Statutum puniens vulnerantem non comprehendere facientem vulnuſculum, ſeu paruam cutis ſciſſuram, & *dicto num.* 22. ſubdit ex Bald.& Iaſon. *vbi ſupra*, quod vulnuſculum nullum habet in ſe delictum. Sed intelligas hoc
53 eſſe verum, quando dictum vulnuſculum non eget medela, quia aliàs veniret appellatione vulneris ſecundùm Bart. *in l. Prætor ff. d. de minor.* Cæpoll. *conſ.*40.*num.* 4. & Danza ad Gram. *deciſ.* 44. *num.* 22. & intelligas pariter hoc eſſe verum in pœna conuentionali, quia tunc leuis percuſſio, & leue vulnus non eſt in conſideratione. Hercul. *de cautione cap.* 27. *num.*18. & Angel. *in l. ſi cum exceptione* §. *ſatis ff. quod met. cauſ.* & Marſil. *ſing.*337. ſecus in pœna ſtatutaria, prout nos ſumus, vt aduertit Monterent. *loc. cit. verbo vel aliter percuſſerit*. Verùm hæc diſtinctio Monterentij non poteſt noſtris Bannimentis adaptari, quia expreſsè in his requiruntur duo copulatiuè, *primum*, quod offenſio ſit in perſona; *ſecundum*, quod dicta offenſa præſeferat vulnus, & ſic cū hęc duo contradiſtinguantur, neceſſe eſt, quod ſecundùm cōtineat aliquid plus primo; nam ſi requiritur, quod primum ſit nociuum perſonæ. quod ita demum fit, ſi corpus tangatur, vt per Text. *in l.* 1. §. *hæc autem verba ff. de bis, qui deiecerūt* explicat Bart. *in l. licitatio* §.*quod illicitè num.* 5. *verſ. nec obſtat ff. de public. & vectigal.* ſecundum debet non ſolum eſſe nociuum perſonę, & corpus tangere, ſed
54 debet notabiliter etiam illud ſcindere, quia vulnus dicitur, quando fit ſciſſura, & ſeparatio in corpore Bart. *in l.ſi ſeruus* §.*tertio n.*3. *ff. ad l. Aquil. & in l. Prætor edixit* §. *rem atrocem num.* 1. *ff. de iniur.* & Mangrell. *in add.* ad Bart. *in d.* §. *rem atrocem verbo vulnus in princ.* imò Afflict. *in conſtit. ſi quis aliquem num.*3. &
55 eo relato Mangrell. *vbi proximè* aiūnt, oportere, quod ferro aperiatur corpus ad hoc, vt quis dicatur vulneraſſe.

## Se l'offeſa ſarà fuori della perſona.

Offenſio extra perſonam eſt, quano fit
56 perſonæ, ſeù perſonaliter, ita tamen, quod

corpus non tangatur, nec eam corpus ſen-
tiat, vt ex Bald. *in rub. ff. ſol. matr. col. 1. &
in l. ſi qua per calumniam num. 1. C. de Epiſc. &
Cler.* Dec. *conſ. 406. num. 4. lib. 2.* Herculan.
*de caut. cap. 24. num. 4. & cap. 25. num. 6.* Vul-
pell. *conſ. 82. num. 6.* Cæphal. *conſ. 190. n. 10.
lib. 2.* inquit Farinac. *dicta queſtione 107. nu-*
57 *mer.* 150. qui exempla plura huiuſmodi re-
fert *loc. cit. num. 158. & ſeqq.* & adeò benè,
& diffusè loquitur, vt nihil prorſus addi
poſsit.

Vnum non deſeram, nempè quod pax
non rumpitur ex ſolo inſultu, & inuaſione
contra aliquem, dummodò inſultans non
58 fecerit ex parte ſua, quicquid potuit ad da-
mnificandum eum, cum quo eſt facta pax,
quia tunc eſſet rupta, vt ait Cancer. *var. re-
ſol. par. 2. cap. 11. num. 54.* qui poſt Vinc. de
Franch. quē allegat ponit exemplum in eo,
59 qui aduerſus ſuum aduerſarium, cum quo
pacem habebat, archibuſium exonerauit, &
non offendit, & dicit pacem fregiſſe eo,
quod ex parte ſua omne, quod potuit, fecit,
vt damnificaretur aduerſarius in perſonam,
& citat Honded. *conſ. 103. num. 8. vol. primo,*
Peguer. *deciſ. crimin.* 21. ſed quod ſufficiat,
60 quod emiſſo cane ſuper rota archibuſij, il-
lum in aduerſarium inclinauerit, probat
Farinac. *conſ. 36. & ſeq.* & iſta opinio eſt ve-
rior in terminis noſtrorum Bannimentorū,
quæ conſiderant ſolùm actum illum iniu-
rioſum, & offenſibilem.

---

# Cap. Octaui §. II.

Le quali pene haueranno luogo,
ſe bene la perſona offeſa non ſi fuſ-
ſe trouata preſente alla pace, ò tre-
gua, e non l'haueſse ancora nè ſa-
puta, nè ratiſicata.

*SVMMARIVM.*

1 *Pax nondum ratificata, acceptata tamen ab aliquo nomine abſentis, dicitur rupta ſi fiat offenſio.*
2 *Contrarium.*
3 *Concilia.*
4 *Paci interueniens non debet offendere abſentem, antequam ſit certus, quod abſens non vult ratificare.*
5 *Si verò abſens offendit vnum ex illis, qui ſtipulationi pacis interſuerunt, non rumpit pacem, ſed qui promiſit de rato, tenetur ad pœnam conuentam.*
6 *Et non habet releuationem.*
7 *Et ita practicatum.*
8 *Etiam ſi abſens offendat, habita ſcientia pacis, & dictæ promiſſionis de rato.*

## Non ſi foſse trouata preſente alla pace.

CIrca hunc articulum ſcripſit Ant. Coc-
capan. *conſ. crim. diuerſ. 93. lib. 2. in fol.*
& concludit, quod ſi facta fuerit pax aliquo
ſe interponente nomine abſentis, & Nota-
1 rio ſtipulante pro dicto abſente dicitur ru-
pta, ſi iſte abſens non ſequuta adhuc ratifi-
catione, fuit vulneratus: at Monterent. *ad
Stat. crim. Bonon. lib. 5. rub. 45. verbo homici-*
2 *dium* dicit, quod eſt valdè dubia deciſio ex
adductis *in conſ. crim. diuerſ. 94. & 95. eodem
libro 2. in fol. & in verbo ſi ratum in eadem gloſa*
ait, quod ante ratificationem poſſunt of-
fendi, & offendere abſque incurſu pœnæ
pacis ruptæ, & citat Bart. *in l. ſi vxor. §. pen.
ff. de adult.* Bald. *in l. fin. col. 1. C. ad Macedon.*
Paul. de Caſtro *in l. bonorum ff. rem ratam,*
Dec. *conſ. 226. col. 2.* & alios *ibidem viden.*
Farin. latiſſimè tractat materiam *quæſt. 107.
à num. 272. vſque ad num. 316.* & videtur *nu-*
3 *mer.* 281. conciliare has opiniones dicendo,
quod prima procedit, quando principalis
paciſcens, qui paci interuenit, offendit ab-
ſentem compræhenſum in pace. Secunda
verò, quando abſens compræhenſus in pa-
ce offendit alium abſentem in eadem pace
compræhenſum, & hanc diſtinctionem vi-
dentur approbare noſtra Bannimenta, quia
*in præſenti* §. cenſetur repetita qualitas *in §.
antecedenti* poſita, ibi: *Se alcuno offenderà
quello, con chi hauerà fatta la pace,* & ſic re-
quirunt, quod offendens ſit principalis pa-
ciſcens, qui paci interuenit, etenim is nòn
4 debet offendere antequam ſit certus per ex-
preſſam, vel tacitam negatiuam, quod com-
præhenſus in pace renuit ratificare; ceſſante
enim recuſatione, & durante poteſtate rati-
candi compræhenſus in pace dicitur eſſe in
ſtatu implicito pacis, & non debet offendi,
vt inquiunt Paul. de Caſtro *in d. l. bonorum
num. 5. & 6. ff. rem ratam* Petr. Bellin. *de re
milit. par. 10. tit. 2. num. 45.* Bertazol. *conſil.
crimin. 149. num. 6. lib. 1.* & his relatis Fari-
nac. *dicta quæſtione 107. num. 282.* quem ſe-
quitur Conciol. *crim. reſol. 10. num. 5. in fine
verbo Pax.*

Vnde ſi compræhenſus in pace, qui non
ratificauit, offendit alium in eadem pace
compræhenſum, antequam ratificet, non
incidit in diſpoſitionem bannimentalem,
quia de illo Bannimenta non loquuntur:
ſed caſus remanet in diſpoſitione Iuris Cō-
5 munis, de quo Iure talis offendens eſt exem-
ptus à ruptura pacis, ſed principalis paci-
ſcens, qui promiſit de rato, & quod abſens
ratificabit, & pacem obſeruabit, & non
contraueniet, debet teneri ad pœnam con-
uentam, vt ex Gozzadin. *conſ. 31. num. 16.
17. & 74.* & Riminald. *conſ. 103. num. 1. 2. 8.
& 10. & ſeqq. lib. 1.* Corn. *conſ. 40. num. 12.
lib. 2.* Soccin. *conſ. 87. num. 23. lib. 3.* & alijs

firmar

firmat Farin. *d. quaſt.* 107. *num.* 295. *& ſeqq.* ſequuntur Guazz. *de pace quaſt.* 82. *in princip. parte prima*, & Conciol. *d. reſol.* 10. *num.* 7.
6 *&* 8. & non poteſt prætendere releuationem quia is, qui ante ratificationem offendit, non debet, & nec poteſt teneri ad aliquid Fiſco, & nec parti offenſæ, & nec mi-
7 nùs illi, qui promiſit pro eo, vt contra Mutium Miglianum de Aſculo, qui prætendebat releuari à Bruto Odoardo occiſore Equitis Mucciarelli, cui pro dicto Bruto Mutius cauerat de non offendendo, obtinuiſſe reſtatur Farinac, *d. quaſt.* 107. *nu.* 293.
8 *& conſ.* 144. *per tot.* qui ait hoc procedere etiam, quando offendens fuſſet conſcius de pace facta cum dicta promiſſione de rato; & quod plus eſt, etiam ſi fuiſſet præſens ſtipulationi, & non contradixiſſet, quia non ex hoc poſſet dici ratificaſſe, ſeu conſenſiſſe, & citat Bald. Roman. Alex. *loc. relatis* per ipſum Farinac, *d. quaſt.* 107. *n.* 293, & ſequuntur Guazzin. *de pace quaſt.* 84. *numer.* 8. *parte prima*, & Conciol. *crim. reſol.* 7. *num.* 5. *&* 6. *verbo pax*.

---

# Cap. Octaui §. III.

Auuertendo, che circa l'allegatione di nuoua cauſa s'attenderanno le Bolle, che ſopra di ciò diſpongono.

*SVMMARIVM.*

1 *Allegatio noua cauſa in offenſa facta poſt pacem, vel cautionem de non offendendo reyicitur ex Bullis Pontificijs.*
2 *Fallit, quando reſultat ex proceſſu informatiuo. & num.* 36.
3 *Et fallit etiam, quando noua cauſa dependet à neceſſaria defenſione.*
4 *Dummodo offenſio facta fuerit in continenti, & in ipſo actu defenſionis.*
5 *Ad incurrendam pœnam fractæ pacis requiritur factum, non ſolùm prouocans ad iram, ſed etiam illicitum, & punibile; ad excuſandum tamen à dicta pœna ſufficit factum prouocans ad iram.*
6 *Cauſa affectata non excuſat à fractura pacis, & cautionis.*
7 *Prout nec excuſat leuis ſuſpicio.*
8 *Datur exemplum.*
9 *Diſtingue circa leuem ſuſpicionem.*
10 *Allegatio nouæ cauſæ, quando eſt legitima, & iuſta non videtur prohibita.*
11 *Sed dic, vt dicit Farinac. allegatus hìc.*
12 *Noua cauſa offendendi datur ex arreſto procurato contra eum, qui acceſſit cum ſaluo conductu ad carceres ad faciendam pacem,*
13 *Carceratio etiam iuſta facit inditium inimicitiæ.*
14 *Maximè facta ad effectum vt puniatur.*
15 *Procurans vt arreſtetur is, qui habet ſaluum conductum, afficit iniuria arreſtatum, & etiam Iudicem, qui conceſſit ſaluumconductum.*
16 *Cauſa quælibet etiam leuis, & iniuſta excuſat à pœna fractæ pacis.*
17 *Vide rationem. & num.* 38.
18 *Controuertitur hæc concluſio.*
19 *Sufficit tamen prouocatio, licèt non proueniat ex facto illicito, & punibili, & num.* 37.
20 *Inciuiliter interpellatus in corona proborum Virorum pro damno dato ab Aſino excuſatur à pœna pacis fractæ, ſi interpellantem offendit.*
21 *Excuſatur à fractura pacis is, qui offendit percutientem bouem damnum dantem:*
22 *Excuſatur à fractura pacis is, qui offendit eum, qui ex liuore vindictæ accuſationem inſtituit, & probauit.*
23 *Offendens eum, qui acceſſit ad ferrendum teſtimonium, non excuſatur à fractura pacis.*
24 *Et nec offendens eum, qui liuore vindictæ accuſationem inſtituit.*
25 *Sed Farinac. cuius eſt præcedens dictum, loquitur contra Doctorum Claſſicorum placita, & nihil allegat.*
26 *Et procedit eius opinio, quando ſuper nouo, & occulto delicto quis accuſat, aut ſe examini ſubijcit. & num.* 43. *&* 44.
27 *Pax rumpitur per offenſam ſequutam inter abſentes comprehenſas in pace, quia paciſcentes promittunt pro abſentibus. & num.* 46.
28 *Pacem rumpenti impunè pax rumpitur,*
29 *Et ſecundus offendens ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo offendat, non tenetur pœna fractæ pacis:*
30 *Etſi is, qui offenditur non ſit is, qui primo offendit.*
31 *Vide rationem.*
*Contrarium quando ſecundus offendens offendit ex interuallo. num.* 47.
*Stringit tamen ratio allata pro prima opinione. num.* 48.
*Concorda vt num.* 49.
32 *Conditiones, quæ non repugnant naturæ pacis poſſunt apponi in inſtrumento.*
33 *Pacta pacis non ſeruantes non poſſunt ſe in pacis inſtrumento fundare:*
34 *Nam ipſi primò contraueniunt.*
35 *Prohibitus allegare nouam cauſam non prohibetur dicere, quod ipſe pacem non fregit.*
39 *Verba* quocumque modo, qualitercumq; directè, vel indirectè *in inſtrumento pacis quid importent.*
40 *Pax inita pro leuibus, ob leuem offenſionem rumpitur.*
41 *Leuis offenſio rumpit pacem, ſi dolosè, & malo animo ſit facta.*
42 *Inſtigatio facta Curiæ ſuper delicto iam ad Curiam delato, dicitur prouenire ex odio, & ad vindictam.*
45 *Pax per primam offenſionem remanet extincta.*
50 *Offenſio dicitur facta incontinenti, ſi facta ſit, quando fuit data occaſio opportuna.*
51 *Pax, ſeu conſenſus conditionalis non debet admitti à Iudice.*

52 *Secùs eſt in Principe:*
53 *Quia iſto caſu pactum ſi non valet vt pactum, valet vt lex.*
54 *Admiſſus tamen per Iudicem debet attendi.*
55 *Contrarium.*
56 *Concorda.*
57 *Pœna corporalis non poteſt per priuatos in pactum, ſeu ſtipulationem deduci.*
58 *Pactum conditionale, de non accedendo ad certum locum, vita durante non tenet.*
59 *Secus ſi ad tempus.*
60 *Quia exilium ad tempus non eſt pœna corporalis.*
61 *Pax, & remiſſia conditionalis poteſt ad inſtantiam eius, ad cuius fauorem eſt facta, admitti reiecta conditione.*
62 *Conditio annullat actum, non ſic modus.*
63 *Modùs enim tribuit ius compellendi ad obſeruantiam pacti præciſè.*
64 *Pactum, quod excommunicatus abſoluatur ea conditione, vt ſi reſiduum non ſoluat ad tale tempus, reincidat in eam non valet.*
65 *Gizzarelli deciſio examinatur.*
66 *Crimen, & effectus criminis extinguitur per gratiam Principis, vel abolitionem à Iudice factam.*
67 *Pax, ſeu remiſſio facta ab offenſo tollit ius accuſandi, ſeu accuſationem proſequendi.*
68 *Salernitani diſtinctio reijcitur.*
69 *Pactum conditionale admiſſum à Principe valet, & ex inobſeruantia retardatur expeditio gratiæ.*
70 *Idem ſi admittitur à Iudice de mandato Principis.*
71 *Idem ſi admittur à Iudice per interpoſitionem decreti.*
72 *Contrarium.*
73 *Concorda.*
74 *Actus liberationis non poteſt ſtare in ſuſpenſo.*
75 *Iudicis decretum validitat conditionem appoſitam in remiſſione, ſi non ſit improbata à lege, & nec ſit ſupra, ſeu vltra facultatem ipſius Iudicis.*
76 *Iudex non debet admittere remiſſionem conditionalem, ſi continet reuiuiſcentiam actionis.*
77 *Nec quando continet pœnam corporalem, vel impeditiuam libertatis.*
78 *Sed quatenus admittat cum decreto pactum, valet tamquam præceptum.*
79 *Debet tamen admittere, quando conditio continet pœnam pecuniariam.*
80 *Ob rationem poſitam hìc.*
81 *Ex pacto nuda non oritur actio.*
82 *Pactum conditionale appoſitum in executiuis non attenditur ad retardandam expeditionem gratiæ.*
83 *Ob rationem poſitam hìc.*
84 *Secus ſi ſit appoſitum in diſpoſitiuis ante remiſſionem.*
85 *Paces, & remiſſiones conditionales non debent quicquid ſit de Iure, admitti ob rationem allatam hìc.*
86 *Oratio incipiens à proteſtatione cum clauſula annullatiua,* non aliàs, &c. *importat negationem, & impugnationem actus.*
87 *Adiectio impoſſibilis, & contra naturam rei vitiat diſpoſitionem, ſi eſt facta in eadem oratione.*
87 *Contractus imperfectio tribus modis colligitur.*
89 *Modus quando habet tempus præfinitum per clauſulam annullatiuam,* non aliàs, *à pari præcedit eum conditione.*
90 *Text.* in l. ſi vnus §. pactus ff. de pactis *ponit caſum in conditione appoſita poſt diſpoſitionem perfectam.*
91 *Text.* in l. ſi donationis C. de donation. *ponit caſum in conditione appoſita poſt perfectam donationem.*
92 *Qualitas adiecta diſpoſitioni perfecta reijcitur fauore libertatis.*
93 *Libertas ſemel data eſt irreuocabilis, etiamſi expreſsè adimi in pœnam quis voluerit.*
94 *Text.* in l. quamuis C. ad Sen. Conſ. Turpill. *ponit caſum in conditione appoſita poſt diſpoſitionem perfectam.*
95 *Cautio de non offendendo poteſt ſtipulari ſine pœna, ad hoc, vt non cedat in beneficium Cameræ Apoſtolicæ.*
96 *Contrarium vigore Bullæ.*
97 *Offendens aſſecuratum ſub fide comprahenditur in Edicta contra rumpentes pacem.*
98 *Intellige vt hìc. & num.* 101.
99 *Fidei præſtatio habet vim iuramenti.*
100 *Aſſecuratus ſub Fide Regia non poteſt moleſtari.*
102 *Proditorium tribus modis committitur.*
*Recenſentur dicti tres modi. ibid,*
103 *Bart.* in l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pœn. *volens, quod in proditorio requiratur, quod occiſus non eſſet inimicus, reprobatur à Farinac. & pluribus Doctoribus.*
104 *Proditorium ad effectum puniendi, & ad effectum priuandi delinquentem Immunitate Eccleſiaſtica diuerſa modo conſideratur.*
105 *Proditorium eſt quando per inſidias induſtrioſas committitur, ſed largo modo, & impropriè tale crimen dicitur eſſe proditorium, & ideò de illo ad qualificandam pœnam non fit caſus in Tribunalibus, vt de proditorio per abortum.*
106 *Proditorium eſt homicidium, quod committitur ſub colore amicitiæ, & in actu, quo oſtenditur amicitia.*
107 *Tale etiam eſt quando occiditur is, cum quo nulla intercedebat inimicitia, quamuis in actu proditionis non interueniant actus amicabiles.*
108 *Imò tale dicitur homicidium commiſſum in eum, qui non habet cauſam præcauendi, licèt amicitia non ſimuletur.*
109 *Proditor verè eſt is, qui aliquem offendit cum diſſimulatione odij, & oſtentatione amicitiæ.*
110 *Proditor eſt is, qui abſque eo, quod oſtendat ſibi diſplicere riualitatem, occidit amicum, qui amat mulierem, quam ipſe amat. & numer.* 118.
111 *Proditorium eſt homicidium, quoties occiſo deficit cauſa, & occaſio præcauendi, ita vt occi-*

*occiſus nec potuerit, & nec debuerit præcauere, nec diuinare ſe abſque occaſione, & ſub ſpecie amicitiæ oſtenſa, ſeù ſaltem credita, & ſperata propter actus amicabiles fore trucidandum.*

112 *Reconciliatio tacita habetur per diſſimulationem, & Sacramentalem Confeſſionem.*

113 *Non cauſat proditorium.*
*Proditorium excluditur ex cauſa rancoris, & odij. ibidem.*

114 *Qui offendit debet apprehendere præcognitam inimicitiam.*

115 *Proditor non eſt maritus, qui vxorem adulteram occidit.*

116 *Vide rationem.*

117 *Diſſimulatio circa actum indifferentem, qui poteſt trahi, & non trahi ad iniuriam cauſat proditorium.*

119 *Diſſimulatio circa actum de ſui natura malum, & iniurioſum non cauſat proditorium, quia qui fecit talem actum poteſt, & debet cogitare, quod offenſus velit ſe veriſimiliter vindicare, & debet apprehendere præcognitam inimicitiam.*

120 *Reconciliatio præſumpta elicitur per ſalutationem, allocutionem, & huiuſmodi actus amicabiles.*

121 *Reconciliatio præſumpta non cauſat proditorium, quia ex actu ſalutationis, & colloquij non inducitur amicitia.*

122 *Salutationes ſunt ſigna communia.*

123 *Etſi fiunt ad correſpondendum vrbanitati concordiam, & remiſſionem non inducunt.*

124 *Et ad aſſecurandum debent ſigna eſſe ſpecialia, & neceſſariò concludentia.*

125 *Proditorium in dubio eſt excludendum.*

126 *Reconciliatio expreſſa fit mediante ſcriptura, aut verbo, aut ſimplici, & nuda promiſſione de non offendendo.*

127 *Proditorium ex reconciliatione expreſſa inducitur.*

128 *Præſertim ex fide data de non offendendo.*

129 *Contrarium tenet de Marinis, ſed reprobatur à Cortiada.*

130 *Proditorium non eſt delictum commiſſum ab amico de recenti reconciliato.*
*Secus ſi reconciliatio eſt antiqua. num 133.*
*Reijcitur hac diſtinctio. num. 134.*

131 *Amicus reconciliatus æquipollet inimico.*

132 *Reconciliatio de recenti dicitur per triduum.*

135 *Proditor eſt is, qui vocat aduerſarium ad pugnandum pro certa die, & loco, & deindè non expectata die, nec in loco conſtituto eumdem offendit.*

136 *Cenſetur enim dediſſe fidem de interim non offendendo.*

137 *Duelli denunciatio habet vim ſecuritatis fide publica conceſſa, vt non liceat alteri alterum inſequi niſi die, & loco conſtitutis.*

138 *Proditor eſt qui alterum offendit aliter quam ſit mos, & ſtylus armorum.*

139 *Et etiam is, qui de facie ad faciem occidit, ſi non expectat, vt aduerſarius euaginet.*

140 *Proditorium dicitur homicidium commiſſum à famulo, qui eum vrbanitate licentiatus à Domino, dicente, quod prouideat ſibi de alio Domino, & interim maneat domi, & ipſe permanſit, continuauit ſeruitium, & eumdem Dominum occidit.*

141 *Continuatio ſeruitij dat ſignum animi nullatenus indignati ex licentia à ſeruitio à Domino data.*

142 *Leuis rancor, qui communiter inter ſeruum, & Dominum ſolet accidere, non excuſat à proditione.*

143 *Coniunctio amicitiæ, & cognationis quo maior eſt, eo maior debet eſſe cauſa, quæ det anſam præcauendi.*

144 *Serui ſub pœna capitis tenentur Dominis præſtare cuſtodiam tàm à Domeſticis, quàm ab extraneis.*

145 *Serui occidentes Dominos ſuos ſemper incurrunt in crimen proditionis.*

146 *Inter ſeruum, & Dominum nulla eſt amicitia, quia ſerui æmulantur.*
*Et tamen occidens Dominum committit proditorium. ibidem.*

147 *De fractura pacis, ſeu cautionis conſtare debet per confeſſionem, aut per contumaciam non ſiccam, ſed adminiculatam, & vnitam legitimis indicijs.*

148 *Imò nec confeſſio ſufficit.*

149 *Intellige vt hìc. & num. 150.*

151 *Praxis procedendi contra fideiuſſores in caſu fractæ pacis, ſeù cautionis de non offendendo, & tres modi referuntur.*

152 *Cautionis de non offendendo fractura non eſt locus contra fideiuſſorem, niſi principalis delinquens condemnetur in pœnam ordinariam delicti.*

153 *Fideiuſſor citari debet ad dicendum cauſam, quare condemnari non debeat ad formam fideiuſſionis, & ſententiæ, quarum tenor trāſmittitur, & hoc poſtquam principalis condemnatus eſt in pœnam ordinariam.*

154 *Fideiuſſor in quolibet actu, qui fit contra principalem, debet citari pro ſuo intereſſe, ad effectum, vt vnica ſententia cum principali condamnetur.*

155 *Reprobatur iſte modus, niſi principalis ſit præſens, & in poſſe Curiæ.*
*Redditur ratio. ibidem.*

156 *Fideiuſſor poteſt condemnari, etiamſi non fiat proceſſus contra principalem, puta quia poſt delictum commiſſum fuit incontinenti interfectus.*

157 *Pœna conuentionalis ex contractu fractæ cautionis de non offendendo tranſit ad hæredes.*

158 *Etiamſi delinquens non ſit accuſatus dum viuebat.*

159 *Praxis ſeruanda in Statu Eccleſiaſtico tàm in cautione de non offendendo, quàm de ſeruando fines.*

160 *Sacra Conſulta decretum, quod facta per Iudicem declaratione, quod bannitus contra decretum ingreſſus ſit in Statum Eccleſiaſticum abſque alia citatione proceditur contra fideiuſſorem.*
*Recenſetur modus, & praxis ſeruanda in proce-*

*procedendo vigore dicti decreti, num. 166.*

161 *Exiliati captura in loco vetito requiritur ad hoc, vt procedi poſſit pro controuentione.*

162 *Cautela.*

163 *Contrarium indiſtinctè.*

164 *Conſtito de controuentione proceditur ad pœnam abſque declaratione.*

165 *Contrarium.*

167 *Sed de dicta controuentione debet conſtare aliter, quàm ex confeſſione Rei incidenter facta,*

168 *Ingreſſus in locum vetitum per tranſitum non facit teneri fideiuſſorem ad pœnam.*

169 *Princeps poteſt facere gratiam delinquenti abſque pace.*

170 *Intellige vt hic, & num. 173.*

171 *Contrarium indiſtinctè niſi referuetur exilium à loco commiſſi delicti. & num. 172.*

174 *Princeps, & etiam Iudex remittit delinquentem abſque pace, quando delinquens eſt debito pœna punitus.*

175 *Et etiam quando pœna in aliqua parte eſt executa, puta quod relegatus ad decennium per duos annos eam paſſus fuit.*

176 *Partes non poſſunt cogi ad faciendam pacem à Iudice.*

177 *Sed poſſunt cogi à Principe ex iuſta cauſa.*

178 *Non tamen præcisè per carcerationem, ſed per eiectionem à Dominio.*

179 *Princeps nec ob obſtinationem partis negantis pacem poteſt facere gratiam abſque pace, niſi ex iuſta cauſa, & ob vtilitatem Reipublica.*

180 *Iudex quando Reus eſt gratiatus cum reſeruatione exilij, poteſt exilium remittere, quando pars eſt obſtinata, & elapſi ſint multi anni, & delinquens vult ſatisfacere cum ſolutione damnorum, & intereſſe arbitrio Iudicis, & mediatorum.*

181 *Contrarium.*

182 *Princeps ſolus habet ius gratiandi.*

183 *Pacem habere per vim procurans incidit in pœnas contentas in Bulla Innocentij VIII.*

184 *Quæ cum eſſet localis fuit extenſa ad totum Statum Eccleſiaſticum.*

185 *Iudices tamen, qui compellunt partes ad faciendam pacem non incurrunt dictas pœnas, quia hoc faciunt ob vtilitatem, & bonum Ciuitatis.*

186 *Grauant tamen ſubditos.*

187 *Et nec incurrunt in pœnas dictæ Bullæ Parochi, & Patres Spirituales, ſi denegando adminiſtrationem Sacramentorum cogant partes ad faciendam pacem.*

## Circa l' allegatione di noua cauſa s'attenderanno le Bolle.

BVllæ Pontificiæ, ad quas ſe remittit hic D. Cardinalis, ſunt *Bulla* ſan mem. Pij Quarti 128. *in ordine* & Beati Pij Quinti *in ordine* 10. de quibus faciunt mentionem Farin. *quæſt.* 107. *num.* 149. Hercul. Móron. Vulpell. Nonn. & Baiard. *locis relatis* per Farin. *ibid.* & nouiſſimè Conciol. *crim. reſol.* 4. *num.* 15. *verbo pax* Vermigl. *conſil. crimin.* 223. *numero* 32. & Mar. Antonin. *var. lib.* 3. *reſol.* 31. *numer.* 13.

1 Prohibent dictæ Bullæ allegationem nouæ cauſæ in offenſa facta poſt pacem, vel cautionem datam de non offendendo, & inconcuſsè ſeruantur, exceptis duobus caſibus recenſitis à Farin. *d. quæſt.* 107. *num.* 507. & relatis etiam à Conciol. *d. reſol.* 4. *num.* 15.
2 Primus eſt, quando de noua cauſa reſultat ex proceſſu informatiuo: Secundus eſt, quā-
3 do quis vellet probare nouam cauſam dependentem à neceſſaria defenſione, & hoc idem vult Farinac. *conſ.* 121. *num.* 12. *lib.* 2. Guazzin. *de pace quæſt.* 46. *num.* 19. & Vermigliol. *conſ.* 223. *num.* 22. ſed in dicto ſecundo caſu tunc demum allegatur, & probatur
4 noua cauſa, ſi offenſio fuerit facta incontinenti, & in ipſo actu defenſionis: ſecus ſi ex interuallo fuerit facta, quia is qui offenſus ex interuallo ſe vindicat, non poteſt effugere pœnam fractæ pacis, vt ſeruari teſtatur Farinac. *d. quæſt.* 107. *num.* 513. ſubdens, quod prouocatus, & primo loco offenſus debet Iudicem adire, & non ex ſe vindictam ſumere, & offendentem reoffendere. Sed vide quæ dicam *infra* ſuper hac re.

Quando verò admittitur allegatio nouæ cauſæ, tunc quælibet cauſa ad iram prouo-
5 cans excuſat, quia licèt ad incurrendam pœnam fractæ pacis requiratur factum non ſolùm prouocans ad iram, ſed etiam illicitum, & punibile: tamen ad effectum excuſandi à pœna fractæ pacis propter offenſionem ex noua cauſa factam, ſatis eſt offenſionem oriri ex facto ad iram prouocante, vt poſt Thob. Nonn. Bertazzol. & alios vult Farinac. *quæſt.* 107. *numer.* 146. quem de verbo ad verbum refert, & ſequitur Vermigliol. *conſ. crim.* 276. *numero decimo*, & nouiſſimè Conciol. *crimin. reſolut.* 3. *numero quarto verbo pax*. Ceſſat tamen
6 hoc, quando cauſa eſt affectata, & procurata ab ipſo offendente ad dandam occaſionem rixæ, vt aduertunt Cancer. *var. reſol. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 34. Clar. *quæſt.* 47. *num.* 9. Caball. *crimin. reſol.* 101. Farin. *quæſt.* 107. *num.* 473. *& ſeqq.* Guazzin. *de pace quæſt.* 44. *num.* 10. & Conciol. *loc. citato*
7 *reſol.* 3. *n.* 9. Ceſſat etiam, quādo noua cauſa oritur ex leui ſuſpicione, nam ſi quis offendit ex leui ſuſpicione, ex actu poſitiuo offē-
8 ſionis non deducta, puta quia aduerſarius ferebat arma, non debet excuſari ſaltē à pœna conuentionali, vt dicit Farin. *d. quæſt.* 107. *num.* 487. *& conſ.* 36. *numer.* 11. nam à
9 pœna legali eum excuſandum eſſe, volunt Farinac. *loc. citato*, & Doctores per eum citati.

Quæro primo, An Bullæ prædictæ, & per conſequens hęc Bannimenta impediant allegare nouam cauſam, quando noua cauſa eſt iuſta, & legitima? & videtur reſpondendum,

10 dendum, quod non, quia friuola, & in-
11 iuſta debet eſſe reiecta, ſed pete reſolutio-
nem articuli penès Farinac. *d. quæſt.* 107. *nu-
mer.* 499. *& ſeqq.* Guazzin. *de pace quæſt.* 46.
*per tot. & de cautione pariter quæſt.* 46. *per tot.*
Mar. Antonin. *variar. reſol.* 31. *num.* 13. *&
ſeqq. lib.* 3.

Quæro ſecundò, An procurans arreſta-
ri in carceribus eum, quem ſciebat cum
ſaluo conductu Iudicis acceſſiſſe ad carceres
ad faciendum pacem cum germano fratre
eius, qui arreſtum procurat, videatur præ-
bere, & præbeat nouam, & iuſtam cauſam
12 offendendi? Puto reſpondendum affirma-
tiuè, quia ex huiuſmodi ſtratagemmate
oritur motiuum concitandi, & mouendi
bilem, etenim dicunt Doctores, quod car-
13 ceratio etiam iuſta facit inditium inimici-
tiæ, vt poſt Aufret. *de teſtibus num.* 56. *verſ.
idem ſi tenuit te in vinculis* Blanch. *de indit. ad
l. fin. ff. de quæſt. num.* 99. Maſcard. *de probat.
lib.* 2. *concl.* 898. *num.* 22. *&* 23. Menoch. *de
præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 42. *num.* 17. & De-
cian. *tract. crim. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 40. firmat
Farin. *quæſt.* 49. *num.* 28. maximè quandò
14 quis detinetur adhoc, vt offendatur, & pu-
niatur, ac in aliquo nocumentum recipiat,
vt benè explicat Decian. *d. cap.* 25. *num.* 40.
& eum ſequitur Farinac. *d. quæſt.* 49. *nu.* 28.
*circa finem*, ex ea ratione quia detentus affi-
citur iniuria Felin. *in cap. cum oporteat nu.* 13.
*de accuſat.* Marſil. *in l. prima* §. *præterea nu.*48.
*de quæſt.* & Decian. *loc. citat. num.*40. *in princ.*
qui allegat ad hoc Text. *in leg. cum filij Cod.
qui bon. ced. poſſ.*

Et propterea ſi detentus iuſtè in carceri-
bus afficitur Iniuria, & dicitur iniuriatus,
multò magis dicitur talis is, qui detinetur
iniuſtè, hoc eſt, non obſtante ſaluo Condu-
ctu, quem habebat ad effectum accedendi
ad locum, in quo debebat confici inſtru-
mentum Pacis; nam eſt certum, quod gra-
uior ſit iniuria, & non ſolùm ipſi Reo, ſed
15 & Iudici; ità vt iniurians, ſeù alitèr offen-
dens habentem ſaluum conductum debeat
puniri ſecundùm Menoch. *de arbitr. caſ* 336.
*&* 337. Io: Grand. *de Bello exulum prædicam.
quantitatis quæſt.* 2. *num.* 8. Iband. *de Bardaxi
ad Foros Aragon. tit. de offic. deputator. num.* 3.
*fol. mihi* 136.

Succedit igitur ad fauorem arreſtati Con-
cluſio, quod à pœna fractæ pacis excuſat
16 quælibet offendendi noua cauſa, etiam le-
uis, & iniuſtà, vt pluribus citatis Autoribus
dicit Farin. *quæſt.* 107. *nu.* 460. *& ſeq.* & no-
uiſſimè Conciol. *crim. reſol.* 3. *num. primo
verbo pax.* Et eſt ratio, quia nihil refert,
17 an cauſà noua ſit iuſta, quia ſolùm atten-
ditur, & attendi debet, an cauſa, & origo
aſſ. rupturæ fuerit vetuſta, vel noua, Bero
*conſ.* 198. *num. primo vol.* 3. Maſcard. *de pro-
bat. concl.* 1157. *num.* 13. & Cancer. *var. re-
ſol. cap.* 11. *num.* 8. *p.* 2.

Et licèt iſta opinio ſit controuerſa, eſt ta-
men compertum, quod cauſa, quæ proue-
18 nit ex facto aduerſarij prouocante offen-
dentem ad iracundiam, omninò ipſum ex-
cuſat, dummodò iracundia proueniat ex
19 cauſa iuſta, qualis eſt iſta, de qua tractatur
Farin. *loc. cit. num.* 464. *& ſeqq.* vbi ampliat
hoc procedere, quamuis tale factum non
ſit illicitum, & punibile, & allegat Socc.
Roman. Moron. Vulpell. Nonn. & Hon-
ded.

Hinc Vulpell. *reſp. crim.* 77. *per tot.* vult
20 excuſari eum, qui offendit aduerſarium,
cum quo habebat pacem ex eo quod in Co-
rona proborum Virorum inciuiliter pro
aſſ. damno dato ab Aſello fuit interpella-
tus, & ad iram prouocatus.

Alex. *conſ.* 19. *vol. primo*, excuſat eum,
21 qui percutientem eius bouem damnum
dantem grauiter percuſſit, & Lucas de Pen-
na *in l. vnica num.* 43. *& num.* 51. *C. vt publi-
ca letitia lib.* 12. quem refert, & ſequitur
Surd. *deciſ.* 79. *num.* 3. *&* 4. vult excuſari à
22 fractura pacis illum qui offendit aduerſa-
rium ex eo, quia liuore vindictæ accuſatio-
nem inſtituerat, & probauerat.

Non obſtat quod Farin. *quæſt.* 107. *n.* 253.
*&* 257. teneat, quod non ſit exemptus à
pœna fractæ pacis is, qui offendit aduerſa-
23 rium ex quo ſpontè accedit ad teſtifican-
dum contra eum, cum quo habebat pa-
24 cem, & nec is, qui liuore vindictæ accu-
ſauit, & accuſationem probauit, dicens
quod proptèr publicam vtilitatem, & ne
delicta remaneant impunita, vix crederet
contrariam opinionem in praxi recipien-
dam, & aſſerit hanc eius concluſionem,
pacẽ ſcilicèt non rumpi propter accuſatio-
nem, ſeù teſtificationem factam contra
eum, cum quo eſt facta pax, eſſe veriorem,
& ſaltem in practica magis receptam.

Quià vltrà quod ipſe loquitur contrà Do-
25 ctorum Claſſicorum placita, & nihil pror-
ſus pro ſe allegat, quando ſcimus, quod
quælibet cauſa etiam iniuſta ad iracundiam
prouocans excuſat à pœna fractæ pacis ex
ſupradictis.

Hic ſumus in diuerſo caſu, quia is, qui
26 procurat areſtum non inſtituit nouam ac-
cuſationem, & nec ſuper nouo delicto ſeſe
examini ſubicit, ſed procurat aduerſarium
carcerari, & puniri pro illomet delicto,
quod per pacem erat (ſaltem quoad ipſos)
ſopitum, iſto enim caſu abſque iniuria non
valet quis inſtigare vt benè aduertit ipſemet
Farinac. *quæſt.* 4. *num.* 31. ibi *licèt non à primo
accuſatore, cum quo tranſegit.*

Et ita cum eſſem in Vrbe Iudex Crimi-
nalis Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Do-
mini Cardinalis Vicarij fuit in eiuſdem Tri-
bunalis Congregatione criminali decreta-
tum ad fauorem Dominici Pagnottæ, qui
offenderat Carolum Philippum Nardel-
lum; ceterùm motus etiam fui ex aliis duo-
bus Capitibus ad excuſandum dictum

Domi-

Dominicum à pœna fractæ pacis.
Primò quia dd. de Nardellis pacem
fecerunt tam nomine proprio, quam no-
mine fratris abſentis, pro quo promiſerunt
de rato, & ſic promiſerunt, quod dictus
eorum frater pacem obſeruaret, & non con-
traueniret, & ideò cum controueniſſet, ru-
pit pacem, iuxta doctrina Gozzad. *conſ.* 31.
*num.* 16. & 17. vbi ait, quod pax, quoad pa-
ciſcentes dicitur rupta, & pœna debetur per
27 offenſam ſequutam inter abſentes com-
præhenſos in pace, & non ratificantes; non
aliter ac vnuſquiſque eorum offendiſſet,
cum ab illis fuerit promiſſum, & conuen-
tum etiam pro abſentibus, & ſequitur Hip-
pol Riminal. *conſ.* 103. *num. primo* 2. 8. & 10.
*lib. primo* Farinac. *quæſt.* 107. *num.* 205. &
Guazzin. *de pace quæſt.* 82. *in princ.* Conciol.
*criminal. reſolution. verbo pax reſolution.* 10.
*num.* 7.
Si igitur fuit rupta pax ab eiſdem de Nar-
dellis, non poteſt Dominicus teneri ad pœ-
nam fractæ pacis ex offenſione poſtmodum
28 facta, quia rumpenti pacem impunè ea-
dem pax rumpi poteſt, & ſecundùs offen-
dens ſiuè incontinenti, ſiuè ex interuallo
29 offendat, non tenetur pœna fractæ pacis,
vt pluribus oſtendit Farin. *d. quæſt.* 107. *nu-
mer.* 404. & 405. ait hoc procedere, quam-
uis is, quem offendit, non fuerit primus of-
30 fendens, & eum ſequitur Conciol. *crimin.
reſol. verbo pax reſol.* 2. *num.* 4. & 6. vbi dicit
hoc procedere, etiamſi offenſio proueniat
non ab ipſo priùs offenſo, ſed ab alio in pa-
31 ce compræhenſo; ob rationem pro deci-
ſione Articuli facientem, quia omnes ex
vna parte pro vno corpore deſignantur, &
plures ad hoc allegat concordantes.
Secundò, quia in Inſtrumento pacis fuit
habita relatio ad compromiſſum factum in
perſonam D. Antonij Gallinæ, ibi: *ſine
præiudicio compromiſſi hodiè per eos facti in per-
ſonam D. Antonij Gallinæ, imò iuxta illius for-
mam, tenorem & adimplementum, & non alias,*
32 *&c.* quod poſſe fieri, quoties conditiones
non repugnant naturæ ipſius pacis innuunt
Farinac. *quæſtion.* 107. *num.* 262. *& ſeqq.* &
Guazzin. *de pace quæſt.* 62. *num. primo & ſeqq.*
Sed in tractatu compromiſſi fuit incluſa
conuentio, quod ipſi de Nardellis caſſare
debuiſſent omnes quærelas porrectas contrà
Dominicum, & tamen nunquam fuerunt
abolitæ, imò pro illis coactus fuit manere
in Eccleſia refugiatus, prout manebat antè
pacem: Ideò cum ipſi de Nardellis non
obſeruauerint pro parte eorum contractum
33 pacis, non poſſunt in eo ſe fundare; nam
aduerſarius non tenebatur obſeruare con-
uenta, ex quo priùs ipſi controuenerunt, vt
34 in terminis pacis fractæ aduertit Gozzadin.
*conſ.* 31. *n.* 3. 4. & 5. vbi citat Socc. *conſ.* 273.
*vol.* 2. & Corn. *conſ.* 179. *vol. primo.*
Hinc ceſſat penitùs, quod poteſt obijci de
Conſtitutionibus prohibentibus admitti al-
legationem, & probationem nouæ cauſæ,
quia vel attendimus arreſtum procuratum
à Franciſco Maria contra Dominicum, &
quia per illud fuit rupta pax: *Secundus* offen-
35 dens non dicitur allegare nouam cauſam,
ſed quod ipſe pacem non fregit, quia iam
rupta erat per primam offenſionem, vt ar-
gumentantur Bertazol. *conſ. crim.* 151. *n.* 10.
*& ſeqq.* & Honded. *conſ.* 89. *num.* 72. *lib.* 2.
& Farinac. dicit adducta per dd. Doctores
maximè ſtringere *quæſt.* 107. *num.* 513.
Vel attendimus non adimplementum, &
hoc ineſt in Inſtrumento pacis, & ſic reſul-
36 tat ex eodem proceſſu, & conſequenter po-
teſt allegari ſecundum Farin. *d. quæſt.* 107.
*num.* 507.
Et quia non ſatisfuerunt iam allegata D.
D. meis Coniudicibus, replicaui.
Arreſtum procuratum non ſolùm im-
portare nouam cauſam, ex eo quia quæli-
bet læuis cauſa, etiam iniuſta, ac proue-
niens ex actu licito, & impunibili, dummo-
37 dò veriſimilitèr potuerit mouere bilem, &
iracundiam, excuſat à pœna fractæ pacis, vt
docent Maſcard. *de probat. concl.* 1157. *nu.* 66.
Tuſc. *lit. P. concl.* 183. *per tot.* Farinac. *quæſt.*
107. *num.* 460. Guazzin. *de pace quæſt.* 44. *per
tot.* Caball. *crim. reſol.* 101. *num.* 2. *& ſeqq.*
Sabellus *in practic. Vniuerſal. verbo pace nu-
mer.* 43.
Et huius Concluſionis eſt ratio, quia, vt
38 dixi *ſuprà num.* 17. nihil refert, an cauſa
noua ſit iuſta, vel iniuſta, nam ſolum at-
tenditur, & attendi debet, an cauſa, & ori-
go fracturæ, ſeù offenſionis fuerit vetuſta,
vel noua, Bero *conſ.* 198. *num. primo vol.* 3.
Maſcard. *de probat. concluſ.* 1157. *num.* 13. &
Cancer. *var. reſol. cap.* 11. *num.* 8. *par.* 2.
Sed importare ex ſe rupturam pacis, quia
paciſcentes adinuicem, & viciſſim promi-
ſerunt non offendere, nec offendi facere,
pacemque non lædere quouis prætextu; ete-
39 nim quandò in Inſtrumento pacis adſunt
verba vniuerſalia, & prægnantia *quocum-
que modo, qualitercumque directè, vel in-
directè, & quouis prætextu*, tunc dicitur con-
trouentum promiſſioni per quamcumque
offenſionem prouenientem ex actu prouo-
cante ad iracundiam, quia dicta verba au-
gent promiſſionem, & important omnes
modos excogitabiles, vt poſt Dec. Angel.
Cephal. Marſil. Claud. ad Bertazol. Peguer.
Farinac Tuſch. & Barbat. firmat Guazzin.
*de pace quæſt.* 55. *num. par. prima.*
Præſertim cum pax fuerit inita ex leuibus
offenſionibus; nempè ex ſimplici inſultu,
40 & ex proiectione lapidum; etenim pax ini-
ta ex leuibus offenſionibus, ob leuem etiam
offenſionem deindè ſequutam rumpitur,
cum illa videatur habere relationem ad of-
fenſas præteritas, vt aduertunt Farinac. *quæ-
ſtion.* 107. *num.* 27. Guazzin. *de pace quæſt.* 47.
*numer.* 5. & Maſcard. *de probat. concl.* 1162.
*num.* 101. *& ſeq.* Eòque fortius ſi prout di-
cunt

cunt Maſcard. *d. concl.* 1162. *nu.* 33. & Guazzin. *loc. cit. d. quæſt.* 47. *num.* 6. leuis offenſio
41 ſit illata malo animo, malaue intentione, ac doloſè quod hic omninò verificatur, quia arreſtum fuit procuratum malo animo mala intentione, & cum dolo, quia delictum pro quo procurauit dictum arreſtum, iam erat ad notitiam Curiæ deductum, & erat probatum, & Curia poterat abſque alterius impulſu deuenire ad capturam, & propterea arguendum eſt, quod inſtigatio
42 facta Curiæ proueneri ex odio, & ad vindictam, vt firmat Guazzin. *quæſt.* 58. *num.* 8. & Rouit. *pragm.* 7. *de compoſit. num.* 14. vbi ait, quod nunquam potuit percipere quomodò priuata perſona poſſit induci ad proſequendum vindictam propriæ iniuriæ non ex odio, & rancore, quo proſequebatur offenſorem; ſed ex bono zelo, ne delicta remaneant impunita, & hoc eſſe nimis difficile pluribus oſtendit Samuel Strykius *in tract. de Iure ſenſuum differt.* 9. *de Iure oblinionis cap.* 4. *de effectu oblinionis conuentionalis in cauſis priuatis num.* 23. *& ſeqq.* Et ideò cum liuor vindictæ detegatur, pax dicitur violata, vt tenet poſt Ferret. *de ferijs num.* 190. Surd. *deciſ.* 74. *num.* 4. *in fine*, Guazzin. *d. quæſt.* 58. *num.* 16. *circa med.*

Non dicatur, quod eſt periculoſum, & damnoſum Reipublicæ admittere hanc doctrinam ex eo, quia multa delicta remanerent impunita, vt perpendit Farin. *qu.* 107. *num.* 253. *&* 259.

Quia Guazzin. *dicto tract. de pace quæſt.* 58. *num.* 8. *& ſeqq.* dicit non eſſe admittendam, ità ſimpliciter dictam opinionem Farinacij,
43 ſed cùm modificatione, vt procedat, quandò delicta ſunt occulta, & non poſſunt deduci ad notitiam Curiæ per alios, quam per paciſcentem; tunc enim ratione publicæ vtilitatis, nè delicta remaneant impunita, poteſt paciſcens illa deferre ex præſumptione, quod moueatur potiùs zelo iuſtitiæ, quam liuore vindictæ, ſecùs quando delicta non ſunt occulta, & per alios poſſunt notificari Curiæ.

Vlteriùs dicebam procedere in caſu accu-
44 ſationis, ſeu probationis noui delicti, prout loquitur Farinac. *loc. citat.* non verò in inſtigatione facta ſuper delicto iam ad notitiam Curiæ deducto, & quoad paciſcentes per pacem totaliter ſopito, quia tunc ceſſat ratio publicæ vtilitatis, quia Curia ſinè impulſu alterius poterat procurare capturam, & punire delinquentem, & ceſſat etiam proſequutio propriæ, vel ſuorum iniuriæ, quia per pacem omnis iniuria erat adinuicem remiſſa, ideò per dictam inſtigationem pax dicitur rupta, quia liuore dumtaxat vindictæ accuſationi iam inſtitutæ adhæſit, & inſtigauit, & arreſtum procurauit, ità hoc mihi in terminis probat Guazzin. *d. quæſt.* 58. *num.* 13. ibi: *Si verò non accuſauerit, ſed tantummodò accuſationi per alium iam inſtitutæ adhæſerit, ac inſtigauerit, ſuam, vel ſuorum iniuriam non proſequendo, tunc omninò credo; quod per ipſam inſtigationem in cauſa capitali, vel graui, pax dicatur violata, quia tunc ceſſat ratio publicæ vindictæ, ne delictum remaneat impunitum, & ceſſat intereſſe, & ideò ſubintrat, quod tantummodò liuore vindictæ ſollicitet cauſam contrà accuſatum.* Hactenùs Guazzin.

Cum igitur dicta inſtigatio, vel procuratio arreſti non ſolum importauerit nouam cauſam, ſed & rupturam pacis præſeſtulerit. *Secundùs* offendens ſiuè ipſum primò offendentem, ſiuè alium comprænhenſum in pace offenderit erat exemptus à pœna fractæ pacis, quia iam per primam ſequutam of-
45 fenſionem pax remanſit extincta, Thob. Non. *conſ.* 110. *num.* 3. Honded. *conſ.* 89. *numer.* 18. *&* 60. *& ſeq. lib.* 2. Bertazol. *conſ.* 271. *num.* 4. *& ſeq. lib.* 1. Farin. *quæſt.* 107. *n.* 405. Conciol. *reſol. crim. verb. pax. reſol.* 2. *nu.* 6. Guazzin. *de pace quæſt.* 43. *num.* 15. & latiùs *quæſtion.* 73. *per totum* vbi plures allegat concordantes.

Et firmatæ Concluſioni non obſtabat quod arreſtum erat procuratum à Franciſco Maria abſente, antequam pacem ratificaſſet.

Quia vltrà quod ipſe Franciſcus Maria iam ſubſcripſerat compromiſſum factum in perſonam D. Gallinæ, & ſic plenam notitiam habebat de pace ad formam compromiſſi ſtipulanda.

Adhùc quandò dictum compromiſſum non ſubſcripſiſſet, pax rupta dicenda erat per iniuriam, & offenſionem factam ab ipſo cum dicto arreſto, quia vt dixi *ſuprà nu.* 27. quoad principales paciſcentes, qui promi-
46 ferunt de rato pro abſente in pace comprænhenſo, pax dicitur rupta, & pœna debetur per offenſam factam ab abſente, ac ſi vnuſquiſque eorum offendiſſet, vt poſt multos, quos citant firmant Farinac. *quæſtion.* 107. *num.* 265. & Guazzin. *de pace quæſt.* 82. *num. primo.*

Minùs obſtare dicebam, quod noua cauſa vigore Conſtitutionum Apoſtolicarum
47 nequit allegari, præſertim quandò offenſio ſequuta eſt ex interuallo, vt aduertit Farin. *quæſt.* 107. *num.* 511. *&* 513. vbi ait, quod nunquam vidit in Vrbe admiſſam allegationem, & probationē nouæ cauſæ, quandò offenſio ſequuta eſt ex interuallo, ſiuè per primam offenſionem, & nouam cauſam non fuerit rupta pax, ſiuè etiam rupta fuerit.

Quia idem Farinac. *loc. cit. num.* 514. fatendo veritatem ſubdit, quod adducta per Bertazzol. *conſ.* 151. *num.* 10. *& ſeqq.* & Honded. *conſ.* 89. *num.* 72. *lib.* 2. qui contrarium
48 firmarunt, maximè ſtringunt, quandò per nouam cauſam fuit primo loco rupta pax; quia tunc *Secundùs* offendens non dicitur allegare nouam cauſam, ſed quod ipſe pacem non fregit, quia iam rupta erat

per primam offenſionem, & hanc eandem
opinionem tenet Guazzin, *de pace quaeſt.* 46.
*num.* 11, qui reprobat Farinac. dum teſtatur,
quod non meminit vnquam admiſſam al-
legationem, & probationem nonæ cauſæ,
quandò offenſio ſequuta fuerit ex interual-
49 & ſubdit quod eius opinio poſſet forſan
ſuſtineri, ſi non deduceretur cauſa releuans,
& veriſimilis, ſed friuola, obſcura, &
dubia.

Quatenus tamen fuiſſet adhærendum ſti-
lo, de quo Farinac. reſtatur, aduertebam,
quod in caſu noſtro offenſio videbatur fa-
cta incontinenti, licèt ſequuta fuiſſet poſt
lapſum vnius menſis, quia Dominicus fue-
rat iniuratus, & offenſus eum arreſto in car-
ceribus nouis Vrbis, in quibus non poterat
iniuriam, & offenſionem ſibi illatam re-
50 pulſare, & occaſio repulſandi non euene-
rat niſi poſt menſem, & ideò erat dicen-
dum, quod repulſa fuerat facta incontinen-
ti, vt ferè in terminis ait Guazzin. *de pace*
*quaeſt.* 46. *num.* 10. Marſil. *de bannitis verbo*
*pace num.* 2. Angel *de malef. verbo et dictus Ti-*
*tius num.* 20. Roman. *in leg. prima* §. *qui præ-*
*ſens ff. de verbo. obligat.* & facit Giurb. *conſil.*
*crim.* 86. *num.* 23.

Et ex his fuit, vt dixi, in Congregatione
criminali concluſum, quod Dominicus
non fregerat pacem.

Quæro tertiò. An habita relatione ad
compromiſſum, de quo fuit dictum in ante-
cedenti, pax, ſeu conſenſus conditionalis de-
51 beat admitti à Iudice? Dic quod non ex
traditis per Gammam *Luſit. deciſ.* 63. *per tot,*
*& deciſ.* 368. & ex Cabedo 2. *par. arreſt.* 69.
& Emanuel. Aluarez Pegas *ad ordinat. Por-*
*tugal. lib. primo tit.* 3. §. 9. *gloſ.* 23. *num.* 5.
& ità diſponit expreſsè Text. *in cap. Romana*
§. *caueant de Sent. excomm. in* 6. Secùs tamen
eſt in Principe, quia tunc ſi pactum in pace
52 appoſitum non valet vt pactum, valet vt
53 lex, Barr. *in l. ſi vnus* §. *pactus ne peteret nu-*
*mer.* 26. *ff. de pact.* Bolognett. *in dicto* §. *pa-*
*ctus num.* 66. *circa finem verſ. & ideò oportet,*
Cortiada *deciſ.* 35. *num.* 97. qui *num.* 98. ait
hoc eſſe verum ſolùm in Principe habente
poteſtatem condendi leges, & facit Gloſſa
*in dicto cap. Romana verbò futuris.*

An verò admiſſa à Iudice debeat attendi?
54 Videtur reſpondendum affirmatiuè, quia
dum Iudex admiſit, approbauit conditio-
nem in pace appoſitam, maximè ſi decre-
tum ſuum interpoſuit, vt innuit Gizzarell.
*deciſion.* 11. *numer.* 11. Sed attenta diſtinctio-
ne Bart, quem ſequuntur Iaſ. Alex. & Bolo-
gnett. *in d.* §. *pactus ne peteret* contrarium
eſt veriùs, quandò enim Princeps illud ad-
mittitur, tribuit dicto pacto vim legis, &
pro lege habetur, vt dixi, & ideò contro-
ueniens pacto, in quo diſponitur exempli
gratia, quod in caſu controuentionis de-
beat non obſeruans reincidere in pœnam,
ac ſi remiſſa non fuiſſet, reincidit in illam
non tanquam ex prioribus delictis, quia
illa iam ſublata ſunt, ſed tanquam ex nouo
delicto proueniente ex controuentione, &
propterea requiritur cauſæ cognitio, & par-
tis citatio, vt ex Text. *in cap. ad reprimendam*
*de offic. ordin.* Franch. *in cap. eos num.* 3. *de*
*ſent. excomm. in* 6. Rota *deciſ.* 7. *in nouis* ad-
uertit Ricciull. *de Iure perſonar. lib.* 4. *cap.* 66.
*num.* 14. *&* 15. Iudex autem, quia non ha-
55 bet ius condendi leges, ſicut non poteſt di-
ctum pactum admittere, vt dixi ex Gamma
*deciſ. Luſitan.* 63. *& deciſ.* 368. Cabedo, Pe-
gas, quibus addo Rouit. *pragm.* 7. *de compo-*
*ſit. num.* 17. *& in alleg. in fine poſita*, & Giz-
zarell. *deciſ.* 11. *num.* 5. *& ſeqq.* ità admiſſum
nec poteſt attendere, quia cum ſuo decre-
to nihil poteſt validitatis, ſeù roboris tri-
buere ad Text. *in l. non dubium Cod. de legib.*
fallit tamen in his, quæ poſſunt in ſtipula-
tionem deduci, qualis eſt pœna pecuniaria
56 deducta, & appoſita in pacto per modum
ſtipulationis aduerſus non adimplentem; vt
dicit Barr. *in d.* §. *pactus ne peteret n.* 26. ſiqui-
dem in his, licèt pactum nudum non obli-
get, ligat, & ſtringit contrahentes, ſi eſt
ſtipulatione vallatum, & tunc pœna exigi-
tur non tanquam debita ex delicto, ſed tan-
quam debita ex ſtipulatione, vt benè ad-
uertit Bart, *d. num.* 26. poteſt enim per ſtipu-
lationem promitti illud, quod eſt poſſibile
per legem deberi *l. impoſſibile ff. de pactis.* Pro-
pterea ſi deduceretur in pacto per viam ſti-
pulationis pœna corporalis, vel exilium,
vel quid ſimile non attenderetur, quia hu-
57 iuſmodi pœna non poteſt per priuatos nec
per pactum, & nec per ſtipulationem dedu-
ci, & promitti, vt proſequitur dicere Bart.
*loc. cit.* quem ſequitur Rouit. *in d. pragm.* 7.
*de compoſit. in allegatione poſita in fine*, qui ha-
58 bens pro vera concluſione, ſeù theſi, quod
exilium ad tempus non connumeretur in-
59 ter pœnas corporales, concedit quod pa-
ctum conditionale, quod quis eius vita du-
rante non accedat ad aliquem locum, tan-
quam continens obligationem ad pœnam
corporalem de iure non tenet, & citat Vil-
lapand. *in* 8. *quaeſt.* 3. *par. l.* 22. *tit. primo par.* 7.
*leg. Hiſpan.* & Paul de Caſtro *in l. quæro* §. *in-*
*ter locatorem, ff. locati.* Sed contrarium con-
cludit, quando pactum continet conditio-
60 nem exulandi ad tempus; & idem eſſe dice-
rem quoad pœnam non excedentem me-
tam iuſtæ punitionis, quam ſicùt Iudex po-
teſt per ſe indicere, ità poteſt aſſenſum dare,
vt à parte indicatur, vt *inferiùs* dicam, &
hoc dicit etiam D. Franc. Vico *ad pragmat.*
*Sardiniæ lib.* 2. *tit.* 25. *cap.* 12. *num.* 12. quem
poſt hæc ſcripta vidi, & gauiſus fui concor-
daſſe in hac opinione cum tanto Viro.

An verò ille ad cuius fàuorem fuit facta
remiſſio, & pax conditionata poſſit inſtare
pro abolitione quærelæ, & prætendere,
quod reiecta conditione tanquam nulliter,
& indebitè appoſita remiſſio, & pax ſit ad

ſui

61 ſui fauorem admittenda? de iſto caſu tra-
ctant in terminis Maſtrill. *de indultu capit.*
*24. numero 34.* Riccius *collect. deciſ. par. 5.*
*collect. 2021.* Alciatus *conſ. 134. vol. 5. tom. 2.*
& Gizzarell. *deciſ. 11.* & *ibi* Addentes *per to-*
*tam*, & teſtatur Sac. Concilium habuiſſe di-
ctum pactum non pro conditionale, ſed
62 pro modale tantùm, & ideò non poſſe an-
nullare actum ipſo Iure, ſed benè paciſcen-
ti tribuere ius compellendi Reum ad obſer-
63 uantiam pacti præcisè, & affert rationem,
quia pactũ habetur pro non adiecto, quoad
annullandum actum, & actionem remiſ-
ſam reſtaurandam, ſed habetur pro adiecto
quoad ius, & facultatem inſtandi pro ob-
ſeruantia: nam quoad reſtaurandam actio-
nem, nemo poteſt ſe reponere in obligatio-
ne ſublata, in his præſertim, quæ non de-
pendent à conſenſu noſtro, *l. cum mota Cod.*
*de tranſact. & l. vnius §. pactus ne peteret ff. de*
*pactis*. hinc infert Gizzarel *ibidem num. 16.*
64 non valere pactum, quod excommunica-
tus ſit abſolutus ea conditione, vt ſi reſi-
duum non ſoluat ad tale tempus, reincidat
in excommunicationem, & alias pœnas
ſpirituales, quia non poteſt ſuſtentari, &
vigorari, quod non eſt, & ità dicit, proce-
dere Text. *in d. §. pactus ne peteret*, & citat
Bald. *ibidem*, & Dec. *in l. actus legitimi num. 6.*
*ff. de Reg. Iur.*

Ratio tamen, in qua fundatur dicta deci-
65 ſio Gizzareli, non videtur omninò tuta,
quia ſupponit, quod ex pace, & remiſſione
facta à parte offenſa tollatur crimen, & effe-
ctus criminis ità vt reuiuiſcere, reſuſcitari,
& reſtaurari nullatenùs poſſit: Sed hoc non
66 ſubſiſtit, quia crimen, & effectus criminis
perimitur, & extinguitur per gratiam fa-
ctam à Principe, vel abolitionem factam
Iudice, vt eſt Text. *in leg. indulgentia Cod. de*
*abolitionib.* & pluribus citatis Farin. *quæſt. pri-*
*ma num. 51. & quæſt. 4. num. primo & ſeqq.* Et
in terminis noſtris Salernitan. penès Mele
*in additione* ad Gizzarell. *d. deciſ. 11.* Et per
67 remiſſionem, ſeù pacem factam à parte of-
fenſa ſolùm tollitur illi Ius accuſandi, ſeù
proſequendi accuſationem, vt benè aduer-
tit Ant. Matthæus *de criminib. lib. 48. ff. tit.*
*19. cap. 7. num. 7.* Laur. Matthæu *de re crim.*
*contron. 27. num. 5.* & Salernitan. *loc. cit.* qui
in propoſito articulo diſtinguit duos caſus,
*primùs* eſt quando poſt pacem, ſeù remiſſio-
nem habitam Reus fuit abſolutus, & dicit
quod tunc non poteſt propter conditionem
appoſitam in pace, & propter inobſeruan-
tiam pactorum reſtaurari accuſatio, ſeù
actio iam per abolitionem ſublata, & extin-
cta ad Tex. *in d. l. ſi vnus §. pactus ne peteret ff. de*
*pactis, & in l. quamuis C. ad Sen. Conſult. Tur-*
*pillian. Secundùs* caſus eſt, quando Reus ha-
buit pacem, ſeu remiſſionem, ſed non obti-
nuit gratiam, ſeù abolitionem criminis, &
dicit quod tunc, quia crimen non eſt extin-
ctum, ſed tantum eſt impeditum ius accu-
ſandi, vel accuſationem proſequendi reſpe-
ctu ad ipſam partem, quæ fecit pacem, ſeù
remiſſionem, debet Curia denegare abſolu-
tionem, quia non eſt verum, quod ſit præ-
cluſa ipſi parti via proſequendi accuſatio-
nem, cum ex eodem actu, ex quo oritur re-
miſſio, oriatur ob defectum non adimple-
menti facultas accuſationem proſequendi,
nam ſi pro parte non ſuſtinetur, corruit a-
ctus in totum *leg. tutor §. curator ff. de mino-*
*ribus.*

Cæterum nec iſta diſtinctio Salernitani
68 ſatisfacit, quia ſequuta pace, & facta re-
miſſione ab offenſo tollitur remittenti ius
aduerſus illam reclamandi, per Text *in leg.*
*quamuis C. ad Sen. Conſ. Turpill.* ibi *non obſer-*
*uantibus aduerſarijs pactorum fidem inſtaurare ac-*
*cuſattionem minimè potes, à qua ipſe deſtitiſti*,
nec facit argumentum deductum *ex dicta*
*leg. tutor §. Curator ff. de Minor.* quia proce-
dit in indiuiduis, & in inſeparabilibus, quod
non eſt in caſu iſto, in quo actus continet
duo capita ſeparata, imò vnum principale,
ipſam ſcilicèt remiſſionem, & veniam of-
fenſæ, & alterum acceſſorium, conditio-
nem ſcilicet appoſitam, & ideò vnum per
aliud non vitiatur: præſertim cum acceſſo-
rium tendat ad deſtructionem principalis,
vt per Text. *in l. Stichum, aut Pamphilum ff.*
*de fideiuſſorib.* inquit in terminis noſtris Ro-
uit. *in d. pragmatic. 7. de compoſit. in allegation.*
*in fine poſita verſ. nec dicatur circa medium.*

Ego reaſſumendo totam materiam di-
ſtinguam plures caſus, & ex hac diſtinctio-
ne reſultabit, vt puto, reſolutio, & veritas
præſentis articuli.

*Primùs* caſus eſt quando pactum condi-
tionale admittitur à Principe habente pote-
ſtatem legis condendæ, & nulli dubium;
quod pactum qualecumque, & qualiter-
cumque conceptum valet, & ex inobſer-
uantia eiuſdem, ſeù conditionis in illo ap-
69 poſitæ, poteſt impediri, & retardari expe-
ditio gratiæ, quia tale pactum tranſit in le-
gem, & vim, & locum legis acquirit, vt
probant Bart. & Bolognett. *in d. leg. ſi vnus*
*§. pactus ne peteret ff. de pactis*, Gizzarell. Ro-
uit. & alij *ſuprà* citati.

*Secundùs* caſus eſt, quandò pactum con-
ditionale admittitur à Iudice de mandato,
70 ſeù conſulto Principe, & idem eſt dicen-
dum ex deciſis per Gammam *deciſ. Luſitan.*
*63. & 368.* omnia enim, quæ de mandato
noſtro fiunt, noſtra eſſe putantur *vulgatis*
*Iuribus.*

*Tertiùs* caſus eſt, quandò pactum admit-
titur à Iudice, Principe inconſulto, & pri-
ma facie videtur dicendum, quod valet, ſi
71 Iudex etiam interpoſuerit ſuper dicta ad-
miſſione ſuum decretum, vt innuit Gizza-
rell. *d. deciſ. 11. num. 11.* Sed contrarium de-
terminat Bart. *in d. §. pactus ne peteret nu. 26.*
72 in quocumque, qui non habet facultatem
condendi leges, & idem expreſsè firmat

Gizzarell. *d. num.* 11. & hoc voluit etiam
73 Gamma *deciſ.* 368. Ego puto quod non
poſſit Iudex vim tribuere, quandò condi-
tio eſt improbata à lege, vt in facto relato
per Bart. *in d.* §. *pactus ne peteret num.* 26. vbi
legatus abſoluit Præfectum cum pacto,
quod non deberet de cætero ſimilia atten-
tare, & ſi ſecùs fieret, ipſo Iure reincidat in
primas pœnas, & in alio relato à Gizzarell.
*d. deciſ.* 11. *num.* 16. vbi excommunicatus
fuit abſolutus ea conditione, ſi reſiduum
non ſolueret ad tale tempus, reincidat in
excommunicationem, & alias pœnas ſpi-
74 rituales: hoc enim eſt de Iure impoſſibile,
quia actus liberationis non poteſt ſtare in
ſuſpenſo ſecundum Bald. *in l. ſi quis accepto
ff. de condit. cauſ. data, & cauſ. non ſequuta*,
quia liberatio debet trahere ſecum ſuum ef-
fectum, & Gloſa *ibidem* ait, propterea eſſe
reiiciendas conditiones, quæ redderent ac-
ceptilationem inutilem, & hoc idem dicit
Gizzarell. hos Doctores ſequutus *in d. deciſ.*
11. *num.* 14. *& ſeqq.* Vndè ſequuta liberatio-
ne, ſeù abſolutione, neceſſariò ſequitur ex-
tinctio actionis, ſuper qua fuit liberatio
obtenta, & ideò reuiuificatio, ſeù reſuſci-
tatio actionis dicitur eſſe contra naturam
actus, vt aduertit Alciatus *conſ.* 134. *num.* 3.
*lib.* 5. *tom.* 2. & de Iure habetur pro impoſ-
ſibile ex traditis per Bart. & Gizzarell *loc. cit.*
& eſt Text. expreſſus *in d.* §. *pactus ne peteret.
& in l. quamuis C. ad Sen. Conſult. Turpill.*

Quandò verò conditio non eſt improbata
75 à lege, & contenta in conditione non ſunt
ſupra, & vltra facultatem, & iuriſdictio-
nem ipſius Iudicis, tunc decretum Iudicis
confert ad validitatem conditionis appoſi-
tæ, quia ſi Iudex poteſt ex officio, & in exe-
cutionem ſui muneris arbitrari exilium
contra delinquentem, vel ei dicere, quod
non tranſeant ante domum offenſi, vel quod
non accedat ad Parochiam, vel alium lo-
cum per annum, neſcio videre, quare non
poſſit adhærere petitioni partis offenſæ, quã-
dò petitio, ſeù conditio appoſita non exce-
dit limites iuſtæ, & commeritæ punitionis
in ſatisfactionem illatæ iniuriæ. Et vt dixi
*ſuprà* hanc opinionem tenet, & tuetur D.
Franc. Vico *pragm. Sardin. lib.* 2. *tit.* 25. *cap.* 12.
*nu.* 12. qui duas adhoc affert rationes, pri-
mò quia offenſus alias maiorem pœnam
non remiſiſſet, & propterea remiſſio am-
plecti, & obſeruari debet eadem conditio-
ne, & forma, qua fit, & concipitur. Se-
cundò quia alias poteſt timeri ne offenſus,
ſeù proximus, cuius ſanguis effuſus eſt, do-
lore motus delinquentem offendat ex no-
tatis à Farinac. Maſtrill. & Capiblanc. quos
citat, ſed melior eſt ratio deducta ex decreto
Iudicis pactum ad limites ſuæ facultatis re-
ſtrictum autorizantis.

*Quartùs* eſt caſus, quandò pax conditio-
nalis facta à parte offenſa non eſt recepta
in actis, ſed is, ad cuius fauorem eſt facta,
inſtat recipi, & admitti ad effectum, vt gau-
dere poſſit indultu, vel poſſit obtinere gra-
tiam, & remiſſionem criminis; & iſte eſt
caſus, de quo eſt hic quæſtio, & in iſto caſu
Iudex debet conſiderare, & ponderare pa-
ctum, & circumſtantias pacti, quia ſi con-
76 net reuiuiſcentiam, & reſuſcitationem
actionis, ſeù potentiæ ad proſequendam ac-
cuſationem, ſeù agendi ad pœnam iam
antè pacem impoſitam, non debet admitti,
cum ſit omninò improbatum à Iure iuxtà
Text. *in d.* §. *pactus ne peteret, & in d. l. quam-
uis C. ad l. Turpillian. & in l. qui deſtiterit ff. ad
Sen. Conſult. Turpillian.* Bolognett. *in d.* §. *pa-
ctus ne peteret num.* 66. *verſ. per prædicta* Bart.
*ibidem num.* 26. Gizzarell. *d. deciſ.* 11. *num.* 13.
*& ſeq.* Rouit. *in pragm.* 7. *de compoſit. in alleg.
Iur. impreſſa ibid. in fine.*

77 Si continet pœnam corporalem, vel im-
pedimentum libertatis, puta exilium perpe-
tuum debet pariter reiici, quia non eſt in
priuati facultate indicere per pactum, vel
alio modò pœnam corporalem, ſeù cor-
poris afflictiuam Bart. *in* §. *pactus ne peteret
num.* 26. Gizzarell. *d. deciſ.* 11. *nu.* 10. *&* 11.
Rouit. *loc. cit.* & Maſtrill. *deciſ.* 38. *num.* 9.
*& ſeq.* Carauit. *ritu* 275. *num.* 14. & hoc niſi
78 Iudici viſum fuerit ſuper dicto pacto con-
ditionato ſuum interponere decretum,
nam interpoſito decreto pactum valet, &
obligat non tanquam pactum, ſed tanquam
præceptum pęnale à Iudice ad metam iuſtę,
& commeritæ pœnæ indictum, vt dixi *ſu-
prà.*

Si verò continet pœnam pecuniariam,
79 puta, quod accuſatus in eodem inſtrumen-
to remiſſionis promiſerit aliquid ratione
expenſarum, & intereſſe, vel præſtare ali-
menta, ſeù dotem filiabus occiſi, Iudex de-
bet pactum huiuſmodi admittere, quia par-
tes poſſunt ſtipulare talem pœnam non
80 tanquam debitam ex delicto, ſed benè tan-
quam debitam ex ſtipulatione, vt explicat
Bart. *in d.* §. *pactus ne peteret*, quem ſequun-
tur Gizzarell. & Rouit. *vbi ſuprà*, Carauit.
*ritu* 275. *num.* 13. Speculat. *tit. de tregua, &
pace in principio.*

Iterum Iudex debet conſiderare, an pa-
ctum ſit nudum, an verò ſit ſtipulatione
vallatum. *Primò* caſu auditur inſtans pro
abſolutione, nam pęna non debetur, quia ex
81 nudo pacto non poteſt agi; ſecundũ Bart. *in
d.* §. *pactus ne peteret n.* 26. *verſ. ſi verò erat pactum.*
*Secũdò* caſu debet iterũ conſiderare, an ſit ap-
poſitũ in diſpoſitiuis; an verò in executiuis.
82 ſi pactum conditionale ſit appoſitum in
executiuis, non poteſt retardare expeditio-
nem gratiæ, ſeù effectum indulti, quia con-
83 ditio appoſita poſt actum perfectum habet
vim modi, vt inquit Gizzarell. *d. deciſ.* 11.
*num.* 12. *in fine, & num.* 23. & ideò pars po-
terit inſtare pro adimplemento, ſeù ad pœ-
nam, ſed non poteſt retardare expeditio-
nem gratiæ, ad cuius effectum ſufficit, quod

addit

adſit pax, quæ de per ſe ſit perfecta, prout talis eſt tali modo conceſſa.

Si verò huiuſmodi pactum ſit adiectum,
84 & appoſitum in diſpoſitiuis, debet inſpici, an conditio fuerit appoſita antè, vel poſt remiſſionem; nam ſi fuit appoſita ante, videtur remittens habuiſſe intentionem non remittendi iniurias, niſi prius adimpleta conditione, & ideò quia actus non tendit ad remiſſionem iniuriæ, ſed ad habendam ſatisfactionem, ſi non fuit data prius ſatiſfactio, non incipit naſci effectus ſtipulationis remiſſionis iniuriarum, & ſic cum deficiat intentio, & propoſitum, imò cum deficiat conſenſus, fruſtra tractatur de illius effectu, & per conſequens propter inobſeruantiam pactorum poteſt retardari expeditio gratiæ.

Si verò fuit appoſita poſt remiſſionem, tunc quia actus tendit ad remiſſionem, cum illa tamen conditione appoſita, talis conditio, ſeu defectus non adimplementi non poteſt operari, quod retardetur expeditio gratiæ, ſed paciſcens poterit deindè agere ad pœnam, quia omnis qualitas adiecta diſpoſitioni perfectæ, dicitur modus, etiamſi concipiatur per verba denotantia conditionem, vt dicunt Gizzarell. *d. deciſ.* 11. *nu.* 17. *& ſeqq.* & de Ponte *conſil.* 81. *num.* 14. *& ſeq. lib.* 1.

Aduertant tamen Iudices, ne recipiant huiuſmodi paces, & remiſſiones conditiona-
85 tas, quia licèt de Iure cum ſupradicta diſtinctione poſſint admitti, vel reſpui, nihilominùs eſt valdè periculoſum quieti Reipublicæ, quia partes offenſæ, quæ ſe figurant deceptas, poſſunt ex hoc ruere ad vindictã, & noua inconuenientia ſuccederent; ſi enim partes ſciuiſſent non debere ſeruari tam conditionem appoſitam in ſatisfactionem paſſæ iniuriæ, vtique remiſſionem, & pacem non feciſſent, vt conſiderant Baldaxar de Angelis *in add.* ad Gizzarell. *d. deciſ.* 11. *nu.* 5. & D. Franc. Vico *loco citato*, & propter dictum periculum futuri ſcandali ſunt prorſus reijciendæ, vt in ſimili dicunt Capiblan. *de Baron. prægmat.* 6. *num.* 47. & de Ponte per ipſum citatus.

Quæro quartò ad explicationem quæſiti antedentis, & ad maiorem intelligentiam eorum, quæ fuerunt adducta ad fauorem Dominici Pagnottæ, An verba hoc ordine prolata: *ſine præiudicio compromiſſi hodie facti, imò ad illius formam, tenorem, & adimplementum, & non aliàs, &c. vt decet bonos Chriſtifideles, & vt quietè viuant, remittendo, & condonando vnus alteri, & alter alteri adinuicem omnes, & quaſcumque iniurias, offenſiones, iurgia, & contumelias hucuſque, quomodocumque, & quandocumque factas, illatas, datas, & fieri procuratas, & ex quacumque cauſa, & occaſione, dederunt, & fecerunt, & vnuſquiſque eorum dat, & facit vnus alteri, & alter alteri adinuicem, & viciſſim veram, puram, & perfectam pacem, & remiſſionem de omnibus, & ſingulis iniurys, & offenſionibus prædictis, &c.* importent perfectionem actus ante prolationem laudi per compromiſſarium ferendi? & negatiuè reſpondendum, quia oratio incipit
86 à proteſtatione cum clauſula annullatiua, *non aliàs*, etenim huiuſmodi modus loquendi denotat negationem, & impugnationem actus, & non ſolùm eſt contra ſubſtantiam rei, quæ tractatur, ſed & eſt omninò impoſſibile, quod poſſit ſtare ſimul proteſtatio annullatiua actus cum perfectione eiuſdem actus, & ideò ſubintrat conſideratio, & ponderatio facta per Aretin. *in l. impoſſibilis num.* 4. *ff. de verbor. oblig.* quod adiectio im-
87 poſſibilis, & contra naturam rei vitiat diſpoſitionem, ſi ſit facta in eadem diſpoſitione, ſecùs ſi ſit facta in diuerſa oratione, nec poteſt eſſe alia ratio, vt ipſe ſubdit, niſi quia *in primo* caſu impedit eſſentiam actus cauſari, & *in ſecundo* caſu non tollit actum, qui præceſſerat, & de ſui forma habebat ſuam eſſentiam.

Eoque fortiùs tenenda eſt opinio negatiua, quia ſi vnus ex tribus modis, quibus
88 ſecundùm Gloſ. *in l.* 1. *C. de peric. & commod. rei vend.* colligitur imperfectio contractus, eſt quando contrahentibus licèt à contractu diſcedere, vt refert de Ponte *conſ.* 81. *num.* 34. vtique non poteſt dici perfectus contractus in caſu iſto, quia licitùm erat diſcedere ab illo.

Potiſſimùm, quia in compromiſſo adeſt præfixio temporis, & in inſtrumento pacis adeſt clauſula annullatiua, *& non aliàs*, etenim eſt certum, quod defectus cauſat actus nullitatem non ſolùm in conditione, ſed e-
89 tiam in modo, quia etiam modus, quando habet tempus præfinitum per clauſulam annullatiuam, à pari procedit cum conditione, vt alijs citatis firmat de Ponte *d. conſ.* 81. *num.* 18. & 40. *verſ. & quæ ſupra adducta fuerunt.*

Habito igitur pro vero, quod diſpoſitio in caſu iſto non ſit perfecta, ſequitur, quod pax ſit nulla, quia non entis nullæ ſunt qualitates *vulgatis Iuribus*.

Non obſtant, quæ poſſent forſan in contrarium allegari.

Quia ſi ponderamus Textum *in dicta lege ſi vnus* §. *pactus ff. de pactis* apertè deſumitur, quod diſpoſitio erat perfecta, & quod conditio fuit appoſita poſtquam diſpoſitio recepit ſuum eſſe, vt demonſtrant verba dicti Text. ibi: *Prima actio ſublata eſt, & poſterius pactum ad actionem reparandam inefficax eſt.*

90 Si ponderamus, ſeu, vt meliùs dicam, ſi legimus Text. *in l. ſi donationis C. de donation.*
91 & ibi diſpoſitio erat omninò perfecta, vt ex tenore dicti Text. apparet, ibi: *ſi donationis cauſa furti actionem ſibi remiſſam* (nota ly remiſſam) *probatur ſuperuacuam geris ſollicitudinem*, & hoc modo intelligitur loqui Gloſ. *in d.*

*in d. l. ſi donationis*, dum tradit, quòd actio
iniuriarum remiſſa cum cauſa, vel ſine cau-
ſa, & etiam non ſequuta, vel etiam ex cau-
ſa ingratitudinis non poteſt reſuſcitari.
Et ita intelliguntur loqui etiam Rod. Sua-
rez, & Cancer., qui illum refert *var. reſol.*
*cap. 11. num. 94. par. 2.* quia ſemper ſuppo-
nunt diſpoſitionem, ſeù contractum fuiſſe
reductum ad perfectionem, & quod pactum,
ſeu conditio fuit ſubſequuta, licet inconti-
92 nenti, & eodem inſtanti, etenim fauore
libertatis reijcitur qualitas adiecta diſpoſi-
tioni perfectæ, vt dixi *ſupra* ex Aretino *in l.*
93 *impoſſibilis*; nam libertas ſemel data eſt ir-
reuocabilis, etiam ſi expreſsè adimi in pœ-
nam quis voluerit, vt pluribus docent Ro-
ta *deciſ. 464. num. 10. & 11. par. 1. rec.* Ro-
uit. *pragm. de guidaticis num. 50. & ſeq.* vbi
ipſe Rouit. *num. 49.* perpendit, & explicat
Text. *in l. mænia ff. de manum. teſtam.*
Si demum perpendimus Textum *in l. quã-*
*uis C. ad Sen. Conſ. Turpillian.* cuius verba
ſunt: *Quamuis eum ordinem Scriptura contineat*
*vt primo abolitio criminis poſceretur, & tunc*
*dehinc omnibus placitis obtemperaretur, non ob-*
*ſeruantibus tamen aduerſarijs pactorum fidem, in-*
*ſtaurare accuſationem minimè potes, à qua ipſe*
94 *deſtitiſti*: Etiam ex hoc Textu apparet iniu-
riam fuiſſe remiſſam, & contractum habuiſ-
ſe ſuam perfectionem, & ideò non eſt mi-
rum ſi conditio appoſita reſoluta dicitur in
vim modi ex ſupradictis, & ita in terminis
dict. Text. explicat Rouit. *in d. pragm. de gui-*
*datic. numer. 47. verſ. quantum verò*, vbi ait,
quod pactum appoſitum in dicto Textu im-
portat modum, & quod ideo firma rema-
nente remiſſione criminis, poterat cogi ad
obſeruantiam, & ſubdit hoc eſſe de mente
Bart. *in d. l. quamuis*, dũ ſe remittit ad ea, quæ
dicit *in l. ſi vnus §. pactus ne peteret ff. de pactis.*
Omnibus igitur perpenſis remanet fir-
ma concluſio ſupra ſtabilita. Nihilominùs
vide circa articulum, an accùſatio tranſa-
ctione ſopita reſtaurari poſſit Olca *de ceſſione*
*Iur. tit. 8. quæſt. 1. num. 22.* 94 Valleron.
*de tranſact. tit. 3. quæſt. 5. num. 62.* Bald. *conſ.*
*229. lib. 5.* qui tenent partem negatiuam: &
Larrea *alleg. Fiſcal. 26. num. 7.* & D. Vrceo-
lum *de tranſact. quæſt. 59. num. 10.* qui tenent
partem affirmatiuam cum diſtinctione,
quam refert Vrceol. *ibid. num. 13.*
Quæro quintò. Partes volunt facere pacẽ
vel treguam, vel dare cautionem de non
offendendo, ſed dicunt nolumus apponere
pœnam, ne ſtipuletur Cameræ Apoſtolicę,
cum hodie omnis pœna illi debeatur vigo-
re Bullæ ſan. mem. Pij Quarti, de qua Fa-
rinac. *quæſt. 107. num. 91.* an ſint audiendæ?
Hercul. *in tract. de caut. de non offend. c. 51. n. 14.*
95 ponit hanc quæſtionẽ, & reſpondet affirma-
tiuè per Text. *in l. nec emere C. de Iure delibe-*
*randi*, ſed poſtea hoc remittit arbitrio Iudi-
96 cis; Tu verò dic, perpende quid diſponat
*Bulla* ſan. mem. Pij Quarti, & Beati Pij
Quinti.

Quæro ſextò, Quidam requiſiuit pacem
à ſuo inimico, ſed alius puta Pater, dixit,
*Vade ſub fide mea, quia non offenderis*: fuit of-
ſus, An delinquens compræhendatur in
Edicto contra rumpentes pacem? Hercul. *d.*
97 *cap. 51. num. 11.* dicit compræhendi, ſi me-
diante tractatu fuerit hoc dictum, vt inimi-
cus inermis adoriri poſſet. Mihi tamen vi-
detur rem non tranſire abſque magna diffi-
98 cultate, quàtenus in præſtatione fidei non
interueniat tactus palmarum, quamuis enim
69 præſtatio fidei habeat vim iuramenti, vt per
Text. *in cap. ad aures, quod metus cauſa, & cap.*
*perueniat* il ſecondo, *de Iureiur.* & Afflict. *de-*
*ciſ. 489. num. 2.* dicit Io: Franc. Paparo *in*
*Conſuetud. Cathacenſ. cap. quando quis conſtituit*
*num. 12. & ſeqq. fol. mihi* 206. & ille qui pro-
mittit ſub fide videtur illud cum iuramen-
to firmare, vt ex Surdo *deciſ. 234. num. 7.* &
Specul. *tit. de arbitr. §. fin. verſ. ſed quid ſi*
*compromiſſum cum fide* dicit Paparo *loco citato*
100 *num. 14.* & propterea aſſecurati ſub fide
Regia, pendente ſecuritate, & verbo, de-
bent eſſe tuti à quauis moleſtia iudiciali, &
extraiudiciali, vt ex Vinc. de Franch. *deciſ.*
*258. 590. & 673.* Farinac. *quæſt. 6. num. 27.*
innuit Paparo *loc. cit. num. 15.* nihilominus
ad hoc vt fides compræhendatur ſub edicto
101 rumpentis pacem, debet habere requiſita
ad conſtituendam pacem neceſſaria, vt di-
cam latiùs *infra*, & tactum palmarum re-
quiri ad effectum, vt promiſſio habeat viã
exequutiuam contra Bertazzol. *in repetit. l.*
*ſi quis maior. C. de tranſact. quæſt. 41.* tenet Pa-
paro *vbi ſupra num. 16.* ergo multò magis re-
quiritur tactus palmarum ad effectum, vt
ſub fide promittens incidat in pœnam E-
dicti.
Quæro ſeptimò, An delictum aliquo a-
102 lio modo, quàm ſub pace commiſſum,
dicatur eſſe proditorium? Tribus alijs mo-
dis committitur proditorium. *Primus* mo-
dus eſt, quandò quis ſine vlla diffidatione,
& per inſidias induſtrioſas occiditur, vt exẽ-
plificat Farinac. qui plures allegat concor-
dantes *quæſt. 18. num. 75.*
Et licèt Bart. *in l. reſpiciendum §. delinquunt*
*ff. de pœn.* inquiat concluſionem non proce-
dere, niſi in occidente eum, qui non erat
103 inimicus. Attamen dicta reſtrictio repro-
batur per Farin. *quæſt. 18. num. 75.* tùm quia
videtur eſſe contra Text. *in cap. 1. de homic.*
quo probatur ſolam inſidioſam induſtriam
efficere crimen proditorium, tùm etiam
quia eſt cõtra communem opinionem Do-
ctorum, quos ipſe Farin. refert *ibidem*, &
hanc eamdem ſententiam contra Bartolum
tuentur Caball. *de om. gen. homic. num. 389.*
Faber. *Cod. lib. 1. tit. 4. defin. 1.* Fontanell. *de*
*pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 14. num. 118.* & alijs
relatis Matthæu *de re crim. contr. 30. num. 24.*
qui latiſſimè hanc opinionem rationibus, &
Doctoribus comprobat *ibidem per tot.*
Nec Farin poteſt dici ſibi contrarius, ex
quo

quò *conſ. 76. num. 7. & 15. & de Immunitate*
*num. 143.* firmat, quod proditoriè non di
citur occiſus is, qui fuit occiſus à ſuo inimi-
co per inſidias.

Quia Farinac. *in quæſt. 18.* loquitur quo-
ad effectum puniendi delinquentem, & *in*
*conſ. 76. & in tract. de Immunitate* loquitur
quoad effectum priuandi Reum Immuni-
tate Eccleſiæ, & ideò non eſt contrarius,
104 quia caſus ſunt penitùs diuerſi, vt in ter-
minis firmant Gratian. *diſcept. for. cap. 380.*
*num. 49.* & Barboſ. *de Iure Eccleſ. vniuerſ. lib.*
*2. cap. 3. num. 92.* & ego pluribus oſtendi *in*
*cap.* . . .

Veritas tamen eſt, quod proditio hoc
105 primo modo commiſſa dicitur lato mo-
dò, & impropriè proditio, & de ea ad qua-
lificandam pœnam non fit caſus in Tribu-
nalibus, vt de proditorio per abortum ad-
uertit Pater Graſſet. *anath. necis prodito. §. 21.*
*num. 14.* & Molina *de Iuſt. & Iure tract. 3. di-*
*ſput. 17. num. 2.* quem citat Graſſet. *ibidem*,
quicquid in contrarium etiam ad effectum
puniendi Reum Immunitate Eccleſiaſtica
mollatur longo, & docto ſermone Matthæu
*d. controu. 30. per tot. & ſignantèr num. 24. &*
*ſeqq.*

*Secundus* modus eſt, quandò occiditur quis
106 ſub colore amicitiæ, & in actu quo oſten-
ditur amicitia, vt inquit Bart. *in d. §. delin-*
*quunt* Farin. *conſ. 168. num. 70. in fine*, & Ver-
migliol. *conſil. crim. 93. n. 9.* & iſte eſt verus, &
proprius modus committendi proditorium
in ſuo ſtricto ſignificatu, & iſto modo com-
miſſum proditorium non ſolum efficit, vt
Reus ſeuera, & exquiſita, ac qualificata
pœna puniatur, ſed priuat etiam Reum
Immunitate Eccleſiaſtica, vt fatentur om-
nes, qui explicant Conſtitutionem Grego-
rianam.

*Tertius* modus eſt, quandò occiditur is,
cum quo nulla intercedebat inimicitia, quã-
107 uis in actu ipſo proditionis non interue-
niant actus amicabiles; nam ſufficit quod
occiſus non habeat cauſam præcauendi, vt
explicant Peguer. *deciſ. crim. 54. num. 12.* &
Farinac. *d. quæſt. 18. num. 74. & conſ. 168. nu-*
*mer. 77.* vbi ait, quod licèt homicidium
proditorium dicatur fieri ab eo, qui amicũ
ſe fingit, tamen dicitur tale, etiam quando
occiditur is, cum quo nulla ineſt inimicitia,
108 & quod plus eſt dicitur tale, etiam quan-
dò occaſio cauendi non eſt, licèt amicitia
non ſimuletur, & ſequitur Gratian. *diſcept.*
*forenſ. 819. num. 22. & ſeqq.* Nouar. *Sum. Bul-*
*lar. de Immun. Eccleſ. num.* 5. Barboſ. *de Iu-*
*re Vniuer. lib. 2. cap. 3. num. 94. in fine*, & latiùs
Sperell. *deciſ. 185. num. 18.*

Ex prædictis cum N. N. N. diſſimulato
odio ſalutaſſent per capitis detectionem N.
N. & eumdem ſiſtentem ad vocationem ab
eis factam, dicendo *vna parola Signor Giouan-*
*ni*, occidiſſent, dixi quod proditoriè occide-
rant, quia vel eũ occiderunt iuxta terminos
proditorij expoſiti in ſecundo modo, vel
occiderunt eum iuxta terminos proditorij
expoſiti in tertio modo: & ſemper erit ve-
rum dicere, quod proditoriè occiderunt,
quia homicidium ſecũdo modo expoſitum
eſt in propria & vera ſpecie proditorij, quia
109 verè, & propriè proditor eſt is, qui ali-
quem offendit cum diſſimulatione odij, &
oſtentatione amicitiæ, vt explicat Bart. *in*
*l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pœn.* & ſe-
quuntur Farinac. *conſ. 168. num. 71. lib. 2.*
Peguer. *deciſ. crim. 54. num. 12.* Caball. *de*
*omn. gen. homicid. num. 458. & ſeq.* Sanfelic.
*deciſ. 241. per tot. par. 2.* Nouar. *in Summa*
*Bullar. tit. de Immun. Eccleſ. num. 76.* & Bar-
boſ. *de Iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 2. cap. 3. nu-*
*mer. 94. in fine.*

Homicidium verò tertio modo expoſi-
tum eſt pariter in vera ſpecie proditorij,
quia licet pro parte eorumdem NN. fuiſſet
ad fundandam inimicitiam dictum, quod
Ioannes aſſeruerat pignora in executione
ſibi capta ad Inſtantiam DD. de A. extare
penes eoſdem NN. tanquam Agentes
Dominorum de A., nihilominus non po-
terat indè inferri quod N. debuerit euadere
inimicus, & minus poterat inferri, quod
Ioannes debuerit præcauere; non ſolum
quia veritas ità ſeſe habebat ſecundum De-
poſitionem D. F. ſed etiam quia hoc non
fuerat dictum per modum Iniuriæ, & nec
inurbano modo, & nec N. oſtenderat di-
ſplicentiam iuxtà depoſitionem eiuſdem
D. F. & propterea Ioannes, qui fecit actum
de per ſe bonum, & licitum, ad effectum
vt N. cogitaret, & recordaretur, quod Bir-
ruarij ad eius Domum aſportauerant pi-
gnora, fuit proditoriè occiſus, quia non de-
buerat vllatenùs præcauere, vt in fortio-
ribus terminis de faciente actum indiffe-
rentem, qui poteſt trahi, & non trahi ad
iniuriam, benè aduertit Nouar. *in ſumma*
*Bullarum tit. de Imm. Eccleſ. num. 79. verſ. quarè*
110 *cum caſus accidiſſet*, inquiens, quod ſi quis
amat mulierem ab alio amatam, & cum
ſit amicus eiuſdem occidat eumdem abſq;
eo quod oſtendat ſibi diſplicere riualita-
tem, incurrit in proditorium, & hoc idem
vult Sperell. *deciſ. 185. numer. 18.* inquiens,
111 quod vbi deficit occaſio, & cauſa præca-
uendi, ità vt quis non modò non potuerit,
ſed nec debuerit præcauere, nec diuinare
ſe abſque vlla occaſione, ſed ſub ſpecie
Amicitiæ oſtenſæ, ſeù ſaltèm creditæ, &
ſperatæ per actus amicabiles fuiſſe vulne-
randum, & trucidandum, ſemper intrat
proditorium, quià tunc eripitur agreſſo
naturalis defenſio, non ſua culpa, aut ne-
gligentia, aut oſcitantia, ſed malitia, &
perfidia Agreſſoris; confert ad hanc opi-
nionem fundandam Doctrina Vulpell. *reſp.*
*crim. 128. num. 9.* quem refert, & ſequitur
Pater Graſſett. *de nece prodit. §. 2. numer. 13.*
& confert ad comprobationem relatarum

trium

trium ſpecietum proditorij Io: Milazò
*Miſcellaneor. aſſertione 16. per tot.* Pilaia,
Bondenus. Conciol. *locus* per Milazo *ci-
tatis in d. aſſertion.* 16.

Quæro octauò, An offenſio facta ab
amico reconciliato poſcit dici proditoria?
Aut reconcilio eſt tacita, aut eſt præſum-
pta, aut eſt expreſſa: Si reconciliatio eſt
112 tacita, puta, per diſſimulationem, quæ
habet vim remiſſionis, ſecundum Catauir.
Viù. de Franch. Merend. & Calephat. *locis
relatis* per Danzam *in add. ad* Gram. *deciſ.* 37.
*num.* 17. ſeù per confeſſionem ſacramenta-
lem, quæ habet eand. vim, Honded. *conſ.* 87.
*num.* 68. *lib.* 2. Cæſar. Manent. *deciſ. Mant.* 47.
*num.* 39. Ant. Galcat. *conſ. crimin. diuerſ.* 110.
*num.* 29. *lib.* 1. & Dauza *loc. cit. num.* 17. dicas
113 abſolutè, quod non, quia ad excluden-
dum proditorium ſufficit, quod exter cau-
ſa rancoris, & odij, occiſo præcogniti, vt
omnes volunt, & ſignanter Bart. *in l. reſpi-
ciendum, §. delinquunt ff. de pæn.* Marin. *quotid.
reſol.* 147. *num.* 2. *&* 3. Nouar. *Summa Bullar.
tit. de Immun. Eccleſ. num.* 79. *verſ. ideoq. homi-
cidium*, & meliùs *num.* 81. & Rouit. *pragm.* 11.
*tit. de abolit. num.* 58. cum enim offendiſſet,
114 vel debebat procurare pacem, vel debe-
bat præcauere, quià vt contra Graſſettum
inquit Sperell. *deciſ.* 185 *num.* 36. *par.* 2. tene-
batur appræhendere præcognitam inimici-
tiam, & præcauere, alias ſibi imputandum
eſt, nec, vt ſubdit Sperellus *ibid.* reperitur
iure cautum, quod ex vnius interna non
appræhenſione alterius externum delictum
qualificetur: propterea conſultus Noua-
rius, vt ipſe refert *loco ſupracitato num.* 81.
115 reſpondit quod maritus, qui ex interual-
lo occidit vxorem adulteram, non eſt pro-
116 ditor ob rationem, quia cum vxor deli-
querit, & offenderit virum, ſtatim videtur
vir effectus inimicus, & ſuſpectus, ob quã ſu-
ſpicionẽ tenebatur cauere, & timida reddi,
& dum ſe non cuſtodiuit, ſibi erit impu-
tandum, & citat Maſtrill. *de indultu cap.* 29.
*num.* 6. qui teſtatur ità fuiſſe deciſum.

Nec refert, quod offenſus diſſimulando
remiſit, quia procedit, vt *ſupra* dixi, quan-
117 do offendens fecit actum indifferentem,
qui poteſt trahi, & non trahi ad iniuriam,
118 puta quod quis amet mulierem ab Ami-
co amatam, namſi is, qui eſt Amicus, oc-
cidit alium abſque eo, quod oſtendat ſibi
diſplicere dictam riualitatem, incurrit in
proditoriũ, vt dixi ſupra ex Nouar. *loc. cit.
num.* 79. *verſ. quare cum caſus accidiſſet*, ſecùs
119 quando fecit actum de ſui natura pecca-
minoſum, & malum, quia poteſt, & debet
cogitare, quod offenſus poteſt ſe vindica-
re; & tenetur appræhendere præcognitam
inimicitiam, quia non poteſt eſſe certus,
quod ille non reuocauerit ad animum in-
iuriam ſibi dictam, ſeù factam, prout in-
nuit Sperell. *d. deciſ.* 185. *num.* 36.

Si verò reconciliatio eſt præſumpta ex
aliquo actu extrinſeco elicita, puta per ſa-
120 lutationem, conuerſationem, & allocu-
tionem, & huiuſmodi actus amicabiles,
quibus præſumi reconciliationem firmat
ex text. *in l. non ſolum §. primo, & l. ſed ſi vnius
§. ſi antè ff. de iniur. & in §. fin. Inſt. eod. titul.*
gloſ. Arctiu. & Luc. de Pena Carauit. *ri-
tu* 275. *num.* 3. & ex Iacob. Nouell. Thor.
Surd. Tuſch. Pater Graſſettus *anathom. ne-
ris prodit. §.* 14. *per tot.* & Cortiada *deciſ.* 96.
*num.* 35. *& ſeq. par.* 2. dicas pariter abſolutè
121 quod non, quia ex actu ſalutationis, & col-
loquij non inducitur amicitia gloſ. *in l. lata
§. Amicus ff. de verbor. ſignific.* & Bertazol.
*conſ. crim.* 98. *num.* 1. *lib.* 1. Nouar. *in Summa
Bullar. tit. de Imm. Eccleſ. num.* 80. vbi in ter-
minis ait, quod ideò ſi fuerit commiſſum
homicidium ab aliqua perſona, quæ prius
ſolita fuiſſet ſalutare occiſum non erit ho-
122 micidium proditorium, cum ſalutatio-
nes ſint ſigna communia, iuxtà tradita per
Clar. §. *iniuria*, & ſubdit quod ità in facto
conſultus reſpondit: eandemque opinio-
nem tenent Diana, & del Bene *locis relatis*
per Cortiadam *d. deciſ.* 96. *num.* 37. (qui ta-
men eos non ſequitur;) præſertim verò ſi
123 factæ eſſent ad correſpondendum vrba-
nitati, etenim quando actus, à quo deſu-
mitur præſumptio remiſſionis iniuriarum,
non fit ſpontè, & proprio motu, ſed ho-
neſtatis gratia, & quia alitèr facere inde-
cens erat, nunquam concordiam, & re-
conciliationem inducit, vt poſt Fabr. Are-
tin. Iodoch. Plach. Maſcard. Baiard. Ruyn.
& Bertazol. reſpondit Farinac. *conſ.* 98. *nu.* 4.
*lib. primo*, qui ait hoc procedere etiam
quando verba, vel ſigna ſunt generalia,
dubia, & æquiuoca, quià ad inducendum
124 aſſecurationem requiruntur ſigna ſpecia-
lia, vera, & neceſſariò concludentia, vt
poſt Bald. & Maſcard. proſequitur Farinac. *d.*
125 *conſ.* 98. *n.* & poteſt eſſe ratio, quia in dubio
pro excluſione proditorij venit pronun-
ciandum Foller. *pract. crim. verbo foriudicetur
num.* 12. Clar. §. *homicidium num.* 51. Burſatt.
*conſ.* 134. *nu.* 13. *lib.* 2. Decian. *tract. crim. lib.* 7.
*cap.* 30. *num.* 5. Ricc. *deciſ.* 98. *num.* 2. *part.* 2.
Vermigliol. *conſ. crim.* 93. *num.* 14. *& conſ.* 99.
*num.* 7. & Giurb. *conſ. crim.* 10. *num.* 25.

Si tandem reconciliatio eſt expreſſa me-
126 diante ſcriptura, aut verbo, ſeù ſimplici,
& nuda promiſſione de non offendendo,
127 dicas quod vigore bannimentorum deli-
ctum eſt omninò proditorium, quia ver-
ba eorumdem bannimentorum in hoc
ſunt clara, euidentia, & prægnantia, adeò
128 vt nullatenus tergiuerſari queant; & nul-
lam prorſus recipiunt interpretationem,
& in his terminis debet recipi doctrina Cor-
tiadæ *d. deciſ.* 96. *num.* 33. *circa medium*, vbi
reprobat Donat. Ant. de Marin. *quotidian.
reſol.* 174. *num.* 2. *&* 3. dicentem, quod pro-
129 ditor non eſt is, qui offendit poſt datam
fidem de non offendendo.

Vi-

Vigore autèm iuris communis debet di-
ſtingui inter reconciliationem de recenti,
& reconciliationem ab antiquo, ſeu longo
130 tempore factam, quià offenſio facta ab
Amico de recenti reconciliato non poteſt
dici proditoria. Ricc. *deciſ.* 168. *per tot. p.* 1.
*& deciſ.* 202. *per tot. par.* 2. Thom. del Bene
*de Immun. Eccleſ. cap.* 16. *dub.* 20. *ſect.* 3. *n.* 2.
*&* 3. Donat. Anton. de Marin. *d. reſol.* 174.
Vermigl. *conſ. crim.* 93. *num.* 7. & alij nem-
pè Diana, Nouar. Mallett. Baron. Anto-
nell. Zambell. & Eſcobar. quos refert, &
ſequitur P. Graſſett. *de nece proditor.* §. 13.
131 *num.* 1. *& ſeqq.* nam amicus reconciliatus
æquipollet inimico, Bald. *conſ.* 91. *vol.* 1. Iaſ. *in*
*l. apertiſſimi col.* 2. *Cod. de Iudic.* & Ricc. *loc.*
*cit.* ex Bart. *in l.* 1. *ff. ad Sillan.* dicit amicum
reconciliatum eſſe fugiendum vti peſtem,
ſemper enim in ipſo remanent reliquię ini-
micitiæ, & reconciliatio de recenti dicitur
132 per triduum, Archidiac. & Propoſ. *in*
*cap. accuſatores* il ſecondo, 3. *quæſt.* 5. Rimi-
nal. Iun. *conſ.* 88. *num.* 11. *vol.* 1. vbi dicit
& declarat verbum *de recenti*, ideſt *nudius*
*tertius*: Vndè erit proditorium, quando re-
133 conciliatio ſit antiqua, & inter occiſorẽ,
& occiſum poſt reconciliationem interue-
nerint actus amicabiles, vt quia offenſus
fuerit viſus conuerſari cum offendente,
comedendo, bibendo, ridendo, & alia ſi-
milia faciendo, ſolita fieri inter amicos, vt
in terminis dicit Ricc. *d. deciſ.* 202. *per tot.*
134 *par.* 2. Verum quod non ſit facienda dicta
diſtinctio, cum reconciliatio ſiue de recen-
ti, ſiue ab antiquo facta ſemper inducat
proditorium firmant pluribus Giurb. *conſ.*
*crim.* 60. *per tot. & ſignanter num.* 23. & Farin.
*conſ.* 168. *in addit. lit. D.* Cutell. *de Immunit.*
*Eccleſ. lib.* 1. *quæſt.* 35. del Bene *d. cap.* 16.
*dub.* 20. *ſect.* 3. *num.* 5. *&* 6. Barboſ. *de Iure*
*Vniuerſ. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 92. Ricc.
*de publ. Iudic. quæſt.* 37. *num.* 30. Thor. *com-*
*pend. deciſ. par.* 3. *ſect.* 1. *verbo delictum homi-*
*cidij, & verbo homicidium proditorium*, & no-
uiſſimè Cortiada, qui hos refert, & ſequi-
tur *deciſ.* 96. *num.* 34. & ideò horum opinio-
ne attenta, iſto tertiò caſu offenſio erit pro-
ditoria, tàm in terminis Bannimentorum,
quàm in terminis Iuris Communis. Placet
tamen, quod Bannimenta expreſsè, & prę-
ciſè ſanciendo ſubtulerint controuerſiam,
quia in facti contingentia aliàs non fuiſſet
multùm tutum à dicta diſtinctione recede-
re, quia non poteſt negari, quin inter re-
conciliatos de recẽti aliqua ſanguinis groſ-
ſities adhuc duret, & exiſtat.

Quæro nonò, An ſit proditor *is*, qui vo-
cauit aduerſarium ad pugnandum pro cer-
ta die, & loco, & deindè non expectata
die, & nec in loco conſtituto eumdem ad-
uerſarium offendit? Iſte caſus contigit in
Ciuitate Arimini tèmpore, quo eram Lo-
cumtenens Criminalis Eminentiſſimi, &
Reuerẽdiſſimi Domini mei Cardinalis Pic-
colominęi Legati à Latere in Prouincia
135 Romandiolæ, & reſpondi affirmatiuè ex
doctrina Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 29. *nu-*
*mer.* 26. Alciat. *de duello cap.* 14. Lancellot.
Corrad. *comment. de duell. & pace par.* 3. *con-*
*cluſ.* 82. *num.* 2. Parid. de Put. *de re milit. lib.*
1. *quæſt.* 7. P. Graſſetti *anath. necis prodit.* §. 10.
*num* 19. & §. 12. *num.* 26. *& ſeqq.* cenſetur
enim, vt proſequitur Graſſett. *d.* §. 12. *num.*
26. implicitè dediſſe fidẽ de interim nõ of-
fendendo, contra quam fidem veniens de-
136 bet haberi, iudicari, & declarari: *Mancar*
*di fede*, & concordat Mutius, quem idem
Graſſett. citat, *in tract. de duello lib.* 3. *c.* 28.
137 & eſt ratio, quia denunciatio duelli more
militari habet vim ſecuritatis fide publica
conceſſæ, vt non liceat alteri alterum inſe-
qui niſi die, & loco conſtitutis, vt ex om-
nium conſenſu docet Fauſtus à Longiano
*lib.* 3. *de duello cap.* 6. *in princ.* quem pariter
allegat Pater Graſſet. *loc. cit.* & facit Text.
*in cap.* 1. §. *ſi quis hominem de pace tenenda*, ibi;
*Si quis hominem intra pacem conſtitutum occide-*
*rit capitalem ſubeat ſententiam*, notando di-
ctionem *intra pacem*. Quibus addebam, quod
138 & is dicitur proditor, qui alterum offen-
dit aliter quam ſit mos, & ſtylus armorum,
Parid. de Puteo *de duello lib.* 10. *quæſt.* 7. Ce-
phal. *conſ.* 57. *num.* 17. *lib.* 1. & etiam is, qui
de facie ad faciem occidit, ſi non expectet
139 tantiſper aduerſarium ad hoc, vt eius ar-
ma euaginet, vt pluribus more ſuo citatis
Doctoribus firmat Cortiada *deciſ.* 96. *nu.* 22.
& propterea ille Ariminenſis non potuerat
effugere nomen proditoris, quia videns
quod eius aduerſarius arripuerat iter ad
accedendum ad locum concordatum ad
duellandum, vocauit illum, & nullo dato
ſpatio temporis ad arripiendum arma, ſta-
tim ac ad vocem vocantis, & dicentis: *La*
*voglio finire adeſſo*, ſe reuoluit, cum archi-
buſiata interemit.

Quęro decimò, An famulus licentiatus
ab eius Domino cum vrbanitate eidem di-
cente, quod ſibi prouideat de alio Domi-
mino, & quod interim mancat domi, di-
catur proditor ſi permanſit Domi, & di-
ctum eius Dominum occidit? Iſte caſus
ſucceſſit in Ciuitate Rauennæ tempore Le-
gationis eiuſdem Eminentiſſimi Domin-
mei Cardinalis Piccolominęi, & dixi, quod
140 erat proditor, quia ille famulus non fuit
licentiatus ex cauſa infamante, & nec fuit
illicò expulſus, ſed continuabat in ſeruitio,
& poterat in illo continuare vſquequo fuiſ-
ſet prouiſus de Dominó, & nullum pror-
ſus diſplicentiæ ſignum oſtendit, ſed om-
nia fecit, quæ aliàs domi pro ſeruitio face-
re ſolitus erat, & propterea D. Margherita
eius Patrona non potuit exiſtimare, quod
famulus fuiſſet euaſus inimicus ex dicta
licentia, & conſequenter fuit decepta, &
occiſa cum calliditate, & ſub colore famu-
latus, qui conſtituit veram, & propriam

ſpeciem proditionis, vt firmant Gomeſ. Fauilla, Caſtill. Ciarlin. Sperell. Diana, del Bene, & alij relati à P. Graſsett. *loco citato* §. 16. *num. 3. & ſeqq.*

Et licentia non poteſt remouere prodi-
tionem, vel quia poſt licentiam continua-
141 uit ſtare in domo, & ſeruire, etenim illa
continuatio ſeruitij præſtitit ſignum animi
nullatenus indignati, vt ex Honded. & Sā-
chez arguit P. Graſſett. *loco citato* §. 14. *nu-*
142 *mer.* 13. vel quia leuis rancor, qui regula-
riter inter ſeruum, & Dominum ſæpè ſolet
accidere, nō poteſt excuſare à proditione,
vt in ſimili de rancore, qui cōmunitèr in-
ter amiciſſimos ſolet accidere, firmant
Vincent. Tancred, *tract. de religion. prim. lib. 4. diſp. 8. quæſt. 5. num.* 26. P. Graſset. *loco citato num.* 13. Ioannes Milazò *Miſcellan. aſſertion.* 16. *num.* 46, & Cortiada *deciſ.* 96. *numer.* 23. & certè ſi contrarium admitteretur, omnes Domini deberent cum ſollicitudine, & timore viuere, quod eſſet omninò abſurdum, vt aduertit Pater Graſset. *loc. cit.*

143 Præcipuè quò ſi quis maior eſt dome-
ſticitas, eò maior debet eſſe cauſa, quæ det
anſam præcauendi, vt ex Tancredo ſubdit
Graſsett. *loc. cit.* grauiſſima debet eſſe cau-
ſa, quæ Dominos à famulis ſibi cauere ſua-
deat, non ſolùm quia domeſticitas debet
de neceſſe inter eos intercedere, vt demon-
ſtrat ipſa ethimologia *verbi famulari*: ſed
etiam quia nedum non offendere, ſed ſub
144 capitis periculo famuli tenentur cuſtodiā
Dominis præſtare, vt eſt Tex. *in l. 1. in princ. ff. ad Sen. Conſ. Sillan.*

145 Vel demum quia ſeruus occidens Do-
minum ſemper incurrit in crimen prodi-
tionis, vt per Text. *in l. ſeruum C. de delatro. lib.* 10. ibi: *Seruum Domini delatorem iubemus in exemplum omnium proditorum ſeueriſſimæ ſententiæ ſubiugari*, docet Laur Matthæu *de re crim. controu.* 30. *num.* 29. quamuis nullus
146 prætextus amicitiæ intercedat, quia hæc
nullatenus intercedre poteſt, nam regula-
riter ſerui æmulantur Dominis, & quot
ſerui, tot hoſtes, vt ex Quinto Curtio *lib. 7 & ex Sacra Scriptura Micheæ cap. 7. verſ. 7. & Matthæi cap. decimo verſic.* 36. ibi: *Inimici hominis domeſtici eius*; & ex Diuo Auguſtino *lib. 19. de Ciuit. Dei cap.* 5. ſubdit Matthæu *loc. cit.* vnde abſque nota proditionis, & abſque grauiſſima, & ſeueriſſima pœna non oportet ſalutem Dominorum, ſeruorum arbitrio relinquere, vt ſanciuit Text. *in l. vnius §. ſeruo ff. de quæſt.* quem poſt Gotofred. & Cuiaccium ponderat ad propoſitum Matthæu *loc. citat.*

Et quamuis dictæ leges loquantur de Seruis, quos nos vocamus Sclauos, nihilominus quia famuli habent quoddā ſymbolum, benè poſſunt induci, & adduci contra famulos ſalario ſeruientes, & ad hoc confert, quod ait, & refert Theſaur. ad Patrem *deciſ.* 243. *lit. A. circa finem.*

Quæro vndecimò, Quomodo conſtare
debet de delicto ad effectum procedendi pro
147 fractura pacis, ſeu cautionis de non offen-
dendo confeſſione ſcilicet Rei, an ſola etiā
contumacia? Dic quòd non ſufficit con-
ſtare de delicto per contumaciam, etiamſi vigore Statuti habeatur pro confeſſione, dummodò tamen ſit ſicca cōtumacia, nam quando vna cum contumacia adſunt teſtes delictum probantes, contrarium eſt dicendum, vt inquit Muſcatell. *tract. de fideiuſſ. modo* 15. *num.* 17 *par.* 1. ex doctrina Marantæ, Cornei, Foller. & Alberic. quos citat, &
licèt Alber. & ex eo Foller. *in fragm. nu.* 263.
148 velit, quod nec confeſſio vera ipſius Rei
ſufficit, nihilominus Muſcatell. *loc. cit. n.* 18,
non admittit eorum dictum, niſi in caſu, quo confeſſio tanquam malis artibus extorta non ſubſiſteret. Verùm prædicti Doctores loquuntur in diuerſis terminis, nempè in caſu, quo proceditur contra fideiuſſores ad pœnam conuentam, & propterea requirunt, quod Reus principalis conuincatur per teſtes ad hoc, vt inde reſultet præ-
iudicium fideiuſſoribus. Tu dic, quod ſi-
150 uè agatur contra principalem delinquen-
tem, ſiue contra fideiuſſores, ſufficit de delicto conſtare per teſtes, ſeu per confeſſionē ipſius Rei, quando iſte eſt præſens, & in poſſe Curiæ; quando verò eſt contumax, ſufficit, quod de delicto conſtet per teſtes, ſeu per legitima inditia corroborata, & confirmata per confeſſionem ex contumacia reſultantem iuxta doctrinam Muſcatell. *loco citato num. 19. & ſeqq.* & hoc modo vtimur in Statu Eccleſiaſtico etiam vigore Bullar. teſte Guazzin. *de pace quæſt. 42. num. 16. par.* 1.

Quæro duodecimò, qui modus ſit ſeruā-
dus in procedendo contra fideiuſſores in
caſu fractæ cautionis de non offendendo,
151 vel in caſu fractæ pacis, ad pœnam pecu-
niariam exigendam? Doctores *tres* modos afferunt: *Primum* dicendo, quod ſequuta offenſione ex cauſa, pro qua fuit facta pax, vel præſtita cautio de non offendēdo, Iudex debet ſeruatis ſeruandis modo legitimo deuenire ad condemnandum principalem delin-
quentem in pœnam ordinariam delicti, ſine
152 qua non ſit locus fracturæ fideiuſſionis, vt
volunt Herculan. *de caut. de non offend. cap.* 30. *num.* 9. & Guazzin. *de cautione* §. 3. *quæſt.* 42. *num. 32. & quæſt. 37. num. 9. par.* 2. poſtea
153 debet citare fideiuſſorem ad dicendum
cauſam, quare non ſit condemnandus in pœnam, & pro ea contra ipſum exequendū, & in citatione eſt inſerendus totus tenor fideiuſſionis, & etiam ſententiæ, qua Principalis fuit condemnatus pro controuentione facta, ac pace rupta, & comparens fideiuſſor auditur, & nihil releuans deducens condemnatur, & pœna exigitur, vt benè docent Guazzinus *de cautione* §. 3. *quæſt.* 47. *num. 9. par.* 2. & Muſcatell. *de fideiuſſ. d. modo* 15. *num. 9. par.* 1.

Secun-

*Secundum* modum ponit idem Muſca-
154 tell. *ibid. num.* 20. dicendo, quod in fabri-
catione proceſſus contra delinquentem pro
delicto, debet citari fideiuſſor ad dicendum
cauſam, quarè non ſit condemnandus, in
principio, & deindè ſemper pro ſuo intereſ-
ſe in quolibet actu, ad effectum, vt vnica
ſententia condemnetur principalis in pœnã
corporalem, & fideiuſſor in pœnam pecu-
niariam, & citat Bald. *in l. in duobus §. igitur ff.
de iureiuran.* qui modus mihi non ſatisfacit,
155 niſi principalis ſit præſens, & in poſſe Cu-
riæ, quia alias fideiuſſor poſſet facere defen-
ſiones, & proceſſum deſtruere, quod non
eſt permittendum, nam teſtes contra Fi-
ſcum ſemper ſunt in promptu, & cum de-
poſitione falſa exiſtimant apud Deum me-
reri: hinc inoleuit praxis, quod antè om-
nia condamnetur contumax, & deindè alij
etiam ſocij criminis in ſuis defenſionibus
andiantur, vt *ſuo loco* dixi.

*Tertium* modùm, qui poteſt dici, quod
ſit potiùs ampliatio, ponit Dominus Maſ-
ſinus *de confiſcat. bonor. queſt.* 15. *à num.* 24.
*vſq; in finem*, dicendo. quod nullo fabricato
156 proceſſu cum principali delinquente, pu-
ta quia incontinenti poſt offenſionem fuit
interfectus, poteſt fabricari proceſſus citato
fideiuſſore, & probari delictum per teſtes,
ac fideiuſſor condemnari ad pœnam, & ci-
tat Hercul. *loc. cit. cap.* 29. *nu.* 5. Farin. *quæ-
ſtion.* 107. *num.* 105. *& ſeqq.* & Guazzin. *de
pace quæſt.* 42. *num.* 8. *& ſeqq. & num.* 13. *par.*
157 *prima*. Et ratio eſt quia pœna conuentio-
nalis ex contractu fractæ cautionis de non
offendendo tranſit ad hæredes, etiamſi of-
fendens non ſit viuens conuentus, Hercul.
*loc. cit. cap.* 40. *num.* 7. *&* 14. Farin. *qu.* 107.
*num.* 358. Guazzin. *de pace quæſt.* 69. *num.* 5.
*par. prima & de cautione par.* 2. §. 3. *quæſt.* 54.
*per tot.* quod dicit eſſe verum D. Maſſinus
158 *loc. cit.* etiamſi offendens non fuerit accu-
ſatus, nam ſtatim ac facta fuit offenſio, fuit
etiam illicò commiſſa pœna, & ideò non
eſt mirum, ſi illud ius paſſiuum formatum
in vita defuncti, traſfuſum ad hæredes di-
catur, Surd. *deciſ.* 297. *num.* 3. & Gratian.
*diſcept.* 981. *num.* 18. cum adimpleta condi-
tione, hoc eſt ſequuta offenſione, contra-
ctus habeatur pro puro, & incontinenti
tribuit Ius quæſitum parti Dec. *in leg. pecu-
niam ff. ſi cert. pet.* Rota *diuerſ. par. prima de-
ciſ.* 476. *num.* 10. Et retrotrahitur ad diem
ſtipulatæ cautionis, Hercul. *loc. cit. cap.* 44.
*nu.* 7. *& ſeqq.* Guazzin. *de caut. d.* §. 3. *qu.* 52.
*per tot.* Vide in occurrenti caſu D. Maſſinum,
qui recenſet motiua contrariæ opinionis.

Addo *quartum* modum ſeruandum in
ſtatu Eccleſiaſtico tam in fideiuſſione de
159 non offendendo, quam in illa de non in-
grediendo Statum Eccleſiaſticum: extant
enim penès Cherubinum *in compendio Bulla-
rum poſt Bullam*, ſanct. mem. Sixti Quinti
*nonnulla ſtatuta* edita tempore Pontificatus
ſanct. memor. Pauli V. à Sacra Conſulta
160 de ordine dicti Pontificis, quibus ſancitur,
quod quandò contra bannitum, qui præ-
tenditur ingreſſus Statum Eccleſiaſticum,
fuit extantibus inditijs tranſmiſſa inquiſitio,
& fuit per Iudicem facta declaratio ſuperdi-
cto ingreſſu, poſſit abſque citatione fideiuſ-
ſoris procedi contra eundem fideiuſſorem
ad exequutionem pœnæ promiſſæ in caſu
controuentionis eo modo, & forma, quo,
& qua fit contra fideiuſſorem de non of-
fendendo. vt legitur latiùs in dictis Statutis,
ſeù ordinationibus Sac. Conſultæ per Che-
rubin. *loc. cit.* impreſſis §. *quod in futurum & in*
§. *eſſendoſi*. Vbi redditur ratio huius praxis,
ibi: *Mentre, che le dette ſicurtà ſi poteſſero dal-
li Parenti de Banniti ponere in controuerſia, ò
perche nel proceſſo fatto contro il Bandito in con-
tumacia non foſſero ſtati citati, & vditi detti pa-
renti, ò perche ſi pretendeſſe che le proue fatte
ſopra l' ingreſſo non foſſero ſufficienti, nel qual ca-
ſo, come s'haueſſe da publicare il proceſſo contu-
maciale alle parti, ne potria ſuccedere vn altro
maggiore inconueniente, ò che faceſſero le diffeſe
per il contumace, ò ſi deſſe occaſione di diſtrugge-
re con teſtimonij ſubornati tutte le proue del Fiſ-
co. Per ouuiar dunque à tutti queſti inconuenien-
ti hà ſtabilito &c.* quæ decreta licet noua, &
aſpera videri poſſint, eſſe rationabilia, Rei-
publicæ admodum vtilia, & forſan nec no-
ua, aſſerit Cherubin. *in dicto compend. in fine*
& allegat Farin. *quæſt.* 24. *num.* 115. *& ſeqq.*
& Caball. *crim. reſolut.* 149. *per tot.*

Ex iſto decreto duæ controuerſiæ tollun-
tur in Statu Eccleſiaſtico; Prima eſt an ſuf-
ficiat exulem in loco prohibito viſum fuiſſe,
quamuis realiter non ſit ibidem captus, &
appræhenſus: in qua, appræhenſionem ne-
161 ceſſariam eſſe per Text. *in l. ſi Barſatoram
C. de fideiuſſor.* volunt Gloſa, & Bart. *in dicta
leg. ſi Barſatoram*, & iterum Bart. *in leg. pri-
ma in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* Cynus *in leg.
licèt num.* 7. *C. eodem tit. de acquir. poſſeſſ.* No-
uar. *quæſt. forenſ.* 3. *per. tot.* de Marin. *quoti-
dian, controu.* 116. *num. primo &* 2. Farinac.
*conſ.* 122. *num.* 31. Giurb. *conſ. crim.* 34. *nu-
mer.* 14. *&* 15. Prat. *reſp. crim.* 9. *num.* 36. Ca-
ualc. *de Brachio Regio par.* 2. *num.* 240. & no-
uiſſimè D. Vrbanus Tarquinius penès D.
Zuffum *in annotation. ad Conſtitution. Barberin.
num.* 99. *& ſeqq. poſt tractat. de legitim. proceſſ.*
quibus addò Placidum Coſtam *in annotat.*
ad Franc. Ant. eius Patrem *conſ.* 93. & Ricc.
*deciſ.* 6. *num.* 2. *par.* 4. & Nouar. *Vaſſallor.
grauam.* 77. *per tot. par.* 2. quam opinionem
ſeruari in tribunalibus Regni, reſtatur Vi-
ſcont. *concl. Iuris verbo relegatus*, & eſt ratio,
quia ſi admitteretur probatio per teſtes, ſta-
ret in poteſtate cuiuslibet ribaldi adinuenire
duos falſos teſtes, & tam notabiliter præiu-
dicare Reo, & fideiuſſori, vt conſiderant de
Marin. & Tarquinius *loc. cit.* qui ex Ver-
migl. *conſ. crim.* 305. *num.* 4. *&* 5. dicunt fi-
deiuſſori nec confeſſionem eiuſdem exulis

præiudicare, quia in criminalibus ad exigendam pœnam conuentionalem à correo credendi, confeſſio Rei non nocet, vt de communi teſtatur Farinac, *qu.* 107. *nu.* 107.
162 & dant cautelam latunculatoribus, vt apponi faciant in inſtrumento clanſulam, quod teneantur, & velint teneri etiam, quod controuentio probetur per teſtes, ſed quod confeſſio præiudicet reprobato Alberic. & Foller. oſtendit Muſcatell. *de fideiuſſ.*, *modo* 15. *num.* 18. per me relatus *ſuprà in vndecimo quæſito*.

163 Quod verò ſufficiat, controuentionem probari per teſtes, volunt Peguer. *decif. crimin.* 90. *per tot.* Capiblanc. *de Baronib. pragm.* 7. *num.* 42. *lib. primo & cap.* 34. *numer. primo lib.* 2. & incertus ſcribens penès Nouar. *dict. grauam.* 77. *num.* 4. *& ſeqq.* & hanc opinionem ſtatuit tenendam Sacra Conſulta ex approbatione Pontificis in decreto, de quo ſupra.

Secunda controuerſia, quæ tollitur eſt,
164 an conſtito de controuentione poſſit procedi ad executionem pœnæ abſque alia declaratione? Et affirmatiuè reſpondent Marſil. *in leg. de vnoquoque num.* 88. *ff. de re iudic.* & alij relati à Tiraquell. *repetit. l. ſi vnquam verbo reuertatur num.* 398. *& ſeqq. C. de renoc. donat.* negatiuam verò ſententiam tuentur
165 Tiraquell. & alij per eum relati *loc. citat. num.* 400. Dec. *in auth. caſſa, & irrita nu.* 14. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Iaſ. & Felin. *locis relatis.* per Peguer. qui hos ſequitur *dicta decif.* 90. *num. primo* Sanfelic. *decif.* 242. *num.* 6. Giurb. *conſ.* 65. *num.* 46. Campana *reſol.* 8. *num.* 10. Scialoya *de foriudic. cap.* 10. *num.* 21. Maſtrill. *de indulto cap.* 22. *num.* 14. & D. Orilia ad Campanam *d. reſolut.* 8. *nu.* 5. *& reſol.* 10. *nu.* 11. qui ex Salas, Suarez, Sanchez, & Farin. ampliat hoc procedere etiamſi in lege, decreto, ſeù Conſtitutione ſit dictum expreſsè, quod procedetur abſque alia declaratione & hanc ſecundam ſtatuit pro vera Sacra Conſulta, vbi *ſuprà*.

Quæ autem, & qualis debeat eſſe practica pro dicta exactione pœnæ facienda non eſt patui momenti, & Doctores illam non explicant iuxtà terminos prædicti decreti Sacræ Conſultæ: Benè verum eſt qood practicam ſeruandam de Iure communi ponunt Guàzzin, *de pace* §. 3. *quæſt.* 47. *par.* 2. *num.* 9. D. Maſſinus *de confiſ. bonor. quæſt.* 25. *per tot.* & Muſcatell. *de fideiuſſ. d. modo* 15. *num* 17. *& ſeqq.* qui licèr loquantur de fideiuſſione de non offendendo: attamen praxis tenenda in obligatione, & fideiuſſione de ſeruando fines eſt ſimilis, vt bene aduertit Muſcatell. *dicto modo* 15. *num.* 24. At modus traditus à ſupradictis Doctoribus non videtur practicandus in caſu, & terminis d. Decreti Sac. Conſultæ, ex rationibus
166 in dicto Decreto expreſſis. Ideò dicas quod conſtito per teſtes. vel alio modo legitimo de ingreſſu exulis in ſtatum, & locum veritum, formatur per Iudicem inquiſitio, in qua narratur factum dicti ingreſſus & controuentionis, & tranſmittitur exuli cum citatione ad dicendum cauſam, quare non debeat declarari, ipſum fuiſſe ingreſſum in locum vetitum contra formam fideiuſſionis pro ipſo præſtitæ de non ingrediendo cum termino competenti, & oblatione ſalui conductus, vt docent nos Peguer. *d. decif.* 90. *num.* 3. *verſ. nec obſtat*, vbi allegat Clar. *quæſt.* 16. *num.* 4. & termino elapſo, & Reo non comparente, fit per Iudicem declaratio, quod Reus ingreſſus fuit in ſtatum, & locum vetitum contra formam fideiuſſionis præſtitæ, & conſequenter eſſe factum locum exactioni pœnæ conuentionalis, & poſt modum citatur fideiuſſor ad ſoluendum, ſeù ſoluiſſe docendum infra terminum ei aſſignandum, alias videndum relaxari mandatum. & ſucceſsiuè mandatum relaxatur, & exequitur realitèr, ſeù perſonalitèr, Fideiuſſor citatur ſolùm ad ſoluendum, quia facta declaratione ingreſſus, ipſi nulla competit defenſio ex diſpoſitione dicti decreti S. Conſultæ.

Sed an fideiuſſori poſſit adhuc competere exceptio ad impediendam, ſeù retardandam executionem? Vermigl. *conſ. crim.* 305. *per tot.* loquens in terminis prædicti decreti
167 Sacræ Conſultæ reſpondet affirmatiuè, quia poteſt opponere, quod de ingreſſu non conſtet niſi per confeſſionem Rei incidenter factam in Iudicio, quæ non corroborata, ſeù comprobata teſtibus, ſeù adminiculis non ſufficit: cum talis confeſſio nec ad condemnandum ipſum principalem ſit ſatis, vt ex Gloſ. Bntr. Bart. Boſſ. Farin. Marſil. Mancin. probat Vermigl, *ibidem num.* 7. & poteſt etiam opponere, quod ingreſſus
168 fuit per tranſitum, nam vt ait Vermigl. *loc. cit. num.* 13. nonità amarè, & acerbè promiſſio pœnæ ex ingreſſu eſt intelligenda, vt etiam ſolum tranſitum includat ad effectum ſtandi, & habitandi extra ſtatum, & citat Anchar. *conſ.* 75. *num.* 4. *& ſeqq.* & Bertazol. *conſ. crim.* 217. *nu.* 3. *lib. primo* Et iſtis caſibus dari appellationē cum retardatione exequtionis pœnæ pluribus oſtēdit Vermigl. *d. conſ.* 305. in occurrenti caſu videndus.

Quærò decimòtertiò. An Princeps poſſit facere gratiam alicui de delicto abſque pace, & remiſſione partis offenſæ? dic quod multi Doctores indifferenter dicunt, hoc
169 Principi licere ob plenitudinem poteſtatis, quam habet, cum non ſit noſtrū ligare liberales Principis manus Hier. Laurent. *decif. Auen.* 47. *num. primo & ſeqq.* Decian. *tract. crim. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 90. Farin. *conſ.* 3. *num.* 2. *& quæſt.* 6. *num.* 17. Princeps enim non habet hominem, qui ſua facta dijudicet, ſicut dicit Gloſa *ſuper pſalmum* 50 *verſic. tibi ſoli peccaui* Iſernia *tit. quæ ſint regalia* §. *contrahentium inceſtas nuptias num.* 75. Sed hoc euenire ob malum noſtrę tempeſtatis fatum

aiunt

aiunt Caball. *crim. reſol. 36. num. 2. & ſeq.* & Guazzin. *de pace quæſt. 38. num. 33. in fine par. prima*. Vndè melius loquuti ſunt alii, qui permittunt hoc Principi, quando iuſta cauſa ſuadet, prout ex Decio, Menoch. Clar. Boſſ. Ioſeph. Ludouic. inquit Guazzin. *d. quæſt. 38. num. 28.* & ex Andr. de Iſernia, Afflic. Felin. inquit Reuerterius *Reg. Camer. ſumm. deciſ. 236. num. primo*, & ex Caſtan. Io: Ant. de Nigris Io: Grand. Carauit. Sanfel. & de Ponte inquit de Marinis *in obſeru.* ad Reuerter. *d. deciſ. 236. num. primo*, vbi refert ex Io: Franc. de Ponte *tract. de poteſt. Proreg. tit. primo* §. 4. *num.* 7. quod in ſupremo Italico Senatu fuit reuocata quædam gratia à Prorege facta abſque partis remiſſione, nulla cauſa publica extante, & dicit de Ponte *ibidem*, quod Proreges nec poſſunt abſq; cauſa legitima facere gratiam cum clauſula, *dummodò Inquiſitus infra tot annos partis remiſſionẽ procuret* idẽ dicit Montan. *controu. 62.* & *n. 2. in fin.* dicit ita fuiſſe iudicatum, & comprobãt Rouit. *pragm. 2. n. 3. de compoſit.* & Vico *ad pragm. Sard. lib. 1. ti. 25. c. 12 n. 7.* & ex Pinell. *de reſcind. vendit. par. prima rub. cap. 2. nu. 12.* nouiſſimè Pegas *ad ordinat. Portugall. lib. primo titul. 3. §. 9. gloſ. 20. num. 26. tom. 1.* ait damnandam eſſe omninò licentiam abſolutæ poteſtatis, quam Doctores iniquè tribuũt Principi, & carpit Gloſam *in leg. relegati verbo ex aliqua cauſa ff. de pœn.* quæ explicat, cauſam, ideſt Principis voluntatem: deficiente enim cauſa iuſta Princeps nullo modo poteſt gratiam facere ſine pace, vt ex D. Thoma 2. 2. *q. 67. articul. 4.* S. Antonin. *in ſumma par. 3. tit. 9. cap. 2. n. 15. §. 5.* Soto *de iuſt. & iure lib. 5. quæſt. 4. art. 4.* Gram. *conſ. 34.* Carauita *ritu 272. num. 4.* Andr. de Iſernia *tit. quæ ſint regalia §. contrahentium inceſtas nuptias num. 75. verſ. Princeps non remittit, niſi percuſſus velit*, & de Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſolitis §. 4. num. 5. & 6. & ſeqq.* ait Horat. Montanus *d. controu. 62. nu. 2. & 4.* & eſt ratio, quia vindicta debetur non ſolùm Reipublicæ, vt boni inter malos quietè viuant *cap. facta diſt. 4.* Lucas de Penna *in leg. ſi quis decurio col. prima C. de decurion. lib. 10.* & Iſernia, & Adden. ad eum *loc. cit. lit. D.* Sed debetur etiam offenſo, & ei qui damnum, ſeù iniuriam paſſus eſt *leg. ſi quondam in fine Cod. de adulter. & in l. fin. C. ad Senat. Conſult. Turpill.* & vbi concurrit priuatum, & publicum, priuatum æſtimatur *l. licet in princ. ff. de procur. & l. non cogi §. qui ità ff. de iniur.* Iſernia *loc. citat.* & quidem præcipua eſt priuati offenſi conſideratio, quia priuatus eſt immediatè, & principaliter offenſus, ſecundario verò ex dicta offenſione priuati dicitur offenſa Republica, vt benè aduertit Montanus *loco cit. num. 4.* Et ſi gratiam facit ſine cauſa peccat mortalitèr Innoc. *in cap. innouamus extrà de cenſibus* Iſernia *loc. cit. num. 74. verſ. ſi verò & huic, & in tit. de Capitaneo, qui Curiam vendit num. 29. & vtroque loco* Adden. ad eum, & Montanus *d. controu. 62. num. 3.* & ex hoc comprobatur, quod Princeps non poteſt etiam de abſoluta poteſtate ſine pace, vel ſine cauſa Reum gratiare, quamuis non habeat hominem, qui eum diiudicat, & non eſt qui cogat, aut corripiat eum, nam non dicimus poſſe quæ cum peccato poſſumus *cap. faciat 22. quæſt. 2. & l. filius ff. de condit. inſtitution.* Iſernia *in d. tit. de Capitan. qui cur. vend. nu. 29.* Montan. *loc. cit. num. 3.* ratio autem quarè Princeps ita faciendo peccet eſt, quia punitio à Iure Diuino eſt, dicente Sac. Scriptura *exod. cap. 22. maleficos ne patiaris viuere*, quem textum ad hoc allegat Iſernia *d. num. 74.* & Princeps eſt miniſter Dei ad vindictam malorum, vt ex Diuo Paulo *ad Romanos cap. 13.* & ex Diuo Petro *Epiſt. prima cap. 2.* ait Montanus *ibidem num. 4.* Et cum hoc non ſit permiſſum Principi, eo minùs erit permiſſum Legato à Latere, ſeù Proregi, & Vicario Generali, etſi conceſſa ſit ei plenitudo poteſtatis, quam exercere non poteſt ſinè debita cauſæ cognitione, vt ex Felyno *in cap. quæ in Eccleſiarum col. 12. de Conſtitution.* dicit Montan. *loc. citat. d. num. 3.* quia Rex, ſeù Princeps concedendo inferiori aliquid de ſibi reſeruatis, intelligitur ſemper concedere, vt ex exerceat cum debita cauſæ cognitione, & non cum illa poteſtatis plenitudine, quam habet ipſe concedens Innoc. *in cap. cum ad Monaſterium in verbo niſi ex cauſa in fine de ſtatu Monach.* Capic. *in repetit. leg. Imperialem col. 63. verſ. decimo notandum de prohib. feud. alienat.* Montan. *loc. citat.* qui cum Perno *conſ. 14. col. 4. in fine* Subdit Vicarium Regis eſſe conſtitutum intra Iuris terminos: iuris autem termini ſunt, vt cum cauſa fiat, & hac de cauſa teſtatur fuiſſe reuocatas gratias à Proregibus factas abſque partis remiſſione, non obſtante quod gratiæ fuiſſent cõceſſæ cum præfixione temporis ad obtinendam quærelantis remiſſionem, & allegat concordantes Annam *in cap. primo num. 254. de Vaſſall. decrep. ætat.* & de Ponte *de poteſtat. Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſolit. §. 4. num. 7. in fine*, & prædicta eo magis vera ait de Ponte *ibidem num. 11.* ſi eſſet fama fuiſſe pecunia conceſſam gratiam, nam ſufficit fama in his, quæ ſunt difficilis probationis, & eum refert, & ſequitur Montan. *loc. cit. num. 3. in fine*; & quod huiuſmodi gratia abſque pace, & conſenſu partis facta poſſit reuocari firmat etiam D. Franc. Vico *ad pragm. Sardinia lib. 2. tit. 25. cap. 12. num. 14.* qui *ibidem num. 18.* inquit quod ſi interim ex parte offenſi occidatur ille, qui ſinè pace remiſſus eſt à Principe, non poterit plenè, hoc eſt pœna ordinaria, occidẽs puniri, quia dolore ſtimulatus dicitur deliquiſſe ad Text. *in Deuter. c. 19*

171 Sed quia, etiam iuſta extante cauſa, hoc Principi negant Plotus *conſ. 78. art. 4. verſ. Sed Princeps* Farinac. *d. quæſt. 6. num. 25.* Caball. *reſol. 58. num. 3.* ob rationem quia nulla po-

la poteſt eſſe tam iuſta cauſa, nec vlla vtilitas publica poteſt conſiderari, quæ præponderet quieti, quæ poteſt turbari ob ſcandala, & inconuenientia, quæ inter partes non ſatisfactas poſſunt oriri, quod ex Farin. & aliis firmat etiam D. Franc. Vico *ad pragm. Sardiniæ lib. 2. tit. 25. cap. 12. num. 19.* poteris di-
172 cere, quod Principi non licèt abſque pace facere gratiam delinquenti, etiam iuſta exiſtente cauſa, niſi cum temperamento reſeruationis exilij à loco commiſſi delicti, & à loco, in quo domiciliati ſunt offenſi, donec pacem habuerit ſub pęna nullitatis gratiæ, iuxta praxim, de qua Baiard. ad Clar. *quæſt. 59. num. 51.* Guazzin. *loc. cit. num. 26.* Sanfelic. *deciſ. 142. nu. 7.* Pratus ad Paſchal. *de patria poteſt. par. 4. cap. 7. verſ. altera.* Tunc enim videtur ſatisfactum liberalitati Principis, quieti Ciuitatis, & Iuri partis læſæ. Vel
173 poteris conciliare opiniones Doctorum cum diſtinctione, quam ex Seſſe, Farinac. & Peregr. refert Laur. Matthæu *de Regim. Regni Valent. cap. 2. §. primo num. 105. & ſeqq.* nempè vt opinio negatiua procedat in delictis, & pœnis indictis de Iure Diuino, naturali, vel gentium, opinio verò affirmatiua procedat in delictis, & pœnis, indictis de Iure Ciuili dumtaxat, nam his Princeps poteſt diſpenſare abſque remiſſione, & conſenſu partis. Vide eum, qui facit alias ſubdiſtinctiones, quas breuitatis cauſa non refero. Sed hæc diſtinctio poteſt reiici, prout eam reijcit D. Franc. Vico *ad pragm. lib. 2. tit. 25. cap. 12. num. 13.* ob rationem quia etiam in delictis de nouo factis à Principe oritur ius parti offenſæ, cui non poteſt Princeps præiudicare ex vulgatis. Sed quicquid ſit de hoc. Ego ſemper conſului D. Cardinalibus Legatis tam in hac Ciuitate, quam in Prouincia Romandiolæ, quod deberent abſtinere à conceſſione gratiæ, quando Partes non erant concordatæ, quia ſemper poteſt timeri de aliquo ſcandalo iuxtà oraculum Sacræ Scripturæ *Deuteron. cap. 19.* & admonent Vico *loc. citat. num. 9.* & 12. Maſtrill. Capiblanc. Farin. *locis* ab eo *relatis*, quibus addo Ciarlin. *controu. 224. num. 6.*

Aduertendum tamen quod ſi is, qui offendit fuit punitus debita pœna, tunc non
174 ſolùm Princeps, ſed etiam Iudex remittit delinquentem abſque pace, & conſenſu partis ſecundùm Matth. Gribald. *in Reg. crim. inſert. inter comm. opin. diuerſ. fol. 344. col. 2.* Iacob. de S. Georg. *l. tranſigere in fine C. de tranſact.* Farin. *d. quæſt. 107. num. 9.* & Matthæu *de Regim. Regni Valent. cap. 2. §. primo num. 110.* dicit hoc eſſe verum etiam, quan-
175 dò pœna in aliqua parte ſit executa, puta quod relegatus ad decennium paſſus ſit relegationem per biennium, nam tunc poteſt pro aliquo tempore gratiari abſque conſenſu, quia iam parti eſt ſatisfactum ex pœna data, & paſſa, & ratio rationis eſt, quia plus, & minùs non mutat ſpeciem, vt proſequitur dicere Matthæu *loc. cit.* & ſufficit quod tunc iudex ſe cauteſet cum cautione de non offendendo, vt ex Sanfel. Franc. Victor. & Vrſell. ad Affl. inquit Pratus *loc. verſ. non inſultè*: Sed hoc non approbat Pegas *ad ordinat. Portugall. lib. primo tit. 3. §. 10. gloſ. 25. num. 16. tom. 2.*

Quæro decimòquartò, An partes poſſint cogi ad faciendam pacem? Dic quod Iudi-
176 ces non poſſunt cogere per Text. *in l. furti §. qui iuſſu ff. de his qui not. infam.* vbi Bart. Marſil. *conſ. 98. per tot.* Clar. *quæſt. 58. nu. 40.* & alij relati à Farin. *in quæſt. 107. num. 3.* & quamuis contrarium teneant Carald. *de ſindic. num. 25.* Bald. *in l. eum affirmes C. de liber. cauſ.* Barr. *in l. ambitioſa col. 4. verſ. declaramus ff. de decr. ab ordin. facien* Theſau *quæſt. forenſ. lib. 4. cap. 26. nu. primo* & Pratus ad Paſchal. *de Patr. poteſt. par. 4. cap. 7. verſ. nos verò circ. med.* Attamen hæc contraria opinio non fuit recepta in practica, teſte Viu. *comm. opin. 424. num. 4.* Baiard. ad Clar. *d. qu. 58. numer. 75.* & Farinac. *d. quæſt. 107. numer. 8.*
177 Princeps tamen poteſt iuſta exiſtente cauſa, puta ob tranquillitatem Ciuitatis, & Reipublicæ, partes cogere ad faciendam pacem, vt inquiunt Nouell. *ad defenſam Reorum cap. fin. num. 4.* Baiard. ad Clar. *d. qu. 58. num. 75.* & Vulpell. *de pace quæſt. 3. num. pri-*
178 *mo & ſeqq.* ſubdens, quod Princeps non cogit præcisè, & per carcerationem, ſed eijciendo, & banniendo à Ciuitate magis ſuſpectos, & principaliores, & licet videatur hoc periculoſum Farinac. *d. quæſt. 107. num.* tamen ità practicatur per Eminentiſſimos, & Reuerendiſſimos DD. Cardinal. Legatos in hac Ciuitate Bononię, dicunt enim, *faciatis pacem, vel egredimini è Legatione.*

Quæro decimoquintò. Quid dicendum ſi pars offenſa requiſita pluries non vult facere pacem, an liceat Principi facere gratiam abſolutam, & Iudici liceat remittere conditionem exilij in gratia contentam? Circa primam partem quęſiti, dicit Guazz. *de pace quæſt. 38. num. 30. par. prima*, quod tempore Pontificatus ſanc. mem. Clement. VIII. Quidam Vir, & miles ſtrenus Romanus ob multa ſeruitia Sedi Apoſtolicæ præſtita in Caſtris contra infideles, & in Statu Eccleſiaſtico ob trucidatos, & fugatos bannitos eundem Statum turbantes, remiſſus fuit ſinè pace fratris interfecti penitùs pacem dare renuentis, & ſubdit Guazzin. quod fuit remiſſus ſinè pace non tantùm ob ſeruitia præſtita, quantum quia tunc temporis Sedes Apoſtolica indigebat valore eiuſdem Militis, & ſic nec in iſto caſu debet Princeps facere gratiam ſine pace, niſi ex iuſta cauſa, & ob vtilitatem Reipublicæ, vt fuit dictum *ſuprà*, & Franc. Vico *ad pragm. Sardiniæ lib. 2. tit. 25. cap. 12. n. 18.* ex Farinac. *quæſt. 6. n. 25. verſ. fortiùs conſidero*, ait quod Beatus Pius V. noluit remittere Hieronymum de Matthæis Nobilem Romanum ab homicidio, quod

quod patrauerat, licèt ſe in bello Galliæ
contrà hæreticos mirabiliter geſſiſſet, ex
quo partis remiſſionem non obtinuerat
& nec ad Vrbem, in qua homicidium pa-
trari fecerat voluit ſinè pace remittere Io-
annem Brancadorum Nobilem Firmanum
ſtrenuum Ducem, qui contra eoſdem hære-
ticos ſuis ſumptibus cohortem coadunare
ſe obtulerat.

Circà verò ſecundam partem quæſiti di-
cit Theſau. *quæſt. forenſ. lib. 4. cap. 26. per tot.*
& Pratus ad Paſchal. *de patr. poteſtat. par. 4.
cap. 7. verſ. hinc ortum fuit*, quod quandò
elapſi ſunt multi anni, & pars offenſa obſti-
nato animo recuſat facere pacem, poterit
Iudex remittere conditionem, ſi homicida
velit ſatisfacere cum ſolutione damnorum,
& intereſſe arbitrio Iudicis, aut mediatorū;
Secus autem ſi nolit ſatisfacere. Verum
181 dubito valdè de veritate huius propoſitio-
nis, quia eſſet facere gratiam, quod Iudici
182 non permittitur; Solus enim Princeps ha-
bet hoc ius, ad Text. *in l. relegati, & l. ad be-
ſtias §. ex prouincia ff. de pœn. & l. 2. C. de bon.
damnat.* cum alijs adductis per Farinac. *quæ-
ſtion. 6. num. 2*, nec admouendum ſuperio-
rem ad faciendam gratiam poteſt dici ſuffi-
ciens motiuum obſtinatio partis offenſæ,
quia illa ſi non vult iniuriam remittere, for-
tan malè agit, vtitur tamen ſuo iure, & ſic
nec Princeps poteſt in odium eius, qui fa-
cit id, quod ſibi de Iure eſt permiſſum, à re-
gulis Iuris recedere, & Reinpublicam, ſeù
Ciuitatem perturbationibus obijcere, vt in
fortioribus terminis conſiderat Vico *loc. cit.
d. num. 18.* qui ex ſuſpitione perturbationum,
quæ poſſunt timeri in Ciuitate ait, quod ad
hoc vt Princeps poſſit ſinè pace, ſeù partis
remiſſione facere gratiam delinquenti ob
publicam cauſam, debet cauſa eſſe verè vti-
litati publicæ neceſſaria, ad illius ſcilicet
conſeruationem, & quod propterea pro
cauſa publica conſiderari non debet nudum
bonum pacis fictum, vel præſumptum pro
ſcandalo Populi. Vide eum, & vide Farin.
*loc. citat.*

Quid ſi pars offenſa non porrexit quære-
lam? ponit hanc quæſtionem D. Franc. Vi-
co *ad pragm. Sardiniæ lib. primo tit. 25. cap. 12.
num. 8.* & ex Luca de Penna *in l. prima C. de
Deſert. lib. 12.* & Paride de Puteo *de ſindi-
catu verbo compoſitio §. an compoſitio*, reſoluit
nec iſto caſu poſſe Principem facere gra-
tiam ſimpliciter, niſi priùs parte citata, &
termino aſſignato ad comparendum, quod
ait poſſe admitti ſolùm in caſu, quo nulla
quærelæ diffamatio præceſſit. Vidè Gaill.
*lib. primo obſeru.* 9. Carauit. *M. Cur. ritu 272.
num. 20.* Farinac. *quæſt. 5. num. 11.* quos ip-
ſe Vico allegat *ibidem*.

Et quando pars offenſa, ſeù illius conſan-
guinei, ſeù affines ſunt forenſes, ſeù ſunt in-
certi, & ignoratur vbi ſint, eo caſu ait D. Vi-
co *ibidem num. 9.* poſſe Principem facere
gratiam adiecta clauſula, quod hærede
comperto, vel comparente parte offenſa,
teneatur ab eo obtinere remiſſionem, & ci-
tat Clar. *quæſt. 58. verbo quod ſi nullus* Bart.
*conſ.* 167. Add. ad Aug. *de maleſic. verbo ad
quarelam num. 11. lit. A.* de Ponte *de poteſtat.
Proreg. tit. primo §. 4. num. 32.* Plot. Capi-
blanc. Maſtrill. *locis* per eum *relatis*: Sed in
hac Ciuitate in iſto caſu pro ignotis, ſeù fo-
renſibus vltra quinquaginta miliaria exiſtē-
tibus facit pacem Magiſtratus.

Poteſt etiam Princeps facere gratiam ſinè
pace, & conſenſu partis offenſæ ijs qui ban-
nitos occidunt, vel viuos præſentant Curiæ
per Text. *in l. non omnes §. fin. ff. de condit. ob
turp. cauſ. in fine*, cum alijs adductis à Vico
*loc. cit. num. 10.* circa quam materiam plu-
ra dixi *ſuprà in cap. primo*.

Quæro decimòſextò. An partes procu-
rantes habere pacem à parte offenſa minan-
do, & violentiam adhibendo debeant pu-
183 niri, & quomodò? Dic quod incidunt in
pœnas criminis læſæ Maieſtatis, rebellio-
nis, & in alias pœnas comminatas in Bul-
la Innocentij Octaui *in ordine 13.* quæ Bul-
184 la fuit per Clementem Septimum, & alios
Pontifices extenſa per totum Statum Eccle-
ſiaſticum, vt tradit Baiard. ad Clar. *quæſt. 59.
num. 51.*

Quæro decimòſeptimò. An Iudices, qui,
vt diximus, non poſſunt compellere, ſi com-
185 pellant ad faciendam pacem, teneantur
pœnis dictarum Bullarum? Reſpondeas ne-
gatiuè ob rationem, quia Iudices id non
faciunt ad ſuum commodum, ſed propter
vtilitatem publicam adhoc mouentur Bald.
*in l. continent ff. quod metus cauſa* Dec. *conſ. 42.
num. 9.* & Baiard. *d. quæſt. 58. num. 76.* Vide
tu Dec. pulchrè loquentem *d. num. 9. per tot.*
186 Sed quamuis non incurrant in edictum,
grauant tamen ſubditos, vt inquit Nouar.
*Vaſſallorum grau. 353. num. 1. & 2. p. prima*,
& paces huiuſmodi ſunt nullius roboris, &
earum nulla ratio eſt habenda, vt tradit No-
uar. *loc. cit. num. 4.*

Quæro decimò octauò. Quid dicendum
de Parochis, & Patribus ſpiritualibus, qui
187 minantes denegationem Sacramentorum
compellunt partes ad faciendam pacem?
Dic quod non comprælienduntur in dicta
Bulla Innoc. ob rationes in præcedenti quæ-
ſito allatas; malè tamen faciunt Parochi,
& alij prædicta agentes, quia ſufficit ad re-
ceptionem Sacramentorum, quod quis re-
mittat rancorem, & non tenetur facere pa-
cem in ſcriptis, & nec tenetur remittere
actionem iniuriarum, vt pluribus oſtendit
Ciarlin. *controu. 224. num. 11. & ſeqq.* vbi
multa pulchra ad materiam conferentia
affert, quæ poteris per te videre; eandem
opinionem tenet pluribus citatis Eminentiſ-
ſimus, & Reuerendiſſimus clar. memor.
D. Cardinalis Albiſius *in tractatu de Incon-
ſtantia hominum circa Fidem, Spem, & Chari-*

*tatem*

*par. 2. cap. 2. num. 48.* quem idem Eminentiſſimus, dum viueret, ex ſua maxima benignitate pluries mihi oſtendit, qui tamen contra Ciarlinum dicit quod inimicus, licèt non teneatur remittere actionem iniuriarum, tenetur tamen remittere rancorem & odium, & oſtendere omnia ea ſigna per quæ omnes intelligant rancorem, & odium eſſe ſublatum, & ſic teneri ad dandam pacem in ſcriptis Inimico veniam petenti annuit *ibidem*. vidi apud eum diſcurſum cuiuſdam Religioſi in quo pluribus defendit partem denegantis dare pacem in ſcriptis & vidi reſponſionem erudiriſſimam, & doctiſſimam ab eodem Eminentiſſimo illi datam *a num. 28. vſque ad num. 54.*

---

# Cap. Octaui §. IV. & V.

Chiunque farà alcuna ſorte di vendette tranſuerſali offendendo Padre, Madre, fratelli, ſorelle, figliuoli, ò altri attinenti tanto d' affinità, quanto di cognatione, ò amico, ò domeſtico del ſuo nemico incorrerà nelle pene contenute nelle Bolle di Paulo Secondo, e d'altri Somini Pontefici, che diſpongono di tale materia.

§. 5. Dichiarando che non s'ammetterà allegatione di particolare inimicitia, che l' offendente haueſſe con l' offeſo, ſe detta cauſa non ſarà legitimamente giuſtificata.

*S V M M A R I V M.*

1 *Crimen vindictæ tranſuerſalis antiquitùs iura non cognouerunt, nec Iulius Clarus ſciuit, quo nomine illud appellare poſſet.*
2 *Committitur, quando offenditur alia perſona, quam illa, quæ primò offendit.*
3 *Puta propinquus primi offendentis.*
3 *Vindictã tranſuerſalem committens incurrit in crimen læſæ Maieſtatis vigore Bullarum.*
5 *Clemens Octauus extendit Bullas ad offendentes amicos primi offendentis.*
6 *Ampliata eſt Bulla Clementis quoad picturam ex Bannimentis Vrbis.*
7 *Pictura vigore Bannimentorum Status Eccleſiaſtici imponitur in defectum deuaſtationis domus.*
8 *Bannimenta loquentia de vindicta tranſuerſali, non proced. in off[illegible] in 4. & 5. gradu.*
9 *Conſtitutio loquens [illegible] non habet locum in mixto.*
10 *Defectus inimicitiæ inter offendentem, & offenſum, & gradus attinentiæ ad hoc vt intret vindicta tranſperſalis debet probari per Fiſcum.*
11 *Qualitas requiſita in conſtitutione pœnali debet probari per Fiſcum.*
12 *Vindictæ tranſuerſalis edictum non comprahendit opem præſtantes, vel aſſiſtentes, quando loquitur in perſonam.*
13 *Tranſuerſales qui nam eſſe dicantur remiſſiuè.*
14 *Tranſuerſalitas in Bannimentis intelligitur reſpectu primò offendentis, & vltimò offenſi.*
15 *De materia vindictæ tranſuerſalis, qui Doctores tractant.*
16 *Vindictæ tranſuerſalis Edictum requirit appenſamentum.*

## Chiunque farà alcuna ſorte di vendetta tranſuerſale.

CRimen vindictæ rranſuerſalis (quod Pontificiæ Cõſtitutiones æquiparant crimini
læſæ Maieſtatis, & rebellionis, vt conſtat *ex Bullis* ſan. mem. Pauli Secundi, Clementis.
Secundi, Clementis VII. Pij IV. & B. Pij
Quinti, & aliorum Pontificum, & meritò
proptèr atrocitatem, & inhumaniratem,
tanti delicti, quam exagerat D. Franc. Vico
*ad pragm. Sardin. lib. 2. tit. 25. cap. 10. num. 2. & 3.*
dicens quod hoc delictum eſt enormiſſimum, & ferè duplex, cum non ſolùm delinquatur in eum, qui offenderat, in cuius odium vindicta ſumitur, ſed etiam contra
innocentem omni culpa carentem) anti-
1 quitus Iura non cognouerunt, & Iulius
Clarus non ſciuit quo nomine illud appellare poſſet, vt dicit Baiard. ad Clar. *quæſt. 47.*
*num. 60.* & committitur tale crimen, quan-
2 do offenditur alia perſona, quam inimica,
3 & propterea ſumentes vindictam contra
propinquos offendendentis, ſiue ſit ille, qui
fuit offenſus, vel alius ſuus propinquus, qui
offendit ad vltionem iniuriæ propinqui, crimen læſæ Maieſtatis, & rebellionis incurrit,
4 vt ex Bulla Pauli Secundi, Clementis Septimi, Pij Quarti, & B. Pij Quinti inquit Baiard. ad Clar. *d. quæſt. 47. num. 59.* & ſequitur Vermigliol. *conſ. crim. 68. num. 13.* vbi
ait, quod Conſtituto ad effectum pœnæ
tranſuerſalis vindictæ requirit qualiratem,
quod offenſus fuerit expers iniuriæ alteri illatæ, & ideo benè D. Franc. Vico *ad pragm.*
*Sardiniæ lib. 2. tit. 25, cap. 10. num. 2.* aduertit quod vindicta non datur in eum, qui non
eſt in culpa *l. ſancimus ff. de pœnis, & l. aliud*
*ff. de verb. ſignif.* cum ſolùm ſuos tenear autores *cap. quæ ſint de his, quæ à mior. parte:* ex
vnius enim delicto alter grauari non debet,
neq; alteri pet alterum iniqua inferri debet
condirio, cum licitum non ſit de perſona in
perſonam tranſgredi *l. multa ff. de cand. t. &*
*demonſtrat.* Imo Bulla Clementis Septimi lo-
5 quens de vindicta tranſuerſali, non ſolùm
hoc ſanciuit in offendentibus amicos, vt ad-
uertit

uertit Farinac. *conſ.* 150. *num.* 19. ſubdit tamen, quod fuit dicta Bulla declatata, & limitara per Bannimenta Status Eccleſiaſtici, vt non procedat, niſi offenſio fuerit facta inter attinentes in quarto gradu, & amplia-
6 ta, vt imponatur pœna picturę. Sed hoc hodie vigore Bannimentorum Status Eccleſiaſtici editorum *die* 20. *Iunij* 1657. non eſt verum, cum diſponant expreſsè, vt procedat etiam contra offendentes famulos, familiares, amicos, adminiſtratores, alioſue quouis alio modo dependentes à primo offendente, & quoad picturam diſponunt, quod tunc demum committens tam enorme delictum euerſo capite in loco publico ſit pingendus, ſi ſit maior 20. annis, & non habeat domum, quæ deuaſtari poſ-
7 ſit, & ideò pictura ſuccedit loco deuaſtationis domus, in illiuſque defectum imponitur ad perpetuam infamiam, ſed Cherubin. *in compend. Bullar. ſcholio* 2. ab Bullam san. mem. Pauli Secundi ait, quod ob deſiſtentiam ab huiuſmodi crimine hodie non imponitur pœna demolitionis domus.

In terminis d. declarationis aduerte, quod
8 ſequuta offenſione inter attinentes in quarto, & quinto gradu non procedit diſpoſitio, quia in pœnalibus Conſtitutio loquens in caſu Simplici, & ſic in quarto non habet
9 locum in caſu mixto, quarto ſcilicet, & quinto ex allegatis per Contar. *de momen, poſſeſſ. limit.* 2. *num.* 34. *& ſeqq.* Bertazzol. *conſ. crim.* 126. *num.* 13. *& ſeqq. deciſ. Pedem.* 126. *num.* 12. *&* 13. & Farin. *conſ.* 150. *numer.* 24. Cherubin. *in compend. Bullar. in ſchol. primo d. Bullæ Pauli Secundi*. Ideò Fiſcus, qui dicit
10 inter occidentem, & occiſum non adfuiſſe aliquam inimicitiam ad effectum vt faciat intrare pœnam vindictæ tranſuerſalis, debet probare defectum inimicitiæ, & inſuper debet probare offenſionem fuiſſe factam attinenti in quarto gradu, vt requirunt Bullæ, ad quas Bannimenta habent relationem, cum ſit fundamentum ſuæ intentio-
11 nis, & ſit qualitas requiſita *in Conſtitutione pœnali* ad Text. *in l.* 2. *§. docere ff. de vi bon. rapt. leg. prima §. ait Prætor*, & ibi Bart. *ff. ne quid in flum. pub.* Farin. *conſ.* 150. *num.* 16. *&* 22. Hercul. *d. cap.* 52. *num.* 24. vbi ait, quod non ſolùm debet probari qualitas in facto, ſed etiam in Iure, & hoc replicat *num.* 28.

Quæro primò, An Bannimenta compræ-
12 hendant in hac diſpoſitione eos, qui præſtant opem, vel aſſiſtunt delicto? Dic, quod non, quia loquuntur in perſonam, vt poſt Bart. *in l. ſi quis id col. fin. ff. de Iuriſd. omn. Iudic.* Alex. *conſ.* 64. *lib.* 4. *per tot.* Dec. *leg. Concilij col. fin. ff. de reg. Iur.* vult Hercul. *de caut. cap.* 52. *num.* 16. vbi explicat etiam qui-
13 nam ſint tranſuerſales, & an Fratres deſcẽdentes ex fœminis, vel ſpurij veniant appellatione tranſuerſalium, & dicit quod nõ: Sed contrarium eſt veriùs, nam cum habeant relationem explicitam ad Bullã san. mem. Pauli Secundi includunt de neceſſe aſſiſtentes, & auxilium præſtantes, quia Bulla prædicta, quæ eſt *in ordine* 4. *in §.* 4. expreſsè loquitur de adhærentibus, fauentibus, opem, auxiliumue promittentibus. Idem ſtatuit san. mem. Pius Quartus in Bulla *in ordine* 17. *§.* 3. & ita in terminis d. Bullæ Pauli Secundi reſpondit Bartholom. Soccin. *conſ.* 188. *n.* 1. 2. *&* 3. *lib.* 2. qui *nu.* 3. ait, quod dum in dicta Bolla includitur opem, & auxilium promittens, eo magis includitur opem, & auxilium præſtans actui proximo ad maleficium, puta quod prius equitando perſcrutatus fuerit, an offendendus eſſet in loco, & poſtea iuerit ad eum, qui offẽſurus erat, & duxerit ſuper groppam equi ad locum delicti, vt in caſu, de quo ipſe loquitur, & ad hoc allegat Baldum *in l. data opera col.* 20. *C. qui accuſar. non poſſ.* dicentem quod magis approximatur maleficio actus facti, quam verbi.

Aduertendum, quòd auxilium debet reſpicere actus maleficij in ſumendo vindictam, & ſic indiuiduandi ſunt actus præciſi ad talem vindictam, vt innuit Barthol. Soccin. *d. conſ.* 188. *num.* 3.

Aduertendum iterum, quod pœna demolitionis domus indicta in Bulla non includit auxilium, & opem præſtantes: omnes enim aliæ pœnæ impoſitæ in dicta Bulla percutiunt etiam opem, & auxilium præſtantes, & promittentes, ſed eos non percutit illa demolitionis domus, quæ in principales dumtaxat ſtatuta eſt, vt legitur in *in dicta Bulla* §. 5. ibi: *vt domos, & habitationes principalium offendentium*, & dicit Barthol. Soccin. *d. num.* 3.

Aduertendum tertiò, quòd pœnæ in dicta Bulla ſtatutæ ſunt grauiſſimæ, vt habetur *in §.* 2. ibi: *Crimen læſæ Maieſtatis incurrat, & tamquam læſæ Maieſtatis, & Rebellionis, ac Seditionis in Vrbe excitatæ Reus cenſeatur, & habeatur, ac veluti talis à competentibus Iudibus ſeueriſſimè puniatur*. & in §. 3. ibi: *Omneſque præterea talia perpetrantes, & committentes tamquam Chriſtianæ Religionis alieni, publicæ pacis æmuli ab omni populo, Ciuitate, terra, vel loco Eccleſiæ Romanæ mediatè, vel immediatè ſubiecto ſint perpetuò diffidati, eorum bona tam mobilia, quàm immobilia ſint ipſo iure Cameræ Apoſtolicæ confiſcata. Nulli præterea talium alicuius aperiatur ianua dignitatis, aut honoris Eccleſiaſticæ, vel mundanæ, ſeu ad alicuius loci Reginem ſit aſcenſus. Et vt magis famoſa ſit eorum infamia factio teſtamenti actiuè, & paſſiuè ſit eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateat aditus, nulla porta pandatur, omni ſpe gratiæ, aut diſpenſationis adempta: ac præter prædictas pœnas, ſententiam excommunicationis, & perpetuæ maledictionii incurrant, à qua abſolui non poſſit, niſi per Romanos Pontifices, præterquam in mortis articulo conſtituti*: & §. 5. ibi: *Statuimus præterea, vt domos, & habitationes principalium offendentium, qui vindictam in alios, vt præmittitur,*

*ſtitur, ſumere, vel exercere, vel etiam qui ex vtraque parte domus ipſas munire, &c. auſi fuerint in deteſtationem tanti facinoris demoliantur, & vſque ad ſolum ad perpetuam infamiam proſternantur.*

Nihilominùs idem Pontifex *ibidem d. §. 5.* ſtatuit, quod prædictis pœnis cumulentur aliæ omnes à competentibus Iudicibus ſtatutis, & legibus aduerſus tales editæ, vel edendæ, vt apparet ibi: *Per hec quoque ſecularibus, & alijs Iudicibus ſuis competentibus non adimimus facultatem vtendi Statutis, & legibus aduerſus tales editis, vel edendis, &c. dignum eſt enim vt nefandi ratione flagitij vltionis ſeueritas extendatur, & propter enormitatem facinorum, pœnarum modus exuberet.*

Quæro ſecundò, An intelligatur vindicta tranſuerſalis reſpectu primi, an etiam reſpectu ſecundi offenſi, puta quod Titius offenſus à Caio, offendit Sempronium conſanguineum Caij, & Sempronius offendit Seium conſanguineum Titij, an Titius ſolùm, an verò etiam Sempronius incurrat in crimen vindictæ tranſuerſalis? Dic, quod Hercul. *de caut. cap. 52. num. 2. & 30.* agit de iſta quæſtione, & videtur (nimis enim obſcurè loquitur) tenere, quod intelligitur
14 reſpectu vtriuſque offendentis ſcilicet; & offenſi, & noſtra Bannimenta concordant cum opinione Herculani, dum enim dicunt; *Chiunque farà alcuna ſorte di vendette tranſuerſali:* compræhendunt omnes de tranſuerſalitate primi offenſi, & dum dicunt: *offendendo Padre, Madre, Fratelli, Sorelle, Figliuoli, ò altri attinenti, tanto d'affinità, quanto di cognatione, ò amico, ò domeſtico del ſuo inimico:* compræhendunt omnes de tranſuerſalitate primi offendentis, & cum non diſtinguant, & ratio militet tàm in vno, quàm in alio tranſuerſalitèr offendente concluſio prędicta remanet firma, etenim non debet eſſe licita offenſio tranſuerſalium in odium cuiuſuis offenſionis primi, vel ſecundi offenſoris.

Quæro tertiò quinam Doctores tractant
15 materiam criminis vindictæ tranſuerſalis? dic quod de eo tractant Farinac. *conſ. 150. num. 55.* Herculan. *d. cap. 52.* Alex. Saluus *conſ. crim. diuerſ. 35. in paruis.* qui ait Florentiæ eſſe permiſſum facere vindictam etiam tranſuerſalem, & vide etiam apud Ioannem Cephal. *conſ. 53. & conſ. 54.* relat. per Hercul. & Ioannem Baptiſtam Spadam *conſil. crimin. 102. num. 4. lib. 1.* vbi pluribus oſtendit Bannimenta generalia Status Eccleſiaſtici non reſtringere diſpoſitionem Bullarum Pauli Secundi, & Clementis Septimi, Laganar. *in add.* ad Rouit. *in rub. pragm. de ſent. forjudicat. §. quintus caſus eſt*, Farinac. & Vico *locis ſupra citatis*, & Bart. Soccin. *conſil. 188.* Cherubin. *ad Bullam prædictam* Pauli II. & Clementis VII.

Quæro quartò, An vindictæ tranſuerſalis
16 diſpoſitio procedat contra eos, qui non appenſatè delinquunt? dic quod Herculan. *de caut. de non offend. cap. 52. num. 23.* tenet, quod dicta diſpoſitio procedit, & intelligenda eſt, quando dolo, & ex propoſito occidendi, non autem quando in rixa, vel calore iracũdiæ fuerit commiſſum homicidium, quia tunc is non dicitur offendere ad vindictam, & idem videtur velle etiam Farinac. *conſ. 2. num. 7. & 19.* vbi ponit caſum in fratre, qui vocatus à fratre prouocato, & vulnerato in auxilium accurrit ad domum, ſpadone ſe armauit, & vna cum ſuo fratre accedit ad domum vulnerantis, & ibi Patrem illius, cum eſſet impedimento ei, ne filium offenderet, occidit, ac dicit ibi Farin. quod erat pœna extraordinaria puniẽdus, & quod non intrabant Bullæ de vindicta tranſuerſali loquentes, & Farinac. refert, & ſequitur Cherubin. *in compend. Bullar. ſcol. 2. ad Bull. ſan. mem. Clem. Septimi in ordine 7.* & ita in caſu ſimilis reſpondit Grilenzon. *conſ. 149. per tot.* Sequitur Vermigl. *conſ. crim. 68. num. 13. & ſeq.*

Sed Vulpell. *tract. de pace quæſt. 49. num. 2.* tenet contrarium ea ductus ratione, quia vindicta tranſuerſalis, nec quidem à brutis animalibus perpetratur, nempè quia in illis, nec iracundiæ calor, nec ſanguinis commotio poteſt operari *l. quicquid calore de reg. Iur.* & eſt verum quia iacto lapide in canem, non eum, qui lapidem iecit, ſed lapidem ipſum, qui immediatè lædit momordit: at hæc ratio à Vulpell. adducta retorquetur, quia ſi in tantum animantia bruta non faciunt vindictam tranſuerſalem, in quantum in illis nec iracundiæ calor, & nec ſanguinis commotio poteſt operari, ſequitur, quod in hominibus, in quibus ira, & ſanguinis commotio facit ſuam operationem, cõtrarium venit dicendum: Nihilominus Bannimenta generalia Status Eccleſiſtici vltimo loco emanata iuxta hanc Vulpelli opinionem ſtatuunt vindictam tranſuerſalem facientes incurrere in crimen læſæ Maieſtatis, etiamſi fiat calore iracundiæ, & *à ſangue caldo.* Nec caſus relatus à Farinac. facit pro opinione Herculani, quia in caſu Farinac. Pater fuit in rixa, & aliquid fuit operatus in rixa.

CAP.

# CAPVT NONVM.

## RVBRICA

## Che alcuno non prouochi à Duello, nè à fare queſtione.

Malè fit continuatio huius Rubricæ ad præcedentem, niſi fiat relatio ad atrocitatem, & qualitatem huius criminis ad crimina in præcedentibus tractata. Vel poteſt dici quod hic titulus annectitur præcedenti, quia multoties rumpentes pacem, cautionem de non offendendo, & facientes vindictam tranſuerſalem negant delictum eſſe cum qualitate fracturæ pacis, ſeù vindictæ tranſuerſalis, & quia non poſſunt hoc allegare vigore Bullarum, & quandoque non poſſunt ex defectu teſtium, & probationum qualitatem reijcere, de facto ad reparandam exiſtimationem, quæ apud homines probos remanet læſa, & diminuta ex cauſa, & reſpectu qualitatis abhominabilis delicto adiectæ, recurrunt ad Monomachiam, ſeu Duellum pro obiecto crimine purgando, & fama tuenda. Propterea non videtur abſurdum, quod poſt titulum de Pace rupta, & de Vindicta tranſuerſali tractetur de Duello, & ſingulari certamine.

## Cap. Noni §. I. & II.

§. 1. Eſſendo ſtato prohibito il Duello dal Concilio di Trento, e dalle Bolle de' Sommi Pontefici, non è parſo à S. Signoria Illuſtriſſima di paſſarlo con ſilentio. Però ſtatuiſce, e vuole, che ſe alcuno per qualſiuoglia cauſa publicamente, ò priuatamente sfidarà alcun altro à combattere con alcuna ſorte d'armi, dando ordine del tempo, e luogo quantunque non fuſſe fatta l'elettione di Giudice, Padrini, ò Compagni, & non fuſſero precedute disfide, inuiti, cartelli, ò imbaſciate, il delinquente in caſo di morte, ò ferita ſia punito con la pena della morte, & in altre pene delle dette Bolle, e del detto Concilio.

§. 2. Et nella ſteſſa pena incorrerà chi accettarà tale prouocatione, ò disfida, quando ne ſeguiſſe ferita, mà quando non ne ſeguiſſe ferita la pena tanto del prouocante, quanto del prouocato ſarà della galera per cinque anni.

### SVMMARIVM.

1 *Doctores tractantes de Duello referuntur.*
2 *Duellum eſt ſingulare certamen duorum hominum ad purgationem illati criminis initum.*
3 *Duelli finis eſt probatio occultorum, & purgatio inditiorum.*
4 *Duella ſunt exterminanda omninò.*
*Ob duas rationes recenſitas. eodem num.*
*Sunt omni iùre probibita. ibidem.*
5 *Multi Principes coactè duella permiſerunt.*
6 *Duella per Ius Canonicum omninò ſublata, & leges de illis diſponentes fuerunt abrogatæ.*
7 *Ius Canonicùm de duelli prohibitione loquens variè interpretatur.*
8 *Ius nouum Pontificium duella omninò, & indiſtinctè prohibent.*
*Adhùc tamen Conſtitutiones Pontificiæ egent maiori explicatione. eodem num.* 8. verſ. etenim cum attentis.
*Et ideò ſuperflua non eſt diſpoſitio Bannimentorum; quia lex non eſt ſuperflua, ſi ſuper dubijs opinionibus confecta, & lata ſit. eodem num.* 8. verſ. ex his igitur.
*Ambiguitates, quæ ex dd. Conſtitutionibus reſultant recenſentur eod. num.* 8. verſ. etenim cũ attentis, & verſ. & dubitari poſſit, &

 verſic.

verſic. rurſus poſſit etiam, & verſic. nemo enim, *vbi referuntur Doctores, qui aſſerunt non incurrere in excommunicationem in Gregoriana, & Clementina indictam, etiam qui oblato, & acceptato duello accedunt ad locum duelli animo duellandi, ſi impediti ad pugnam non deuenerint: & licèt alij aſſerant contrarium, tamen pro negatiua ſtat Caraſa, qui contrarijs reſpondet: imò pugnam eſſe neceſſariam declarauit ipſemet Clemēs Octauus, vt aſſerit Scortia relatus. d. num. 8.* verſ. nihilominus.

*Infertur ex hoc, quod ſi non incurritur excommunicatio, nec incurritur pœna mortis. dicto num.* 8. verſ. & ex hoc in facti contingentia.

*Conatus, quando expreſſa lege punitur, adhuc non ſunt ligatæ manus Iudicis, quin pœnam mollias. eod. num.* 8. verſ. eoque facilius.

*Et hoc in duello, ſi ad pugnam non ſit deuentum, practicatum dicunt aliqui Doctores relati. ibidem num.* 8. verſ. addebam.

*Ius nouum Pontificium prohibens duellum recipit plures limitationes vt num.* 13. 14. 15. 16. *&* 18. *vbi agitur de pulchro caſu*; verſic. quæro tertiò.

9 *Duelli pœna ad hoc, vt intret, & habeat locum requiritur tractatus, & deliberatio*;

11 *Et determinatio loci, & diei.*

12 *Et locus debet eſſe præciſus, & indiuiduus.*

*Prouocans ad duellum motus iracundia non tenetur pœna S. Concilij, quamuis accedat ad locum, & cum prouocato incontinenti pugnet. num.* 10. *&* 21.

14 *Infidelibus poteſt permitti à Chriſtianis, quod duellent. Contrarium, num.* 15.

17 *Bannimenta contra Duellantes imponentia pœnam mortis ſunt ſeruanda, quatenus vſu ſint recepta.*

19 *Prouocatus ad duellum non incurrit pœnam, ſi reſpondet*: Sono Chriſtiano, e non accetto duello, mà camino per la Città con la mia ſpada, e la prima volta, che c' incontraremo gli darò ſodisfattione; *nec ille, qui reſpondit*: Si me inuaſeris, ſenties tibi rem eſſe cum viro intrepido, & forti. *nec is, qui reſpondit*; Paratus ſum me defendere, quandocumque me inuaſeris: *nec is, qui reſpondit*; Ego vbicumq; me aggreſſus fueris paratus sū me defendere, neque latitabo, ſed mei copiam per ordinarias Ciuitatis vias faciā.

20 *Dummodò tamen diuertat tempus, & locum propoſiti certaminis.*

*Aliàs ſecùs. num.* 25.

*Concilia. num.* 26.

22 *Duellantium vnus, & non alter poteſt incurrere in pœnas, & excommunicationem, vt in exemplo, quod affertur.*

23 *Accedens data opera ad prouocandum ad duellum alium, qui tale quid non expectabat, eſt proditor.*

24 *Contrarium.*

## Che alcuno non prouochi à Duello.

DE Duello, ſeù ſingu-
lari certamine pluri-
mi Doctores tracta-
1 runt, & ſunt Alciatus
*de ſingul. certam.* Pere-
grin. *de Duello*, Lucas
Floren. *de Duello*, Io:
de Lignano *de Duello*,
Io: de Caſtillo *de Duel-
lo*, Tholoſ. *ſintagm. Iur. par. 3. lib. 48. c. 15.*
Muta *ad conſuetud. Panormit. cap. 6. per tot.* &
*ad pragmatic. tit. 37. de pœna prouocan. ad duel-
lum per tot.* Nouar. *in ſumma Bullar. in Bulla
Clemen. VIII. & pragm. de duello collect. prima,*
D. Maſſin. *de confiſcat. quæſt. 10 per tot,* Rouit.
*in pragm. de duello,* Corrad. *temp. omn. Indic.
lib. 1. cap. 1. §. 3.* Carol. Tapia *de Iure Re-
gni lib. 5. tit. 34. de duello,* Fagnan. *in capit.
Henricus num. 2. & ſeqq. de Cleric. pugnan. in
Duello,* Larrea *alleg. Fiſcal. 116. & alleg. 117.
per tot.* Ameſcua *de poteſt. in ſe ipſum lib. 2.
cap. 5. num. 19. & ſeqq.* & Pater Caraſa *de
Duello*, Sanchez. *lib. 2. decalogi cap. 39.* Sua-
rez. *de cenſur. diſp. 13. ſect. vlt. diſp. 23. ſect. 7.*
qui *d. ſect. vlt.* vt refert Benedict. Pereira
*elucidar. lib. 2. elucidat. 3. ſect. prima nu. 604.*
tradit differentiam inter Duellum, & diffi-
dationem.

2 Duellum eſt ſingulare certamen duorū
hominum ad purgationem illati criminis i-
nitum, quo victor purgatus, victus verò
pro conuicto habetur, vt eſt Text. *in cap.
2. de purgat. vulgari, & in cap. monomachiam
2. quæſt. 5.* & Tholoſ. *loc. cit. num. 2.* qui *ibi-
3 dem num. 22.* ait, quod finis duelli eſt proba-
tio occultorum, & purgatio inditiorum,
vnde Benedict. Pereira *dicta elucidat. 3. de
bello ſect. 1. num. 604.* ex Sanchez. *lib. 2. deca-
logi cap. 39. num. 1.* ait duellum propriè non
eſſe quodlibet duorum certamen, ſed quā-
do ſuſcipitur ad veritatis indaginem, vt vi-
ctor reputetur innocens, & habere ius in li-
te. At Io: de Lignano *in tract. de duello*, in-
quit, quòd duellum eſt pugna corporalis
deliberata hinc indè duorum ad purgatio-
nem, vel gloriam oſtendendam, vel odij
exagerationem tendens, ſed Pater Caraſa
*de monomachia, ſeu de duello tract. 1. ſect. 1.
quæſito 2.* alijs relatis diffinitionibus conclu-
dit *num. 6.* cum Caietano, Salonio, Peregri-
no, Reginaldo, & alijs, qud duellum eſt
pugna duorum, vel plurium ex condicto, *&
ſect. 3. quæſito 1. nu. 1.* explicando ly Verba *ex
condicto* ait in illis temporis, ac loci deſigna-
tionem latenter incluſam, & implicitè con-
tentam. Vtcumque tamen ſit: hoc vnū eſt
compertū, quod Duella fuerunt ſemper ha-
bita pro inuēto Diabolico, & pernitioſo, &
penitùs abhominabili non ſolùm, quia
4 præbent occaſionem hominibus, licèt in-
noxijs, ſeſe diffamandi, permittit enim
Deus plerumque in iſtis duellis innocentes
necari,

necari, & ſuperari ab ijs, à quibus accuſantur, propter alia eorum peccata, vt per Textum *in cap. 2. de purgat. vulgari*, inquit Tholoſan. *d. cap. 15. num. 7.* Sed etiam quia duellantes tentare Deum videntur, & nimium de ſua iuſtificatione confiſi in mortē ſpontaneam perueniunt, inſcij an amore, vel odio digni ſint, & nū pro alijs peccatis, quibus omnes abundè ſcatemus, & conſtringimur, digni quoque ſint in certamine à Deo relinqui, & eius deſtitui ope, vt formalibus verbis aduertit Tholoſan. *d. cap. 15. num. 23.* aliam rationem aſſigat Pater Cauſius *in apologia pro Religioſis Societatis Ieſu folio mihi 98.* ibi: *La ragione è che per ordinario queſto (hoc eſt defendere famam, & honorem) è vn ben fantaſtico, che in altro non ſuſſiſte, che nell'imaginatione depranata degl' huomini appaſſionati, quale non deue eſſere preferito à commandamenti di Dio, alla legge del Prencipe, alla ſtima della gente da bene, nè al prezzo dell' Anima, e della ſalute, nè anche alla vita temporale, che è vn ben ſolido, che ſerue di fondamento ad ogni ricchezza, & ad ogni contento*, & allegat Leſſium, Cardinalem de Lugo, Molinam, & Filiuccium.

Cuius autem opera Diabolus vſus fuerit ad hoc inuentum propalandum plurium opiniones refert Pater Carafa *loco cit. tract. primo ſect. prima queſt. 1. per tot.*

Et licèt Duella ſint omni iure prohibita, vt oſtendit pluribus Iaſ. *in l. ex hoc iure n. 31. & ſeqq. ff. de inſtit. & iure, & in conſ. 244. numer. 14. & ſeqq. vol. 2.* Reginald. *in prax. fori peni:ent. lib. 21. cap. 7. num. 80.* Floron. *de duello quaſt. 3.* Io: de Saccaratis *ad conſuetud. Catalon. §. Vaſſallus fol. 471.* Berlich. *practic. concluſ. par. 4. concluſ. 16. num. 2. verſ. contrariam igitur* Carpzou. *pract. crim. par 1. quaſt. 29. num. 71.* & quidem de Iure Ciuili eſt Text. *in leg. vnica C. de gladiator. penitus tollen.* & de Iure Canonico eſt Text. *in cap. ſi non licet 23. quaſt. 5. & cap. Monomachiam 2. quaſt. 3. & de* Iure Diuino eſt Text. *in Deuteron. cap. 6. & Numer. cap. 21. & Luc. cap. 4.* ibi: *Non tentabis Dominum Deum tuum:* iura enim, quæ poſſunt allegari in contrarium, nempè Text. *in l. ſpem C. qua res pignor. oblig. leg. prima C. de Athlet. lib. 10. l. commodi ff. de re indic. l. ſepticia. ff. de pollicitat. l. athletas ff. de his, qui not. inſam. l. athleta ff. de excuſat. tut. l. qua actione §. ſi quis in colluctatione ff. ad leg. aquil. l. vltima ff. de muner. & honor.* cum alijs adductis à Scagliono *ſuper pragmat. 1. de duello num. 2.* loquuntur, & intelligi debent de publicis certaminibus inuentis ad publicam delectationem, exercitium, & gloriam, vt benè explicat Scaglion. *loc. cit.* & Berlich. *d. concl. 16. num. 2. verſ. qua tamen.* Et licèt etiam duella fuerint ſemper habita, vt dixi *ſupra* pro pernicioſis, & abhominabilibus,
5 nihilominus multi Principes coacti fuerunt illud permittere, ſeù potiùs tollerare, vt de Rhotario Rege perhibet Tholoſ. *ibidem num. 7.* dicente *in eius Conſtit. Quia incerti ſumus de iudicio Dei, & multos audiuimus per pugnam ſine iuſta cauſa ſuam cauſam perdere: ſed propter cōſuetudinem gentis noſtræ Lombardorum legem impiam vetare non poſſumus*, vt habetur *in l. prima Longobardorum tit. de monomachia*, & apud omnes Nationes leges duellādi excrebuiſſe narrat, illaſque refert Larrea *fiſcal. alleg. 117. num. 10. & ſeqq. par. 2.* apud quem multa notabilia in materia duelli inueniun-
6 tur. Pontifices tamen ſemper oſtiterunt, & propter enormitatem, & frequentiam ſceleris, vt dicit Scaglion. *loco citato, num. 2.* & propter alias multas cauſas, quarum ſeptem refert Fagnan. *in d. cap. Henricus nu. 2. & ſeqq. de Cleric. pugnant.* abuſum prædictū improbarunt, nec tollerari ſuſtinuerunt, vt apparet *in cap. 1. & toto titulo de purgat. vul-*
7 *gar.* Verum cum malitia hominum adhuc interpretaretur Ius Canonicum, & contendetet illud non habere locum in quibuſdam caſibus, quos enumerant Gloſ. *in §. ſi quis hominem, & §. ſi quis alium de vſib. feudorum tit. de pace tenenda verbo per duellum*, & Bald. *in rubr. de pace tenenda num. 15. & ſeqq.* & Ioan. de Saccaratis *ad conſuetudines Cataloniæ §. item Vaſſallus fol. mihi 471.* Carol. Tapia *de Iure Regni lib. 5. tit. 34. cap. incipien. proſequentes num. 3.* nempè pro defenſione ſalutis propriæ; pro defenſione Patriæ; pro defenſione Filiorum, Vxoris, & eorum, quorum iniuriam quis propulſare tenetur, & huiuſmodi alijs caſibus, quos exprimit latè Io: de Saccaratis *loc. cit.* ſubſequentes Pō-
8 tifices ad auferendam omnem interpretationem primò duellum publicum indiſtinctè prohibuerunt, nempè.

Iulius Secundus *in Conſt. in ordine 19.* incipien. *Regis pacifici*, vbi duellum prohibuit ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ac ſtatuit vbique impunè capi poſſe, & puniri pro homicidio, vel vulnere iuxta Iuris Communis diſpoſitionem nulla eis conſuetudine ſuffragante, corporaque in duello in terris Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiectis in Sacro ſepelliri prohibuit: inſuper Dominis temporalibus, Ducibus, Communitatibus pro prima vice ſub eadem pœna excommunicationis, & ducatorum quatuor millium Cam. Apoſt. applican. & pro ſecunda vice etiam priuationis Feudi, ſeù Vicariatus, quem à Romana Eccleſia obtinent inhibuit nè locum, ſeù campum liberum ad duellandum aſſignent, concedant, aut tradant, vel promittant.

Leo Decimus *in Conſtitutione in ordine 31.* dictam Iulij Secundi Conſtitutionem confirmauit, addito, quod memoria pugnantium in duello ſit perpetuo damnata, ac bona proſcripta ſint, & Cameræ Apoſt. eo ipſo confiſcata, & quod Duces, & Barones, Marchiones campum ad pugnandum præſtantes cadant etiam ab omni iure, quod in lo-

in locis, & territorijs ſuis obtinent, & quod ſpectatores excommunicationis, maledictionis, ac pecuniariæ pœnæ ſubiaceant.

Clemens VII. *in Conſtitutione in ordine* 11. has Conſtitutiones nihil addens de nouo confirmauit, & inuiolabiliter obſeruari mandauit.

Pius IV. *in Conſtitutione in ordine* 21. has Conſtitutiones confirmauit, & inſuper addidit pœnas infamiæ, diffidationis, criminis læſæ maieſtatis, ſeditionis, rebellionis, confiſcationis Statuum, Dominiorum, Feudorum, Vicariatuum, necnon inhabilitationis ad illa, & alia impoſterum obtinenda.

Superuenit deindè S. Conc. Tridẽn. & *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 19. decreuit, quod Imperator, Reges, Duces, Principes, &c. qui locum ad Monomachiam in Terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint, eo ipſo ſint excommunicati, ac iuriſdictione, & Dominio Ciuitatis, Caſtri, &c. in quo, vel apud quem duellum permiſerint, ſint priuati, ſi obtineant ab Eccleſia, & ſi ſint feudalia Directis Dominis acquirantur. Contra verò pugnam committentes, & eorum Patrinos excõmunicationis, bonorum proſcriptionis, & perpetuæ infamiæ pœnam impoſuit, & vt homicidæ iuxta Sacros Canones puniri voluit, & ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpetua ſepultura carere declarauit: & contra conſulentes, ſuaſores, ac ſpectatores excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis pœnam indixit.

Deindè prohibuerunt etiam duellum priuatum, quia non minus cruentum, ac animæ, & corpori noxium priuatum, quàm quod publicè perpetratur, exiſtimarunt: vndè Gregorius XIII. ſumpta occaſione cuiuſdam duelli in Vrbe inter duos Piſanos initi, de quo Farinac. *conſil. nono*, & Cherubin. *in ſchol.* 1. *ad eiuſdem Bullam*.

Statuit *in Conſtitutione in ordine* 78. omnes illos, qui ex condicto ſtatuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiſerint, etiamſi nulli Patrini, Socijque ad id vocati fuerint, nec loci ſecuritas habita, nullæue prouocatoriæ literæ, aut denunciationis cartulæ præceſſerint, cenſuris, & pœnis omnibus à dicto S. Concilio Tridentino propoſitis teneri per indè, ac ſi publice, ac conſueto abuſu ſingulare certamen iniuiſſent. Locorum Dominos ſi certamen ex condicto huiuſmodi permiſerint, vel quantum in ſe fuerit, non prohibuerint: nec non mandantes, inſtigantes, conſulentes, auxiliantes, ſocios, & ex compoſito ſpectatores eiſdem cenſuris, & pœnis voluit ſubiacere, etiamſi illi, qui ad locum deſtinatum pugnaturi acceſſerunt impediti pugnã non commiſerint, ſi per ſe ipſos non ſteterit, quominus illa committatur.

Clemens tandem VIII. *in Conſtit. in ordine* 11. has omnes Conſtitutiones, ac decretum Sacri Concilij Tridentini confirmauit, & extendit ad omnes etiam milites vbique gentium etiam in locis infidelium, & hæreticorum degentes, etiamſi ex Ducum permiſſu ex cõdicto ad ſingulare certamen deſcendant, aut prouocent. Necnon iiſdẽ pœnis, decreto, Conſtitutionibus ſtatuit teneri eos, inter quos pactiones initæ ſint de dirimendo certamine cum primum alteruter vulneratus fuerit, ſeu ſanguinem effuderit, aut certus ictuum numerus vtriq; illatus fuerit: vel ſi conuenerint, vt non ſinguli, ſed bini, terni, aut plures hinc indè pugnent: & teneri Dominos locorum, Magiſtratus, Præſidentes, &c. permittentes, vel quantum in ipſis eſt non prohibentes pugnam quocumque caſu per Conſtitutiones prohibito, vel poſt admiſſum crimen, veniam, vel impunitatem concedentes. Prohibuit etiam omnia, & ſingula generis duellici ſcripta, manifeſta, ſeu fides vulgò appellata, necnon quaſcumque etiam ſine ſcripto denunciationes, narrationes, declarationes, & teſtificationes, quæ etiam ſine expreſſa prouocatione ad certamen, materiam, & occaſionem præbent, & eos omnes, & ſingulos, qui ſuo, vel alieno nomine huiuſmodi ſcripta dictauerint, compoſuerint, ſcripſerint, miſerint, detulerint, diuulgauerint, affixerint, exemplauerint, typis impreſſerint, ſubſcripſerint, miſerint intimauerint, vel etiam verbo denunciauerint, ſiuè atteſtati fuerint, & eos, qui ad aliquod horum auxilium, conſilium, operam, vel fauorem præſtiterint, ſiuè ſuaſerint, mandauerint, aut quomodolibet ſe immiſcuerint, etiamſi neque pugna aliqua, nec certamen, aut effectus, nec acceſſus, aut actus ad pugnam proximus, neque expreſsa, & aperta prouocatio ſubſequuta fuerit, neque ſcriptiones prædictæ in publicum prodierint, aut cuique intimatæ extiterint, ſi per eos non ſteterit, quominus publicatio, aut denunciatio fieret, cenſuris, & pœnis omnibus in hac ſua, & alijs prædictis Conſtitutionibus, & decreto contentis ſubiacere decreuit.

Ex iſtis igitur Apoſtolicis Conſtitutionibus videbatur ſatis prouiſum huic execrando, & abhominabili ſceleri, & ideò hæc Bannimentorum expreſſa diſpoſitio poteſt dici ſuperflua. Sed certè ſuperflua non eſt, quia aufert plures dubietates, quæ reſultant ex obſcuritate præfatarum Conſtitutionum Gregorij XIII. & Clem. VIII. nam vt dicit Salon de pace *ad leges Tauri in proemio n.* 374. *pagina mihi* 56. lex ſuper dubijs opinionibus confecta ſuperflua diei non poteſt, *cap. quia ſæpe de præbend. & l. fin. Cod. de præſcript. longi temp. l. quæ dubitationis ff. de reg. iur.* vbi Dec. Tiraquell. *de vtroque retract. tit. de retract. lignag.* §. 21. *num.* 5. ſicut enim medicamenta morbis, ſic & leges opinionum conflictibus medentur, *auth. hac conſtitutio in princ. collat.*

*collat.* 8. & Salon. de pace *ibidem*.

Etenim cum attentis dictis Conſtitutionibus dubitari poſſit an pœna homicidij iuxtà Sacros Canones in decreto Sac. Concil. Tridentini in Conſtitutione Gregoriana confirmato extendi, & verificati poſſit in pœna mortis naturalis, quia pœna homicidij de Iure Canonico non poteſt eſſe mortis naturalis, etiamſi agatur de punitione perſonæ Sæcularis, vt dicunt Clar. §. *homicidium, verſ. de Iure Canonico*, Carthar. *decif. crimin.* 29. *num.* 5. & 8. Farin. *quæſt.* 119. *nnmer.* 57. vbi firmat à tali opinione non eſſe recedendum, & Carpzou. *pract. crimin. par.* 2. *quæſt.* 62. *num.* 16. *in fine*: nam Sacri Canones pœnam ſanguinis abhorrent *vulgatis iuribus*, & quoties voluerunt delinquentes pœna mortis puniri legum ciuilium expreſſam mentionem fecerunt, & ſæculares Principes ad punitionem iuxta eorum proprias leges animarunt, vt euincitur ex Text. *in cap. felicis* §. *per hoc de pœnis in* 6. *cap. ſunt quedan* 23. *quæſt.* 5.

Et dubitari poſſit, an Conſtitutio Clem. VIII. diſponat cumulatiuè, an potiùs diſcretiuè ſingula ſingulis Conſtitutionibus Pontificum Anteceſſorum referendo, prout cenſuerunt Antonell. *de Regimin. Eccleſiæ lib.* 6. *cap.* 16. *de duello num.* 4. Bonacina *de cenſuris diſp.* 2. *quæſt.* 3. *punct.* 48. *numer.* 5. Barboſa *ad Sac. Concil. Tridentin. ſeſſ.* 25. *cap.* 19. *num.* 4. *de reformat.* Petr. de Murga *diſquiſit. moral.* 10. *de his, qui in duello moriuntur dub.* 5. *num.* 23. & confert Peregr. *de duello quæſt. prima num.* 8. & *quæſt.* 18. *num.* 4. & meritò quia de Iure quandò relatio fit ad diuerſa intèr ſe incompatibilia, ſemper intelligitur diſcretiuè Rota *decıſ.* 75. *nu. primo* & *decıſ.* 117. *num.* 3. *par. tom. primo recent.* Gratian, *diſcept.* 839. *num.* 14. & 15.

Rurſus poſſit etiam dubitari an clauſula in Conſtitutione Gregoriana, & Clementina appoſita: *ſi per ſe ipſos non ſteterit, quo minus pugna committatur*: debeat referri ſolùm ad Socios, & aſſiſtentes, an potiùs etiam ad eoſdemmet principales duellantes, & quatenus referri poſſit ad principales duellantes, an quandocumque ante inceptam pugnam poſſit verificari, nam antè inceptam pugnam ſemper res videtur integra, quia etiã ſi in loco duelli ſint animo duellandi, adhuc poſſunt reſipiſcere, nec amplius pugnam capeſſere, vt conſiderat Caraf. *de duello tract.* 2. *ſect.* 3. *quæſito* 21. *num.* 3.

Noſtra Bannimenta ad tollendum has dubietates expreſſe, & diſtinctè ſanxerunt, quod ex condicto, hoc eſt Statuto tempore, & loco Monomachiam committentes publicè, vel priuatim etiamſi hoc fiat ſine electione Iudicis, Patrinorum, & ſociorum, & etiamſi non præceſſerint diffidationes, cartulæ, denunciationes vulgò imbaſicate debeant vltra pœnas Sac. Concil. Trident. & Conſtit. Apoſtol. puniri pœna mortis, ſi mors, ſeù vulnus ſequatur: pœna vero triremium per quinquennium, ſi nec vulnus fuerit indè ſequutum: & pœna pecuniaria, ſeù corporali arbitrio &c. ſi ex condicto, ſolùm prouocatio, & diffidatio interceſſerit. Eiſdemque pœnis ſingula ſcilicet ſingulis referendo voluit teneri eos, qui ex propoſito prouocationi, ſeù pugnæ interfuerunt, & quantum in ſe eſt non impediuerunt, vel non reuelarunt Curiæ.

Nemo enim negare poterit quin hæc Bannimenta clarè, & diſtinctè proceſſerint: Conſtitutiones verò præſertim Gregorij Decimitertij & Clem. VIII. confusè nimis, & obſcurè ſtatuerint, ad eo vt non deſint Doctores, qui aſſerant excommunicationem in dicta Conſtitutione Gregor. & Clement. indictam non incurrere eos, qui oblato, & acceptato duello accedunt animo duellandi ad locum ad duellãdum deputatum, ſi impediti ad pugnam non deuenerint, vt in terminis Gregorianæ firmant Sanchez, Molfeſius, Bonacina, Hurtadus, Graffins, Floron. & alij, quos refert, & ſequitur Carafa *de duello d. quæſito* 21. *num.* 4. & *ſeqq.* & in terminis Clementinæ firmant Sanchez, Bonacina, Hurtadus, Ricc. Nouar. *locis relatis* ab eodem Caraf. *loco citat. quæſito* 53. *nu.* 4. & *ſeqq.* Scortia *epith. Bullar. theor.* 392. §. *dubitabilis* Barboſa *ad Concil. Trident. dicto cap.* 19. *nnmer.* 12. Diana *reſol. moral. par.* 2. *tract.* 16. *reſol.* 53. & licèt ab hac opinione recedant Peregr. *de duello quæſt.* 41. Filiucius *tom.* 2. *tract.* 29. *num.* 170. de Marin. *reſol.* 110. *nu.* 2. *lib. primo* Iul. Caponus *diſcept.* 379. *nu.* 16. D. Matlin. *de confiſc. bonor. qu.* 10. *num.* 15. & *ſeqq.* qui *num.* 18. in ſpecie reprobar Riccium *prax. reſol.* 52. *par.* 3.

Nihilominus prærerquàquod Carafa *loc. citat.* ſatisfacit motiuis, quibus iſti moueri potuerũt ad recedendũ à ſupradicta opinione, in iudicando perſiſtendum eſt in ea, non ſolum quia eſt communis ad Text. *in l. prima ibi ſanè crebrior apud veteres opinio eſt ff. de offic. Quæſt.* & *in cap. nouimus de verb. ſignific.* Alex. *conſ.* 134. *in fine lib. primo* & *conſ.* 22. *circa finem lib.* 2. Dec. *conſ.* 131. *pariter in fine*, ſed etiam, quia conſtitutiones obſcuræ, & dubiæ, quæ poſſunt intelligi, & interpræcari diuerſimodè, prout de iſta Clem. dicit Comitol. *lib.* 6. *moral. quæſt.* 14. *in princ.* debent interpræcari ad fauorem Rei iuxtà Text. *in l. non puto ff. de Iure Fiſci*, & leges pœnales ſunt ſtrictè interpretandæ, vt dicit Carafa *d. quæſito* 53. *num.* 10. & ità, vt pœna, ſeù maior pœna euitetur vt per Text. *in cap. odia*, & *cap. in pœnis de Reg. iur. in* 6. & *in leg. factum* §. *in pœnalibus ff. de Reg. Iur.* inquit Maſcard. *de interpretat. ſtatut. concl.* 4. *nu.* 90. præſertim verò quia ipſemet Clemens VIII. in decreto caſuum reſeruatorum poſtmodum edito neceſſariam eſſe pugnam declarauit, vt adnotauit Scortia *dicta theor.* 392. §. *ex dictis deducitur circa finem*. Et ex hoc in facti

facti contingentia in terminis dictarum Conſtitutionum credidi eximendos fuiſſe à pena mortis eos, qui acceſſerunt ad Conuentuum antè locum deſtinatum ad pugnam exiſtentem cum animo pugnandi, ſed ex ſuperuenientia Curiæ fuerunt impediti, etenim ſi accedentes ad locum duelli liberantur ab excommunicatione, quia in ſententia præſatorum Doctorum Conſtitutiones prædictæ non comprǣhendunt duellantes, ſi ad pugnam non venerint, debent per conſequens ex eodem capite non compræhenſionis liberari à pœna mortis in eiſdem Conſtitutionibus vnitim cum excommunicatione indictæ.

Eoque faciliùs deueni in hanc ſententiam, quia ſi in delictis etiam attociſſimis, non obſtante, quod extet lex expreſsè puniens conatum, æquè ac delictum perfectum, & conſumatum, non ſunt ligatæ manus Iudicis, quin pœnam molliat, vt dicunt relati à Farinac. qui eos ſequitur *quæſt.* 123. *n.* 132. *& quæſt.* 124. *num.* 74. nam de generali conſuetudine totius Orbis nunquam imponitur pœna ordinatia effectu non ſequuto Farinac. *quæſt.* 122. *num.* 29. *& quæſt.* 123. *numer.* 115. multò ergo minus poteſt ad pœnam ordinariam deueniri, quandò ex interpratatione Doctorum lex non eſt clara circa punitionem conatus.

Addebam quod in plutibus locis, in quibus extat lex præciſè puniens pœna mortis eos, qui ſe prouocant ad duellum, etiamſi ad actum pugnæ non deueniant, adhuc pugna non ſequuta pœna exequi non ſolet, vt teſtantur Capiblanc. *ſingul.* 48. Danza *de pugna Doctor. tom.* 3. *tit. de ſent. forindic. cap.* 7. *num.* 10. de Marinis *d. reſol.* 110. *num.* 5.

Confert opinio D. Cæſaris Pànimoll. in deciſionibus poſt hæc ſcripta typis demandatis qui *dec.* 144. *n.* 11. *&* 12. dicit quod quādò agitur de duello priuato, & non ſolemni, vt ſi nulli Patrini, ſocijque ad id vocati interuenerint, & nec loci ſecuritas habita fuerit, nullæque prouocatoriæ literæ, aut denunciationis cartulæ præceſſerint eſt cū aliqua circumſpectione procedendum.

Aduertendum, quod ex hac obſcuritate Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuſtinetur noſtrorum Bannimentorum diſpoſitio, alias tanquam recedens à diſpoſitione, & pœna earundem Conſtitutionum non eſſet ſeruanda, & pro nulla haberetur quia vt dixi *ſuprà in proœmio* Legati à Latere non poſſunt quicquam ſtatuere contra formam Conſtitutionum Pontificum.

Aduertendum etiā quod verba *dando ordine del tempo, e luogo*, poſita in Bannimentis requirunt tractatum præcedentem, quæ verba ſi non fuiſſent appoſita adhuc ſtante relatione facta ad Conſtitutiones Apoſtolicas,
9 & Sac. Conc. Tridentinum reciperent intellectum, & interpratationem, quam illud, & illas admiſerunt, nempè quod ad hoc vt pœna duelli locum habeat, debet præcedere tractatus, & deliberatio; nam ſi calore iracundiæ, & orta inter duos rixa vnus prouocet alterum ad duellum, & ad locum indicatum, & concordatum accedentes in-
10 continenti pugnent, non tenentur pœna Bannimentorum, ſicut nec pœna S. Conc. Trident. ſeù Conſtitutionum Pontificum eos teneri teſtantur Plot. *de in litem iurand.* §. 42. *num.* 3. *& ſeqq.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. lucen.* 11. *num.* 10. *& ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 119. *num.* 24. *& conſ.* 9. *num.* 35. Ricc. *reſol.* 55. *num.* 3. *par.* 3. Rouit. *in pragm. de duello nu.* 4. Nouar. *eadem pragm. collect.* 2. *num.* 3. *&* 4. Donat. Ant. de Marin. *reſol.* 110. *num.* 9. Guazzin. *de confiſc. bonor. ampliat.* 89. *num.* 6. *& in allegatione* penès D. Maſſinum *impreſſa in tract. de confiſcat. quæſt.* 10. *num.* 31. *& ſeqq.* & idem D. Maſſinus, qui hos refert, & ſequitur *d. quæſt.* 10. *num.* 19. quibus addo Tapiam *de Iure Regni lib.* 5. *tit.* 34. *pragm. prima de duello circ. med.* Tuſch. *verbo duellum concl.* 803. *num.* 17. & Cherubin. *in ſchol primo ad Bullam Clem. VIII. in ordine* 11. Fragoſ. *de Regim. Reipub. Chriſtian. par. prima lib. primo diſp.* 2. §. 10. *num.* 144. Nald. *in ſumma verb. duellum nu.* 2. Graſſett. *anatom. neciſ. proditor.* §. 2. *num.* 10. *&* §. 8. *num.* 98. Alex. Raudenſ. *in diſput. de duello poſt repert. prim. vol. conſil. caſ.* 6. & Ameſcua *de poteſt. in ſe ipſum lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 25. Ricc. *variar. par. prima reſol.* 634. & Capiblanc. *ſingul.* 47. *num.* 117. Muta *ſuper pragm. Sicil. tit.* 37. & ità fuiſſe reſolutum teſtantur Guazzin. *d. amplatione* 89. *num.* 6. *in fine*, & Farin. *d. quæſt.* 119. *num.* 24. *in fine*.

Imò non ſolùm debet præcedere tractatus, & deliberatio, ſed debet etiam eligi, &
11 determinari locus, & certa dies, vt dicunt Farin. *d. conſ.* 9. *num.* 35. Vermigl. *conſ.* 194. *num.* 3. *&* 6. Sanchez. *in præcepto decalogi capit.* 39. *num.* 24. *&* 28. *lib.* 2. D. Maſſin. *dicta quæſt.* 10. *num.* 20. Nald. *in Summa verbo duellum num.* 2. Graſſett. *de nece proditor.* §. 8. *numer.* 98. *verſ. nam præter* Ameſcua *de poteſt in ſe ipſum lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 21. Ludouic. *deciſ. lucenſ.* 11. *num.* 12. *&* 14. & plures referens Pater Carafa *de duello tract. primo ſect.* 3. *quæſito primo*, qui reprobat Peregrinum contrarium dicentem *in tract. de duello quæſtion.* 15. eiuſq; rationibus appoſitè reſpondet. Nam non ſufficere electionem alicuius Ciuitatis,
12 non expreſſo loco magis indiuiduo, & præciſo, vult idem D. Maſſin. *ibidem numer.* 21. & 22. qui allegat ad hoc Vermigl. *loc. citat.* & Io: de Caſtillo *in tract. de duello lib.* 3. *cap.* 5. *in princ.* & hæc opinio quam ſequitur Diana *par.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 59. & Iacob. Mancinus *pract. viſitand. infirmos pract.* 4. *dub.* 9. *num.* 16. videtur probabilior Patri Carafæ *de duello tract. primo ſect.* 3. *quæſt.* 2. *nu.* 3. licèt probabilem dicat opinionem Bonacinæ, Filiuccij, & Hurtadi contrarium de directo dicentium, ſed cum dicta probabiliori con-

cor-

cordant noſtra Bannimenta, dum ſanxerunt eſſe neceſſariam determinationem loci, & temporis ibi *dando ordine del tempo, e luogo*.

Quæro primo. An hodiè non obſtantibus Bullis prædictis, in aliquo caſu ſit permiſſum duellum? Larrea *Fiſc. alleg.* 116. 13. *per tot. & alleg.* 117. *num.* 47. *& ſeqq.* probat eſſe licitum ex cauſa publica, & pro bono Regni, & eius conſeruatione, & ſuſtinet, duellum intentatum à quibuſdam Hiſpanis contra Luſitanum fuiſſe licitum, & non compræhenſum in Bullis Apoſtolicis, & ſignanter Clem. VIII. quamuis expreſsè in dicta Bulla prohibeantur duella, in quibus prætextu publicæ cauſæ ſimultates priuatæ & inimicitiæ miſcentur: vide rationes per eum *ibidem* allatas.

Item eſſe licitum dare campum inter
14 Chriſtianos infidelibus ſeſe ad ſingulare certamen prouocãtibus probat del Rio *diſq. magical. cap.* 4. *quæſt.* 4. *ſect.* 2. Sed reproba-
15 tur ab Ameſcua *de poteſt. in ſeipſum lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 30. tum quia Principes concedentes campum francum ſpecialiter excommunicantur *in Sac. Conc. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 19. tum quia infideles, & ſi infideles ſint, homines ſunt, & Iure gentium ligantur, quo iure duella prohibentur.

Item in alijs certis caſibus eſſe hodie li-
16 citum duellum aſſerit Alex. Rauden. *in diſputatione de duello poſt indicem. lib. primi conſilior. ſub caſu ſecundo, & ſeqq.* Vide eum, & Ameſcua, & del Rio *loc. cit.* & Caſtropal. *moral. tom. primo tract.* 6. *diſp.* 4. *punct.* 7. *nu.* 3. *& ſeqq. vſque in finem*.

Quæro ſecundò. An pœna mortis indicta in Bannimentis contra duellantes ſecuta morte, ſeù ſequuto vulnere, ſit exequenda?
17 Reſpondeas affirmatiuè, dummodò huic legi per non vſum non derogetur, vt fuit derogatum in Regno Neapolitano teſte Capiblanc. *ſing.* 48. *num.* 114. *& ſeqq.* vbi firmat, quod ſtante derogatione ex non vſu receditur à pœna ordinaria, ne dum contra præſentes, ſed etiam contra contumaces, contra quos ratione contumaciæ non eſt aggrauanda pœna, & teſtatur fuiſſe iuxtà votum ſuum deciſum per Proregem.

Quæro tertiò. An diſpoſitio loquens de
18 duellis habeat locum in prouocatione facta ad accedendum certa die ad aliquam Ciuitatem, ſeù alium certum locum diſputaturi ſuper ſubortis dubijs medicinam, philoſophiam, ſeù legalem ſcientiam concernentibus? tractat de materia Follerius *in conſilio impreſſo* penès Scaglion. *ante pragmat. de duello fol. mihi* 200. quod conſilium plures Doctores ſubſcripſerunt, & approbarunt concludentes, quod Doctor prouocatus non tenebatur accedere Neapolim, ad quem locum fuerat prouocatus, quia electio loci, & armorum ſpectat ad prouocatum, vide plures rationes apud eum: cæterum hæc materia non cadit, nec cadere poteſt ſub lege, ſeù edicto loquente de duello cruento, & in quo corpus cum anima perire poteſt. Vndè Filiuccius *tract.* 15. *num.* 107. & Bonacina *de cenſuris diſp.* 2. *quæſt.* 6. *punct.* 2. *nu.* 9. & his citatis Theſau. *de pœn. par.* 2. *verbo duellum cap.* 4. *in fine*, dicunt non dici diffidationem, ſi inuitatio facta eſt ad certamen pugnis faciendum ſinè armis, & ſinè periculo vulneris, aut grauis læſionis.

Quæro quartò. An duellantes extra hanc Ciuitatem Bononiæ, & extra Statum Eccleſiaſticum, puta in Regno Franciæ, ſeù Dominio Veneto redeuntes ad hanc Ciuitatem, ſeù Statum Eccleſiaſticum debeant, & poſſint tanquã originarij pœna hic ſtatuta puniri pro dicto duello alibi facto? negat Foller. *in pragm. de duello nu.* 6. ob rationem quia ſtatutum pœnale & odioſum non extenditur vltra territorium, vbi viget ſecundum Bart. *in l. cunctos populos in* 6. *quæſt. princ. Cod. de ſumma Trinit. & Fide Catholic.* cuius opinionem dicit communem Alex. *conſ.* 16. *nu.* 1. *lib. primo*, & Bald. *conſ.* 460. *lib. primo & conſ.* 131. *lib.* 2. *& conſ.* 119. *lib.* 3. prætere a huiuſmodi ſtatutum eſt ſtricti iuris, ergo debet reſtringi ad loca, vbi viget & non extenditur extra ſecundùm Innoc. & Doct. *in cap. fin. num.* 6. *&* 7. *de offic. Archidiac.* Aretin. *conſ.* 54. *& conſ.* 115.

Affirmat vero Muta *ad pragmatic. Siciliæ tit.* 37. *de pœna prouoc. ad duell. num.* 17. ob rationem quia duellum eſt prohibitum omni iure, & omni loco, & ideo vbique poteſt puniri, ſed quoad pœnam vide quæ dixi *in cap. primo* §. 8. *num.* 22. *& ſeqq.*

## Chi accettarà tal prouocatione, ò disfida.

19 Quid dicendum de eo, qui prouocatus reſpondit *ſono Chriſtiano, e non accetto duello, mà camino per la Città con la mia ſpada ſola, e la prima volta, che c'incontraremo vi darò ſodisfattione*, aut de illo, qui non acceptat præciſè, ſed reſpondit, *ſi me inuaſeris ſenties tibi rem eſſe cum Viro intrepido, & forti*, aut dicat *paratus ſum me defendere, quandocumque me inuaſeris, nolo tamen acceptare duellum, quod Legi Diuinæ aduerſatur*? tractant de his quæſtionibus D. Maſſin. *d. quæſt.* 10. *num.* 24. *& ſeqq.* Ciriac. *controu.* 101. *nu.* 53. Sanchez. *præcepti decalogi lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 10. Ameſcua *de poteſt. in ſe ipſum lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 19. qui ex Bannes *in* 2. 2. *quæſt.* 40. *art. primo dub. vlt.* dicit de eo, qui reſpondit, *ego, vbicumque me aggreſſus fueris, paratus ſum me defendere, neque latitabo, ſed mei copiam per ordinarias Ciuitatis vias faciam, & forſan tuo magno malo me aggredieris, cæterum recuſo duellum, quia impium eſt, & à Sac. Canonibus reprobatum, quibus obbedientiam, quam debeo, volo præſtare*. Et de his, ac alijs ſimilibus quæſtionibus latè agit Pater Caraſa *de duello tract.* 1. *ſect.* 3. *quæſito* 2. 3. 4. qui allegat concordantes, & Vermigl.

 conſ.

*corſ.* 194. inquit ſupradictis, & ſimilibus
verbis vtentes non incurrere pœnas dum-
modò diuerrent locum, & tempus propoſi-
20 ti certaminis: & eſt veriſſimum, quia alias,
ſi accederent ad locum propoſitum die, &
hora determinata, proteſtatio tanquam con-
traria facto non eſſet attendenda ad excu-
ſandum eoſdem à pœna: quod debet intel-
ligi, quandò accedit ex interuallo; nam ſi
21 duo ex iracundia orta incontinenti ad pu-
gnam ſe prouocent etiam in determinato
loco, ac ſtatim pugnent, non incurrunt pœ-
nas contra duellantes, & nec in excommu-
nicationem cadunt. Nald. *ſum. verbo duellum
num.* 2. Graff. *conſil. tom. primo lib.* 5. *de homi-
cid. conſ.* 6. *num.* 2. & his relatis Graſſett. *de
neco prodit.* §. 8. *num.* 99. Suarez *encherid. caſ.
conſcient. lib.* 7. *verbo duellum* relatus à Diana
*par.* 3. *tract.* 6. *reſol. prima* §. *dico vndecimo, &*
Farinac. Ioſeph. Ludou. Cherubin. & alij
relati à Theſau *de pœn. par.* 2. *verbo duellum
cap.* 4. *verſ. nota ſecundò circa finem*, etenim
in duello neceſſario includitur præmedita-
tio, vt inqnit Graſſett. *ibidem*, & Plot. Faiin.
& alij citati *ſuprà num.* 10. addo D. Cæſar.
Panimoll. *d. deciſ.* 144. *num.* 4. *& ſeqq.* qui ait
defunctum in duello ex ira, & ex improui-
ſo ſuſcepto non eſſe priuandum Eccleſiaſti-
ca ſepultura, & *num.* 12. ſubdit fortaſſe Con-
ſtitutiones Apoſtolicas decernentes, mo-
rientes in duello priuato Eccleſiaſtica ſe-
pultura priuandos eſſe contraria conſuetu-
dine quoad hunc effectum abrogatas, & ci-
rat Io: Sancium *in ſelect. diſput.* 36. *numer.* 5.
& Barboſ. *ad Concil. Trident ſeſſ.* 25. *de reform.
cap.* 19. *num.* 20. circa medium.

Infert ex hoc Peregrin. *de duello præmiſſ.* 4.
22 *num.* 4. dari poſſe, quod vna pars incurrat
excommunicationem, & alia non, quia ſi
fiat duellum data opera ex vna parte, & non
ex altera is, qui fecit ex improuiſo prouoca-
tus, non incurrit in cenſuras ex traditis ſu-
prà: ſed D. Cæſar. Panimoll. *d. deciſ.* 144.
*num.* 2. requirit ad eſſentiam duelli delibe-
rationem ex vtraque parte factam de deſcē-
dendo ex condicto, certo loco, & tempore
ad pugnam.

Infert etiam ex hoc idem Peregrin. *ibidem*
23 quod is, qui data opera accedit ad prouo-
candum alium, qui tale quid non expecta-
bat, ſit etiam proditor; ſed reprobatur à
24 Graffett. *loc. cit. num.* 101. quia eo ipſo, quod
prouocat, excludit rationem proditionis,
quia relinquit homini locum ad ſe tuendū.
25. Ceterum concluſio firmata per Naldum,
Graff. & alios *ſup. cit.* reprobatur à Bonacina,
Sanchez, Filiuccio, Hurtado *loc. relatis* à
Patre Caraſæ *de duello tract. primo ſect.* 3. *quæ-
ſito* 9. *num.* 2. & mouentur ex eo, quia talis
pugna eſt præmeditata in loco condicto, &
tempore futuro.

Sed Pater Carafa *loc. citat. num.* 3. prout
*in quæſito antecedenti num. ſeptimo* opiniones
26 horum Doctorum conciliat cum diſtin-
ctione, dicendo inſpiciendam eſſe diſtan-
tiam loci ad pugnandum deſtinati, quia
ſi parua ſit diſtantia potiùs continuare ri-
xam, quam committere duellum cenſen-
tur: ſi verò diſtantia loci iuxta Viri pruden-
tis exiſtimationem ſit talis, vt tanto tempo-
ris interuallo inter prouocationem, & pu-
gnam labente perfecta animi deliberatio ap-
pareat, non amplius ex repentina rixa, ſed
ex condicto Monomachiā committere di-
cuntur, & ideò pœnas, & excommunica-
tionem contra duellantes indictas incurrunt
& ſic Pater Carafa videtur dicere, quod
opinio Graff. procedit, quando breuis eſt
diſtantia loci ad quem accedunt ad pugnan-
dum; opinio verò Bonacinæ habet locum
quando diſtantia eſt talis, vt ſanguis poſſit
refrigerari, & dare locum deliberationi. Sed
quicquid ſit quoad excommunicationem,
circa quam remitto me ad Directores cō-
ſcientiæ, certè quoad pœnas temporales nō
eſt recedendum ab opinione Doctorum re-
lat. *ſupra num,* 10. *&* 11.

# Cap. Noni §. III. & IV.

§. 5. La ſola prouocatione, ò disfida come di ſopra ſenza altro effetto douerà punirſi cō pena pecuniaria, ò corporale ad arbitrio di S.S. Illuſtriſſima.

§. 4. Et nell' iſteſſa pena incorrerà chiunque deliberatamente, & ex propoſito ſarà ſtato preſente alla detta prouocatione, ò al delitto, e non hauerà impedito potendo, e ſimilmente chi hauerà ſaputo douerſi far tal eceeſſo, e non l' hauerà rivelato alla Corte.

*SVMMARIVM.*

1 *Acceptatio ſola duelli facit incurrere acceptantem in pænam contentam in Bulla Clementis Octaui etiamſi non accedat ad locum.*

2 *Duella mentalia non comprahenduntur in dicta Bulla Clem. Octaui.*

3 *Duellantes ad ſolam apparentiam puta quia conuenerunt ſe non vulnerare, ſed ſimulare duellum non incurrunt in cēſuras dicta Bulla Clement. Octaui.*

4 *Pronocans ad duellum ſi eſt certus quod prouocatus non veniat ad actum duellandi non incurrit in cenſuras.*

5 *Contrarium.*

6 *Spectatores, & adſtantes duello non incurrunt pœnam ſi caſualiter, & nō deliberatè aſſiſtant.*

7 *Duellantes ex Bulla Pij Quarti incurrunt in crimen leſæ Maieſtatis.*

8 *Duellantes propria autoritate ſibi ius dicunt, & quodāmodo vſurpant Principis iuriſdictionē.*

La

La ſola prouocatione, ò disfida come ſopra ſenza altro effetto douerà punirſi.

Concordat cum Bulla ſanct. memor. Clem. Octaui *in ordin.* 11. quæ com-
1 præhendit illum, qui dumtaxat acceptauit duellum etiam non ſequuta pugna, imò nec ſequuto acceſſu ad locum deſtinatum, vt in terminis Bullæ prædictæ firmarunt Donat. Ant. de Marin. *reſol.* 110. *num. primo* 2. & 3. *lib. primo*, & D. Maſſin. *d. quæſt.* 10. *num.* 15. qui ſubdunt, ſecus eſſe in terminis Iuris communis, vt reſpondit quoque Ricc. *reſol.* 52. *per tot. par.* 3.

Quærit Cherubin. *in ſchol.* 2. *ad dictum Bullam vndecimam Clem. VIII.* an habens firmiter in animo propoſitum, & delibera-tionem duellandi incidat in pœnam Bullæ?
2 & reſpondet negatiuè, quia Conſtitutio præfati Pontificis, & nec aliqua alia Prædeceſſorum punit duella mentalia, ſed realia, & citat Nauar. *conſ. primo lib.* 5. *de purgat. vulgat num.* 2.

Quærit Alex. Raudenſ. *in diſput. de duello poſt indicem lib. primi conſil. ſub caſu* 10. quem refert Ameſcua *de poteſt. in ſe ipſum lib.* 2.
3 *c.* 5. *n.* 24. an incurrant cenſuras Bullæ prædictæ Clem. VIII. illi, qui conuenerint ſe non vulnerare, ſed ſimulare duellum, vt quoad opinionem hominum iniuriatos abluat maculam ſibi inuſtam? & reſoluit quod non, & idem dicunt Filiucc. Bonacina, Volfang. à Vorburg. & Diana, quos refert, & ſequitur Pater Carafa *de duello tractat. primo ſect.* 3. *quæſit.* 6. ſed hoc procedit in foro conſcientiæ, ſecùs in foro fori, vt benè aduertit Carafa *loc. cit. num.* 2.

De caſu valdè ſimili agit Larrea *Fiſcal. alleg.* 116. *num.* 17. & 18. & *alleg.* 117. *nu.* 61. & *ſeqq.* nempe de his, qui prouocant ad duellum, quandò ſunt certi, quod prouocatus non eſt venturus ad actum duellandi,
4 & reſoluit in vtroque loco, caſum hunc non eſſe compræhenſum in Bulla ob rationem, quia ad veram, & realem pugnam ſunt referendæ Bullæ, quæ loquuntur de duello, & ideò eo non ſequuto, cenſuræ locum habere non poſſunt, & citat Hurtadum, & Dianam, quibus addendi ſunt multi, quos refert Pater Carafa *loc. cit. quæſito* 5. *num.* 5. ſed contrarium tenet Peregri-
5 nus *de duello quæſt.* 24. ob rationem, quia Bulla Clem. VIII. prohibet prouocationem etiam non ſequuto effectu: vlterius certitudo moralis, non phiſica non excuſat, quia prouocatus poteſt duellum acceptare: imò ipſe prouocans ſententiam mulare: Conciliat Carafa *loc. citat.* & benè, dicendo, quod prima opinio habet locum in foro conſcientiæ, quoad euitandam excommunicationem dumtaxàt, nam quoad peccatum mortale iſte incurrit illud, tum ob ſcandalum alijs exhibitum, tum ob periculum, in quo ſe poſuit. Secunda verò opinio procedit in foro fori, apud quem verum duellum fuiſſe exiſtimatur. Vide rationes, & autoritates apud eum *ibid. num.* 6. & *ſeqq.*

Chiunque deliberatamente, & ex propoſito ſarà ſtato preſente alla detta prouocatione, ò delitto.

Etiam quoad ſpectatores, & adſtantes re-
6 quiritur deliberatio, & animus determinatus aſtandi, namſi caſualiter, & ad aliud intenti tranſeuntes aſtiterint, & interuenerint, non poſſunt aliqua pœna teneri, vt de Iute reſpondent Ricc. *reſol.* 54. *per tot. par.* 3. & eo relato D. Maſſinus *d. quæſtione* 10. *num.* 23. Aegid. Sanchez, Reginald. Filiucc. Bonacina Hurtad. *locis relatis* à P. Carafa *de duello tract.* 2. *ſect.* 3. *quæſito* 12. *numero primo.*

Chi non hauerà impedito potendo, e ſimilmente chi hauerà ſaputo douerſi fare tal' eceſſo, e non l' hauerà riuelato alla Corte.

Appropriant Bannimenta noſtra huic delicto ſpecialia criminis læſæ Maieſtatis, de quibus diximus *ſuprà in cap.* 2. & meritò, quia Pius Quartus *in Bulla allegata in princi-*
7 *pio huius capituli* imponit contrà duellantes pœnam criminis læſæ Maieſtatis, ſeditionis, & rebellionis, de qua facit ad hoc propoſitum mentionem Farinac. *conſ.* 9. *num.* 22. & poteſt fulciri alia ratione deducta ex Iure
8 communi, nempè quia, qui duellat, propria autoritate ſibi Ius dicit, vt ex Ayala *tract. de Iure, & offic. Belli lib. primo cap.* 3. *in principio*, ait Tapia *de Iure Regni lib.* 5. *tit.* 34. *conſtitut. prima num. primo circa med.* & quodammodò Iuriſdictionem Principis ſibi vſurpare videtur.

## Cap. IX. §. V. VI. & VII.

§. 5. Qualũque ſendo accompagnato da altri, ò con vantaggio di luogo, ò d' armi prouocarà à queſtione altri, che fuſſe à diſuantaggio incorrerà nella pena di ſcudi trecento, & trè tratti di corda, ò tre meſi di prigionia, ò d' altra ad arbitrio di S. S. Illuſtriſſima.

§. 6. Mà chi prouocarà à far que-

ſtione, ò caceiarà mano alla ſpada contro di altri ſenza vantaggio caderà in pena di ſcudi cinquanta, ſe bene non ne ſeguiſſe ferita alcuna.

§. 7. E ſe per tali prouocationi naſcerà ſcandalo, ò altro cattiuo effetto, il tutto s' imputarà all' autore della riſſa; naſca da chi ſi voglia, ò in qualſiuoglia modo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Superchiaria qualis, & quę ſit.*
2 *Qui Doctores de illa tractant.*
3 *Superchiaria offenſus non dicitur caricatus, & nec tenetur progredi ad ſingulare certamen.*

Accompagnato da altri, ò con vantaggio di luogo, & armi prouocarà à queſtione altri, che fuſſe à diſuantaggio.

DElictum, de quo agitur in hoc §. di-
1 citur communiter ſuperchiaria, de
2 qua tractant Grat. *conſ.* 52. *num.* 51. *lib.* 2. Ant. de Ballis *var. lib.* 3. *tit. de literis diſpenſ. cap.* 1. *quaeſt.* 3. *num.* 14. Pater Graſſett. *de nece proditor.* §. 9. *num.* 49. 50. & Creſpi *obſeru.* 4. *num.* 75. qui ait ſuperchiariam committere eos, qui cum ſint in maiori numero, alios in minore aggrediuntur, & vulnera, vel alia damna inferunt, & apud Creſpi foro ſtatuitur, vt ſi duo, vel tres, vel plures coadiuncti vnum inuaſerint, etiamſi vulnus non ſequatur, puniendi ſint, ſed ità, vt ſequuto vulnere pœna ſit triremium per tres annos, eo autem non ſequuto, ob inuaſionem ſolam ſit pœna exilij per triennium.

Superchiaria offenſus non dicitur carica-
3 tus, & ſaluo honore non tenetur progredi ad ſingulare certamen cum aduerſario, ſed illa iniuria abſque onere, ſiuè carico, alitèr quam per duellum eſt vindicanda, ſi modo vindicta ſequiratur, Cæphal. *conſ.* 57. *num.* 35. *& ſeq. lib.* 1. Mutius *de duello lib.* 3. *cap.* 1. *& cap.* 9. Fauſtus *eodem tract. cap.* 11. *lib.* 11.

# C A P V T D E C I M V M.

## R V B R I C A

## Delle Ferite, e Percoſſe con armi, e ſenza, e dell' Inſulto.

Ex congreſſu in Duello ſolent euenire vulnera, & percuſſiones, ideò mentio Duelli facta in antecedenti Capitulo fecit, vt titulus de vulneribus in mentem Legiſlatoris veniſſet, & hic congruè poſitus eſt.

## Cap. X. §. I. & II.

1 §. 1. Acciò che ogn'vno s'aſtenga dal l'offeſe altrui, ſtatuiſce, & ordina, che ſe alcuno con armi ferirà altri in faccia in modo, che ei reſti cicatrice apparente, ò li taglierà, ò debilitarà alcun membro incorrerà in pena di ſcudi ducento d'oro, e della galera per cinque anni, ò maggiore ſecondo la qualità del fatto.

§. 2. Mà chi ferirà in faccia, ſenza che rimanga cicatrice apparente, ouero in altra parte della perſona incorrerà nella pena di ſcudi ducento per ciaſcheduna ferita, e di trè tratti di corda.

*S V M M A R I V M.*

1 *Bannimenta diſponentia ſuper vulneribus factis cum armis comprahendunt arma, quæ à multis ſolent cum licentia deferri.*
2 *Vulnerans cum armis prohibitis ſeueriori pœna, quam diſpoſita in Bannimentis debet puniri.*
3 *Vulnerans aliquem cum pugione, & cultro breuioris menſura, ſeù cum ſtilletto pœna vltimi ſupplicij afficitur.*
4 *Contrarium de conſuetudine.*
5 *Habens licentiam deferendi arma, punitur etiã pro delatione, ſi cum illis aliquem vulnerat, quia licentia abuti dicitur.*

*Contra-*

6 *Contrarium nempè, quod non debet puniri pro delatione,*
7 *Concilia, & num. 8,*
9 *Dei imago, & forma pulchritudinis, & decorit deformatur cum vulnere in faciem illato.*
10 *Iudicibus non licet faciem hominis pro quouis delicto cicatrizare, & cicatricibus deformare:*
11 *Cicatrix eſt ſignum euidens vultum excæcans, deturpans, & poſt ſanatum vulnus remanens.*
12 *Eſt duplex deformans, & non deformans.*
13 *Bannimenta puniunt cicatricem deformantem.*
14 *Statutum loquens de cicatrice non comprehendit cicatricem non deformantem.*
15 *Cicatrix quando dicatur deformans remiſſiuè.*
16 *Medicorum iudicio ſtatur circa remanentiam, & permanentiam cicatricis,*
17 *Medici adhibendi ſunt ad inſpiciendum cicatricem, quamuis ſit notoria, & oculis Iudicis, & cuiuſcumque pateat,*
18 *Contrarium.*
19 *Prima opinio tenenda ad bene eſſe.*
20 *A relatione Medicorum circa cicatricem poteſt pars appellare, & Iudex recedere.*
21 *Cicatrix an ſit idem, quod ſignum vituperabile.*
22 *Cicatrix non eſt damnum æſtimabile.*
23 *Procedit in homine libero, ſed non in fæmina, & ſeruo.*
24 *Contrarium, quod ſit æſtimabile indiſtinctè.*
25 *Cicatrix ad hoc vt ſit punienda pœna Bannimentorum debet eſſe facta cum armis, nam facta cum ligno, vel ſaxo non comprehenditur,*
26 *Et ita bis fuit iudicatum. & num. 27.*
28 *Cicatrix illata in faciem in rixa comprahenditur in Bannimentis.*
29 *Cicatrix ſi poteſt pileo, vel bireto tegi non meretur pœnam Bannimentorum.*
30 *Deformans alium ſigno perpetuo in face, morte excepta, omni alia graui pœna dignus eſt.*
31 *Cicatrix an ſit in facie, vel non, & quæ ſit facies, & qua circumferentia terminetur remiſſiuè.*
32 *Debilitatio membri eſt paſſio taliter afficiens membrum, vt illius officium impediat,*
33 *Et non dicitur debilitatio niſi in totum membrū impediatur.*
*Contrarium. num. 35:*
34 *Excæcans aliquem punitur pœna Statuti de extrahente oculum.*
36 *Pœna debilitationis membri eſt talionis, nempè debilitationis ſimilis membri.*
37 *Imò pœna Statutorum eſt imponenda.*
38 *Membri appellatione quid venit remiſſiuè.*
39 *Membrum dicitur qualibet pars corporis, quę diſtinctum habet officium.*
40 *Digitus non dicitur eſſe membrum.*
41 *Diſtingue.*
42 *Dictio,* quælibet, *eſt diſtributina.*
43 *Manus vna, & non amba ſunt abſcindenda in caſu Statuti pœnam multiplicantis pro vulnere.*
44 *Et pro ſupplemento additur pœna pecuniaria; vel exilij, vel carceris.*
45 *Vulneris appellatione venit ſciſſura in cute habens opus medela.*
46 *Sciſſura cutis facta cum pugno, vel vnguibus non dicitur vulnus,*
47 *Vulnus cum dentibus an dicatur factum cum armis remiſſiuè.*
48 *Vulneris appellatione, an veniat tumor ex percuſſionibus proueniens, qui ad hoc, vt ſanetur debet aperiri ferro remiſſiuè,*
49 *Vulnerans tenetur de occiſo ſi vulneratus indè moriatur, dummodò non ex mala cura.*
50 *Et ſi ſanus euaſerit tenetur ad expenſas, & damna.*
51 *Vulnerans animo occidendi debet puniri ſeueriori pœna, quàm ſtatuta in Bannimentis.*
52 *Idem ſi de mandato mediante pecunia vulnerat.*
53 *Idem ſi proditoriè vulnerat,*

## Delle ferite, ò percoſſe con armi.

DVM Bannimenta faciunt mentionem de
1 armis nō ſolùm compræhendunt arma cōmuniter, generalitèr, & indiſtinctè, omnibus prohibita, ſed cōpræhendunt etiam arma illa, quæ ſolent à multis cum licentia deferri, quia regulariter hæc propriè nomine, & appellatione armorum veniunt, adeò vt facultas conceſſa familiaribus, & ſeruis officialium deferendi arma, reſtricta intelligitur ad ea, quæ ſolent multis concedi, nam arma, quæ generalitèr, & indiſtinctè omnibus interdicta ſunt, & quæ nō ſolent de facili concedi, non compræhenduntur in huiuſmodi facultate de Iure, vel conſuetudine famulis Officialium competente, vt ex Duennas, Placha, Decian. & Menoch. firmat Io: Mar. Nouar. *deciſ.* 170. *num.* 1.

Ideò vulnerans cum armis omninò pro-
2 hibitis, ſeueriùs, & acriùs debet puniri iux-
ta Conſtitutiones s.me. Pij IV. *Conſtit.* 49. &
B. Pij Quinti *Conſtit.* 144. quæ vulneranti-
3 bus aliquem cum pugione, cultro breuioris
menſuræ, vel ſtilletto imponunt pœnam
vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum,
4 quæ pœna quoad mortem, non fuit vſu re-
cepta, vt teſtantur Farinac. *quæſt.* 108. *n.* 52.
Guazz. *de confiſc. bon. concl.* 13. *ampl.* 88. *num.* 13. *& defenſ.* 29. *cap.* 2. *numer.* 16. Vbi refert Baiard. ad Clar. *quæſt.* 96. *num.* 10. & teſtatur liberaſſe in Tribunali A. C. à pœna mortis, ſed non à triremium, quendam, qui in Vrbe propè Doganam vulnerauerat cum pugione Antonium Florentinum Theſaurarium Spoleti, & affirmat, quod ita paſſim obſeruatur per Supremum Tribunal Sac. Conſultæ,

Sed vulnerans cum pugione, an teneatùr pœna triremium, ſi habeat licentiam illum defe-

5 deferendi? videtur reſpondendum affirma-
tiuè, quia abutens licentia, ſeu priuilegio
ferendi arma, punitur æquè, ac licentiam
non habuiſſet, Marſ. *in pract. §. pro comple-
mento num. 9. & ſeqq.* Baiard. ad Clar. *quaſt.
82. num. 75.* Farinac. *quaſt. 108. num. 131.* &
Guazz. *Reor- defenſ. 29. cap. 2. num. 19.* Af-
flict. *conſtit. Intentionis num. 51. de illicit. por-
tat. armor,* Carrer. *pract. crim. §. in textu nu-
6 mer. 10. & ſeq.* ſed quod non debet puniri
pœna delationis armorum tenet Caball. *caſ.
63. num. 9. & ſeqq.* Decian. *tract. crim. lib. 8.
cap. 3. num. 63.* & Caualc. *de brach. Reg. p. 4.
num. 148.* & mouētur ea ratione, quia quoad
delationem armorum non delinquit percu-
tiens, cum licentiam Superioris habeat, &
eſt quoad ipſum perindè, ac ſi de Iure Cō-
muni non eſſet prohibita portatio armo-
rum, ſubdunt tamen, quod grauiùs debet
puniri propter abuſum licentiæ, quia præ-
ter delictum, offendit etiam benignitatem
7 Superioris, qui licentiam dedit; Tu potes
conciliare has diſſidentes opiniones, di-
cendo, quod prima procedit, quando deli-
ctum cum armis eſt appenſatè commiſſum:
Secunda verò, quando eſt commiſſum in
rixa, vt benè diſtinguunt Capiblanc. *de Ba-
ron. pragm. 7. num. 44. par. 1.* & D. Orilia ad
Campan. *reſol. 1. num. 42.* & potes alio di-
8 ſtinctionis fœdere eaſdem concordare, di-
cendo, quod prima procedit, quando li-
centia fuit conceſſa cum promiſſione de
non abutendo; Secunda verò quando fuit
cōceſſa abſq; vlla protſus reſtrictione, vt di-
ſtinguit Cabal. *d. caſ. 63.* & ex huius auctorita-
te ego aliàs in Legatione Romādiolę dixi D.
N. de Cæſena fuiſſe puniendum de delatione
piſtolæ, cum qua intùs Ciuitatem deliquit,
quia licentia erat de portando illam intùs
Ciuitatem, vt dicitur *ſcarica di canna, e di ro-
ta,* & acceptando dictam licentiam ſic limi-
tatam videbatur tacitè promiſiſſe, quod non
abuteretur dicta licentia, portando piſto-
lam aliter, quam in ea permittebatur.

## Con armi ferirà in faccia, in modo, che ci reſti cicatrice apparente.

Meritò imponitur pœna triremium,
quando remanet ſignum in facie, quia tali
9 modo imago Dei ſemper benedicti, & for-
ma pulchritudinis, & decoris deformatur,
vt ait Farin. *queſt. 18. num. 97. & ſeq.* Au-
guſt. ad Angel. *de maleſ. verbo in facie,* qui
propterea tenet quod non licet Iudicibus
10 pro vlla pœna mundi faciem hominis ci-
catricibus deformare, vel naſum amputa-
re, extrahere oculos, vel amputare auricu-
lam, & idem vult *ibi* Angel. *per l. ſi quis in
metallum C. de pœnis;* & etiam quia cica-
trix aggrauat afflictionem in paſſo propter
corporis deformitatem Text. *in l. fin. ff. de
his, qui deiec. vel effuder.* Hinc eſt, quod vul-
nus in facie diuerſam qualitatem à cæteris
vulneribus, & maiorem iniuriam inferre,
& propterea maiorem pœnam exigere, ait
Creſpi *obſer. 73. num. 4. & ſeqq.*

Cicatrix, de qua loquuntur Bannimenta
eſt ſignum euidens vultum excœcans, de-
11 turpans, & poſt ſanatum vulnus remanens
vt ex Text. in *cap. accuſatus prima quaſt. 1.* &
12 Bart. *in l. ſi quis Cod. de pœn.* ait Angel. *loco
cit.* & eſt duplex deformans ſcilicet, & non
deformans, Tex. *in l. fin. & ibi* Flor. *ff. de his,
qui deiecer.* quod nota pro intelligentia Ban-
13 nimentorum, quæ puniunt tantùm cicatri-
cem perpetuò remanſuram in facie, & ſic
deformantem, vt benè aduertit Flor. *in leg.
ex hac ff. ſi quadrup. paup. feciſ. dicatur, &
in l. fin. ff. de his, qui deiec.* ſtatutum enim lo-
14 quens de cicatrice non comprælıendit ci-
catricem non deformantem, & Flor. ſe-
quuntur Angel. de Maleſ. *verbo cicatrix,* vbi
Auguſt. *in addit.* & Bertachin. *in repert. ver-
bo Cicatrix.* Et quando dicatur cicatrix de-
15 formans, declarat Flam. Carth. *tract. capto
bannito cap. fin. num. 51. & ſequentibus* Bertazz.
*conſil. crim. 356. num. 10. 30. & ſeqq. lib. 2.*

Cicatrix An ſit remanſura, nec ne ſtan-
16 dum eſt Iudicio Medicorum, *l. qui ſemel C.
de re milit. lib. 12.* qui debet iurare ſecundùm
Bald. *in l. nemini C. de aduoc. diu. Iudic.* at
contrarium notatur *in l. §. 1. ff. de ventr. in-
ſpic.* ibi gloſa Bart. & alij relati per Berta-
chin. *loc. cit.* Quid ſi cicatrix ſit notoria ocu-
lis Iudicis, & cuiuſcumque an tunc de ne-
ceſſe ſint adhibendi Medici? Bald. *in rub. C. de
probat. n. 12.* Bertachin. *loc. cit.* tenent quod
17 ſic, quiā cicatrix per Iudicem eſt videnda,
ſed non iudicanda ſine iudicio medicorum,
debent enim hæc duo copulari, inſpectio
ſcilicèt Iudicis, & iudicium Medicorum
iuxta Text. *in l. ſemel C. de re militar. lib. 12.*
ibi: *Niſi quos conſtet Medicis denunciantibus, &
Iudice competenti diligenter examinante vitium
18 contraxiſſe.* Contrarium tenent Angel. *de
maleſ. verbo cicatrix num. 3.* Bald. *in l. prima
num. 2. circa finem,* & Alex. *in eadem leg. prima
num. 8. C. vt quę deſunt Aduoc.* ego puto, quod
relatio Medicorum ſit neceſſaria non ſo-
19 lùm ob ſupradictam rationem, nempè quia
Iudex non debet ſine iudicio peritorum iu-
dicare: ſed etiam quia Iudex poteſt in hoc
ſe decipere, cum multoties cicatrix cum
tempore penitus ſanetur, & non appareat,
Non obſtant Doctores in contrarium alle-
gati, quia Bald. *in d. leg. prima* non aſſerit
ſimpliciter, quod Iudex valeat condemna-
re pro cicatrice notoria per inſpectionem
oculorum ipſius Iudicis, & cuiuslibet in-
uentis, ſed hoc dumtaxat concedit in ca-
ſu, quo non reperiuntur Medici, qui poſ-
ſint referre, & cum Aug. & Alex. referant
Baldum, & in Baldi doctrina ſe fundant,
debent intelligi iuxta dictum eiuſdem Do-
ctoris, quem allegant, vt eſt notum. Imò
Alex. *ibidem* innuit, quòd etiam hoc caſu,
quandò ſcilicèt non reperiuntur Medici,
con-

condemnatio eſſet nulla, ſi Statutum ex-
preſsè annullaret ſententiam latam ſuper
cicatrice Medicis non adhibitis. Vndè con-
ſulo, quod ſemper adhibeantur etiam ad
benè eſſe, cum talis Medicorum relatio
poſſit proficere, numquam verò nocere, vt
oſtendit Angel. *conſ.* 144.

Sed à relatione Medicorum non ſolùm
20 pars poteſt appellare, ſed etiam Iudex po-
teſt recedere, quamuis illos elegerit, vt eſt
Text. & ibi Bart. Bald. & Angel. *in l. arbi-
trio num.* 8. *ff. qui ſatiſd. cogan.* Imol. *in l. fin.
in princ. ff. à quib. appellar. non licet*, & An-
gel. *in d. verbo cicatrix*.

Quæro primò ad ornatum materiæ, An
21 detur differentia inter cicatricem, & ſignū
vituperabile? Vide apud Angel. *in leg. ſi
venditor* §. 1. *ff. de edil. edict.* Catald. *de Sin-
dic. quæſt.* 129. & remiſſiuè Bertach. *loc. cit.*
& Aug. ad Ang. *de maleſ. verbo cicatrix nu-
mero quinto*.

Quęro ſecundò. An cicatrix ſit damnum
æſtimabile? Bertach. *in repert. verbo cicatrix*
poſt Flor. *in d. l. ex hac ff. ſi quadrup. paup. fe-
22 ciſ. dic.* dicit, quod non eſt æſtimabile,
quam concluſionem reaſſumit Petr. Cabal.
*reſol. crim. caſ.* 248. *num.* 20. & dicit poſt plu-
res, quos allegat, nempe Specul. Rom.
Abb. Couar. Crauett. Gomez. Roland. à
Valle, & Alberic. quod liber Homo non
23 poteſt petere vllam æſtimationem damni
ſibi imminentis ex cauſa cicatricis, quam
paſſus eſt in facie; At fœmina, & ſeruus
illam petunt, & extendit etiam ad animalia
bruta, & aſſignat rationem, quia omnia
iſta ob deformitatem minus benè, & diffi-
cilitèr accipiuntur Caball. *loc. cit.* ſequitur
Chriſtophor. Creſpi *obſeru.* 78. *numer.* 3. *&
ſeq.* à quibus tamen diſſentit Farin. *quæſt.* 18.
24 *num.* 98. dicens, quod æſtimatio poteſt peti
etiam ab homine libero, & hanc puto eſſe
opinionem magis veram ob rationem quia
Text. *in l. fin. ff. de his, qui deiecer. vel effud.*
in quo ſe fundant Doctores per illa verba
*cicatricum, aut deformitatis nulla fit æſtima-
tio, quia liberum corpus nullam recipit æſti-
mationem*: non intendit, quod defor-
mans non debeat acrius teneri, & parti, &
Fiſco, ſed benè vult dicere, prout explicat
Farinac. *loc. cit.* quod talis iniuria talis, &
tanta eſt, vt inæſtimabilis reputetur cum, vt
dictum eſt, liberum corpus æſtimationem
non recipiat;

Quæro tertiò. An cicatrix facta cum li-
25 gno, vel ſaxo compræhendatur in Banni-
mentis? Dic quod non, quia expreſsè in
eiſdem requiritur qualitas armorum, ibi:
*Se alcuno con armi ferirà in faccia*, quod ſi
non fuiſſet expreſſum, adhuc neceſſe eſſet,
quod vulnus eſſet cum armis illatum, &
non attenderetur factum cum lapide, vt in
terminis ait Andr. de Iſernia *Conſt. ſi quis ali-
quem de percuſſione illicita cum armis in princi-
pio*, & Maſtrill. *deciſ.* 168. *num.* 15. qui ait
26 fuiſſe condemnatum dumtaxat ad exulan-
dum quemdam Leonardum Rondinella,
non obſtante, quod vulnus in facie eſſet
deforme, & apparens ob eam rationem,
quia cum lapide percuſſerat Guglielmum
Podum, & hanc opinionem ſequutus etiam
fuit Giurba *conſ. crim.* 73. qui ait fuiſſe Seium
27 ſolutis priùs Caio omnibus expenſis, con-
demnatū ad exulandum per quinquennium
ab Vrbe Meſſanæ, & eius Territorio, ex quo
cum lapide aduerſus Caium in rixa appo-
ſtato modo proiecto eius faciem, & propriè
ſubtus ſiniſtrum oculum cum cicatrice de-
formi, & perpetuò remanſura percuſſit.

Non obſtat, quod lignum, & ſaxa
etiam veniant appellatione armorum, vt di-
cam *infra in cap. de armis*, quia cum Banni-
menta ſint ſtrictè intelligenda, compræhen-
dunt ea ſolum arma, quæ apta nata ſunt ex
ſui deſtinatione ad nocendum, vt probaui
*infra in eod. cap. de armis*.

Quæro quartò. An requiratur appenſa-
28 mentum? Dic, quod vulnus illatum in
rixa, dummodò remaneat cicatrix compręhenditur
in Bannimentis, quia in illis nul-
lum reperitur verbum, ex quo poſſit dedu-
ci, quod requiratur appenſamentum, &
præmeditatio. Et in caſu relato per Giurb.
vbi ſupra factum erat rixoſum, & tamen
pœna fuit moderata, non propter rixam,
ſed ſolùm propter qualitatem armorum.
Verum eſt, quod Bannimenta requirunt do-
lum, vt pluries fuit dictum *in iſtis adnotatio-
nibus*, ſed dolus etiam in rixa ſuperuenit, vt
ait Eugen. *conſ.* 38. *num.* 22. *lib.* 2.

Materiam cicatricis, vidè penès Bertaz.
*conſ. crim.* 356. *lib.* 2. Carthar. *capto bannito
cap. fin. num.* 51. *& ſeqq.* vbi quod cicatrix,
29 ſi poteſt pileo, vel bireto tegi, non mere-
tur pœnam Bannimentorum, Nell. *de ban-
nitis in* 2. *par.* 2. *tempor. q.* 57. Menoch. *de ar-
bitr. caſ.* 263. *num.* 27. & Farinac. *quæſt.* 18. *nu-
mer.* 97. *& ſeqq.* qui *num.* 100. ait quod de-
formans alium ſigno perpetuo deformi in
facie, omni etiam grauiſſima pœna eſſet
30 dignus, excepta morte naturali, & ſubdit,
quod Iudex malè faceret condemnando ad
mortem.

Bannimenta faciunt mentionem de cica-
trice facta in facie, & non de alia tecta à
veſtimentis, vel capillis, quia cicatrix in
facie eſt illa, quæ pœnam rigoroſam me-
retur, vt dicunt Angel. & Aug. ad eum
*in tract. de maleſ. verbo in facie*, quos de-
bebis videre, quando occurrit diſcutere,
31 an cicatrix ſit in facie, vel non, mon-
ſtrant enim quæ ſit facies, & qua circum-
ferentia terminetur.

### O gli taglierà, ò debiliterà alcun membro.

Sciendum eſt, quod debilitatio membri
32 eſt paſſio talitèr afficiens membrum, vt il-
lius

lius officium impediat ad tradita per Bart.
*in l. 2. num. 16. ff. de public. Iudic.* Ang. *in l.*
*idem Offilius ff. de edilit. edicto*, Bald. *in l. 3. in*
*fine C. de ſeru. fugit.* & Bart. iterum *in l. pri-*
*ma §. is autem ff. ne quid in flumine publico* vbi
dicit debilitationem probari, eo quod vſus
membri eſt deterioratus habito reſpectu ad
tempus, quò magis clarè habuit exercitium
Bertach. *in repet. verbo debilitatio.*

Sed an dicatur debilitatum membrum,
etiamſi in totum non fuerit debilitatum?
33 Baldus, & Florian. *in l. binas ff. de Seru. vrb.*
*præd.* dicunt, quod ſic, ſi membrum ex tali
debilitatione reddatur inutile, & Florian. ex
hoc ait, quod debilitans membrum alicuius
punitur pœna Statuti loquentis de truncãte
membrum, vel de effodiente oculum, nam
offuſcans aliquem ita vt nil penitus videat,
34 licèt oculum non extrahat, punitur pœna
Statuti de extrahente oculum; contrarium
igitur firmant, ſi non redditur prorſus inu-
tile, & hoc vult etiam Caraldin. de Bon-
comp. *de Sindicatu quæſt.* 145. *num.* 85. vbi
ait, quod debilitatio vnius membri eſt im-
peditio principalis, & proprij officij ipſius
membri: ex quo infert, quod oculus non
dicitur debilitatus, ſi quis videt, vt priùs,
licet propter ictum ſit aliqualitèr deturpa-
tus, tunc enim, vt ſubdit Cataldin. *ibidem*
membrum dicitur debilitatum, quando
effectus membri primæui non eſt, ſed ceſ-
ſauit. Verùm Bart. *in l. 2. in fine ff. de publ.*
35 *Iudic.* dicit, quòd debilitatio membri dici-
tur, quando eius officium aliqualiter impe-
ditur, & ſequitur Maſtrill. *deciſ.* 168. *nume-*
*ro vndecimo.*

Pœna debilitationis membri ſecundùm
Bald. *in cap. iniuria 4. col. de pac. iur. fir.* eſt
36 pœna talionis, nempè debilitationis ſimilis
membri, ſi Reus illud habeat, aliàs eſt arbi-
traria; at hoc non practicatur, non ſolùm,
quia receſſit ab aula pœna talionis, ſed e-
37 tiam, quia Statuta municipalia prouident
communitèr, vt ait Bertach. *repertorio ver-*
*bo membrum* Bald. *in l. 3. in princ. C. de Seru.*
*fugit.* tu obſerua in imponenda pœna debi-
litationis membri diſpoſitionem Bannimẽ-
torum, vt docet Caball. *reſol. crim.* 236. *nu-*
*mer.* 116. vnum tamen ſcias, quod numquã
pro debilitatione membri imponitur pœna
capitis, ſi ille, qui debilitatur, non mo-
ritur ex tali debilitatione, vt dicunt Bart.
*in l. 2. num.* 15. *ff. de publ. Iudic.* & ibi Alex.
*in addit. lit. B.*

Quæro primò, Quid venit appellatione
38 membri? Recurras ab Ang. *de malef. verbo*
*membrum*, vbi in additione etiam Auguſt.
Bertach. *verbo membrum* Zacchia *Medicoleg.*
*lib. 6. tit. 3. quæſt. prima num.* 8. Caball. *crim.*
*reſol.* 236. *num.* 11. Farin. *quæſt.* 19. *num.* 24.
Baſilicò *crim deciſ.* 43. *num.* 10. Bart. *in l. 2.*
*num.* 13. *de publ. indic.* & Cataldin. *de Sindi-*
*catu quæſt.* 145. *num.* 86. Vbi ponit quid di-
cendum de oculo, naſo, aure, lingua, mam-
millis mulierum, de barba, de membris
generationis, & ſubdit, quod cum quidam
Sclauus ſibi præputium abſcidiſſet vidit in
Ciuitate Recineti dubitari de articulo, an
membra generationis dicantur membra.
Ego abſq; enumeratione illorum omnium
tradam regulam generalem, quòd quæli-
39 bet pars corporis, quæ diſtinctum habet
officium dicitur membrum, Ang. *in auth.*
*vt nulli Iudic. §. quia nos* Bartol. & Bald. &
Imol. *in l. 2. ff. de pub. Iud.* Ang. *de malef.*
40 *verbo membrum*, & ideò dicunt, quod di-
gitus ex quo non habet de per ſe opera-
tionem diſtinctam, ſed coadiuuat manum,
non dicitur membrum, Bart. *in l. non ſunt*
*liberi ff. de ſtatu hominum*, vbi Alex. Angel. *de*
*malef. dicto verbo membrum*, Bertach. *eod. ver-*
*bo*, Farinac. *quæſt.* 19. *num.* 24. Clar. *quæſt.* 69.
Baiard. *in add.* ad eumdem, Giurb. *conſ.* 73.
Ball. *variar. lib. 3. de literis diſpenſ. caſ. 2. num.*
14. Baſilico *deciſ.* 43. *num.* 10. & Maſtrill. *de-*
*ciſ.* 168. *num.* 5. qui alios refert huius opi-
nionis, ſed concludit, quod fuit contrariũ
determinatum in magna Curia, quando
41 percuſſio fuit facta appoſtato modo, & ipſe
putat hoc eſſe indiſtinctè verum, quando
per ſciſſionem digiti tota manus eſſet facta
arida, & inutilis ſecundùm Baiard. ad Clar.
*quæſt.* 69. *num.* 4. Petr. Caball. *reſol. crimin.*
*caſ.* 236. *num.* 109. *& ſeqq.* qui poſt Ang. *de*
*malef. d. verbo membrum*, & Aug. ad eum
inſtruit Iudicem, vt habeat iudicium Me-
dicorum, & in arte expertorum, qui vi-
deant, qui ſit digitus ille, qui remanet de-
bilitatus, & an ex debilitatione talis digiti
dicatur manus debilitata, & totum ſcribi
faciat in actis, & dicit, quòd ita practicauit,
& vidit ab alijs practicari, *& num.* 120. po-
nit caſum in debilitatione digiti alicuius
pretioſi Pictoris, vel Scriptoris; Vide ipſum
Caball. qui ponit octo queſtiones ad propo-
ſitum facientes.

## Nella pena di ducento ſcudi per ciaſcuna ferita.

Bannimenta concordant cum diſpoſitio-
ne Iuris communis, vt ex Tex. *in l. numquam*
*plura ff. de priuat. delict.* & ibi Bart. ait Farin.
*quæſt.* 22. *num.* 6. dicens, quod de Iure com-
muni quis debet puniri pro pluribus per-
cuſſionibus, & vulneribus etiam vnico im-
petu inflictis, & ſic pro quantitate vulnerũ
pœna eſt multiplicanda, & Bart. *loc. cit.* ait,
quòd alias eſſet deſtruere totum mundum:
at Farinac. *ibid. num.* 10. concludit hoc eſſe
verum, quoties in lege, prout in noſtris
Bannimentis, adſit dictio diſtributiua: *quili-*
42 *bet*, puta pro quolibet vulnere imponatur
pœna centum, aliàs remota dicta dictione,
dubitat de concluſione poſita ſic genera-
liter.

Sed quid dicendum, ſi pœnæ impoſitæ
ſint corporis afflictiuæ, puta, quod Statu-
tum

tum dicat, quod vulneranti aliquem in
Platea manus abſcindatur, an ambæ ma-
nus ſint abſcindendæ in caſu multiplicatio-
nis vulnerum, an verò vna tantùm manus
ſit abſcindenda? Hanc quæſtionem in ter-
minis ponit Caball. *reſol. crim.* 236. *num.* 87.
*& ſeqq.* & refert opiniones pro, & contra,
43 & concludit, quod nunquam faceret am-
putare ambas manus, ſed vnam tantùm
pro omnibus vulneribus, imponendo ei, vl-
44 tra pœnam corporalē, aliam pecuniariam,
vel exilij, vel carceris, iuxta facti, & per-
ſonarum qualitatem arbitranda.

Nota pro intelligentia Bannimentorum,
quod appellatione vulneris venit ſciſſura
in cute, habens opus medela Bart. *in l. Præ-*
45 *tor* §. *fin. ff. de iniur.* Cæpoll. *conſ.* 40. *num.* 4.
ſed in modica ſciſſura, ſeu ſcarfinatuta, aut
ſgrafatura locum non habet Bald. *in l. fin. C.*
*de ædil. action.* qui dicit modicum vulnuſcu-
lum in ſe non habere delictum, & ſequitur
Tiraquell. *tract. de Iud. in rebus exiguis nu.* 21.
& Danza *in add. ad* Gram. *decif.* 44. *num.* 11.
& Muſcatell. *de cognit. delict. tit. de vulnerib.*
*num.* 5. Cataldin. *de Sindicatu quæſt.* 146. *num.*
87. quod non credit eſſe verum Caualc. *de*
*brach. reg. par.* 4. *num.* 151. niſi eſſet illatum
46 cum pugno, vel vnguibus, & ait viden.
Bart. *in tract. de percuſſionibus*. Sed tu vide
plura notabilia in hac materia penes eum-
dem Caualcan. *loc. citat. par.* 4. *num.* 152. an
47 ſcilicèt vulnus factum cum dentibus poſſit
dici factum cum armis, & an Statutum ha-
beat locum, quando quis armis adeò gra
48 uitèr percuſſerit abſque ſciſſura cutis, vt
tumore facto nequit ſanari, niſi aperiatur
tumor cum collirio, ſeu emplaſtro.

Quæro primò ſi quis ex vulnere recepto
moritur, vulnerans debet puniri pœna
Bannimentorum de vulnere, an de morte?
49 Dic quod vulnerans tenetur de occiſo dù-
modò vulneratus non ſit mortuus ex mala
cura, vel imperitia Medicorum, vt pluri-
bus oſtendit Farinac. *quæſt.* 126. *numer.* 127.
*per tot.* quem adeas in occurrenti caſu.

Quæro ſecundò, An pœna Bannimento-
rum ſit ſemper indifferentèr imponenda
vulneranti? Dic quod non, nam quoties
50 quis interficiendi animo vulnerauerit ma-
iori pœna, quàm à Statuto indicta, eſt pu-
niendus; ita docet nos Salycet. *in l.* 15., *qui*
*cum telo C. de Sicar.* Gram. *conſ.* 49. *numer.* 8.
& Baiard. ad Clarum §. *homicidium num.* 288.
& nouiſſimè Creſpi *obſeru.* 78. *num.* 9. *& ſeqq.*
Idem eſt in vulnerāte alium per pecuniam,
51 grauiorem enim pœnam debet ſubire, vt
pluribus oſtendit Giurb. *conſ.* 46. *numer.* 33.
etiamſi non habuerit animum occidendi
Gabriel. *tit. de malef. concl.* 1. *num.* 30. *lib.* 7.
52 & Baiard. *vbi ſupra num.* 293. Idem eſt in
vulnerante proditoriè, vt *ſuo loco* dixi.

Quæro tertiò, An vulnerantes teneantur
ad aliquam aliam pœnam vltra contentā
53 in Bannimentis? Dic, quod tenentur ad
omnes expenſas, quas vulneratus fecit in
medelis, & tenentur ad omnia damna etiā
lucri ceſſantis, & damni emergentis per to-
tum tempus, quo manſit infirmus ex vul-
nere, vt eſt Text. *in l. liber homo*, *& l. quæ*
*actione ff. ad legem Aquil. l. fin. ff. de his, qui deie-*
*cer. vel effud.* & dicunt Caball. *crim. reſol.* 248.
*num.* 22. *& ſeqq.* & Hieronym. Baſilicò *crim.*
*decif.* 43. *num.* 18. Plotus, Ioſeph Ludouic.
Baiardus Menoch. Farinac. Guazzin. Paitel-
lus *locis relatis* à Conciol. *crim. reſol.* 2. *num.* 1.
*verbo vulnus*, *& reſol.* 2. *num.* 2. *verbo occiſio*.
Intellige tamen hoc procedere in vulnerāte
doloſo, & etiam in vulnerante per culpam,
vt ex Ploto, Ludou. Farinac. explicat Con-
ciol. *dicto verbo vulnus reſolut.* 2. *num.* 6. Sed
non procedit in vulnerante per factum ca-
ſuale, vt inquit Diana *in ſumma verbo reſti-*
*tuere qui teneatur num.* 9. & ex eo Conciol. *di-*
*cto num.* 6. quicquid dicat Farinac. *quæſt.* 110.
*num.* 121. & nec procedit in vulnerante ad
ſui neceſſariam defēſionem, vt ex Plot. Lu-
dou. Claud. ad Bertazzol. Farinac. Paitello
probat Conciol. *d. reſol.* 2. *num.* 8. *verbo vul-*
*nus*, *& reſol.* 2. *num.* 7. *& ſequentibus verbo*
*occiſio*.

Difficultas tamen eſt, an ad damna, & ex-
penſas teneatur is, qui ſe defendendo exce-
dit moderamen inculpatæ tutelæ? negatiuè
reſpondent Merlin. Pignatell. *controu. forenſ.*
19. *num.* 29. *& ſeqq. cent.* 1. & Adden. ad Ca-
piclat. *decif.* 75. *in princip.* Affirmatiuam verò
tuentur Gomeſ. Clar. Caball. Cancer. Guaz-
zin. Thomaſ. Capiclatro *locis relatis* à Con-
ciolo, qui eos ſequitur *d. reſol.* 2. *num.* 7. *ver-*
*bo occiſio* & hanc opinionem tenet Farinac.
*quæſt.* 119. *num.* 124. etiamſi vnum ſolum
ex requiſitis inculpatæ tutelæ excedat, &
hoc idem ex Afflict. *conſtit. qui de alto num.* 6.
vult Thoro *Cod. rerum iudicat. caſ.* 56. *num.* 20.
qui dicunt, quod caſuale dumtaxat delictū
eximit ab hac obligatione; ſufficit enim
quod in delicto inſit culpa leuis, vel leuiſſi-
ma ad hoc, vt delinquens teneatur ad om-
nia damna, quia obligatio reſtitutionis non
prouenit, & nec menſuratur à culpa, ſeu
qualitate culpæ, ſed ex damno iniuſtè illato,
vt ex Nauarra *in ſumma cap.* 15. *num.* 26. in-
quit de Luca ad Vinc. de Franch *decif.* 460.
*num.* 4. *verſ. alij tenent* & ratio rationis eſt,
quia culpa ſeiuncta à dolo obligat ad tan-
tam reſtitutionem, quantam coniuncta
cum dolo *l. ſi ex plagis* §. *fin. ff. ad leg. Aquil.*
& ideò Nauar. & de Luca *vbi proximè* dicunt
minorem culpam minorare pœnam, ſed
non obligationem reſtituendi.

Sed quid dicendum quando occiſus fuit
in culpa incipiendo rixam, & verbis pro-
uocando occidentē? iſto caſu Crauett. *conſil.*
119. *num.* 11. Ioſeph Ludou. *concluſ.* 39. *in*
*fine* Capiclatr. *d. decif.* 75. *num.* 23. Conciol.
*d. reſol.* 2. *num.* 9. *verbo occiſio*, vbi ait non
diſſentire Farinac. *d. quæſt.* 119. *num.* 125. di-
cunt non teneri, quia quando damnum ha-

bet admixtam culpã damnificati, damnificans ad nihil tenetur, quamuis in ſe defendendo exceſſerit: videtur enim prouocando omnia remiſiſſe, vt dicunt pro ratione Doctores. Verùm nec tunc in totum eximi ab obligatione damna reficiendi, ſed ſolùm in aliqua parte *ex Summa Angelica* dicit Gomes *variar. lib. 3. cap. 3. num. 37.* quem ſequuntur Farinac. *d. quaſt. 119. num. 124.* Caball. *crimin. reſol. 248. num. 35.* Diana *reſol. 44. tract. 4. de homicid. par. 5.* Rebell. *de obligat. iuſt. par. 1. lib. 3. quaſt. 12. num. 7.* quos refert de Luca ad Vinc. de Franch. *d. deciſ. 460. num. 4. circa finem.*

---

# Cap. X. §. III. ad VI.

§. 3. Chi ſenza prouocatione con armi inſultaſſe altri, ſe bene non ne ſeguiſſe effetto alcuno, ſarà punito con penà di ſcudi cento, e trè tratti di corda.

§. 4. Chi offenderà altri con bacchette, canne, baſtoni, ſaſſi, ò altri ſimili inſtrumenti incorrerà nella pena di ſcudi cento.

§. 5. Et ſe da tali percoſſe naſceſſero tumori, li quali biſognaſſe tagliare per ſanità dell' offeſo, in tale caſo le percoſſe ſaranno reputate ferite, e ſoggiacerà l' offenſore alle pene delle ferite.

§. 6. Chiunque inſulterà alcuna perſona con baſtoni, ò altri inſtrumenti, come di ſopra, caderà nella pena di ſcudi cento.

*SVMMARIVM.*

1 *Inſultus, aſſaltus, aggreſſus ſunt ſinomina.*
2 *Propriè eſt in alium ſaltus.*
3 *Imò eſt motio impetuoſa de loco ad locum, ita tamen vt non tangatur perſona.*
4 *Et debet eſſe cum approximatione, vt poſſibilis ſit offenſio.*
5 *Inſultus tot ſunt, quot ſunt perſonæ inſultatæ.*
6 *Contrarium.*
7 *Inſultatus poteſt inſultantem percutere impunè vulnerare, & etiam occidere.*
8 *Non enim tenetur fugere, quamuis ſine verecundia poſſit.*
9 *Et nec tenetur expectare quod aduerſarius offendat.*
10 *Exceſſus non punitur in eo, qui probabiter timet, ne occidatur.*
11 *Inſultatus, & vulneratus inſequens fugientem, & occidens non tenetur pœna ordinaria.*
12 *Etiamſi alium tranſeuntem occidat.*
13 *Inſultans alium cum armis acriter punitur, ſi terribiliter inſultat, quàm ſi leuiter.*
14 *Inſultus, & vulnus confunduntur.*
15 *Non tamen confunduntur inſultus, & delatio armorum.*
16 *Inſultans ſi poſt inſultum aufugit, & inſultatum inſequentem retro ſe voluens occidit, non tenetur pœna ordinaria.*
17 *Inſultus cum armis dicitur factus ab homine armato.*
18 *Et ab eo, qui habet manus ad latus enſis.*
19 *Et ab eo, qui habet petras ad manus, quamuis non eiciat.*
20 *Inſultus ad domum puniri debet acriori pœna.*
21 *Ob rationẽ recenſitam ibid. Domus appellatione veniunt hoſtium, porticus cohærens domui, & ſtatio ante domum. & num. 23.*
22 *Inſultus factus in domo dicitur tunc quando eſt factus intra clauſuram hoſtij.*
24 *Iniuria facta cum baculo dicitur atrox.*
25 *Pœna percutientis cum baculo quæ ſit.*
26 *Variatur iuxta qualitatem facti.*
27 *Poteſt eſſe exilij, & etiam triremium.*
28 *Et ſequuta morte percuſſi pœna eſt mortis.*
29 *Intellige vt hic.*
30 *Imò pœna eſt extraordinaria.*
31 *Percutiens cum baculo non præſumitur habere animum occidendi.*
32 *Verius eſt, quod debet attendi qualitas baculi, & pars corporis offenſa, & reiteratio percuſſionum.*
33 *Mandans aliquem baſtonari, quomodo puniatur ſi ſequatur mors.*
34 *Percuſſio facta cum dentibus, & cum baculo æquiparantur.*
35 *Corpus delicti in percuſſionibus conſtabit ex adnotatione liuoris.*

## Con armi inſultaſſe.

1 INſultus, aſſaltus, & aggreſſus ſunt idem ſecundùm Bart. *in l. 1. §. cum arietes ff ſi quadrup. paup. fec. dic.* quem ſequitur Aug. ad Ang. *verbo fecit inſultum num. 1.* vbi reijcit Gand. contrarium dicentem, & propriè
2 dicitur in alium ſaltus *in l. fin. C. de Iudæis*, & ex Bald. Tuſch. Alex. inquiunt Muta *pragmat. Sicil. tit. 45. num. 4.* & Thor. *Cod. rer. iudic. caſ. 60. num. 116.* & ex Bart. *in l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pœnis* ait Cataldin.
3 *de Sindicatu quaſt. 147.* ſeu potiùs eſt motio impetuoſa erga alium ad effectum offendẽdi, requiritur enim motio de loco ad locũ, vt ait Bart. *in d. §. arietes*, ita tamen vt non tangatur perſona inſultata. quia eo ipſo, quod tangitur, & percutitur perſona, delictum mutat nomen, & ex inſultu tranſit in
4 percuſſionem, ſed neceſſaria eſt talis approximatio, vt veriſimilis, & poſſibilis ſit offenſio, prout inquit Bald. *in cap. 1. §. ſimili-*

ter

*ter. quibus modis feud. amitt.* quem ſequitur
Aug. ad Angel. *de maleſ. vbi ſupra*, & Catald.
*loc. citat. num.* 88. ait quod ad hoc vt factus
dicatur inſultus ad domum, vel caſtrum,
requiritur, quod inſultans appropinquet ſe
tantùm domui, vel Caſtro, quod poſſit
proijcere iaculum, & expugnare. Vide ſu-
per hac materia Aretin. *conſ.* 34. Mutam
*dicta pragm. tit.* 45. *num.* 3. Muſcatell. *prax.*
*crim. tit. de vulner. letal. num.* 44. & Thor.
*d. caſ.* 60. *num.* 117. Cataldin. *loc. cit.* qui *di-*
*cto num.* 88. ait, quòd Iudices ad remouen-
dam difficultatem, quæ poteſt oriri ex pro-
prietate verbi, inſultus, ponunt in eorum
inquiſitionibus, quod deliberatè, & appen-
ſatè mouendo ſe de loco ad locum fecit in-
ſultum, impetum, & aggreſſuram; & hoc
ex abbundanti, & ad tollendam dubieta-
tem, vt dictum eſt.
5 Inſultus tot dicuntur, quot ſunt perſonæ
inſultatæ, vt tradit Bart. *in l.* 3. *§. ſi ad plures*
*ff. de ſepulchr. violat. Inſtit. de iniur. §. patitur,*
*& §. ſi communi* Bald. *in leg. ſi familia ff. de Iu-*
*riſdictione om. iudic.* contrarium videtur vo-
6 luiſſe idem Bart. *in l. ſi in rixa num.* 3. *ff. de*
*Sicar.* quem refert Bertach. *repertorio verb.*
*inſultus num.* 10. quod nota, quia poteſt eue-
nire caſus.
Aduerte in hac materia ad multa, & *pri-*
*mo* quod inſultatus poteſt inſultantem per-
7 cutere, & etiam, quoad forum exteriorem,
impunè vulnerare, & occidere, cum non
8 teneatur aufugere, licet abſque nota vere-
cundiæ poſſit, vt pluribus comprobat Iaſ.
*in leg. vt vim in fine ff. de Inſtit. & Iur.* Hipp.
de Marſil. *ſing.* 100. Alex. *conſ.* 76. *vol. primo,*
& Farin. *quæſt.* 125. *num.* 126. *& ſeqq.* & nec
9 debet expectare, quod Aduerſarius primo
offendat, vt eſt Text. *in l. liberam C. quando li-*
*ceat vnicuique &c. & in l. ſcientiam §. qui cùm*
*aliter ff. ad leg. Aq. l. is, qui percuſſorem ff. ad leg.*
*Corn. de Sic.* & ideò dicebat Bald. *conſ. crim. di-*
*uerſ.* 19. *n.* 15. 17. *& ſeqq. lib.* 1. *in fol.* quod exceſ-
10 ſus non punitur in eo, qui timet probabili-
ter, ne occidatur, ex quo modus tunc eſt ſe
tueri, & moderatio eſt ipſe timor mortis
alias ineuitabilis, & ſubdit, quod timor ine-
uitabilis mortis incutitur ex qualitate per-
ſonarum, & armorum, Caball. *reſol. crim.*
*caſ.* 88. *num.* 4. Farin. *d. quæſt.* 125. *num.* 74.
vide declarationem apud eum *num.* 76.
*Secundò* quod inſultatus, & vulneratus in-
11 ſequens fugientem, & occidens non tene-
tur pœna ordinaria, de quo vide Caball.
*de omn. gen homic. num.* 112. *&* 131. Seſſe
*deciſ.* 104. qui in fine ait fuiſſe condemna-
tum ad exilium perpetuum eum, qui poſt
receptum vulnus in rixa illatum (ignorato
autore rixæ) aduerſarium fugientem fuit
inſequutus & occidit & Criuell. *Dolan. de-*
*ciſ.* 26. ex Abb. Angel. Boer. Camer. Mar-
ſil. Menoch. Iodoch. ait quod agreſſus &
percuſſus ſi ſtatim poſt ictus receptos ag-
greſſorem diſcendentem occidit, etiamſi
non videatur id feciſſe ad neceſſariam vitæ
defenſionem, ſed potius ad vindictum,
non tamen puniri debet pœna mortis, ſed
alia extraordinaria & mitiori Iudicis arbi-
trio, & *num.* 8. teſtatur ità fuiſſe deciſum in
illo Senatu *die* 12. *Aprilis* 1600. quamuis
nonnulli diſtinguant, an aggreſſus & pro-
uocatus modum defenſionis exceſſerit cul-
pa, an dolo, & ex propoſito vt primo caſu
puniatur pęna extraordinaria: ſecundo verò
caſu pœna ordinaria, & ſubdit quod dicta
deciſio eo magis procedit quando conſtat
eum non habuiſſe animum occidendi. Vi-
de Scrandet *conſ.* 4. *num.* 219. Gail. *obſer.* 39.
*num.* 3. *lib.* 1. *& obſeru.* 101. *num.* 4. Giurba
*conſ.* 84. *num.* 16. Camill. de Medic. *conſ.* 95.
*num.* 19. Barzium *deciſ. Bonon.* 182.
*Tertiò* quod inſultatus, & vulneratus in-
ſequens fugientem, & alium tranſeuntem,
12 credens eſſe vnum ex aggreſſoribus, occi-
dens, non mortis pœna, ſed mitiori exilij
temporalis eſt puniendus, de quo tractat
Caball. *reſol. crim. caſ.* 31. *num.* 1. & ego di-
xi *ſuprà in cap. de homic. in rub.*
*Quartò* quod debeat acriùs puniri ille,
13 qui terribilitèr armis inſultat, quam qui
pariter cum armis leuitèr vulnerauerit, de
quo vide Caball. *de omni genere homicid.*
*num.* 272. *& ſeqq.* qui citat Gribald. *tit. de*
*homicid. culpoſ. num.* 16. *&* 17.
*Quintò* quod inſultus, & vulnus confun-
14 duntur, vt dicunt Baiard. ad Clar. *quæſt.*
38. *num.* 17. Farin. *quæſt.* 108. *num.* 166. *&*
*ſeqq.*
*Sextò* quod Inſultus & delatio armorum
15 non confunduntur, Baiard. ad Clar. *quæſt.*
84. *num.* 25. qui reprobat Cephal. *conſ.* 204.
*num.* 41. & ſequitur Claud. ad Bertaz. *conſ.*
*crim.* 205. *verſ.* 4. dicens quod punitur quis
pro inſultu, & pro delatione armorum,
Caball. *caſ.* 158. *num.* 13. *& ſeqq.* Farinac.
*quæſt* 108. *num.* 166. *& ſeqq.* vbi bene decla-
rat materiam, & Guazz. *Reor. def.* 16. *cap.* 2.
*num.* 18.
*Septimò* quod inſultans, ſi poſt inſultum
16 aufugit, & Inſultatum inſequentem retro-
ſe voluens occidit, non tenetur pœna or-
dinaria Homicidij ob rationes, quas deduxi
*in cap. de homicidijs in rubrica numer.* 27. *&*
*ſeqq.*
*Octauò* quod licet Bannimenta noſtra
diſponant quod puniatur inſultus cum ar-
mis, idem tamen eſt dicendum de inſultu
17 facto ab homine armato, vt reſpondent
Bart. *in l. id eſt §. Armis ff. de vi, & vi arm.*
& Bertach. *in repert. verbo inſultus num.* 10.
Angel. *de maleſ. verb. dictus Andreas armatus,*
& ibi Aug. in addit. & hanc opinionem
poſt alios, quos citat, ſequitur Petr. Caball.
*reſol. crim. caſ.* 90. *per tot.* qui ampliat *nu.* 4.
*&* 5. vt procedat etiam ſi inſultans arma de-
poſuerit, dummodo armatus acceſſerit, &
& de facili reaſſumere poſſit; vide Doctores
per eum allatos. Idem etiam dicendum

 de in-

de inſultu facto ab eo, qui habet manus ad
18 latus enſis, & enſem non extraxit Muta
*pragm. Sicil. tit 44. num. 9. & 10.* & Thor.
19 *loc.cit. caſ.* 60. *num.* 160. idem eſt dicendum
de habentibus cultellos, ſeù petras ad ma-
nus,quãuis non eijciant, vt ait Thor.*loc.cit.*
*Nonò* quod in multis locis extat Statu-
tum puniens inſultum factum ad domum,
20 & qu idem acriori pœna, vt apparet in ban-
nime ntis Status Eccleſiaſtici obrationem,
quia domus debet eſſe cuique tutiſſimũ refu-
gium *l.pleriq.ff. de in ius vocand.* ideo notandũ,
21 quod appellatione Domus veniunt Oſtium,
porticus cohærens Domui, & Statio antè
Domum exiſtens; ſed quando punitur in-
ſultus factus in Domo requiritur, quod ſit
22 factus inter clauſuram Oſtij, vt ait Angel.
*de malefic. verbo & facit inſultum num. 3.* & ibi
Auguſt. *in add.* At Caualc. *de brach.reg.par.4.*
23 *num.* 87. *& ſeqq.* vult, quod contineantur
Oſtium, Porticus,Scalæ, & apotheca, dum-
modò cohæreant domui; vide eum,quia pul
crè loquitur, & vide Bertach. *loc.cit. num.*20.

## Con baſtoni, ò altri inſtrumenti.

Iniuria facta cum baculo, arundine, vel
24 ſimili inſtrumento dicitur atrox, teſte Fa-
rin *quaſt.* 105. *num,* 215, *&* 217. & talis quo-
25 que debet eſſe pœna, vt delicto correſpon-
deat vt videre eſt penes Adden. ad Beluiſ.
*in pract. fol. 57. Secundum vlt. impreſs.* Clar.
§. *iniuria in princ.* Afflict. *in Conſt. ſi quis ali-
quem* Theſaur. *deciſ.* 224. *per tot,* Gram. *dec.*
17. & Farin.*quaſt.*105. *n.*217. ſed certe ſtabilis
& firma regula nõ poteſt tradi cum ſit mino-
26 randa,vel augenda iuxtà facti, & perſonarũ
qualitatem; nam ſi quis percutiat aliquem
animo determinato, & appenſatè, abſur-
dum eſt dicere, quod veniat puniendas tan-
tum pœna pecuniaria, cum aliàs fuerit ba-
27 culo percutiens condemnatus ad triremes,
vel ad exulandum,vt benè inquiunt Gram.
*d. deciſ.* 17. & Theſaur. *deciſ.* 224. & Iul.
Chartar. *deciſ. crim.* 63. *per tot.* & Fontanell.
*de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 14. *num.* 120. Et
28 quandò ex percuſſionibus baculo factis ſe-
quitur mors, pœna debet extendi etiam ad
mortem incluſiuè ſecundum Vulpell. *con-
ſil.* 126. *num.* 5. 10. 13. *&* 27. qui ait id pro-
cedere, quamuis Homicidium ſit in rixa
ſequutum, quod non admittit Gomez. *de
delict. cap. 3. rub. de Homic. num.* 17. *&* 18.
qui eo tantum caſu exiſtimat eſſe imponen-
dam pœnam ordinariam homicidij; quan-
29 do ſcilicet percuſſio fuit baculo facta cum
penſamento, & deliberatione precedente.
At Farin. *quaſt.* 126. *num.* 128. tenet in-
30 diſtinctè, quod occidens alium cum bacu-
lo in Rixa, ſiuè extrà cum penſamento ve-
niat à pœna ordinaria Homicidij liberan-
dus, & citat Bart. *in l.* 1. §. *Diuus in fine ff.
ad l. Corn. de Sicar.* vbi Alber. Ang. & Marſ.
Gram. *dec.* 23. *num.* 20. Paul. de Caſtr. *con-
ſil.* 277. *alias conſ.* 192. *lib.* 2. Bois. *tit. de
homic. num.* 37. *&* 44. Bertaz. *conſ. crim.* 82.
*num.* 21. Tuſch. *concl.* 141. *num.*14. ſequun-
tur Centolin. ad Farin. *conſ.* 32. *litt. A. &*
Caualc. *de Brach. Reg. par.* 4. *num.* 169. &
ratio eſt, quia animus occidendi non præ-
31 ſumitur ex percuſſione facta cum baculo,
Vt ait Farin. *d. num.* 128. & pluribus oſten-
dit Giurb. *conſ.*82. *n.*21. 37. *& ſeqq.* Pro verita-
te tamen huius concluſionis conſiderat Far.
32 *ibid.n.*131. *& ſeqq.* quod ſi baſtonatæ fuerint
datę in capite,fuerint reiteratæ,& pręcederet
inimicitia intèr percuſſum, & percutientem
intraret pęna mortis,quia eo caſu præſume-
retur animus occidẽdi interueniſſe, niſi per-
cutiens cum baculo habuiſſet arma aptiora,
puta enſem,ad occidendũ,quia tunc animus
occidendi non præſumeretur, & deficiente
animo occidẽdi nõ imponitur pęna mortis.
Verum hæc concluſio videtur admitten-
da iuxtà explicationem eiuſd Farin. *conſ.*
211. quando percuſſio fuit facta cum paruo
baculo, ſecùs ſi cum graui.
Sed quid dicendum in mandante ali-
33 quem baſtonari, ſi ex baſtonatis ſequatur
mors? vide Farin. *conſ.*32. *per tot.* & *ibi* Ad-
den. *lit. A.*
Quæro an mordens, & percutiens cum
dentibus compræhendatur in bannimentis?
dic,quod compræhenditur ſub ſtatuto lo-
34 quente de baſtonatis, quia æquiparantur
percuſſiones factæ cum dente, & cum ba-
culo. Caball; *crim. reſol.* 63. *num.* 14. vbi
allegar concordantes, vide Bart. & Bald.
*locis relatis* à Bruno *de conſtit. & decretis, &
ſtatut. tom.* 3. *verbo dens.*

## Naſceſſero tumori.

Dixi de hac re *ſupra in* §. 1. *num.* 48.
Non tamen deſeram hic aduertere, quod
in huiuſmodi percuſſionibus conſtabit de
35 corpore delicti ex aduotatione liuoris, tu-
moris, vel alterius ſigni ex percuſſionibus
prouenientis, quatenus ſignum aliquod re-
manſerit: nam ſi ſignum ex percuſſionibus
non remanſerit, non erit neceſſaria cogni-
tio delicti in genere, quia confunditur cum
illa in ſpecie, vt poſt Clar. *quaſt.* 4. *verſ. ſciàs
tamen* vult Muſcatell. *de cognit. delictor. tit. de
iniurijs num.* 5. Puto tamen, quod in aliquo
ſupplenda ſit doctrina Muſcatelli *loc. cit.* in
caſu, quo remanent ſigna ex percuſſioni-
bus: ſiquidem liuores, & ſigna in corpore
humano poſſunt procedere ex febri mali-
gna, vt ſcribit Farin. *conſ.* 171. *numer.* 3. &
Foller. *pract. crim. verbo item quod ſororem
num.* 4. Monteleon. *pract. par.* 4. *num.* 695.
Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 24. *num.* 4. &
ideò erit addendum doctrinæ Muſcatelli,
quod Periti, Medici ſcilicet, vel Chirurgi
dicant liuores, & ſigna proueniſſe ex per-
cuſſionibus, reddendo cauſam, rationem,
& peritiam artis eorum, vt benè conſiderat
Farin.

Farin. *d. conſ.* 171. vbi loquitur de eo, qui accuſabatur de homicidio ex baſtonatis ſequuto, & inquit, quod erat neceſſe adhibere peritos, qui dicerent ſigna ex baſtonatis prouenisse, & inſuper probare, quod ſtatim poſt percuſſiones, & baſtonatas incępit percuſſus ſe male habere, quia ſi non appa-ret de ſignis per peritiam, poreſt dici, quod illa prouenerint ex febri, & ſi non conſtat, percuſſum poſuiſſe ſe ſtatim in lecto, & cæpiſſe ſe male habere, intrat præſumptio, quod non fuerit mortuus ex baſtonatis, ſed ex aliqua alia cauſa, vt colligitur ex traditis per Farin. *loc. cit. num.* 4. qui vlterius requirit, & benè, quod periti debeant aſſerere percuſſiones fuiſſe illatas in ea corporis parte, vt percuſſus ex ijs potuerit, & debuerit mori.

# Cap. Decimi §. VII.

Chi penſatamente con guanti, pugni, ò ſchiaffi percuoterà alcuno, incorrerà nell' iſteſſa pena,

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna pecuniaria indicta in Bannimentis propter percuſſiones procedit ſolùm reſpectu ad perſonas viles, nam quoad perſonas conditionis maioris intrat exilium.*

2 *Alapham alicui dans punitur exilio.*

3 *Percuſſio manu vacua facta inducit iniuram atrocem.*

4 *Occidens alium cum pugno tenetur pœna relegationis.*

## Chi penſatamente.

POena pecuniaria indicta in Bannimentis poteſt habere locum, quando agi-
1 tur inter viles perſonas, nam ſi ageretur inter perſonas maioris conditionis, Iudex poſſet indicere pœnam exilij, prout exilio fuiſ-
2 ſe punitum eum, qui manu vacua cuidam alapam intulit, affirmant Iaſ. *in l.* 2. *C. de in Ius voc.* Vitiius *deciſ.* 46. & Ricc. *deciſ.* 31. *num.* 4. *par. prima* Gram. *deciſ.* 14. Maſcard. *de probat. concl.* 1131. *num.* 3. *lib.* 3. & Farin. *quæſt.* 105. *num.* 207. 208. *& ſeqq.* qui relatis hincindè opinionibus Doctorum concludit percuſſionem manu vacua dici iniuriā
3 atrocem propter ignominiam, & idem firmat *num.* 212. in percuſſione facta cum pugno.

Et ſi ex pugno, ſeù percuſſione manu vacua facta percuſſus moreretur, talitèr per-
4 cutiens non euitaret pœnam relegationis ad tempus, ad tradita per Dec. *conſ.* 9. *num.* 3. Foller. *pract. crim. verbo pœnis debitis feriantur num.* 34. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſump.* 40. *num.* 10. Baiard. ad Clar. §. *homicidium num.* 9. & Farinac. *quæſt.* 126. *num.* 149.

# Cap. X. §. VIII. ad XI.

§. 8. E ſe tali delitti ſaranno cōmeſſi, ò tentati in Chieſa, ò doue ſi troui il Santiſs. Sacramento, ò alla preſenza dell' Illuſtriſſimo Legato, ò Reuerendiſſimo Vicelegato, ò Gouernatore, ouero d'altro Magiſtrato, ò Giudice, ò nelle loro Camere, ò Anticamere, ò in Palazzo, ò in Piazza, sù le Scuole, ò ne' Corſi, ò mercati publici, la pena ſarà aggrauata etiam ſino alla morte incluſiuè ad arbitrio di S. Signoria Illuſtriſſima ſecondo però la qualità del luogo, ò del fatto, ò dell' offeſa, ò della perſona.

§. 9. E quando l'offeſa fuſſe fatta, ò tentata nella perſona dell' Illuſtriſſimo Legato, Reuerendiſſimo Vicelegato, ò Gouernatore, ò altro Magiſtrato, ò di altro Giudice Ciuile, ò Criminale per cauſa del ſuo Officio, ò Giuriſdittione, l'offenſore ſarà punito come al capitolo dell' offeſa del Prencipe.

§. 10. E ſe l'offeſa ſarà fatta, ò tentata contro la perſona del Padre, Madre, Figlio, ò Figlia, ò d'alcun' altra delle perſone contenute ſotto al cap. del Parricidio, il delinquente ſarà punito ſecondo la qualità del caſo, e dell' intentione con la pena poſta al detto cap. ò altra ad arbitrio di S. Signoria Illuſtriſſima.

§. 11. E ſe l'offeſa ſarà fatta, ò tentata contro la perſona di Chierico, ò d'altro Religioſo, oltre la pena de' Sacri Canoni, il delinquente ſarà punito più grauemente ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Eccleſia, prout Vaſa Sacra Miniſterij debent eſſe munda, & expolita.
2 Eucharistia debet aſſeruari in loco ſingulari, & mundo.
3 Deſerri ad infirmos ſuper impoſito mundo velamine.
4 Semper lumine præcedente.
5 Lampas diù, noctuque accenſa debet teneri ante Altare, in quo aſſeruatur Euchariſtia.
6 Parochus negligens in aſſeruatione Euchariſtiæ debet ſuſpendi ad tres menſes.
7 Caſus occurſus Romæ circa negligentiam Parochi.
8 Corpus Chriſti eſt totum in tota, & totum in qualibet parte Particulæ conſecratæ.
9 Parochus negligens in adminiſtratione Sacramenti, ſi interim infirmus moritur, peccat, & debet pœna temporali puniri puta ſuſpenſione ad biennium.
10 Deficiens in docendo Doctrinam Chriſtianam ſuos parochianos ſuſpenditur.
11 Parochus non tenetur manere Domi ſemper, niſi habeat infirmos grauatos morbo.
Munditia Eccleſiarum, & Sacerdotum vigilantia auget fidem, reuerentiam, & deuotionem. num. 15.
12 Et deterret homines à peccando in Eccleſia.
13 Iniuria illata coram Cardinale Legato eſt atrox.
14 Extrahens pugionem contra militem Guardiæ Proregis in præſentia Proregis incedentis cum Proceribus proceſſionalitèr fuit damnatus ad mortem, & ex gratia tranſmiſſus ad triremes perpetuas.
15 Suſpenſus fuit Meſſanæ is, qui coram Straticote militem de cuſtodia eiuſdem Straticoti vulnerauerat.
16 Idem practicatum fuit in eo, qui Procuratorem coram Iudicibus M.Curiæ vulnerauerat.
17 Iniuria illata in domo Principis grauior eſt.
18 Et pœna arbitraria punitur etiam ſi pars offenſa remiſſionem conceſſerit.
19 Euaginantes arma in præſentia, vel domo Principis acrius puniuntur.
20 Palatijs Principum debetur peculiaris reuerentia.
21 Appellantur Sacratiſſima, Conſecrata. Inclyta, Diuina.
22 Securitatem, refugium, & tutelam refugiatis præſtant.
33 Crimen in palatijs commiſſum dicitur atrox.
24 Quia Princeps indè deſpicitur.
25 Et quia Princeps ſi accurreret ad rumorem poſſet periclitari.
26 Lex Iul. Maieſtat. continet in ſecundo capite, quæ aduerſus ſplendorem, dignitàtem, atque exiſtimationem Principis committuntur.
27 Item quando ſalus Principis periclitatur.
28 Nobilis Iuuenis fuit punitus amputatione manus, & relegatione ex eo, quia alium Nobilem in Arce Aldeburgen. pugione vulnerauerat.
29 Coquinarius puer in carceribus fuſtigatus, & perpetuò relegatus fuit, ex quo in Arce Principis coquo vulnus intulerat.
30 Alius, qui coquum pulſauit fuit relegatus ad tempus.
31 Auriga, qui alteri alapam inflixit in Atrio Palatij Vrbis Panormi, & ante excubias fuit relegatus in Inſulam.
32 Pœna poteſt extendi ad mortem incluſiuè ob qualitatem loci commiſſi delicti
33 Maximè Principe conſulto.
34 Caſus occurſus Panormi refertur.
35 Improbatur reſolutio habita pro morte.
Defenditur. num. 41.
36 Eleuans manum ad percutiendum dicitur facto pronocare.
37 Et præbet iuſtam cauſam aduerſario ſe defendendi.
38 Omnia ſunt imputanda ei, qui facto cœpit pronocare.
39 Et prouocatus excuſatur, etiam ſi aliàs habebat animum occidendi.
40 Quia adhuc ob prouocationem dicitur occidiſſe.
42 In excubijs, & ante excubias non debet excitari rumor.
Ob rationem relatam ibidem.
43 Extrahens arma antè, & in conſpectu fortalitiorum pœna rigoroſa debet puniri.
44 Extractio armorum ſequuta Romæ in Contrada Panico, non comprehenditur in Edicto contra extrahentem arma à viſta di Caſtello.
45 Non ſolùm ob rixam, & prouocationem.
46 Sed etiam quia conſpiciebatur ſolùm baluardus.
47 Verbum, à viſta di Caſtello, denotat proſpectum totius faciei, vel ſaltem tertiæ partis Caſtri.
Et denotat, quod fiat in pertinentijs Caſtri. numero 51.
48 Caſtrum quid propriè ſit.
49 Maſculus in Fortalitio, eſt ſicut caput in homine.
50 Videns aliquem ſine capite, non poteſt dici vidiſſe hominem.
52 Facies Caſtri S. Angeli eſt illa, quæ reſpicit ingreſſum Pontis.
53 D. Carolus Roſatus laudatur.
54 Delinquens in cubiculo Principis, quomodo puniri debeat remiſſiuè.
55 Text. in l. vnica C. de Palatijs, & Domibus Domin. generaliter accipitur, ita vt omnes partes domus comprehendat.
56 Salus, & incolumitas Reipublicæ conſiſtit in reuerentia, & obedientia debita Superioribus, & Magiſtratibus.
57 Principem occidere, nec ad propriam defenſionem licet.
58 Iudicem occidens quomodo puniendus eſt remiſſiuè.
59 Filio non licet occidere Patrem, nec ad propriã defenſionem.
60 Clericum offendens committit crimen mixti fori.
61 Clericus offenſus habet electionem fori.

Etiamſi

62 *Etiamſi agat contra Viduam, vel perſonam aliā priuilegiatam.*
63 *Imò poteſt variare forum.*
64 *Fallit in offenſione caſuali.*
65 *Et etiam in offenſione prouenıente ex facto, & culpa Clerici.*
66 *Fallit tertiò, quando agit pro morte conſanguineorum.*
67 *Contrarium.*
68 *Percutiens Sacerdotem excommunicatur.*
69 *Et etiam pœna temporali punitur.*
70 *Quæ debet ex circumſtantiis aggrauari.*
71 *Percutiens Clericum regulariter pœna pecuniaria punitur.*
72 *Alapam dans Miniſtro Eccleſiæ debet relegari ad biennium.*
73 *Occidens Sacerdotem non gaudet Immunitate Eccleſiæ.*
74 *Contrarium.*
75 *Occidēs Sacerdotē an gaudeat indultu remiſſiſiuè.*
76 *Sacerdos non poteſt ſine peccato occidere aggreſſorem ſuum.*
77 *Clerici non poſſunt accuſare laicos in foro ſæculari.*
79 *Contrarium adhibita proteſtatione.*
80 *Etiam in cauſis propinquorum.*
81 *Sed dicta proteſtatio eſt neceſſaria etiam in cauſis non exigentibus pœnam ſanguinis.*
83 *Et dicta proteſtatio præſeruat ab irregularitate, & omni pœna etiam ſalutari.*
*Accuſatio eſt genus illaudabilis intentionis. numer. 78.*
*Pęna triremium eſt loco pœnæ perpetui carceris. num. 82.*
84 *Clerici accuſantes laicos in foro ſæculari ſine proteſtatione incurrunt irregularitatem, & puniuntur arbitrio Iudicis.*
85 *Et mortaliter peccant.*
86 *Idem ſi proteſtentur, & deindè inſtent pro pęna ſanguinis.*
87 *Idem ſi habent ſe potius pro teſtibus, quàm pro accuſatoribus.*
88 *Datur exemplum.*
89 *Ratio redditur.*
90 *Iudex ſæcularis non poteſt punire pęna mortis laicum accuſatum à Clerico cum dicta proteſtatione niſi faciat nouum proceſſum.*
91 *Contrarium.*

## Commeſſi, ò tentati in Chieſa, ò doue ſi troui il Santiſſimo Sacramento.

Circa pœnam aggrauandam ratione loci commiſſi delicti, vide quæ dixi *in cap. primo §. 10.* & circa reuerentiam debitam Sacroſanctæ Euchariſtiæ, vide quę dixi *in d. cap. 1. §. 8.*

Solùm hic addo quod ad hoc, vt concilietur reuerentia Eccleſiæ, diuiniſque rebus,
1 Eccleſia debet teneri munda, & expolita,
& ſic debent etiam teneri vaſa miniſterij, vt
præcipit Text. *in cap. relinqui de cuſtod. Euchariſt.* & ipſa Sacroſancta Euchariſtia debet
2 aſſeruari in loco ſingulari, mundo, & ſignato *cap. ſanè de celebrat. miſſar.* & Sacerdos
deferens eam ad infirmos debet cum decen-
3 ti habitu, ſuper impoſito mundo velamine,
ferre, & referre eam manifeſtè, ac honori-
4 ficè antè pectus cum omni reuerentia, & timore, ſemper lumine præcedente, vt indicta
pęna contra tranſgreſſores diſponit Text, *in*
5 *d. cap. ſanè,* & lampas ſemper diu, noctuq; ardēs debet teneri ante Altare, in quo Sanctiſſimū Sacramentū aſſeruatur, Ripa *conſ. 2. n. 4 de conſuetud.* Bellet. *diſquiſit. Clerical. par. 1. de Cleric. debitore §. 14. num. 5.* Paſſeuin. *de offic. Curati cap. 12. num. 68.* Paul. Fuſch. *de viſit. lib. 1. cap. 5. num. 6.* & Barboſ. *de offic. Parochi par. 2. cap. 20. num. 29. & de Offic. & Poteſt. Epiſcop. alleg. 22. num. 6.* & quod Parochus præcisè ad hoc teneatur ex præcepto Dei, habetur *exod. cap. 27. circa finem* ibi *vt ardeat lucerna ſemper in Tabernaculo:* &
6 negligens, & incantè ſe habens Sacerdos in aſſeruatione Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, ſeu Chriſmatis, debet ab officio ſuſpendi ad tres menſes. vt ſanciuit Text. *in cap. Statuimus de Cuſtod. Euchariſt.* Propterea cum eſſem Iudex Criminalis Eminentiſſimi Vicarij in
7 Vrbe, dixi ſuſpendendum ab officio Reu. Franciſcum de Aquipendio Viceeuratum S. Suſannæ, qui acceſſit ad communicandum infirmum pro viatico, & in Pixide nullam Sacratam Hoſtiam reperijt, & quia fragmenta erant in illa, redijt ad Eccleſiam cum eadem pompa, & ſolemnitate, cum qua acceſſerat, licet enim non potuiſſet repræhendi de dicto regreſſu facto cum pom-
8 pa, & luminibus accenſis, quia Corpus Chriſti eſt totum in toto, & totum in qualibet parte magna, ſeu parua quantitate ſpecierum, vt probat D. Thomas *in ſumma par. 3. quæſt. 76. art. 4.* debebat tamen puniri pro dicta negligentia, & quidem depoſitione iuxtà opinionem Gloſæ *in capit. ea quæ verbo negligentia de offic. Archidiac.* Ant. de Butr. & Abb. *in cap. 1. num. 1. & 4. de offic.*
9 *Cuſtod.* & ſi interim mortuus fuiſſet infirmus, non dico quod fuiſſet Reus animæ illius, quia hoc eſt verum ſolum in eo qui deficit adminiſtrare Sacramentum Baptiſmatis, & pœnitentiæ ad Textum *in cap. ſi Presbiter & cap. ſeq. 26. quæſt. 6.* Barboſ. *de offic. Parochi par. 2. cap. 17. n. 43.* & Vgolin. *de offic. Epiſcop. cap. 15. §. 12. num. 14.* ſed puniendus fuiſſet etiam pœna temporali Iudicis arbitrio vt ex Tex. *in cap. officium de offic. Archipreſ.* ibi *debet enim præcipere vt in Sacrario Euchariſtia Chriſti propter infirmos non deſit: debet infirmis prouidere & prouidendo præcipere Sacerdotibus ne forte ſine confeſſione vel confirmatione Corporis & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti moriantur:* vbi enim non eſt Statuta certa pœna cenſetur indicta pœna arbitraria vt eſt Text. *in l. nemo martires C. de Sacroſ. Eccleſ.* & conferunt quæ ex Nauar.

Sayro

Sayro, Salzedo, & Vgolin. affert Barboſ.
*loc.cit.* & Ricc. *deciſ.*106. *par.*2. inquit eſſe ar-
bitrandã pœnam ſuſpentionis ad biennium,
à cura contra Parocum imputatum, quod
nonnulli ſuæ Parochiæ filij ſpirituales eius
culpa abſque Sacramentis Eccleſiæ deceſ-
ſiſſent, & Riccium ſit dicentem refert & ſe-
quitur Nouar. *pragmen.* 9. *de pæn.* qui ex
eodem Ricc. *deciſ.* 22. *par.* 1. extendit di-
10 ctam pœnam ad eos Parochos, qui doctri-
nam Chriſtianam ſuos Parochianos non
docent; & Salzed. ad Diaz. *cap.* 44. *verſic.*
*hinc procedit* ait Parochos negligentes in
adminiſtrandis Sacramentis tam Baptiſma-
tis, quam Euchariſtiæ eſſe ſuſpendendos, &
ad tempus recludendos, ſi quem ſine illis
mori contingat: Non poteſt tamen Paro-
chus dici negligens ex eo ſolum, quod tem-
pore, quo fuit vocatus, non erat Domi,
11 quia non debet ſemper in ea manere, niſi
habeat infirmos grauatos morbo, vt multis
citatis dicit Barboſ. *de offic. Parochi par.* 1.
*cap.* 8. *num.* 43. *& in collect. ad S. Concil. Tri-
dent. ſeſs.* 23. *capit.* 1. *numer.* 49. *de reforma-
tione*.

Augetur enim, vt regrediar ad mate-
12 riam, apud omnes fides, reuerentia, deuo-
tio ex munditia, & Sacerdotum vigilantia,
iuxta Text. *in dicto cap. Sanè de celebr. Miſſa-
rum*, & per eandem reuerentiam, fidem, &
13 deuotionem homines horrent peccare, &
delinquere in Eccleſia: ex reuerentia enim,
& deuotione erga Deum interna, externus
oritur Dei cultus, vt ex Balduin. inquit
Carpzou. *de Iuriſprud. Conciſtor. lib.* 3. *tit.* 9.
*diffin.* 105. *num.* 1.

## O alla preſenza dell' Illuſtriſſimo Legato.

14 Atrox quidem eſt iniuria, quæ infertur
coram Legato, ſeu Prolegato, alijſque ſu-
perioribus, vt de iniuria facta coram Præ-
tore. diſponit Text. *in l. Prætor edixit* §. *atro-
cem ff. de iniur. & in* §. *atrox. Inſt. eodem tit.*
Aretin. Hoſtien. Beluiſ. Bonifac. de Vital.
Plach. Corrad. & alij relati à Farin. *quæſt.*
105. *num.* 192. & de iniuria facta coram
Principe ſcripſerunt Angel. & Nicaſs. *locis
relatis* per Farin. *ibid. num.* 188. Boſs. *tit. de
iniur. num.* 5. & Baſilico *deciſ.* 14. *num.* 15.
qui refert diuerſos caſus in hac facti ſpecie
occurſos, & ſignantèr quod Panormi qui-
dam famulus fuit ad mortem damnatus,
licet ad intercesſionem Magnatum, & Po-
puli ex gratia deinde, dum eſſet ſub fur-
cis, fuit liberatus, & ad triremes perpetuas
tranſmiſſus ex eo, quia in præſentia Prore-
gis, & illuſtrium Virorum proceſſionalitèr
poſt Imaginem Deiparæ Virginis, & Reli-
quias Sanctarum Virginum Chriſtinæ, &
Nimphæ incedentium extraxit pugionem;
incertum an animo vulnerandi, ſeu ſe de-
fendendi aduerſus militẽ Nationis Germa-
næ, à quo tamquam vno ex militibus Prin-
cipis Stipatoribus primo repulſus, & ſucceſ-
ſiuè cum nihilo cederet, pluribus ictibus
haſta verberatus fuerat: Et quod Meſſanæ
15 is, qui militem de cuſtodia Straticoti vul-
nerauit coram oculis ipſius Straticoti; fuit
nullis datis defenſionibus furcis ſuſpenſus:
& quod alius in non valde diſſimili caſu
paritèr damnatus ad mortem, fuit ex gratia
ad triremes tranſmiſſus: & idem dicendum
aſſerit Baſilicò *ibid. num.* 16. ſi coram Ma-
giſtratu, & Iudicibus M. Cur. enſis euagi-
naretur, vel aliquis vulneraretur, & teſta-
16 tur ita fuiſſe iudicatum contra Marcum
Ioemi, qui enſem extraxit, & vulnerauit
Procuratorem coram Iudicibus M.R. Cur.
qui inde fuit Catanæ capite plexus.

## O nelle loro Camere, Anticamere, Palazzo, Piazza.

De iniuria illata in foro, Theatro, ludi-
bus publicis, Palatio Poteſtatis, & ſimilibus
eſt Text. *in d.* §. *atrocem & in l. ſed eſt quæ-
ſtionis* §. 1. *ff. de iniur.* Alber. Azo, Hoſtien.
& alij relati à Farin. *d. quæſt.* 105. *num.* 186.
17 *& ſeqq.* vbi ait, quod grauior eſt iniuria
illata in domo Principis; adeo vt, etiam
ſtante remiſſione partis, ob non præſtitam,
debitam, & condignam reuerentiam Prin-
18 cipi iniurians poteſt pœna arbitraria pu-
niri, & referr Boſs. *tit. de iniur. num.* 3. di-
centem vidiſſe ſępè acriùs puniri euaginan-
19 tes arma in præſentia, vel domo Princi-
pis, idem dicit Hieron. Baſilicò *crim. deciſ.*
14. *per tot. & ſignanter num.* 2. vbi citat Boſs.
& Farin. *loc. proximè citatis*, & Theſau. *de-
ciſ.* 229. *num.* 1. Garon. *var. reſol. cap.* 14.
*num.*22. Ricc. *prax. Archiep. Neap. reſol.*245.
*part.* 3. Tapia *de iure Regni tit. de iniur. conſt.
vt participatio num.* 3. *lib.* 3. & Carpzou.
*pract. crim. quæſt.* 40. *num.* 30. *par.* 1. Creſpi
*obſeru.* 2. *num.* 28. *lib.* 1. & Fulu. Conſtant.
*in l. vnica num.* 16. *& ſeqq. C. de Palat. &
Domib. Domin. lib.* 11. & reddit rationem
Baſilicò *ibid.* quia debetur peculiaris reue-
20 rentia Palatijs Principum, quæ Sacratiſſi-
ma appellantur *in l. fin. C. de Offic. Rector.*
21 & conſecrata, & inclyta dicuntur *in l. vnica
C. de Palatijs*, & diuina nuncupantur *in l. fin.*
22 *C. de quadrien. præſcript.* & propterea ſecu-
ritatem, refugium, & tutelam inde deri-
uare vult Bald. *in d. l. vnica*: diffuſius vero
poſt Caſſan. Frecciam Conſtant. Capzou.
& Baſilicò, quos citat, materiam eandem
reaſſumit Laurent. Mattheu. *de re crim. con-
trou.* 29. *num.* 55. *& ſeqq.* vbi duas rationes
affert ad oſtendendum crimen in Palatio
23 Principis commiſſum effici atrox; primam
rationem deducit ex irreuerentia Principis,
in cuius neglectum dicitur patratũ crimen,
24 quod in Domo, ſeù atrio Principis habi-
tationis committitur: Secundam rationem
deducit ex periculo, quod poteſt ſubire

25 Prin-

25 Princeps, ſi ad ſcandala ſedanda in eius
domo ſequuta accurrit, mortem enim,
aut vulnus hac occaſione poterit reporta-
re, & ex his concludit huiuſmodi crimen
compræhendi *in l. Iulia Maieſtatis*, quia ſe-
cundum Ant. Matthæum, quem citat, in
26 *ſecundo capite dictæ legis* continentur,
quæ aduerſus ſplendorem, dignitatem,
atque exiſtimationem Principis commit-
tuntur, & idem eſſe, quando ſalus Principis
27 periclitatur probat ex Text. *in l. 1. in fine
ff. ad leg. Iul. Maieſt. & ex. l. 2. tit. 16. par. 2.
l. Hiſpan.* ibi *tal podria ſer la buelta, que entra-
ria el meſmo à diſpartirla, e podria ende prender
muorte, ò deshonrra in ſu cuorpo*.

Et pœnam contra delinquentes in dictis
locis diuerſimodè practicari, dixi *ſupra in
cap. 1. §. 10.* & caſibus ac Doctoribus ibi
relatis addo Carpzou. *pract. crim. quaſt. 40.
num. 33. & ſeqq. par. 1.* qui refert Nobilem
28 Iuuenem annorum 19. fuiſſe condemna-
tum ad amputationem manus, & perpe-
tuam relegationem ex eo, quia in Arce
Aldeburgenſi alium nobilem percuſſerat,
& pugione vulnerauerat; & fuiſſe impoſi-
29 tam caſtigationem priuatam in carcere,
(quam, puto, fuiſſe fuſtigationem intùs
carceres factam) & deindè perpetuam re-
legationem indictam ciniſloni, ſeù Puero
coquinario, qui in Arce Principis coquo
vulnus inflixerat: & temporalem relega-
30 tionem fuiſſe alio impoſitam, qui in Arce
Lithemburgenſi coquum pulſauerat: & Ba-
ſilicò *vbi ſupra* teſtatur, quod Ioſeph Ior-
31 danus fuit relegatus in Inſulam per qua-
driennium ex eo, quia orta ex accidenti
rixa cum alio Auriga in Atrio Palatij Vr-
bis Panormi in parte inferiori ante ipſas
militum excubias, illi alapam inflixerat. Et
pœnam his caſibus poſſe extendi etiam ad
32 mortem incluſiuè, monſtrat pluribus Ba-
ſilicò *in d. deciſ. 14. num. 4.* & Harpreċt. *in
§. in Summa numer. 22. & 23. Inſtit. de
iniur. tom. 4.* quod indubitabilitèr eſſe ve-
33 rum, quando Iudex coram Principe, ſeù
ipſo conſulto ſententiam dicit, ex Io:Franc.
de Ponte, Giurb. Menoch. Tiraquell. Har-
preċt. Caſſan. & Freccia, & Fuluio Con-
ſtant. inquit Baſilicò *loc. cit. num. 5.* qui re-
fert dictam pœnam fuiſse ad mortem inclu-
34 ſiuè extenſam Panormi contra Franci-
ſcum Pignatello, qui orta ex ludo rixa in-
ter ipſum, & Aloyſium Scarica in Arce
interiori Regij Palatij, dictum Aloyſium, qui
manum erexerat, vt percuteret, cultro vul-
nerauerat. Et quidem videtur dura, &
35 aſpera reſolutio, quia dictus Aloyſius bre-
ui conualuerat; factum euenit in rixa; &
eleuatio manus facta per Aloyſium ad per-
36 cutiendum præſetulit prouocationem, vt
ex Marſil. Baiard. Muta, Riccio, & Prato in-
nuit Aduocatus Rei pœnès Baſilicò *loc. cit.*
& ego adderem aliam rationem, nempe
37 quia dicta eleuatio manus præbuit Fran-
ciſco iuſtam cauſam ſe defendendi, & ſic
de exceſſu, & non de toto debebat puniri
iuxta aduertentiam Centolin. ad Farinac.
*conſ. 67. lit. B. lib. 1.* Farin. *conſ. 35. num. 20.*
Marſil. *conſ. 137. num. 25.* & Vermigl. *conſ.
38 crim. 126. num. 2.* Omnia enim ſunt impu-
tanda ei, qui facto cæpit prouocare, etiam
39 ſi occidens aliàs habuiſſet animum occi-
dendi, quia adhùc ob prouocationem oc-
40 cidiſſe dicitur ſecundum Caball. *de omn.
gener. homic. num. 137.* & in fortioribus ter-
minis Cæphal. *conſ. 424. num. 34. & ſeqq.
lib. 3.*

Poteſt tamen defendi dicta reſolutio ex
41 eo, quia delictum fuit patratum non ſolum
in Palatio, ſed & ante excubias militum,
42 in illis enim, & ante illas non eſt permit-
tendum, quod excitetur rumor ob pericu-
lum, quod poteſt inde obuenire ipſi Prin-
cipi, nam excubiæ tardiores, & negligen-
tiores fierent ad cuſtodiam, ſi aſſuefierent
ad huiuſmodi rumores, & rixas: & hæc eſt
43 ratio prohibendi cum pœnis rigoroſis eua-
ginationem armorum ante, & in conſpe-
ctu fortalitiorum, vt Panormi extat *pragmat.
ſub tit. de pœna extractionis armorum*, de qua
Baſilicò *d. deciſ. 14. num. 8.* & in Vrbe ha-
bemus edictum prohibens euaginari arma
ante, & vt dicitur *à viſta* Caſtri S. Angeli,
& ego tempore, quo eram Procurator Pau-
44 perum in Vrbe, habui defendere in Curia
Burgi quemdam Bernardinum Valentini
de Interamna militem in dicto Caſtro San-
cti Angeli, qui orta rixa inter eum, & Pa-
ridem Bracciolum in Contrada Panici eua-
ginauit enſem, & plures ictus admenauit in
dictum Paridem: prætendebat enim Curia,
fuiſſe factum locum edicto, quod ego im-
pugnabam tam ex ratione rixæ, & prouo-
45 cationis, quas ſuffragari dicunt Nouell. *ad
defenſ. cap. an inditia ſint Reo danda num. 140.*
& Merlin. Pignatell. *controuerſ. 66. num. 27.*
quàm ex eo, quia ex loco euaginationis ar-
46 morum conſpiciebatur dumtaxàt Baloar-
dus, & pars recinctus Cortinæ dicti Caſtri,
& ideo dicebam non eſſe locum edicto re-
quirenti, quod euaginatio armorum fiat in
47 conſpectu, & *à viſta di Caſtello*, verbum
enim illud *à viſta* denotat proſpectum, &
conſpectum totius faciei, vel ſaltem tertiæ
partis totius corporis Caſtri, vt pulchrè
conſiderat Bart. *in tract. de Inſula §. quod fre-
quenter accidit num. 9. verſic. quandoque extre-
mitates*, imo vt Bannum tamquam pœnale,
& exorbitans accipiatur in propria, & ſtri-
cta ſignificatione, debet verificari dumta-
xat in euaginatione armorum facta in con-
ſpectu Maſculi, & non aliàs, quia illa pars
48 propriè, & verè eſt, & dicitur eſſe Caſtrum,
iuxta definitionem, quam poſt Bart. & Lu-
cam de Penna tradit Boer. *deciſ. 320. num. 3.*
vbi ait, quod *Caſtrum dicitur Caſa alta, &
fortis, & munita muris, ſeu valle cum barbaca-
nis,*

49 nis: & quidem illa pars in Fortalitio eſt, ſicut caput in homine ad tradita per Bart. *in d. tract. de Inſula* §. *quod frequenter accidit n. 3.*
50 & ideò ſicut qui videt aliquem ſine capite non poteſt dici vidiſſe hominem, vt oſtendit Boer. *tract. de auctorit. Magni Conſiliarij num.* 20. ita qui videt muros, & barbacanos Caſtri, ſeu Fortalitij, & propter aliquod impedimentum non conſpicit, & nec poteſt conſpicere caſam altam, & fortem, vulgò, *il Maſchio*, non poteſt verè, & propriè dici vidiſſe Caſtrũ, & in conſpectu, ſeu *à viſta* Caſtri euaginaſſe enſem, argum. eorum, quæ ponit Text. *in l. apud Labeonem ff. de verb. ſignif.*

Addebam, quod verbum illud *à viſta di*
51 *Caſtello*, debet exponi in faciem Caſtri, hoc eſt in pertinentijs Caſtri, ne aliàs contra mentem ſtatuentis dicatur comprænſa euaginatio armorum facta in Contrada Ripetræ, Trinitatis Montium, & ſimilium remotorum locorum, in quibus Ca-
52 ſtrum videtur, & eum facies dicatur, & ſit illa, quæ reſpicit ingreſſum Pontis, tamquã ea, quæ eſt in via magis honorabili, & per quam patet aditus ad Caſtrum prædictum, vt oſtendit Bart. *in d. tract. de Inſula* §. *quod ſi vno latere num.* 7. vel ſaltem illa, quæ iuxta viam nobis oſtenditur, vt aduertit idem Bart. *loco cit.* ſequitur de neceſſe, quod euaginatio facta in Contrada Panici non eſt comprænſa in Banno, quia nec vno, nec altero modo facies accepta conſpicitur è loco euaginationis, cum è dicto loco conſpiciatur ſolùm baluardus, & angulus Cortinæ dicti Caſtri. Inſuper dicebam quod ex dicta euaginatione facta in Contrada Panici non poteſt in militibus, & ex cubiis cauſari commotio, ſeù negligentia, quę dedit cauſã Edicto, vt ſupra conſideraui.

Et ex his Excellentiſſimus Dominus meus
53 D. Carolus Roſatus de Monte Alto Vir prudentia, doctrina, & integritate nemini ſecundus, quem ſemper honoris cauſa, & in obſequium ei debitum nominatum volo, cum eſſet Iudex Burgi, & Militiæ dicti Caſtri Reum prædictum, ſi benè memini, ex quo ſatis luit in carceribus, liberauit.

Et vt regrediar ad materiam bannimentorum. De delictis cõmiſſis in ipſo cubicu-
54 lo Principis agit Laur. Matthæu *de re crim. controu.* 29. *num.* 64. remiſſiuè ad Sidon. *lib. primo epiſt.* 2. & Bulenger. *de Imper. Roman. lib.* 2. *cap.* 17. & de delictis commiſſis in Porticu, annexis, & confinijs Palatij, ad quæ loca extenditur reuerentia debita Palatio, agunt Alberic. Guglielm. de Soza, Caſſan. & Fulu. Conſtant. *locis relat.* à Baſilicò *deciſ.* 14. *num.* 6. & Matthæù *dicta controu.* 29. *num.* 64. qui ait, quod Text. *in l. vnica C. de Palat. & domib. Domin. lib.* 11. ge-
55 neraliter accipitur irã, vt comprehendat cubiculum, aulas, atria, & cæteras partes vniuerſæ Domus.

## In perſona dell' Illuſtriſsimo Legato.

Dixi de hac ſpecie delicti plura *in cap.* 2. §. 1. ideò non repeto: Solùm addo, quod
56 ſalus, & incolumitas Reipublicæ conſiſtit in reuerentia, ac obedientia debita Superioribus, & Magiſtratibus, & quod non licet
57 occidere Principem, nec ad propriam defenſionem, vt pluribus oſtendit Hieronym. Baſilicò *deciſ. crim.* 10. *num.* 4. & 28. vide eum, & vide Laur. Matthæù *de re crimin.*
58 *controu.* 14. *per tot.* vbi de occidente Iudicem, vide Tolet. *lib.* 5. *cap.* 6. Belarmin. *cap.* 13. *in Apol.* Greg. de Valent. *in* 2. 2. *queſt.* 64. Concil. Conſtan. *ſeſſ.* 15. & P. Cauſinũ *in apologia pro Religioſis Societ. Ieſu fol.* 101. & *ſeqq.*

## Contro la perſona del Padre.

Dixi de hoc *in cap.* 6. §. 1. & §. 3. addo modò, quod Baſilicò *deciſ. crim.* 10. *n.* 28. contra Harprectum, quem citat, dicit cum Bodin,
59 & alijs non licere filio occidere Patrem ad propriam defenſionem, ſed vide quæ dixi *in d. cap.* 6.

## Contro la perſona di Chierico, o di altro Religioſo.

Delictum hoc eſt mixti Fori, vt ex Gui-
60 dopap. Pappon. Clar. Graſſ. & Giurba inquit Baſilicò *crim. deciſ.* 30. *num.* 26. & Thoma Valaſcus *allegat.* 55. *num.* 2. qui ad hoc allegat Text. *in auth. item nulla C. de Epiſc. & Cleric.* ibi: *& requiſiti ab Eccleſia, vel Imperio emendare contempſerint*: & ibi Gloſ. *verbo ab Eccleſia* dicit, quod ratione delicti erit laicus de Foro Eccleſiæ, & ex Alberic. *ibid.* dicit eſſe notabile, quod ratione offenſæ illatæ in perſonam, vel in res Eccleſiaſticas, quis efficitur de Foro Eccleſiæ, & ſubdit hoc eſſe ſpeciale fauore Eccleſiæ, quia aliàs ex perſona iniuriati non mutat quis forum, & plures refert Doctores concordantes.

Et Clericum offenſum habere electionẽ
61 Fori inquit ex Anna, & Sperell. idem Baſilicò *ibid.* & poſſe accedere ad Iudicem ſæcularem, vel Eccleſiaſticum, vt ſibi magis videbitur innuit poſt Dec. & Iaſ. & alios Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 1. & 2. Imbrian. Carleual. Capiclatro, Thoro, Petra, & Donat Ant. de Marin. *locis relatis* à Carolo Antonio de Luca ad Vinc. de Franchis *deciſ.* 597. *num.* 1. & hoc eſſe verum
62 etiamſi Clericus agat contra Viduam, Minorem, vel alium priuilegiatum, dicunt Thoro, Perra, & de Marinis, & his relatis de Luca *ibid.* & Clerico offenſo nõ ſolùm cõpetit Ius electionis, ſed videtur ei cõpetere,
63 competit etiam Ius variationis fori, ex traditis à Nouar. *tract. de elect. & var. Fori ſect.* 2. *quæſt.* 52. *num.* 2. & 14. Anna *alleg.* 146. & *ibi Filius in add. lit. C.* Franch. *deciſ.* 592. Viu. *deciſ.* 27. Sanfelic. *deciſ.* 358. *num.* 50. & 73. & Spe-

& Sperell. *deciſ.* 3. *num.* 21. Sed contrarium, nempè non poſſe variare, ſeruari ex Guidopap. *deciſ.* 567. & Pappon. *lib.* 4. *tit.* 4. *areſt.* 6. inquit Valaſcus *loc. cit. num.* 10. At puto eſſe dicendum cum Claro *quæſt.* 36. *num.* 47. quòd poſſit in vtroque Foro quærelam porrigere, quia non eſt denegandum Clerico id, quod cuique laico offenſo permittitur, videmus etiam quod laici quoties offenſam recipiunt in pluribus tribunalibus offenſorem accuſant proſequuturus cauſam apud Iudicē in captura præuenientem, nam captura inducit præuentionem obſtatiuam alteri, vt aliàs dixi ex Carleual. & alijs Doctoribus.

Sed fallit Concluſio, quoties offenſa Cle-
64 rici eſt caſualis, nam tunc Clericus non
habet ius eligendi Iudicem, de Marinis *lib.* 1. *reſol.* 2. *num.* 31. Thoro *compend. deciſ. verbo electio par.* 3. Nouar. *ſect.* 4. *quæſt.* 65. *n.* 1. de Luca *d. obſer.* 597. *num.* 3. & fallit etiam
65 quando Clericus offenditur ex facto, & cul
pa propria, puta, quia tentaſſet minorem ad committendum crimen Sodomiæ, vt exemplificant Thoro, & de Luca *locis citat.* Fallit tertiò, quando Clericus agit pro mor-
66 te Conſanguineorum Rouit. *pragm.* 8. *de compoſit. num.* 18. Capiblanc. *de Baron. prag.* 8. *par.* 1. *num.* 307. Contrarium tamen in
67 hoc tenent Nouar. Petra, & de Luca, qui
hos refert *loco citat. num.* 3. *in fine*.

Percutiens Sacerdotem excommunica-
68 tur, vt eſt Text. *in cap. ſi quis ſuadente* 17.
*quæſt.* 4. Menoch. *de arbitr. caſ.* 389. *num.* 15. *& ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 105. *num.* 195. & pu-
69 nitur vlterius etiam pœna temporali, vt
dicunt præfati Doctores, & pœna tempora-
70 lis debet aggrauari ex ratione circumſtan-
tiæ loci, puta Eccleſiæ, Altaris Maioris, & & ſcandali Ricc. *deciſ.* 250. *num.* 4. *par.* 2. &
71 ideò pœna pecuniaria, quæ regulariter ſo-
let imponi percutienti Clericum, ſecundùm Viu. *deciſ.* 46. *num.* 1. *& ſeqq.* & Farin. *quæſt.* 105. *num.* 208. debet attentis circumſtantijs loci, vel ſcandali extendi ad relega-
72 tionem, quàm per biennium imponendam
ei, qui alapam dat miniſtro Eccleſiæ, dicit Carpzou. *pract. crim. quæſtione* 99. *nu.* 17. *par.* 2.

Quæro primò. An occidens Sacerdotem
73 gaudeat immunitate Eccleſiæ? negatiuè
reſpondent Cutell. Barboſ. *locis relat.* à Hieronym. Baſilicò *deciſ. crim.* 30. *num.* 29. af-
74 firmatiuam verò tuentur Italia, Guazzin.
Duard. Nauarr. Sperell. & Diana *locis relatis* à Baſilicò *ibidem*, qui adhæret primæ opinioni etiam in terminis Bullæ Gregorij IV. ſed quod Bulla non dicit, nos dicere non debemus, cum in illa ſint enumerati, & ſpecificati caſus præciſi, qui ab Immunitate excluduntur.

Quæro ſecundò. An occidens ſacerdo-
75 tem, gaudeat Indultu? Vide Maſtril. *dec.* 68.
& remiſſiuè ad eum Baſilicò *d. deciſ.* 30. *n.* 32.

Quæro tertio. An Sacerdos poſſit ſine peccato ad ſui defenſionem occidere aggreſſorem? Pro negatiua eſt Text. *in cap. de*
76 *his Clericis* 50. *diſtinct.* & negatiuè reſpon-
det Baſilico *crim. deciſ.* 10. *num.* 28. dicens, quod homicidium, quod fit lege permittente, non poteſt eſſe ſine peccato: ſecus in homicidio commiſſo lege iubente ex doctrina Grotij, & Harpreſt. quos citat. Sed affirmatiuā, quod ſcilicèt Sacerdos poſſit ſinè peccato ſe defendēdo occidere aggreſſorem tenent Dec. Salomon. Claud. Saiſell. & innumeri Doctores relati à Farinac. *q.* 125. *num.* 29. qui firmant in tantum Clericis, & Religioſis eſſe permiſſam defenſionem, vt ſi Præsbyter celebrando Miſſam, fuerit ab aliquo armis inſultatus, poterit aggreſſorem occidere, ac deindè non obſtante homicidio redire ad inchoatam Miſſæ celebrationem perficiendam.

Poſſunt hæ opiniones conciliari cum diſtinctione, quam facit D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 64. *artic.* 7. *verſic. reſpondeo dicendum*, nam ſi Sacerdos, vel laicus in illo actu ſe defendendi principaliter intendit conſeruare ſuam vitam, quamuis indè ſecundariò reſultet mors aggreſſoris, ſi occidit non peccat, quia vt docet D. Thom. *ibid.* morales actus recipiunt ſpeciem ſecundùm id, quod intenditur, non autem ab eo, quid ſit præter intentionem, cum ſit per accidens: ſi verò ſe defendens in illo actu principalitèr intendit occiſionem aggreſſoris, prout contingit homini, qui iuxta illud:

*Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.*

támquam deſperatus cum maiori violentia, quam oportet, irruit in aggreſſorem, ſi occidit, vtique peccat, quia vt benè explicat D. Thom. *ibidem* poteſt actus ex bona intentione proueniens illicitus reddi, ſi non ſit proportionatus fini. ad Text. *in cap. de his Clericis* reſpondet D. Thom. *loc. cit. verſ. ad tertium*, quod dictus Textus loquitur de irregularitate, quæ conſequitur homicidij actum, etiamſi ſit abſque peccato.

Quæro quartò. An quæ dicta ſunt ſupra circa electionem, & variationem fori, procedant etiam in cauſis pœnam ſanguinis admittentibus? Prima facie videtur di-
77 cendum, quod non, quia Clerici nullo
modo poſſunt abſque graui animaduerſione quærelam ſanguinis coram Iudice ſæculari inſtituere aduerſus laicos, *cap. nullus Clericus* il ſecondo 11. *quæſt.* 1. *cap. ſi Sacerdotes* 2. *quæſt.* 7. *& cap. his, à quibus* 23. *quæſt.* 8. ibi: *His à quibus Domini Sacramenta tractanda ſunt iudicium ſanguinis agitare non liceat, quòd ſi quiſquam immemor horum præceptorum, aut in Eccleſiæ ſuæ famulis; aut in quibuslibet perſonis tale aliquid fecerit, ordinis honore priuetur, & loco, ſub perpetuo quoque damnationis teneatur relegatus ergaſtulo*: per quæ Iura ità firmant Henric. Boich. Abb. Turrecrem. Decian. Cumia, Eugen. Frecc. Cenedo, Zecch. *locis relatis* a Carolo de Graſſ. *Cleric. effect.* 12. *n.* 1.

 *& 2.*

*& 3.* & mouentur ea ratione, quia accuſa-
78 tio dicitur eſſe genus illaudabilis intentio-
nis *cap. ſi quis Epiſcopus 2. quaſt. 7.* ideò Cle-
ricus debet abſtinere, *cap. ab omni ſpe de vita,
& honeſtate Cleric.* vt inquit Graſſ. *loc. cit.*
& Ricc. *Archiepiſc. deciſ.* 136. *num.* 2, *&* 3.
*par.* 2. melior tamen eſt ratio aſſignata in
allegato Text. *in cap. his, à quibus 23. quaſtio-
ne* 9.

Sed quicquid Canones in dictis Iuribus
antiquitus diſpoſuerint, contrarium præſen-
79 ti tempore ſancitum reperitur à Bonifacio
Octauo *in cap. Pralatis de homicid. in 6.* ete-
nim ne daretur pleriſque materia, ſeu anza
trucidandi Clericos, & eorum bona liberè
deprædandi, ſi Clerici propter metum irre-
gularitatis, & ſeueritatem antiquorum Ca-
nonum conqueri non auderent, præfatus
Pontifex ſtatuit *in d. cap. pralatis*, quod Cle-
ricis, alijſque perſonis Eccleſiaſticis liceat
coram ſæculari Iudice laicos accuſare, dum-
modò expreſsè proteſtentur hoc citra pœ-
nam ſanguinis agere. Cuius Conſtitutionis
verba ſunt: *Prælatis, vel Clericis quibuſcumq;
qui de laicis ſuis malefactoribus querelam penès
ſacularem Iudicem deponentes petunt emendam
ſibi fieri, & prouideri, ne contra eos de cætero
præſumantur proteſtando expreſsè, quod vindi-
ctam, ſeu pœnam ſanguinis non intendunt, impu-
tari non debet, quamuis aliàs in tali caſu de iure
debeat pena ſanguinis irrogari: ſi Iudex mortem
illis inferat, iuſtitia exigente.*

Qua Conſtitutione ſtante, hodie paſſim
Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ accedunt
ad Curias ſæculares, & adhibita dicta prote-
ſtatione accuſant, & accuſationes proſe-
quuntur non ſolùm in cauſis proprijs, &
perſonas proprias tangentibus iuxta Text. *in
d. cap. Prelatis* ibi: *de laicis ſuis malefactoribus;*
80 ſed & iniurias parentum, fratrum, & pro-
pinquorum proſequi non vetantur, ob ra-
tionem, quia iniuria facta vni de familia
cenſetur facta omnibus de eadem familia,
Couarr. *in Clement. ſi furioſus de homicid.
in 2. par. relect.* §. 5. *num.* 4. Nauar. *de iniur.
& damno dato conſ.* 3. Diaz. *pract. crim. can. cap*
94. *num.* 7. Farin. *frag. verbo Clericus nu.* 432.
& Ricc. *d. deciſ. deciſ.* 136. *num.* 6. *par.* 2. vbi
teſtatur fuiſſe deciſum, quod Clericus poſ-
ſit agere cum proteſtatione citra pœnam
ſanguinis contra interfectorem fratris, &
aliorum propinquorum, ſequuntur Graſſ.
*Cleric. effect.* 12. *num.* 7. & Fragoſ. *de Regim.
Reipub. Chriſt. par.* 1. *lib.* 5. *diſput.* 1v. *tit. de
effic. accuſat. num.* 80. *verſ. neque excuſatur.*

Et dicta proteſtatio eſt neceſſaria non
ſolùm, quandò intrat pœna ſanguinis,
81 ſed in quauis alia cauſa, vt aduertit Fa-
rinac. *fragmen. verbo Clericus numen.* 436. &
Abb. *in cap. poſtulaſti num.* 4. *in fine extra de
homicid.*

Nec obſtat, quod antiquitus, & ante-
dictam Conſtitutionem Bonifacij fuiſſet
permiſſum Clericis accuſare, & proſequi
propriam, vel Eccleſiæ iniuriam, dummo-
dò ex tali accuſatione accuſato non veniret
irroganda pœna ſanguinis, vt poſt alios di-
cit Carol. de Graſſ. *d. effect.* 12. *num.* 3. *&* 4.
vbi inſuper ait, quod valebant proſequi ſuã
iniuriam, & accuſare, etiamſi pro crimine
fuiſſet imponenda pœna perpetui carceris,
vel fuſtigationis, vel ſeruitutis, cuius loco
82 hodie eſt pœna remigandi ſuper triremi-
bus, quæ verba præciſa refert etiam Ricc.
*d. deciſ.* 136. *num.* 5. *par.* 2.

Quia ex dicta noua Bonifacij Conſtitu-
tione *in d. cap. Prelatis* forma accuſationis
præſcribente ſublata fuit omnis interpræta-
tio Iuribus antiquis à Doctoribus accom-
modata, prout cum dicto temperamento
proteſtationis ſublata fuit impotentia accu-
ſandi ex Abb. & alijs à Farinac. adductis *nu-
mer.* 426.

Vndè concludendum quod ſi Clericus
accuſat laicum eius offenſorem coram Iu-
83 dice ſæculari, cum dicta proteſtatione ci-
tra pœnam ſanguinis, nullam pœnam, ſeu
pœnitentiam ſalutarem ſubire tenetur ad
Text. expreſſum *in d. cap. Prelatis de homicid.
in 6.* & nec irregularitatem incurrere time-
bit, etiamſi accuſatus pœna ſanguinis ple-
ctatur, & hæc eſt praxis vbique recepta
tam in ſcholis, quàm in Iudicijs, vt ex Cla-
ro *queſt.* 12. Couar. *in d. Clemen. Si furioſus.*
Farin. *queſt.* 12. *num.* 12. teſtatur Peregrin,
*conſ.* 117. *num.* 1. *tom.* 5. quicquid velit Me-
gal. *tom.* 2. *var. reſol.* 151. relatus à Danza
*in addit.* ad Gram. *deciſ.* 53. *num.* 23. dicens,
quod eo caſu Clericus efficitur irregularis,
& quod mortalitèr peccat: etenim loquitur
contra Textum expreſſum *in d. cap. Pralatis*,
ibi: *Imputari non debet, quamuis aliàs in tali
caſu de iure debeat pena ſanguinis irrogari, ſi Iu-
dex mortem illis inferat, iuſtitia exigente.*

Si verò dictam proteſtationem expreſſam
omittat incurrit in irregularitatem ſecun-
84 dùm Anchar. Couar. Clar. Intrigl. Zecch.
relatos à Graſſ. *d. effect. Cleric.* 12. pœnam
à Iudice eius arbitrio imponendam ſubit, &
85 etiam mortalitèr peccat, Nauarr. *Manual.
confeſſ. cap.* 27. *num.* 226. & Diaz. *pract. crim.
can. cap.* 94. *num.* 4.

Et idem eſt ſi facit proteſtationem, ſed
86 contra illius formam inſtat, quod Reus
pœna ordinaria mortis, vel mutilationis
membri puniatur, quia tunc proteſtatio,
tamquam contraria facto, non releuat, ac
habetur ac ſi facta non fuiſſet, Graſſ. *d. effect.*
12. *num.* 9. *&* 10. & Farin. *fragmen. verbo Cle-
ricus num.* 434.

Et ex paritate, imò maioritate rationis idẽ
eſt dicendum in caſu, quo Clericus habet ſe
87 potius pro teſte, quã pro accuſatore, vt fa-
cere ſolent multi, & ſignantèr derobati,
88 qui accedunt ad Iudices criminales, & ad
hoc, vt eorum dictum magis afficiat, re-
nunciant eorum intereſſe: iſto enim caſu
nullatenus ſuffragaretur proteſtatio, & Cle-
ricus

ricus incurreret irregularitatem, ſecundùm Couar. *d. Clemen. Si furioſus num.* 13. *verſ. his omnibus* Felin. *in cap. poſtulaſti de homicid.* & Fragoſ. *loco citato diſp.* 12, *num.* 80. *verſ. ſe-*
89 *cus dicendum*, vbi reddit rationem, quare accuſator, non verò teſtis iuuetur dicta proteſtatione, dicendo, quòd ea videtur eſſe, quia teſtis eſt vnum de requiſitis, ob quæ mors infertur, & teſtis eſt, qui ſuo teſtimonio influit in ſententiam, neque eſt qui magis cooperetur iudicio ſanguinis, quàm teſtis ipſe, ſuper cuius atteſtatione ſedet ſententia, vt ait Auila *de cenſuris* 7. *diſp.* 5. *ſect.* 2. *dub.* 11. & 12. quem citat Fragoſ. *loco ſupra indicato*.

Difficultas tamen eſt an Clericus, qui accuſauit coram vno Iudice, & dictam proteſtationem formitèr coram eodem fecit incidat in irregularitatem, ſi deuoluta cauſa ad Tribunal Supremum, accedit ad Iudicem dicti Tribunalis, & nulla facta, ſeu repetita proteſtatione accuſationem proſequitur? iſte caſus ſucceſſit Patauij in quodam Reu. Vittorio Canonico Regulari S. Georgij in Alga, qui cum proteſtatione denunciauit in Curia Prętoria Patauina aſſaſſinium cum furto nocturno graui commiſſo in ære, & in perſona ſua, & contra facinoroſos tunc ſibi occultos querelam expoſuit, & deuoluta cauſa Venetias ad Tribunal Illuſtriſs. & Excellentiſs. DD. Capitum Excelſi Conſilij derecto Reo criminis Præsbytero N. Rectore S. Ambroſij Agri Patauini, & capite plexo, fuit idem Reu. Victorius excuſatus ab irregularitate à Peregrino, qui plura pro Reu. Victorio allegauit *conſ.* 117. *per tot. to.* 5. principium enim, & origo attenditur vt *ex l. prima ff. de orig. iuris l. ſi id, quod ff. de donat. l. nam origo ff. quod vi, aut clam* ait Peregrin. *loc. cit. num.* 1. *in fine*. Alias rationes vide apud eum.

Quæro quintò. An Iudex laicus, coram quo Clericus ſecularem querelauit cum dicta proteſtatione, valeat ex eodem proceſſu imponere pœnam ſanguinis? negatiuè
90 reſpondent Ancharan. & Franc. *in cap. Prelatis de homicid. in* 6. & eos refert, & ſequitur Rouit. *in pragm.* 7. *de compoſition. num.* 36, *& ſeqq.* affirmatiuam verò opinionem tuētur relati à Danza *in addit.* ad Gram. *deciſ.* 53 *num.* 22. & hæc ſecunda opinio fundatur in Text. expreſſo *in d. cap. Prelatis* vbi Pontifex ait imputari Clerico non debere, ſi Iudex querelantis cum dicta proteſtatione citra pœnam ſanguinis mortem inferat, ſupponit enim Pontifex ibi, quod Iudex ex eodem proceſſu ad ſententiam mortis iure deuenire poſſit.

# Cap. Decimi §. XII.

Et quando s' offendeſſe, ò tentaſſe d' offendere in alcun modo con armi, ò ſenza alcun Auditore, ò Giudice, Principale litigante, Auuocato, Procuratore, Sollecitatore, Notaro, Eſecutore, Teſtimonio, ò altro ſimile, che interueniſſe, ò in qualunque modo fuſſe interuenuto in qualunque lite, ò cauſa dell' offendente, ò ſi veniſſe all' atto ſolo di minacciarle, l' offenſore incorrerà in pena di ſcudi 500. & in oltre caderà dal commodo della lite, e perciò ſe il delinquente ſarà Attore, il Reo ipſo iure s' intenderà aſſoluto, e ſe ſarà Reo, s' intenderà d' eſſer conuinto, e condannato a quanto era conuenuto; & l' vno, e l' altro ne' caſi reſpettiuamente detti di ſopra s' haueranno per legitimamente ſententiati come di ſopra; & in oltre il delinquente ſarà anco punito con l'altre pene contenute nella Bolla di Papa Aleſſandro Seſto fatta contro à quelli, che offendono per cauſa di lite vertente nella Corte di Roma, la qual Bolla Sua Signoria Illuſtriſſima eſtende alle Perſone, e luoghi ſoggetti à queſta Legatione, non ſolo contro li Principali litiganti, mà anche contro à gl' altri non litiganti compreſi nella detta Bolla.

*SVMMARIVM.*

1 *Bulla Alexandrina contra offenſores litigantium emanata pro Curia Romana fuit extenſa per Bannimenta, & hodie vbique ſeruatur.*
2 *Bannimenta generalia Status Eccleſiaſtici procedunt cum notabili diſtinctione circa pœnam impoſitam contra offendentes eos, qui litigant.*
3 *Terminus breuis dandus eſt ad ſe defendendum ei, qui coram Iudice delinquit.*
4 *Praxis procedendi contra eos, qui coram Iudice delinquunt,*
5 *Iuriſdictio prorogatur ratione offenſæ.*
6 *Occidens cum penſamento debet mori.*
7 *Etiam in terminis Bulla Alexandrina.*

*Iniu-*

8 *Iniurians, vel minans litigantem etiam alibi, quàm in præſentia Iudicis comprebenditur in Edicto.*

9 *Et pœna eſt exilium.*

10 *Bannimenta non habent locum in duobus Aduocatis ſe inuicem iniuriantibus.*

11 *Frater ſi occidit litigantem cum eius fratre, non tenetur frater litigans, niſi dedit opem, vel ratificauit.*

12 *Bulla Alexandrina tria copulatiuè requirit, dolum, cauſam litis, & nullam prouocationem.*

13 *Dolus ad incurſum Alexandrinæ non dicitur adeſſe, quoties offenſio fit in rixa ſubitanea.*

14 *Offenſio dicitur facta ex cauſa litis, quoties alia cauſa non apparet.*

15 *Offenſio facta ex cauſa citationis nondum cœpta lite non comprehenditur in Alexandrina.*

16 *Prouocatio efficit, vt prouocatus dicatur eſſe ſine dolo.*

17 *Prouocatus ſi offendit prouocantem dicitur offendere ex noua cauſa:*

18 *Emens bona litigioſa, & non litigioſa, ſi offenditur à Parte, cum qua litigabat, non dicitur offenſus ex cauſa litis, ſed ex cauſa emptionis bonorum non litigioſorum.*

19 *Bullæ Alexandrinæ materiam tractant Doctores qui referuntur.*

20 *Offendens collitigantem ammittit cauſam, hoc eſt ius ſe defendendi.*

21 *Et ideò offenſus debet probare ſuam intentionem aliàs ſuccumbit.*

21 *Intellige vt hic.*

23 *Contrarium dicendum vigore Bannimentorum.*

BAnnimenta noſtra *in hoc* §. renouant
diſpoſitionem Bullæ Alexandrinæ, quæ
quæ ſic vocatur, quia ab Alexandro Sexto
fuit promulgata *Bullar. in ordine* 11. & illam
1 pro Curia Romana tantùm à principio e-
manatam, Bannimenta Status Eccleſiaſtici
extendunt ad totum Statum Eccleſiaſticũ:
& hæc Bannimenta eamdem extendunt ad
Ciuitatem Bononiæ, & totam Legatio-
nem, & ſic vbique in Statu Eccleſiaſtico
obſeruatur, Rota *deciſ.* 21. *num* 2. *poſt conſil.*
Farin. *lib.* 1. & Guazz. *de confiſc. bon. ampl.*
87. *concl.* 13. *num.* 3.

Hæc Bannimenta nimis ſiccè procedunt
in hac materia, & certè cum diſtinctione
2 maiori procedunt *Bannimenta Status Eccle-
ſiaſtici*, nam *primò* diſponunt, quod offen-
dentes per ſe, vel per alium Aduocatum,
Aduerſarium, Proſecutorem, Sollicitato-
rem, Notarium, Teſtes, cauſa, & occaſio-
ne litis ciuilis, vel criminalis, vltra pœnas
impoſitas in dicta Bulla Alexandrina ſubia-
ceat pœnis triremium per decennium,
dummodo offenſio tangat perſonam alte-
rius eorum. Et *ſecundò* diſponunt, quod
verbis, vel minis offendentes aliquem præ-
fatorum coram Iudice, vltra pœnas præ-
fatæ Bullæ puniuntur tribus ictibus funis, &
pœna inſimul pecuniaria Scutorum 200.
quam pœnam Iudex ſtatim abſque vllo
proceſſu, & ſententia valet indicere, vt di-
cunt Bannimenta: ſed tutiùs eſt, vt ſic in
3 præſentia Iudicis delinquenti detur aliquis
breuis terminus ad faciendas ſuas defenſio-
nes Bart. *in l. iubemus C. de probat.* Farinac.
*quæſt.* 21. *num.* 158. *&* 162. & Caualc. *de
brach. reg. par.* 1. *num.* 199. *& ſeqq.* qui vlte-
rius docet Iudicem, vt ſtatim mandet No-
4 tario, quod ſe roget de delicto facto coram
ipſo Iudice, & de eius qualitatibus, omnia
per extenſum ſcribendo (Iudice dictante)
in præſentia aſtantium, & eis audientibus,
& antequam à conſpectu Iudicis recedant,
debet prædictus Notarius omnia, quæ ſcri-
pta ſunt legere, dicendo (*vos teſtes, & ego
Notarius*) & ita Iudex faciendo non errabit,
neque in ſindicatu timebit, ſi reiectis friuo-
lis exceptionibus, tanquam notorium de-
linquentem, condemnabit. Vide tu plura
in hac materia apud Cauale. *loc. cit.* Quod
procedit etiamſi Iudex aliàs eſſet incompe-
5 tens cum ratione offenſæ Iuriſdictionis pro-
rogetur Iuriſdictio ad Text. *in l. nullum C.
de teſtib.* Belletus *diſquiſ. Cleric. parte prima
de fauorib. Cleric. real.* §. 5. *à num.* 11. *vſq. ad
nu.* 32. quem ſequitur Sanfel. *deciſ.* 63. *nu.* 7.
vbi ait, quod ratione offenſæ Iuriſdictionis
non ſolum poteſt punire delinquentem, ſi
ipſe, vel eius familia in actu Iudiciario of-
fenditur, ſed etiam ſi fiat delictum ali-
quod coram eo Iudice incompetente, vel
à parte, à Notario, à Teſte, vel Aduocato,
ſeu partes ſe inuicem offendant conuicijs,
& percuſſionibus.

Adhuc tamen non eſt benè, & perfectè
omnibus caſibus, qui poſſunt euenire, pro-
uiſum *per dd. Bannimenta Status Eccleſiaſtici*.
Ideo quid dicendum, ſi ex offenſione ſe-
quatur mors, vel aliquis prædictorum
iniurietur non coram Iudice, ſed alibi, oc-
caſione tamen litis? Dic quod iſti duo ca-
ſus tanquam non dicti in *Bannimentis* rema-
nent ſub diſpoſitione dictæ Bullæ Alex. §. 4.
vbi occidentes, ſeu mutilantes depoſitio-
nis à dignitate, honore, ordine, officio, be-
neficio, ac læſæ Maieſtatis criminis ſenten-
tias incurrere ipſo facto ſancitur; non vidi
tamen impoſitam fuiſſe aliam pœnam,
quam vltimi ſupplicij, quando homici-
dium ex cauſa litis fuit appenſatè patra-
tum, & ſic imponitur pœna iuris commu-
nis, quo proximum ſuum cum penſamen-
6 to, & deliberatione præcedente occidens
debet omninò mori, vt communiter tra-
dunt Criminaliſtæ, & ſignanter Cæpol.
*conſ. crim.* 39. *num.* 3. Gram. *vot.* 23. *num.* 1.
Farin. *quæſt.* 126. *num.* 41. *& conſ.* 150. *num.* 23.
& habetur in Sacra Scriptura *Deuteron. cap.*
7 19. & in terminis Bullæ Alexandrinæ Guaz.
*de confiſc. bon. ampl.* 87. *concluſ.* 13. *num.* 1.
At ceſſante qualitate præmeditationis ceſſat
quoque pœna vltimi ſupplicij, & remanet
pœna triremium in perpetuum. Et memi-
ni, quod Io: Baptiſta Toparinus fuit firmi
conde-

condemnatus ad triremes perpetuas *die* 29.
*Auguſti* 1657. ex quo Valentinum Fulge-
rium de Ortazzano cum pugnalono inter-
fecerat, occaſione inciſionis lignorum,
quam faciebat in poſſeſſione ipſius Ioannis
Baptiſtæ, quam ſubhaſta emerat ipſe Valen-
tinus, & memini pariter, fuiſſe ad triremes
perpetuas condemnatum Ioſephum Ioan-
nis Baptiſtæ de Caſtro Gualdi, qui occaſio-
ne cuiuſdam mandati relaxati pro penſio-
ne Domus ad inſtantiam Ioannis Feliciani
de eod. illum ſcure feriendo interfecit *de*
*anno* 1657. quo tempore ego eram *ibid.* Lo-
cumtenens in criminalibus Illuſtriſſimi D.
Franciſci Cennini dignæ ſemper recorda-
tionis Prælati.

Si vero aliquis iniuria, vel minis occaſio-
ne litis fuerit affectus, ſciat quod iniurians
etiam alibi, quam in Iudicis præſentia com-
8 præhenditur in Bulla Alexandrina, vt dixit
Rot. *coram Blanchetto die Veneris* 10. *Nouembris*
1581. *impreſs. poſt conſ.* 67. Farin. *lib.* 1. *num.* 8.
Put. *dec.* 104. *lib.* 1. Farinac. *in d. conſ.* 67.
*num.* 1. & Rot. *par.* 2. *diuerſorum deciſ.* 166.
loquens in eo, qui dixit: *tù mi vuoi togliere*
*il pane, & io ti cauarò il Core*, & pœna erit
9 exilium, vt expertus fuit quidam N. de Ra-
uenna, qui fuit exiliatus, ex quo occaſione
litis dixit tranſiens ante Domum Io: Fran-
ciſci N. in qua iſte manebat, & audiebat,
dixit famulo ipſius. *Che fà quel C. del tuo Pa-*
*drone? l'aggiuſterò ben Io.*

Sed aduertendum, quod Bannimenta
10 non habent locum in duobus Aduocatis ſe
inuicem iniurantibus Bart. *conſ.* 43. *n.* 1. *vol.* 2.

Et nec ſi frater occidat litigantem cum
11 eius fratre, tenetur frater litigans, niſi pro-
betur, quod vnus alteri dedit opem, vel
niſi habuerit ratum delictum, Afflict.
*conſt. terminum vitæ num.* 48. Iacob. Galiard.
*de delict. lib.* 3. *tit. de homicid. fol. mihi* 166.
*in fine*, vbi allegat concordantes.

Aduertendum iterùm, quod ad incur-
ſum Bullæ Alexandrinæ, & conſequenter
12 pœnæ Bannimentorum, tria copulatiuè
requiruntur, dolus ſcilicet, cauſa litis, &
nulla prouocatio ex parte offenſi, vt dicit
Farinac. *conſ.* 67. *per tot.* vbi *num.* 2. docet,
quod dolus abeſt, quando offenſio fuit fa-
13 cta non præmeditate, ſed in ſubitanea, &
improuiſa rixa calore Iracundiæ, per Text.
*in l. quidquid*, & ibi Cagnol. *num.* 10. *ff. de*
*reg. Iur.* Guazz. *de confiſc. ampl.* 87. 13. *concl.*
*num.* 5. idem videtur voluiſſe Marcheſ. *de*
*commiſs. appell. in cauſ. crim. par.* 1. §. 1. *nu-*
*mer.* 166. *folio mihi* 1288.

Offenſam fuiſſe ex cauſa litis ſequutam,
14 quando alia cauſa non apparet, aſſerit Rota
*in Placentina vſurarum die* 26. *Maij* 1541. *im-*
*preſs poſt lib.* 1. *conſ.* Farinac. *deciſ.* 2. *per tot.*
nam Alexandrina contentatur probabilibus
argumentis Put. *dec.* 103. *lib.* 1. & Rot. *pe-*
*nes* Farin. *loc. cit. dec.* 21. Gratian. *dec* 48. *n.* 1.
at ſi apparet de alia cauſa offenſio præſu-
mitur facta ex dicta cauſa, & non ex cauſa
litis Put. *dec.* 102. *& dec.* 103. *lib.* 1. & Guazz.
*loc. cit. num.* 4.

Quid ſi offenſio fuit facta ex cauſa cita-
15 tionis, nondum incæpta lite? Scaccia *de*
*Iudic. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 44. tenet quod non
intrat diſpoſitio Bullæ.

Prouocatio ex parte offenſi duo neceſſa-
16 rio orıri facit in hac materia. *Primum* quod
quicquid poſtea facit prouocatus, ſine dolo
facere dicitur. Cæpol. *conſ. crim.* 51. *num.* 9.
Marſil. *conſ.* 137. *num.* 1. Farinac. *d. conſ.* 67.
17 *num.* 5. *Secundum* quod ex prouocatione
noua cauſa producta cenſetur. Phil. de
Vbald. *conſ. crim. diuerſ.* 153. *num.* 2. *lib.* 1.
Vulpel. *de pace quæſt.* 48. *num.* 2. & Farinac.
*vbi ſupra.*

Dixi quod ſi apparet de alia cauſa, ex qua
poteſt veriſimiliter prouenire offenſio, ex
hac potiusquam ex cauſa litis prouenire
præſumitur offenſio, & ideo ex hoc poteſt
dici quod emens bona litigioſa, & non li-
18 tigioſa ſimul, ſi offenditur ab altera parte,
cum qua litigabat, non dicitur offenſus oc-
caſione litis, ſed benè offenſus occaſione
emptionis bonorum non litigioſorum,
& ſic non intrat Alexandrina ſecundum
Sacram Rotam apud Put. *deciſ.* 103. *par.* 1.

Materiam Bullæ prædictæ habes penès
19 Rotam *dec.* 639. *par.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 166.
*par.* 2. *diuerſ. & deciſ.* 868. *&* 869. *par.* 3. *di-*
*uerſ.* & penès Farin. *conſ.* 67. *& poſt d. lib.* 1.
*conſ. deciſ.* 2. & Mohedan. *deciſ.* 21. & ibi
*add. deciſ.* 1. *de pœnis.*

Dicit Bulla Alexandrina, quod offendens
Aduerſarium, vel Procuratorem, Nota-
rium, Teſtes &c. occaſione litis amittit
Cauſam. Tu in hoc debes aduertere, quod
20 amittit Ius ſe defendendi, & non aliud, vt
aiunt Farinac. *quæſt.* 111. *num.* 125. & Gra-
tian. *diſcep. forenſ.* 833. *num.* 16. qui citat
21 Text. *in cap. olim* 25. *in fine de reſcript.* Alex.
ad Bart. *in l. in fraudem* §. *quotiès ff. de Iure*
*fiſci* Ruin. *conſ.* 15. *num.* 4. *lib.* 5. Surd. *de-*
*ciſ.* 282. *num.* 33. *& ſeqq.* & ideo offenſus ad
obtinendum debet probare ſuam intentio-
nem, alias ſuccumbit, vt idem Farinac. af-
firmat *in add. ad quæſt.* 150. *par.* 2. *num.* 42.
*impreſs. poſt* 3. *librum conſ.* & Gratian. & alij
mox citati, qui aiũt, quod ſicut quando cau-
ſa perditur de Iure communi propter falſi-
tatem actor debet ſuam intentionem pleuè
probare, alias non obtinet, ita etiam hoc
procedit, quando cauſa amittitur ex diſpo-
ſitione ſtatuti, quod recipit interpretatio-
nem à Iure communi *l.* 2. *C. de noxal.* Becc.
*conſ.* 96. *num.* 8. & ſubdit Gratian. *ibid. n.* 18.
hoc procedere non ſolum reſpectu actoris,
ſed etiam reſpectu Rei, qui cum poſſit cau-
ſam ſuam duplici via tueri ſcilicet ex non
iure actoris, & ex ſuo proprio iure, amittit
defenſionem iſtius ſui proprij iuris, & inni-
titur ſolum non iuri actoris, qui ſi probabit
ſuam intentionem, obtinebit, & Reus con-
demna-

demnabitur, alias non poterit obtinere Surd. *deciſ.* 282. *num.* 25.

Er in omnem caſum debet applicari
22 Fiſco, & non parti læſæ, vt tenet Rota *diuerſ. dec.* 717. *in fine par.* 1. Mohedan. *deciſ.* 1. *aliàs* 55. *de pœnis fol.* 417. Vide Gratian. *deciſ.* 84. *num.* 9. Rot. penès Farin. *poſt vol.* 1. *conſ. deciſ.* 2. *num.* 3. & *ibi* Adden.

Verum noſtra Bannimenta tollunt hanc
23 quæſtionem, quia expreſſe determinant commodum cedere ad fauorem collitigantis offenſi, qui ſi ſit reus, deber haberi pro abſoluto ab impetitis, & ſi ſit actor, debet haberi pro victore in cauſa, etenim hæc diſpoſitio eſt ad vnguem ſeruanda, quamuis contrarium ſit dicendum de Iure communi, quia diſpoſitio ſtatuti licet dura ſeruanda eſt Text. *in l. proſpexit ff. qui, & à quibus*.

## Cap. Decimi §. XIII.

Et ſe l'offeſa ſarà contro alcun Officiale della Corte s'attenderà quello che è diſpoſto nel cap. 3.

*SVMMARIVM.*

1 *Officiales quorum ſit mentio in hoc §. ſunt de inferioribus, quales ſunt notarij.*
2 *Tranquillitas vitæ ciuilis deſtruitur, ſi telleratur offenſio, & irreuerentia in apparitores.*
3 *Etiam ſub prætextu vis, & violentiæ.*

1 OFficiales, quorum hic ſit mentio, ſunt de inferioribus miniſtris Curiæ, quales ſunt Notarij, & Birruarij, quia de Iudicibus *Bannimenta* diſpoſuerunt *in §. præcedenti*.

Vide ad exornatum præſentis §. quæ dixi *in cap.* 3. & vide Baſilicò *deciſ. crim.* 10. *per tot.* vbi ait, quod ſi in Republica, ſeu in Ciuitate tolleratur offenſio officialium, fundamentum, & tranquillitas vitæ ciuilis
2 deſtruitur, & perturbatur: & quod non debet permitti irreuerentia in apparitores, nec
3 ſub prætextu vis, & violentiæ, & plura notabilia ponit in hac materia.

## Cap. Decimi §. XIV.

Et quando l'offeſa ſarà commeſſa, ò tentata dal Seruitore contro il Padrone, ò dal Colono partiario contro il Locatore, ò in Perſona Nobile, Graduata, ò Eccellente per Dignità, ò ragione d'Officio, la pena ordinaria del delitto ſi augumentarà ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſs.

*SVMMARIVM.*

1 *Seruus occidens Dominum committit ſcelus atrox, impium, proditorium.*
2 *Seruus, qui tenuit manum, vt contra Dominũ exploderetur archibuſiata, fuit vltimo ſupplicio affectus, etiamſi effectus non fuiſſet ſequutus.*
3 *Alia referũtur exempla.*
4 *Seruus inſurgens contra Dominum, & digitum manus dentibus abſcindens tenetur pœna triremium.*
5 *Famula propinans venenum Dominæ, quomodo punienda.*
6 *Dominus occidens Seruum quomodo puniendus.*

### Dal Seruitore.

DIXI aliquid de hac re ſupra *in cap.* 8. §. *primo*, vide ea, quæ *ibi* notaui, & vide, quæ plena manu exarauit in hac materia, licèt ipſe loquatur de Seruis, nempè de Sclauis, Hier. Baſilicò *deciſ. crim.* 28. *per tot.* & ſignanter *nu.*6. dicit eſſe ſcelus atrox,
1 & impium, & ex Caballo, & Graſſett. dicit eſſe proditorium, & pœnam eſſe exaſperandam concludit. Imò cum Ant. Mat-
2 thęo, & Theſau. aſſerit eſſe ad mortem damnandum Seruum, qui tenuit manum, vt contra Dominum cœnantem exploderetur ſclopus, licèt nullus ſequutus fuiſſet effectus, & refert Panormi fuiſſe damnatum
3 ad furcas, & ſciſſionem in fruſtra eum, qui Dominum interemit, & ita fuiſſe exequutum: & alium Seruum, qui Præfectum Triremis occidit, fuiſſe paritèr vltimo ſupplicio affectum, & à triremibus in fruſtra diſcerptum, contra alium verò Seruum, qui Ioanuem Balſamum Equitem Hieroſolymitanum Meſſanæ occiderat ſeueriorem pœnam fuiſſe impoſitam teſtatur *in d. deciſ.* 28. *num.* 11. nam receiſa priùs manu, laceratus fuit forfice candenti vſque ad furcas, vbi fuit ſuſpenſus, & deindè eius pellis repleta paleis fuit affixa Portę ad terrorem aliorum, ſubdens, quod fuiſſet etiam viuus concrematus, niſi per annum antè fuiſſet profeſſus Chriſtianam Religionem.

Refert idem Baſilicò *ibidem num.*24. quod Seruus, qui inſurrexerat contra Dominum,
4 & dentibus parteni digiti indicis amputauerat, fuiſſet condemnatus ad triremes, niſi febre correptus, mortuus fuiſſet, & *num.* 29. refert caſum conſimilem caſui per me relato *d. cap.* 8. §. 1.

De famula propinante venenum Domi-
5 næ ſuæ quæ indè periclitata, ſed non mortua fuit, agit Gram. *deciſ.* 2. Matthæù *de re crim. controu.* 32. *per tot.* vbi plura dicit de reuerentia, & obligatione, quam debent Serui Dominis, & poſt alios Giouagnon. *conſ.* 29. *num.* 19.

6 E contrà de Dominis occidentibus Seruos ſuos, agunt Farinac. *quæſt.* 105. *numer.* 146. & remiſſiuè ad eum Baſilicò *loc. cit. nu.* 22. & Mattheù *de re crimin.* 54. *num.* 3. *& ſeq.*

## Cap. X. §. XV.

Et generalmente ſe l'offeſe ſaranno fatte, ò tentate, ò commeſſe con qualità di aſſaſſinio, ò di mandato ſemplice, ſarà ſimilmente aggrauata la pena ſino alla galera incluſiuè, tanto contro il mandante, quanto contro il mandatario ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima, non oſtante che il mandato fuſſe ſtato dato, ouero accettato fuori di queſta Legatione; e qualunque volta tali mandatarii da luogo non ſoggetto verranno in alcun luogo di queſta Legatione, e ſaranno preſi dalla Corte, auuenga che non haueſſero armi, s'intenderanno, & preſumerano eſſere venuti all'atto proſſimo di commettere il delitto, e contro di loro s'eſeguirà la ſudetta pena.

§. 16. E quando l'offeſa fuſſe fatta, ò tentata con arma prohibita, s'attenderà quello, ch'è diſpoſto al Cap. dell'homicidio.

§. 17. Et s'augumentarà anco la pena, ſe la ferita ſarà data con intentione d'vccidere, ò à tradimento, ò con vantaggio, ouero quando per curarla fuſſe neceſſario tagliare, ò debilitare qualche membro.

Con qualità d'aſſaſſinio.

Vide, quæ dixi ſupra *in cap.* 7. *§. primo, & §.* 2.

E quando l'offeſa fuſſe fatta con arma prohibita.

Vide, quæ dixi *in princ. huius Capituli*, & vide caſum notabilem delationis, & exploſionis armorum apud Matthæù *de re crimin. controu.* 34. *per tot.* & ſignanter *num.* 32. *& ſeqq.* vbi quod ratione incertitudinis vulnerantis non debent rei excuſari.

Con intentione d'vccidere.

Vide quæ dixi in hoc *cap.* 10. *§. primo, & ſecundo num.* 50.

# CAPVT VNDECIMVM.

## RVBRICA

## De' Libelli Famoſi, & altre Ingiurie.

Continuatur in hoc titulo materia iniuriarum, nàm cum in antecedenti actum ſit de iniurijs, quæ facto inferuntur cum inſultibus, cum percuſſionibus, cum vulneribus; hìc agitur de iniurijs, quæ verbo, & ſcripto inferuntur, nempè cum Libellis famoſis, & alijs huius ſpeciem referentibus.

## Cap. Vndecimi §. I.

I Libelli Famoſi tengono il primo luogo trà le ingiurie, però meritano più ſeuera punitione. Onde Sua Signoria Illuſtriſſima ordina, che ſe alcuno ardirà di comporre, ſcriuere, ò attaccare in alcun luogo publico, ò in altro modo publicare Libelli Famoſi contro d'altri ſia punito con le pene contenute nella Bolla

di Pio Quinto ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima.

SVMMARIVM.

1 *Libellus famoſus infert Iniuriam atrocem.*
2 *Et dicitur eſſe deſolator Domorum, factionum inuentor, & animarum perniCies.*
3 *Libellus famoſus fit ſcriptura, vel pictura.* *Et etiam ſine vtraque num. 5.*
4 *Libelli famoſi diffinitio.*
6 *Libellus ſcriptura confectus poteſt retinere naturam ſimplicis iniuriæ.*
7 *Libelli famoſi requiſita ſunt hæc, nempè primò, quod occultetur nomen libellantis.*
8 *Contrarium.*
9 *Prima opinio verior.*
10 Secundò, *quod inferatur nomen libellati.*
11 *Saltem per deſcriptionem.*
12 *Aliàs etiam ſi habeatur nomen ex ore Rei poſiti in tortura ceſſat libellus famoſus, & quare.*
13 Tertiò, *quod publicetur, licèt non affigatur.*
14 Quartò, *quod crimen obiectum in libello non ſit verum.* *Contrarium. num.* 15
16 *Concorda vt hic, & num.* 17.
18 Quintò, *quod interueniat dolus.*
19 Sextò, *quod crimen obiectum ſit conſiderabile.*
20 *Libellus ſi continet ſolùm contumeliam, non dicitur libellus famoſus.*
21 *Imò debet continere crimen capitale, hoc eſt admittens pœnam mortis, ſi eſſet verum.*
22 *Prima opinio eſt verior.*
23 *Libellus famoſus ceſſantibus requiſitis, quæ dant formam, non dicitur libellus famoſus, ſed libellus iniurioſus ſimplex.*
24 *Mittens literas in infamiam alterius ſcriptas cum expoſitione, quod teneantur ſecretè, non tenetur pœna libelli famoſi.*
25 *Nec is qui dictas literas iniuriato tranſmittit. quia præſumitur, quod iniuriatus non diuulgabit illas.*
26 *Libellum famoſum ioco faciens non incidit in pœnam libelli famoſi.*
27 *Et iocus præſumitur, quando deficit cauſa.*
28 *Quando faciens eſt iuuenis, lætus, facetus,* *Et hoc idem dicitur in publicante num.* 51.
29 *Libellum famoſum faciens laceſſitus, & prouocatus non tenetur pœna libelli famoſi.*
31 *Dummodò cum moderamine, & incontinenti faciat.*
32 *Contrarium eſt verius nam intrat ſolùm actio iniuriarum ex exceſſu.*
*Sancti Patres ſcriptis laceſsiti cum mordacitate, & cum alijs ſcriptis reſponderunt. num.* 30.
33 *Iniuriarum retorſio, quandò dicatur facta incontinenti. & num.* 35.
34 *Iniuria in ſcriptis quia ſemper grauat poteſt quandocumque propulſari.*
36 *De pœna libelli famoſi, qui agunt remiſsiuè.*
37 *Qualitates aggrauantes libellum famoſum remiſsiuè.*
38 *Statutum loquens de libello famoſo debet ſeruari.*
39 *Arbitrium reſeruatum circa imponendum pœnas in crimine libelli famoſi, quomodo regulandum.*
40 *Libellum componens, etiamſi publicat, de conſuetudine eximitur à pœna ordinaria.*
41 *Præterquam in paſquillis contra Principem factis.*
42 *Vel factis in Principis Vicarium, Locumtenentem, & huiuſmodi.*
43 *Bulla B. Pij V. contra facientes libellum famoſum continet alios caſus.*
44 *Bannimenta referentia ſe ad Bullam recipiunt interpretationes, quas ipſa Bulla recipit.*
45 *Bulla prædicta Beati Pij Quinti non requirit publicationem.*
46 *Et ita practicatum fuit contra diuerſos.* *Contrarium. num.* 49.
47 *Alternatiua ſubſequens poſt plura verba ſine copula præcedenti facit totam orationem ſolutam.*
58 *Libelli famoſi publicatio non requiritur de Iure Communi, quando proceditur contra componentem.*
50 *Contrarium.*

INTER iniuriarum ſpecies maior exiſtimatur illa, quæ prouenit ex libello famoſo, & inter alias iniurias dicitur prima, vt aduertit Gargiareus *tract. de libell. famoſ. cap.* 12. *num.* 7. etenim
1 non ſolùm eſt atrox, vt aiunt Gargiar.
*loc. cit. cap.* 1. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.*
263. & Decian. *tract. crim. lib.* 3. *cap.* 25. *nu.*
53. ſed dicitur eſſe Domorum deſolatrix,
2 factionum inuentrix, & animarum pernicies à Caualc. *de Brach. reg. par.* 1. *nu.* 84. *verſ. tandem;* & crimen grauiſſimum, & deteſtabile dicitur à Farinac. *quæſt.* 105. *num.* 490. & comprobatur ex *Bulla* Beati Pij V. incipien. *Romani Pontificis prouidentia in princip.*

Neceſſe tamen eſt aduertere, quod libellus famoſus altera ex duabus formis conſti-
3 tuitur, ſcriptura ſcilicet, vel pictura, & poteſt definiri cum Muſcatell. *de cognit. delict. tit. de iniur. & libell famoſ. num. octauo, &* 9. quod ſit cartula quædam reperta quocumq;
4 loco ad alterius infamiam ſcripta, vel picta ad Text. *in l. vnic. C. de libell. famoſ. & cap.*
5 *ſi quis famoſum.* 5. *quæſt.* 1. componitur tamen etiam ſine ſcriptura, & pictura, vt probant Caball. *crim. reſol.* 275. *num.* 26. & Farinac. *quæſt.* 105. *num.* 468. & è contra libellus etiam ſcriptus poteſt quandoque retinere
6 naturam ſimplicis iniuriæ, quod euenit, quando huiuſmodi ſcriptura non habet requiſita, quæ debent concurrere ad ſubſtantiandum hoc crimen, vt benè conſiderauit Philipp. Mareſca penès Anell. de Natto *in prax. crim. par.* 2. *formula* 10. *verſic. & primum.*

Siquidem ad conſtituendum, & formandum verum libellum famoſum, *primo* re-
7 quiritur, quod Auctor non exprimat nomen ſuum, vt habetur *in d. l. vnica C. de famoſ.*

*moſ. libell.* Ang. *in l. lex Cornelia* §. *ſi quis li-*
*bellum num.* 3. *ff. de iniur.* Clar. *quæſt.* 68. *nu-*
*mer.* 25. & his relatis Mareſca *loc. cit. d. verſ.*
*& primum in fine* Carpzou. *pract. crim. quæſt.*
98. *num.* 28. *& ſeqq. & num.* 52. *par.* 2. Coler.
*deciſ.* 154. *num.* 15. *par.* 1. Hartman. Piſtor.
*obſeru.* 187. *num.* 4. Sigiſmund. Linthelthai
*obſeruat. pract.* 38. *num.* 8. *& ſeqq.* qui diſpu-
tat materiam ad partes, Chriſtin. *deciſ.* 202.
*volumn.* 4. & Carol. Ant. de Luca ad Vinc.
de Franch. *deciſ.* 533. *num.* 7. & licet con-
8 trarium dicant Vinc. de Franch. Menoch.
& Harpreꝯt. *locis relatis* per Carol. Ant. de
Luca *d. deciſ.* 533. *numer.* 6. & Veſembec.
Minſynger. Io: Robert. Aurel. & Bocer.
*locis relatis* à Petro Theodotico *tit. de delict.*
*priuat. cap.* 2. *Aphor.* 16. *numer.* 28. & Petr.
Heig. *quæſt.* 31. *par.* 2. *num.* 22. *& ſeqq.* quem
refert Theodoric. *d. num.* 28. reddit ratio-
nem, quia maior imprudentia eius videtur,
qui nomen ſuum adiecit, & gloriam ex in-
fami, & turpi facto aucupari apud rerum
imperitos conatus eſt, & eand. rationem af-
fert etiam de Luca *loc. cit. num.* 6. nihilomi-
9 nus his reſpondet appoſitiſſimè Carpzou.
*loc. cit. num.* 33. 36. *& ſeqq.* dicendo quod
nomen, & pœna libelli famoſi debet ceſ-
ſare, quando iniuria aduerſus autorem, qui
ſe ipſum publicauit, vindicari poteſt.

*Secundò* requiritur, quod exprimat nomen
10 iniuriati, cum nõ ſufficiat illud præſumi, aut
coniecturari, vt ait Mareſca *loc. cit.* ſed Farin.
*d. quæſt.* 105. *num.* 476. dicit hoc caſu eſſe
deueniendum ad torturam contra Reum ad
hoc, vt nominet, & indicet perſonam. Ve-
rum quando ex ipſa ſcriptura non reſultat
11 euidenter, vel ſaltem per coniecturas, de-
ſcriptionem, qualitatem, vel per aliam ſi-
milem demonſtrationem de perſona libel-
lati, debet ceſſare nomen, & pœna libelli
famoſi, quia perſonæ incertæ non fit iniu-
ria *l. item apud Labeonem* §. *cui non ſine ff. de*
*iniur.* Nec refert quod libellans poteſt tor-
queri ad indicandum, & propalandum li-
bellatum, quia ex hoc non ſequitur, quod
12 libellans debeat teneri de libello famoſo,
dum eo caſu infamia, ſeu diffamatio certæ
perſonæ prouenit, & fit ex facto Curiæ.
Quando tamen de perſona apparet ex de-
ſcriptione in libello facta, bene intrat pœ-
na libelli, quia non refert, proprio nomine
res appelletur, aut digito oſtendatur, vel
vocabilis quibuſdam demonſtretur *l. certum*
*ff. ſi cert. petatur. l. quod Senatus ff. de iniur.*
Bertazol. *conſ.* 237. *num.* 6. & *ibi* Claud. *in*
*addit. lib.* 1. Iodoch. *pract. crim. par.* 3. *quæſt.*
105. *num.* 171. Theodoric. *loc. cit. num.* 29.
Petrus Binsfeld. *de iniur. & damno dato cap.* 1.
*quæſt.* 13. *concl.* 4.

*Tertiò* requiritur, quod publicetur: quam-
13 uis enim non ſit neceſſaria affixio, vt ait
Muſcatell. *loc. citat. num.* 10. ſubdens quod
non reperitur lex exigens affixionem, & ſe-
quitur Farinac. *quæſt.* 105. *numer.* 459. attra-
men de ſubſtantia eſt, quod inde ſequatur
diffamatio, & ſic publicatio vt poſt Mar-
cabrun. ab Anguill. *conſ.* 38. *num.* 4. notat
Farin. *loc. citat. num.* 486. Harpreꝯt. §. *iniuria*
*autem n.* 171. *& num.* 200. *Inſt. de iniur.* Marta
*conſ.* 51. *num.* 20. Burſatt. *conſ.* 94. *num.* 17.
Felic. *alleg.* 68. *num.* 10. *lib.* 2. Borgnin. *de-*
*ciſ.* 35. *num.* 7. *par.* 5. & pluribus citatis Con-
ciol. *crim. reſol. vnica num.* 15. *&* 16. *verbo*
*libellus famoſus*, qui ait hoc procedere etiam
in terminis Bullæ B. Pij Quinti ſecundum
opinionem Vermigliol. *conſ.* 186. *num.* 67.
*& ſeqq.* & reprobat Farinac. contrarium di-
centem, ſequitur Sanctor. *de pœnis par.* 2.
*capit.* 12. *quæſt.* 3. qui ponit caſum nota-
bilem.

*Quartò* requiritur, quod crimen obie-
14 ctum non ſit verum ad Text. *in l. eum qui ff.*
*de iniur.* Farin. qui multos allegat *conſ.* 30. *n.* 7.
15 *& per tot.* Sed contrarium de iure reſpon-
derunt relati per eundẽ Farin. *q.* 105. *n* 241. *&*
*d. conſ.* 30. Sanctor. *de pœnis cap.* 12. *quæſt.* 4.
Petrus Binsfeld. *d. quæſt.* 13. *concluſ.* 4. *verſ.*
*poſtremò concluſ.* 10. & vigore Bullæ B. Pij V.
eſt indubitatiſſimum vt perpendit Farinac.
*ibid. num.* 244. ſi enim ſuo inimico crimen
obijcere volebat poterat ſe dirigere ad Iu-
dicem & non ad diffamationes, & ſcelera,
vt ex Petr. Heig. & Carpzou. aduertit Ba-
ſilicò *deciſ.* 26. *num.* 9. Gilhauſ. *arbor. crim.*
*par.* 1. *cap.* 2. *tit.* 34. §. 10. *num.* 8. Binsfeld.
*loc. cit.* & pluribus Matthæù *de re crim. con-*
*trou.* 74. *num.* 19. *par.* 2. qui allegat Textum
*in leg. vnica C. ſi quis] Imper. & in l.* 1. *Cod.*
*Theodoſ. eod. tit.* & reſpondet Textui *in l.* 2.
*&* 7. *Cod. Theod. d. tit.* & quamuis aliqui di-
cant iſto caſu intrare pœnam extraordina-
riam dumtaxat, inter quos ſunt Berlich.
*concl.* 67. *num.* 33. *par.* 5. & Carpzou. *pract.*
*crim. quæſt.* 98. *num.* 41. & *in Iuriſp. Foren.*
*def.* 8. *per tot. par.* 4. *conſtit.* 44. & Baſilicò
*loc. cit. num.* 9. alij tamen, & maior pars
Doctorum, vt inquit Matthæù *loc. cit. nu-*
17 *mer.* 21. tenet à pœna ordinaria non eſſe
recedendum, niſi fiat libellus contra perſo-
nam inhoneſtam, puta meretricem, hiſtrio-
nem, & ſimiles, & tunc intrare pœnam
corporalem, ictus funis, verberum, ſeu trire-
mium, inquit ex Clar. Farin. Ant. Mat-
thæo, Berlich. & Carpzou. Matthæù *ibid.*
*in fine*.

Non obſtat Text. *in d. l. eum qui*, quia non
loquitur de libello famoſo, vt ait Gloſa *ibi*
& Sanctor. *loc. cit.*

*Quintò* requiritur, quod interueniat do-
18 lus Ruin. *conſ.* 145. *num.* 10. *lib.* 5. Farin.
*conſ.* 30. *num.* 52. Conciol. *reſol. vnica nu.* 20.
*verbo libellus famoſus* Couatr. *variar. lib.* 1.
*cap.* 11. *numer.* 6. Plach. *epith. delict. lib.* 1.
*cap.* 1. *numer.* 4. Mareſca *loc. cit. verſ. debet*
*ſanè*, & quidem requiritur dolus malus, vt
eſt Text. *in l. lex Cornelia* §. *ſi quis librum* ibi:
*doloue malo fecit, vel curauit ff. de iniur. & in*
*l.* 1. *ff. ad leg. Iul. Maieſt.* ibi: *feceritue dolo*

malo; & in cap. ſi qui inuenti fuerint 5. quæſt. 1.
ibi: ſed vim earum doloſè manifeſtauerit; Marta
conſ. 51. num. 21. Plot. conſ. crim. diuerſ. 131.
num. 11. Aldobrand. conſ. 47. num. 23. lib. 1.
Burſatt. conſ. 94. numer. 34. lib. 1. Beſold.
reſp. 158. num. 19. par. 4. Vermigl. conſ. 172.
num. 5. & conſ. 193. num. 1. Berlich. concl. 67.
num. 63. Farin. d. quæſt. 105. nu. 481. & ſeqq.
Harprect. §. iniuria autem num. 192. Inſt. de
iniur. & Io. Baptiſta Cauat. in conſ. 7. num. 2.
impreſſ. per Carpan. ad nouas Conſtit. Mediol.
tit. de homicid. & alijs crimin. excuſand.

Sextò tandem requiritur, quod libellus
contineat non ſolum contumeliam, ſed &
19 ſimul delictum aliquod conſiderabile,
namſi contineret ſolum contumeliam, vti-
que non haberetur pro libello famoſo, ſed
eſſet iniuria in ſcripris prolata vt ex Heyng.
Veſſembec. Minſyng. & alijs diſtinguit Car-
pzou. pract. crim. quæſt. 98. num. 51. & 54.
par. 2. & multi requirunt, quod crimen
21 impictum ſit tale, pro quo, ſi eſſet verum,
imponeretur pœna mortis naturalis, vt ex
Salyc. Gomez. Vinc. de Franch. Foller.
Bertazzol. Farinac. & aliis inquit Mareſca
loc. cit. Tuſch. concl. 321. num. 4. & 36. lit. l.
Vermigliol. conſ. crim. 472. Conciol. crim.
reſol. 1. num. 1. verbo libellus famoſus, de Lu-
ca ad Vinc. de Franc. deciſ. 533. numer. 3.
Gloſa, Io: de Platea, Domauder. Placha.
Menoch. locis relatis à Petro Binsfeld. de
iniur. & damno dato cap. 1. quæſt. 13. concluſ. 4.
verſic. pro clariori. Sed mihi videtur verior
22 opinio eorum, qui dicunt, famoſum libel-
lum re vera eſſe illum, in quo quis genera-
litèr dicitur criminoſus: iura enim deſide-
rant, vt benè conſiderat Theodoric. loc. ſu-
pra citato aphor. 16. num. 32. vt in libello fa-
moſo aliquid ſcriptum ſit ad infamiam ali-
cuius, non autem requirunt, vt ſpecialitèr
ipſa infamia certo quodam crimine expri-
matur l. lex Cornelia §. ſi quis librum ff. de
iniur. quæ iura allegat Bocer. tract. de libell.
famoſis cap. 2. num. 15. & Theodoric. dicto
num. 32.

Hæc requiſita debent cumulatiuè concur-
rere, nam ſi alterum ex his deficiat, deficit
23 nomen, & crimen libelli famoſi, & rema-
net crimen, & actio iniuriarum, vt in-
quiunt Carpzou. d. quæſt. 98. numer. 50. &
Mareſca loc. ſupra cit. & Binsfeld. d. quæſt. 13.
concluſ. 3. & concluſ. 4.

Hinc reſultat, quod mittens litteras ali-
24 cui in iniuriam, & infamiam alterius cum
expræſſione, quod teneantur ſecretè, vel
eas mittens ipſi iniuriato, qui præſumitur
25 eaſdem retenturus ſecretas, non incidit in
pœnam libelli famoſi Berlich. concluſ. 67.
num. 38. verſ. quinta ratio par. 5. Marcabr.
ab Anguill. conſ. 38. num. 2. & 21. Farinac.
quæſt. 105. numer. 487. & conſ. 123. numer. 5.
Vermigl. conſ. 186. numer. 12. & Marta
conſ. 51. num. 18. & ſeqq. & Carthar. deciſ.
crim. 68. num. 38. Laderch. Imolen. conſ. 182.
& Prat. reſpect. crimin. 17. numer. 5. & ſeqq.

Et pariter reſultat, quod ioco faciens non
26 incidit in dictum crimen, vt pluribus oſten-
dunt Surd. deciſ. 89. Thor. vot. deciſ. 50.
num. 6. & 7. & Nouar. collect. 2. ad pragm. 1.
de iniur. num. 4. qui ponderat ad hoc Text.
in l. ſi non conuicij C. de iniur. & in l. itē apud La-
beonem §. meminiſſe, vbi Gloſ. ff. eod. tit. Carp-
zou. d. quæſt. 98. num. 58. Io: Bapt. Gargiareus
tract. de libell. famoſ. cap. 4. num. 10. & cap. 7.
num. 5. Caualcan. deciſ. 35. per tot. par. 5. &
Io: Bapt. Cauat. d. conſ. 7. num. 5. & Curt.
Iun. conſ. 238. lib. 3. qui aiunt præſumi io-
27 co factum, quoties non apparet de cauſa,
propter quam quis moueri potuerit, &
28 quoties imputatus ſit iuuenis lætus, & vt
dicitur allegro, e faceto, ſeu ſit bonæ famæ,
quod vltimum approbat etiam Cæphal.
conſ. 341. num. 33. vol. 3. vide Gargiarcum
loc. citato cap. 4. num. 14. & ſeqq. vbi ponit
quæ ſint conſideranda ad arguendum do-
lum in hac facti ſpecie.

Reſultat tertiò quod in dictum crimen
29 non incidit, qui prouocatus & laceſſitus
libello famoſo libellum in Autorem primi
conficit, & edidit, vt in terminis inquit
Plot. conſ. crim. diuerſ. 131. num. 15. & ſeqq.
lib. 1. Marſil. conſ. 68. num. 6. & ſeqq. &
conſ. 105. num. 34. conſ. 137. num. 9. Berta-
zol. conſ. 88. num. 1. & ibi Add. verbo pro-
uocator. & conſ. 89. num. 1. lib. 1. Vermigliol.
conſ. 67. num. 8. & conſ. 126. numer. 1. & 2.
Farin. quæſt. 105. num. 488. & Gram. de-
ciſ. 37. num. 3. & Nouar. collect. 3. pragm. 2.
num. 1. de iniur. qui ait, iſto caſu intrare ſo-
lum pœnam extraordinariam, & idem di-
cit Io: Bapt. Gargiareus de libell. famoſ. cap. 7.
num. 11. & Muta ad pragm. tit. 40. num. 42.
Videtur enim ſpecies quædam defenſionis,
quæ non debet, nec poteſt tolli Marſ. in l.
vnius §. cogniturum num. 59. 71. 75. ff. de
quæſt. Farin. quæſt. 39. numer. 25. & Guaz.
reor. defenſ. 29. cap. 4. num. 8. verſ. nec etiam
tolli, & in terminis Carol. Maranta in eius
tract. apologet. impreſſ. in fine 3. par. eius reſponſ.
Palch. de Orco in eius antipolog. pro Do-
minico Coſcia impreſſ. poſt eius diſſertat n. 13.
14. & 35. & ex Ariſtotile, Soto, Gregorio
de Valentia, Layman. Filiucc. & aliis com-
probat Struuius de vindicta priuata cap. 10.
aphoriſm. 6. num. 9. & ſeqq. & num. 15. hoc
eſſe etiam de iure diuino permiſſum, oſten-
dit, & ſunt appoſitiſſimi Text. in l. qua om-
nia verſ. niſi fortè purgare ff. de procurat. & in
l. qui cum maior §. ſi libertus ff. de bon. liber. ibi:
ab eo petitus retorſit in eum crimina, per quæ
iura ita reſponderunt Iaſ. in l. 3. num. 36. ff.
de iniur. Gaill. obſeru. 100. numer. 1. & ſeqq.
lib. 2. Harprect. §. hac actio num. 90. 102. &
ſeqq. Inſt. de iniur. Scrader. de feud. par. 9.
cap. 4. num. 114. & ſeqq. Berlich. concl. 64.
num. 1. & ſeq. par. 5. & conprobatur ex ſcri-
ptura Sacra; Scriptum eſt enim prouerb 26.
verſ. 5. reſponde ſtulto ſecundū ſtultitiam ſuam, nè
ſibi

*ſibi ſapiens eſſe videatur*, vbi S. Dionyſius Car-
thuſian. *cap. 26. art. 26.* interpratatur dicta
verba: *Reſponde ſtulto iuxta ſtultititiam ſuam,*
idest *iuxtà exigentiam, atque demeritum ſui ſtul-
ti ſermonis, da ei aptam reſponſionem, vel eius
verba ironicè repetendo; vel ſuam inſipientiam
ei declarando, aut eum increpatoriè, & reprobati-
tiuè interrogando, ſeu verba iuſti rigoris, & de-
bitæ inuentionis enunciando, ne putet ſe ſapien-
tem, ſed ſuam aduertat impietatem, imperitam,
aut errorem.*

Propterea multi Sancti Patres ſcriptis la-
30 ceſſiti, cum mordacitate, & cum alijs iniu-
rijs pariter in ſcriptis reſponderunt, vt vide-
re eſt apud Gregor. Nazianzen. *in eius vita,
& oratione de Epiſcopis*; & apud S. Hieron.
*in apologia contra* Ruffinum, apud S. Bernar-
dum *lib. 4. de conſiderat.* apud S. Thomam
*in opuſcul.* 19. & apud S. Bonauent. *in apolo-
gia contrà* Gulielmum de Sancto Amore, &
alibi.

31 Et quamuis hoc Doctores admittant, dũ-
modò reſponſio ſit facta incontinenti, &
cum moderamine, ita vt defenſio, & non
vindicta dici poſſit, nihilominùs reſtrictio
non facit, quod reſpondens, & iniurias cum
alio libello retorquens incidat in crimen,
& pœnam libelli famoſi, quia prouocatio
32 tollit vtrumque ex auctoritate ſupracitato-
rum Doctorum, ſed benè facit, quod ad
pœnam ex actione iniuriarum prouenien-
tem teneatur, vt ex Bertazzol. *& add.* ad
eum *conſil. 237. num. 5.* innuit Farin. *q. 105.
num. 489.*

Debet tamen aduerti, quod ſecundùm
Harprect. *§. hac actio numer. 114. Inſtit. de
iniur.* & Berlich. *concl. 64. de retorſ. iniur. nu-
mer. 22. par. 5.* Incontinenti retorſio fieri
dicitur, licèt ex interuallo fiat, ſi eo tem-
33 pore interponatur, quo quis retorquendi
habuit poteſtatem, puta, quo primum cer-
tè reſciuit, & cognouit ſibi abſenti iniuriam
factam fuiſſe.

Imò ſecundùm Filiucc. *oper. moral. tract.
40. in 8. præcepto decalogi cap. 3. num. 85. & 86.*
& P. Pozzam Ieſuitam *in voto* Platonis *ex-
cuſſo ſub nomine Antonij de Souza tit. de propo-
ſitionib. damnandis, & expurgandis cap. 7. pagi-
na 19.* iniuria in ſcriptis, quia ſemper ma-
net, & lædit calumniatum, poteſt propul-
ſari quandocumque vſquequo non fuerit
34 per calumniatorem reuocata, & dicta pro-
pulſatio licèt facta ex interuallo, inconti-
nenti facta dicitur ob rationem, quam red-
dit Filiucc. *loc. cit. num. 86.* quia verè hic vin-
dicta non eſt, cum hæc ſupponat iniuriam
iam tranſijſſe, & non manere amplius: at
calumnia ſemper manet, & lædit calumnia-
tum.

Ruſus debet aduerti, quod ſi libellus eſt
35 voluminoſus, requiritur tempus propor-
tionatum ad confutandum, reſpondendum,
& recalumniandum, vt in terminis impreſ-
ſionis librorum, quæ non poteſt fieri in
momento temporis, ait Nouar. *ſumma Bul-
lar. ſuper Bulla Leon. X. num. 5. verſ. num iux-
ta terminos fol. mihi 355.*

## Più ſeuera punitione.

De pœna libelli famoſi Textus eſt ad li-
teram *in l. vnica C. de libell. famoſ.* & agunt
36 Farin. *quæſt. 105. à num. 241. vſque ad nume-
rum 492. & conſ. 30. & conſ. 123. per tot. &
145.* Caball. *crim. reſol. 235. num. 36. & ſeq.
& reſol. 271.* Muta *ad pragmatic. tit. 46. de
pœna edent. libell. famoſ.* Vermigliol. *conſ. crim.
170. 171. 172. 180. & 193. & conſ. 432.* Car-
pzou. *pract. crim. quæſt. 98. par. 2.* Conciol.
*crim. reſol. verbo libellus famoſus reſol. vnica*
Sanctorius *de pœnis par. 2. cap. 12. quæſt. 7. per
tot.* Io: Baptiſta Gargiar. *tract. de libell. famoſ.
c. 8. per tot.* Harprect. *§. iniuria autem n. 160.
ſeqq. inſt. de iniur.* Baiard. ad Clar. *quæſt. 68.
num. 62.* Petrus Binsfeld. *tit. de iniur. cap. 1.
quæſt. 13. concluſ. 4.* Burſatt. *conſ. 94. num. 33.*
Guazz. *de confiſc. bonor. concl. 13. ampl. 91.
num. 4.* Borgnin. Caualc. *decis. 35. per tot.
par. 5.* Hortent. Caualc. *de brach. reg. par. 5.*
37 *num. 261.* qui decem qualitates delictum ag-
grauantes enumerat, Franc. Marc. *dec. 935.
par. 1.* & Mareſca penès Anellum da Sarno
*prax. crim. par. 2. formula 10. verſ. inſuper con-
cinnè, & verſ. neque dicatur,* Boſſ. *tit. de crim.
læſæ Maieſt. num. 51. & ſeqq.* Peregrin. *de iur.
Fiſci lib. 3. cap. 8. num. 9.* Petr. Heyg. *qu. 31.
num. 46.* Berlich. *concl. 67. per tot. par. 5.* Ba-
ſilicò *crim. deciſ. 26. num. 5. & ſeqq.* Mat-
thæù *de re crimin. 74. numero 13. & ſequen-
tibus.*

Vbi tamen extat Statutum loquens de
38 pœna libelli famoſi, debet illud inconcuſ-
sè ſeruari, ſecundùm Farin. *dicta quæſt. 105.
num. 439.* & Conciol. qui multos allegat
concordantes *verbo libellus famoſus reſol. vni-
ca num. 3.* quibus addo Gargiarcum *de libell.
famoſ. cap. 13. num. 1.*

At vbi Statutum non determinat certam
pœnam, ſed illam remittit arbitrio Iudicis,
ſeù Præſidis, vt in noſtris Bannimentis, re-
39 currendum erit pro regulando dicto arbi-
trio ad diſtinctiones Farinac. qui more ſuo
magiſtralitèr loquitur *dicta quæſtione 105. nu-
mer. 439. & ſeqq.*

Imò dicendùm erit, quod arbitrium non
poteſt extendi, quando de generali conſue-
40 tudine componens, & publicans non debet
mori, teſte Burſatt. *conſ. 94. num. 33.* qui ait,
quod hodie ad ſummum imponitur pœna
fuſtigationis, ictuum funis, Banni, vel pe-
cuniaria, & ad ſummum imponitur pœna
triremium, vt ex Claro *pract. crim. quæſt. 68.
num. 35.* inquit Petrus Binsfeld. *in tract. de
iniurijs, & damno dato cap. 1. quæſt. 13. concl. 4.
fol. mihi 249.* vbi refert Paridem. *in tract. de
Sindic.* dicentem, quod in facti contingentia
conſuluit, quod quidam, qui pinxerat quã-
dam honeſtam mulierem eius amaſiam (quę
ſibi

ſibi conſentire nolebat) nudam cum certo vituperio, & illam picturam ad eius ignominiã affixerat in locis publicis, quod eſſet ad triremes tranſmittendus: plures referens Muta *ad pragm. tit.40.de pœna edentium ſamoſos libellos num.* 9. Caball. *crim. reſol.* 235.*nu.* 36. *&* 37. Harpreƈt. *Inſtit. de iniur.* §.1. *num.*210. & Baſilicò *deciſ.* 26. *num.* 8. *in fine* Farin. Baiard. Vermigl. *locis relatis* per Conciol. *crim. reſol. vnica num.* 1. *verbo libellus famoſus*, & quamuis Io: Baptiſta Gargiareus *tract. de libell. famoſ. cap.* 5. *num.* 6. dicat, quod non admittit dictam doctrinam Burſatt. niſi in aliquibus locis, & Ciuitatibus, & quod hoc in ſubſtantia vult ipſe Burſatt. alias ipſe ſibi contrarius eſſet *in conſ.* 20. *num.* 55. *eiuſdem voluminis*, in quo tenet nedum libelli famoſi autores capitalitèr fore, & eſſe puniendos, ſed etiam legentes, & retinentes, infameſque eſſe, & inteſtabiles: nihilominus non eſt recedendum ab opinione Burſatt. quam tot alij Claſſici Doctores ſequuntur, præter-
41 quam in carminibus, & cantilenis, & epiſtolis in ſui Principis iniuriam, & dedecus compoſitis, in ſcriptis redactis, ac publicatis, quia iſto caſu imponeretur indiſtinctè pœna mortis, & refert Caball. *ibid. num.* 38. fuiſſe condemnatum quemdam in pœnam capitis, & confiſcationis bonorum, ſed non fuiſſe exequutam ſententiam ex Principis benignitate, quod non contingit Ioanni Baptiſtæ Piccinardo Cremonenſi, qui ob malos verſus, & malas cantilenas compilatâs contra Clementem Octauum prædefunctum, & nonnullos Cardinales, fuit decapitatus, & confiſcatione bonorum plexus, vt referunt Guazzin. *de confiſcat. bonor. concluſ.* 13. *ampl.* 91. *numer.* 4. & Farinac. *conſ.* 145.

Et hoc extendit Matthæũ *de re crimin. controu.* 74. *num.* 15. *par.* 2. ad facientes libellos
42 famoſos contra Principis Vicarium, aut alium ex Supremis Magiſtratibus, quia tunc in crimen læſæ Maieſtatis transfunditur ſecundùm Farinac. Ant. Matthæum, Caball. Berlich. Villoſa, & Villaroel. quos allegat, quibus addo Io: Bapt. Gargiareum *de libell. famoſ. cap.* 10. *num.* 2. *&* 3.

Hoc idem vult Paris de Puteo *loco relato* à Claro *quæſt.* 68. *num.* 25. nempe quod illi, qui ad infamiam Poteſtatis pingunt membra virilia, vel vuluas muliebres ſuper ianua illius Cameræ, vel porta Palatij, ſunt maxima pœna digni. Et quamuis Clar. *ibidem in fine* dicat, quod quidam prænexeta qui tres libros materna lingua compoſuerat, in quibus de multis etiam in Magiſtratu conſtitutis obloquebatur, fuit iuſſu Senatus Mediolani alligatus catenæ infami, & libri publicè combuſti, nihilominus aduertendum, quod illi libri non fuerunt publicati, & ideo poteſt eſſe, quod ex hoc fuerit à pœna ordinaria mortis in illo caſu receſſum

Et idem eſſet dicendum ſi libellus famoſus affigeretur in Eccleſia, vel poneretur ſuper Altari, vt in caſu relato ab Angelo *in l. vnica C. de lib. famoſ.* dicit enim vidiſſe de facto Bononię in quodam, qui poſuerat quandam ſcripturam infamatoriam ſuper Altare Palatij Priorum, non deſcripto nomine alicuius, & dicit, quod debuiſſet decapitari, tamen indulta fuit pœna capitis, & conuerſa in pœnam duorum mille ducatorum. Locus enim debet operari, vt diſpoſitio Text. *in d. l. vnica ad vnguem ſeruetur*, quia eſt circumſtantia aggrauans delictum, & ſi libellus, de quo Angelus loquitur fuiſſet in infamiam certæ perſonæ, & fuiſſet poſitus ſuper Altari Eccleſiæ publicæ vtique non fuiſſet receſſum à pœna ordinaria.

Se alcuno ardirà di comporre, ſcriuere, ò attaccare in alcun lungo, ò in altro modo publicare Libelli Farnoſi contro d'altri, ſia punito con le pene contenute nella Bolla di Pio V.

In Bulla B. Pij V. 147. *in ordine* prohiben-
43 tur *primò* libelli famoſi: *ſecundò* literæ monitorum nuncupatæ, *Lettere d'auuiſi*, continentes conuicia, iniurias, vel famæ, & honoris alicuius læſionem: *tertio* ſcripturæ, in quibus de futuris ſucceſſibus, vel de ijs diſſeritur, quæ coram Pontifice, vel aliis ad vniuerſalis Eccleſiæ ſtatus regimen deputatis ſecretè tractantur, reuelantur. At diſpoſitio bannimentalis reuocat ad memoriam eamdem B. Pij V. Conſtitutionẽ quoad *primum* dumtaxat *caput*, in quo diſponit de libellis famoſis, & ideò quoad alia duo capita, ſi Bulla non habet locum in Ciuitate Bononiæ, recurritur ad Ius Commune.

Et quia *in dicto primo capite* diſpoſitio prę-
44 dicta bannimentalis ſe refert ad dictam Bullam, debet recipere omnes interpretationes, quas eadem Bulla recipit.

Propterea ſicut Bulla, quandò agitur de compoſitione, ſiuè de exemplatione libelli famoſi, non requirit publicationem, vt
45 inquiunt Farin. *conſ.* 30. *num.* 110. *& conſ.* 145. *num.* 9. & Spada *conſ.* 117. *num.* 12. qui teſtatur ita fuiſſe obſeruatum, & practicatũ contra Io: Baptiſtam Piccinardũ, Nicolaum Francum, & alios, ita nec Bannimenta habent neceſſitatem, quod illa interueniat præſertim cum loquantur per dictionem alternatiuam, *aut*, ibi; *comporre, ſcriuere, ò*
47 *attaccare, ò in altro modo publicare*, nam alternatiua ſubſequens poſt plura verba ſine copula præcedenti facit totam orationem ſolutam, ità quod ſufficiat alteram partem eſſe veram ſecundùm Hercul. *de cant. de non offend. cap.* 41. *num.* 25. & Farin. *conſ.* 136. *numer.* 5. *lib.* 2.

Nec

Nec quicquam facit conſideratio, quod Bannimenta habent relationem ad Bullam quoad qualitatem pœnæ dumtaxat in ea contentæ, vt apparet ex verbis, *ſia punito con le pene contenute nella Bolla di Pio Quinto.*

Quià adhuc circumſcripta Bulla non requiritur publicatio, vel propter naturam alternatiuæ poſitæ poſt plura verba ſine copula præcedenti, vt diximus: vel propter diſpoſitionem Iuris Communis, de quo iu-
48 re non eſt neceſſaria publicatio in componente, & nec in exemplante, vt pluribus oſtendit Farin. *conſ.* 145. *num.* 7. *& quæſt.* 105.
49 *num.* 486. Verum contrarium in terminis Bullæ firmant Vinc. Parent. Fœlic. & Vermigl. *locis relatis* à Conciol. *d. reſol. vnica num.* 15. *&* 16. *verbo libellus famoſus*, & in terminis Iuris Communis non ſequuta publicatione intrare ſolam pœnam extraordinariam, firmant Clar, *quæſt.* 68. *verbo libelli famoſi*, & Farinac. *quæſt.* 105. *num.* 485. *&* 487. & Conciol. *d. reſol. vnica nu.* 15. vndè ſi non ſubſiſtit prima reſponſio ex dictione alternatiua deducta, valdè dubito de firmata concluſione, imò eſto quod dicta reſponſio ſubſiſtat, adhuc durum eſſet exequi pœnam mortis non ſequuta publicatione, nam vt ait Gargiareus *tract. de libell. ſamoſ. cap.* 8. *num.* 6. *&* 7. inter principalia diſputationis in hoc crimine eſt publicatio, ſine qua etiam autor mitiùs eſt puniendus, vt ſubdit Gargiar. *ibid.*

Dixi *ſupra num.* 26. quod ioco faciens libellum famoſum non incidit in crimen
51 huius tituli, multo ergo minus, qui ab alio factum publicat ob curioſitatem, leuitatem, vel ſimplicitatem, vt ex Graffo 2. *par. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 26. *deciſion. aurear.* & ex Siluestro *verbo libellus* ait Sanctorus *de pœnis par.* 2. *cap.* 12. *quæſt.* 5. *verſ. ſecunda difficultas*, dicens, quod ſi quis audiret, vel inueniret ſcriptum, in quo cantilena aliqua peregrinæ conceptionis, vel mordacitatis contineretur, delectareturque non de infamia proximi, ſed de modo compoſitionis, diceretque Amico, vel Amicis, hoc eſſet ſine dolo, & ſolum ob curioſitatem, vel leuitatem: non enim omnes, qui ea referunt, infamandi animum habent, ſed ob libidinem ingenij effantur, & ideo non incurrunt pœnam impoſitam contra publicantes libellum famoſum, & hoc vult Io: Bapt. Gargiareus *tract. de libell. ſamoſ. cap.* 8. *numer.* 26. *&* 29.

---

# Cap. XI. §. Secundus.

In oltre chi vedendo ſimili libelli non li lacerarà ſubito ſenza moſtrarli ad alcuno, in modo tale, che non poſſino più eſſere letti, nè viſti; ò vero non li porterà à S. S. Illuſtriſſima, ò al Signore Auditore del Torrone, mà li moſtrerà, ò manifeſterà ad altre perſone, ò vero li terrà in Caſa, ò adoſſo, incorrerà nelle pene della ſudetta Bolla ad arbitrio come di ſopra.

*SVMMARIVM.*

1 *Inueniens libellum famoſum, & illum non lacerans incurrit in pœnam etiamſi non manifeſtauerit.*

2 *Contrarium, nempe quod neceſſaria ſit manifeſtatio.*

3 *Bannimenta, dum volunt teneri ad pœnam retinentem libellum famoſum inueneum etiamſi illum non publicet, ſunt magis rigoroſa, quam ius commune, & Bulla.*

4 *Libellum famoſum retinens præſumitur auctor illius.*

5 *Et ex hac præſumptione poteſt torqueri.*

6 *Præſumitur habere animum manifeſtandi.*

7 *Et ſaltem præbet occaſionem, ſeù eſt in cauſa, vt ab alijs poſſit videri.*

8 *De corpore delicti in libello famoſo conſtat per recognitionem, & adnotationem factam à Notario, vel per depoſitionem teſtium, qui viderunt, & legerunt, & 9.*

10 *Inueniens libellum famoſum benè facit, ſi illum defert ad curiam.*

11 *Et ad hoc tenetur præcisè quando inuenit coram teſtibus.*

*Adducitur ratio ibid.*

12 *Dictio ſubito quantam dilationem admittit.*

COncordant bannimenta cum Text. *in l. vnic. C. de famoſ. libell.* ibi; *ſi verò non ſtatim eaſdem cartulas vel corruperit, vel igne conſumpſerit, ſed vim earum manifeſtauerit, ſciat ſe quaſi authorem huiuſmodi delicti capitali ſententia ſubiugandum*, qui Textus eſt canonizatus *in cap. ſi quis* 5. *quæſt.* 1. & in Bulla B. Pij Quinti 147. *in ord.* ibi *ſtatim quod illos, ſeù illas habuerit, antequam vim earum manifeſtauerit, corrupere, ſeù igni tradere &c.*

Aduertendum circa intelligentiam *huius* §. quod videtur ſufficere, quod inueniens
1 libellum famoſum illum non laceret iuxtà opinionem Cyn. Archidiac. Præpoſ. Turrecrem. Clar. & Plach, quos refert Farinac. *quæſt.* 105. *num.* 464. & eſt ratio, quam ex Turrecrem. allegat Farin. *ibid.* quia bannimenta volunt libellum famoſum rumpi, aut comburri, ne inuentus ad aliorum manus perueniat, quæ ratio militat, etiamſi inueniens non manifeſtauerit.

Contrarium tamen eſt reſpondendum cum Salyc. Suarez. Claud. ad Bertazol. Cæphal. Iacob. de Graff. & Farin. qui hos,

& alios

& alios refert, & ſequitur *loc. cit. num.* 460.
*& ſeqq.* & ex Iodoch. & Menoch. dicit Io:
Bapt. Gargiareus *tract. de libell. famoſ. cap.* 8.
*num.* 33. *& ſub. num.* 39. *verſ. præterea*, qui
2 omnes aſſerunt, quod debet copulatiuè
concurrere etiam manifeſtatio, & publicatio,
ad hoc vt non lacerans incidat in pœnam
rigoroſam.

Iterum aduertendum, quod diſpoſitio
3 *huius* §. eſt rigoroſior diſpoſitione Bullæ, &
etiam Iuris communis, dum ius, & Bulla
non puniunt retinentem, niſi manifeſtet, &
publicet, vt bene conſiderant Farin. *quæſt.*
105. *num.* 455. *&* 456. *& conſ.* 145. *num.* 9.
Vermigl. *conſ.* 171. *num.* 5. *& conſ.* 172. *nu.*8.
& Conciol. *crim reſol. vnica num.* 7. *verbo libellus
famoſus* Tuſcus *loco relato* à Muta, qui
eum ſequitur *in comment. ad pragmatic. tit.* 40.
*de pœna edentium libellos*, & diſponit expreſsè
Text. *in l. vnica C. de libell. famoſ.* ibi *ſi verò
non ſtatim eaſdem Chartulas vel corruperit, vel
ipſe conſumpſerit, ſed vim earum manifeſtauerit*,
at bannimenta abſque vlla mentione
manifeſtationis, & publicationis volunt
ſufficere non lacerationem cum retentionem
domi vel penes ſe: &

Tres rationes poſſunt afferri ad animan-
4 dum dictam diſpoſitionem, *prima* eſt, quia
retinens libellum famoſum præſumitur illius
auctor, vt ſanciult Imper. *in d. l. vnica
C. de libell. famoſ.* & inquit Matthæu *de re
crim. controu.* 74. *num.* 16. & multos citans
Farin. *quæſt.* 105. *num.* 455. *&* 465. qui ſubdit,
quod ex hac præſumptione poteſt de-
5 ueniri ad torturam contra ipſum retinentem
ad habendum ab ipſo autorem, ſed hæc
ratio non poteſt militare in caſu iſto, quia
bannimenta ſupponunt retinentem non
eſſe autorem, vt deſumitur apertè ex lectura.
*Secunda* eſt, quia retinens videtur habere
6 animum manifeſtandi. *Tertia* quia ſaltem
dat occaſionem, vt ab alijs poſſit libellus
7 inueniri, & videri, & ex his Bannimenta
adhærent opinioni Turrectematæ *in cap. ſi
quis ad finem verſ. ſed hic ſurgit* 5. *quæſt.* 1. *&
in cap. qui in alterius* 5. *quæſt.* 1. *verſ. & illum
inueniens non lacerauerit*, quem refert, ſed non
ſequitur Farin. *d. quæſt.* 105. *num.* 464.

Continent etiam maiorem rigorem noſtra
Bānimenta, dum diſponunt, quod, qui vidēt,
ſi non lacerant libellum famoſum, incidunt
in pęnam, & tamen de iure ſolū puniuntur,
qui libellum famoſum humi, vel in Domo
reperiunt, & non lacerant, vel comburunt,
& nihil diſponitur de iure contra eos,
qui ſolùm vident libellum muro affixum
ita vt ſi non amouent, & lacerent ſunt excuſandi,
vt ex Claud. ad Bertazol. *conſ. crim.*
237. *lit. D. verſ. primò itaque ſciendum* firmat
Io: Bapt. Gargiareus *tract. de libell. famoſ.
cap.* 8. *num.* 36. *& ſeqq.* dicens differre inter
ſe reperire in loco, & videre affixum in loco,
& quia Text. *in l. vnica C. de libell. famoſ.*
dicit *ſiuè domi, ſiue in publico, vel quocumque loco
ignarus reperit*, & non dicit affixum viderit,
non debet tanquam lex pœnalis extendi
ad eum, qui videt affixum, dubitat tamen
Gargiar. de hac intelligentia.

Sed dices, quomodo conſtabit de corpore
delicti, ſi libellus ſtatim inuentus laceratur,
vel comburitur? Muſcatell. *de cognit.
delict. tit. de iniur. & libell. famoſ. num.* 8. 9.
8 *&* 10. inquit, quod recognitio, & adnotatio
ſcripturæ, ſeu picturæ facta per Notarium
coram teſtibus eſt, & dicitur cognitio
delicti in genere, & hæc recognitio debet
fieri, quando ſcriptura extat, quod ſi ſit lacerata,
vel combuſta, ſeu aliter deperdita
9 probatur per teſtes deponentes de tenore
libelli, quia in hoc crimine ſufficit cognitio
præſumpta, & hoc idem replicat Muſcatell.
*in proem. numer.* 37. quem ſequitur
Anell. de Sarnò *in prax. crim. de probat. in
genere num.* 48. *par.* 1. & *in ead. praxi par.* 2.
*formula* 10. & præter Muſcatellum citat Parid.
de Put. *de ſindic. verb. iniuria cap.* 1. Clar.
*quæſt.* 46. *verſ. libelli famoſi*, & Calà *de modo
articuland.* §. 2. *gloſ. vnic. num.* 874.

Sed quid ſi extet vnicus teſtis? certe dubitaretur
de corpore delicti, & propterea
ſecundum Farin. *d. quæſt.* 105. *num.* 461. &
*iuxta bannimenta noſtra*, ibi: *li porterà à S.S. Illuſtriſſima
ò al Signore Auditore del Torrone*,
10 non maleſaciet inueniens libellum famoſum,
præſertim fabricatum contra Principem,
vel eius officiales, ſi illum ſecreto deferat
Magiſtratui, & iuſtitiæ, præſertim ſi in-
11 uenit in publico, & coram aliquibus, nam
non debet tunc lacerare, quia ex publicatione
facta tranſijt in Iudicem ius procedendi,
imo ſecundum Sanctor. *loc. cit.* qui iſto
caſu laceraret, eſſet puniendus, quia impediret
iudicis proceſſum, ob defectū corporis
delicti, & etiam, quia præſumeretur, quod
lacerauerit, ex quo, cum eſſet autor libelli,
timuit puniri: placet igitur, quod laceratio
ſit in arbitrio eius, qui inuenit libellum
dumtaxat in caſu, quo ſit ſolus, dùm reperit;
leges enim, vt ait Sanctor. præcipientes
corruptionem, loquuntur de libellis ſecretò
inuentis, & nondum publicatis. Quando
quis ſolus eſt, dum inuenit, benè faciet ſi
lacerabit; poteſt enim is, qui dicit inueniſſe,
ſi neminem manifeſtet, torqueri, quia
tunc lex præſumeret, quod ipſe fecerit, vt
de quodam ob hoc torto Ferrarię refert Cephal.
*conſ.* 341. *num.* 30. & ex eo Muta *ad
pragm. tit.* 40. *de pęna edent. famoſos libellos numer.* 26.

Aduertendum tertiò, quod dictio, *ſubito*
poſita in noſtris Bannimentis hic, prout reperitur
appoſita *in l. vnica C. de libell. famoſis*,
non debet accipi ità aſperè, vt omnem dilationem
temporis intercidat, quia ſi non im-
12 portat vnum menſem, prout volunt Surd.
& Alex. *locis relatis* à Barboſ. *dict.* 383. debet

ſaltem

ſaltem importare aliquas horas, & etiam vnum diem, vt probat rationibus, & autoritatibus, Sanctor. *de pæn. par.* 2. *cap.* 12.*q.*5. ſubdit tamen, & benè, Sanctor. *ibid. verſic. verum tamen eſt*, quod ſi interim libellus famoſus apud eum reperiatur, ſuum erit probare, quod diſtulerit ob hanc, vel illam cauſam rationabilem, & excuſantem, nam præſumptio interim militat contra ipſum, quod voluiſſet ad longum tempus conſeruare, vt aduertit Sanctor. *ibidem in fine*.

# Cap. Vndecimi §. III.

Nè ſarà ſcuſato chi hauerà fatto Libello famoſo ſotto preteſto di riſpoſta ad altro Libello fatto contro di lui.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſitio Bannimentorum prohibens ne laceſſitus libello famoſo, alio libello famoſo iniuriam, & crimen retorqueat, nimis dura eſſe videtur.*

2 *Poteſt tamen dici conformis Iuri communi.*

3 *Iniuriarum retorſio non admittitur ab Hennigo Rennemanno.*

4 *Contrarium vult, & probat Struuius, dummodò fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

5 *Prætextus dicitur eſſe quidam color quæſitus ad palliandum animum.*

6 *Prætextus importat fictionem.*

7 *Bulla Gregorij XIII. contra ingredientes Monaſteria Monialium prætextu licentiarum, quomodo intelligenda.*

8 *Prætextus verbum ſignificat etiam veritatem.*

9 *Sed de ſui natura eſt ſignificatiuum coloris, non etiam veritatis.*

1 Dura eſt hæc diſpoſitio ex ijs, quæ dixi *ſupra in hoc cap.* §. 1. *num.* 29.

2 Vide tamen pro fundamento huius diſpoſitionis Text. *in leg. ſcientiam* §. *qui cum aliter* ibi: *non etiam vulciſcendi ff. ad l. Aquil.* Alberic. *in d.* §. *qui cum aliter num.* 2. Cæpoll. *conſ. crim.* 29. *num.* 27. *in primo caſu* Spada *conſ. crim.* 117. *num.* 6. & 17. *lib.* 1. & Henni-

3 gum Bennemannum *comment. de Iure retorſionis*, qui omnem retorſionem, ac retaleationem, ac retorſionis iniuriarum conſiderationem è Tribunalibus eliminat, & plu-

4 res adducit rationes, ſed illum reprobat Struuius *de vindicta priuata cap.* 10. *aphoriſ.* 6. *num.* 19. & *ſeqq.* & rationibus Rennemanni reſpondet *ibidem*.

Non erit tamen prorſus alienum dicere, quod noſtra Bannimenta non reijciant reſponſionem factam ad defenſam honoris, & famæ cum moderamine inculpatæ tutelæ, de cuius requiſitis agit in terminis retorſionis iniuriarum Struuius *loc. cit. aphor.*6. 7. 8. etenim bannimenta diſponunt de illatione iniuriarum facta ſub prætextu retorſionis,

5 hoc eſt ſub quodam colore, quæſito ad palliandum animum, & ad excuſandum iniuriam, quod non eſt permittendum ex traditis per Spada *d. conſ.* 117. *per tot.* & Struuium *loc. citatis*.

Quod autem verbum, *prætextus* id importet tradunt Ceuallus *de cognit. per viam vio-*

6 *lentiæ in prologo num.* 176. & D. Michael Ferro Manrique *in quæſtionibus moralibus*, & *vicarialibus par.* 2. *quæſt.*41. *num.*4. vbi ait, quod dictum verbum ſignificat fictionem, & rem incertam, & quæ non eſt, & ideò interpre-

7 tatur Bullam ſan. men. Gregorij XIII. contra ingredientes Monaſteria Monialium prætextu licentiarum, vt compræhẽdat eos, qui fictitio modo aſſerunt habere licentias, licèt in veritate non habeant.

8 Benè verum, quod vt præfatus D. Ferro ſubdit *ibidem* dictum verbum compræhendit etiam illos, qui licentiam habent, nam eſt verbum, quod vtramq; ſignificationem habet, quia importat etiam rem certam, & veram, vt habetur *in l. ſub prætextu C. de tranſact.* & *in l. ſub prætextu C. de hæred. action.* & *in l. ſub prætextu C. commodati*, & *cap. pri-*

9 *mo Clement. de offic. Ordinar.* Nihilominus non poteſt negari ſtrictè ſumptum eſſe ſignificatiuum coloris, non etiam veritatis, vt dicit Vermigl. *conſ. crim.* 154. *num.* 8.

# Cap. XI. §. IV. & V.

§. 4. Chiunque manifeſtarà alcuno de' delinquenti, ſe fuſſe vno de i partecipi, purche non ſia il principale, guadagnerà l'impunità, & in oltre ſcudi venticinque d' oro.

§. 5. Et per lo contrario, chi hauerà notitia de' delinquenti, e non lo manifeſtarà, caderà in pena di ſcudi ducento, e di trè tratti di corda.

*SVMMARIVM.*

1 *Præmium datur de Iure Communi reuelanti autorem libelli famoſi.*

2 *Et accipitur è bonis accuſati.*

3 *Sed neceſſarium eſt vt iudicialitèr accuſet,*

4 *Et delinquentem conuincat.*

*Præmium debetur tàm principali, quàm alio reuelanti eod. num.* 4.

5 *Paſquinatæ vndè dictæ remiſſiuè.*

6 *Contra facientem libellum famoſum procedit*

 *etiam*

*etiam Iudex habens iuriſdictionem ciuilem in Ciuitate, ſi præuenit. Sed explica. & declara, vt hic.*

*Reuocatio iniuriæ, & veniæ petitio, an ſit actio ciuilis. ibidem.*

7 *Porrigens Iudici, vel Principi ſupplicem libellum in infamiam, ſeu ignominiam alterius, non comprehenditur in Edicto contra facientem libellum famoſum emanato.*

8 *Et debet puniri actione iniuriarum, ſi nõ probat.*

9 *Idem de porrigente memoriale contra Officiales pro grauaminibus.*

10 *Vel contra Ducem.*

11 *Vel contra Gubornatorem.*

12 *Affigens libellum famoſum iam ab alijs publicatum non tenetur pœna libelli famoſi.*

13 *Vide rationem. & num. 14.*

15 *Sed non faciet impunè.*

16 *Menoch. reprobatur à Carolo Anton. de Luca.*

17 *Libellum famoſum faciens contra Sacerdotem grauiùs punitur.*

18 *Sacerdos, ſeu alia perſona Eccleſiaſtica non comprahenditur hoc Edicto libelli famoſi.*

19 *Pœna de Iure Canonico contra libellum famoſum facientes eſt fuſtigatio.*

20 *Et quandoq; imponitur pœna excommunicationis.*

21 *Pœna fuſtigationis, & verberum receſſit ab aula, & in eius locum ſucceſſit pœna triremium.*

22 *Regularis maledicens Epiſcopo ſcripto, vel dicto, ita notoriè, vt populo ſcandalo ſit, debet ſeuerè puniri à Superiore ad inſtantiam Epiſcopi.*

23 *Verbum* ſeuerè, *idem eſt, quod* crudelitèr.

24 *Seueritatis appellatione venit pœna extrinſeca. Et verificatur in pœna triremium. nu. 25.*

26 *Sacerdos fuit condemnatus ad triremes, quia retinebat memoriale fabricatum in detractionem R.P.D. Camaiani.*

27 *Verba obſcœna effutiens in Sacerdotem fuit condemnatus ad triremes.*

28 *Concionatores, qui prædicando non tam vitia, quàm perſonas notant tenentur actione iniuriarum.*

29 *Differentia inter iniuriam verbalem, & iniuriam prolatam in ſcripto.*

30 *Iniuria illata verbo tollitur anno.*

31 *Illata ſcripto non tollitur anno.*

32 *Vide rationem.*

33 *Verùm vtramque actionem eſſe annalem.*

34 *Prima opinio eſt verior.*

35 *Concorda vt hic.*

36 *Iniuria illata ſcriptis punitur in vilibus fuſtigatione, in alijs exilio, vel relegatione.*

37 *Et etiam triremibus, quando perſona iniuriata eſt graduata.*

38 *Iniuria prolata in ſcriptis, quomodò probetur remiſſiuè.*

39 *comparatio litterarum quomodo fiat.*

40 *Partis remiſſio non requiritur in crimine libelli famoſi.*

41 *Contrarium fuit iudicatum.*

42 *In crimine libelli famoſi proceditur ex officio.*

43 *Contrarium.*

44 *Prima opinio eſt verior.*

45 *Iudex non poteſt diſſimulare, & negligere crimen libelli famoſi.*

46 *Explica vt hic.*

47 *Libelli famoſi aliquando lacerati, & aliquando combuſti de ordine Officialium, & quando hoc debeat fieri.*

48 *Gargiareus reijcitur, dum ait, quod Princeps debet abſtinere à gratia in caſibus libelli famoſi.*

49 *Libellus famoſus poſitus ſuperr Altare contra Senatum Bononienſe.*

50 *Mandantes, & conſulentes in crimine libelli famoſi comprahenduntur in Banno.*

*Quia verbum componere eos comprahdit ibidem.*

51 *Opponens alicui quod fuit libellatus tenetur actione iniuriarum, ſi hoc ſit verum.*

52 *Sed de libelli famoſi tenetur, ſi non eſt verum, quod fuerit affixus, ſeu publicatus libellus, dummodò euulget tenorem ſuppoſiti libelli.*

53 *Quod ſi non euulget, nec explicet tenorem etiã hoc caſu tenetur ſolùm actione iniuriarum.*

54 *Libellum famoſum ſi libellatusmet inueniet, & publicat libellans non incurrit pœnam.*

*Vide rationes eodem num. 54.*

55 *Imò nec talis publicatio nocet libellanti.*

56 *Publicatio libelli coram quot perſonis fieri debeat.*

57 *Libellans tenetur ſatisfacere libellato reſtituendo illi honorem cum aliquo actu publico.*

58 *Contrarium eſt verius.*

59 *Rationes afferuntur.*

60 *Minor 16. annorum ob libellum famoſum capitaliter punitus.*

61 *Bibliopolæ, & Mercatores retinentes ad vendendum libellos famoſos an puniri debeant pœna Edicti remiſſiuè.*

62 *Libelli famoſi pœna an aggrauetur ex affixione facta in Eccleſia, vel valuis Palatij.*

## Chiunque manifeſtarà alcuno de'delinquenti.

DAtur hic impunitas delinquenti, quatenus non ſit principalis, & de Iure
Communi reuelanti, & indicanti autorem
1 libelli famoſi datur præmium Text. eſt expreſſus *in l. lex Cornelia* §. *ſi quis ff. de iniur.* &
2 præmium debet percipi è bonis accuſati, ſeù inquiſiti, vt ex dicto Text *in* §. *ſi quis*, dicit Ioannes Maria Nouar. *collect.* 2. *numero quinto pragm.* 2. *de iniur.* & pluribus citatis Doctoribus firmat Farinac. *quæſt.* 105 *num.* 479. qui *num.* 480. ait quod non ſufficit reuelare, & indicare extraiudicialitèr, ſeù accedere ad Notarium, & Iudicem,
3 ſed neceſſaria eſt accuſatio, & ex Doctoribus allegatis dicit eſſe menti tenendum propter multa ſtatuta indicantibus, ſeu reuelantibus præmium conſtituentia, & hoc dicit etiam Muta *ad pragmat.* [illegible] *it.* 4[illegible]. *de pœna edent. famoſos libellos numer.* 31. [illegible]. & 33. & Muta *ibidem*, ac Nouar. *vbi ſupra* requirit e-
4 tiam, quod probet, & delinquentem conuincat,

uincat iuxta Text. *in l. indicaſſe*, ibi : *conuiciſſe ff. de verb. ſignif.* quod ait eſſe notandum, quia in facto ita obtinuit *de menſe ſeptembris* 1620. & quod multi in hoc facto fuerunt decepti, imò ſi non probat, & nominatum conuincit, debet capitali pœna plecti, vt ex text. *in d. l. vnica*. ibi : *Sin verò minimè hæc vera oſtenderit capitali pęna plectetur*, & idem vult Gargiar. *de libell. famoſ. cap. octauo numero duodecimo*.

## Pur che non ſia il principale.

Neceſſaria fuit hæc expreſſio, quia de Iure Communi contrarium eſſet dicendum per Text. *in l. vnica C. de famoſ. libell.* ibi : *Nomen ſuum profiteatur, & quæ per famoſum libellum perſequenda putauerit, ore proprio edicat, itaut abſque vlla trepidatione accedat, ſciens, quod ſi aſſertionibus ſuis veri fides fuerit opitulata, laudem maximam, & præmium à noſtra Clementia conſequetur*. loquitur enim de libello iam expoſito, vt dicit Sanctor. *de pęnis par. 2. cap. 12. quæſt. 7. verſ. reſpondeo cum Silueſtro*; alias non diceret *capitali pœna* ſimilis conſtitutio conſtituens præmium delicti participi, dummodò non ſit principalis, & auctor libelli fuit facta à Carolo V. vt refert Gargiar. *loc. cit. num. 9.*

Quæro primò. An præmium hic conſtitutum debeatur alijs, quàm delinquentibus? videtur, quòd ſic, quia verbum, *chiunque manifeſtera*, compræhendit omnes, vt eſt notum, & eſt vna ratio : alia ratio eſt, quia non reuelanti conſtituitur pœna, quæ cum non poſſit cadere in eos, qui delictum perpetrarunt, vt in ſimili contra Silueſtrum dicit Sanctor. *de pœnis par. 2. cap. 12. quæſt. 7. verſ. reſpondeo ſecundò circa finem*, nam cum principales non teneantur ſe prodere, & ideò nec edicto ligantur, vt probat Filiucc. *moral. tract. 40, in octauo præcep. Decal. cap. 3. num. 83.* ſequitur de neceſſe dicendum, quòd in noſtris Bannimentis includuntur tàm participes delicti, quàm alij, voluit enim D. Cardinalis partipes delicti allicere præmio ad reuelandum; alios verò pręmio, & pœna conſtringit.

Quæro ſecundò, quare libelli famoſi, & carmina infamiam alicuius continentia, dicantur Paſquinatæ? requiras originem
5 apud Ludouic. Caſteluetrum *in eius apologia*, & apud Laur. Beyerlinch. *in Theatr. vitæ humanæ verbo paſquillus*, Petr. Theodoric. *tit. de delict. priuatis cap. 2. aphoriſ. 16. numer.* 24. & Carpzou. *pract. crim. q. 98. n. 13. par. 2.*

Quæro tertiò. Cui competat Iuriſdictio in authorem libelli famoſi, Domino habenti in Ciuitate, ſeù Oppido Iuriſdictionem criminalem, an habenti ciuilem? Dic quod
6 ſi præuenit Iudex Ciuilis benè procedit ſecundùm Cancer. *var. cap. 2. num. 55. par. 2.* Sed implicat, quod Iudex ciuilis ſit competens, quatenus cauſa ſit criminalis, quia hæ Iuriſdictiones ſunt penitus diſtinctæ, vt de ſe patet, & ideò ſolutio huius quæſiti pendet à qualitate intentati Iudicij, nam cum ſit in arbitrio iniuriati agere ciuiliter, vel criminalitèr, vt ait Maranta *in ſpeculo par. 4. cap. 1. num. 4.* ſi libellatus inſtat ciuiliter pro æſtimatione iniuriæ, cauſa erit ciuilis, & ad habētem iuriſdictionem ciuilem ſpectabit: ſi verò inſtat criminalitèr ad pœnā corporalem, vel aliam competentem, cauſa erit criminalis, & ad habentem iuriſdictionem criminalem ſpectabit, & hoc apud me non eget probatione : quæſtio tamen eſt, an actio iniuriarum, quæ inſtituitur ad reuocationem, & reclamationem, aut ad veniæ petitionem ſit criminals, an ciuilis? & Petrus Binsfeld. *tit. de iniur. & damno dato c. 1. quæſt. 11. concl. 4. verſ. an actio fol. mihi* 215. affert pro iuriſdictione criminali Marantam *in d. par. 4. diſt. 1. num.* 17. qui mouetur ex eo, quia talis ſatisfactio iniuriæ dicitur pœna ſecundùm Azon. & Parid. de Puteò, imò ralis ſatisfactio dicitur pœna corporalis ad inſtar ceſſionis bonorum, vt air Paris de Puteo *de ſind. verbo compoſitio c. 7. num. 9.* ergo ſi eſt pœna corporalis, & deſcendit ex delicto cauſa eſt criminalis, vbi Follerius *in addit.* ad Marant. *loco citato* aduertit, quod iniuriatus non poteſt petere, vt iniurians condemnetur ad has ſatisfactiones, nec Iudex conſueuit fieri facere has ſatisfactiones per viam ſententiæ, cum adhoc procedatur extraiudicialitèr ex voluntate partium, ſed reprobatur in hoc Follerius, & benè vt dicam infra, à Binsfeld. *loc. cit.* Pro iuriſdictione verò ciuili affert Mynſing. Gaill. Vueſſembec. & mouentur, quia etſi petatur iniuriæ reclamatio, tamen non agitur ad aliquam pœnam Fiſco applicandam, quod in criminali actione omninò neceſſarium eſt, & hanc eſſe communem, & in Camera Imperiali ſeruatam teſtatur Bisfeld. *ibidem*, Viden. Vinc. Anna *alleg.* 52. qui enumerat ea, quæ pertinent ad merum, & quæ ad mixtum Imperium.

Quæro quartò, An porrigens Iudici, vel Principi preces, vel ſupplicem libellum in iniuriam, vel infamiam, & ignominiam alterius compræhendatur in Bannimentis, ſeù Statutis diſponentibus contra componentes libellos famoſos? Caball. *crim. reſol.*
7 271. *per tot.* dicit non compræhendi, & quod
8 debet teneri actione iniuriarum in caſu, quo precibus contenta non probaret, & allegat concordantes Felin. Soccin. Bertazzol. & *add.* ad eum. Caballum refert, & ſequitur Matthæū *de re crim. contr. 74. n. 19.* & idem ex Caballo *loc. cit.* & ex Magonio *Florent. deciſ. 25. num. 11.* dicit Ioann. Baptiſta Gargiarcus *tract. de libell. famoſ. cap. 3. num. 3. & 4.*

9 Et hoc idem eſt dicendum in porrigente Principi memoriale, vt prouideat Officialiū grauaminibus, vt ait Farinac. *conſ. 195. nu-*

mer. 3. & ſeqq. vol. 3. Vide Sforz. Odd. conſ.
27. num. 36. qui loquitur de eo, qui porre-
10 xit memoriale contra Ducem, & Guazz.
Reor. defenſ. 3. cap. 3. num. 13. qui tractat de
eo, qui porrexit memoriale contra Guber-
11 natorem, & ſe obligauit probare conten-
ta in illo Baiard. ad Clar. §. iniuria num. 34.
vbi quod ſupplicans. ſi appellar aliquem
hominem malæ conditionis, & famæ, tene-
tur pœna Statuti, Cyriac. contron. 26. nu. 40.
lib. 1. vbi de ſubditis, qui in precibus accu-
ſauerunt Dominum de iniuſtitia, & extor-
ſione.

Quæro quintò. An is, qui habuit libel-
lum famoſum iam publicatum, & affixum,
& iterum publicat teneatur hoc edicto? Io:
Bapt. Cauat. conſ. 7. num. 10. & 11. impreſſ.
per Carpan. ad nouas Conſtit. Mediol. Sanctor.
de pœn. par. 2. cap. 12. quæſt. 7. verſ. reſpondeo
quartò circa finem, Bardellon. conſ. 134. num.
22. lib. 2. Gargiareus tract. de libell. famoſ.
cap. 8. num. 61. & Cæphal. conſ. 341. nu. 18.
& ſeqq. vol. 3. aiunt, quod non, quia Banni-
12 menta, & Iura loquentia. & punientia li-
bellantes debent intelligi de his, qui primò
ediderunt, & publicarunt, non autem de
13 alijs, quia verba legum debent intelligi
principalitèr, & non ſecundariò, Gemin.
in cap. 1. de pact. in 6. Bald. in l. 1. col. 2. ff. de
Iuſt. & Iur. Bart. in l. ambitioſa ff. de decret. ab
ordine facien. & etiam quia debent intelligi
14 in prima vice, l. bones ff. de verb. ſignif. vbi
Tiraquell.

15 Non tamen hoc impunè faciet ex his, quę
dicit Carol. Anton. de Luca ad Vinc. de
Franch. deciſ. 533. num. 8. qui reprobat Me-
16 noch. ex eo, quod reſpondit exemplantem
non eſſe puniendum aliqua pœna, quando
ab aliena manu eſt conſequutus libellum
famoſum, quia apparet iam eſſe publicatũ,
& mouetur de Luca ad reprobandam Me-
nochij opinionem, quia non ſunt impunè
per ſingulos exemplandi libelli, & per ma-
nus multorum longè, latèque vagari non
debent, quia ita permaneret, & perpetua-
retur dedecus infamato.

Sed circà exemplantes vide quod dicit
Gargiareus tractat. de libell. famoſis capit. 8.
num. 13. & 14. qui reprobat Cephal. d. conſil.
341. num. 15. lib. 3. dicentem, quod tria co-
pulatiuè requiruntur ad hoc, vt quis poſ-
ſit condemnari, quod ſcilicèr componat,
ſcribat, publicet.

Quæro ſextò. An conficiens libellum fa-
moſum contra Sacerdotem comprætenda-
tur his bannimentis, & eadem pœna punia-
17 tur? dic quod grauius peccat, quam ſi con-
tra non Sacerdotem Io: Bapt. Cauat. dict.
conſ. 7. in princ.

Quæro ſeptimò. An Sacerdos Sæcularis,
vel Regularis conficiens libellum famoſum
contra Epiſcopum teneatur hoc edicto? re-
18 ſpondeas negatiuè, quia in Bannimentis
nulla fuit facta mentio Eccleſiaſticorum,
& ideo ij debent puniri pœna à Can. ſtatu-
19 ta, quæ eſt fuſtigatio, vt eſt Text. expreſ-
ſus in cap. qui in alterius 5. quæſt. 1. Burſatt.
conſ. 94. num. 33. lib. 1. & Claud. ad Bertaz.
conſ. crim. 237. lit. D. verſ. hac quoad auto-
rem, Gilhauſen. arbor. Iudic. crimin. par. 1.
cap. 2. tit. 34. §. 10. num. 9. Borgnin. Ca-
ualc. dec. 35. n. 7. par. 5. & Didac. Ant: Fran-
ceſ. Epiſc. Barbaſtren. in paſtoral. Regular.
par. 2. quæſt. 12. num. 26. & quandoque im-
20 ponitur pœna excommunicationis vt in
cap. ſi qui inuenti 5. quæſt. 1. Baptiſt. à S. Bla-
ſio contradiſt. 7. Iuris Canon. cum Iure ciuili
Decian. tract. crim. lib. 2. cap. 20. num. 2. &
Gilhauſen. loc. cit. num. 9. Pluribus Docto-
ribus citatis Petrus Binsfeld. de iniur. & da-
mno dato cap. 1. quæſt. 13. concl. 7. & Filiuc-
cius moral. tract. 40. in 8. præcept. decalogi cap.
3. num. 81. qui probat quod non eſt excom-
municatio ipſo iure, ſed ferenda ab homi-
ne, etiamſi libellus ſit contra Papam, vel
Cardinales, & reicit Salon. contrarium di-
centem. Puto tamen, quod hodie ſit impo-
nenda pœna triremium ad tempus, quia
21 pœna fuſtigationis, & pœna verberum re-
ceſſit ab aula, & in eius locum ſucceſſit pœ-
na triremium, ſecundum Sanfel. deciſ. 63.
num. 11. par. 1. Theſaur. deciſ. 224. num. 2.
& 3. in fine & Cortiada deciſ. 100. num. 21.
& hoc in terminis videtur velle Frances loco
citato, qui relato decreto S. Congregatio-
nis in forma Breuis confirmato à S. M. In-
nocentio X. quo S. Congregatio ſanciuit,
quod ſi Regularis intra clauſtra degens, ex-
tra ea inſurgat contra Epiſcopum in pro-
pria diœceſi maledicens cum ſcripto, vel
22 dicto, ita notoriè deliquerit, vt Populo
ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante teneri ſupe-
riorem infra tempus ab Epiſcopo præſ[illegible]m
ſeuerè illum punire, ponderando hæc vlti-
ma verba ait, quod S. Congregatio voluit
huiuſmodi delinquentem eſſe acritèr, & cru-
23 delitèr puniendum, cum verbum ſeuerè
idem ſit quod crudelitèr, vt dicit Gloſ. in l.
diuus Adrianus verbo ſeuerè ff. de re iudic. & ap-
pellatione ſeueritatis venit pœna extrinſe-
24 ca iuxta delicti qualitatem Alber. de Ro
ſat. in diction. verbo ſeueritate verſ. appellatio-
ne, & concludit Frances loc. cit. num. [illegible]8. eſſe
dicendum, quod prædicta delicta punienda
ſunt acritèr pœna extrinſeca, quam pu[illegible]
25 poſſe verificari in pœna triremium, vt [illegible]
xi, & ita reperio fuiſſe practicatum in for-
tioribus terminis apud Farin. conſ. 3[illegible] n[illegible].1
qui teſtatur, quod Nicolaus Mazza de Cor
26 tona, licet eſſet Sacerdos, fuit ad triremes
damnatus ex eo ſolum, quod apud eum
fuit reſpectum quoddam memoriale fa-
bricatum in detractionem quõdam R. P. D.
Honufrij Camaiani. Imò quod ob ſola
verba obſcæna prolata in contemptum Sa-
27 cerdotum ad triremes fuerit quidam con
demnatus à Curia Archiepiſcopali Neapo-
litana, teſtatur Genuen. in prax. d. Cur. cap.
13 nu. 3.

13 *numer.* 3. cuius meminir etiam Ciarlin. *controu.* 15. *num.* 13. *verſ. praxis Archiepiſc.*

Quid dicendum de Concionatoribus, qui
iniuriam atrocem aliquando inſerunt, dum
prædicando odio indulgentes non tam vi-
tia, quam perſonas norant? Matthæù *de re*
28 *crim. controu.* 64. *num.* 18. actione iniuria-
rum teneri, reſpondet, ſubdens, punitio-
nem ſpectare ad Iudicem Eccleſiaſticum, &
videndum eſſe Pair. Auedan. *Theſau. Iudic.*
*par.* 1. *capit.* 10. *numer.* 105. §. 2. & §. 3.
*per tot.*

De concionatore, qui concionando maledixit de aliquo vicino ſuo, licet illum non nominauerit, agit Alex. de Neuo *conſ.* 82. quem referr Clar. *pract. crim.* §. *iniuria num.* 1. & de concionatoribus detrahentibus Piæ laiis agit Farinac. *quæſt.* 105. *num.* 406. & allegat Text. & Gloſ. *in clem.* 1. §. *quibus etiam de priuilegijs, & exceſſib. priuileg.*

Vide Harprect. *to.* 4. *inſt. de iniur.* §. non ſolũ *num.* 31. quem referr Baſilicò *deciſ.* 30. *n.* 27. qui pariter de concionatore loquens ait eum teneri act. iniuriarum.

Quomodo autem, & cum qua modeſtia concionarores in prædicaionibus ſe gerere debent explicat Solorzan. *de iure Iudiar. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 62. *& ſeqq.*

Quæro octauò an ſit differentia inter iniu-
riam verbalem, & iniuriam prolatam in
29 ſcriptis? dic quod iniuria prolata in ſcriptis
ſi non continet contumeliam, & inſimul
delictum aliquod notabile retinet naturam
verbalis iniuriæ, vt probant Farin. *conſ.* 123.
*num.* 6. *& quæſt.* 105. *nu.* 4. & poſt Petr. Heig.
Carpzon. *pract. crim. quæſt.* 98. *num.* 51. *par.* 2.
omnino viden. quia multum appoſitè lo-
quitur, Chriſtinæus *deciſ. Belgic.* 202. *nu.* 15.
*& ſeq. vol.* 4. Vueſſembec. *in addit.* Sche-
neid. §. 1. *inſtit. de iniur.* & Mareſca penès
Sarno *pract. crim. par.* 2. *formula* 10. *verſ. &*
*primum circ. med.* Matthęù *de re crim. controu.*
74. *num.* 3. Ludou. Gilhauſen. *arbor. iudic.*
*crim. par.* 1. *cap.* 2. *tit.* 34. §. 10. *num.* 2. &
habent differentiam inter ſe, quia verbo-
30 tenùs prolata tollitur anno, prolata verò
31 in ſcriptis non, vt aduertit Nouar. *collect.* 1.
*num.* 16. *pragm. de iniur.* qui ad comproba-
tionem plures allegar Doctores, quibus
addendi Vurmer. *pract. obſeru. tit. de iniur.*
*obſer.* 12. Hartm. Piſtor. *obſeru.* 9. Minſyn-
ger. *conſ.* 59. *num.* 10. *cent.* 1. & his relatis
Mareſca *loc. cit. verſ. his vt diximus*, qui
reddit rationem, quia verba aere diſper-
32 guntur, ſcriptura autem ſemper loquitur,
& perpetuo maner ad Text. *in l. Arriani C.*
*de hæretic. & l. quadam* §. *nummularios ff. de*
33 *edendo*, ſed Mareſca vtramque actionem eſ-
ſe annalem firmat *ibidem, verſ. hinc vtriuſque*
& allegat concordantes Veſſembec. Fac-
chin. Plot. & alios. Tu non recedas à di-
34 cta firmata concluſione ob rationem ſu-
pra poſitam, quia ſcriptura ſemper aggra-
uat, donec fuerit reuocata, vt conſiderat
etiam Filiuccius *moral. tract.* 40. *in* 8. *præce-*
*pto Decalogi cap.* 3. *num.* 46. *in fine* ibi *calum-*
*nia ſemper manet, & lædit calumniatum, quan-*
*diù creditur calumniator.* Et ſic non videtur
tuta reſponſio Vueſſemb. ad Schneid. quem
refert Carol Aur. de Luca ad Vinc. de
Franch. *deciſ.* 533. *num.* 4. *&* 5. dicens, quod
iniuria ſcriptis illata tollitur anno, ſi ſcri-
ptura non habet requiſita libelli famoſi,
quia conſideratur duratio ſcripturæ, quæ
continuò renouat grauamen, & conſequen-
tèr actionem: vel dicas cum Caualcano *de*
*Brach. regio par.* 5. *num.* 261. *circa finem*, quod
35 actio præſcribitur anno reſpectu partis of-
fenſæ, non autem reſpectu fiſci, cum per ta-
le crimen lædatur ius publicum.

Quæro nonò quomodo puniatur iniuria
in ſcriptis prolata? Petr Heig. *par.* 2. *quæſt.*
31. *num.* 17. teſtatur *de anno* 1595. non fuiſ-
ſe admiſſam petitionem de famoſis libellis,
ſed extraordinaria iniuriarum pœna auto-
rem ſcripturæ iniurioſæ coercitum fuiſſe,
& Carpzou. *d. quæſt.* 94. *num.* 5. *par.* 2. ait,
36 quod ſolent plerumque humiliores fuſti-
bus ſubijci, cæteri vero exilio temporali,
vel relegatione, vel certæ rei interdictione,
vel denique ordinis amotione coerceri, in
quem ſenſum eſt Text. *in l. fin. ff. de iniur.*
qui per eadem verba diſponit, & in eundem
inclinant Berlich. *pract. concl.* 61. *n.* 9. *par.* 5.
Franc. Maria Prat. *conſ. crim.* 17. *n.* 28. Farin.
*quæſt.* 105. *numer.* 56. & Carena *de S. Officio*
*par.* 2. *tit.* 17. §. 8. *num.* 27. & prout retuli
*in cap.* 3. ſubdit Carpzou. *in ead. quæſt.* 94.
*num.* 38. quod ſi quiſpiam tam audax, &
temerarius exiſteret, vt contra eos, qui à
latere Principis ſunt, hoc eſt Cancellarios,
Conſiliarios, Magiſtratum, & Iudicem,
vel alias perſonas nobilioris ſortis, aut ho-
neſtioris conditionis, iniurias atroces cuo-
mere non reformidauerint, poſſet in exem-
plum, quo alij impoſterum ab huiuſmodi
temeritate abſtineant relegatione perpetua
puniri, imo iuxta exemplum relatum à Fa-
rin *conſ.* 30 *num.* 19. de quo ſupra mentio-
37 nem feci, poſſet etiam ad triremes conde-
mnari. Et hæc concluſio indubitatè pro-
cedit, vbi offenſio prouenit ex cauſa, & ra-
tione officij, ſeueriùs enim debet puniri
huiuſmodi offenſio, vt dixi ſuo loco in
*capit.* ...

Quæro decimò quomodo probetur iniu-
38 ria in ſcriptis prolata? vide Carpzou. *pract.*
*crim. quæſt.* 98. *num.* 56. *par.* 2. & circa com-
parationem litterarum, vide Menoch.
39 *caſ.* 114. Vulpell. *conſ.* 135. & melius, ac
latius Martam *conſ.* 51. Vide etiam Petr.
Theodoric. *de delict. priuat. cap.* 2. *aphoriſm.*
16. *num.* 34. Gargiareum *tract. de libell. fa-*
*moſ. cap.* 5. *per tot.*

Quæro vndecimò, an in crimine libelli famoſi requiratur partis remiſſio, ad hoc vt libellans poſſit potiri indultu conceſſo à Principe? tractat hanc quæſtionem diffusè

Mareſca

Mareſca penès Sarno *prax. crim. par. 2. formula 10. verſ. poſito hoc ſolidiſſimo fundamento vſque in finem*, & ex pluribus rationibus
40 adductis concludit negatiuè, & citat Clar. *quæſt. 59. num. 3.* & nouiſſimè eand. reaſſumit quæſtionem Carol. Ant. de Luca ad
41 Vinc. de Franch. *deciſ. 533. num. 9.* & teſtatur fuiſſe iudicatum pro affirmatiua, & quidem in eadem cauſa in qua ſcripſit Mareſca.

Quæro duodecimò an requiratur accuſatio, ſeu partis inſtantia? Laur. Mattheù *de re crim. contr. 75. per. tot.* tenet, quod Cu-
42 ria poteſt ex officio procedere, quia delictum eſt publicum, & quod procedit, quamuis pars non accuſet, ſeu poſt accuſationem deſiſtat; ſed libellum famoſum
43 referri ad delicta priuata, oſtendit Petr. Theodoric. *de priuatis delictis cap. 2. aphoriſ. 16. num. 36.* & eſſe in arbitrio libellati agere actione libelli famoſi, vel actione iniuriarum aſſerit Carpzou. *pract. crim. quæſt. 98. num. 45. & 46. & ſeqq. par. 2.* ſed non recedas ab opinione Mattheù, quia ex crimine
44 libelli famoſi læditur ius publicum, vt ait Caualc. *de brach. regio par. 5. num. 261. circa finem*, & ideo non ſolum Iudex ex officio procedit, ſed poteſt ſtatim venire ad capturam, & etiam ad torturam ex proceſſu informatiuo, ſi ſtandum eſt Caualcan. *loc. cit.* qui allegat concordantes Bart. Marſil. Alex Dec. Gram. & Muſcatell. idem vult Muta *ad pragmat. tit. 40. de pœna edent. famoſos libellos num. 35.* vbi ait quod etiamſi partes iniuriatæ inſtarent, ne caperentur informationes, Iudex debet procedere, & omnes diligentias facere pro inueniendo autore, imo debet compellere partes ipſas iniuratas, vt declarent quis fuit iniuriator ex traditis à Gomeſ. *de delictis par. 3. cap. 12. num. 24.* argum. Gloſæ *in cap. ſi duo de pace tenenda, & eius violat.* Gloſa, & Doctor. *in l. mater C. de calumniat.* & Bouadill. *politica cap. 7. num. 54. lib. 3. par. 1.*

Quæro decimotertiò, an Iudex poſſit diſſimulare, & negligere hoc crimen? Matthæù *de re crim. contr. 74. num. 15.* reſpondet in hæc verba, *licet Princeps ſoleat hæc ſæpius deſpicere, vel ratione contenta in l. vnica C. ſi quis Imperat. vel quia boni Principis eſt cenſura ſubijci tamquam ea, quæ, quod turpe ſit, & indecorum, accuſet infamiæ diuulgatione: verum in*
45 *Magiſtratibus rationem inſtruendarum aurium veritate pura ceſſare eſt compertum, & ſic legis diſpoſitionem obſeruandam ſequitur. Controu.*
46 *verò 75. num. 22.* dicit quòd talis iniuria eſſe poteſt, vel eius conditionis offenſus, vt non expediat bono publico cauſam publi-
47 cè diſcuti, & refert aliquando vidiſſe acta ſecretæ Inquiſitionis lacerata, vel igne conſumpta, ne memoria temeritatis permaneret, & quod aliquando ſumpto prætextu ab alia cauſa, correctione condigna huiuſmo. di temeritates reſtrænatæ ſunt, aliquando penitùs remiſſæ tamquam ad lubricum linguæ relatæ ad Text. *in l. famoſi §. hoc tamen ff. ad leg. Iul. Maieſt.* & citat Ant. Matthæum *de criminibus lib. 47. ff. tit. 4. cap. 2. num. 4.* &
48 hoc magis placet, quam aſſertum illud Io: Bapt. Gargiarei *in tract. de libell. famoſ. cap. 10. num. 5.* quod Principes debent abſtinere à gratia in caſibus libelli famoſi, maximè contra ipſum Principem, vel eius Officiales ob mala, quæ ex tali Principis liberalitate prouenire aſſerit Caball. *crimin. reſol. 225. num. 10.* & ſubdit, quod male fecerunt Domini Bononienſes, qui ex mera liberalitate abſoluerunt à pœna capitali
49 quemdam Maſſium de Plancambis, qui contra Senatum Bononiæ Illuſtriſſimum famoſum libellum ſuper Altare Palatij Bononiæ poſuerat, & in pœnam pecuniariam Scutorum duorum millium condemnarunt, de quo caſu facit mentionem Angel. *in l. 1. in fine C. de famoſ. libell.* & eum refert Farin. *quæſt. 105. num. 478.* & Muta *ad pragmat. tit. 40. de pœna edent. famoſus libellus numer. 39.*

Quæro decimoquartò, an in Bannimen-
50 tis comprehendantur mandantes, & conſulentes? affirmatiuè ex Farinac. *conſ. 145.* Scortia *Theoremat. 326.* Angel. Menoch. Graff. Molina reſpondendum ſuadet Sanctor. *de pœnis par. 2. cap. 12. quæſt. 6.* nam verbum *componere* ſecundùm Britonium Prateium, & Caluinum comprahendit Mandantes, & conſulentes, qui omnes concurrunt in genere cauſæ efficientis, & dicuntur componere, & facere, & hanc opinionem pluribus alijs medijs tuetur contra Portel. *verbo libellus famoſus num. 10.* idem ex Farin. *quæſt. 105. num. 442. & ſeq.* & Cumia *ritu magnæ Curiæ cap. 54. num. 96.* firmat Gargiareus *de libello famoſ. cap. 9. numer. 3. & 18.*

Quæro decimoquintò, an comprehendatur ille, qui opponit contra aliquem fuiſ-
51 ſe expoſitum libellum famoſum? dic quod ſi apparet de libelli famoſi affixione ſeù publicatione facta ab alijs, poteſt teneri actione iniuriarum, quia cum huiuſmodi libellus opinionem libellati non lædat, vt ſanciuit Tex. *in l. vnica C. de famoſ. libell.* cõſequenter opponẽs facit libellato ſolùm iniuriam, vt dicit Sanctorus *de pœnis par. 2. cap. 12. quæſt. 9.* ſi vero non apparet de libelli
52 famoſi affixione, & publicatione, & opponens explicaret tenorem, & contenta in libello famoſo poteſt dici comprahenſus, non ſolum quia poteſt dici autor libelli, ſed etiam quia maculam inurit, & tenorem libelli publicat in alterius infamiam, vt innuit Sanctor. *loc. cit.* nam in hanc diſpoſitionem intrat, etiamſi non ſcribat & fingat ille, qui componit cantilenas, paſquillos, ſeu paſquinatas, ſi voce ſpargit in vulgus, ac ſi eſſent ab alijs compoſitæ, dummodo aliorum infamiam contineant, vt

ex An-

ex Angel, *in l. lex Cornelia §. fin. ff. de iniur.*
ait Sanctor. *loc. cit. quæſt.* 2 *verſ. in hanc di-*
*ſpoſitionem,* ſubdens, quod in tantùm ſunt
prohibiti libelli famoſi, in quantùm alios
infamant, ſiuè id fiat ſcripto, vel facto, vel
dicto, quod in vulgus publicatur, & ad hoc
eſt Text. *in cap. qui in alterius* 5. *quæſt.* 1. ibi:
*publicè ſcripturam, aut verba contumelioſa*
53 *confixerit*: quod ſi non explicet qualitatem,
& tenorem libelli famoſi, ſed ſolùm dicat,
& opponat fuiſſe contra aliquem affixum
libellum famoſum abſque alia ſpecifica-
tione, quia ex hoc poteſt remanere læſa
opinio ſuppoſiti libellati apud impruden-
tes, & debiles, etiam hoc caſu poteſt in-
trare actio iniuriatum ad tradita per Sãctor.
*loco cit. d. quæſt.* 9

Quæro decimo ſextò; an in bannimentis
compræhendatur is, qui factum contra ſe
54 libellum inuenit, & publicat? Portel. *ver-*
*bo libellus famoſus num.* 9. & Sanctor. *loc. cit.*
*quæſt.* 10. tractant articulum in terminis in-
curſus in caſum reſeruatum, & conclu-
dunt negatiuè ob rationem, quia finis re-
ſeruationis eſt, ne proximus infametur, qui-
libet autem ſuo iuri cedere poteſt, dum-
modò perſona publica non ſit, & cum
hæc ratio militet etiam in terminis incur-
ſus in pœnam, videtur reſpondendum ne-
gatiuè in terminis caſus propoſiti; & addo
aliam rationem, nempè quod iſte caſus po-
teſt dici, & eſt caſus mixtus, & ideò non
compræhenditur in diſpoſitione loquẽte de
caſu ſimplici, vt pluries dixi *in his Adnotatio-*
*nibus*, imò talis publicatio facta à libellato
55 non habetur in conſideratione, & nec no-
cet libellanti ſecundum Bartolum, & Ma-
ſcambrun, *locis relatis* à Gargiateo *in tractat.*
*de libell. famoſo capite tertio numero* 19. qui
ſubdit, quod adhuc componens eſſet pu-
niendus pœna ſaltem extraordinaria ob
temeritatem.

Quæro decimo ſeptimò, quot debeant
eſſe audientes, vel legentes ad hoc vt libel-
56 lus famoſus publicatus eſſe dicatur? agit
de hac quæſtione Sanctor. *de pœnis in* 2. *par.*
*cap.* 12. *quæſt.* 10. *verſ. ſuper qua*: vide apud
eum reſolutionem, & vide etiam Gargia-
reum *de libell. famoſ. cap.* 8. *num.* 41. *ſeqq.* qui
ex Peguer. *crim. deciſ.* 77. *num.* 10. concludit
ex ſola publicatione vni tantùm facta ma-
niſeſtantem puniri, quia per reuelationem
vni tantùm factam libellus famoſus fit pu-
blicus, & tranſire poteſt ad multorum au-
res, prout experientia docet.

Quæro decimo octauo. An libellans te-
neatur ſatisfacere libellato honorem ei re-
ſtituendo cum aliquo actu, & declaratione
57 publica? & affirmatiuè reſpondet cum Bo-
nacina, Sà, Nauarr. & alijs Sanctor. *d. cap.*
12. *quæſt.* 11. qui dat modum magis tutum,
& minus periculoſum, ſed iſti loquuntur
de ſatisfactione danda à libellante occulto,
& pro foro interno, idem tamen dicendum
quoad libellantem proceſſatum, & quoad
forum externum, nam condemnari ad
petendum veniam, vel canendum pali-
nodiam ad Textum *in cap. inter ſollicitu-*
*dines de purgat. canon. & cap. quiſquis* 8. *quæſt.*
*prima, & cap. peccatum de regul. Iur. in* 6. Ma-
rant. *Specul. aur. par.* 4. *num.* 17. *diſt.* 1. *verſ.*
*ſed iuxta hoc* Hoſtienſ. *in Summa de pœniten.*
*& remiſſ. §. quibus & §. qualiter, & §. quid de*
*accuſat.* cum alijs adductis à Couar. *var. lib.*
1. *cap.* 11. *num.* 4. Carauita *ritu* 311. *num.* 20.
58 Gratian. *Marchiæ deciſ.* 195. *num.* 1. Sed con-
trarium quoad forum externum debet con-
cludi cum Foller. *in apoſtilla* ad Marantam
*loc. citat.* quem ſequuntur Carauita *d. nu.* 20.
Gratian, *d. deciſ.* 195. *num.* 2. nam huiuſmo-
59 di ſatisfactiones fieri ſolent, quando partes
inter ſe concordant, non autem quando in
Iudiciò res agitur, quoniam tunc Iudex nõ
aliam pœnam imponet, quàm quæ ſibi o-
mnibus penſatis iuſta videtur, & ita ſeruari
dicit Couar. *loc. citato verſ. verum, vt ad pro-*
*poſitam*, & eum ſequitur Carauita *d. num.* 20.
vbi dicit hanc opinionem veriſſimam tàm
de Iure, quàm de conſuetudine, & ſequitur
etiam Gratian. *d. deciſ.* 195. *numero quinto.*
Cæterum Petrus Binsfeld. *in tract. de iniur. &*
*damno dato cap.* 1. *quæſt.* 11. *concluſ.* 4. *fol.* 215.
*& concluſ.* 6. *fol.* 220. tenet cum Maranta, &
Paride de Puteo, quod Iudex in foro fori
poſſit condemnare libellantem, & iniurian-
tem ad recantationem, & reuocationem,
vel ad petendam veniam, aut ad aliam ſa-
tisfactionem, vndè *in d. concl.* 6. firmat, quod
Iudex in foro exteriori arbitrando poſſet e-
tiam iniuriantem ad petitionem veniæ cum
genuflexione, aut ad aliam corporalem
humiliationem, & ſatisfactionem conde-
mnare. Nam, vt ſubdit *ibidem*, ſi Iudex in
foro conſcientiæ pro ſuo arbitrio iniurian-
tem obligare poteſt ad talem ſatisfactionẽ,
vt etiam Foller. fatetur, idque publicè,
quando iniuria publicè irrogata eſt, ergò
etiam Iudex in foro exteriori id arbitrari
poteſt, cum id non ſit alienum à recta ratio-
ne, & Theologi iudicant, quandoque ne-
ceſſarium id eſſe ad reconciliationem, & re-
ſtitutionem honoris. Deindè, proſequitur
idem Binsfeldius per tradita ſuperius, nempe
*in d. concl.* 4., quod Iudex poteſt condemna-
re in foro exteriori iniuriantem ad recanta-
tionem, & reuocationem per ſententiam,
& hoc grauius eſt, atque cum maiori vere-
cundia, & dedecore fit: ergo etiam ad pe-
titionem veniæ, aut ad aliam ſatisfactionem
mitiorem. Et hanc opinionem ſequor, quia
non video quare Iudex non poſſit talem
condemnationem facere ita vt ipſa ſatisfa-
ctio cedat in pœnam, imò ſi Reus ſit contu-
max, vel ſit præſens, & recuſet obſtinatè,
tunc Iudex mandat vt Præco, vel alia tur-
pis perſona præſente ipſo Reo in publico
nomine ipſius Rei palinodiam cantet, vt vi-
dere eſt penès Azeuedo *recopil. lib.* 8. *tit.* 10.
*leg.* 2.

*leg.* 2. *num.* 232. qui aliam cautelam dat *num.* 235. quam poteris apud ipſum videre.

Aduertendum tamen cum Muta *ad pragmat. tit.* 40. *de pena edentium ſamoſos libellos* ne in iſta retractatione Iudex inſerere faciat tenorem libelli in ſchedula recantationis, quam Reus, vel Præco eius nomine, legere debet coram Populo, & tamquam malè dicta, & non vera reuocare, quia eſſet error peior priore, quicquid velint Plot. *in conſ. crimin. diuerſ.* 131. *num.* 17. *& ſeqq. lib.* 1. & *in tract. de in litem iuran.* §. 46. *num.* 4. Burſatt. *conſ.* 94. *num.* 26. *& ſeq.* & Farin. *quæſt.* 105. *numero* 499. quos reprobat Muta *loco citato*.

Quæro decimo nonò. An minores compræhendantur in hoc edicto? Farinac. *conſ.* 30. *num.* 109. *& ex eo* Gargiarcus *de libell. fa-*
60 *moſ. cap* 6. *num.* 6. refert, quod infælix puer ſexdecim annorum fuit capitalitèr punitus.

Quæro vigeſimò. An compræhendatur is, qui facit libellum famoſum contra mortuum? agit de hac quæſtione Muta *ad pragmat. tit.* 40. *de pena edent. famoſ. libellos num.* 37. & dicit, quod Cæphal. *in conſ.* 341. *num.* 34. *& ſeqq.* dicit non compræhendi ex rationibus per eum recenſitis, ſed ipſe miratur de Cæphalo non ſolùm, quia indè hæres defuncti afficitur iniuria, ſed etiam quia nō minor eſt iniuria, quæ infertur mortuo, quàm viuo *l. prima ff. de his, quib. vt indign. l. ſororem C. eod. l. noſtrorum,* vbi Bart. *C. de teſtam.* Anania *in cap.* 1. *num.* 2. *extra de maled.* Marian. Soccin. Cyrill. Farinac. *locis per eum relatis*: vlterius dicit, quod & ex huiuſmodi libellis turbatur quies Ciuitatis, & Reipublicæ.

Quæro vigeſimo primò. An Bibliopolę,
61 & Mercatores librorum teneantur hoc Edicto ſi emunt huiuſmodi libellos famoſos, & retinent, & vendùnt? agit de hac quæſtione Gargiarcus *loco citato cap.* 8. *num.* 50. & Coler. *deciſ.* 154. *num.* 8. *& ſeqq.*

Quæro vigeſimo ſecundò. An pœna ag-
62 grauetur, ſi affixio libelli famoſi fiat in Palatio Principis, vel Eccleſia? Vide Gargiarcum *loco cit. cap.* 9. *per tot.* qui *in cap.* 8. *numer.* 62. ex Farinac. *conſ.* 30. agit de caſu tabellæ continentis alicuius infamiam ſub prætextu voti in Eccleſia affixæ. Vide eumdem Farinac. *quæſt.* 105. *num.* 477. vbi loquitur de affigente libellum in Palatio Principis, vel Communitatis, & de affigente picturas obſcænas in ianua Palatij in infamiā Poteſtatis: & vide eumdem Farin. *ibidem num.* 4?5. vbi loquitur de affigente libellos famoſos in Eccleſia.

# Cap. Vndecimi §. VI.

Chi violentemente, maſſime in publico, baſcerà, ò in altro modo impudicamente toccherà alcuna Vergine, ò donna honeſta caderà in pena di trecento ſcudi, e della galea per anni cinque, ò maggiore ſecondo gl'accidenti, che ne ſeguiſſero ad arbitrio di S. S. Illuſtriſſima.

*SVMMARIVM.*

1 *Violentia in oſculo Mulieri dato aggrauatur circumſtantijs.*
2 *Et punitur quandoque pœna mortis.*
3 *Quandoque triremium.*
4 *Quandoque exilij, relegationis, ſeu pecuniaria.*
5 *Sed vbi extant Bannimenta, illa ſunt ſeruanda.*
6 *Violentia in deoſculando debet fieri cum armis.*
7 *Iudex ex cauſa poteſt, ſed non neceſſitatur minorare pœnam Bannimentorum; quando ex illis punitur conatus.*
8 *Amor excuſat in oſculo dato violenter amaſiæ ſibi obuiam factæ, & imponitur ſolum pœna exilij, & pecuniaria.*
9 *Et nulla imponitur pœna, ſi detur de conſenſu Puellæ, ad hoc vt parentes conſentiant matrimonio.*
10 *Dummodo ſequatur matrimonium, alias intrat extraordinaria.*
11 *Oſculum datum Puellæ, vel Puero volenti non punitur criminaliter de conſuetudine.*
12 *Oſculum violenter datum Puellæ numquam fuit punitum pœna mortis.*
13 *Concurrentibus tamen circumſtantijs aggrauantibus, & cum illis concurrente contumacia oſculantis puniretur pœna mortis.*
14 *Sed ſi reus eſſet carceratus etiam concurrentibus circumſtantijs eximeretur à pœna ordinaria.*
15 *Oſculum datum Puellæ ſine violentia ad effectum impediendi matrimonium cum alio punitur pœna Bannimentorum.*
16 *Contrarium.*
17 *Corpus delicti in oſculo violento.*

Violentia adhibita in deoſculando mu-
1 lierem pœna extraordinaria punitur
de Iure, vt pluribus citatis Doctoribus firmat Farin. *quæſt.* 142. *num.* 160. ita tamen vt ſi talis violentia ſit mali exempli, &
2 circumſtantijs aggrauata poſſit imponi pœna vltimi ſupplicij, vt fuit impoſita Mediolani teſte Boſſio, qui *tract. crimin. tit. de extraord. crim. numer.* 3. affirmat quemdam Gallum fuiſſe decapitatum, Farin. *dict. q.* 142. *num.* 162. dicit tempore Clem. 8. fuiſſe Romæ in pœnam vitæ, & confiſcationis bo-

norum

norum in contumacia damnatum Nobilem Romanum, qui nobilem Virginem deoſculatus fuerat de die, vt duceret in vxorem, & fundatur hæc opinio in doctrina Bart. in leg. 1. in princ. ff. de extraordin. cri-
3 minal. & dicta pœna extraordinaria regulariter terminatur in pœna triremium, vt aduertit Boſs. loc. cit. & poſt eum Farin. d. quæſt. 142. num. 16. & Muta deciſ. 62. & Baſilicò deciſ. crim. 22. num. 6. & ita fuit ſeruatum Imolæ contra eum, qui ad effectum accipiendi in vxorem quandam Puellam vi in via deoſculatus fuit, vt habeo adnotatum pinna in margine ad Boſs. d. tit. de extraordin. crim. ſub num. 3. & ita pariter fuit ſeruatum penès Triuiſan. deciſ. 47. in fine & fuit ſeruatum, Aſculi contra Antonium Taſſertum de monte Sancti Poli, qui vigore litterarum S. Conſultæ ſub Datum Romæ 28. Aprilis 1655. fuit condemnatus ad triremes perpetuas, ob oſculum datum Puellæ in via, ſed quandoque imponitur
4 pœna exilij, pecuniaria, ſeu relegationis, vt inquit Afflictus dec. 276. & Caball. reſol. crim. caſ. 96. per tot. Hoc tamen procedit, vt dixit, de Iure communi, ſed in locis, vbi extant Ban-
5 nimenta, ſunt illa ad vnguem ſeruanda, vt in ſpecie ait Vrſil. ad Affl. dict. deciſ. 276. num. 2. Baiard. ad Clar. quæſt. 83. num. 32. & 33. Vinc. de Franc. deciſ. 333. num. 6. vol. 2. Farin. d. quæſt. 142. num. 171. & Baſilicò deciſ. crim. 22. numer. 5. & propterea Bannimenta noſtra in pœnis imponendis ſunt hic attendenda.

Quæro primò, An requiratur, quod
6 violentia fiat cum Armis? Sanfel. deciſ. 245. num. 7. tom. 2. tenet affirmatiuam.

Quæro ſecundò, An ex cauſa minoratio pœnæ admittatur? Reſpondeas affirmatiuè, potiſſimum verò in caſu Bannimentorum, in quibus puniretur Conatus, ac ſi deoſculatio ipſa eſſet ſequuta, quotiès enim per legem punitur affectus, ac ſi actus eſſet con-
7 ſumatus, Iudex ex poteſtate ſibi per legem conceſſa, poteſt, ſi vult, mitigare pœnam, ſed non neceſſitatur Angel. de Malef. verb. & ſemper num. 25. Salyc. Bald. & Felyn. locis relatis per Ioſeph Fontanell. conſ. crim. diuerſ. 97. num. 28. & 29. lib. 2. in paruis; & ideò ſi aliquis amore accenſus in publico deoſcu-
8 laretur puellam obuiam ſibi factam, puniretur exilio, & pœna pecuniaria, iuxtà opinionem Affl. deciſ. 276. Peguer. deciſ. 7. Farin. quæſt. 98. num. 84. Decian. lib. 8. cap. 15. num. 8. Menoch. caſ. 287. num. 1. & 2. Caball. caſ. 96. num. 1. & aliorum relat. per Giurb. conſ. crim. 47. num. 16. Et quidem aliquatenùs ignoſcendum ad exemplum Piſiſtrati Athenienſis Tyranni, qui Vxori hortanti, vt à Iuuene, qui amore captus eius filiam deoſculatus fuerat, capitale ſupplicium ſumeret, reſpondit: *ſi eos, qui nos amant interficiamus, quid his faciemus, quibus odio ſumus?* quod dictum referunt Menoch. de arbitr. caſ. 287. & Baiard. ad Clar. quæſt. 83. num. 30. & caſu, quo de Mulieris conſenſu, & præ-
9 cedente tractatu illam deoſculatus fuerit, vt inuicem Matrimonio iungerentur, & Parentes conſentirent, nulla penitùs pœna tenetur, vt ait pluribus Caball. loc. cit. n. 15.
10 quod eſt verum, ſi cum effectu ſequatur deindè Matrimonium Baſilicò deciſ. crim. 22. num. 26. aliàs intraret pœna extraordinaria, vt ex Lupo de illegit. lib. 1. §. 5. num. 112. inquit Baſilicò ibid. & dummodo ſint æqualis conditionis, vt benè aduertit Lupus loco citat. ſed impunitatem non admitterem de facili ob malum exemplum.

Quæro tertiò, An deoſculans mulierem, vel Puorum volentem, adhuc arbitrariè
11 puniatur Boſs. tit. de extraord. crim. numer. 3. Menoch. caſ. 287. num. 5. Clar. quæſt. 83. verſ. oſculum Caball. caſ. 96. numer. 10. Farin. quæſtion. 142. numer. 156. teſtantur non vidiſse quem criminalitèr moleſtatum.

Quæro quartò. Baiard. ad Clar. d. quæſt. 83
12 num. 33. teſtatur nunquam vidiſſe contrà oſculantes violentèr impoſitam pœnam mortis, & hoc idem dicunt Farinac. dicta quæſt. 142. nu. 163. & Caball. d. caſ. 96. n. 6. & 7. Ricc. collect. 2185. & relati per Baſilicò deciſ. crim. 22. num. 3. & 5. 14. Sed an concurrentibus nobilitate puellæ, deoſculatione
13 in via, vel in Eccleſia ad effectum dirimendi matrimonium cum alio tractatum deoſculans debeat damnari ad mortem? Caball. reſol. 96. num. 14. & Farin. loc. citat num. 163. reſpondent affirmatiuè in caſu, quo Reus eſſet contumax, nàm ſi eſſet præ-
14 ſens non condemnaretur in pœnam adeò ſæueram, & ſubdit Farin. quod ſi ille de familia Molariæ fuiſſet præſens, & captus abſque dubio non fuiſſet morti traditus.

Quæro quintò. An ſi Iuuenis deoſculetur Puellam, ad effectum impediendi matrimonium cum alio debeat puniri ad formam bannimentorum, ſi non interuenit
15 violentia? reſpondet affirmatiuè in terminis Vulpell: reſp. crim. 31. num. 2. verum non
16 videtur tuta reſolutio, quià bannimenta requirentia violentiam non poſſunt procedere, qualitate requiſita ceſſante.

Quæro ſexto, Quomodo probetur cor-
17 pus delicti in violenti oſculo? Vide Vulpell. reſp. crim. 147. per tot.

Quæro ſeptimò, An præſumi debeat, quod oſculum mulieri datum ſit luxurioſum? agit de hoc articulo Triuiſan. deciſ. 47. per tot lib. 2. & concludit, quod debet attendi ætas deoſculantis, & locum corporis deoſculatarum: nam ſi ſenex ſexuagenarius deoſculatur puellam quindecim annorum excluditur præſumptio luxuriæ, ceſſat enim effectus luxuriæ in ſene, licèt appetitus ſit ardens, & ideò oſculum luxurioſum dici non poteſt, & nec tale dici poteſt, ſi oſculum detur manibus, ſeù ad guttur, vel in fronte, vel ad genas, quià in ſimilibus lo-

cis dantur oſcula ad reuerentiam, amorem filialem, vſum Ciuitatis, in ſignum lætitiæ, & ſic abſque fine adulterandi: ſecùs ſi detur oſculum oculis, ad os, vel mamillas, nam tunc Oſculum diceretur luxurioſum, & ad luxuriam datum, quià amans amore concitatus, & ebrius tangit ore ſuo locum, vbi ſpiritus maior reſidet, & Triuiſan. *eod. num.4.* citat ad hoc Bald. *in cap.tuæ, num.4.de procurat.* Bero. *in rub. de Iudic. num.* 22. Clar. §. *adulterium verſ. ſcias etiam*, & reſpectu ad mulierem deoſculatam, niſi probetur eius conſenſus præſumptio ſtat pro illa. Vide eum, qui ità ait eſſe intelligendum Riminald. Iun. *conſ.* 155. *num.* 57.

---

# Cap. XI. §. VII.

Chi ingiurierà, ò motteggerà alcuna delle ſudette, ò gli farà altri atti diſſoneſti, incorrerà nella pena di cinquanta ſcudi, e di trè tratti di Corda.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iniura infertur verbo, facto, & ſcripto.*
2 *Corpus delicti in iniurijs verbalibus confunditur cum cognitione in ſpecie.*
3 *Debet tamen conſtare, quod in Ciuitate prolata verba reputantur prò iniurioſis.*
4 *Iniuria alia eſt atrox, alia enormis, alia eſt leuis.*
5 *Iniuria eſt atrox, ſi ab homine vili infertur nobili.*
6 *Seù Sacerdoti.*
7 *Maximè induto inſignibus Sacerdotalibus.*
8 *Veritas conuicij quandò excuſat.*
9 *Plures iniuriæ vno impetu prolatæ reputantur prò vnica.*
10 *Intellige vt explicatur hic.*
11 *Index procedit ex Officio, quando iniuria eſt atrox.*
12 *Et quando pars poſt accuſationem deſiſtit.*
13 *Quid ſeruetur in Satu Eccleſiaſtico.*
14 *Conſtitutio Marchiæ circà iniurias verbales quomodò intelligenda.*
15 *Actio iniuriarum eſt ciuilis, & criminalis.*
16 *Quomodò taxetur intereſſe ciuile in crimine iniuriarum.*
17 *Dictio, altri, refertur ad ſimilia expræſſis.*
18 *Pudibunda oſtendens debet puniri.*
19 *Nudus incedere inhoneſtum.*
20 *D. Carolus Roſatus nominatur honoris cauſa.*
21 *Fichas faciens manu remiſſiuè.*

Tendit diſpoſitio hu[illegible] §. ad conſeruandam famam, & bonam exiſtimationem Puellarum, ſicut enim deoſculat[illegible], ità & iniuria, imò quæuis obloquutio poteſt illis præiudicium afferre apud probos Viros, quamuis enim dicat Guarinus in eius Paſtore fi[illegible]o. *Bor a baciata à forza.*

*Sputando in terra ogni vergogna ſmorza.*

Nihilominus mulier, etiam per vim deoſculata, difficulter inuenit maritum; & hoc idem euenit, quando iniuriata eſt, maximè in re concernente pudicitiam, nam vt ait Ouidius in 2. *lib.* de Arte.

*Quid tuti ſupereſt, ſi nominis extat Adulter?*
Et huiuſmodi iniuria poteſt puellis inferri
1 verbo, facto, & ſcriptis *l.* 1. §. *iniuriam, ff. de*
*iniur.* §. 1. *inſt. de iniur.* irrogatur verbo
quandò quis profert verbum iniurioſum
*puttana*: infertur facto, quandò quis in *na-*
*tibus* cederet: infertur ſcriptis, quandò quis
ſcribit libellum famoſum, ſeù aliam ſcrip-
turam iniurioſam.
In probando corpus delicti in iniurijs ver-
bo illatis inquit Muſcatell. *de cognit.delict.tit.*
*de iniurijs, num.*1. 2. *& ſeqq.* quod non eſt ne-
2 ceſſaria cognitio, ſeù probatio delicti in
genere, ea potiſſimum ratione, quià hæc
delicta nulla poſt ſe relinquunt facti veſti-
gia, ſed confunduntur inſimùl cùm ipſo
actu, quo verba proferuntur, ſicque con-
funditur cognitio in genere cum illa in ſpe-
cie Clar. *in pract. quæſt.*4. *verſ. ſcias tamen*, &
Foller. *in pract.verb.capiat informationem nu-*
*mer.*13. ſed proſequendo materiam putat ip-
ſe Muſcatell. *loc.cit.num.*14. *& ſeqq.* & benè,
quod id non ſit indiſtinctè verum, ex quo
verba aliqua ſecundum Ciuitatis, ſeu Re-
gionis mores ſunt iniurioſa; aliqua verò
non, vt colligitur ex tex. *in l. Item apud* §.
*ait Prætor ff. de iniur.* Gram. *deciſ.*14. *num.* 9.
Bartol. *conſ.* 108. *in princ.* qui ait quod ver-
ba iniurioſa ſunt ea, quæ proferuntur in
alium contrà bonos mores Ciuitatis vt in
*l. item apud Labeonem,* §. *conuicium, ff. eod.* & ideò
in capiendo informationem de verbis iniu-
3 rioſis intendit, quod Teſtes de illis depo-
nentes debeant aſſerere, qualitèr dd. verba
ſecundùm mores Ciuitatis, & Regionis
communitèr iniurioſa, & infamatoria re-
putantur, & tanquàm iniurioſa, & in-
famatoria ad animum cuiuslibet reuocan-
tur, & hoc idem dixit in *tit. ſi quis Imper.*
*maledix: num.*8.
In iniurijs verò facto, vel ſcripto illatis,
corpus delicti, ex quo poſt ſe relinquunt ve-
ſtigia, probatur ex tenore ſcripturæ, vt di-
ctum eſt in terminis libelli famoſi, & reſ-
pectiuè ex adnotatione ſignorum, ſeu liuo-
rum in corpore, quatenùs ex percuſſioni-
bus remaneant, iuxtà tamen ea quæ anno-
tat Farinac. *conſ.*171. *per tot.lib.*2.
4 Et eſt aduertendum, quod iniuria verba-
lis eſt in triplici differentia, quià alia eſt a-
trox, alia enormis, & alia leuis, & differen-
tian-

tiantur ratione facti, loci, aut Perſonæ, vt
ait Franc. Maria Pratus *in additione* ad Muſ-
catell. *tit. de iniurijs verb. dicitur itidem.* & ideò
aggrauatur pœna in iniurijs dictis ab humi-
5 li perſona homini optimo loco nato, tex.
*in l. atrocem*, vbi gloſ. Bald. & Salyc. *Cod. de*
6 *Iniurijs*, & multò magis ſi fuerit dicta Sacer-
doti, potiſſimè ſi fuiſſet tempore iniuriæ
7 indutus inſignibus Sacerdotalibus Farinac.
*quæſt.* 105. *num.* 195. *& ſeqq.* & Iul. Carthar.
*deciſ. crim.* 37. *num.* 13. *&* 14. & Sanfel. *deciſ.* 63.
*num.* 21. qui ait fuiſſe condemnatum ad tri-
remes quemdam, qui intus Eccleſiam Paro-
chum pelicea, & Stola indutum per bra-
chia excuſſit, quia repræhenderat concubi-
natum, ſubdit tamen quod non procedit
talis pœna, ſi iniuria fuiſſet tantum verba-
lis, de qua nos loquimur. Et ità paritèr ag-
grauatur, ſi à plebeio dicatur iniuria puel-
læ nobili, & in theatro, Platea, vel in Ec-
cleſia, nam quæ de ſui natura erat leuis in-
iuria, fit atrox, & enormis ratione perſo-
næ, & loci ad tex *in d. l. atrocem*, & ad tradi-
ta à Farin. *quæſt.* 105. *num.* 205. *&* 206.

Quæro primò, An veritas conuicij excu-
ſet? vide Farin. *q.* 105. *num.* 219. *& ſeqq.* Cen-
tolin. *in addit.* ad Farin. *conſ.* 30. *lit. V.* *verbo*
*iniuria* Gaill. *obſeru.* 99. *par.* 2. Greuen. *concl.* 99
& Beſold. *theſau. pract. adauct. lit. S.* §. 41.
*verſ. quod quidem folio mihi* 874. vbi quod ex-
8 cuſat, dummodò *duo* copulatiuè concurrãt,
*primum*, quod crimẽ oppoſitũ re vera ſit pa-
tratũ; *ſecundum*, quod ante non ſit notum, &
manifeſtum: & vide Petrum Binsfeldium
*in tract. de iniur. & damno dato cap. primo q.* 9.
*concluſ.* 6. qui ait quod quędam crimina ſunt
quæ expedit Reipublicæ ſcire, vt latrociniũ,
veneficiũ, lepra, vt alij caueant ne inficiãtur,
defectus nataliũ, puta quod quis ſit ſpurius,
ne ad Dignitates, & Eccleſiaſticos Ordines
admittatur: Quædam ſunt, quæ ſcire parũ
curat Reſpublica, & ſunt priuata crimina,
vel etiam defectus naturæ, vt vnica forni-
catio occulta ex infirmitate commiſſa, aut
quod aliquis ſit pauper, & claudus. Is, qui
detegit prima non tenetur actione iniuria-
rum; ſecus in ſecunda ſpecie criminum,
nam defectus noſtros ſine cauſa detegi in-
humanũ, & iniurioſum eſt, vt ex Tex. *in l.* 2.
*C. quando, & quibus parta pars lib.* 10. inquit
Binsfeld. *loc. cit. concluſ.* 7. & hoc ſubdit eſſe
eſſe verum tàm de Iure Ciuili, quàm de
Iure Canonico, quia licet de Iure Canoni-
co iniurians ſemper teneatur actione iniu-
riarum, ſi non præmiſerit monitionem, &
correctionem fraternam, & caritatiuam, vt
ex Canoniſtis probant Faber. §. *Iniuria in-*
*ſtit. de iniur.* & Clarus §. *iniuria num.* 15. Alex.
de Neuo *conſ.* 82. *num.* 5. nihilominus quan-
do ſumus in foro fori, procedendũ eſt iuxta
præmiſſam criminum diſtinctionem. Vide
Doctores, quos citat Binsfeld. nempè Ro-
man. Oldrad. Bolognin. Panormitan. &
nota, quod crimen, quod intereſt Reipu-
blicæ fieri manifeſtum, debet probari, aliàs
obijciens debet teneri actione iniuriarum,
vt ex Boer. & Claro concludit Binsfeld. *loc.*
*citat.* & debet moneri ad illud detegendum,
& obijciendum ob aliquam iuſtam cauſam,
nam ſi libidinis, & iræ propriæ explendæ
gratia manifeſtauerit non liberatur ab actio-
ne iniuriarum, & à pœna debita, vt ex Text.
*in d. l.* 2. *& in l. iuſtiſſimos C. de Offic. Rector.*
*Prouinc.* Couar. Oldrad. Io: Andr. Roman.
Abb. inquit Binsfeld. *d. concl.* 7. & commẽ-
dat deciſionem S. Concilij Regij Neapolit.
quam refert Gram. *deciſ.* 57. & Maranta *in*
*ſpeculo par.* 4. *num.* 48. vt ſcilicèt quis teneri
debeat actione iniuriarum ſiuè verum, ſiuè
falſum crimen manifeſtauerit, quoties ani-
mo iniuriandi dixerit: & hoc modo ait eſſe
explicandũ Text. *in l. eum qui nocentem ff. de*
*iniur.* Quid ſi obijciat crimẽ verũ, quod iã e-
rat per Principẽ remiſſũ, vel erat per tortu-
rã purgatũ? Vide apud Binsfeld. *d. concl.* 7.

Quæro ſecundò. An plures iniuriæ vno
9 impetu illatæ vnica tantum reputentur in-
iuria, & vnica pœna plectantur? dic quod
vnica iniuria cenſentur, quando plura
proferuntur verba iniurioſa vnum tantum
conuicium continentia, vt etiam quandò
vnica oratione duæ inferuntur iniuriæ, qua-
rum vna veniat ad qualificationem alte-
rius, puta quod dicatur: interfeciſti homi-
nem proditoriè: ſecus verò ſi diuerſæ pro-
ferantur orationes continentes diuerſas in-
iurias, & ita dicit Farinac. *quæſt.* 105. *n.* 174.
*& quæſt.* 22. *num.* 28. qui multos DD. allegat
& præcipuè Bart. *in l. item apud Labeonem*
§. *ait Prætor num.* 1. *&* 2. *ff. de iniur.* & ego
addo eumdem Bart. magiſtralitèr loquen-
tem *in conſ.* 108. *per tot. par.* 1, vbi ponit ca-
ſum in eo, qui mulieri dixerat: *Sozza, do-*
*la, mal fatta, incendioſa, puttana, che io ti hò*
*tratto trè heredi dal corpo*: & in eo, qui dixit
*Sozzo, amalato, mendico, che tua Madre ſe*
*cercaua, e faceua figliuoli per le ſtrade*, & in
eo, qui dixit: *Tua Sorella è pur puttana, e la*
*figliuola*: *Và che maledetta ſia l'anima ſua, e*
*del tuo Padre, e tanti Diauoli habbino l'anima*
*ſua, quanti furono li cani, che ſe menò dreto.*

Sed licèt plures tunc cenſeantur iniuriæ,
nihilominus ſi eodem impetu ſint prolatæ
omnes cumulantur ad conſtituendum
vnicum delictum, nam vt ait Baldus *in l.*
*ſi familia ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* quando
10 delictum habet nomen collectiuum, & il-
lud ex pluribus actibus reſultat, & vnus ti-
tulus eſt criminis, vt iniuria, tunc dicitur
vnum delictum, & ita in terminis ex hac
Baldi doctrina concludit Petrus Binsfeldius
*in tract. de iniur. & damno dato cap.* 1. *quæſt* 9.
*concl.* 11. *fol. mihi* 77. motus etiam ex Text.
*in d. l. item apud Labeonem* §. *ait Prætor ff. de*
*iniur.* & ex auctoritate Bart. *in d.* §. *ait Prætor*,
& Couarr. *var. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 8. & in-
fert, quod ſi quis eadem oratione eodem
impetu, & furore plura verba blaſphemiæ

in Deũ effutierit vnius tantùm blaſphemiæ
pœna punitur, ac vna blaſphemia cenſetur,
ad quod allegat Cæpoll. *conſil. criminal.* 77.
Alc at. *in cap. cum non ab homine num.* 33. *de*
*iudic.* & Couarr. *loc. citat.* Et eſt verum qua-
tenus non extet lex particularis, ſeu Statu-
tum mandans, quod pro quolibet verbo in-
iurioſo imponatur certa pœua, nam eo ca-
ſu etiamſi vno impetu, & vna oratione plu-
ra verba, quorum vnumquodq; perfectam
ſignificaret iniuriam, proferantur, pluribus
pœnis proferens puniendus eſſet, vt ex Bart.
*in d. conſ.* 108. Iacob. de Arena, Io: de Platea, &
Couar. inquit idem Binsfeld. *loc. cit. concl.* 14.

Quæro tertiò. An in crimine Iniuriarum
Iudex poſſit ex officio procedere? vide Mu-
ſcatell. *de delict. cognit. de iniurijs num.* 21. *&*
31. & meliùs Sanfelic. *deciſ.* 63. *num.* 24. *&*
11 *ſeqq.* qui diſtinguit inter iniuriam atrocem,
& iniuriam leuem, nam in primo caſu Iu-
dex poteſt procedere ex officio, & citat Af-
flict. *in Conſtit. poſtquam citata in* 3. *not.* vbi
tradit exemplum iniuriarum atrocium: *ſe-*
*cundò* verò caſu non procedit ex officio; ſed
12 limitatur, quandò pars remittat iniuriam
poſt litem conteſtatam cum Fiſco, quia tũc
etiamſi eſſet imponenda pœna pecuniaria,
non obſtante remiſſione poſſet procedi ad
Fiſci inſtantiam Afflict. *in d.* 3. *not.* Tu qui
13 es in Statu Eccleſiaſtico, vide *Conſtitutionem*
*Marchiæ lib.* 4. *cap.* 9. cum aduertentia tamen
tradita à Baiard. ad Clar. *quæſt.* 58. *num.* 12.
quod non ſeruatur *d. Conſtitutio* in practica
niſi in leuibus delictis, vt in verbis, pugnis, &
ſimilibus. Sed quid dicendum in caſu, quo
14 iniuria verbalis eſſet atrox? puto quod poſ-
ſet procedi etiam abſque quærela non ob-
ſtante *d. Conſtitutione*, & ſequor doctrinam
Sanfelic. *deciſ.* 258. *per tot.* qui *num.* 3. refert
fuiſſe per M. C. Vic. condemnatam ad exu-
landum Magdalenam Todeſcam pro ver-
balibus iniurijs abſque vlla quærela.

Quæro quartò. Dicunt Doctores, quod
15 pro iniurijs agi poteſt criminalitèr ad pœ-
nam, & ciuilitèr ad intereſſe, vt eſt Text.
*in* §. *in ſumma inſtit. de iniur. l. Prætor edixit*
§. *ſi dicatur ff. eodem*, ſed quomodò taxetur
16 intereſſe? vide apud Farin. *conſ.* 30. *per tot. &*
*q.* 105. *n.* 35. *& ſeqq.* Gomez. *de delict. c.* 6. *n.* 7.
Gaill. *obſeru.* 65. *num.* 2. *lib.* 1. Clar. §. *iniuria*
*num.* 5. Cirill. *ſumma crim.* 24. §. *fin. num.* 3.

### Motteggiarà, ò farà altri atti dishoneſti.

Nota, quod verba. *altri atti dishoneſti* re-
feruntur ad actus inhoneſtos habentes natu-
ram iniuriarum verbalium: hæc enim eſt
7 natura dictionis, *altri*, vt ſignificet ſimilia
expreſſis, & ſecundùm expreſſa intelligatur,
ad Text. *in l. Titia teſtamento* §. *Lucius de leg.* 2.
Barr. *in l. quæſitum* §. *fin. ff. de fund. Inſtruct.*

Quid ſi oſtenderet pudenda? vide Text.
18 *in l. cum ſupra C. de re milit. lib.* 12. ibi: *publi-*
*cos oculos nudatus inceſſet.* Io: de Platea *in d. l.*
*cum ſupra*, & Romt. *in pragm.* 3. *num.* 2. *de*
19 *iniur.* inhoneſtum enim, & inuerecundum
eſt nudum incedere, & ſe nudum aſpectibus
hominum exhibere, & ipſis hominum ca-
daueribus natura indidit, vt virorum ſupi-
na, prona fœminarum fluctuare ait erudi-
tus, & facundus de Rubeis *foren. certam.*
12. *in principio*; hinc bene tempore Audi-
toratus Domini Caroli Roſati mei Anteceſ-
20 ſoris, quem ſemper honoris, & obſequij
cauſa nominatum volo, fuerunt in hac Ci-
uitate Bononiæ puniti fuſtigatione & exi-
lio quidam, qui in feſtiuitate, & ſolemni-
tate, quæ quolibet anno cum magno po-
puli concurſu, ſolet fieri in Platea publica
die feſto S. Bartholomæi, auſi fuerunt ſe
nudos populo exhibere.

Quid ſi manibus faceret cornua, aut fi-
chas? Vide Theſau. *deciſ.* 329. & Farin. *quæ-*
*ſtione* 105. *num.* 87.

---

## Cap. XI. §. VIII. ad XIII.

§. 8. Chi getttaſſe, ò faceſſe gettare adoſſo ad altri alcuna bruttura, ò altro per fargli oltraggio, ò vergogna, ancorche non lo coglieſſe, ò con alcuna bruttura ſporcaſſe il muro, porta, feneſtra, caſa, ò bottega altrui, ouero vi dipingeſſe, ò faceſſe dipingere, ò attaccaſſe corna, ò altre coſe in obbrobrio delli habitatori, ò Padroni Nobili, ò di honeſta conditione, incorrerà in pena della galerà per cinque anni, ò altra corporale ad arbitrio di S. Signoria Illuſtriſſima, etiam ſino alla morte naturale incluſiuè; & ſe ſaranno perſone vili, ò meretrici incorrerà in pena di ſcudi ducento, e di trè tratti di corda.

§. 9. Chi per ingiuria ſolamente romperà porte, feneſtre, vetriate, ò geloſia, ò tetti, ouero abbruſcierà impannate di Caſe, ancorche fuſſero di publiche meretrici, incorrerà in pena di ſcudi trecento, ò della galea per cinque anni, ò più ad arbitrio di S. Signoria Illuſtriſſima: mà ſe à fine più pernicioſo, la pena ſarà maggiore ſecondo la qualità del fatto ad

to ad arbitrio come di ſopra.

§. 10. Chi farà matinate à Vedoue, ò à Donzelle, ò ad altre Donne honeſte, particolarmente in tempo di notte, incorrerà nella pena di ſcudi cento, e della prigionia per vn meſe.

§. 11. Chi ſputarà in faccia ad alcuno per ingiuriarlo, ſarà punito con la pena di ſcudi cinquanta d'oro, e di trè tratti di corda, ò della prigionia per vn meſe, & con altre pene più graui, ſecondo la qualità delle perſone, e de' luoghi ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſsima.

§. 12. Chi offenderà alcuna perſona con tali parole, che ſe foſſero vere, l'ingiuriato ſarebbe notato di delitto infame, ſarà punito con la pena di ſcudi venticinque d'oro, e di trè tratti di corda.

§. 13. L'iſteſſa pena incorrerà chi darà mentite ad altri.

*SVMMARIVM.*

1 *Stercus proyciens in mulierem, vel fimo corrupto, cœno, luto obliniens, qua pœnæ puniendus remiſsiuè.*
2 *Stercorans fores alicuius, vel cornua affigens, qua pœna puniendus remiſsiuè.*
3 *Cornua affigens domui mulieris nuptæ mitratus, & cum ſcriptura in pectore fuit tranſmiſſus ad triremes.*
4 *Mitra, & ſcriptura viſa fuit rigoroſa Farinaccio.*
5 *Virilia, & muliebria depicta affigens domui mulieris nuptæ, ſed inhoneſtæ fuit condemnatus ad triremes.*
6 *Dummodò ad ignominiam, ſecus ſi ad deſpectum, vt in debitore, qui priapos pictos in folio affixit Oſtio ſui Creditoris.*
7 *Macriata in Regno quid ſit.*
8 *Teſtes deponentes de facto nocturno non lucente luna non probant.*
9 *Lapidum proiectio eſt leue delictum.*
10 *Nec admittit torturam.*
11 *Combuſtio impannatæ de tarta eſt leue damnum, ſed redolet iniuriam.*
12 *Iniuriarum actione coercetur omne, quod bonis moribus Ciuitatis improbatur.*
13 *Ignem faciens in via ob mortem ſui inimici tenetur actione iniuriarum.*
14 *Voluntas, & propoſitum diſtinguunt, & determinant maleficia.*
15 *Matinatas facere infert iniuriam.*
16 *Frequentare tacitè de nocte viam alicuius mulieris infert iniuriam.*
17 *Scampanatas facere viduis infert iniuriam.*
19 *Nec conſuetudo excuſat.*
20 *Sed ioco faciens excuſatur.*
*Ciambellaria quid ſit. num. 18.*
21 *Spuere in faciem denotat, quod perſona ſit vilis.*
22 *Iniuria in vitam, honorem, famam, ſunt inter ſe formalitèr diuerſæ.*
23 *Iniuria infamans quæ ſit. & num. 26. 30. & 31.*
24 *Iniuria verbalis vitium meretricij fœminis tribuens olim habita pro atroci, hodie ex abuſu loquendi non conſideratur.*
25 *Verbum vafrè, & indiſcretè prolatum ab altercante, nihil detrahit fœminæ probæ.*
26 *Dicere alicui, quod eſt bonus homo, eſt idem, ac dicere, quod eſt cornutus.*
27 *Idē ſignificat verbū* cuculus, *ſeu* cucurbita.
28 *Verbi,* cornuti *ethimologia.*
29 *Occidens excuſatur ſi occidit ex eo, quia fuit vocatus cornutus.*
32 *Mentita, quæ reprobatur à Iure.*
33 *Mentita cum qualitate addita, ſaluo honore tuo, an ſit punibilis, & quando.*
34 *Prouocato licet etiam in iudicio propulſare iniuriam cum mentita.*
35 *Mentitam dans ex iracundia excuſatur in aliquo.*
36 *Etiam ſi geminauerit illam.*
*Et tenetur tantùm de exceſſu. num. 42.*
37 *Homo dolore permotus non eſt in plenitudine intellectus.*
38 *Mentitæ geminatio arguit animum principalitèr diſpoſitum ad propulſandam iniuriam.*
39 *Attendi debet, quod ſit principalitèr, & non quod venit in conſequentiam.*
40 *Mentita data in iudicio pro defenſione ſui Iuris, non parit actionem iniuriarum.*
41 *Mentitam dans perſonæ vili, & abſenti excuſatur.*
43 *De Fratre, qui ſentiens banniri fratrem pro homicidio dixit:* Chi vuol dir ciò, mente per la gola.
44 *Verbum,* mentiris, *dicis mendacium, dicis falſum, in quo differat remiſsiuè.*
45 *Prouocatus impunè propulſat iniuriam incontinenti.*
46 *Dummodò concurrant requiſita inculpatæ tutelæ.*
47 *Pro iniuria duplicata debet dari pugnus, & non replicari iniuria.*
48 *Præuenire debet, qui videt aduerſarium cum cultro præ manibus.*
49 *Prouocatus verbis iniurioſis tenetur de exceſſu, ſi verbis diuerſam ſpeciem iniuriæ continentibus reſpondit.*
50 *Palinodia facilitèr commutanda eſt in deprecationem illi, qui prouocatus cum iniurijs verbalibus exceſsit. num. 50.*
51 *Intellige vt hìc.*
52 *Exceſſus commiſſus in propulſatione iniuriarum, quomodo debet puniri.*

Chi

## Chi gettaſſe, ò faceſſe gettare adoſſo ad altri alcuna bruttura.

1 DE proijciente ſtercus in Mulierem, vide Caball. *crim. reſol.* 71. Clar. *quæſt.* 83. *num.* 9. Menoch. *de arbitr. caſ.* 385. *num.* 2. & de eo qui firmo corrupto aliquem perfuderit, cæno, luto oblinuerit, eſt Text. *in l.* 1. §. *ſi iniuria ff. de extraordin. crimin.*

## O con bruttura ſporcaſſe il muro, porta, feneſtra.

De ſtercorantibus fores alicuius, vel eiſdem
2 dem foribus Cornua affigentibus, vide Decian. *tract. crim. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 53. Bertaz. *conſ. crim.* 237. *num.* 2. *vol.* 1. Farin. *quæſt.* 105. *num.* 469. Gargiar. *tract. de libell. famoſ. cap.* 8. *numer.* 56. & Rouit. *pragm.* 2. *numer.* 6. & *ſeqq. tit. de iniur.* Caball. *reſol. crim. caſ.* 71.

## Ouero vi pingeſſe, ò faceſſe dipingere ò attaccaſſe corna, ò altre coſe in obbrobrio.

Vide de hac materia citatos Doctores, & ſignanter Caballum, qui refert de eius, voto
3 fuiſſe tranſmiſſum ad triremes ad tempus eũ, qui cornua appenderat ad Domum Mulieris nuptæ, licet non ſine magna inhoneſtæ vitæ ſuſpicione, & quod ante tranſmiſſionem fuit mitratus, & cum ſcriptura in pe-
4 ctore ductus per Ciuitatem, quod vltimum rigoroſum viſum fuit Farin. *in add. ad quæſt.* 105. *num.* 469. & idem teſtatur Caball. *dict. loco* cueniſſe cuidam, qui virilia, & mulie-
5 bria depicta affixerat ad Domum mulieris inhoneſtæ, ſed nuptæ, quod tamen non procederet, quando dicta pictura non eſſet
6 ad alicuius ignominiam facta, vt teſtatur Bettaz. *conſ. crim.* 265. *num.* 1. & *ſeqq. lib.* 2. qui loquitur in eo, qui depinxit plures priapos in quodam folio, quod affixit Oſtio ſui creditoris, ſed mitius puniretur.

Stercoratio, ſeu conſpurcatio muri, Oſtij, feneſtræ Domus in Regno Neapolitano
7 vocatur Macriata, ſi credimus Anello de Sarno *pract. crim. de tit. diuerſ. delict. num.* 49. *fol. mihi* 14. *ibi in macriata, ſeu coinquinamento cuiuſuis coloris.*

Et de illa tractant Rouit. *pragm.* 2. *num.* 4. *tit. de iniur.* Nouar. *collect.* 3. *pragm.* 2. *num.* 1. *de iniur.* & *in collect.* 7. *pragm.* 27. *tit. de offic. magiſtr. iuſtitiar. num.* 2. vbi ait ex Ricc. *deciſ.* 63. *par.* 2. non probari macriatam per
8 teſtes deponentes de nocte non lucente luna. Anell. de Sarno *loc. cit. num.* 49. qui dicit eſſe vidend. Caball. *crim. reſol.* 71. & Scialoya *de foriudic. cap.* 3. *num.* 118. & Nouar. *d. collect.* 3. *in princ.* dicit de Iure communi eſſe viden. Text. *in l. ſi ſtatua ff. de iniur.*

## Chi per ingiuria ſolamente romperà porte, ò fineſtre.

Hoc crimen, vt plurimum fieri ſolet
9 cum proiectione lapidum, quod de iure eſſe leue delictum innuit Viu. *deciſ.* 368.
10 *num.* 5. ideo non poſſe pro illo deueniri ad torturam dicunt Foller. *pract. crim. par.* 3. *in princ.* Rouit. *pragm.* 2. *numer.* 1. *de iniur.* & Maranta *conſ.* 121. qui ait mulierem, quæ mandauerat cuidam Iuueni, vt noctis tempore poijceret lapides ſuper Domo Capitanei cuiuſdam terræ Baronis ad eius contumeliam, eſſe condemnandam ad pœnam pecuniariam, & non poſſe torqueri, vide rationes, quas latè adducit per totum.

## O abbrugiare impannate.

Eſt leue damnum, quando præcipuè im-
11 pannata eſt de carta, ſed redolet iniuriam, & eſt contra bonos mores Ciuitatis, & quod
12 bonis moribus improbatur, iniuriarum actione coercetur iuxta Text. *in leg. item apud Labeonem* §. *ait Prætor. verſ. ſi ad inuidiam ff. de iniur.* per quem Text. ego alias dixi iniuriarum actione teneri eum, qui ignem
13 in via publica accendit ob mortem, ſeu aliquod aliud infortunium ſui inimici.

## Mà ſe à fine più pernicioſo.

Supple ad effectum cauſandi incendium domus, ſiue ad effectum occidendi, vulnerandi, & huiuſmodi, nam iſtis caſibus, non actio, & pœna iniuriarum, ſed atrocior pœna intrat, quia voluntas, & propoſitum di-
14 ſtinguunt, & determinant maleficia, *l. qui iniuriæ in princ. ff. de furt. l.* 1. §. *diuus ff. ad leg. Corn. de ſicar. l.* 1. *C. eod. tit.* Giurb. *conſil.* 85. *numer.* 14. & Matthæũ *de re crim. controu.* 46. *num.* 10. Viu. *deciſ.* 75. & Nouar. *pragm.* 1. *collect.* 2. *num.* 4. *tit. de iniur.*

## Chi farà matinate à Vedoue, ò donzelle, ò altre donne honeſte.

Agit de facientibus matinatas, ſeù feriinas Io: Bapt. Gargiareus *de libell. famoſ. cap.* 11. *per tot.* vbi ait quod ex huiuſmodi matinatis multa ſcandala oriuntur, & quod ideo Principes, & ſuperiores non debent hoc admittere, & nec alicui concedere licentiam matinatas de nocte faciendi, etiam ſi prætextus ſit licitus, ſi pacem, & quietem in Ciuitatibus inter Ciues conſeruare deſiderant. Limitat tamen in facientibus matinatas meretricibus: in facientibus eas tempore bacanali palam, & publicè: & in ſponſo in honorem ſponſæ.

Sed vt verum fatear nunquam vidi, aut ſciui fuiſſe propter has cantiones proceſſum, niſi fuerint factæ cum rithmis inhoneſtis, & in-

& infamatorijs, quamuis etiam de Iure
15 communi facete matinatas inferat iniu-
riam, & aliquam infamiam, vt eſt Text.
*in l. item apud Labeonem §. hæc autem* ibi: *vel
cantet ff. de iniur.* Gloſ. & Angel. *in d. l. item
apud Labeonem §. minimè num. 2.* Muta rela-
tus à Gargiareo *loc. cit. num. 4.* & Farinac.
*quæſt. 105. num. 92.* vbi idem eſſe exiſtimat
16 de eo qui de nocte tacite viam alicuius Mu-
lieris honeſtæ frequentat: & *numer. 93.* ex
Boet. *conſ. 4. num. 13. & ſeqq.* inquit, idem
17 eſſe de facientibus ſcampanatas viduis.

De facientibus ciambellarias, quas, puto,
18 idem eſſe ac ſcampanatas tractat Rouit.
*pragm. 1. num. 1. de iniur.* Vbi dicit, eſſe vi-
dendos ad materiam Ciambellariæ Boer.
*conſ. 4. num. 13.* Præpoſit. *in cap. 1. oppoſit. 1.
extra de coniug. lepros.* Gulielm. de Benedic.
*in cap. Raynutius verb. qui cum alia num. 161.
extra de teſtam.* & Tholoſan. *Sintagm. Iur.*
19 *lib. 38. cap. 4.* qui, conſuetudinem non
excuſare determinat.

Tractat de eadem materia Nouar. *in
pragm. 1. de iniur. collect 2. num. 1.* qui *num. 4.*
20 ait, quod faciens ciambellarias iocosè, &
animo iocandi excuſatur, & teſtatur, ita in
facti contingentia obſeruatum vidiſſe.

## Chi ſputerà in faccia ad alcuno per ingiuriarlo.

Qui conſpuit in faciem alterius, innuere
21 videtur, quod ille ſit vilis, vt fertur de
philoſopho, qui ductus ad Domum priuati
benè ornatam, volens ſpuere, in Domini
faciem conſpuit dicens, nullam rem vi-
liorem eſſe in tota Domo, quam eiuſdem
Domini perſonam.

## Chi offenderà alcuna perſona con tali parole, che ſe foſſero vere, l'ingiuriato ſarebbe notato di delitto infame.

Iniuriæ in vitam, honorem, famam, pe-
22 cuniam ſunt inter ſe formaliter diuerſæ, vt
dicunt Card. de Lugo *de iuſt. tom. 1. diſp. 1.
ſect. 2. num. 38. & de pænitentia diſp. 16. nu-
mer. 650.* & eo relato Graſſett. *de nece pro-
ditor. §. 28. num. 19.* licet enim iniuria ver-
balis dicatur quando aliquid turpe impro-
peratur alteri Bart. *in l. apud Labeonem §. ait
prætor. ff. de iniur.* Bald. & Doctores *in l. 3.
in princ. ff. de liber. & poſthum.* Angel. *de ma-
leſ. verbo verba contumelioſa & iniurioſa,* nihil-
ominus non omne verbum iniurioſum
tendit ad eundem finem, nam vt eſt in Tex.
*in d. l. apud labeonem §. ſed quid adycitur* ver-
bum iniurioſum eſt illud, quo aliquid im-
properatur, quod bonis moribus aduertatur,
quodque ad infamiam, vel ad iniuriam, vel
ad inuidiam alicuius ſpectat, ideo benè hic
ſit diſtinctio inter iniuriam infamantem, &
non infamantem. Vide Farin. *quæſt. 105.
num. 17. & 18.* & vide Petrum Binsfeldium
*in tract. de iniur. & damno dato cap. 1. quæſt. 9.
in præmiſſis* vbi explicat ad noſtrum propo-
ſitum quæ dicatur *contumelia*: quæ *conuicium*:
quæ *improperium*: quæ *detractio*: quæ *ſuſurra-
tio*: quæ dicatur *deriſio*; quæ *irriſio*: quæ *ma-
ledictio*, & ponit differentiam inter vnum-
quodque horum verborum; & ex Domha-
ude. *in pract. crim. cap. 136.* aduertit quod
maledictio, quæ eſt quando quis proximo
mala, & dira imprecatur, vt precor malam
crucem, vellem te patibulo alligatum, &
huiuſmodi, non punitur, cum de his, & ſi-
milibus verbis iura nullam ſtatuere pœ-
nam, cum nihil aliud ſint quam leuia, &
futilia verba, quæ non admodum grauiter
alterum lædunt, & ſic etiam vſus nunc ob-
tinet, vt non agatur contra proferentem
talia verba.

Iniuria infamans eſt dicere mulieri, *ego te*
23 *deſponſaui*, vt inquit Bald. *conſ. 230. lib. 3.* quod
reincidit cum expreſſis per Nattam. *conſ. 60.*
quem allegat Clar. infra citan. nempe *tu ſei
puttana, che t'hò lauorato io cinquanta volte*, &
talis eſt etiam iniuria, de qua Barr. *conſ. 108.*
nempe *ſozza, idola, malfatta, incendioſa, putta-
na, che io ti hò tratto trè heredi dal corpo*, prout
refert idem Clar. *pract. crim. §. iniuria n. 1.* Ad-
uerte hic quod Matthæù *de re crim. contr. 29.
num. 19. lib. 1.* ait quod iniuria verbalis vi-
tium meretricij fœminis attribuens olim
multum æſtimabatur, & pro atroci iniuria
24 habebatur, ſed hodie ex frequentia, &
abuſu loquendi non ita grauis habetur,
quia iniuria penſanda venit ad menſuram
dedecoris reſultantis ex conuicio prolato,
quod augetur, & minuitur ex communi
æxiſtimatione, & citat Parlador. & Ant.
Matthæum. Nihil enim, vt ipſe ſubdit,
25 honoris, vel famæ detrahit fæminæ proba-
tæ vitæ, ac pudicæ verbum vafrè, aut indi-
ſcrete prolatum ab altercante, & conten-
dente cum ea, & quamuis Matthæù loqua-
tur de vſu, & frequentia ſuæ Regionis, ho-
dic huiuſmodi facilitas conuiciandi vbique
apud nos reperitur, & propterea vbique
etiã debet attendi id, quod ipſe inde deducit.

Infamat etiam dicens, *tu es bonus homo*,
26 quæ verba intelliguntur comunitèr, quod
eſt *Cornutus*, Soccin, relatus à Carauit. *rit. 311.
num. 22.* Clar. *loc. cit.* Cardinal. Neuizzan.
& Didac. Perez relati ab Azeuedo *recopil.
lib. 8. tit. 10. leg. 2. num. 79.* qui, idem eſſe
27 ait, in appellante coniugatum *cuculum*, ſeu
*Cucurbitam*; nam ex communi hominum
æſtimatione cornutus, ita vocatur ſecun-
dum Parlador. quem allegat, & *ibidem nu-
mer. 33.* tradit ethimologiam Verbi *cornuti*,
28 ideſt *nudus corde* tam ex parte adulterantis,
quæ cum cor ad amaſium habeat, quod
marito tribuere debebat, vxoris cor nu-
dum dici poteſt ab amore mariti, quam ex
parte

parte mariti, qui ſi ſcit, & patitur, ſine corde eſſe dici poteſt. De eodem verbo plura notabilia dicit Petrus Binsfeld. *de iniur. & damno dato cap. primo queſt. 9. concluſ. 4.*

Et hæc iniuria eſt adeò infamans, & atrox
29 vt iura excuſent ab homicidio eum, qui ſic
iniuriatus vulciſcitur, Gram. *decis. 23. numer. 2. & deciſ. 98. num. 2.* & Peguer. *deciſ. 78. num. 23. & ſeqq.*

30 Idem eſt in dicente *tu natus es ex monaca*, vel es *ſpurius*, vel tu es *hæreticus*, vel *malus Chriſtianus* Muta *ad conſuetud. Panorm. cap. 76. nu. 53.* & Azeuedo *recopil. lib. 8. tit. 10. leg. 2. num. 87.* vbi citat Perez. Couar. & Peguer. & Plach.

Idem eſt in dicente, tu es *proditor*, vel *la-*
31 *tro*, Azeuedo *loc. cit. num. 40. & 54.* vel in
appellante aliquem *ſodomitam* Azeued. *ibid. num. 32. & ſeq.*

## L'iſteſſa pena incorrerà, chi darà mentita ad altri.

Mentita connumeratur inter iniurias à Bart. *in l. item apud labeonem §. ait Prætor. n. 3. ff. de iniur.* & Nicaſſio *§. iniuria num. 3. Inſt. de iniur.* & dicitur eſſe iniuria grauis à Paulo Fuſco, Suarez, Iacob. Scult. ad Modeſtin. Piſtor. Farin. *locis relatis* à Zannhio *de mendaciis lib. primo cap. 4. num. 2.* qui enim mentitam alicui impingit, facit eum falſarium, vt ex Alciat. *conſ. 248. num. 5.* ſubdit Zannhius *loc. cit.* & eſt adeò atrox, vt multi di- dicant non tolli dedecus, niſi mentitus impingat alapam mentienti Kop. 2. *obſeru. 82. num. 4.* quem refert Zannhius, ſed inter Catholicos tenenda eſt opinio Boetij *de conſolat. lib. 4. proſ. 4.* quem refert Danza *de pugna Doctor. tom. 3. tit. de iniur. cap. primo num. primo*, nempè, quod facientes iniuriam ſunt accuſandi, vt pœnali remedio morbi culpa eorum auferatur, ſicut ægris non eſt inſultandum, ſed potiùs condolendum, ſic & iſtis, qui morbo vitiorum affecti ſunt & potiùs ſunt accuſandi, quam offendendi, vt pœnali acerbitate eorum malitia minuatur.

Aduertendum tamen quod iniuria non
32 eſt dicere alicui: *mentiris*, quandò profer-
tur ad ſui honoris defenſionem, puta, quod
quis dixerit alteri, quod eſt *fur*, vel ſimile,
& iniuriatus reſpondeat, *mentiris*, quia lex
hanc mentitæ ſpeciem iuſtam, & nulla pœ-
na dignam iudicat, vt docet Menoch. *con-
ſil. 41. numero decimo*. Secus ſi prolata fuiſ-
ſet ad impigendum mendacium aſſerenti,
quæ non repellit iniuriam, vt puta, Titius
dicit Caiũ ſoluiſſe Seio ſuo creditori, quod
ei debebat, & alter dicat mentiris, quod
Caius ſoluerit, nam iſto caſu mentita eſt pu-
nibilis, etiamſi per proferẽtem ipſam men-
33 titam fuerit additum ſaluo honore tuo, vt
ait Menoch. *loc. citat. num. 8. & 9.* Borgin.
Caualcan. *deciſ. 19. num. 32. par. 2.* Farinac.
*queſt. 105. num. 306. & ſeqq.*

Et quidem mentita excipiendo illata non continet iniuriam Scrader. Iacob. Vaud. Corraſ. relati à Zannhio *loc. cit. nu. 3.* quia fit animo honoris conſeruandi, & exiſtimationis defendendæ, & non iniuriandi cauſa, Gilhauſen. Scappa, Facchin. relati à Zannh. *d. num. 3.* certum eſt enim quod ſubiectum iniuriæ eſt animus, Danza *loc. cit. num. 4. & in addit.* ad Gramm. *deciſ. 37.* Paſchal. *de patr. poteſt. par. prima cap. 10. num. 37. circa finem*, & ideo qui ſine animo iniuriandi verbum iniurioſum profert, non debet puniri Capic. *deciſ. 58. num. 2.* & Clar. *§. iniuria verſ. quæro etiam.*

Verum huiuſmodi mentita adhoc vt ſit impunibilis, debet reponi incontinenti, add. ad Farinac. *conſ. 35. lit. L.* Mynſing. *conſ. 59. num. 20.* & alij quos allegat Zannh. *d. num. 3.* & ſi iniuriatus ſit abſens, quamprimum ſciuerit, vt ex Obrecht. & Greu. firmat Zannhius *loc. cit.* & mentita debet eſſe vera, & iniuria propter quam eſt data mentita, debet eſſe falſa, nam ſi crimen, quod obijcitur, ſit verum, & poterit probari, tunc mentita eſt illicita, & punibilis Farinac. *queſt. 105. num. 321.* Danza *loc. cit. num. 7.* & plures allegans Zannhius *eodem num. 3.*

Et non ſolum impunibilis dicitur eſſe mentita, quæ infertur ad proprij honoris defenſionem, & propulſationẽ illatæ iniurię, vt vltrà prædictos docent Lucas de Penna *in leg. erant col. 2. verſ. hæc faciunt C. de caſtr. pecul. milit. lib. 12.* Menoch. *conſ. 41. num. 10.* & alij ſuprà relati quicquid dicat Danza *d. cap. primo num. 9. & ſeqq.* qui ex Bart. Farinac. Caſtill. Muta ait quod verbum mentiris de per ſe eſt iniurioſum, quia inculpat de mendacio eum, contra quem dirigitur, poteſt enim, vt ipſe ſubdit, mentiens honeſtius reſpondere dicendo tu non dicis verum, quæ verba non inferunt iniuriam ſecundum Farinac. *d. queſt. 105. num. 317. & 327.* vel dicendo tu non es bene informatus ſecundùm Caſtill. *deciſ. 171. num. 30.* quod ampliat procedere etiamſi mentiens dixerit verum ex Caſtill. *d. deciſ. 171. num. 34.* & Caball. *crim. reſol. 154. num. 12.* Quia veritas eſt, quod mentita eſt impunibilis, quoties ſit repoſita in continenti, & pro veritate & ad repulſandum crimen illatum, vt dicunt Doctores, & ſignanter Farinac. *dicta queſt. 105. n. 309. 318. 321.* qui de communi teſtatur.

Non obſtat allegat doctrina Farinac. quia ibi Farin. ponit exemplum in eo, qui mentitam infert illi, qui aliquid aſſerit, vt negat abſque iniuria, & infamia & non eſt mirum quod dicat mentitam eſſe punibilem, quia non infertur ad defenſionem, ſed ad iniuriam, vt dixi.

Minùs obſtat quod verbum mentiris eſt de per ſe iniurioſum, quia dictum ad ſui defen-

fenſionem non eſt punibile, tum quia lex
hanc mentitæ ſpeciem pro iuſta, & licita
admittit, vt dixi, & probat Struuius *de vindi-
cta priuata cap.* 10. *aphoriſm.* 6. *per tot.* tum
quia iniuria mea cum iniuria tua compen-
ſatur, & ambæ mutua compenſatione tol-
luntur, vt ait Schultes ad Modeſt. Piſtor.
*obſeru.* 127. *num.* 26. *par.* 3.

Sed & excuſabilis eſt ſaltem à tanto etiam
35 mentita animo iniuriandi illata ab eo, qui
intenſo dolore motus exarſit iracundia, &
non potuit primos animi motus ex illa im-
prouiſa iniuria reprimere; nam huiuſmodi
36 delinquens excuſatur, etiamſi mentitam
geminauerit, quia vt ait Caualcan. *d. deciſ.*
19. *num.* 33. *par.* 5. Homo dolore permotus
37 non eſt in plenitudine intellectus, & non
poteſt habere frænum in ore, nec ſtateram
in manibus ad menſurandum verba, ac per-
cuſſiones ad eamdem menſuram, qua fue-
runt illata, ad Text. *in l. ſi adulterium cum in-
ceſtu §. Imperator ff. de adult. & cap. olim,* il pri-
mo, *extra de reſtit. ſpoliat.* imò talis gemi-
natio mentitæ magis, magiſque demon-
ſtrat animum illius fuiſſe principaliter diſ-
38 poſitum ad repulſandam iniuriam, cum
vti prouocatus id fecerit, prout notabiliter
argumentatur idemmet Caualc. *loc. cit. nu-
mer.* 35. qui ſubdit, quod propterea non eſt
curandum, ſi in conſequentiam, & ſecunda-
rio alter iniurietur, cum ſit ſemper atten-
39 dendum principale præpoſitum, repulſan-
di ſcilicet iniuriam, ad Text. *in leg. ſi quis
nec cauſam ff. ſi cert. pet.* Marſ. *conſil.* 67.
*numer.* 22. *lib.* 1. & Alex. *conſil.* 1. *numer.* 28.
*lib.* 3.

Et excuſatur etiam qui in Iudicio dat
mentitam aduerſario, quia mentita data
40 in iudicio pro defenſione iuris proprij non
facit quem teneri actione iniuriarum Text.
& Alberic. *in l. quæ omnia §. primo ff. de pro-
curat.* Rom. *conſ.* 96. *num.* 2. & Gratian. *di-
ſcept. forenſ. cap.* 81. *num.* 5. qui ait quod eſt
ſpeciale in iudicio, vt obijciens verum cri-
men ad proprij Iuris comprobationem, aut
defenſionem, non teneatur actione iniu-
riarum, cum ſecus ſit extrà iudicium Ro-
uit. *rub. de iniur. num.* 3. Paſchal. *de patr. po-
teſt. par. prima c.* 10. *numer.* 43. Contrarium
tenet Danza *de pugna Doctorum tom. tertio
tit. de iniur. cap. primo num.* 14. & 19. & fun-
dat ſe in Text. *in d. l. quæ omnia verbo finiri
oportet*, vbi gloſ. explicat verbum *finiri*, ideſt
*inquiri*, & *terminari*, & citat Claud. ad Ber-
tazol. *conſ.* 350. *ad finem vol.* 2. & ſequitur
D. Petra *ritu M. Curiæ* 191. *num.* 67. & hoc
idem vult Struuius *de vindic. priuata cap.* 10.
*aphoriſm.* 6. *num.* 4. qui tamen *in fine*, ſubdit
poſſe probabiliter elici ex dicto Textu non
eſſe iniuſtum verbis iniuriam repellere, cum
procurator, propterea quod Domino reſ-
ponderit, tu mentiris, non culpetur, vt di-
cunt Bartol. & alij *in dicta lege*.

Prout excuſari in aliquo cum, qui in per-
41 ſonam vilem, & abſentem dat mentitam
colligitur ex Sanfelic. *deciſ.* 63. *nu.* 19. Ludou.
Peguer. *deciſ. crim.* 13. *num.* 19.

Et iſtis caſibus quis punitur tantùm de
42 exceſſu ad tradita per Afflict. *deciſ.* 206. *num.* 3.
& 4. Caualc. *d. deciſ.* 19. *num.* 37. Vrſill. ad
Afflict. *loc. citat. num.* 13. Capic. *deciſ.* 58. &
Gram. *deciſ.* 37. qui teſtatur, fuiſſe condem-
natum quemdam Carolum ad exilium an-
nuale à Ciuitate, & diſtrictu, cum facul-
tate redimendi exilium pro vncijs vigin-
tiquinque de Carolenis, ex quo prouo-
catus (vltra mentitam) dixit alteri, quod
erat Spurius, prout talis erat, & iuſſit famu-
lis, vt eumdem interficerent, licèt pœni-
tentia ductus mandatum reuocauerit, &
nihil mali euenerit.

Vide Gallum *conſ.* 82. *per tot.* qui ponit
43 exemplum de fratre, qui audiens banniri
ſuum fratrem pro homicidio dixit, *ebi vuol
dir ciò mente per la gola*.

Et ſimillimus caſus ponitur per Ioann.
Bapt. Thor. *vot.* 93. *p.* 2.

De differentia inter verbum mentiris, &
44 verbum dicis mendacium, ſeù dicis falſum
aut non dici il vero, vide Farin. *quæſt.* 105.
*num.* 329. Bertazol. *conſ.* 152. *num.* 12. *ſeqq.
lib.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ.* 81. *n.* 1. & *ſeqq.*
& Danza allegatum ſupra *num.* 34.

Quæro primò, An prouocatus dicatur
excedere, ſi incontinenti iniuriam propul-
45 ſet? dic quod debent concurrere ea, quæ
dixi ſupra adhoc vt mentita ſit impunibilis,
nempè vt excipiendo impingatur inferenti
iniuriam: ſit vera: & incontinenti detur; &
his concurrentibus ceſſat actio iniuriarum
contra dantem mentitam, vt eſt Text. *in
46 leg. quæ omnia verſ. niſi fortè purgare ff. de pro-
curat, & in l. qui cum maior. §. ſi libertus* ibi: *&
ſi ab eo petitus retorſit in eum crimina ff. de bon.
libert. & in leg. vt vim ff. de iuſ. & Iure*; eo
enim caſu dumtaxat retorſio dicitur eſſe
defenſionis ſpecies, vt deducitur ex dictis
Iuribus, & probat Struuius *de vindicta pri-
uata cap. x. aphoriſm.* 7. 8. 9. & 10. Iacob.
Schultes ad Modeſtin. Piſtor. *obſeru.* 127.
*num.* 26. & *ſeqq. par.* 3. & Addition. ad Be-
ſoldum *Theſaur. pract. adauct. lit. R. verbo re-
torſio numer.* 57. nam regulariter omnibus,
qui iniuria verbali ſunt affecti, ad honorem,
famam, atque exiſtimationem ſuam con-
ſeruandam competit retorſio ſecundum
Harprect. §. *hac actio num.* 125. *Inſt. de iniur.*
& Matthæū Berlich. *pract. concluſ.* 64. *num.* 9.
*par.* 5. & altero ex his deficiente dans men-
titam excederet, & de exceſſu puniri debe-
ret ex dictis à Struuio *loc. cit. aphoriſm.* 10.
*num.* 7.

Quæro ſecundò. An dicatur excedere
qui conuiciatorem pugno percutit? reſpon-
deas affirmatiuè, quatenùs iniuria non fue-
47 rit duplicata, quia tunc non debet replica-
ri, ſed dari pugnus, quia loco tertiæ iniu-
riæ ſubintrat pugnus, alapha, vel id genus

ſecundùm Bolognett. *in l. vt crim. num. 95. verſ. ſecundò dicta concluſio ff. de Iuſt. & Iur.* & Io: Baptiſta Thor. *deciſ. 93. num. 47. par. 2.* maximè perſiſtente Aduerſario in rixa, in qua cum poſſit iniuriatus timere, ne nouitèr cum alijs verbis iniurioſis afficiatur, à quibus non poſſit ſe contrarijs verbis defendere, vt imponatur finis verbis, poteſt deuenire ad verbera, vt ſe liberet à violentia verborum, vt multum eruditè oſtendit Bolognettus *in lege vt vim numero 95. verſic. limitatur tamen, & verſ. nec obſtat ff. de Iuſtit. & Iure*, quem ſequitur Berlich. *d. concluſ. 64. num.* 31. qui citat etiam Harpreċt. (qui tamen videtur in contrarium ire) *in §. hac actio num. 211. Inſt. de Iniur.* & Gail. *lib. 2. obſeru. 100. num. 7. & ſeq.*

Et eò fortiùs ſi vidit Aduerſarium præ 48 manibus habere Cultrum, non enim debet expectare, ſed benè præuenire, & quidem impunè, quia, vt proſequitur Bolognett. *vbi ſupra verſ. nec obſtat*, cum ab initio iniuſtè iniuriatus fuiſſet, & ſe defendendo dediſſet operam rei licitæ, ſequitur, quod poſitus in diſcrimine vitæ, non ſolùm percutiendo eum pugno, ſed etiam interficiendo ad neceſſariam defenſionem feciſſe dicitur, ad Text. *in l. apud Labeonem §. vnde quæritur, & §. adijcitur ff. de iniur.* & Angel. *de maleſ. verbo & dictus Titius ſe defendendo n. 27. verſ. dicit tamen*.

Quæro tertiò. An teneatur de exceſſu is, qui prouocatus cum verbis alijs verbis iniurioſis diuerſam ſpeciem iniuriæ continentibus iniuriantem reuerberauit, ſeù etiam 49 in perſona offendit? reſpondeas affirmatiuè, prout alijs citatis Doctoribus reſpondet Struuius *de vindict. priuat. cap. 10. aphoriſm. 10. per tòt.* nam licèt in illo primo motu Homo non poſſit habere ſtaturam in ore, vt poſſit dare verba pro verbis, Borgnin. Caual. *deciſ. 19. num. 33. par. 5.*

Nihilominus teneri de quanto dixi *ſupra*, & docet vltra Doctores adductos à Struuio Auguſt. ad Angel. *de maleſic. verb. & dictus Titius ſe defendendo num.* 28. dicens, quod ſi quis minatus eſt mihi, & propter iſta verba iniurioſa illata contra me, vel propter alia verba iniurioſa, ego hoc modo protractus ſum in rixam, & vulneraui te, non debeo puniri de toto, ſed de quanto ego exceſſi, & citat Angel. *in l. ſi Adulterium cum inceſtu §. ita Imperatores ff. de adulter.* & idem volunt Caſtill. *deciſ. 171. num. 41. & ſeqq.* Farinac. *quæſt. 105. num.* 320. Io: Baptiſta Thor. *vot. 96. num. 21. & 74. parte 1.* Petrus Binsfeld. *de iniur. & damn. dat. cap. 1. quæſt. 9. concluſ. 4. circa finem*, vbi allegat Boer. Pappon. & Iul. Clarum, qui idem dicunt, & ponunt exemplum in eo, qui iniuria prouocatus occidit, Carpzou. *pract. crim. quæſt. 97. num. 40. par. 2.* vbi ait, quod percutiens cum pugno eum, à quo fuit verbis iniuria-50 tus mitius punitur, & quod palinodia facilius in deprecationem eſt commutanda; idem replicat *def. for. par. 4. conſt. 46. def. vlt.* & ſequitur Struuius *de vindict. priuat. c. 10. aphoriſ. 10. num. 9.* non quidem ex Sententia Iudicis (quod tamen ego ſequutus Binſfeld. non probo vt dixi *ſup. hoc capitulo*) quia 51 Iudex non poteſt condemnare Reum ad deprecandum veniam, & nec recantandum palinodiam, & nec ad ſe diſdicendum, vt ex Foller. *in addit.* ad Marantam *in prax. p. 4. num. 17. diſt. 1.* inquit Gratian. *deciſ. March. 195. num. 3.* & ſequitur Garon. *var. reſol. cap. 14. num. 141. & ſeq.* ſed ex partium concordia, quia huiuſmodi ſatisfactionē de cōſuetudine fiunt ex voluntate partium, quando volunt concordes eſſe, vt dicūt prædicti Doctores, ſed ego, vt dixi, exiſtimo, quod id poſſit fieri per ſententiā, quia quāuis ſatiſfactio partis ex diſdicta, vel ex retorſione non tollat facultatem Iudici procedendi, & delictum coercendi, vt inquit Carpz. *d. q. 97. nu. 41.* & Struuius *d. c. 10. aphoriſ. 12. num. 3.* nihilominus poteſt Iudex contētari, quod deprecatio partiū ſequuta cedat per ſentētiam in pœnam, vt multoties fieri videmus.

Vbi tamen Statutum palinodiam pro pęna inducit, vt eſt in Hiſpania teſte Azeuedo *recopil. lib. 8. tit. 10. leg. 2. n. 88.* ceſſat dubiū, & debet Iudex Reum ad hoc per ſententiam condemnare. Et tunc quando quis teneatur, vel non recantare, ponit Azeued. *loc. cit. num. 197. & ſeqq.* & Gratian. *d. deciſ. 195. in addit.* Carpz. *pract. crim. 97. n. 82. p. 2.*

Dictus verò exceſſus aliquandò purgatur 52 cum decreto abſolutorio, iuxta *deciſionē* relatam per Io: Baptiſtam Thor. *vot. deciſ. 93. n. 45. par. 2.* qui loquitur in mentita data in generali Concilio coram Gubernatore; aliquando purgatur ex pace ſequuta, ſeu conſenſu petito, & obtento iuxta *dec.* relatam à Thor. *vot. 96. num. 75. par. 1.* aliquandò purgatur cum carceratione paſſa per totum tempus, quo fuit fabricatus proceſſus, & decretatur, quod carcer cedat in pœnam, iuxta *deciſ.* relatam à Io: Bapt. Thor. *d. vot. 96. num. 76. par. 1.* vbi loquitur de alapa data in rixa, & tandem purgatur cum aliqua pœnitentia ſalutari iuxta conſultationem Ludou. Belli *conſ. 91. in fine*.

---

# Cap. XI. §. XIV.

Doueranno quelli, che compariſcono in Giuditio nelle loro ſcritture parlare modeſtamente, e non eccedere il modo nel dedurre le loro ragioni, ò de' loro Clienti, altrimente non gli giouerà la proteſta, che ciò faccino ſenza animo d' ingiuriare,

mentre

mentre offenderanno alcuno con ingiurie, eccetto però ſe tali coſe ſaranno dedotte à difeſa del Reo, e contro della Parte Auuerſa, ò teſtimonij; & eccetto anche, ſe chi in qualſiuoglia modo haueſſe dedotte tali coſe in giuditio, le prouaſſe ancora, e chi contrauerrà ſarà punito di pena pecuniaria ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſsima.

*SVMMARIVM.*

1 *Aduocatus debet eſſe modeſtus.*
2 *Scribens iuſſu ſui Clientis verba aſpera, & dura, tenetur actione iniuriarum.*
3 *Explica vt hìc.*
4 *Aduocato importuno interdicitur aduocatio.*
5 *Item verboſo procacitèr loquenti.*
*Et de nimis prolixo. num. 8.*
6 *Afflictus interdixit Aduocato importuno acceſſum ad domum ſuam.*
7 *Iudex non debet videri eſſe nimis impatiens.*
9 *Aduocato quandò liceat patrocinari in cauſa ſanguinis.*
10 *Aduocati boni requiſita remiſſiuè.*
11 *Procuratoris Officium non eſt vile, & contrarium procedit in Procuratoribus ad negotia.*
12 *Et dum dicuntur Canes Curiarum, & deuoratores Communium intelliguntur de Adminiſtratoribus municipum.*
13 *Proteſtatio citrà animum iniuriandi an ſit neceſſaria.*

1 ADuocatus debet eſſe modeſtus, & cum modeſtia coram Iudice proponere iura, & rationes ſui Cliẽtis, vt proficiat eidem, quia multoties Iudices indignantur proptèr aſperitatem Aduocatorum, vt ex Text. in cap. quoniam §. in alijs, vt lite non conteſtata, & in l. fin. §. ſi quis autem ff. de bon. eorum, qui mort. aduertit Afflict. conſtit. Regni cultus iuſtitiæ num. 11. & ex Aufrer. & Azeued notat D. Petra ſuper ritu Magnæ Curiæ 101. num. 64. circa finem.

Concordant Bannimenta cum ijs, quæ
ponit Oldeſopſ. tract. contra Carpzou. decad.
4. quæſt. 4. per tot. vbi quærit an Aduocatus
2 iuſſu ſui Clientis verba duriora, & apparen-
tèr iniurioſa ſcribens teneatur actione iniu-
riarum, & reſpondet diſtinguendo, aut ni-
3 hil facit ad cauſæ neceſſitatem, ſeù vtilita-
tem, & punitur, aut expedit, & non pu-
nitur, idem tenent Berlich. libro primo de-
ciſ. 72. n. 5. & ſeq. & Carpzou. lib. 2. tit. 5.
reſp. elect. 62. vide Text. in l. quiſquis C. de
poſtulan. & Gratian. diſcept. 81. nu. 19. Cyn.
& Fulgoſ. in d. l. quiſquis, & D. Petram in
ritu M. Curiæ 101. num. 70. qui explicat di-
ctum Text. in l. quiſquis, vt prohibeat conuicia, ex quo ſunt vltra litium vtilitatem, & Petrum Binsfeldum in tract. de iniur. & damno cap. primo quæſt. 9. concl. 8.

Aduocato, ſi fuerit importunus poteſt
4 interdici Aduocatio ad tempus, vel etiam
in perpetuum, Carauit. rit. 104 num. 6. Af-
flict. in Conſt. Regni cultus iuſtitiæ 2. not. num. 3.
& eſt Text. quem citat Carauit. in l. 1. §. fin.
ff. de Offic. Pref. Vrb. l. moris ff. de pæn. & l. prima
5 vbi Gloſſ. C. de poſtulan. idem de verboſis,
procacitèr loquentibus, vociferantibus inquit Gloſ. in l. ex ea ff. de poſtulan. Rebuff. in l. vnica num. 3. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, & Gabriel Berart. de viſitat. cap. 18. num. 27. & ſeqq. qui refert verba Diui Bernardi lib. 1. cap. 9. de conſiderat. ad Eugen. dicentis: *Miror namque quomodo religioſæ aures tuæ audiri ſuſtinent huiuſmodi diſputationes Aduocatorum, & pugnas verborum, quæ magis ad ſubuerſionem, quàm inuentionem proficiunt veritatis*: & ſubdit Berart. ibidem, quod tales procaces Aduocati, qui non ratione, ſed probris putant eſſe certandum, redduntur infames cap. ſi quis adeò 3. quæſt. 7. cap. in loco benedictionis 5. quæſt. 4. & quia in lingua peccant, in lingua etiam viuentes ſæpiſſimè puniuntur, vt dicit Gloſ. in §. ſæpè Inſt. quibus non eſt permiſſ. facere teſtam.

6 Inquit Afflict. loc. cit. ſe ſemel dixiſſe cui-
dam Aduocato, quod non accederet ad do-
mum ſuam, quia erat nimis importunus,
& num. 9. dicit, quod aliàs propoſuit in
mente ſua, non eſſe Iudex, vbi quidam erat
7 Aduocatus, & poſtea non fecit, ne nimis
impatiẽs argueretur. Idem de nimis verbo-
ſo, dicit Muta ad conſuetud. Panorm. cap. 68.
8 num. 16. vbi de illis, qui dùm incipiunt, di-
cunt pauciſſimis vtar verbis, & tamen lon-
giſſimi ſunt, vt ſtomacentur, & citat Iaſ.
Dyn. Riminald. Idem de cauilloſis, tumultuoſis, malè ſe in officio verſantibus, ait Zamar. de Offic. Iudic. par. prima quæſt. 9. numer. 252.

Aduocato quando liceat patrocinari in
9 cauſa ſanguinis, & quando non tradit Mar-
ſil. conſ. 1. Camill. Larata conſ. 30. in princ.
& Soccin. Iun. conſ. 105. in princ. vol. 3.

Requiſita boni Aduocati ponit Berart. de
10 viſitat. cap. 18. per tot. & Muta ad conſuetud.
Panormi cap. 68. num. 13. & ſeqq. qui inter-
præratur duo ad fauorem Curialium, illud
ſcilicèt, quod dicitur, Officium Procurato-
11 ris eſſe viliſſimum, vt ait Bart. in l. ſi quis
Procuratorem C. de Decurion. lib. 10. intelligit
procedere in Procuratoribus ad negotia,
non ad Iudicia; aliud eſt, quod Iaſ. in l. pri-
ma num. 15. C. de legib. vocat eos Canes Cu-
riarum, & deuoratores omnium Commu-
nium, & Berart. loc. citato ca. 18. numer. 42.
vocat malos Procuratores Canes Curiarũ, &
Deuoratores Ciuiũ, ac excoriatores Paupe-
12 rum, ſed intelligit hoc procedere, & intelligi
debere de Adminiſtratoribus Municipum.

De proteſtatione citra animum iniuriandi
13 an ſit neceſſaria, & an excuſet, vide diffusè apud Gratian. *diſcept. forenſ.* 81. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi citat Clar. Boer. Carauit. Salycet. Prob. Fælin. Ripa, Oltrad. Anch. & alios, & de ea agit etiam Binsfeld. *de iniur. & damn. dat. cap.* 1. *quæſt.* 9. *concl.* 8.

## Cap. XI. §. XV.

La medeſima pena incorrerà chi con lettere miſsiue ingiurierà altri.

DE ſcribentibus literas in obbrobrium & iniuriam alterius, loquuntur Frãc. Mar. Prat. *reſp. crim.* 17. Imol. *conſ.* 181. Carthar. *deciſ. crimin.* 65. *num.* 7. *& ſeqq.* Berlich. Manent. Marcabrun. ab Anguill. Farin. Vermigl. Marta, *locis relatis* per me *in hoc cap.* §. 1. *num.* 24. quibus addo Borgnin. Caualc. *deciſ.* 35. *par.* 5. *num.* 8. vbi allegat concordantes Cæphal. Burſatt. Boer.

# CAPVT DVODECIMVM.

## RVBRICA

## Che non s'imponghino Taglie, ne ſi faccino Superchiarie, ò Concuſſioni.

Continuatio huius Tituli ad præcedentem eſt clara, & plana, & non eget multiloquio. In præcedenti enim actum fuit de Iniuria, quæ fit perſonæ propter perſonam, in præſenti verò agitur de Iniuria, quæ fit perſonæ propter res, ſeu bona.

## Cap. Duodecimi §. I.

Fù la violenza ſempre mai deteſtata dalle Leggi, però Sua Signoria Illuſtriſſima volendo, che ogn'vno godi della libertà dello Stato Eccleſiaſtico, ordina, che tutti quelli, che ardiranno imporre taglie ad alcuno; ò doppo che ſaranno ſtate impoſte da altri l'eſſigeranno, ouero ſaranno mediatori, partecipi, auſiliatori, conſultori, ò fautori, anco inanzi, e dopò il delitto, ò ricettatori, ſiano puniti con la pena della forca.

*SVMMARIVM.*

1 *Talea tripliciter diſtinguitur.*
2 *Vna eſt, quæ à Superioribus imponitur contra facinoroſos.*
3 *Secunda, quæ imponitur victis in bello.*
4 *Tertia, quæ imponitur à facinoroſis.*
5 *Recaptus quid ſit.*
6 *Soluens taleam facinoroſis an puniatur remiſſiuè.*
7 *Recaptum committens an comprahẽdatur ſub Edicto loquente de talea. num.* 13. 15. 26.
8 *Statuta pœnalia tamquam odioſa ſunt ſtrictè interpretanda. num.* 14.
9 *Et nec ex paritate, ſeu maioritate rationis extendenda de caſu ad caſum.*
10 *Præſertim ſi aliqua ratio diuerſitatis poſſit conſiderari.*
11 *Delicta magis frequentia exemplari pœna ſunt punienda.*
12 *Lex abhorret modum delinquendi ſecurum.*
16 *Inuitus ſoluere quando quis dici poſſit.*
17 *Quod dicitur in genere pro expreſſo habetur in diſpoſitione, ſeu Conſtitutione.*
18 *Taleans aliquem an debeat mori, ſi non ſequatur exactio pecuniæ à minante, & taleante expoſtulata.*
19 *Conatus, ſeu attentatum in delictis ſemper mitius punitur.*
20 *Pœnitentia in delictis excuſat.*
21 *Imò & præſumptio, quod voluerit pœnitere.*
*Contrarium regulariter eſt verum. num.* 24.
*Sed fallit in rebus, in quibus res poteſt reſtitui in priſtinum ſtatum. num.* 25.
22 *Index vbi lex punit attentatum delictum vti conſumatum poteſt ſi vult mitius punire.*

*Sed*

23 *Sed ſi concurrat aliqua cauſa minuendi tunc omnino tenetur à pœna legis recedere.*

27 *Recaptans fuit furca ſuſpenſus licet recaptatus ab eius manibus fugiẽs nihil perſoluerit.*

*Quid ſi pęniteat eos, & dimittãt racaptatũ n. 30.*

28 *Minitans ferrum, & flammam ſub conditione, ſi voluntati eius minatus non ſatisfecerit quomodo puniendus.*

29 *Reo in dubio debemus fauere.*

31 *Mediatores, & participes in recaptu, ſeu tallcatione puniuntur eadem pœna cum principalibus, ſi ſint ſcientes, aliàs ſecus.*

32 *Scribens literas minatorias ad inſtantiam facinoroſi, an debeant, & qua pęna puniri.*

33 *Auxiliantes puniuntur eadem pęna cum principalibus, dummodò dederint cauſam immediatam, & cooperatiuam delicto.*

## Ardiranno imporre taglie.

TALEA eſt in triplici differentia vna eſt, quæ
1 autoritate ſuperioris imponitur contra facinoroſos, & malefactores,
2 & ſignificat præmium, quod proponitur facienti aliquid in ſeruitium, & beneficium Reipublicæ in damnum, & detrimentum hominum facinoroſum, vt innuit Bart. *in l. nulli ſalarium C. de præbend. ſalar. lib. 10. num. 2. & in l. 1. num. 3. ff. de iuſt. & iur.* & ibi Add. *litter. I.* & de hac plura dixi *in cap. 2. §. 4. num. 80. & ſeqq. & dicam infra in cap. 33. §. 13. num. 40. & ſeqq.*

Secunda eſt, quæ à victoribus imponitur
3 captiuis, victis in Bello, & de hac agit Bald. *in l. cum non redemptum C. de poſtlimin. reuerſ. & in l. nam & ſeruius ff. de negot. geſt.* & Alex. *in l. fin. ff. de captiuis.*

Tertia eſt, quæ à facinoroſis, exulibus,
4 ſeu hominibus malæ vitæ indicitur ijs, à quibus dicti facinoroſi intendunt extorquere pecuniam, & ſignificat angariam, ſeu tributum, quod abſque autoritate, & per vim exigitur, arg. eorum, quæ dicit Bald. *in l. hi quibus C. de fideicom. liber.* Bart. *in l. rura C. de omn. agr. deſert. lib. 10. & l. quæ quiſque ff. de acq. rer. domin.* & de hac tertia ſpecie loquitur Bart. *in l. in ead. cauſa §. ead. lege verſ. 3. modo ff. ad leg. Iul. de vi public.* & Vgolinus *de cenſuris Pontifici reſeruatis par. 2. cap. 18. §. 5. verſ. & diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt num. 7.* vbi ait quod latrones capientes Clericos, & pro eorum redemtione taleas imponentes, quod ſuperioribũs annis exules Romandiolæ factitabant in pœnam Bullæ Cænæ Domini non incidebant, ſicut nec etiã imponentes taleas pro bonis, ne conburantur, quod & ijdẽ exules ſæpius fecerunt: idem dicit Pueron, in Bulla Cænæ *cap. 5.* elengo omnes *num. 14.* & de hac tertia ſpecie taleæ agitur in Bannimentis noſtris.

Eſt alia ſpecies taleæ quæ potius poteſt dici gabella, & de ea copioſiſſimè agit Cauagnol. ad ſtatutum Montisferrati *decret. 72. §. 1. per tot.*

Quæro primò. An ſit neceſſe, quod imponens taleam habeat in eius poſſe, & per vim detineat taleatum? dic quod non, quia poteſt etiam imponi contra illum, qui non ſit captiuus, imo quando taleatus deti-
5 netur, propriè dicitur recaptus, & quamuis. Anellus de Sarno *in prax. crim. de probat. in genere num. 56.* videatur concludere, quod ſint ſinonyma, dicens quod recaptus committitur, quando capiuntur homines intùs habita, vel intus eorum domos, vel maſſarias, vel in quolibet alio loco etiam in vijs publicis, cauſa vt ab ijs extorqueatur pecunia, vel quando mittuntur ambaſciatæ, vel litteræ alicui ad petendam pecuniam, vel aliam rem, cum minis offendendi eorum perſonas, vel bona, ſi quod petitur, non mittatur, & citat Rou. *in pragm. 12. num. 3. de exulibus* Nouar. *deciſ. 39.* Capiblanc. *de Baron. lib. 1. pragm. 8. num. 76.* Scialoya *in prax. foriudicat. cap. 10. num. 17. & ſeqq.* & Dazza *de pugna Doct. de receptator. n. 69. & ſeq. to. 3.* nihilominus ſufficit quod quis inuitus cogatur ſoluere, quod fit imperio, vel minis, vel arreſtatione bonorum, vt explicat Duardus in Bulla Cænæ Domini *can. 5. q. 9. nu. 2.*

Quæro ſecundò. An ſoluens taleam in-
6 currat in pœnam? negatiuè reſpondent Danza *de pugna Doctorum to. 1. tit. de receptatorib. n. 37. & to. 3. tit. de ſent. foriudicationis c. 5. num. 15.* Nouar. *Vaſſal. grauam. 379. num 10. par. 1.* vide, quæ dicam infra *in rub. cap. de furtis num. 86.*

Quæro tertiò. An committens recaptum detinens ſcilicet aliquem per vim ad effectũ
7 extorquendi ab eo pecuniã, contineatur ſub hac bannimentali diſpoſitione? prima facie videtur reſpondendũ negatiuè, *ex dictis in 1. quæſito*, & etiã quia in hoc caſu nõ verificantur verba Bannimentorum, & conſequentèr
8 deficit eius diſpoſitio, ſiquidem ſtatuta pœnalia tanquam odioſa ſtrictè ſunt interprætanda, vt ferè in his terminis aduertit Campana *ſelect. reſol. 28. num. 1. & 3.* & nec ex
9 identitate, ſeu maioritate rationis ſunt extendenda de caſu ad caſum, vt ex Honded. Farin. Giurb. Rouit. & alijs dicit Dominus Orilia *in obſeru.* ad Campanam *d. reſol. 28. num. 2.* præſertim cum aliqua ratio diuer-
10 ſitatis poſſit inter vnum caſum, & alium conſiderari: nequit enim negari cum maiori facilitate committi concuſſionem, & extorſionem cum minis, quam cum detentione perſonæ vt perpendit Dominus Mattheus Homem Leitam *de iure luſitano tit. de Inquiſitionibus num. 31.* dicens quod leuius delinquit Graſſator, qui Sclopeta ad Viatorem directa illi mortem minatur, niſi burſam tradat, quam ille, qui per vim abſolutam illam extorquet, & hoc vult Danza *d.*

cap.

*cap. de receptat. num.* 71. nam, data diuerſitate, vnus caſus non compræhenditur ſub alio, quia legiſlator potuit moueri ad ità diſponendum ex ſolo motiuo remouendi facinoroſos à delictis, quæ cum facilitate, & maiori ſecuritate committi poſſunt, vt poſt Campanam *loc. cit. num.* 3. dicunt D. Orilia *ibidem numer.* 4. *&* 5: & Maiorana *in opo prax. crim. cap.* 13. *num.* 49. qui ex hoc inferunt, quod is, qui de perſona accedit ad incutiendum metum, non compræhenditur in diſpoſitione loquente de his, qui per nuncios, aut minaces epiſtolas alicui metum incutiunt, vt pecuniam mittat, nam conſiderari poteſt, ſunt verba Campanæ *d. num.* 3. legiſlatorem voluiſſe caſum in dicta diſpoſitione expreſſum, tàm exemplari punitione, ac tàm rigido forindicandi modo coercere, ex eo quia frequentiſſimè accidebat, vt facinoroſi homines perſæpe in nemoribus, & ſyluis graſſantes abſque vllo propriatum perſonarum interuentu, & periculo minis, & metu cogerent miſeros homines etiam in Ciuitatibus, & locis habitatis quiete degentes, ad ſe pecunia redimendos, atque ita tam ſecuro graſſandi modo ſuis ſceleſtis cupiditatibus ſatisfacerent: at caſus, de quo agitur, *ſunt verba eiuſdem*, licet maximum etiam ſcelus contineat, diuerſam tamen rationem, diuerſoſque habet terminos, non enim ita frequenter contingit, vt eiuſmodi delinquentes, qui ſolent hoc modo lucra extorquere, & vt plurimum innumeris alijs ſceleribus ſolent eſſe obruti, audeant ſe locis habitatis, & Ciuitatibus credere; non igitur mirum, ſi delictum *in pragmatica* expreſſum, vt potè ma-
11 gis fieqoentatum ſeueriore, & magis exemplari punitione pragmaticæ Conditor dignum cenſuerit ad Text. *in l.* 1. §. *puniuntur ff. de abigeis*, *& l. aut facta* §. *fin. ff. de Pœnis*, & delinquendi modum ſecuriorem
12 magis lex abhominetur, non igitur pragmaticæ rigor ad caſum vti minus frequentem, minuſque deteſtandum, ita minus exemplari coercitione indigentem trahendus, & ampliandus, cum non liceat in pœnalibus recedere à verbis ſtatuti, & vltra verba illud extendere, maximè vbi, prout in hoc caſu, rationis diuerſitas aſſignari poteſt, *iuxta iura vulgaria alias allegata* cum concordantibus adductis per Caball. *reſol.* 89. *num.* 1. *& ſeqq. & reſol.* 296. *num.* 9. *& reſol* 276. *num.* 2. hactenus Campana.

Contrarium videtur eſſe dicendum in
13 terminis noſtrorum bannimentorum, quia nihil refert quoad ſubſtantiam delicti, quod quis compellatur per actum extrinſecum attingentem perſonam, vel per actum intrinſecum attingentem animum, dum in vtroque caſu idem reſultat effectus, & proinde caſus recapti comprehenditur vt dicunt Campana *d. reſ.* 28. *n.* 2. Maiorana *d. cap.* 13. *n.* 49. Sed hæc ratio non ſatisfacit, ſi eſt vera
14 concluſio, quod ſtatutum pœnale, nec ex maioritate rationis, poteſt extendi, quā pluribus medijs comprobat D. Orilia *in d. obſer.* ad Campanam *reſol.* 28. *per totam*. Conſidero enim, quod caſus ſunt diuerſi, non ſolum per ea, quæ affert Campana, ſed etiam quia compulſio facta per detentionem, & capturam perſonæ, afficit corpus, & afficit animum, cum compulſio per minas, & per epiſtolam facta afficiat ſolum animum, &
15 ideo ad ſubſtinendam affirmatiuam debemus dicere, quod caſus recapti compræhenditur in Bannimentis ex vi eorundem verborum, nam verba *imporre taglie*, ſunt generalia, & apta cōprehendere quemcunque caſum, quo quis inuitus inducitur ad exburſandum pecuniam, vt de ſe patet; dicitur
16 autem inuitus ſoluere, qui vel imperio, vel minis, vel arreſtatione bonorum, aut perſonæ inductus ſoluit, vt ex ſumma Angelica inquit Duardus *loco citato ſupra num.* 5. ideo ſub dicta generalitate omnes caſus, etiam ille, quem excipit Campana, compræhenduntur, non minus, ac ſi verbis eſſent compræhenſi, nam & id pro expreſſo
17 habetur, quod in genere dicitur, vt ex Gloſ. Bart. Iacob. Schult, & Henning. Goden, inquit in ſimili Carpzou. *pract. crim. par.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 30. *&* 31.

Non obſtant adducta à Campana, Domino Orilia, & Maiorana *loc. ſupra citatis*, quia ipſi loquuntur *de pragmatica* diſponente contra eos, qui per nuncios, vel minaces epiſtolas alicui metum incutiunt, & non eſt mirum, quod velint dictam pragmaticam non comprehendere eum, qui per ſe ipſum accedit ad minandum, nam verba per ſe ipſa non comprehendunt hunc caſum, & rationis identitas non poteſt hoc operari, quia in pœnalibus non eſt licitum à verbis ſtatuti recedere, vt bene dicunt præfati Doctores. Minus obſtant adducta in primo quæſito quia generalitas verborum compræhēdit vtrumque caſum affirmatiuè ſcilicet, & negatiuè conſideratum.

Quæro quartò. An pœna furcarum ha-
18 beat locum, ſi cum effectu non ſequatur exactio pecuniæ à minante expoſtulatæ? videtur reſpondendum affirmatiuè, quia, verba *ardiranno imporre taglie ad alcuno, ò doppo impoſte da altri, l'eſſigeranno*, conſtituunt caſum exactionis ſeparatum à caſu impoſitionis taleæ, & minitationis, & per conſequens Bannimenta contentantur, quod alterum horum interueniat: ſed contrarium nempe, quod non intret pœna Bannimentorum, ſi non ſequatur effectualis exactio, ſuadet conſideratio, quod bannimenta volunt puniendos fore exigentes taleam, etiamſi ipſi eam non indixerint, & nec cum minis immediatè operati fuerint, ſed nullatenus dicunt, quod indicentes taleam, & minantes puniantur pœna mortis, etiamſi non exegerint, etenim non eſt bona conſequentia,

banni-

bannimenta volunt puniri eum, qui exigit,
& non taleauit, ergo pari modo volunt pu-
niri eum, qui ſolum taleauit, quia differt
vnus caſus ab alio. nam qui exigit, præſu-
mitur, & præſumi debet conſcius, & ſocius
criminis taleationis, & ſic de vtroque re-
quiſito participat, de primo certò, & liqui-
dò, & de ſecuudo præſumptiuè. Et ſic de-
lictum remanet in ſui eſſe perfectum,& con-
ſumatum: non ſic in minante, & taleante,
reſpectu cuius delictum remanet imperfe-
ctum, ſi exactio realis, & effectualis non in-
teruеniat, & propterea ſuccedit ad eius fa-
uorem regula generalis, & trita, quod at-
19 tentata ſemper mitius puniuntur, vt in his
terminis reſpondet Campana *d. reſol.* 28.
*num.* 4. Vlterius puto in caſu minarum ne-
ceſſariam eſſe exactionem, ad hoc vt intret
pœna mortis, quia donec non eſt facta ef-
fectualis exactio militat ad fauorem Rei
præſumptio, quod voluerit facti pœnitere
ad Text. *in l. interpretatione ff. de pœnis*: &
20 ſicut excuſaret pœnitentia effectiua, vt plu-
ribus oſtendit Farin. *queſt.* 124. *numer.* 168.
21 ita debet excuſare præſumptio pœnitentiæ:
in his enim ſtatutis, quæ, ſupponatur hoc in
caſû noſtro, puniunt attentatum vti con-
22 ſumatum, Iudex poteſt, ſi velit, mitius pu-
nire, vt ex Farin. *d. quæſt.* 124. *num.* 74. Bald.
*in l. data opera num.* 51. *C. de his, qui accuſ. non
poſs.* & Tiraquell. *de minoran. pœn. cauſa* 40.
*num.* 2. *&* 3. & Afflic. *dec.* 276. *num.* 8. *& in
conſtit. aſperitatem rub.* 21. *fallent.* 8, firmat
Carolus Ant. de Roſa *prax. crim. decret. ca-
pit.* 5. *num.* 22. *circa finem*. Sed quando ad
23 eſt aliqua cauſa minuendi pœnam vltra
eam, quod delictum non fuit conſumatum,
qualis eſt præſumptio pœnitentiæ in caſu
de quo agitur, tunc Iudex non ſolum po-
teſt, ſed tenetur pœnam minorare, vt ex Fa-
rinac. *loc. citat. num.* 76. probat Roſa *d. n.* 22.

Nec obſtat, quod poſt delictum perfectū,
24 pœnitentia regularitèr delinquentem non
excuſat, *l. qui ea mente ff. de furt.* nam vt ex
Bart. Bald. & Bald. & Farin. aduertit Car-
pzou. *pract. crim. par.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 39. prę-
25 dicta regula fallit in illis delictis, in quibus
res in integrum ſtatum poſt conſumationē
reſtitui poteſt, vt in furto, & delicto diffi-
dationis, & minitationis, quotieſcumque
enim literæ, vel ſigna inflammationis, ſeù
minitationis reuocentur, terror prorſus ceſ-
ſat, vt ſubdit Carpzou. *d. num.* 38, & licèt
ipſe ad hoc, vt pœnitentia minorationem
pœnæ operetur, requirat, quod minitan-
tem pœniteat,& ſigna pœnitentiæ oſtendat,
antequam carceretur, & in carcerem con-
jiciatur; nihilominùs Io: Otto Tabor. *in
analyt. expoſit. ad Carolin. Conſtit. tit. de furt. in
reſponſ. Epiſtolar. poſt artic.* 154. *verſ. eſt autem
regula fol. mihi* 535. admittendam pœnitentiā
etiam nimis ſerò obuenientē aſſerit ex Do-
ctrina eiuſd. Carpzou. & Matthęi Berlich.
quos citat.

Quid in caſu recapti, quandò ſcilicèt per-
ſona detinetur ſequeſtrata? res non tranſit
26 ſine magna difficultate, quia ad pœnam
ordinariam ſufficit detentio, & perſonæ ſe-
queſtratio, vt dicunt Campana *d. reſol.* 28.
*n.* 4. *in fine*,& Roſa *d. cap.* 5. *nu.* 2. qui teſtatur
27 fuiſſe furca ſuſpēſos quoſdam, quamuis Sa-
cerdos, quem pro recaptu detinebant, eadē
nocte ab eorum manibus aufugiſſet. Con-
ferunt, (ſed ex ſupra dictis non placet,) quæ
28 in terminis eius, qui ferrum, & flammam,
& quidquid præterea poteſt detrimenti, a-
lijs minitatur non purè, ſed ſub conditione,
ſi voluntati eius non ſatisfecerint, hoc, vel
illud non dederint, aut fecerint, firmat poſt
multos, quos citat Carpzou. *d. quæſt.* 37. *nu-
mer.* 52. *& ſeqq. & præſertim num.* 57. & po-
teſt eſſe ratio, quia compulſio facta per a-
ctum extrinſecum, per capturam ſcilicet, &
detentionem perſonæ, qua, vt dixi, corpus,
& animus detenti affligitur, cum afferat
exemplum pernicioſiùs, & denotet ma-
iorem contemptum iuſtitiæ, debet etiam
maiorem, & graiorem animaduerſionem
præſeferre, & ſicut Iudex in Statutis pu-
nientibus conatum tenetur ſuadente ali-
qua cauſa minorante recedere à pœna
ordinaria, *vt dixi*, ita ſuadente aliqua cau-
ſa aggrauante debet ſeruare formam Statu-
ti, & pœnam in eo indictam ad vnguem
imponere: Alia melior ratio deducitur ex
doctrina Angeli *in l. vnica num.* 2. *C. de pri-
uatis carceribus*, dicentis, quòd ſi captura
à principio non eſt licita, tunc ſi detentus eſt
incluſus, momentanea incluſio ſignificat,
quod delictum conſumatum eſt: & Ange-
lum ſic dicentem refert, & ſequitur Ho-
memleitam *de Iure Luſitano tit. de inquiſition.
num.* 70. & eumdem Angelum ab impugna-
tione Marſil. *in conſ.* 136. *num.* 1. defendit
D. Thom. Valaſcus *allegat.* 13. *num.* 174. ex
hac enim Angeli doctrina dicimus, quod
eo ipſo, quod quis pro recaptu captus eſt,
cum talis captura à principio non ſit licita,
ſtatim delictum dicitur conſumatum, &
perfectum, & ideò exigit omnem pœnam
pro huiuſmodi ſcelere ſtatutam.

Verum tamen eſt, quòd autoritas Cam-
panæ, & Roſæ non poteſt deſeruire, & da-
re nobis normam, quia ipſi loquuntur in
terminis *pragmaticæ* expreſsè punientis ſolā
ſequeſtrationē. Doctrina Angeli reiecta eſt
à Marſilio *loco citato*, & inſuper Angel. *ibi-
dem* facit differentiam inter eum, qui captū
includit, & eum, qui in via detinet, quan-
do æquè detentus in via, ac is, qui includi-
tur dicitur captus. & ſua libertate priuatus,
vt ipſemet Angelus fatetur *ibid. n.* 1. Ratio
tandem ſupra adducta non multùm vrget.
quia militat vbi adeſt Statutum puniens at-
tentatum, ideò cogita, quando eueniet
caſus, & conſidera, an doctrina Capzou.
29 & Otto Tabor militet etiam in iſto caſu, in
dubio enim Reo debemus fauere *l. non puto
C. de*

*C. de Iure Fiſci*, & in mitiorem inclinare
*l. interpretatione ff. de pœnis*, dummodò tamen facinoroſos facti pœnitet, & detentum dimittunt, quia tunc ipſis non nihil
30 indulgendum, firmant in ſimili Matth. Colet. *par. 2. deciſ. 232. numero ſecundo* Dan. Moller. *ad Conſt. Elector. 16. par. 4.* Matth. Berlich. *par. 4. concl. 23.* Petr. Heyg. *par. 2. quæſt. 32. num. 15. & ſeqq.* & his relatis Carpzou. *pract. crim. par. 1. quæſt. 37. num. 35.*

### Mediatori, Partecipi, &c.

Supple cum clauſula, *dummodò ſint ſcientes*,
31 nam ſi ignorant factum, nedum à pœna mortis, ſed à quauis pœna debent eximi, vt benè aduertit Carpzou. *pract. crim. par. 1. quæſt. 37. num. 48. & 49.* in omnibus enim delictis, animus, & voluntas debet attendi *l. Diuus Adrianus ff. ad leg. Corn. de ſicar. l. verum §. ſciendum. ff. de minor.* cum alijs Iuribus adductis *ibidem* à Carpzouio, & quidem ita intelligi debet communis illa Doctorum concluſio, quod Auxiliatores eadem pœna cum Principali ſunt afficiendi, de qua Corn. *conſ. 8. lib. 3.* & Crauet. *conſ. 220. numer. 12. par. 2.*

Sed quæro, An ſcribens literas minato-
32 rias ad requiſitionem facinoroſi, & nihil aliud agens debeat puniri ad formam Banimentorum? Agit de hac quæſtione Carpzou. *pract. crim. par. 1. quæſt. 37. num. 58. & ſeqq.* & relata opinione affirmantium, teſidet in negatiua ſententia, non ſolùm ob Conſtitutionem Imperij, ſed etiam, quod facit pro nobis, quia ſcribens tantummodò literas minaces, auxilium non præſtat diffidatori in ipſo actu delinquendi, ſeù diffidationis, qui potiſſimum conſiſtit in emiſſione, & oblatione literarum ſcriptarum iuxta doctrinam Salycet. *in leg. vnica C. de rapt. Virgin. numero 24.* præſertim cum & eum, cuius iuſſu literæ diffidatoriæ ſcribuntur, pœnitere poteſt, antequam vlteriùs quicquam contra illos, ad quos ſcriptæ ſunt, attentet, & citat ad hoc Dan. Moller. *ad Conſtit. Elector. 14. par. 4. num. 3.* & reſpondet axiomati Doctorum volentium, Auxiliatores eadem pœna cum Principali affici debere, dicendo, quòd procedit in ijs, qui
33 immediatè cauſam dant delicto, & opem cooperatiuam principali delinquēti in ipſo delicto præſtant, qualis eſt is, qui literas diffidatorias iam ſcriptas affert, aut affigit, quo ipſo diffidationis delictum perficitur, & allegat ad hoc Soccin. Couar. Plach. Salyc. & Carrer. & ita reſolutum teſtatur. Vide eum in occurrenti caſu, & Berlich. *par. 4. concluſ. 21. num. 9. & ſeqq.*

## Cap. XII. §. II. ad IV.

§. 2. Vieta anco, che alcuno non ardiſca di sforzare, ò con minaccie, ò terrore indurre alcuno, quantunque attinente à far alcun contratto, diſtratto, vltima volontà, ò altro atto, ò à farne reuocatione; nè alcuno ardiſca di far ſorte alcuna di conceſſione, ò ſuperchiaria, perche ſe ſarà in coſa importante, e ne ſuccederà l'effetto, incorrerà la pena della morte: & ſe leggiera, ò non ſuccederà l'euento, di cinquecento ſcudi, e della galera per dieci anni, ò in luogo della galera, dell'eſilio ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima, & in oltre il delinquente caderà da qualunque commodo, che gli riſultaſſe da tal'atto.

§. 3. Non ſia alcuno, che quantunque ſenza violenza, in qualſiuoglia modo impediſca, ò tenti d'impedire altri, che non facci contratto, ò diſtratto, ò teſtamento, ò qualſiuoglia altra vltima volontà ſotto pene pecuniarie, e corporali ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima, etiam ſino alla morte incluſiuè, e di perdere ogni commodo, che riſultaſſe da tale prohibitione d'applicarſi alla parte leſa con obligo di rifare ogni danno, & intereſſe etiam di lucro ceſſante à quelli, che doueuano eſſere ſcritti Heredi, Legatarij, ò Fideicommiſſarij, ò altri, che veniſſero offeſi da tal impedimento, da liquidarſi con il loro giuramento.

§. 4. Commanda in oltre à chiunque hauerà notitia di qualſiuoglia concuſſione, taglia, ò ſuperchiaria, che debba denunciarlo à Sua Signoria Illuſtriſſima ſotto pena di ſcudi cento, e di trè tratti di corda, ò in luogo della corda di trè meſi di prigionia.

*SVMMARIVM.*

1 *Materia concuſſionis ad faciendum, vel non faciendum contractus, diſtractus &c. à quibus Doctoribus tractetur. & 5.*
2 *Prohibens aliquem teſtari, tenetur pœna falſi.*
3 *Et ſic arbitraria de iure communi.*
4 *Sed vigore Bannimentorum determinata eſt certa pœna.*
6 *Violentia etiam ſine armis commiſſa punitur.*
7 *Datur exemplum.*
8 *Violentia debet eſſe grauis in compellente aliquem ad teſtandum, ſed in prohibente ſufficit leuis.*
9 *Aſſignatur ratio.*
10 *Metus, & minarum qualitas debet in ſpecie probari.*
*Et concludenter per teſtes idoneos. num. 16.*
11 *Inducens teſtatorem verbis accommodatis ad donandum, teſtandum &c. non eſt puniendus.*
12 *Perſuadere non eſt prohibitum, etiamſi fiat voce elata.*
13 *Perſuadere cum ſuggeſtionibus, & malis artibus non præſefert punitionem, ſed inducit nullitatem actus.*
14 *Perſuadere cum minis punitur.*
15 *Etiamſi minans non ſit ſolitus minas exequi.*
17 *Rei, & non accuſatoris probationes attenduntur ſi ſint pares.*
19 *Et ſi adſit præſumptio ad fauorem rei.*
*Metus in dubio non præſumitur illatus. num. 18.*
20 *Officialis præſentia excludit metum, & violentiam.*
21 *Differentia inter verbum compellere, concutere, & ſuperchiare.*
22 *Compellere eſt per vim inducere ad aliquid faciendum.*
23 *Concutere eſt inducere per intimorationem.*
24 *Etiamſi concutiens non ſit officialis.*
25 *Superchiare eſt inducere aliquem ad faciendum aliquid per auctoritatem, & opem Potentis.*
26 *Compellere ſignificat actum extrinſecus perſonam attingentem.*
27 *Concutere ſignificat actum intrinſecus animum perſtringentem.*
28 *Superchiare ſignificat actum extrinſecus, ſeu intrinſecus perſonam attingentem.*
29 *Dantur exempla. & 30.*

## A fare alcun contratto, quaſi contratto, diſtratto.

De hac materia adeſt *in Iure, tam in ff. quã in Cod. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit,vel coegerit*,& pleniſſimè tractat de ea Far.
1 q.161.*per tot.*& plures allegat Doctores,& ſignanter Bart.Roman.Paul.de Caſtro,Iacob. de S. Georg. Alex. Fulgoſ. Io. Sicard. Boſ. Clar. Anchar. Regien. Tuſc. & Menoch. *loc. per eum relatis*.

Inquit Farin. *ibid. num. 1. & 3.* quod pro hoc delicto intrat pœna falſi, ex eo quia
2 qui prohibet aliquem teſtari dicitur occultare veritatem iuxta Text. *in l. Paulus ff. de falſ. & l. præſcriptione C. ſi contra Ius, vel*
3 *vtilit. public.* & quod propterea eius pœna eſt extraordinaria, & arbitraria Iudici.

Verum Bannimenta determinant pęnam
4 mortis, quando huiuſmodi falſitas eſt commiſſa in re magnæ conſiderationis, hoc enim ſignificant verba, *in coſa importante*, & ſortita fuit ſuum effectum: ſed quando eſt in re parui momenti, ſeu non habuit effectum imponit pœnam triremium, ſeu exilij; & priuationis cuiuslibet commodi ex dicto actu reſultantis.

Plures ampliationes, & limitationes po-
5 nit Farin. *loc.cit. à num. 5. vſque in finem*, ideo recurras ad eum in facti contingentia.

Quæro primò: An violentia, de qua in Bannimentis, debeat fieri cum armis? dic, quod non, quia Bannimenta loquuntur generalitèr, ibi: *ò con minaccie, ò terrore, indurre*, & ſic includunt omnem violentiam cum armis, & ſine armis factam, & concordant cum Iure communi, de quo
6 iure punitur etiam violentia ſine armis commiſſa, vt deducitur ex traditis per Farinac. *d. quæſt. 161. num. 5. & 6.*

Quæro ſecundò. Quomodo poteſt committi violentia ſine armis? dic quod com-
7 mittitur priuato carcere: verberibus: denegatione ſeruitiorum: denegatione neceſſariorum, & huiuſmodi, ſecundum Farinac. *d. quæſt. 161. num. 22. 34. & 35.* & committitur etiam minis,vt poſt alios oſtendit idem Farin. *ibid. num. 21.* vbi ponit exemplum in eo, qui teſtatori dicit, interficiam te, niſi me, vel Titium inſtitueris.

Sed aduerte, quod non omnis metus,
8 nec omnis vis in compellendo aliquem ad faciendum contractum, diſtractum, ſeu teſtamentum operatur, vt compellens puniatur, ſed requiritur quod ſit grauis, vt puta mortis, vel cruciatus corporis, aut alius, qui cadat in conſtantem virum Farinacc: *d. quæſt. 161. num. 79.* qui alios plures allegat concordantes, qui circa qualitatam metus faciunt differentiam inter metum, per quem quis compellitur facere, puta ad teſtandum, & illum, per quem quis prohibetur facere, puta teſtari: in primo enim caſu requiritur metus grauis: ſecundò vero quilibet metus ſufficit, & ratio eſt ſecun-
9 dum Corneum relatum à Farinac. *ibidem num. 65.* quia facilius quis inducitur ad non faciendum, quam è contra.

Ideo neceſſe eſt, quod in ſpecie probetur
10 qualitas minarum, & metus ad hoc vt Iudex poſſit cognoſcere, an importent metum talem, qualem requirunt Bannimenta, vt in ſimili adnotauit Guazzin. *reor.defenſ.4. cap. 3. num. 7.* & ratio poteſt eſſe, quia valet
11 quis ſermonibus accomodatis inducere teſtatorem, vel alium ad contrahendum, do-

nandum, teſtandum, nec ex hoc reputatur
culpabilis iuxta doctrinam Cornei *conſ.* 209.
*num.* 26. *lib.* 2.

Ex hoc in facti contingentia ego dicebam,
quod ſi ſermo, & loquutio facta conſiſtit in perſuadendo ſimpliciter, non præ-
12 ſefert metum, & nec prohibetur, quia per-
ſuadere non eſt prohibitum, etiamſi fiat vo-
ce alta, & elata Corn. *conſ.* 209. *num.* 26. *lib.*
2. Pariſ. *conſ.* 67. *num.* 30. *& ſeqq. lib.* 3. ſi
13 ſermo conſiſtit in perſuadendo cum ſugge-
ſtionibus, & malis artibus, nec poteſt dici
prohibitus ad effectum criminalitatis, ſed
tantum ad effectum, vt annulletur contra-
ctus, & reficientur damna, & expenſæ Ga-
briel *conſ.* 99. *num.* 4. *lib.* 1. & Farin. *d. quæſt.*
161, *num.* 44. Si verò ſermo conſiſtat in per-
14 ſuadendo cum minis, tunc abſque vlla diſ-
ficultate eſt prohibitus, vt ex Roman. Corn.
Afflict. Mantic. inquit Farin. *d. quæſt.* 161.
*num.* 21. *&* 23. vbi ampliat procedere, etiamſi
15 minans non ſit ſolitus minas exequi ad tra-
dita per Petr. Peck *de teſtam. coniug. cap.* 3.
*num.* 3.

Hoc tamen procedit, quandò conſtat ma-
nifeſtè, & concludentèr de minis per teſtes
16 idoneos, & omni exceptione maiores, Fa-
rin *loco cit. num.* 74. nam ſi non ſunt tales, &
Reus aliquid adducit ad excluſionem me-
tus, debet plus credi teſtibus ipſius Rei,
quàm alijs accuſatoris, etiamſi probationes
17 pares exiſterent, Nouar. *vaſſall. grauam.* 158.
*num.* 12. *&* 17. Pacian. *de probat. libro* 1. *cap.*
50. 32. & Cabreros *de metu lib.* 1. *cap.* 9.
18 *num.* 14. etenim in dubio nec metus, nec
vis, nec compulſio, & nec prohibitio præ-
ſumitur Farin. *quæſt.* 161. *num.* 69.

Et puto, idem procedere, quando adeſt
19 ad fauorem accuſati aliqua præſumptio ex-
cluſiua metus, puta quod contractui fue-
rint præſentes conſanguinei illius, qui di-
citur concuſſus, Cabreros *dicto lib.* 1. *cap.* 9. *nu.*
17. & multò magis, quandò nedum con-
20 ſanguinei, ſed & officiales, Prætor ſcilicèt,
& Notarius interuenerunt, ob rationem,
quia metus non præſumitur in loco, in quo
Iuſtitia, & eius adminiſtratores exiſtunt,
Iaſ. *conſ.* 164. *num.* 16. Cabreros *loc. cit. cap.*
10. *num.* 7. & Iudicis, ac Superioris præſen-
tia metus præſumptionem excludit, vt poſt
Menoch. *conſ.* 508. *nu.* 26. adnotauit Larrea
*Fiſcal. allegat.* 35. *num.* 12. *par.* 1. Præſertim
verò ſi Officiales ex ſe, motu proprio, &
ad nullius inſtantiam perquirant contrahē-
tem, an ſpontè ſua, & libenter contrahat,
& ille abſque vlla tergiuerſatione affirmet,
etenim tunc & metus, & quælibet violen-
tia prorſus excluſa dicitur, vt ait Larrea
*d. alleg.* 35. *num.* 12. & ex his obtinui liberari
R.D. Franciſcum Palencham in Curia Bur-
gi, cum fuiſſet condemnatus ad relegatio-
nem per triennium in Tribunali Auditoris
Cameræ.

Quęro tertiò. An ſit differentia inter cō-
pellere, concutere, & ſuperchiare? primà
facie videntur eſſe ſinonyma, & vnum, &
idem ſignificare: ſed ponderata vi, & na-
tura cuiuslibet horum apparet in aliquo in-
21 ter ſe ſe differre: nam compellere dicitur is,
qui per vim aliquem repugnantem inducit
ad aliquid faciendum argumento eorum,
quæ dicit Farin, *quæſt.* 109. *num.* 76. Concu-
22 tere dicitur is, qui metum infert, & eo il-
lato alium inuitum inducit ad facien-
dum, quod non vult, vt deducitur ex
mente Amad. *de ſindic. num.* 16. & Farin.
*quæſt.* 111. *num.* 42. *&* 43. vbi explicat ver-
23 bum *concutere*, hoc eſt intimorare, & citat
Gloſ. *in l. prima verb. ablatum ff. de concuſſion.*
Bonifat. de Vital. *tit. de concuſſ. num.* 1. Par.
de Put. *de ſindic. verbo Iudices cap.* 7. Iodoch.
*pract. crim. cap.* 129. *rub. de concuſſ. num.* 2. &
Decian. *tract. crim. lib.* 8. *cap.* 35. *num.* 24. &
quamuis hi omnes dicant concuſſionem
cadere propriè in perſonam eius, qui occa-
ſione dignitatis, & officij alios terret, &
præmit, nihilominùs verificatur in caſu
24 Bannimentorum etiam in iis, qui alios ter-
rent, & metu inducunt ad faciendum. Su-
25 perchiare verò dicitur is, qui recurrit ad
fauorem Potentis, vel alicuius factionarij
ad hoc vt ope, & auxilio, & calore eiuſdem
inducat aliquem ad contrahendum, vel di-
ſtrahendum, & licèt in hoc non habeam
legem, aut Doctoris autoritatem, attamen
non poſſum recedere ab hac interpretatio-
ne, quæ benè quadrat intellectui. Et vt
magis explicetur materia in quolibet horū
capite, dico, quod verbum compellere ſi-
26 gnificat actum extrinſecùs perſonam attin-
gentem, argum. Text. *in l. in eadem cauſa*
*§. in eadem lege verbo deiecerit ff. ad leg. Iul. de*
*vi publ.* vbi Bart.

Verbum, *concutere*, ſignificat actum in-
27 trinſecus animum perſtringentem, & po-
teſt verificari in caſu poſito in Textu *in lege*
*ſaccularij §. ſunt quædam ff. de extraordin. crim.*
ibi: *pleriſque inimicorum ſolent in prædium ini-*
*mici lapides ponere indicio futuros, quod ſi*
*quis eum agrum coluiſſet malo læto periturus eſ-*
*ſet inſidijs eorum, qui ſcopulos poſuiſſent: quæ*
*res tantùm terrorem habet, vt nemo ad eum*
*agrum accedere audeat, crudelitatem timens eo-*
*rum, qui ſcopeliſmum fecerunt.*

Verbum verò, *ſuperchare*, poteſt habere
28 vtrumq; actum, ſcilicèt extrinſecùs, & in-
trinſecus perſonā tangentem, nam ſi quis
cōuocat homines, & facta hominū vnione,
29 accedit ad aliquem compellēdū, certè dici-
tur, ſuperchiare, vt explicaui *ſupra cap.* 9. &
etiam ſuperchiare dicitur, qui ad perterrefa-
30 ciendum aduerſarium ad hoc vt deſiſtat à
lite, vel aliquid aliud faciat, ſuperimponit
domui inſcriptionē alicuius potentis, vel in
actis aſſerit, domum, ſeù fundum eſſe alicu-
ius potentis, de quo eſt Text. *in l. vnica C. de*
*us, qui potentiorum nomine titulos prædijs affigunt,*
*vel eorum nomina in lite prætendunt*, & ſuper-
chiare

chiate etiam dicitur is, qui recurrit ad patrocinium potentis, ſeu vt ait Gloſa *in leg. diuine admodum verbo potentiorum Cod. ne liceat potentioribus*; recurrit ad patrocinium eius, qui minacem poteſt feruorem oſtendere ad effectum, vt Aduerſarius importunis huiuſmodi potentis interceſſionibus opprimatur, quod repetitur *in auth. de mandat. Princip. §. patrocinia quoque*, ibi: *Patrocinia quoque iniuſta, quæ cognoſcimus in noſtris Prouincijs fieri, omnibus corrigi modis: non ſinentes vlli aliorum vitas (hoc eſt ſubſtantias, quibus homines viuunt*, vt explicat Bart. *in dicto §. patrocinia) in ſe ſuſcipere; non ampliare ſibi prædia nullo modo ei competentia: non in aliorum læſionem promittere patrocinium: non quemadmodum fraudent Fiſcum ſuam virtutem obijcere.*

Et ſecundùm has leges puto poſſe intelligi, & explicari textum noſtrorum Bannimentorum, præſertim cum & in dictis legibus imponatur pœna grauis, & leuis, iuxta facti, & perſonarum qualitatem: nam in Text. *in l. ſæcularij §. ſunt quædam* imponitur pœna capitis, ibi: *hanc rem Præſides exequi ſolent grauiter vſque ad pœnam capitis, quia & ipſa res mortē cōminatur* in Tex. *in leg. vnica C. de ijs, qui potent. nomin.* imponitur pœna plūbatarum, & metalli, ibi: *eatenus in eos, qui fecerint vindicetur, vt affecti plumbo perpetuis metallorum ſupplicijs deputentur*, quæ pœna plumbatarum, & metalli in diſſuetudinem àbijt, & in eius locum ſucceſſit pœna triremium, vt aduertit Farin. poſt alios, quos citat *quæſtione 122. num. 94.* in Text. *in l. diuinè admodum C. ne liceat potent.* imponitur pœna amiſſionis cauſæ, & commodi indè prouenientis. In Text. *in l. ſiquis poſt hanc C. vt nemo ad ſuum patrocin. lib. 11.* imponitur pœna nullitatis actus, & amiſſionis bonorum, ibi: *id, quod huius rei gratia geritur ſub prætextu donationis, vel venditionis, ſeu conductionis, aut cuiuslibet alterius contractus nullam habee firmitatem*, & ibi: *vicis etiam, vel poſſeſſionibus ad patrocinia confugientium publico vindicandis.*

Et quamuis Text. *in d. l. diuinè admodùm* ſecundùm gloſ. & Doctores, ibi: *in verbo potentiorum* lòquatur, & diſponat de recurrentibus ad patrocinium eius, qui ſit potens ratione officij, quod gerit, & non ratione diuitiarum, quas habet; & Text. *in d. l. ſi quis poſt hanc* diſponat de recurrentibus ad potentiorem ad fraudandum, & circumſcribendum publicas functiones, & conſequenter non poſſint extendi ad recurrentes ad potentem ratione nobilitatis, & diuitiarum, ad inducendum priuatum hominem ad faciendum contractum, vel diſtractum ob rationem, quia in pœnalibus non fit extenſio, nec ex paritate, & nec ex maioritatate rationis Bald. *in l. cum proponas C. de hæred. inſtit.* Afflict. *deciſ. 21. num. 5.* Dec. *conſ. 268. num. 4.* Eugen. *conſ. 68. num. 15.* Vrſill. ad Afflict *deciſ. 334. & deciſ. 369. num. 4.* & Giurb. *conſ. 6. num. 17.*

Nihilominùs benè poteſt ex dictis Iuribus deſumi argumentum, & exemplum ad explicandam diſpoſitionem Bannimentorum, iuxta leges Iuris Communis, vt maior, vel minor pœna iuxta facti qualitatem imponatur.

# F I N I S.



INDEX

# INDEX MATERIARVM, ET CONCLVSIONVM,

## Quæ in hoc Primo Libro continentur.

Primus numerus ſignificat paginam, ſecundus verò numerum marginalem.

## A

ABORTIRE quid ſit. fol. 405. num. 12.
Abortum faciens ad cohoneſtandam pudicitiã, vel ad fugiendum malum, quod timet à Conſanguineis, excuſatut à pœna ordinaria. 407. num. 32.
Videtut enim coactè facere. ibid. n. 34. & 36.
Abortus cauſa interna poteſt eſſe ira, & timor. 409. num. 57.
Abortus deteſtatio, & damnum animæ indè proueniens. 390. num. 88.
Abortus eſt res mali exempli, & frequentiſſima in qualibet præſertim populata Ciuitate, & ideò ſi eſt animatus fœtus, debet præſeferre pœnam mortis. 406. num. 28.
Abortus poteſt maleficio perpetrari. ibidem. num. 23.
ABSOLVTIO à Sacerdote obtenta in foro interno ſuffragatur in externo. 43. nu. 145.
Cum diſtinctione, de qua. ibidem. nu. 143.
Abſolutio obtenta in Officio Componendarum ſuffragatur in Foro èxterno. ibidem. num. 146.
Abſolutio obtenta in Sacra Pœnitentiaria ſuffragatur in dicto Foro externo. ibid. n. 147.
Abſolutio obtenta vigore Bullæ Cruciatæ nõ ſuffragatur. ibidem. num. 148.
Abſolutio vigore Indultus generalis conceſſa differt ab abſolutione vigore Indultus ſpecialis. ibidem. num. 149.
Abſolutio cum clauſula, *ex quo ſatis* continet in ſe pœnam iam ſolutam. 141. num. 123.
Abſolutio cum clauſula ab omnibus delictis ſpecificatis, & non ſpecificatis, ſi non prodeſt abſoluto per modum abſolutionis, prodeſt ſaltem per modum ſaluiconductus. 404. num. 32.
ABSOLVTORIA facit præſumere, quod delictum non fuit commiſſum. 99. num. 163.
Abſolutoria lata in vna Iuriſdictione non parit exceptionem rei iudicatæ in alia. 485. *verſ. verum*.
Abſolutotia lata pro adultero non prodeſt adulteræ. 474. *verſ. quartus caſus*.
Abſolutoria, vel condemnatoria an noceat, vel proſit mandanti, ſi ſit lata ad fauotem, vel contra mandatarium diſtinguendum. 471. num. 60.
ABSOLVTVS ex hactenus deductis poteſt moleſtari in alio Tribunali. 133. num. 60. *verſ. ſecundus caſus*. Idem in abſoluto ſimpliciter. ibidem. *verſ. tertius caſus eſt*.
Abſolutus in vno Tribunali, quia iam erat in contumacia condemnatus in alio, poteſt in iſto moleſtari. ibidem. num. 60. *verſ. quartus caſus*.
Abſolutus in delictis mixti Fori à Iudice Seculari an cenſeatur abſolutus ab exilio ei impoſito ab Eccleſiaſtico. 132. num. 39.
Abſolutus non poteſt pro eodem delicto amplius moleſtari. 493. num. 25.
ABSVRDVM non eſt, quod in delictis correlatiuis in eadem cauſa vnus condemnetur tamquam confeſſus, & alius abſoluatur ex defectu probationum. 471. num. 68.
Ratio huius praxis eſt, quia teſtes, qui examinantur ad defenſam ſolent deponere, vt faueant inquiſitis pecunia, vel gratia. 471. num. 6.8
Ideò teſtibus ad defenſũ parum fidendũ. ibid.
ACCEDENS data opera prouocandum aliũ ad duellum, qui tale quid non expectabat, eſt proditor. 546. num. 23.
Contrarium. 546. num. 24.
ACCEPTATIO pecuniæ, ſeu alterius rei promiſſæ in crimine aſſaſſinij debet eſse expreſsa. 445. nu. 90.
Nam tacita non ſufficit. ibidem, num. 91.
Etiamſi poſtea ſequatur homicidium. ibid. num. 92.
Contrarium ſequuto indè homicidio. ibid. num. 93.

Acce-

Acceptatio ſola duelli facit incurrere acceptantem in pœnam contentam in Bulla Clementis Octaui etiamſi non accedat ad locum. 547. num. 1.
ACCIPIENS ſpontè, & ſcienter monetam tonſam non habet actionem contra dantem. 351. num. 77.
Et eo caſu nec Fiſcus habet actionem ad puniendum. ibidem. num. 78.
Præſertim ſi moneta non obſtante tonſione eſt expendibilis. ibidem. num. 79.
Corpus delicti quando non poteſt haberi, & fieri per inſpectionem debet probari per teſtes, ſed tunc teſtes debent eſſe plures quàm duo. 145. num. 20.
Corpus delicti facti permanentis per euidentiā, & non per præſumptiones debet probari. 415. 116.

Corpus delicti verificari in parte ſufficit, quando agitur de Crumentario, & Malandrinis confeſſis. 354. num. 99.
Corpus delicti in materia falſæ monetæ quomodo probetur remiſſiuè. 345. num. 33.
Debet de illo conſtare per euidentiam, quia ſigna monetæ adulterinæ ſunt permanentia. ibidem. num. 34.
Corpus delicti in iniurijs verbalibus confunditur cum cognitione in ſpecie. fol. 586. numer. 2.
Debet tamen conſtare, quod in Ciuitate prolata verba reputantur pro iniurioſis. fol. 586 num. 3.
Corpus delicti, quando non poteſt haberi licentia ab Epiſcopo, debet probari per teſtes, qui debent eſſe pluſquam duo. fol. 149. num. 43.
Corpus delicti in crimine blaſphemiæ, an probetur per teſtes ſingulares. 95. num. 155.
Diſtinctio per Autorem approbata. ibidem, num. 156.
Corpus delicti in crimine corruptelæ, quomodo probetur. 330. num. 6.
Corpus delicti in oſculo violento, 585. numer. 17.
Corpus delicti in percuſſionibus conſtabit ex adnotatione liuoris. 556. num. 35.
Corpus delicti in exploſione archibuſiatæ eſt ipſa exploſio, & ipſe ſonitus, & ſtrepitus exploſionis. 497. num. 19.
Seu ſtrepitus Rotæ, & viſio flammæ. ibid. num. 20.
CORRVMPENS, & corruptus eadem pœna puniri debent. 328. num. 2.
Statuti pœna puniri debent vbi extat Statutum id diſponens. 328. num. 3.
Corrumpens Officialem perdit cauſam, & omne id, quod dedit. 328. num. 1.
Corrumpens birruarios, ſi eſt Reus criminis capitalis meretur excuſationem. fol. 329. numer. 5.
Corrumpens impetrat veniam, ſi denunciat prout eam impetrat Iudex, ſi re integra pecuniam applicet Fiſco, & corruptionem patefaciat. 329. num. 5.
Quod tamen reſpectu ad Iudicem non placet Laurentio Matthæù, & aliquibus alijs Doctoribus, quia Iudex nec animo applicandi Fiſco poteſt accipere dona. ibidem.
CORRVPTELA poteſt eſſe taliter aggrauata, vt puniri debeat pœna mortis. 331. numer. 12.
Corruptela quomodo ſit punienda in cauſa criminali, ſiuè in cauſa ciuili. ibidem. numer. 13.
COVARRVVIAS reijcitur à Cantera tanquã loquens contra communem. fol. 455. numer. 177.
Et ratio allata per eundem Couarr. reijcitur à Bouadilla. ibidem. num. 178.
CREDITORES qua actione vti poſſint contra poſſeſſores bonorum Banniti. fol. 52. num. 37.
CRIMEN per mortem extinguitur. fol. 502. num. 4.
Crimen, & effectus criminis extinguitur per gratiam Principis, vel abolitionem à Iudice factam. 523. num. 66.
Crimen, ſeu nomen rebellionis ignotum Veteribus. 170. num. 3.
Crimen erogationis monetarum falſarum nõ eſt de atrociſſimis de Iure communi. 358. num. 128.
Imò nec pœnam mortis admittit. ibidem. num. 130.
Crimen falſæ monetæ eſt legibus exoſum. 338. num. 2.
Continet in ſe plura delicta, nempè falſum, furtum, & vſurpationem Maieſtatis. 338. num. 3. & 107.
Crimen in Palatio commiſſum dicitur atrox. 560. num. 33.
Quia Princeps indè deſpicitur. ibidem. numer. 24.
Et quia Princeps ſi accurreret ad rumorem, poſſet periclitari. 561. num. 25.
Crimen corruptelæ etiam ſola promiſſione committitur. 330. num. 7.
Coniecturæ arguentes corruptelam. fol. 330. num. 8.
in Crimine corruptelæ Officialis requiritur probatio concludens quando agitur de condemnando. 330. num. 9.
Maximè in Regno Neapolitano *per cap. ſamo proloquium*. ibidem. num. 10.
Crimen perduellionis in quo differt à crimine quaſi perduellionis. 172. num. 25.
Crimen vindictæ tranſuerſalis antiquitùs iura non cognouerunt, nec Iulius Clarus ſciuit, quo nomine illud appellare poſſet. 536. 1.
Committitur quando offenditur alia perſona, quàm illa, quæ primò offendit. ibid. n. 2.
Puta propinquus primi offendentis. ibid. n. 3.
Crimen læſæ Maieſtatis committitur, quando offenditur Princeps in perſona, quando offenduntur Officiales, & quando læditur ſtatus Principis. 169. num. 1.
Crimen læſæ Maieſtatis non incurritur ex eximitione detenti per Iudices inferiores. 273. num. 204.
Crimen læſæ Maieſtatis vt incurratur propter offenſionem in Officialem, debet Officialis habere merum, & mixtum imperium. 275. num. 4.
Crimen læſæ Maieſtatis non appropriatur terminis Bannimentorum. 170. num. 5.
Contrarium num. 8.
in Crimine læſæ Maieſtatis lata ſententia quilibet in ſuo territorio, copia ſententiæ reproducta, confiſcat bona condemnati. 176. num. 59.
Criminis læſæ Maieſtatis proceſſura ſit ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. 177. num. 71.
Criminis læſæ Maieſtatis materia tractatur per Doctores, qui referuntur. 170. num. 2.
in Crimine Libelli famoſi proceditur ex officio.

cio. 582. num. 42. Contrarium. ibidem. num. 43.
Prima opinio eſt verior. ibidem. num. 44.
CRVDELE eſt hominem deditium occidere. 312. num. 40.
Etiamſi ſit hoſtis, qui in bello captus carcere deberet omnibus auxilijs, vt numero 41. & 57.
CVI credendum nuntio dicenti citaſſe, vel parti hoc neganti remiſſiuè. 218. num. 107.
CVLPA, & negligentia ſunt termini inter ſe conuertibiles. 309. num. 21. *verſ. & ſic*.
Culpa à dolo dependens punitur ſicut dolus. 427. num 79.
Culpa leuiſſima non habetur in conſideratione ad effectum agendi criminaliter. fol. 309. *verſ. & ſic requiritur*.
Culpæ duæ ſunt ſpecies. 422. num. 37.
Explicantur. ibidem. num. 38. & 40.
CVLTVS duplex eſt, internus, & externus. 106. num. 4.
Cultus externus Deo deditus conſiſtit in celebratione Feſtorum. 107. num. 13.
Cultus quid ſignificat. 55. num. 7.
Propriè refertur ad Deum 56. num. 8.
Qui de Cultu Diuino tractent. 50. num. 9.
Qui de Cultu, & Veneratione Sanctorum. 56. num. 10.
Cultus Sanctorum qui publicus, & qui priuatus dicatur remiſſiuè. ibidem. num. 11.
CVNEI, ſeu inſtrumenta ad fabricandam falſam monetam, non poſſunt è loco immuni leuari ad effectum conſtituendi corpus delicti. 346. num. 38.
Contrarium quando interuenit licentia Ordinarii. ibid. num. 39.
CVRIÆ nomen vſurpans non ſecuto alio delicto punitur etiam pœna mortis arbitrio D. Cardinalis Legati ex diſpoſitione Bannimentorum. 300. num. 1.
Pœna triremium impoſita Romæ. dicto numer. 1.
CVRSOR, qui miſſus ad citandum mulierem tentauit illam carnaliter cognoſcere, fuit officio priuatus. 283. num. 11.
CVSTODIA portarum, & murorum etiam antiquis temporibus adhibita. fol. 241. numer. 17.
CVSTODES Carcerum appellantur Commentarienſes in Iure. 277. num. 251.
Cuſtodes Carcerum, ſeu Commentarienſes tenentur etiam de negligentia. fol. 278. numer. 254.
Cuſtos Carceris carnaliter cognoſcens mulierem honeſtam carceratam, ſiuè per vim, ſiuè abſque vi punitur pœna mortis, vbi adeſt lex, ſeu conſuetudo. 282. num. 4.
Vbi verò non adeſt conſtitutio, & nec conſuetudo, quomodo puniatur. ibidem. numer. 5.
Cuſtos Carcerum tenetur diligenter, & honeſtè cuſtodire carceratam, vt tutor pupillam. 283. num. 6.
Æquiparatio hæc non placet Autori. eodem numero, *verſ. mihi tamen*.
Cuſtos Carcerum, quando ob mortem, & necem carcerati pœna ordinaria teneri debeat. 713. num. 56.
Cuſtos Carcerum licet teneatur eadem pœna, qua tenetur ille, qui aufugit, tamen non excluditur à gratia, quamuis aufugiens excluderetur ob delictum qualificatum. 175. num. 53.
Cuſtos ob ſolam negligentiam non poteſt corporaliter puniri. 310. *verſ. imò etiam*.
Cuſtos Carcerum quomodo puniendus propter negligentiam in cuſtodia carceratorũ. 309. num. 21. *verſ. tertiò quia*.
Cuſtos tenetur eadem pœna, qua tenebatur carceratus, qui ob eius negligentiam aufugit. 251. num. 27.
Cuſtos carcerum bollettinos, aut ambaſciatã deferens, aut aliquem alloqui cum detentis in ſecretis carceribus faciens, quomodo punitur. 246. num. 32.
Cuſtos ob ſollicitationẽ in carceratã interuenientibus amplexibus fuit relegatus per decenniũ, & ob ſolã ſollicitationem verbalẽ, fuit aliàs ab officio remotus. 284. 15.
Cuſtos carcerum, qui carceratam excarcerauit, quia illam carnaliter cognouit, capite plectitur. 181. num. 26.
Cuſtos carcerum cognoſcens carnalitèr mulierem inhoneſtam incarceratam de iure punitur citra mortem. 283. num. 8.
Etiamſi fuerit adhibita vis. ibidem. num. 9.
Cuſtos Carcerum introducens aliquem in carceres ad effectum vt carnalitèr cognoſcat carceratam punitur de lenocinio, & violatione cuſtodiæ. 285. num. 24.

# D

DAMNVM fuiſſe datum non probatur ex ſimplici aſſertione damnificati. 301. mer. 12.
Damnum obtingens vicino ex deſolatione, & demolitione domus delinquentis, à quo reſarciendum. 184. num. 108.
DANS operam rei illicitæ non tenetur de eo, quod ſequitur ſaltem pœna ordinaria, quando non adeſt animus id committendi. 409. num. 63.
Dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo, quod ſequitur, quando veriſimiliter cogitauit, aut cogitare potuit, vel cogitare debebat de eo, quod indè facile ſucceſſurum erat. 277. num. 249.
DANZA *de pugna Doctorum tit. de Carcere, & Carcerat.* reprobatur. 253. num. 47.
Danzæ dictum reprobatur. 317. num. 101.
DEAVRANS monetam, vt meretricem eludat, non punitur. 345. num. 30.
Si non expendit eam, ibid. num. 31.
Tinctura eſt duplex, quarum vna eſt impubilis,

bilis, & qualis ſit. fol. 345. num. 32.
DEBILITATIO membri eſt paſſio taliter afficiens membrum, vt illius officium impediat. 551. num. 32.
Et non dicitur debilitatio niſi in totum mẽbrum impediatur, 552. num. 33.
Contrarium, ibidem. num. 35.
DEBITORI habenti domum pro carcere debent à creditore ſubminiſtrari alimẽta. 268. num. 169.
Debitor ſuſpectus de fuga, capi poteſt die feſto. 113. num. 56.
Sed non poteſt recommendari. ibidem. numer. 57.
DECALOGI Præcepta, quæ conſiſtant in cultu interno, & quæ in externo. fol. 106. num. 5.
DECIAN. dicens, quòd Aſſeclæ in crimine ſeditionis tenentur ſolùm ad damna, & intereſſe, quomodo intelligendus. 236. numer. 27.
Decian. error. 78. num. 92.
Decian. & alij tenentes, quòd blaſphemia ſit crimen mixti fori, reprobantur. fol. 68. numer. 60.
DECISIONES præciſæ ſunt attendendæ potiùs, quàm quæuis alia autoritas poſt caſum legis. 102. num. 175.
DEFECTVS inimicitiæ inter offendentem, & offenſum, & gradus attinentiæ ad hoc vt intret vindicta tranſuectſalis debet probari per Fiſcum. 537. num. 10.
DEFENDENS ſe nititur iuri naturæ, quæ docet quemquam, vt ſe tueatur. 386. num. 38.
Defenditur opinio Bartoli. 34. num. 25.
DEFENSIO ab omni Iure permittitur. 419. mer. 9.
DEFENSIO eſt conceſſa, vbi offenſio eſt prohibita. 421. num. 33.
DEFORMANS alium ſigno perpetuo in facie, morte excepta, omni alia graui pœna dignus eſt, 551. num. 30.
DEFVNCTO eſt communicandum, quod communicabatur viuenti. 150. num. 45.
DEGRADATIO Clerici in minoribus an debeat fieri, extant opiniones hincindè. 459. num. 209.
Degradatio debet præcedere ad hoc vt Clericus puniri, & cognoſci poſſit à Sæculari in crimine Aſſaſſinij, 457. num. 199.
Reijciuntur contrarium tenentes, & Cantera tres affert rationes ad monſtrandum eſſe neceſſariam degradationem actualem. ibid. num. 260.
Degradatio dicitur eſſe pœna præparatoria. 130. num. 44. *verſ. tertius eſt caſus.*
DEGRADATIO Eccleſiaſtici eſt pœna preparatoria, & æquiparatur morti. fol. 179. num. 77.
Degradatio Eccleſiaſtici, & illius traditio Curiæ ſæculari non fit niſi in caſibus in Iure expreſſis. 365. num. 155.
Vel Pontifice conſulto in caſu particulari determinatis. ibidem. num. 156.
Et huiuſmodi determinationis factæ à Pontifice pro tempore refertur exempla remiſſiuè. ibidem. num. 157.
In effectu importat pœnam mortis. n. 173.
Degradatio Eccleſiaſtici fit etiam in crimine hæreſis. 457. num. 201.
Et quouis alio crimine grauiſſimo, fol. 457. mer. 202.
Aſſignatur ratio. 458. num. 203.
Degradationis formula, & totus proceſſus remiſſiuè. 466. num. 225.
Modus practicatus Bononiæ contra carceratum. ibid. num. 226.
Et contra contumacem. 461. nu. 227.
Degradationis notabilia nouem ponuntur à Cortiada. ibid. num. 231.
Degradationis ſententia debet fieri in ſcriptis, & ſubſcribi ab Epiſcopo. ibid. num. 228.
Contrarium. bidem. num. 229.
DEI Cultus eſt Deum credere, & timere, & reddere ei Maieſtatem, & Bonitatem. 59. num. 1.
Dei Imago, & forma pulchritudinis, & decoris deformatur cum vulnere in faciem illato. 550. num. 9
DELEGATVS præmittit ſuum nomen, & cognomen in literis. 5. num. 2.
Repræſentat perſonam Delegantis. ibidem. num. 3.
Honorandus ſicut Delegans in negotio ſibi commiſſo. ibidem. num. 4.
DELATI, & accuſati, ſi non ſunt notorij delinquentes, vel de proximo banniendi non ſolùm non poteſt edici, quod occidantur, verùm etiam nec tuta conſcientia poteſt proponi præmium ipſos capientibus. 205. num. 106. & 107.
DELICTA apud Tartaros, Turcas, aut Scithas non cognoſcuntur, & nec puniuntur in noſtris Tribunalibus. 481. *verſ. & in hanc ſententiam.*
Sed contrarium eſt verius. 482.
Et referuntur exempla plura. ibidem.
Delicta clandeſtina facilius deteguntur per Commiſſarium. 43. num. 16.
Delicta debent puniri, vt pœna vnius ſit metus multorum. 397. num. 30.
Delicta Eccleſiaſtica quæ ſint, & quæ ſint Sæcularia, & quæ mixta remiſſiuè. fol. 129. num. 38.
Delicta in Eccleſia commiſſa, quomodo aliàs fuerint punita. ibidem. num. 35.
Delicti æqualitas non cognoſcitur ex pœna, ſed ex qualitate, & paritate delicti. fol. 493. num. 14.
Delicta magis frequentia exemplari pœna ſunt punienda. 598. num. 11.
Delicti natura inſpici debet ad dignoſcendum, an delictum ſit graue, vel leue, & non debet inſpici diſpoſitio ſtatutaria. fol. 359. numer. 134.
Delicta non debent remanere impunita. 397. num. 24.
Delicta non melius fieri prohibentur, quàm ſi pu-

ſi puniantur. folio 31. numero 11.
Delinquens ratione delicti efficitur de Foro loci ipſius delicti, ſed non efficitur ſubditus. 367. num. 213.
Iſta duo multum inter ſe differunt. ibidem. num. 214.
Delinquentes per laſciuiam, vt faciunt iuuenes diſcoli, & inſolentes puniuntur pœna triremium. 301. num. 9.
Potius mitiori. num. 10.
Delinquentes poſſunt impunè occidi in caſibus à iure expreſſis. 207. num. 127.
Delinquentes quando omnes ſunt præſentes, poteſt Iudex ferre ſententiam contra quem de delicto liquet, & exequi, licet duret inſtantia contra alios. 183. num. 98.
Et hoc quamuis poſſit euenire, quod alius abſoluatur. ibidem. num. 99.
Delinquentium in eadem cauſa poteſt vnus condemnari, quia confeſſus, & alius, quia in tortura negatiuus, abſolui. fol. 183. numer. 100.
DENARII, quibus Iudas tradidit CHRISTVM Dominum, fuerunt primi in mundo. 338. num. 1.
DEO omnia referenda. 2. num. 1.
Deo tenemur exhibere Cultum Religionis. fol. 106. num. 2.
Et tenemur Iure Diuino, & naturali illum adorare adoratione externa. ibidem. num. 3.
Deum eſſe colendum omnis Natio, quamuis effera, & barbara cognouit. ibid. num. 1.
Deus curam habet rerum Cæleſtium, & caducarum. 2. num. 3.
Deus eſt ſerutator cordium. 117. num. 76.
Deus iudicat ſolus de occultis. fol. 205. numer. 114.
Deus mundum ſemper rexit. 2. num. 2.
Deus in hoc mundo punit delinquentes, & non punit, & quare? 206. num. 117.
Deus particulariter aſſiſtit habenti bonum zelum, 51. num. 6.
DEPORTATIONIS loco vbi non adſunt Inſulæ ſucceſſit pœna triremium. 283. num. 7.
DETENTIO in priuato carcere an ſit offenſio in perſonam remiſſiuè. 513. num. 50.
DICERE alicui, quòd eſt bonus homo, eſt idem ac dicere, quod eſt cornutus. 591. num. 26.
Idem ſignificat *cuculus*, ſeu *cucurbita*. ibidem. num. 27.
DICTA ex hominis perſona ſunt penſitanda. 220. num. 24.
DICTIO, *aut*, aliquando disiungit, & aliquando coniungit. 185. num. 5.
Præſertim in pœnalibus. ibidem, num. 6.
Et tunc retinet naturam alternatiuę tantùm quoad ordinem. ibidem. num. 7.
Dictio, *alcuna moneta*, verificatur in modico, & ad quid modicum refertur. fol. 351. numer. 83.
Dictio, *altri*, refertur ad ſimilia expreſſis. 388. num. 17.
Dictio, *aut*, eſt ampliatiua. 378. num. 51.
Dictio, *qualibet*, eſt diſtributiua. 552. n. 42.
Dictio, *quod ſi*, eſt aduerſatiua in Facto, & in Iure. 314. num. 63.
Dictio, *ſubito*, quantam dilationem admittit; 576. num. 12.
Dictio, *ſicut*, non denotat omnimodam ſimilitudinem. 172. num. 28.
Aliquando eſt cauſatiua, & ponitur pro *quia*. 173. num. 30.
Dictio, *verè*, appoſita in Bulla, ſeu lege pro certa regula, denotat probationes concludentes. 444. num. 79.
Dictum duorum Puerorum atteſtantium maritum præcipitaſſe vxorem in puteum ſufficit ad condemnandum. 439. num. 38.
Dictum Pueri vndecim annorũ cũ adminiculis ſufficit in crimine aſſaſſinij. 439. 37.
de DIEBVS faſtis, & nefaſtis remiſſiuè. 114. num. 64.
Dies Dominica eſt inſtituta de Iure Diuino. 114. num. 65.
Contrarium verius. & num. 69.
Die Dominica multa ſpecialia facta ſunt à Deo, & ea narrantur. fol. 114. num. 64. & 115. num. 89.
Dies Dominica non compræhenditur in generali derogatione Feſtorum. fol. 114. numer. 64.
DIFFERENTIA eſt inter caſum occiſionis, & caſum eximitionis Rei iam capti, & impoſſe Curiæ exiſtentis. 294. num. 58.
Differentia inter auxiliatorem, & principalem in materia eximitionis. ibidem. num. 38.
Differentia inter pœnam triremium perpetuarum, & ad tempus. 453. num. 158.
Differentia inter delictum de mandato, & delictum de conſenſu commiſſo. fol. 476. numer. 78.
Differentia inter iniuriam verbalem, & iniuriam prolatam in ſcripto. 581. num. 29.
Differentia inter verbum compellere, concutere, & ſuperchiare. 602. num. 21.
Differentia nulla eſt apud naturam inter legitimos, & naturales tantùm. 387. num. 52. niſi quòd primi ſunt filij legis, & ſecũdi ſunt filij amoris. ibidem.
Differentia quare Iudicibus ſimpliciter, Birruarijs verò in certis caſibus tantùm prohibetur acceptatio munerum. 320. num. 4.
DIFFERVNT captura, & edictum de capiendo. 205. num. 109.
DIGITVS non dicitur eſſe membrum. 542. num. 40.
Diſtingue. ibidem. num. 41.
DIGNITAS non moritur. 150. num. 45.
DILIGENTIAM qui debet facere, vt aliquid ſciat, habetur pro ſciente. 318. num. 115.
Et obligatur ad pœnam. ibidem. num. 116.
Explicatur. ibidem, num. 117.
DISCEDENS à domo, quàm ſub fideiuſſione tenet pro carcere, ad quam pœnam tenetur. 259. num. 84.
Diſcedens è domo facit teneri fideiuſſorem ad pœnam conuentam, & ad extraodinariam,

riam, ſi ipſe fideiuſſor ſit in dolo. fol. 260. num. 85.

Si verò ipſe careat dolo, & principalis diſceſſit, & aufugit, tenetur tantùm ad pœnam conuentam. 261. num. 86.

Si diſceſſit animo redeundi, & fuit reuerſus, fideiuſſor ad nihil tenetur. ibid. num. 87.

Siuè diſceſſerit ex cauſa Amoris, ſeu alia cauſa. ibidem. num. 88.

Si diſceſſit animo fugiendi, ſed pœnitentia ductus fuit reuerſus, fideiuſſor tenetur iuxta veriorem ad medietatem pœnæ. 89.

Et ad medietatem pœnæ tenetur etiam ſi principalis ſit extra locum repertus à birruarijs. ibid. num. 90.

DISPOSITIO Bannimentorum prohibens ne laceſſitus libello famoſo, alio libello famoſo iniuriam, & crimen retorqueat, nimis dura eſſe videtur. 577. n. 1.

Diſpoſitio Bonifacij VIII. *in cap. fœlicis de pœn. in 6.* fuit ampliata per Summos Pontifices. 173. num. 31.

Diſpoſitio facta pro crimine parricidij non poteſt extendi ad alia crimina æquè atrocia. 388. num. 59.

Diſpoſitio regulatur, & reſtringitur ſecundùm rationem ſcriptam. 273. num. 203.

Diſpoſitio text. *in §. ſi quis quinque ſolidos* explicatur pro quinque aureis. 351. num. 82.

DISSENSIO olim inter familias orta, radices ad hæredes diſtendit. 26. 11.

DISSIMVLATIO circa actum indifferentem, qui poteſt trahi, & non trahi ad iniuriam cauſat proditorium. 528. 117.

Diſſimulatio circa actum de ſui natura malũ, & iniurioſum nõ cauſat proditorium, quia qui fecit talem actum poteſt, & debet cogitare, quod offenſus velit ſe veriſimiliter vindicare, & debet appræhendere præcognitam inimicitiam. 528. 119.

DISTINCTIO fœtus animati, vel inanimati, an ſubſiſtat in iure. 405. 13.

Diſtinctio inter opera ſeruilia, libera, & communia reprobatur reſpectu ad communia à Suarez, & Filiuccio; Pax Iordanus ait cõmunia, prout libera non eſſe incluſa in præcepto Feſtiuo, niſi ex accidenti. fol. 107. num. 18.

DIVERSITAS Dominiorum confinantium inuitat ad delinquendum. 26. 12.

DIVINA Officia quando dicantur turbata remiſſiuè. 128. 29.

DOCTOR, qui in memoriale dixerat Neapoli, quod Magiſtratus Regis, viris doctis omiſſis, dabantur viris ignorantibus, fuit capite plexus. 220. 21.

Sed factum fuit improbatum à Philippo Secundo, qui cogitauit punire Iudices. ibid. num. 22.

Doctores intelligi debent iuxta Iura, quæ allegant. 314. 59. & 387. 45.

Doctores multoties controuertunt an verba ſapiant blaſpemiam; vel ne. 68. 57.

Doctores, qui tractant de rebellione, & rebellibus recenſentur. 170. num. 4.

Doctores, qui tractant materiam demolitionis domorum ex delicto in Cardinales cõmiſſo. 184. 109.

Doctores, qui tractant materiam emptionis veneni. 392. 1.

Doctores dicentes poſſe Principem ſæcularem augere pœnas contra hæreticos, quomodo intelligendi. 81. 104.

Doctores tractantes de Duello referuntur. 540 num. 1.

Doctrina Caſoni *de indit. & tortura tract. 4. cap. primo num. 2. & 3.* explicatur à Farinac. quæſt. 126. num 216. vt dicitur. 428. 101.

DOLOREM iuſtum temperare difficillimum 427. 81.

DOLVS ad incurſum Alexandrinæ non dicitur adeſſe, quoties offenſio fit in rixa ſubitanea. 567. 13.

Dolus in dubio non præſumitur præceſſiſſe. 235. num. 24.

Dolus in materia homicidij accipitur pro animo occidendi. 410. 72.

Dolus requiritur ad pœnam corporalem. 309. num. 21. *verſ. ſecundo quia propter.*

Excipiuntur tamen certi caſus in Iure expreſſi. ibidem. *verſ tertio, quia.*

DOMINICVS Criſpus explicans Bullã Gregorij diſponentis ſuper materia Immunitatis Eccleſiaſticæ reijcitur. 445. 86.

DOMINVS occidens Seruum, quomodò puniendus. 560. num. 6.

DOMVS cuique tutiſſimum refugium. 126. num. 2.

Offendens alium coram Prorege, vel in Palatio Papæ fuit condemnatus ad mortem 126. 3.

Domus demolitio an poſſit impediri. fol. 183. num. 104.

Domus ex delicto demolita non poteſt ſinè licentia reædificari. 184. 112.

Vide rationem, ibidem.

Domus demolitio in quibus caſibus intrat. 184. num. 113.

DONAT. ANT. de Marinis tenet quod Eccleſiaſti procedunt in cauſis abortus vigore Bullæ Sixti V. & ideò, cum illa non habeat locum extra Statum Eccleſiaſticum, per cõſequens nec Iudices Eccleſiaſtici, extra dictum Statum poſſunt in dictis cauſis procedere. 391. num. 301.

Sed contrarium eſt tenendum ob rationes allatas. ibidem. num. 302.

In DVBIO ſumitur cõiectura excluſiua delicti. 414. num. 99.

DVCES, & Milites factionis inuadentes, aut occupantes aliquam Ciuitatem etiam ſine animo illam ſubtrahendi à Dominio Sedis Apoſtolicæ incidunt in cenſuram Bullæ. 242. num. 21.

DVCTVS à Birruarijs ad carceres exiſtentes intra Palatium Epiſcopale, & ſic intra locum

cum immunem non poteſt allegare immunitatem. 270. num. 168.

DVÆ ſpecialitates non permittuntur in eodem ſubiecto, 437. 19.

DVELLA ſunt exterminanda omninò. 540. num. 4.

Sunt omni iure prohibita. ibid. num. 4.

Duella mentalia non compræhenduntur in Bulla Clem. Octaui. 547. 2.

Duella per Ius Canonicum omninò ſublata, & leges de illis diſponentes fuerunt abrogatę. 541. num. 6.

DVELLANTES ad ſolam apparentiam, puta quia conuenerunt ſe non vulnerare, ſed ſimulare duellum non incurrunt in cenſuras dictæ Bullæ Clementis Octaui. fol. 547. numer. 7.

Duellantes propria auctoritate ſibi ius dicunt, & quodammodò vſurpant Principis iuriſdictionem. 547. num. 8.

Duellantium vnus, & non alter poteſt incurrere in pœnas, & excommunicationem, vt in exemplo, quod affertur. 546. num. 25.

Duelli denunciatio habet vim ſecuritatis fide publica conceſſæ, vt non liceat alteri alterum inſequi niſi die, & loco conſtitutis. 544. 11.

Et locus debet eſſe præciſus, & indiuiduus. 544. 12.

Duelli finis eſt probatio occultorum, & purgatio inditiorum. 540. 3.

Duellum eſt ſingulare certamen duorum hominum ad purgationem illati criminis initum. ibidem. num. 2.

# E

EBRIETAS quando excuſat. fol. 65. numer. 57.

ECCLESIA, prout Vaſa Sacra Miniſterij debent eſſe munda, & expolita. fol. 559. numer. 1.

Eccleſia non debet fieri ſpelunca latronum, & in ea emi, & vendi. 143. 1.

Ab ea debent arceri vana, fęda, profana, & ſtrepitus iudiciorum. ibidem. 2.

Eccleſia eget viris literatis, non aſinis ferratis. 231. 43.

Eccleſia habet Territorium, & Ius procedendi ratione loci commiſſi delicti. 137. nu. 84.

Eccleſia polluitur ſi in ea occiditur quis ab eo qui coactus, & inuitus occidit. fol. 429. numer. 106.

Quia voluntas ſic impulſa adhuc dicitur voluntas. ibid.

Eccleſia non dicitur polluta, ſi ex percuſſione rixoſa fuerit ſanguine aſperſa. fol. 127. numer. 16.

Eccleſiæ debetur reuerentia ab eis, qui in Eccleſia exiſtunt. 155. 73.

Qui debent cum modeſtia ibi manere, nec debent ſtare circa Altare, vel confabulari. ibidem. 74.

ECCLESIASTICÆ perſonæ, & exempti eijci poſſunt è Ciuitate ex cauſa. 16. 54.

ECCLESIASTICI aufugientes de carcere, non compræhenduntur in Bannimentis, & quoad eos ſeruandum eſt Ius commune. 272. 196.

Eccleſiaſtici in nouem caſibus degradantur, & Curiæ ſæculari traduntur, & enumerantur. 361. 28.

Eccleſiaſtici degradantur propter delictum damnoſum, & damnabile. fol. 360. numer. 145.

Contrarium eſt verum, niſi ſint incorrigibiles, num. 164.

Et regula quam eliciunt Doctores ex textu *in cap. monemus* non bene inde deducta eſt ibidem.

Eccleſiaſtici degradati, & Curiæ Sæculari traditi non poſſunt in fruſtra ſcindi ob reuerentiam præteriti ordinis, & caracteris. 366. num. 208.

Eccleſiaſtici pro crimine læſæ Maieſtatis non degradantur, & nec Curiæ ſæculari traduntur. 364. 188.

Et factum in contrarium improbatur cum excadeſcentia à Boſſiò. ibidem.

Dummodo non ſint incorrigibiles, & numer. 216.

Etiamſi rebellentur Sedi Apoſtolicæ. ibid.

Eccleſiaſtici ſequuta degradatione actuali puniuntur pœna mortis pro delicto, pro quo attento tempore delicti non poterant tantà pœna affici. 358. 123.

Eccleſiaſtici quoad torturam non reperiuntur in aliquo priuilegiati, fol. 174. numer. 79. & 80.

Eccleſiaſtici ratione ordinis, & caracteris ſemper mitiùs quam laici puniuntur. 363. numer. 176.

Eccleſiaſtici debent pœna condigna puniri. ibidem. 34.

Eccleſiaſtici pro delicto qualificato ſaltem conſulto Pontifice, degradantur, & Curiæ Sæculari traduntur. ibid. 35.

Eccleſiaſtici gaudent priuilegio Canonis, Fori, & libertatis à legibus laicorum. ibidem. num. 36.

Eccleſiaſtici occidendo bannitum, quando, & quibus caſibus poſſint petere præmium, & obtinere indultum: quatuor proponuntur caſus. 214. num. 189. & ſeqq.

Eccleſiaſtici non reperiuntur priuilegiati quo ad modum torquendi. 357. 118.

Eccleſiaſticorum delicta ſunt grauiora. ibid. num. 119.

Eccleſiaſtici pro quocumque crimine graui non condemnantur ad mortem, niſi in caſibus iure expreſſis. 161. 25.

Etiamſi ſit crimen læſæ Maieſtatis humanæ. num. 29.

Eccleſiaſtici ſunt Ordinatione Diuina exempti à poteſtate Iudicis laici. ibidem. numer. 26.

Eccleſiaſticus committens plura latrocinia, falſita-

falſitates, & huiuſmodi crimina atrocia debet degradari, & Curiæ ſæculari tradi. 360. num. 148.
Referuntur plura exempla, ſeu deciſiones Tribunalium. ibidem. num. 150. & 152.
Sed contrariam opinionem tuentur plures Doctores relati. num. 166.
Et iuxta hanc opinionem diſcuſſo plenè articulo in Congregatione particulari fuit iudicatum Romæ.
Eccleſiaſticus non eſt competens in delictis merè ſæcularibus. 390. 82.
EDICTA præmium promittentia occidentibus bannitos non ſolum ſunt licita ſed, neceſſaria. 203. 95.
Edictum continens manifeſtum errorem non obligat ad peccatum. 117. 77.
Edictum continens pœnam excommunicationis, an, & quandò valeat, & obliget. 118. num. 78.
Edictum conſtituens præmium, & impunitatem ad fauorem occidentis Bannitum, compræhendit Clericos. 212. 161.
Contrarium. 162.
Prima opinio eſt verior. 212. 163.
Edictum contra bannitos non compræhendit Eccleſiaſticos bannitos. 215. num. 196.
Edictum contra delinquentes non condemnatos, quod poſſint occidi an ſit validum, & iuſtum. 203. num. 96. & pluribus ſeqq. & num. 118.
Diſtinctiones Autoris circa hoc, num. 101. & 105. & 113.
Edictum de malefactoribus capiendis quoſnam compræhendat. 190. 7.
Edictum de Malefactoribus capiendis valet. 190. num. 1. & 4.
Edictum de occidendo habet tacitam vim condemnationis. 205. 106.
Edictum de occidendo vt poſſit publicari, tria requiruntur. ibidem.
Edictum Epiſcopi continens manifeſtum errorem non obligat ad peccatum mortale licet alias vis præcepti hoc operetur. 117. num. 76. & ſeq. datur exemplum 118. numer. 78. & ſeqq.
Edictum gubernatoris Mediolani, quo ſubditis mandabat quod ſeruarent pro feſto diem S. Dominici fuit declaratum nullum ab Innocentio X. 122. num. 97.
Edictum Magiſtratus ſæcularis quod aliqua feſta in honorem Dei ab Eccleſia inſtituta non ſeruentur non valet 118. num. 83. & nec valet ſi edicat quod aliquæ cauſæ criminales agi poſſint die feſto. 119. 83.
ELECTIO in alternatiuis an ſit Iudicis, vel Rei, & num. ſeqq. vbi plures diſtinguuntur caſus. 155. 92.
Autor ſequitur opinionem, quod electio ſemper ſpectet ad Iudicem, & bonam reddit rationem. 157. 104.
Electio mala quando dicatur 310. *verſ. opponebatur*.
Electio mala quando noceat eligenti. 310. numer. 21. *verſic. opponebatur de malo*.
ELEVANS manum ad percutiendum dicitur facto prouocare. 562. 36.
Et præbet iuſtam cauſam aduerſario ſe defendendi. ibidem. 37.
EMANCIPATIO fieri poteſt in die feriato. 154. 61.
EMENS bona litigioſa, & non litigioſa, ſi offenditur à Parte, cum qua litigabat, non dicitur offenſus ex cauſa litis ſed cauſa emptionis bonorum non litigioſorum. 567. 18.
ENSIS denudatio contra Curiam eſt enorme delictum. 291. 32.
EPISCOPI habent ius concedendi impunitatem vni ex correis in delictis occultis. 492. num. 2.
Contrarium. ibidem. 4.
Concordantur opiniones cum diſtinctione remiſſiuè. ibidem. 8.
Epiſcopi habent ius gratiandi delinquentes ſaltem de conſuetudine. ibidem. 3.
Etiam quoad laicos in delictis mixti Fori dummodò præueniant ibidem.
Epiſcopi non poſſunt dare licentiam Sæcular Iudici examinandi teſtes in Eccleſia. 145 num. 18. & 29.
Epiſcopi debent dare licentiam exhumandi, & viſitandi cadauera exiſtentia in Eccleſia, ſeu ſepultura, aut cœmeterio. ibidem. numer. 19.
Contrarium. ibidem. 20.
Vide. num. 21. 22. 24. 25. 29. 34. & 35.
Eſt tamen extrà Eccleſiam, & locum ſacrum facienda recognitio. 147. 25.
Epiſcopi tradentes Eccleſiaſticos Curiæ Sæculari non ſeruata diſpoſitione *cap. cum non ab homine de Iudic.* incurrunt in irregularitatem. 365. 199.
Epiſcopi tradentes Iudici Sæculari inſtrumentum falſæ monetæ, ſeu acta incurrunt in irregularitatem. ibidem. 200.
Epiſcopi in materia Bullæ Gregorianæ non poſſunt ſtare proceſſui Iudicis Sæcularis. 444. 81.
Et nec ad probandum delictum exceptuatum poſſunt Reum torquere. ibidem. numer. 82.
Et antequam decretant conſignationem, & traditionem Rei Curiæ Sæculari debent legitimare proceſſum, & aſſignare Reo defenſiones. ibidem. 83.
Et quatenus decretent conſignationem non dato termino ad faciendum defenſiones Sac. Congregatio Immunitatis pronunciat ſententiam nullam, & Reum eſſe repetendum. ibidem. 84.
Epiſcopi poſſunt promulgare Edicta pœnalia contra feſta non obſeruantes. fol. 116. numer. 73.
Epiſcopum occidens an incurrat crimen læſæ Maieſtatis, vel Parricidij. 181. 82.
Epiſcopus in vindictam propriæ iniuriæ non poteſt excommunicare ei maledicentem. 173. 89.

Epiſcopus non poteſt vindicare ſibi iuriſdictionem de peccato, de quo non conſtat. 117. num. 76.

Epiſcopus poteſt aliquid ſub cenſura prohibere etiam ſi alias non ſit peccatum mortale & aſſignatur ratio, ibidem.

Epiſcopus poteſt edicto comminare excommunicationem contra mulieres vtentes fucamentis, & ornamentis vltra certam menſuram. ibidem.

Epiſcopus an poſſit mercatus prohibere non obſtante antiqua conſuetudine. 108. numer. 24.

Epiſcopus, ſeù Vicarius concedendo licentiam Iudici laico exhumandi cadauera pro eorum recognitione facienda non incurrunt irregularitatem. 147. 26.

Epiſcopus, ſeu Vicarius poſſunt dare licentiam Iudici laico recognoſcendi cadauera in loco immuni. 148. 31.

In Palatio Epiſcopi. ibidem. 32.

Hoc tamen non poteſt fieri in Palatio Cardinalis ſinè illius licentia. ibidem. 33.

Clauſula quæ debet apponi per Epiſcopum, ſeu Vicarium in conceſſione dictæ licentiæ. ibid. 36.

EPISTOLA D. Auguſtini refertur per extenſum ad oſtendendum, quod Eccleſiaſtici poſſunt exquiſitis tormentis cruciari ad veritatem habendam. 180. num. 80.

EQVIVOCA eſt probatio, quæ fit per nominis identitatem. 466. 25.

Talis eſt etiam illa, quæ fit per deſcriptionem & ſigna delinquentis. ibid. 26.

Contrarium. 467. 37.

ERIPIENS eum, qui per Ciuitatem fuſtigatur non compræhenditur in Bannimentis, ſi iam fuſtigationem in parte paſſus ſit nam, iſte dicitur eſſe caſus mixtus, qui non compræhenditur in conſtitutione loquente de caſu ſimplici. 295. 68.

ERROR communis concurrens cum authoritate Superioris facit valere acta geſta per Iudicem Iuriſdictionem non habentem. 149. 39. circa medium.

ESCVLENTA, & poculenta quæ ſint. 321. num. 11.

A calumniatoribus, & perſequentibus innocentem, & nec ab iniuſtè vexatis non ſunt accipienda. Ibid. 12.

Et nec ab infamibus. ibid.

Eſculenta moderata ſunt, quæ paucis diebus conſumi poſſunt, nempe intra triduum. ibid. 15.

Et in multis literis patentalibus expreſsè ponitur clauſula, *vt accipi poſſint eſculenta, & poculenta, quæ triduo conſumi poſſunt*, & in Breui Auditoratus Turroni in perſonam Authoris expedito habetur prædicta clauſula. ibid. 16.

Quomodo intelligenda. num. 20.

Eſculentorum, & poculentorum loco non licet accipere pecuniam, & hoc ratione publicæ honeſtatis. 322. 21. *verſ. tertiò aduertentur*.

EXCOECANS aliquem punitur pœna Statuti de extrahente oculum. 552. 34.

EXCELLENTIA, & Laudes Beatiſſimæ Virginis remiſſiuè. 3. num. 4.

EXCESSVS commiſſus in propulſatione iniuriarum quomodo debet puniri. 594. numer. 52.

in EXCVBIIS, & ante Excubias non debet excitari rumor. 562. 42.

Ob rationem relatam. ibid.

EXCVSARI non debent, qui ponunt ſe in neceſſitate occidendi corixantem. fol. 128. num. 26.

Excuſatur à fractura pacis is, qui offendit eum, qui ex liuore vindictæ accuſationem inſtituit, & probauit. ibid.

EXCOMMVNICANDVS ſi eſt carceratus debet citari ad comparendum per Procuratorem. 183. 103.

Excommunicari poteſt is, qui alium etiam ſine ſanguine percutit in Eccleſia, ſeù alio loco, in quo ſit expoſita Sanctiſſima Euchariſtia. 104. 14.

Excommunicari potius, quam carcerari Laicum propter verbales iniurias in Clericum, quare nonnulli voluerunt. 139. 111.

Excommunicari quis non debet pro venialibus. ibid. 101.

Secus pro mortali peccato. ibid. 102.

Intellige vt num. 108.

EXCOMMVNICATIO dicitur eſſe pœna medicinalis, & non impedit quin alius Iudex procedat. 130. num. 44. *verſ. ſecundus eſt caſus*.

Excommunicatio non poteſt fulminari ex vnico teſte. 140. 119.

Requiritur enim plena probatio. ibid.

Excommunicatio hominis, ſeu ferendæ ſententiæ intrat ob iniuriam verbalem in Clericum illatam à Laico. 137. 87.

Maximè vbi poteſt magis timeri, quam pecuniaria. ibid. num. 88. & 107.

Excommunicatio quæ fertur ab homine non fulminatur, niſi crimen admittat pœnam relegationis. 139. 107.

Excommunicatio non niſi in ſubſidium debet fulminari. 117. 75.

Sobriè, & cum circumſpectione ferenda: ibidem.

Excommunicatio debet cum magna circumſpectione fulminari. ibid. 93.

Separat à Corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, & tradit excommunicatum Satanæ. ibid. num. 94.

Excommunicatio non debet fulminari pro leui delicto. ibid. 95.

Et non niſi in ſubſidium. ibidem. num. 97. & 117.

Excommunicatio quæ fertur ab homine non debet fulminari pro leuibus cauſis, niſi pro iis antiqui Patres iuſſerint committentes arceri ab Eccleſia. ibid. num. 96. & ſeq.

Excommunicatio *Can. ſi quis ſuadente Diabolo* requirit manus Iniectionem cum violentia in

in perſonam Clerici, fol. 137. numer. 85. & 116.
Et percuſſio debet eſſe grauis. ibid. 86.
Excommunicatio publicata contra Stupratores Virginum non compræhendit eos, qui ducunt Virgines extra territorium illius loci, & ibi eas deflorant. 141. 132.
Excommunicatio publicata contra Occidentes in Eccleſia non compræhendit eum, qui dum exiſtit in Eccleſia, iacit ſagittam, & occidit exiſtentem extra Eccleſiam. ibid. num. 133.
Sed compræhendit eum, qui extra Eccleſiam exiſtens iacit intus Eccleſiam, & occidit exiſtentem in ea: declara vt ibid. 134.
Excommunicationis pœna nonniſi ex grauiſſima cauſa eſt imponenda. 118. 81.
Excommunicationis pœna non poteſt imponi contra feſta non obſeruantes. 117. numer. 75.
Excommunicationis pœna an poſſit ab Epiſcopo edici contra ſe laruantes, & choreizantes poſt mediam noctem vltimæ diei Carniſpriuij. ibid. 76.
EXECVTIO eſt actus contentioſior cæteris actibus iudicialibus. 332. 4.
Executio facta poſt præfixum terminum, poſt finitum Officium Iudicis, pendente appellatione, vel extra territorium, aut contra commiſſionem, vel ſine ea dicitur iniuſta 297. 17.
Executio an dicatur iniuſta, ſi facta ſit irrequiſito Gubernatore loci. ibidem. 18.
Executio ſententiæ non poteſt fieri die feſto quia eſt terminus, & complementum ſtrepitus iudicialis. 112. 50.
Quod procedit etiam in cauſa criminali & pro quocumque graui delicto. ibidem.
Fallit in cauſis hæreticorum ibidem. circa finem.
EXECVTORES Iuſtitiæ maximè criminalis non erant antiquitùs perſonæ viles. 305. num. 6.
Executores de iure communi debent habere mercedem executionis à creditore, qui deinde illas repetit à debitore. fol. 326. numer. 43.
Sed de conſuetudine ſeruatur contrarium. ibidem.
Executores non debent recipere ſalarium à partibus antequam Notarius det notulam, in qua ſit expreſſa quantitas ſalarij, & cauſa ob quam recipiunt, & pro quibus dictis, & quantis diebus incubuerint negocio. 326. num. 43.
Executores non excuſantur ſi dicant & afferant fidem, quod à ſponte dantibus receperunt donum. 325. num. 37.
Executores dum vadunt ad exequendum in Prouinciam non poſſunt accipere, niſi duas executiones in eadem Prouincia. fol 326. num. 43.
Sed non ſeruatur. ibidem.
Executores, qui diſcedunt de ſero non debent computare totum diem. 326. 43.
Quid ſi vadunt per tranſuerſam, vel faciant longam viam, vt maius ſalarium conſequi poſſint. ibid. quid ſi faciant dictam viam propter timorem, ibidem.
Executores, qui repetiunt Clericum cũ armis, quem iuſtè poſſunt capere, & ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum ducere, non incidunt in excommunicationem, ſi acceptis armis, quæ ſpontè Clericus tradidit, eumdem liberè dimittunt. 326. num. 43. etiamſi intentio executorum principalis ſit acquirere eo modo arma. ibidem.
Quid circa pœnam. ibid. in fine.
Executori, cui lex prohibet plus accipere, quã ſalarium taxatum non prodeſt, ſi dicat accepiſſe à ſpontè dante. 325. num. 37.
Executori pignora vltra modum accipienti licitè reſiſtitur. 290. 32.
EXEMPLA paterni criminis debent timeri potius in natis, qui viderunt, quàm in naſcituris, qui audiũnt. 174. 34.
EXILIATI captura in loco verito requiritur ad hoc, vt procedi poſſit pro controuentione. 531. num. 161.
Cautela. 532. num. 162.
Contrarium indiſtinctè. ibid. num. 163.
Conſtito de controuentione proceditur ad pœnam abſque declaratione. ibid. num. 164.
Contrarium. ibid. num. 165.
Sed de dicta controuentione debet conſtare aliter, quàm ex confeſſione Rei incidentèr facta. ibid. num. 167.
EXIMENS captum è manibus Birruariorum, punitur pœna mortis vigore Bannimentorum, etiamſi eximitus non ſit captus pro crimine capitali. 288. num. 7.
Sed de Iure Communi punitur pœna arbitraria. ibid. num. 8.
Ratio eſt, quia eximens captum è manibus Birruariorum ponit ſe in magno periculo vitæ. ibid. num. 9.
Eximens carceratum non admittitur ad probandum eximitum non eſſe debitorem. 273 num. 212.
Eximens carceratum pro leui delicto cum fractura non poteſt puniri niſi pœna duplicata. 274. 213.
Contrarium tamen fuit ſeruatum per Senatum Mediolani. ibid. num. 24.
Eximens carceratum è carceribus cum fractura punitur eadem pœna, qua puniendus erat principalis pro delicto, pro quo detinebatur. 273. 209.
Vigore Bannimentorum tenetur pœna duplicata. ibid.
Intellige, & explica, vt num. 210.
Eximens è carceribus detentum pro cauſa ciuili, punitur vt plurimum pœna pecuniaria, aut exilij, aut corporis afflictiua, etiam triremium. 276. num. 240. & 242.
Eximens debitorem è manibus Familiæ punitur pœna triremium per decennium vigore Bannimentorum, 189. num. 11.

At de Iure communi punitur pœna arbitraria, & quænam ſolet imponi, ibidem, numer. 12.
Eximentes captum pro debito ciuili fuerunt Neapoli condemnati ad mortem, ſed hæc reſolutio fuit, & eſt reprobata à Doctoribus. 289. 12.
Eximens è manibus Curiæ Reum confeſſum, vel conuictum incurrit in crimen læſę Maieſtatis. 294. 54.
Quoad pœnam tantùm, 55.
Hoc eſt quoad pœnam mortis, ibidem, numer. 56.
Eximens ſe ipſum è manibus Birruariorum non compræhenditur in Bannimentis, 291. num. 30.
Et de Iure Communi quomodo puniri debeat. ibidem. num. 31. & 32.
Eximens ſe è manibus Birruariorum, ſi eodẽ tempore armatus eximat eos, qui primò ipſum exemerunt, non compræhenditur in Banno, 293. 49.
Eximens alium ex gratitudine, ex miſericordia, pietate, ſeu alia cauſa etiam colorata excuſatur à pœna rigoroſa, quia non in contemptum Iuſtitiæ facit, 293. num. 49.
Eximens eum, qui etiam ſine auxilio euaſurus erat, excuſatur. ibidem, num. 50.
Eximens ſe ipſum, & vnico actu etiam ſocios non compræhenditur in diſpoſitione Bannimentorum, quia caſus eſt mixtus, 292. num. 41. & ſeqq.
Eximens ſeipſum è carceribus aſtutia debet puniri, 276. 233.
Contrarium, 234.
Eximens dolo carceratum puta falſo mandato ſeuerè punitur. 276. 235.
Eximens ſe ipſum cum armis, & cum violentia pôteſt etiam de Iure Communi puniri pœna mortis, ſi interueniat vulnus, 291. num. 33.
Referuntur caſus occurſi. ibidem.
Eximens tenetur ad intereſſe parti, & Creditori, 289. num. 15.
Ac ſi eſſet fideiuſſor, num. 16.
Nec admittitur ad probandum eximitum non eſſe debitorem, ibid. num. 17.
Et ſi ſint plures, an vno ſoluentę alij liberentur. ibid. num. 18.
Eximens carceratum tenetur iuxta aliquorum ſententiam ad intereſſe erga partem, etiam, ſi reducat eximitum ad carceres. fol. 289. num. 19.
Nemo debet duplici pœna puniri. fol. 290. num. 39.
Vide fallentias. ibid. num. 22. & ſeq.
Eximens iniuſtè captum non compræhenditur in Bannimenta, & de Iure communi, ad quod in hoc caſu eſt recurrendum, nullam pœnam incurrit, ibidem, num. 25.
Oſtenditur, quòd Bannimenta non compræhendunt eximentem iniuſtè captum, ibidem. num. 26.
Iniuſtitia capturæ eximiti debet eſſe notoria ad hoc, vt eximens non puniatur. eodem num. 26. & 28.
Et Decianus requirit, quod concurrat etiam caſus damni irreparabilis, & Princeps non poſſit de facili adiri. ibidem. num. 29. circa finem.
Eximere tentans aliquem è manu Curiæ, non punitur pœna ordinaria, 288. 3.
EXIMITIO facta cum fractura carcerum, ſeu per aſtutiam, aut fraudem differunt, quia primo caſu Bannimenta imponunt pœnam duplicatam, quamuis detentus fuiſſet innocens, in ſecundo caſu imponunt pęnam, in quam eximitus fuiſſet condemnandus, 276. 236.
Ratio affertur, ibidem. num. 237. & ſeq.
EXPENDENS monetam falſam de Iure communi tenetur pœna arbitraria, 343. nu. 17. & 102. & 131.
Explica vt num. 19.
Expendens monetam falſam ſcienter, ſi det autorem excuſatur, 379. num. 7.
Contrarium. n. 8.
Explica vt num. 9.
EXPERIENTIA eſt rerum magiſtra. fol. 13. num. 30.
EXPLODENS archibuſum ſolo puluere pyrio onuſtum debet aliqua pœna puniri. 501. num. 48.
Ob rationem. ibidem.
EXPLOSIO archibuſiatę doloſè, & appenſatè meretur pœnam ordinariam, ſi indè ſequatur offenſio in corpore. 469. num. 32.
Idem ſi non ſequatur offenſio in corpore 499. num. 33.
Contrarium, ibidem, num. 34.
Diſtingue, vt num. 35. 37. & 39.
EXPONENS infantes de recenti natos, & ſanguinolentos debet puniri. 404. 4.
Et quidem fuſtigatione, ſi infans non moritur, ibid. num. 5.
Et vltimo ſupplicio, ſi mors indè ſequatur. ibid. num. 6.
Diſtingue vt num. 7.
EXTENSIO non fit in pęnalibus de caſu ad caſum, & nec de perſona ad perſonam. 314 num. 68.
Extenſio non fit in pęnalibus, neque ex paritate, ſeu maioritate rationis, & redditur bona ratio. 364. num. 192.
EXTERI inficiunt ſuis moribus Ciues. 26. num. 15.
EXTERNA cauſa abortus poteſt eſſe percuſſio, & caſus. 409. 58.
EXTRANEVS, qui carceratum aſtutia, & fraude exemit, punitur extraordinariè. fol. 295. num. 232.
EXTRACTIO Rei confugiati ab Eccleſia aliquando permittitur ratione æconomicę, & politicæ poteſtatis, 153. num. 69.
Extractio armorum Romæ in Cõtrada PaniEo, non cõprœhenditur in Edicto contra extrahentem arma, *à viſta di Caſtello*. 561. 44.
Non ſolum ob rixã, & prouocationẽ. nu. 45.

Sed

Sed etiam quia conſpicitur ſolùm Baluardus. ibidem. num. 46.
EXTRACTVS ab Eccleſia ſi reſtituatur Eccleſiæ ſoluta Curiæ Seculari aliqua quantitate pecuniarum, non dicitur reſtitutus, 348. num. 58.
Extractus ab hominibus priuatis ab Eccleſia, ſi fuit dum colluctabatur, captus à Birruarijs extra locum immunem, non reſtituitur, 348 num 60.
Contrarium. 61.
EXTRAHENS arma ante, & in conſpectu Fortalitiorum pœna rigoroſa debet puniri; 561. num. 43.
Extrahens pugionem contra militem Guardiæ Proregis in præſentia Proregis incedentis cum Proceribus proceſſionalitèr fuit damnatus ad mortem, & ex gratia tranſmiſſus ad triremes perpetuas. 560. num. 14.
EXTRAHI ab Eccleſia poteſt qui non vult obedire in cauſa ciuili; ſeruus, qui fugit ad eam: & filius ne corrigatur à patre, fol. 153. num. 69.
EVAGINANTES arma in præſentia, vel domo Principis acrius puniuntur. fol. 560. numer. 19.
EVCHARISTIA debet aſſeruari in loco ſingulari, & mundo 559. num. 2.
Deferri ad infirmos ſuperimpoſito mundo velamine, ibidem. num. 3.
Semper lumine præcedente. ibidem. num. 4.
EVSEBIVS de Euſebijs laudatur, fol. 448. num. 448.

# F

FABRICANS monetam falſam minimi valoris, non punitur de iure pœna vltimi ſupplicij. 350. num. 70.
Præſertim ſi non habet impreſſam Principis Imaginem. ibidem, num. 71.
Contrarium de Iure Bannimentorum. ibidē. num. 72.
Fabricans, tondens, tingens monetam exteri Principis de iure non debet mori. fol. 354. num. 100.
Contrarium ſi eſt expendibilis in loco fabricationis. ibid. num. 101.
FABRICATIO falſæ monetæ connumeratur inter crimina atrociſſima, fol. 356. numer. 107.
Fabricans falſam monetam crematur de iure, 356. num. 108. & 144.
Quando hoc ſit verum, ibidem. num. 206.
FACIES Caſtri S. Angeli eſt illa, quæ reſpicit ingreſſum Pontis. 562. num. 52.
FACINVS enorme in Ciuitate Bononiæ patratum in die Paſchatis. 242. num. 24.
FACTVM egregium Senatus Bononienſis. 275. num. 326.
Factum Procuratoris colludentis cum Parte, non nocet conſtituenti. 99. num. 163.
Factum accuſatoris omittentis qualitatem nō nocet Fiſco. ibidem.
Factum birruarij Tribunalis inferioris cenſetur factum Tribunalis maioris, quia omnes birruarij ſalariantur, & tenentur ab eodem Principe. 248. 62.
FACVLTATES Prouincialium extorquentes debent puniri tamquam exhaurientes Arcam Principis. 250. 16.
FALSVM dicere, & veritatem tacere idem ſunt. 318. 114.
FAMA publica legitimè probata in delictis occultis ſufficit ad torturam, quando habuit ortum ex cauſa veriſimili. fol. 439. numer. 45.
FAMA bona de facili probatur, fol. 379. numer. 6.
FAMVLA propinans venenum Domino, quomodo punienda. 769. 5.
FARINAC. tractat diffuſiſſimè de quæſtionibus contingibilibus in materia reuelationis conſpirationum. 385. 3.
FESTA ſunt de iure humano. 107. num. 1.
Feſta non obſeruantes qua pœna puniuntur de conſuetudine. 116. 73.
Feſta de præcepto S. Matris Eccleſiæ quæ ſint remiſſiuè. 120. 87.
Feſtum tribus modis fit de præcepto, à Pontifice, conſuetudine generali, vel particulari, & ab Epiſcopo. 120. 88. & ſeq.
Quæ cōſuetudo debet eſſe approbata ab Epiſcopo, ſaltim tacitè. 120. 91.
Feſtorum obſeruantiam in Lege Gratiæ conuenire eſt aſſertio de Fide. 106. 6.
Feſtorum obſeruantia obligat ad peccatum mortale. ibidem. num. 7.
Fallit multis caſibus remiſſiuè. ibidem. numer. 8.
Ratio Fallentiæ. ibidem. num. 9.
de Feſtis noſtris, quæ ſucceſſerunt in locum illorum, quæ ex veteri Teſtamento celebrabantur remiſſiuè. 123. num. 123.
FESTIVO die prohibita ſunt quatuor, vel quinque licet non ſint ſeruilia, & ſunt mercatus: iudicium ciuile: iudicium criminale, & omnis ſtrepitus iudicialis. 107. num. 18.
